Gail
Practica
Obseruat

13-13-9 16
C. 27. d.

13
11 F
29

Digitized by Google

13-11-F-29

I

[illegible]
[illegible]

PRACTICARVM OBSERVATIONVM, TAM AD PROCESSVM IVDICIARIVM, PRAESERTIM IMPERIALIS CAMERAE, QVAM CAVSARVM DECISIONES PERTINENTIVM, LIBRI DVO.

ITEM

DE PACE PVBLICA, ET PROSCRIPTIS, SIVE BANNITIS IMPERII, LIBRI II.

DE PIGNORATIONIBVS LIBER I.

PER NOBILEM AC CLARISSIMVM IVRECONSVLTVM D. ANDREAM GAIL, AGRIPPINATEM,
Cæſ. Maieſt. à Conſilijs, atq; Imperialis Conſilij Referendarium
congeſta, & ad vtilitatem eorum qui in Foro verſantur in lucem edita.

EDITIO TERTIA
AVCTIOR ET CASTIGATIOR,
Ex poſtrema Authoris recognitione.

Adiecta ſunt Summaria, Indiceſq; Verborum, Rerum, Sententiarumque inſignium, locupletiſſimi.

Inciuile eſt de lege iudicare, niſi tota lege perſpecta.



COLONIAE AGRIPPINAE,
APVD IOANNEM GYMNICVM,
SVB MONOCEROTE, ANNO
M. D. LXXXIII.
Cum priuilegio Cæſ. Maieſt. nouo ac ſpeciali ad decennium.

Conuent' Sanctæ Mariæ de Scala

II


VIRTVTI
ANDREAS GAILL. IC. ET S.C.M.A CONSILIIS
AVLICIS. AET LV. AN. SALVT. CIↃ.IↃ.LXXXIII.

13 II F 29

VIRTVTE



VT ROSA virtutem, ſignant ita LILIA VERVM,
Quæ decorant Clypeos clarè GAILE *tuos.*
Nam veluti reliquos ſuperant albedine flores
LILIA *Sithonia candidiora niue:*
Nobile ſic VERVM *virtutes eminet inter,*
Nam magis hoc ſimplex candidiuſq́ nihil.
Et veluti ſucco laſſatos pectore ſeruat
Et grato nares ditat odore ROSA:
Inclyta ſic VIRTVS *humiles attollit, & inter*
Has mundi ſpinas ſuccubuiſſe vetat.

M.N.M.F.

POTENTISSIMO, AC INVICTISSIMO IMPERATORI RVDOLPHO II. S. A.

REVERENDISSIMIS ET ILLVSTRISSIMIS, REVERENDIS ET ILLVSTRIBVS S. R. IMPERII ELECTORIBVS, PRINCIPIBVS, CAETERISQVE ORDINIBVS ET STATIBVS, DOMINIS SVIS CLEMENTISSIMIS ATQVE BENIGNIS S.

CVM olim, Inuictiſſime Cęſar, Reuerendiſſimi, Illuſtriſſimi, Reuerendi, & Illuſtres Sacri Romani Imperij Principes, Ordines, Domini Clementiſſimi atq; benigni, in Auguſtiſſimo atque Ampliſſimo Maieſtatis veſtrę, & ſummo Imperij Iudicio Spirę, Adſeſſoratus munere fungerer, eiq; annis ferè vndecim, pro virili mea, praeeſſem, quędam, tam decernendis, quàm decidendis cauſſis controuerſis, vtilia, quę vſui meo priuato tum inſeruirent, ſucciſiua, ac velut ſubſecundaria opera, obiter adnotaui, quę temporis deinde ſucceſſu, in quatuor Obſeruationum Centurias paulatim excreuerunt. Quas quidem, cùm poſteà quibuſdam, melioris notę amicis, ſingulari fide & amicitia mihi coniunctis, partim Spirę, partim alibi, familiariter communicaſſem, me obnixè rogare & obteſtari cœperũt, vt eas in communem Studioſorum vſum, & pręſertim eorum, qui in foro Imperij verſantur, publicas facerem, ea potiſſimum ratione commoti, ne poſt funera mea, alius quiſpiam perfrictę frontis Leguleius, eas fortè per occaſionem nactus, pro ſuis arroganter impudenterq; vendicaret, ſuóque nomine, fucatis & ſuperinductis coloribus, in lucem emitteret: multorum etenim ingenia ad ſuperbiam & glorię cupiditatem ita comparata eſſe, vt inuerecundè alienos labores pro ſuis protrudant, & alienis ſe plumis ambitioſè exornent. Hęc, cùm animo mecum ſollicitè & accuratius repeterẽ, adeoq; ex relatione fide dignorũ, imò, propria quorundam confeßione, compertum haberem, aliquam mearum Obſeruationum, ac pręcipuè quidem earum, quę ad quotidianum Camerę Imperialis vſum pertinerent, partem, paßim, & varijs locis, multorũ manibus, aliorum etiam nomine ac titulo, mendoſè circumferri, operę, & honoris preciũ me facturum exiſtimaui, ſi iſtos meos labores, rudi Minerua, neq; eo initio fine, vt lucem viderent, conſcriptos, ſub incudem

 ſuſpen-

ſuſpenſa manu, reuocarem, eosq́; precibus & admonitionibus amicorum victus, communes & publicos facerem. Itaq́; ex quatuor illis Obſeruationum Centurijs, quaſdam obiter & perfunctoriè reuidi, alioq́; ordine diſpoſitas, in duos tandem libros congeſsi: quorum Primus Iudiciorum ordinem, Secundus, contractuum & vltimarum voluntatũ materias, complectitur: idq́; eo potiſsimum tempore confeci, quo Diuo Maximiliano II. fœliciſsimæ recordationis, Veſtræ Caſ. Maieſtatis Auguſtiſsimo Parenti, à Conſilijs aulicis, & libellis ſupplicibus eſſem, & à negotijs principalibus vacare non potuerim, quibus quotidie ita cumulatè & variè diſtrahebar, vt penſum meum aulicum vix abſoluere, tantum abeſt, vt aliquid ſplendoris aut ornamenti, vel extremam manum iſtis meis laboribus addere, eosq́; dignè perpolire potuerim. Licet autem hoc delicatiſſimo ſeculo in lucem nihil edendum, niſi quod eruditiſsimo puluere vndique conſperſum, numeris omnibus & partibus ſuis ſit abſolutum: tamen veteres quoq́; pulchrum eſſe exiſtimàrunt, in ſecundis, tertijsq́; conſiſtere, & in rebus publicè vtilibus, etiam bene voluiſſe, ſat eſſe crediderunt. Adhæc, niſi plane opinione & iudicio fallar, forte etiam in iſto opere aliquid occulte in receſſu latebit, quod prima ſtatim fronte non apparet, quodq́; publice, & priuatim imperio, & eius ſubditis vtilitati, ac honori eſſe poſsit. Multa quidẽ ſunt perulgata, & trita fateor, & ingenue fateor: quid enim dici poteſt, ꝙ non ſit dictũ prius? Sed ea ita ad praxim & vſum fori accõmodata, & cõmunibus Doct. calculis approbata & illuſtrata eſſe arbitror, vt beneuolum lectorem (neque enim maleuolis iſta ſcripta ſunt, quos ſuæ ſorti & inuidiæ relinquo) obſeruationis nunquam pœniteat, nam vbiq́; fere, quid in Auguſtiſsimo veſtræ Caſ. Maieſtatis et Imperij ſummo Tribunali Spiræ, vſu receptum, pro modulo, et tenuitate ingenij mei, ſyncere peruestigaui, et publice Lectori, velut in tabula, fideliter ob oculos poſui: de cuius quidem Summi Tribunalis amplitudine, integritate, incorrupta, et caſta fide, multa honorifice, et præclare hic dicerem, ſed quoniã pro merito et dignitate illud ſatis illuſtrare, et laudibus extollere nequeam, ſatiùs eſſe puto, nihil, quam parce dicere. Hoc tamen verè dicere, & religioſe affirmare poſſum, illud vnicũ eſſe veſtræ Caſ. Maieſtatis, et totius Imperij iuſtitiæ ornamentum, quo, veluti ſole è medio ſublato, omnia tenebricoſa et ruinoſa futura, Statũque Imperij in tranquillo vix eſſe poſſe: At, florente hoc ſummo Iudicio, mali et refractarij metu pœnarum, et conſtitutionum Imperij in officio et debita obedientia retinentur: boni verò, rebus ſuis pacifice atque ſuauiter vtuntur, pax vbique floret, ſubditi locupletiores redduntur, et ſenes in otia tuta recedunt. Ad hanc igitur pulcherrimam Iuſtitiæ officinam,

nam, integrè ſeruandā, Principes Imperij, omniū maxime animum intendere debent, ad quorum officium propriepertinet, facere iudicium et iuſtitiam: quos in Repub. eſſe oportet, quod oculus in corpore, quod in anima ratio. Et Plutarchus praclare ſcribit, Iuſtitiam eſſe finem legis. Legem autem, officium Principis: at Principem, imaginem eſſe Dei, omnia recte conſtituentis et diſponentis. Quapropter Summum hoc Conſiſtorium, meritò in honore et reuerētia habendum: quod, vtinam, nonnulli, maiorum gentium homines, ſi Dijs placet, qui vanos circum Palatia fumos vendunt, qui ſe primos eſſe volunt, nec ſunt, vt inquit ille, accuratiùs ſecum perpenderent, eosq́ue qui in iſto excelſo Tribunali, Iudicum et Adſeſſorum munere laudabiliter funguntur, beneuolentia potius, quam maleuolentia proſequerentur, atque hoc vnice apud Principes viros ſatagerent, vt virtus, laudando creſceret, et ars honore, et munificentia Imperiali aleretur, ita, vt talibus ſtimulis ipſi Adſeſſores, ſuſtinendis et conficiendis laboribus, alacriores efficerentur, non autem obtrectationibus et calumnijs occaſionem deſerendi ſtationem, et ſpartam ſuam, acciperent, quod ſit ob huiuſmodi contemptum ſape a. te tempus, idq́ non ſine maximo litigantium malo. Hinc etenim diuturna, et, qua Clientulorum ac partium atatem frequenter excedunt, dilationes ac mora. Hinc inexplicabiles iudiciaria trica: Hinc denique, innumera oriuntur incommoda, quorum tadio ſape partes offenſa, de aquiſſimorum Iudicum Tribunali, non ea, qua par erat, reuerentia loquūtur, & ſentiunt. Sed ne longius Camera cōmendationem nunc proſequar, cum bona cauſſa opus nō habeat ſuſpenſa hedera, & aliàs Veſtra Caſ. Ma. Veſtrisq́ Celſitudinibus ea ſatis cōmendata ſit, iſta iā miſſa faciā, & quanam de cauſſa tanta fiducia & audacia has meas lucubrationes, Veſtra Caſar. Maieſtati, Veſtrisq́ Celſitudinibus inſcripſerim, cōpendio exponam. Id verò, duabus potiſſimum de cauſſis eſt factum. Primò, quod more maiorum, ita antiquitus receptum ſit, vt ij, qui libros ſuos in lucem emittunt, patronos ſibi prius deligant, quorum patrocinio venenoſos detrectatorum ac Zoilorum morſus, & aculeos, ſecurius euitare, & per manus hominum tutius peruagari queant, quorum veſtigijs inſiſtens, hos meos quoq́, quantuloſcunq́ labores, nullo ambitionis aut amulationis ſtudio, pralo commiſſos, Veſtra Caſ. Maieſt. Veſtrisq́ Celſitudinibus humillimè dedico atq́ conſecro, vt ſub Veſtra Maieſt. et Celſitudinum Veſtrarum auſpicio, & tutiſſimo praſidio, magis ac magis inclareſcant, & ſine inuidia per Imperium, quaſi ſub publica ſecuritatis teſſera, & Imperiali diplomate, placidiſſimè perambulent. Altera huius dedicationis cauſa eſt, quod materia operis communis omnibus ſit, & ad omnes omnium Ordinum, Imperij Status, ex aquo pertineat,

quòd in eo de conſtitutionibus Imperij tractetur, quę ad pacem & tranquillitatē publicam principaliter, communibus omnium Ordinum ſuffragijs, & communicato conſilio cōparatę, ſancitę & promulgatę ſunt: quod ſingulares tractatus de pace publica, & eius violatoribus, item de pignorationibus Imperialibus luculēter exhibeat, quod in Obſeruationum libris, conſtitutionis ſuper fiduciaria ſiue momentanea poſſeſſione, aliarumq́; pragmaticarū ſanctionum proceſſū, pro virili à me explicatum, & ad vſum & praxim Imperij traductum, contineat. Cum igitur harum pulcherrimarum Conſtitutionum tuitio, & executio, ad Veſtrā Cęſaream Maieſtatem, Veſtraſq́; Celſitudines & Ordines Imperij pariter pertineat: eò, quòd in tranquillitate Romani Imperij totius Orbis ſalus conquieſcat, (vt cum I. Conſult. loquar) non indecorum, neq́; inofficioſum, multò minus temerarium eſſe putaui, hos meos, ſuper his conſtitutionibus, practicos labores, vnà cum alijs, ad ius commune ſpectantibus, Obſeruationibus, velut in commune Veſtrę Cęſ. Maieſtati, Veſtriſq́; Celſitudinibus deuotiſſimè & humillime offerre, in quibus à me hoc ſingulari induſtria curatum eſt, ne aliquid ſcriberetur, quod in alicuius, cuiuſcunq́; Ordinis, dignitatis, aut Status ignominiam, aut inuidiam vergere, & in deteriorem partem per tranſuerſum rapi poſſit. In allegandis quoque praiudicijs Camerę, ita mihi temperans, tam parcè ea adnotaui, vt meritò in reprehenſionē venire nequeant, & talia ſunt, quę ſine aliqua nota, in medium adferri potuerunt. Inuictiſſime itaque Cęſar, Voſque Principes, & Ordines Imperij, has meas lucubrationes hilari & benigna fronte accipite, pacémque publicam, iſtis exulceratiſſimis & deploratiſſimis temporibus, conſentientibus animis, & coniunctis viribus, vnicè inuiolatam conſeruate, & impendentibus vndique malis, maturè occurrite, Statumq́; Imperij contra immaniſſimos Turcas, Chriſtiani nominis coniuratos hoſtes, macte virtute, tueamini, atq́; ad omnem poſteritatem florentiſſimum tranſmittite. Deus optimus maximus Veſtram Cęſ. Maieſtatem, Veſtraſq́; Celſitudines, ad ſuę diuinę maieſtatis gloriam, & Sacri Rom. Imperij incrementum, quàm diutiſſime ſoſpitet, & incolumes benignè tueatur atq́; conſeruet. Datę Colonię Agrippinę, Idib Ianuarij, Anno Chriſti M.D.LXXVIII.

Veſtræ Cæſ. Maieſtatis
Veſtrarumq́; Celſitudinum

Deuotiſſimus, addictiſſimus, &
humilis ſeruitor

Andreas Gayll. I.C.

CLA.

CLARISSIMO CON-
SVLTISSIMOQVE VIRO, D. ANDREAE GAIL AGRIPPINATI, I. V. D. CAES. MAIEST. CONSILIARIO, REFERENDARIO, ET APVD BELGAS Legato & Commiſſario, D. & Fratri ſuo Patrueli,

NICOLAVS GAIL LL. DOCTOR, IMPERIALISQVE CAMERAE ADSESSOR, S. D.

ETSI ex communi quotidianarum rerum vſu, viuendique conſuetudi-
nenimis verè appareat, quàm periculoſum ſit, præſertim hac noſtra æta-
te, qua licentia deteriores reddimur, ſine delectu & iudicio quæuis in
publicum emittere: tamen, clariſſime agnate, hoc tuum opus, quod non
præcipitanter, ſed ante complures annos ſingulari diligentia conceptũ,
multoque abſolutum labore, non tua voluntate, ſed aliorum doctiſſi-
morum virorum incitatus & coactus iudicio, publicum, omnibusque
commune facis, tale eſt, vt non tantùm cum magna Reipublicæ vtilita-
te, commodo, & fructu, inter publica monumenta referri collocarique:
ſed & locum in eruditorum bibliotheca habere poſſit. Non ſolùm pro-
pter nominis tui vbique locorum celebrem & laudatam famam ac authoritatem, qua apud Sum-
mos Pontifices, Imperatores, Reges, Principesque viros plurimum & potes, & vales: ſed & quia
liber ſuo merito, ac omni tempore victuro genio, ſe omnibus, ius dicentibus de eoque responden-
tibus, ac cæteris iuris candidatis & in foro verſari cupientibus, mirificè commendatum facit. Pro-
indè poſtquàm pro tuo perpetuo animi candore amoreque, non tantùm ante editionem de hac
tua voluntate me certiorem, ſed & totius operis legendi tecumque conferendi copiam faculta-
temque mihi feceris, ſanè non potuit non vel ſummè perplacere illorum iudicium, quorum pre-
cibus victus ad edendum te commoueri & induci paſſus es. Gratulor itaque & tibi, vt authori
tanti tanquàm ſingularis eruditionis operis, gratulor & mihi communibusque ſtudijs, quòd no-
bis hos tuos tam vtiles, diuque ſperatos labores communes eſſe volueris: idque eò magis quando
hac tua editione ac publicatione futurum auguror, vt multi tuo incitati & prouocati exemplo
idem in eadem Palæſtra facturi ſint, quo & ſuas domi latentes, lucernamque olentes lucubratio-
nes, tandem cum maiore luce & fructu publicas eſſe patiantur. Debetur hoc communi hominum
vtilitati, Reipublicæque literariæ, quæ eiuſmodi laboribus, vigilijs & curia eruditorum operum
non tantùm ſuſtētatur, ſed & propagatur. Quæ enim in hac ciuili functione maior & laudabilior
eſſe vel cogitari poteſt vtilitas, quàm quæ deciſionibus cauſarum periclitantibus clientibus, æqua
& non nutante, vel in alteram partem fauore propendente lance præſtatur? Iam quia & hos dili-
gentiæ ac induſtriæ tuæ fructus in Auguſtiſſimo Imperialis Cameræ Collegio, in quo te olim col-
legam libenter habuimus, illibenter amiſimus, natos pro ſingulari candore animi tui eidem tam
liberali fronte acceptos referas, an non maximum aperti gratique animi indicium eſt, publico,
claro, & apud omnem poſteritatem victuro teſtimonio profiteri, vnde non tantùm profeceris,
ſed & à quibus in hoc ſummi honoris faſtigium collocatus ſis? Etſi enim Diuus Maximilianus,
pijſſimæ illuſtriſſimæque memoriæ, Imperator te non ex leuibus aliorum commendationibus,
vti communiter in aulis fieri adſolet, ſed ſingulari exquiſitoque iudicio eruditionis, animi, mo-
rum, ac probitatis tuæ teſtimonio minimè falſo in numerum Primariorum ſuorum Conſiliario-
rum legit, Clementia etiam Cæſarea in tantum complexus eſt, vt non ſolùm grauiſſimas tibi lega-
tiones Italicas & Gallicas crediderit, ſed & cum Statibus Imperij dignum iudicarit, cui apud in-
fœlices Belgas tam deplorati ſtatus, & ad extremam calamitatem ſua mole ruentis, reſtauratio
committeretur: tamen vt hos honoris gradus faciliori greſſu aſcenderes, quin Imperialis Came-
ra liberalem manum præbuerit, negare, vti haud facis, non poteris. Maxima ergo & omni laude
cumulatiſſima digna eſt hæc tua tam ſingularis virtus, quæ vt tibi eſt perpetua, ita apud quoſdam
rarior, qui non pari animi gratitudine ſtudiorum ſuorum profectum tecum agnoſcunt: ſed po-
tiùs barbarica quadam inciuilitate in diuerſum rapti, minus ſincerè de hoc ſummo Iudicio, cui ta-
men omnem & fortunam & honorem debent, cùm publicè, tum priuatim ſentiunt. Vt autem ad

editionem operum tuorum redeam, iudico poſteritatem relationem gratiæ tibi debere, quòd ea edideris, & omnibus ex æquo communia eſſe volueris, quæ magno vſui Iudicibus, Aduocatis, & in forenſibus negotijs ſe exercere cupientibus eſſe poſſunt. Quamuis enim oon parua laus debetur, qui in ſimili ferè argumento antea non pœnitendam operam nauârunt: tamen vt pace illorum citra adulationis vitium dixerim, tui operis longè alia eſt ratio, in quo ſic dexteritate ſingulari verſatus es, vt infinitas illas, & varij generis iuris quæſtiones ita digeſſeris, ſuisque ſedibus collocâris, vt nullo vel certè minimo negotio, Imperialis Cameræ iudiciarius proceſſus à tam multis meritò deſideratus & expectatus, omnibus ſuis partibus & numeris incredibili facilitate abſolutus legentibus ante oculos cõſtituatur. Quid enim aliud Practicæ tuæ Concluſiones continent, quàm, præter tractationem tot inſignium quæſtionum, modum, ordinem, & viam in hoc iudicio rectè procedendi: idque incipiendo ab ipſis libellis ſupplicibus, vel vt vocant ſupplicationibus, pro impetrandis proceſſibus vſque ad executionem cauſarum, per varias inferiorum ſuperiorumq́; iudiciorum inſtantias. Neque verò hoc labore contentus, & ipſas Imperij Conſtitutiones, easq; grauiſſimas, ſcilicet Pacis Publicæ, & Pignorationis, aliquot libris comprehenſas pari dexteritate, cũ multo ſudore, aggreſſus es, in quibus ſic illarum requiſita ad decernendos, vel denegandos proceſſus ad amuſſim excuſſiſti, vt meo iudicio nihil, vel admodum parum reliquum eſſe videatur, quod non ſufficienter, cumulatè, & pertinenter tractatum, nihil tam nodoſum vel obſcurum quod noo illuſtratum & explicatum appareat. Meritò igitur hic tuus labor, qui multis vigilijs tibi conſtitit, omnibus & gratiſſimus & commẽdatiſſimus eſſe debet: multum etiam à familia tua tibi hoc nomine debetur, quam hac publicatione tuorum monumentorum per ſe quidem ſatis & claram & notam, longè ornatiorem, clariorem celebrioremq́; feciſti, ex qua quia & ego originem duco, ex eodem & communi auo Paterno tecum deſcendens, putaui officij mei eſſe omnium nomine, publico aliquo teſtimonio gratum ooſtrum aduerſum te animum declarare, quod quia commodius fieri oon potuit, quàm in hoc tuo tam præclaro opere, non feres iniquo animo in eodem hanc grati animi qualemcunque ſignificationem extare nos voluiſſe. Et quia non illibenter memoria teneo, quot & quantis nominibus ego tibi obſtrictus, obligatusq́; ſim: non quidem hac epiſtola me tuo ære (in quo tamen libenter ſum) liberare, ſed potiùs publicè notum eſſe volui, fieri nullo modo poſſe, vt id, quod tibi à me præſtitorum beneficiorum memoria ac recordatione debetur, iuſta gratiarum actione rependatur. Neque etiam hæc à me ſcribuntur quò tuos hos illuſtres ac nobiles tractatus quaſi ſuſpenſa hedera lectori commendatiores reddam præſenti præfatione, qua ſcio illos non indigere, vt qui propria eruditionis laude & encomio per ſe ſatis commendati ſunt, ſed vt declarem nil mihi magis in votis eſſe, quàm me tuis rationibus in omni hooeſto officiorum genere paratum & voluntarium exhibere. Quo in negotio ſi in minus debito præſtitero, ſcias non mihi voluntatem ſed rependẽdi facultatem deeſſe. Tui etiam caodoris erit, quando id quod volumus præſtare haud licet, id gratum acceptumq́ue habeas, quod pro occaſionis ratione facere poſſumus: cùm vſu rerum ciuilique conſuetudine edoctus, ſcias, conatu & voluntate, ſi aliter non liceat, beneficia penſari poſſe. Valebis igitur, meque vt facis, hactenusque feciſti, perpetuò tibi commendatum eſſe permittes. Spiræ Nemetum Kalend. Nouembr.

Anno M. D. LXXVII.

(∴)

ET NO.

ET NOBILITATE, ET DOCTRINA, ET VIRTVTE PRAESTANTISSIMO VIRO D. ANDREAE GAIL I.C. CAESAR. MAIEST. CONSILIARIO, ET IMPERIALIS CONSISTORII REFERENDARIO, AMICO, AC DOMINO NOSTRO,

PRAESIDES ET ADSESSORES CAMERAE IMPERIALIS,

S. P. D.

ETSI cùm nobiſcum Adſeſſoris munere magna cum laude fungebaris, & poſtquàm Cæſareæ Maieſtati à conſilijs inter præcipuos fuiſti, erga ampliſſimum Collegium eum te præſtitiſti, vt de ſingulari animi tui erga id propenſione & affectione nunquàm dubitauerimus: tamen eandem apertiùs declarâſti, cùm nobis omnibus & ſingulis, Practicarum tuarum Obſeruationum, & de Pace publica, & Pignorationibus præclarorum Commẽtariorum, ſingula Exemplaria donâſti, quibus in hoc genere ad exercitationem iuris, & inprimis ad huius Imperatorij iudicij vſum, nihil doctius, nihil elaboratius, nihil exquiſitius hactenus in lucem editum eſt. Itaq; quantum tum hoc eximium munus, tum egregium in hoc auguſtum Tribunal ſtudium tuum fecerimus, re ipſa pro ſuo quiſque ordine demonſtrâſſemus, ac gratam noſtram voluntatem honorario aliquo teſtificati fuiſſemus, niſi clariſſimus vir D. Nicolaus Gaill Collega noſter, & Agnatus tuus id fieri noluiſſet. Quod igitur reliquum eſt, gratiam habemus tibi quàm maximam, ac cùm ante te, & propter præſtantes ingenij dotes, & excellentes animi virtutes: maximè verò propter rectam & ſynceram de hoc Collegio opinionem, & aduerſus idem benignam animi tui inductionem dilexerimus, amauerimus, coluerimus, nunc multò magis hoc tuo affecti beneficio, gratiam, beneuolentiam, ſtudium, obſeruantiam, atque omnia amicitiæ officia tibi deferimus ac pollicemur. Quòd ſi qua in re gratiam referre, & opera, facultatibuſque noſtris tibi vſui eſſe poterimus, faciemus, non tam libenter, quàm ſtudioſè. Ac tametſi de te omninò ſtatuamus, te in Collegij huius noſtri dignitate tuenda, augenda, ornanda, nihil prætermittere: tamen vt eidem apud Cæſaream Maieſtatem, dominum noſtrum clementiſſimum patrocineris, & de meliori nota commendes, te etiam atq; etiam rogamus. Benè vale, Spiræ Calendis Auguſti, Anno M. D. LXXVIII.

Georgius Deſiderius, Baro in Frannhouen/ꝛc.
Petrus Iuen ab Eſch *L.*
Franciſcus Flade D.
Leonardus Schiller ab Herderen, *D.*
Petrus Quentelius, L.
Valerianus Rocheren, *D.*
Conrardus Acontius Pfeilſticker, *L.*
Ionas Weidenkopff, *D.*
Stephanus Sturmius, D.
Balthaſar Barth *de* Hartmatting/ *D.*
Lucas Berlin, *D.*
Eberhardus Wambolt *ab* Vmbſtat.
Reinhardt von Syckingen.
Nicolaus Gaill.
Arnoldus Crān è Ruroth, *L.*
Theodorus Appianus, D.
Iodocus Schad, *L.*

Stephanus Henricus, Comes ab Eberſtein/ꝛc.
Melchior à Zeilitſch/ꝛc.
Albertus de Heynitz.
Nicolaus Ciſnerus, D.
Ioannes Burckhardus à Baiern.
Nicolaus Ruff, *D.*
Iohan. VVolffgangus Freymon. D.
Renatus von der Düyn.
Iohan. Meichſner, *D.*
Ioan. Adam. Mörder, *D.*
Richard. Offaneus, D.
Melchior Drechß, *D.*
Hieronymus Reinhardt, *D.*
Melchior à Wick.
Hieronymus von Krebs, *D.*
Otto Preen.
Reinhards von Oldenhauß.

IN CLARISS. I.C. D. ANDREAE GAIL OBSERVATIONES Practicas, Iohannis Vvolffgangi Freimonij I.C. ac ſereniſſimæ domus Auſtrię nomine, Adſeſſoris Spiræ, Octoſtichon.

Sparſa licèt patulum volitet tua fama per orbem,
Inclyta Cæſarei, quam tulit aula fori:
Mens generoſa nequit tamen vna inſiſtere palma,
Sed laudem factis quærit, & ingenio:
Perge igitur, factisq́; forum præſtantibus orna,
Illuſtres adeant fac tua ſcripta ſcholas.
Sic noua conſilijs, noua ſic tibi gloria libris
Creſcet, & alta tuum nomen ad aſtra feret.

Renati von der Düyn / Imperialis Iudicij Adſeſſoris Epigramma.

IVdicij telam primæuo exorſus ab æuo
Ad metam facili peruehis arte ſuam,
Publica pax capto de pignore lata ſalubris
Sanctio, ſunt calamo nobilitata tuo.
Gordiacus illuſtrat diſſectus ſingula nodus,
Haud ſecùs ac radijs ſol ſolet aſtra ſuis.
Ergo tibi longum peperiſti nomen in æuum,
Et methodum incerto præſidiumq́; foro.

Stephani Sturmij, Iurium D. & Imperialis Cameræ Adſeſſoris.

SI Mars belligeris, qui Achille præſtant,
Vel dignam Hectore rem, trophæa pandit:
Cur non ſigna ferant micantiora
Aſtræa, atque Themis quibus ſacrata eſt?
Has cum Gailius, arte clarus omni,
Inſignis, gratiis, integer, venuſtus,
Cultum tam recolat pio ac nitenti:
Palmam ſic meruit beatiorem,
Vt templo precioſius prophano
Martis, laurigera ſacrum eſt quietis
Summos ergo polos vehendus vſque
Quod ſpinas, lolium, & leues auenas,
Ac legum ſalebras, plicas, tenebras
Aufert, Mercurio & ſecat benigno:
Præſertim Imperij ſuper tribunal
Summum lilia ſpargit, & refundit
Flores auricomos, roſasq́; olentes,
Ter magnum referens ſubinde Phœbum.
Ergo vt Celſus, vt Vlpianus alter,
Summos Gailius ad polos ferendus.

IOH. RICHARDI OSANAEI Syluæducenſis I.C. & Cameræ Imperia. Adſeſſoris.

GErmanam quicunque cupis cognoſcere praxim,
Et qui ſeruetur PAX PVBLICA tẽpore noſtro,
Iuſtitia præſtans Cæſar quo ſceptra RODVLPHVS
Romani Imperij moderatur ſumma SECVNDVS,
Diſcere quiuè cupis, quid capto pignore iuris,
Hoſce legas libros, & lectos mente recondas,
Quos Cameræ Adſeſſor quondam, nunc Cæſaris Aulæ
Gailius eximium decus, & ſummum ornamentum,
Ordine laudatos, laudatos arte loquendi
Conſcripſit, Celſi quem dixeris eſſe diſerti,
Dixeris aut Pauli prudentis, tute laborem.

Paſcaſij Briſmanni I.C. carmen.

SVada, Themis, Pax alma, Deæ tres, trina vocãtur:
Hæ quoque diuiſis numina nominibus.
Tres iunxiſſe Deas mortali corpore in vno,
Non mortale reor, ſed reor eſſe Dei.
Tu fers exiguo, ſi tot mirare ſub vno
Corpore mortali poſſe latere Deas:
Ipſum te, diuosq́; tuos ſpectato labores
Spectato lingua flumina diua tua:
Et tunc, vera voles ſi dicere, dixeris vno
Corpore tres iunctas viuere cœlicolas.

Ad Librum eiuſdem.

TE cœlo ſpectans Aſtræa hæc fata: tonante
Primam me genuit de Ioue fœta parens.
Nunc ſine matre, patre è ſolo nunc altera naſcer,
Naſcer vt inuictùm ſim Dea Teutonidum.

IOANNIS GIERLICH, LL. LICENTIATI.

SOrdida pullato ſapientia Iuris amictu
Iuerat, indignis conſpicienda modis.
Gratia nulla, malè heu temeratis legibus æqui,
Non ſua Iudicijs, non ſua forma foro.
Horrida crudelos ſuadet Bellona tumultus,
Et furor inſanos cogit ad arma duces.
Inclytus hanc animo cladem Germanudus ora
Gailius expendens, euigilemus, ait.
Cæſaris Auſtriaco miſſus legatus ab Iſtro,
Belgarum occiduos protinus intrat agros.
Armaq́; iam multos temeraria ſumpta per annos
Ponere, nec bellis perdere ſuaſit opes.
Inde per innumeras congeſta laboribus horas
Edidit ingenij ſymbola certa ſui.
Hæcq́; diu ſtudio rerumq́; exercitus vſu,
Apta magis paci ſcripſit, & apta foro.
Iurgia quas habeant leges ciuilia, quéue
Ordine, quæ trepidis iura ferenda Reis.
Tum quæ Præſidibus fuit obſeruantia rectis.
Qua placidus Nemetum mœnia Rhenus adit.
Publica quàm triſti melior concordia bello,
Quàm mala ros toto Martis in orbe furor.
Denique, quæ vetito turbantes omnia motu,
Imperia maneat vindice, pœna, Duces.
Omnia ſacrarum legum Conſultus, & æqui
Tradidit hoc mira Gailius arte libro.

Obuius

Obuius hoc lector complectere protinus vlnis
Egregium ſtudij dexterioris opus.

BERNHARDI FABRICII, IVRIS CANDIDATI.

A Bdita perquiro ſacri penetralia iuris,
N il refero inculti (Lector amice) tibi
D octrinæ, ac methodi plenus liber exſtat vterque,
R ebus in excelſis nec leuis arte liber.
E thereo interdum ductus ſpiramine neutri
A ſsiſtens, medium tutius inter eo.
E xpulſisq́; fori ſalebris, ad Martia caſtra
G nauior inſtructas dirige poſt acies.
A c quantum valeas, ac qui contendere iure.
I nſigni ſplendens arte dat iſte liber.
L ux datur, hac æqui veſtigia cuncta pateſcunt:
I n cæcam ne quis poſsit abire viam.
V eras nunc facti pono ſpecies in apertum,
R eddens nunc cauſas, iudiciumq́; ferens.
I nterdum partes inter, velut arbiter, æquum
S ector, compono, tranſigo, victa traho.
C ontractus pariter refero, extendoq́;, per illos,
O rdine, quos poſcunt iura voluntq́; modos:
N ec tamen hinc miſerè laſos à iure repello.
S ubi e io, annullans, reſtituensq́; piè.
V ltima teſtantis maneat quò ſarta voluntas,
L aude per eximia norma perita feret.
T raditur inde locus, mos quilibet, atque ſtatuta.
O mniáq; conſpicies arte parata noua.

IN LIBROS DVOS DE PAce Publica, Carmen Bernardi Fabricij.

E N tibi Lector ſtudioſe, dotes
Inclytas pandit, duplici docetq́;
Turbida Martis, placida & quietis
Munere fungi.

Nam videns ſacras nitidasq́; leges
Antè multorum grauitate ſtructas,
Perfidè ruptis procul exulaſſe
Iam diu habenis.

Vt malis docta ratione & arte
Obuius tantis, veteriq́; morbo
Iret, his aptam tribuens medelam
Gallius addit.

Et fori, & belli, geminos ſequaces,
Inſuper triſtes reprimit tumultus:
Improbè pacem violantibusq́;
Dira minatur.

Dat decus verbi Cicero vnde magnus
Eſſet, & clarum ſtatuit Maronem,
Quòd ſuo mœſtos releuare poſſet
Carmine Diuos.

Clarior fama duplici notatus,
Non abeſt Marci decus, aut Maronis
Cantus, id ſolum cape tu benignè, &
Fronte ſerena.

Eiuſdem in Lib. de Pignorationibus.

Q Vod multis alij vix decidère libellis
Hoc breuitatis amans,
Neſcius hic longis verborum ambagibus vti,
Suggerit arte noua.
Pignora ſectari quibus, & quod vſq; licebit
Iure fauente capi.
Et docet arreſtum, ſpolium, pignusq́; quid inter
Atque repræſalias.
Legis & Imperij modus, exprimiturq́; ſalubre, &
Nobile præſidium his,
Quos inimica facit diſcordia ſæpè nefandas
Conglomerare manus:
Quêis aliena, placet nullo diſcrimine recti,
Iungere queq́; ſuis.
Vt moniti diſcant æquum, nec temnere iura
Vlterius libeat.
Dicere plura nihil iuuat, arbiter æquus adeſto,
Inſpectorq́; libri.
Clarius hoc longè reliquis præſtantius vſu
Emicat artis opus.
Sit licèt exiguum, ſatis eſt qua parte ſcienti
Auxilium tulerit.

AND. GAIL IVNIOR I.C. IN LAVDEM OPERIS PARENTI B. M. F.

SI quem Diua Themis ſemel
Naſcentem placidis nutibus aſpicit,
Illum non ſonor vngula
Prouectum celeri claſſicus excitat
In pugna fremitus truces.
Non, caſis ſimul ac victor ab hoſtibus
Seruato redijt ſuis
Spectatus clypeo ciuibus, excipit
Laurum cæſarie datam.
Non quaſſante ſuum pectus hirundine,
Vel ſublimibus ardea
Immiſcente caput nubibus, inſitor
Errabit pelago tremens.
Sed qui ſcripta dedit plurima ſæculis
Cæſar, legibus inclytum
Finget, quò benè ſub principe principes
Ex turba, procerum viro
In multos teneant imperium dies.
Te circumdata mœnibus
Iam ſpectande parens oppida, te ſciunt
Omnes ſub gemino polo.
Miratur Tyberim præſul ad Italum.
Summus, Rex quoque liliger,
Et cum Scaide, rapax Iſter, & æquoris
Humens Nympha Bohemici.
Te collaudat, amat, ſuſpicit aurifer
Rhenus, qui patria tua
Inſtructus varijs mercibus affluit.
Solennes vbi Regibus
Trinis, dat pietas annua ferias.
Nam pars muneris Cælitum
Te ſelecta ſuo largiter, & benè
Ditauit ſapientiam
Paucis poſt hominum tempora præſtitam,
Pallas contribuit tibi.
Atlantiuſq́; fluens eloquium nepos.
Nec fœtum ingenij tui
Celas, pro incolumi iudicij ſtatu,
Pro virtutis adorea,
Sudores habitos proſtituis palam.
Quales neſcijt Hercules,
Theſeuſq́; Herculei roboris æmulus.
Vltrà quod ſtatuis pium,
Cauſarumq́; ſecas diſſidia, exhibes
Ipſo lumine clarius,
Auguſtale forum quem Nemetum feras
In proceſſibus ordinem.
His de pace libros ſubijcis, haud volens
Vnis inſiſtere gloria:
Tractatumq́; loco pignoris vltimo
Capti percelebrem ſacras.
Quam ſcito calamo ſcripſeris omnia,
Doctorum ſcheda plurium,
Et ſolennis apex Concilij ſuis
Coram laudibus aſtruit.
Etſi vendibiles non egeant cadi
Suſpenſis hedera comis.
I nunc, parta tibi ſtrauit ad æthera
Virtus perſpicuam viam.
Mordaces aderunt inuidiæ quidem
Præſto, ne paueas, dies
Obnubet tacitis nulla ſilentijs
Tranſmittenda tuis tua
Per faſtos memores nomina poſteris.

AND. GAIL F. F.

VIderat ex cœlo libros Aſtræa parentis
In varias partes ſurgere legis opus.
Accedam terras iterum cum Pace ſorore
Dixit, & in reditu ſecula priſca feram.
Vnus Agrippina patriam ſortitus ab vrbe
Gaill, meruit ſcriptis nos reuocare ſuis.

INDEX

INDEX TITVLORVM ET ARGVMENTORVM, QVAE HABENTVR IN HISCE DVOBVS PRACTICARVM Obſeruationum Libris.

De cauſis ſimplicis querelæ ad Cameram immediatè ſpectantibus. Titulus I.

In quibus caſibus Camera Imperialis in prima inſtantia ſit iudex competens, Obſer. 1. pag. 1.
De conſt. religionis, quandò turbantes pacem religionis in Camera conueniri poſſint. 2. pag. 8.
De conſtit. pacis publica, & eius violatoribus. 3. pa. 10.
De mandatu de non offendendo. 4. pag. 11.
De conſtitutione Imperij ſuper litigioſa poſſeſſione, & quando locum habeat. 5. pag. 12.
De proceſſu litigioſa poſſeſſionis. 6. pag. 14.
De duplici poſſeſſorio, & vtriuſque differentia. 7. pag. eb.
De conſtitutione pignorationis, & eius requiſitis. 8. pa. 18
De conſtitutione ſuper l. diffamari. 9. pag. 19.
De requiſitu ad conſtitutionem l. diffamari pertinentibus 10. pag. 20.
Prauentio an habeat locum in materia l. diffamari. 11. pag. 21.
De proceſſu ſuper conſtitutione legis diffamari. 12. pag. 22.
De mandatu ſine clauſula, & quando decernenda. 13. pag. 25.
An mandata ſine clauſula admittant exceptionem ſub & obreptionis. 14. pag. 26.
Præceptum iudicis contemnens, an ſtatim in pœnā comminatam declarari poſſit. 15. pag. 27.
De noui operis nunciatione, & mandatis inhibitorijs. 16. pag. 28.
Domini ſæuitia in ſubditos quomodo mandatis pœnalibus coerceri poſſit. 17. pag. 31.
De naufragio, an bona quæ erant in naui, cadant in commiſſum, & de mandatu pœnalibus. 18. pag. 33.
Mandatis cum clauſula, quando in Camera decernenda, & an per comparitionem in ſimplicem citationē reſoluantur. 19. pag. 34.
De cauſis fiſcalibus. 20. pag. 36.
De cauſis exemptionum, & matricula Imperij. 21. pag. 37.
De relaxatione iuramenti ad effectum agendi. 22. pag. 41.
An legitimus proceſſus in cauſa citationis ad videndum relaxari à iuramento obſeruandus ſit. 23. pa. 43.
Relaxatione à iuramento obtenta, an victus in expenſis condemnandus. 24. pag. 44.
Quòd abſolutio à iuramento ad effectum agendi ad Cameram ſpectet. 25. pag. 45.
De relaxandis debitoribus ex ciuili cauſa captis. 26. pag. 46.
Iuramentum defuncti an eius heredem ab agendo repellat. 27. pag. 48.
De denegata vel protracta iuſtitia. 28. pag. 50
Si de feudo Imperij controuerſia fuerit, an Camera ſit iudex competens. 29. pag. 12.
Capitulum Cathedralis eccleſiæ, an immediatè in Camera Imperiali conuenire poſſit. 30. pag. 53.
Quòd narrata ſupplicationum fundent Iuriſdictionem Cameræ Imperialis. 31. pag. 15.
Quòd iuriſdictio Imperialis Cameræ ex continentia cauſarum fundetur. 32. pag. 57.

De Iudicibus. II.

De recuſatione iudicis. 33. pag. 59.
Iudex ſi ſe incompetentem pronunciat, an ſuper expenſis cognoſcere poſſit. 34. pag. 602.
De Iudice delegato, & eius poteſtate. 35. pag. 64.
Quòd iudex ſecundum conſuetudines & ſtatuta iudicare debeat. 36. pag. 66.
Clericus coram iudice ſeculari quando conueniri poſſit. 37. pag. 68.
Cauſa decimarum & iuris patronatus, an coram iudice laico tractari poſſint. 38. pag. 70.
De iniuria iudici facta an ipſe eam punire poſſit. 39. pag. 71.
De renunciatione fori. 40. pag. 72.
Auocatio cauſarum an locum habeat in Camera. 41. pag. 74.
De nullitatibus proceſſus & iuriſdictionis. 42. pag. 75.

De aduocatis & procuratoribus. III.

De patrocinio Aduocatorum & Procuratorum Cameræ. 43. pag. 77.
De ſalario Aduocatorum & procuratorum. 44. pa. 79.
Dominus an reſtituatur in integrum aduerſus negligentiam procuratoris. 45. pag. 81.
Procurator quomodo mandato renunciare poteſt. 46. pag. 82.
Geſta per falſum procuratorem, an poſt ſententiam ratificari poſſint. 47. pag. 84.

De Citationibus. IIII.

De Citatione & eius requiſitis, et primò quòd iudicis nomen in ea exprimendum ſit. 48. pag. 85.
Quòd in Citatione nomen & cognomen citandi exprimi debeat. 49. pag. 88.
Quòd Citatio nomen & cognomen citantis continere debeat. 50. pag. 89.
Quòd cauſa in citatione ſit exprimenda. 51. pag. 90.
Quòd citatio locum iudicij continere debeat. 52. pa. 91.
Quòd dies & terminus in citatione exprimendus ſit. 53. pag. 93.
De executione citationis per nuncium facta, & eius relaxatione. 54. pag. 96.
Executio nuncij impedita an citatum arctet. 55. pa. 97.
Citatio extra territoriū quomodo fieri poſſit. 56. pag. 98.
De citatione edictali, quando locum habeat. 57. pa. 100.
Citatio illegitima per comparitionem citati conualidatur. 58. pag. 102.
De contumacia actoris. 59. pag. 101.
De contumacia Rei, & vtrùm actor vna ex tribus vijs Ordinationis electa, variare poſſit. 60. pag. 04.

De Libellis. V.

De requiſitis libelli. 61. pag. 105
Libellus alternatiuus quando ſubſiſtat. 62. pag. 108
Actiones plures an in vno libello accumulari poſſint. 63. pag. 110
De libello iniuriarum, & eius requiſitis. 64. pag. 111
Actio iniuriarum ad reclamationem an ſit criminalis, & vtrùm cumulari poſſit cum actione iniuriarum ad æſtimationem. 65. pag. 113
Quòd ſententia ſuper libello inepto lata non valeat. 66. pag. 114
Quomodo iudex, ſi libellus ſit ineptus, pronunciare debeat. 67. pag. 116
Libellus generalis ſuper petitione hæreditatis valet. 68. pag. 117

De Interuentione. VI.

De articulis interuentionalibus. 69. pag. 118
Quòd tertius pro ſuo intereſſe ad cauſam interuenire poſſit. 70. 118
Tertius interueniens quomodo ad cauſam admittendus. 71. pag. 121
In quibus caſibus interueniens iure ſpeciali vtatur. 72. pag. 123

De litis Conteſtatione. VII.

De litis conteſtatione. 73. pag. 124
Quòd iudicium propriè à litis conteſtatione incipiat. 74. pag. 126
An litis conteſtatio omiſſa vitiet proceſſum. 75. pag. 129
Litis conteſtatio an in cauſa appellationis ſit neceſſaria. 76. pag. 130
Litis conteſtatio an in cauſa nullitatis fieri debeat. 77. pag. 131
Litis conteſtatio, & ordo iuris, an in mandatis de relaxandis captiuis requiratur. 78. pag. 132

De Poſitionibus, & Reſponſionibus. VIII.

De poſitionibus & articulis. 79 pag. 133
Poſitiones in contumaciam non reſpondentis quando pro confeſſatis acceptari poſſint. 80. pag. 134
De articulorum admiſſione. 81. pag. 135
De reſponſionibus. 82. pag. 137

De iuramento Calumniæ. IX.

Quòd iuramentum calumniæ requirat ſpeciale mandatum. 83. pag. 140
Iuramentum calumniæ exactum & non præſtitum, an proceſſum vitiet. 84. pag. 141
Iuramentum calumniæ an conſuetudine vel ſtatuto remitti poſſit. 85. pag. 142
Pœna non iurantis de calumnia, an committatur ipſo iure, & an ad heredes tranſeat. 86. pag. 143
Pœna non iurantis de malitia. 87. pag. 144
Procurator ex officio datus, an cogendus ſit præſtare iuramentum calumniæ. 88. pag. 145
Contumacia procuratoris non iurantis de calumnia, an noceat domino. 89. pag. 147
Procurator fiſcalis an de calumnia iurare teneatur. 90. pag. 148

De Dilationibus & Commiſſarijs. X.

De dilationibus probatorijs concedendis. 91. pag. 148
De teſtium productione ad perpetuam rei memoriam. 92. pag. 152
A quo iudice petenda ſit commiſſio ad perpetuam rei memoriam. 93. pag. 153
Quomodo commiſſio ad perpetuam rei memoriam decernenda, & an citatio partis requiratur. 94. pag. 154
De interrogatorijs. 95. pag. 155
Examen teſtium an alteri iudici committi poſſit. 96. pag. 156
An Commiſſarius Principis vices ſuas alteri ſubdelegare poſſit. 97. pag. 158
Commiſſarius inferioris iudicis, an teſtem immediatè imperio ſubiectum examinare poſſit. 98. pag. 161
Teſtium productio ſumptibus producentis facienda. 99. pag. 160
De teſtibus ad perhibendum teſtimonium cogendis. 100. pag. 162
De iuramento teſtium. 101. pag. 166
Teſtis infirmus an à iudice incompetente examinari poſſit. 102. pag. 168
Teſtes in momentaneo iudicio recepti, an fidem faciant in ordinario iudicio. 103. pag. 178
De relatione teſtis ad primam depoſitionem. 104. pa. 172
De publicatione teſtium. 105. pag. 173
De editione inſtrumentorum & literarum. 106. pa. 176
De concluſione cauſæ. 107. pag. 178
Iuramentum neceſſarium, an iudex ex officio poſt concluſionem cauſæ, parte non petente, deferre poſſit. 108. pag. 180

De Sententijs, & earum executione. XI.

Citatio ad audiendam ſententiam diffinitiuam, an ſit neceſſaria. 109. pag. 183
De ſententia reformatoria. 110. pag. 184
Sententia an in dominum vel procuratorem referenda ſit. 111. pag. 185
Sententia in cauſa matrimonij, an tranſeat in rem iudicatam. 112. pag. 186
De executione, executorialibus, & mandatis executorialium. 113. pag. 188
Pœnam fiſco vel parti adiudicatam, an iudex remittere poſſit. 114. pag. 192
Brachium ſeculare pro executione quando inuocari poſſit. 115. pag. 193
Cautio de non moleſtando in futurum, in libello & ſententia omiſſa, an in executione peti poſſit. 116. 194
Executio an fieri poſſit iure feudali. 117. pag. 195
Executio contra poſſeſſorem rei litigioſæ abſque nouo proceſſu fieri poteſt. 118. pag. 197

De Appellationibus, Reductionibus, Compulſorialibus, Attentatis, & Inhibitionibus. XII.

Cauſa

Cauſa appellationum quomodo in Camera recipiantur. 119. pag. 198
An à Principe vel Comite Imperij extraiudicialiter grauante ad Cameram appelletur. 120. pag. 199
An à Commiſſarijs Cæſaris ad Cameram appellari poſſit. 121. pag. 200
Tertius quomodo pro ſuo intereſſe appellare poſſit. 122. pag. 201
Appellationes infra ſummam Ordinationis vel priuilegiorum in Camera non recipiuntur. 123. pag. 203
Appellandi ſolennitate omiſſa, an appellatio ſubſiſtat. 124. pag. 204
An dominus pro ſubdito ſuo agere & appellare poſſit. 125. pag. 205
Domini appellatio an proſit ſubditis. 126. pag. 207
Cauſa nullitatis an deuoluat cauſam principalē, & quis ſit iudex nullitatis. 127. pag. 207
Grauamina appellationis quando admittenda. 127. pag. 209
Appellatio interlocutoria quando licita ſit. 129. 2 9
De appellatione ab interlocutoria ſimplici, vel vim diffinitiua habente. 1.0. pag. 211
Iudex appellationis, ſententiā interlocutoriā confirmando, vel reformādo, an cauſam principalem remittere teneatur. 131. pag. 213
Appellatio vel reuiſio à ſententia impoſitionis ſilentij, an admittenda ſit. 132. pag. 214
Maritus an pro vxore ſine mandato agere, & appellare poſſit. 133. pag. 2 6
De actorum editione & compulſorialibus. 1.4. pag. 217
Appellatione remota an nullitas ſublata cenſeatur. 135. pag. 221
Appellationis cauſa omiſſa, an iudex in principali procedere poſſit. 136. pag. 222
Appellatione deſerta, an iudex appellationis in cauſa principali, et ſuper expēſis pronūciare poſſit. 137. 223
Sententia deſertionis qualis ſit. 138. pag. 225
De fatalibus interponendæ appellationis. 138. pag. 226
De fatalibus introducendæ appellationis. 140. pag. 228
De fatalibus proſequendæ appellationis. 141. pag. 230
Pauperi an currant fatalia. 1.2. pag. 232
De reſtitutione in integrum aduerſus lapſum fatalium. 143. pag. 234
Inhibitio quando decernenda. 144. pag. 236
Attentata, ſi cauſam principalem concernant, iudex inhibere non debet. 145. pag. 237
Attentata an cauſam principalem ſuſpendant, & de pœna appellantis pendente appellatione attentātis. 146. pag. 238
Sequeſtratio poſſeſſionis an lite pendente fieri poſſit. 147. pag. 241
Sequeſtratio rei tempore peritura, an lite pendente permitti debeat. 148. pag. 143
Reductio coram quo iudice petenda. 149. pag. 244
Quòd reductio ad arbitrium boni viri, vſque ad triginta annos peti, & verū à ſententia arbitri appellari poſſit. 150. pag. 245
De expenſis & earum æſtimatione, ſiue taxatione. 151. pag. 248
Appellatus, ſi in cauſa appellationis ſuccumbat, an in expenſis condemnandus ſit. 152. pag. 032

Lib. II. De Contractibus. I.

De confirmatione Contractuum & priuilegiorū. Obſer. 1. pag. 254
An in cōtractibus ius adimplendi conditionem, item priuilegium immunitatis ad hæredes tranſeat. 2. 258
Contractus antichreſeos an ſit vſurarius. 3. pag. 260
Pactum vſurarium contractui licito adiectum, an totum contractum vitiet. 4. pag. 261
De vſuris, & vtrùm earum ſtipulatio vitiet contractum principalem. 5. pag. 264
Damni emergentis, & lucri ceſſantis ratio quando habenda. 6. pag. 267
De emptione redditutum, an ſit licita. 7. pag. 268
De emptione redditutum ad vitam. 8. pag. 270
Conſtitutiones Imperatoris Caroli V. ſuper emptionibus redditutum, an ad caſus præteritos extendantur. 9. pag. 272
Annus redditus an inter immobilia computētur. 10. 274
Pecunia ad emptionem prædiorum deſtinata, item actiones, vel nomina debitorum, an cenſeantur res immobiles. 11. pag. 275
Creditor an in re empta ex ſua pecunia alijs creditoribus præferendus ſit. 12. pag. 277
Venditionis inſtrumentum precij quantitate non expreſſa an probet. 13. pag. 279
Venditores vnius rei in ſolidum & pro indiuiſo de euictione obligantur. 14. pag. 280
Si emptor ſtatim poſt venditionē bonis cedat, an venditor mercibus adhuc extantibus alijs creditoribus præferendus ſit. 15. pag. 281
Pactum retrouenditionis, an rem afficiat. 16. pag. 283
De exceptione precij non ſoluti, an impediat litis ingreſſum, & vtrùm in executione opponi poſſit. 17. 284
Iuri offerendi an præſcribatur. 18. pag. 286
De iure retractus, & eius requiſitis. 19. pag. 288
Libri mercatorum an probent. 20. pag. 291
Conductor domus an de incendio teneatur. 21. 292
Vicinus an vicino de incendio teneatur. 22. pag. 294
Pro remiſſione penſionis. 23. pag. 296
Societas quomodo inæqualitatem lucri & damni admittat. 24. pag. 301
De concurſu creditorum & priuilegijs eorum. 25. 302
Creditor agens hypothecaria contra tertium, quid probare debeat. 26. pag. 305
De executione debitoris. 27. pag. .06
Promittens pro alio ſoluere an habeat beneficium ordinis. 28. pag. 311
Fideiuſſor an contra debitorem ad liberationem agere poſſit. 29. pag. 312
Nouatio an ope exceptionis inducta eſſe intelligatur. 30. pag. 314
De conſuetudine, & eius requiſitis. 31. pag. 316
Statuta laicorum an obligent clericos. 32. pag. 319
Statutorum interpretatio quomodo facienda. 33. 321
Conſuetudo, quòd ſolus dominus electionem parium habeat an valeat. 34. pag. 323
Incola an obligetur conſuetudinibus & legibus eius loci, vbi incola eſt. 35. pag. 323
Mutatio domicilij an eximat ciuem à iuriſdictione ciuitatis originariæ. 36. pag. 325

De chirographo amiſſo, eodem vendicando, & renouatione inſtrumenti. 37. pag. 327.
An donatio inter patrem & filium facta valeat. 38. 328.
Donatio iurata an valeat abſq; inſinuatione. 39. pa. 331.
Donatio inter coniuges an iuramento firmetur. 40. 334.
An minor contra contractum iuratum reſtitutionem in integrum petere poſsit. 41. pag. 336.
De vi metúue extorto, vel aliàs illicito iuramento, an opus ſit abſolutione iuramenti. 42. pag. 338.
Iuramentum in litem à defuncto dum viueret oblatum, an ab eius herede præſtari poſsit. 43. pag. 340.
Debitor de fuga ſuſpectus quando poſsit capi. 44. pa. 341.
An obligatio ſub pœna obſtagij, aut carceris valeat. 45. pag. 343
Vſufructuarius an antè præſtitam cautionẽ fructus ſuos faciat. 46. pag. 344.
Vſufructuarius an iuratoriam cautionem præſtare poſſit. 47. pag. 347.
Ignorantia quando commodo, vel incommodo ſit. 49. pag. 349.
Feudum antiquum an poſsit vt nouum concedi. 49. 355.
Feudum nouum an poſsit concedi vt antiquum feudum. 50. pag. 356
Vaſallus feloniam committens non amittit poſſeſsionem feudi, niſi per ſententiam priuationis. 51. pag. 357.
De muneribus & iure collectandi. 52. pag. 359.
De collectis Imperij. 53. pag. 364.
De iure patronorum & clientelarum. 54. pag. 367.
Quòd Principis prima conceſsio poſteriori præualeat. 55. pag. 369.
Quòd Princeps ob publicam vtilitatem res priuatorum auferre poſsit. 56. pag. 371.
An Princeps damna tempore belli ſubditis illata remittere poſsit. 57. pag. 373.
An in Principe diſponente contra ius in dubio iuſta cauſa præſumatur. 58. pag. 375.
Promiſsio ſub fide Principis an iuramento comparetur. 59. pag. 377.
De amiſsione priuilegiorum. 60. pag. 378.
Eccleſia, ciuitate, caſtro, vel collegio, authoritate ſuperioris deſtructis, an amittant ſua priuilegia. 61. pag. 381.
De iuribus caſtro competentibus, & eius pertinẽtijs. 62. pag. 383.
De probatione pertinentiarum in iudicio poſſeſſorio. 63. pag. 385.
An dominus territorij teneatur deprædatio reſarcire rapinam in territorio ſuo commiſſam. 74. pag. 387.
Minor an ceſſante reſtitutione in integrum ſuper nullitate contractus agere poſsit. 65. pag. 389.
Ius venãdi an ſeruitus ſit realis vel perſonalis. 66. 390.
De iure venandi, & ſylua venatoria, & an dominus ſyluæ ſeruitutem venandi deteriorem facere poſsit. 67. pag. 392.
Fructus ſyluæ venatoriæ cuius ſint, & vtrùm communis omnibus venatio ſit. 68. pag. 392.
Quòd ad æmulationem & iniuriam alterius ædificare nõ liceat. 69. pag. 396
Tranſactio an prætextu læſionis reſcindatur. 70. pag. 400
Tranſactionis inſtrumentum quando fidem faciat, & ſolennitas extrinſeca omiſſa præſumatur. 71. 402
De tranſactionibus tutorum & curatorum, item adminiſtratorum ciuitatis. 72. pag. 404
In annuis præſtationibus an currat præſcriptio, & in qua moneta ſolutio facienda. 73. pag. 406
In annuis debitis vtrùm ad futura agi poſsit. 74. 408
De interdicto vnde vi, & remedijs poſſeſſorijs. 75. 409
Quod ſpoliatus à iudice ante omnia reſtituendus eſt. 76. pag. 410
Mulier renunciando beneficio S. C. Velleiani, quatenus obligetur. 77. pag. 413
De æqualitate dotis & donationis propter nuptias. 78. pag. 414
Lucris dotis an habeat locũ in dote promiſſa. 79. pag. 416
Statutum de lucro dotis an habeat locum in ſponſa. 80. pag. 417
Dotis priuilegium an habeat locum in dote confeſſata. 81. pag. 420
Dote non conſtituta an omnia bona vxoris in dotem data cenſeantur. 82. pag. 42[illegible]
De dote conſtante matrimonio ob viri inopiam repetenda. 83. 423
Mulier obærato marito ſcienter nubens, an dotem conſtante matrimonio repetere poſsit. 84. pag. 426
Maritus locupletior factus, an dotem ex cauſa inopiæ reſtitutam repetere poſsit. 85. pag. 428
An bonis mariti confiſcatis vxor dotem ſuam ſaluam habere debeat. 86. pag. 430
Dote promiſſa & non ſoluta an maritus vxorem alere teneatur. 87. pag. 43[illegible]
An pater filiam ſpuriam dotare poſsit. 88. pag. 433
An vxor poſsit ſe obligare cum marito in eodem inſtrumento. 89. pag. 435
Vxorem quandoque pro marito obligari, & vice verſa maritum pro vxore. 90. pag. 436
Ornamenta muliebria à marito vxori tradita (Dd. iocalia vocant) an mortuo marito vxoris ſint. 91. 438
An creditores vxori agentis hypothecaria, dotem offerre, & bona mariti auocare poſsint. 92. pag. 439
De matrimonio metu contracto. 93. pag. 442
An in cauſa matrimoniali iuramentũ ſuppletorium deferri poſsit. 94. pag. 445
Filia inſcio vel inuito patre nubens, an ſit dotanda. 95. pag. 448
Quòd adminiſtratio tutoris ex conſuetudine pubertate non finiatur. 96. pag. 451
Quòd filius in matrimonio natus, legitimus, non autem ſpurius eſſe cenſeatur. 97. pag. 452
De pœnis ſecundarum nuptiarum. 98. pag. 456
An veritas conuicij excuſet iniuriantem. 99. pag. 459
Prouocatus an iniuriam retorquere poſsit. 100. pag. 460
Iniuria verbis facta an honoris præfatione tollatur. 101. pag. 461
Infamia in actione iniuriarum quomodo euitari poſsit. 102. pag. 463
Actione iniuriarum conuentus, ſi ante ſententiam æſtimationem iniuriæ ſoluat, an infamiã euitet. 103. 465
Iniuria ſcripta an ſit verbalis, & anno tollatur. 104. 467
Annus in actione iniuriarum prætoria quando currere incipiat. 105. pag. 468
Iuramentum purgationis in actione iniuriarum an Reo deferri poſsit. 106. pag. 469

De tu-

De tutorio, & curatorio, & quomodo actores conſtituantur. 107. pag. 471
De curatore ad litem. 108. pag. 472
Homicidium à pluribus commiſſum quomodo puniendum. 109. pag. 474
Homicidium quando pœna ordinaria, vel extraordinaria puniendum. 110. pag. 476
Vulneratus ſi ex interuallo moriatur, vtrùm ex vulnere mortuus eſſe cenſeatur. 111. pag. 433

De vltimis voluntatibus. II.

De teſtamento paterno inter liberos. 112. pag. 487
Legata & fideicommiſſa an ex teſtamento nullo debeantur. 113. pag. 490
Teſtamentum natiuitate poſthumi ruptum, an ſuſtineatur virtute clauſulæ codicillaris. 114. pag. 492
Nepotem ex ſpurio an auus hæredem inſtituere poſſit. 115. pag. 595
Diuiſio paterna inter filios facta ſeruanda. 116. pa. 496
De mutuo coniugum teſtamento. 117. pag. 498
De militari teſtamento. 118. pag. 500
Quòd legitima fideicommiſſo grauari non poſſit. 119. pag. 502
Legitimæ ſupplementum qua actione petatur, & de eius præſcriptione. 120. pag. 505
Filius fideicommiſſo grauatus an duas quartas detrahat. 121. pag. 507
Legitima an conſuetudine vel ſtatuto prorſus tolli, vel ſaltem minui poſſit. 122. pag. 510
Teſtamentum ſecundùm conſuetudinem loci factum, an vbique valeat. 123. pag. 512
Conſuetudo vel ſtatutum de rebus vel perſonis diſponens, an extra territorium extendatur. 124. pag. 514
An conſuetudo de coniunctione ſine vnione prolium valeat. 125. pag. 517
Pactum mutuum de ſuccedendo an valeat. 126. pag. 518
Pacta gentilitia, vel ſtatuta familiæ de ſuccedendo an valeant. 127. pag. 519
De aditione hæreditatis. 128. pag. 521
Aditione hæreditatis non acquiri poſſeſſionẽ. 129. pa. 523
De hæreditate iacente, curatore bonorum, & debitore latitante. 130. pag. 525
Fideicommiſſum non agnitum, item hæreditas non adita, an tranſmittatur. 131. pag. 527
Fideicommiſſum conditionale an ad hæredes tranſmittatur. 132. pag. 529
Hæres fideicommiſſo conditionali grauatus, an fructus pendente conditione perceptos ſuos faciat. 133. 530
Fideicommiſſum vniuerſale an ex teſtamento nullo debeatur. 134. pag. 532
Prælegata ſub fideicommiſſo vniuerſali an comprehendantur. 135 ibid.
De ſubſtitutione conditionali, ſi ſine liberis hæres deceſſerit, & vtrùm filius naturalis ſubſtitutum excludat, 136. pag. 534
Res ſubiecta fideicommiſſo quando alienari poſſint. 137. pag. 538
Trebellianica, inuentario non confecto, an amittatur. 138. 541
Diuiſio hæreditatis an tollat fideicommiſſum. 139. 543
De legitimatis per reſcriptum Principis, an ſub ſtatuto excludente fœminas comprehendantur. 140. 546
Legitimati per ſubſequens matrimonium ex ſtatuto fœminas excludunt. 141. pag. 549
Filius naturalis an in præiudicium legitimorum & naturalium legitimari poſſit. 142 pag. 551
Legatum vſuſfructus omniũ bonorum vxori relictũ, alio hærede poſt eius mortẽ inſtituto, an valeat. 143. 556
Vxor relicta vſufructuaria omnium bonorum, liberis vel extraneis ſcriptis hæredibus, quid conſequatur. 144. pag. 558
Cautio vſufructuaria an à teſtatore remitti poſſit. 145. pag. 561
Vſufructuarius omnium bonorum an æs alienum, & legata ſoluere teneatur. 146. pag. 563
Filia dotata renuncians ſucceſſioni paternæ, an ob læſionem in integrum reſtituatur. 147. pag. 565
Fœmina propter maſculos à ſucceſſione paterna, vel feudo ſemel excluſa, an perpetuò cenſeatur excluſa. 148 pag. 567
De ſucceſſione feudi primi acquirentis probatio requiritur. 149. pag. 570
De ſucceſſione collateralium in feudo antiquo. 150. 572
An in feudo frater vtrinq; coniunctus, excludat fratrem ex vno latere tantùm. 151. pag. 572
Feudi poſſeſſio an in filium continuetur ipſo iure ſine apprehenſione. 152. pag. 574
Feuda an inter vaſallos diuidi poſſint. 153. pag. 577
Vaſallus an æs alienum à defuncto vaſallo contractum ſoluere teneatur. 154. pag. 579
Promiſſio ſiue expectatiua ſuper feudo nondum domino aperto, aut beneficio vacaturo an valeat. 155. 583

Index Argumentorum, quę habentur in duobus libris de Pace publica.

De conſtitutione Imperij Pacis Publicæ, & eius effectu. cap. 1. pag. 1
De mandato de non offendendo. 2. pag. 8
Quando ad pœnam mandati de non offendendo agi poſſit. 3. pag. 11
De mandatis auocatorijs contra duces belli illiciti. 4. 14
De mandatis ſine clauſula, & vtrùm in cauſis fractæ pacis decerni poſſint. 5. pag. 21
Quòd mandata cum clauſula iuſtificatoria, vnà cum citatione ſuper fracta pace, in Camera decerni poſſint. 6. pag. 25
Actio ex conſtitutione pacis publicæ quãdo cõpetat. 7. 30
Eccleſiaſtici an ſuper turbata pace publica agere, & offenſi armata manu ſe defendere poſſint. 8. pag. 32
Accuſatio ex conſtitutione pacis publicæ, in quibus à publico criminali iudicio differat. 9. pag. 36
In cauſis fractæ pacis an admittatur procurator. 10. 39
In cauſis fractæ pacis an exceptio fori declinatoria, vel peremptoria admittatur. 11. pag. 42
Reconuentio an habeat locũ in cauſis fractæ pacis. 12. 45
Factum cum ſuis qualitatibus in actione turbatæ pacis publicæ probandum. 13. pag. 48
An in cauſis fractæ pacis conatus pro effectu habeatur. 14. pag. 52
In cauſis fractæ pacis an articuli actoris in contumaciam Rei non reſpondentis pro confeſſis acceptari poſſint. 15 pag. 55

Defen-

Defenſio in cauſis fracta pacis qualis eſſe debeat. 16. 60
In cauſis pacis publica an confeſsio qualificata cum ſua qualitate acceptanda. 17. pag. 66
In cauſis fracta pacis an Reus poſt publicationem atteſtationum, vel concluſionem cauſa, ad vlteriorem probationem admittendus ſit. 18. pag. 68
Accuſatus ſuper fracta pace an pendente iudicio de rebus ſuis diſponere poſsit. 19. pag. 71
Accuſatore, vel Reo mortuo, an pereat inſtantia in cauſis fracta pacis. 20. pag. 74

Lib. I I.

De origine Banni, & eius definitione, cap. 1. pag. 81
Obligatio debitoris ſub pœna Banni an valeat. 2. pag. 85
Quòd Bannum ſententiam declaratoriam requirat. 3. pag. 89
Sententia Banni conditionalis an valeat. 4. pag. 94
Sententia Banni Imperialis qualis. 5. 99
De vtriuſque Banni, delicti, & contumacia differentia. 6. pag. 101
De Banno contumacia ob omiſſam purgationem. 7. pag. 106
Bannitus ob contumaciam omiſſa purgationis, an poſt ſententiam declaratoriam innocentiam ſuam probare poſsit. 8. pag. 110
De Banno communitatis ſiue vniuerſitatis, & eius effectu. 9. pag. 112
De receptatoribus bannitorum. 10. pag. 118
Bannitus ſemel an ex alio delicto iterum banniri poſsit. 11. pag. 125
Bannitus an actionem ante bannum captam proſequi poſsit. 12. pag. 128
Bannum agnati, vel patris, an noceat alijs agnatis, vel filijs in bonis feudalibus. 13. pag. 138
Bannito vaſallo an feudum veniat in publicationem bonorum. 14. pag. 139
Bannito domino an vaſalli à ſeruitijs liberētur, feudumque alienare poſsint. 15. pag. 148
Bannito marito an vxor dotem repetere, eamq́; ſaluam habere poſsit. 16. pag. 145
De executione Banni. 17. pag. 151
De abſolutione Banni, & ſententia abſolutoria. 18. pag. 157
De abſolutionis Banni effectu. 19. pag. 162

Index Argumentorum, quæ habentur in libro Singulari de Pignorationibus.

Pignoratio Imperialis quid ſit, & quomodo ab arreſto, ſpolio, & repraſalijs differat. Obſer. 1. pag. 169
De repraſalijs, & earum origine. 2. pag. 170
De requiſitis pignorationis. 3. pag. 172
Quòd pignorationis conſtitutio etiam locum habeat in rebus ablatis. 4. pag. 174
Pignoratio præfecti an domino noceat. 5. pag. 175
Vaſallus & vſufructuarius an ſuper Conſtitutione pignorationis agere poſsint. 6. pag. 77
Capitulum ſiue Collegium Cathedralis Eccleſia an ſuper Conſtitutione pignorationis conuenire poſsit. 7. pag. 180
Serui aſcriptitij, vel hominibus proprij, vt vocant, capti, an Conſtitutio pignorationis locum habeat. 8. pag. 181
Rebus incluſis an locum habeat conſtitutio pignorationis. 9. pag. 182
Rebus extra locum controuerſum ablatis, vel perſonis captis, an iure conſtitutionis reſtituenda & relaxanda ſint. 10. pag. 183
Rebus pignoratis precio redemptis, an ad reſtitutionem precij agi poſsit. 11. pag. 184
De mutuis pignorationibus. 12. pag. 185
De proceſſu pignorationis in cauſa mandati. 13. pag. 186
In cauſa mandati an exceptiones contra paritionem admittantur. 14. pag. 188
Subiectionis exceptio an impediat paritionem. 15. pag. 199
Reſtitutio in cauſa mandati quomodo facienda. 16. pag. 193
Res pignorata an cum ſua vtilitate reſtituenda ſit. 17. pag. 194
De æſtimatione rerum pignoratarum. 18. pag. 196
De repetita pignoratione. 19. pag. 198
De pignoratione in loco facta. 20. pag. 198
De proceſſu pignorationis in cauſa citationis. 21. pag. 201
De probationibus in cauſis pignorationum. 22. pag. 203
De ſententia diffinitiua in cauſis pignorationum. 23. pag. 206
De re iudicata in cauſis pignorationum. 24. 207

Finis Titulorum & Argumentorum, quæ in toto hoc Opere continentur.

13-1-F 29 1

PRACTICARVM OBSERVATIONVM, TAM AD PROCESSVM IVDICIARIVM, PRAESERTIM IMPERIALIS CAMERÆ, quàm cauſarum deciſiones pertinentium, Liber Primus,

Authore Andrea Gaill I.C. præclariſſimo.

EDITIO TERTIA ex poſtrema recognitione auctior, & caſtigatior.

DE CAVSIS SIMPLICIS QVERELAE AD CAMERAM IMMEDIATE SPECTANTIBVS.

OBSERVATIO I.

In quibus caſibus Camera Imperialis in prima Inſtantia ſit iudex competens.

SVMMARIA.

1 *Cauſa plerunque per viam appellationis ad Cameram deuoluuntur.*
Stylus iudicij pro lege habetur. Ibid.
2 *Cauſæ fractæ pacis ad Cameram ſpectant.*
3 *Similiter cauſa Religionis, ratione proceſſus.*
4 *Item mandata de non offendendo.*
5 *Item mandata ſine clauſula.*
6 *Item pignorationes.*
7 *Item cauſa priuilegiorum.*
Princeps ſolus qualiter de ſuo priuilegio cognoſcat. Ibid. & nu. 13.
8 *Securitatem principis violans crimen læſæ maieſtatis committit.*
9 *Priuilegia, Cameræ, & parti inſinuanda ſunt.*
10 *Inſinuationes priuilegiorum nō acceptantur in Camera à priuatis perſonis.*
11 *Priuilegia non inſinuata iudici & parti, nihil proſunt.*
12 *Priuilegiorum inſinuatio fieri debet coram iudice competente.*
13 *Vel coram Notario, & duobus teſtibus.*
14 *Conſtitutio litigioſa poſſeſſionis fundat iuriſdictionē Cameræ immediatè.*
15 *Similiter conſtitutio ſuper l. diffamari.*
16 *Commiſſiones ad perpetuam rei memoriam, quando in Camera decerni poſſint.*
17 *Nobiles mediatè Imperio ſubiecti, item Ciues quando in prima inſtantia in Camera agere poſſint.*
18 *Princeps ciuitatem ſibi ſubiectam vbi conuenire debeat.*
Conſuetudo tribuit iuriſdictionem, & iudicem in propria cauſa facit. Ibid.
19 *Ciuitas Ducalis vbi principem conuenire debeat.*
20 *Ciuitas Imperialis vbi conueniri debeat.*
21 *Iuriſdictio Cameræ fundatur ob denegatam iuſtitiam.*
22 *Item propter continentiam cauſarum.*
23 *Et in citatione pro relaxatione iuramenti ad effectum agendi.*
24 *Item in mandatis de relaxandis captiuis.*
25 *Item in cauſis Fiſcalibus.*
26 *Et in decernendis promotorialibus.*
27 *Item in cauſis criminalibus ratione nullitatis proceſſus.*
28 *Appellatio in criminalibus non habet locum in Germania.*
29 *Ex renunciatione fori Cameræ iuriſdictio prorogatur.*
30 *Nunciatio noui operis quando ad Cameram ſpectet.*
31 *Imperator in magnis cauſis ſolus iudex competens eſt.*
32 *Magnæ cauſæ ad maiores iudices pertinent.*
33 *Citatio per edictum decernitur in Camera contra vagabundos.*
34 *Vagabundi qui dicantur.*
35 *Forma* der Außtregh *præciſè obſeruanda.*
36 *Forma legis non obſeruata, actus corruit.*
37 *Salarium Aduocatorum & Procuratorum, in Camera peti poteſt.*
38 *Bannitus amittit priuilegium fori.*
39 *Perſonæ iuriſdictioni Cameræ ſubiectæ ibidem conueniri debent.*
40 *Viduarum & pupillorum cauſæ vbi agitari debeant.*
Miſerabiles perſonæ quæ dicantur. ibid.
41 *Virgo cælebs an gaudeat priuilegijs viduarum.*
42 *Vidua quæ propriè dicatur.*
43 *Idus vnde appellentur.*
44 *Marito bannito, vel ad triremes condemnato, an vxor vidua dicatur.*
45 *Epiſcopus inutilis pro nullo habetur.*
46 *Subditi Comitum & Nobilium vbi forum ſortiantur.*
47 *Tutelæ & curatelæ datio quando ad Cameram ſpectet.*
48 *Tutelæ datio ad Ordinarium pertinet.*
49 *Reductio quando ad Cameram ſpectet.*
50 *Executio Laudi quando ad Cameram ſpectet.*
51 *Arbiter nō habet executionē Laudi ſed Ordinarius.*

A   52 Exe-

52 Executiones commiſſariorum ad Cameram pertinent.
53 Delegatus ſummi Principis ſententiam ſuam exequi non debet.
54 Pares curiæ ſunt iudices ordinarij in cauſis feudalibus.
55 Eliguntur à partibus, habent iuriſdictionem ordinariam, & coram ijs proceditur ſeruato iuris ordine.
56 Ab eorum ſententijs appellatur.
57 Reconuentio coram paribus locum habet.
58 Pares curiæ an recuſari poßint.

ET S I regulariter omnes cauſæ in prima inſtantia, ad Cameram Imperialem non pertineant, ſed demum
1 † per viam appellationis deuoluantur: hoc tamen in multis caſib⁹, partim in Ordinat. Cameræ Imperialis expreſſis, partim ex ſtylo iudicij (qui pro lege habetur, text. in c. ex literis, de cōſtitutio. & ibid. Dd. & in c. 2. de præbend. lib. 6. latè Felin. in c. 2. nu. 16. de reſcript. Dd. in c. fina. de præſcriptio. obſeruatis, non obtinet, in quibus Camera per modum ſimplicis querelæ in prima inſtantia adiri poſſit, quos pro fundanda iuriſdictione Cameræ, & decernendis proceſſibus, ex ordine ſubijciam. Primò igitur hæc regula ſiue con-
2 cluſio fallit † in accuſatione vel actione ſuper conſtitutione pacis publicæ, Auff den Landtfrieden. Item in citatione ad purgandum, alijsq; caſibus, ad dictā conſtitutionem pertinentibus, qui in Ordinat. part. 2. à tit. 9. vſq; ad titulum 15. enu-
3 merantur. Secundò fallit † in conſtitutione Religionis in Comitijs Auguſtanis Anno 55. promulgata. Religons frieden/ quādo videlicet quis Religonis intuitu, contra placita dictæ conſtitutionis, in perſona, vel rebus turbtur, per
4 notata infra Obſeruat. ſequen Tertiò † fallit in mandato de non offendendo, quando narrata ſupplicis libel' fundantur ſuper cōſtitutione violatę acis publicæ: veluti ſi quis inſtis ex caus offenſionem armatam metuat, per otata infrà eod. Obſeruat. 4 & in tract. de pac.
5 publ. libr. 1. cap. 2. & 3. Quartò allit † in omnibus mandatis ſine clauſla, quandō mandata decernuntur ſuper facto, quod nullo iure iuſtificari poſſet. Talia enim mandata ex Ordinat. tit. 23. part. 2. immediatè iuriſdictionem Cameræ fundant. Intellige, quando decernuntur contra reum immediatè Imperio ſubiectum, vel quando qualitas cauſæ immediatè ad Cameram ſpectat: in alijs verò caſibus neceſſe eſt adire Rei, vel rerum controuerſatum iudicem ordinarium, vulg. l. fi. C. vbi in rem actio, cum ſimilibus. Vide infrà eod. Obſeruat. 13. Quintò
fallit † in cōſtitutione Imperij de pignorationibus: qa huiuſmodi pignorationes omni iure prohibitę ſunt, tex. in Auth. vt non fiāt pignoratio. & in c. 1. de iniurijs, lib. 6. ideoq; Iudex à precepto incipere poteſt, vt notatur infrà eod. Obſeruat. 8. Se- 6
xtò fallit † in cauſis priuilegiorum Cæſaris, putà ſi quis ratione violati priuilegij Imperialis, ad pœnas eidem priuilegio inſertas agere velit. Solus enim Imperator, qui priuilegium dedit, de eo cognoſcere, & iudicare poterit, text. in c. cū veniſſent, de iudicijs, gloſſ. ibid. in verbo iudicari, tex. in c. 1. de lege Conrardi. Bal. in prælud. feudo. nu. 18. argum. l. cùm de nouo. C. de legib. Sic Camera quoque, quæ Cæſarem, quóad contentioſam iuriſdictionem, repræſentat. facit text. in l. 1. ff. ad l. Iuliam maieſt. vbi dicitur, quod 7
violans † ſecuritatem Principis, incidat in crimen læſæ maieſtatis. pulchrè Caſtr. conſi. 423. num. 9. volu. 1. incip. quia ſcio. Boër. deciſ. 179. nu. 1. Menoch. de arbitr. iud. caſu 337. & 346. Guid. deciſ. 418. incip. ſuprà in quæſtione, vbi omninò vide. 8
Proceſſus tamen † non decernuntur, nimirum citatio ad videndum ſe incidiſſe in pœnas priuilegij, niſi prius priuilegium Cameræ, & parti ritè inſinuatum ſit: Cameræ, inquam, vt oſtendatur de fundata iuriſdictione: Parti verò, vt priuilgegij ſcientiam habeat, quia ſicut priuilegia ſunt facti alieni, tex. in c. 1. de conſtitut. lib. 6. ita eorum ignorantia præſumitur, text. in l. plurimū. ff. de iur. & facti ignorātia, & in l. fi. ff. pro ſuo, cum ſimilibus. Proinde vt ad pœnam priuilegij agi poſſit, legitima inſinuatio parti facta requiritur, de qua mētio fieri debet, cùm petuntur proceſſus. Quod ſi priuilegium non ſit inſinuatum Cameræ, neceſſe eſt, vt ipſum originale vnà cum ſuppli- 9

catio.

cationeexhibeatur, & narretur, priuile-
gium ad partis notitiam perueniſſe:aliâs
proceſſus denegantur,quia non creditur
exemplis, ſiue tranſumptis priuilegiorū,
ſi originale non ſit legitimè Cameræ
10 præſentatum. Et obſerua † obiter, quod
à priuatis non accipientur inſinuatio-
nes,vt in cauſa Frederici Spet.19.Octob.
11 Anno 655. Quò † pertinet, quòd priuile-
gia non inſinuata iudici, neque parti,ni-
hil proſunt. Authen.in med.lit.non fie-
ri ſacr. formas. text. in l. ſi quis per diui-
nam.C.de aquæduct.lib.11.& in l.fi.C.eo.
titul. Roma.conſil.330. numer.19. incip.
Circa primum. Et debet fieri inſinuatio
12 † coram iudice competente, aliâs non
valet.text.in l.teſtamenta. & in l.cōſulta
diualia. C. de teſtament. gloſſ. in d. l. ſi
quis.in verbo elicitū. Rom. ſing. 818. in-
13 cip. præſentatio. Poteſt etiam † inſinu-
atio fieri parti in præſentia Notarij, &
duorum teſtium, quia Notarius habet
iuriſdictionem, ſiue notionem in vo-
luntatijs actibus, & iudex Chartularius
appellatur. gloſſ. in l.1. in verbo iudicis.
ff. de iudic. Marant. part. 4. diſtinct. 18.
numer.2. Mattheſ.ſingul.20. In apoſtilla
nume. 3. incip. nota bonam. prædicta,
quod videlicet ſolus Princeps cogno-
ſcat de ſuo priuilegio,intelligenda ſunt,
quando diſputatur de ſubſtantia priui-
legij, vel quoties priuilegium tangit ius
Principis: ſi verò ius alterius concernat,
tunc etiam cognitio ordinarij eſt, vti
pulchrè declarat Bald. in d. prælud. feu-
do.nu.18.& in d.c.1.de lege Conradi. Se-
14 ptimò † fallit in conſtitutione ſuper liti-
gioſa poſſeſſione, Auff die ſtreittige poſſeſ-
ſion / idque tantùm in tribus caſibus ibi-
dem expreſſis, & præſertim ſi ex §.fin. di-
ctæ conſtitutionis proceſſus petantur.
Ordinat.part.2.titul.21. Vide infrà eod.
15 Obſeruat.5. Octauò † fallit In conſtitu-
tione. l. diffamari, quando diffamatus
Imperio immediatè ſubiectus eſt,& con
currant alia requiſita, de quibus in Or-
dination. titul. 25. parte 2. & infrà eod.
16 Obſeruat.10. Nonò † fallit in commiſ-
ſionibus pro recipiendis teſtibus,ad per-
petuam rei memoriam, dummodo il-
læ petantur à partibus immediatè Impe-
rio ſubiectis, aliâs ſecùs: quia tunc adiri
debet ordinarius iudex cauſæ, vti proli-
xiùs annotaui infrà eod. Obſeruat. 93.

Sufficit tamen in decernendis huiuſ-
modi commiſſionibus, ipſum reum,
contra quem teſtes produci debent, im-
mediatè Imperio ſubiectum eſſe, etſi a-
ctor non ſit, ſed ciuis, vel ruſticus alte-
rius Status iuriſdictioni ſubditus ſit.
Decimò † fallit in Nobilibus mediatè 17
Imperio ſubiectis: item Ciuibus, & a-
lijs priuatis perſonis. Nam hi Comi-
tem Baronem, aut Nobilem immedia-
tè Imperio ſubiectum in Camera in pri-
ma inſtantia conuenire poſſunt: ſecùs
eſſet, ſi aliquem principem in ius voca-
re vellent,quia tali caſu habet locum pri-
uilegium primæ inſtantiæ, putà Der
Auſtregh. Ratio differentiæ eſſe pote-
rit, quod ſic lex ſcripta. & ita Statibus &
Ordinibus Imperij viſum ſit, fortè pro-
pter præeminentiam, & excellentiam
principalis dignitatis, quēadmodum in
ſimili à ſententia Præfecti prætorio non
appellare, ſed tantum Principi ſupplica-
re licet, idq; propter dignitatis excellen-
tiam, & integritatis atque iuſtitiæ opi-
nionē,tex.in l. vnica.C. de ſentē.præfect.
præto. & in l. vnica,§.his cunabulis.ff. de
offic.præfec.prætor.text.in l. ſi quis.C.de
precib.Imp.offeren. & in l.1.ff.à quib.ap-
pel.nō lice. Iaſ.in l.debitoribus,nu.9.ff.de
re iud.facit tex.in l.1.ff.de poſtu.ibi,ſuæq;
dignitatis tuendæ, & decoris ſui cauſa.
Vndecimò fallit † ſi Princeps aduerſus 18
Ciuitatē ſuam, immediatè ſibi ſubiectā,
iudicio experiri velit, Camerā in prima
inſtantia iudicem habet, nam tales Ciui-
tates priuatorū loco habentur, text. in l.
eum qui vectigal.ff.de verb.ſignif.& in l.
nihil intereſt.ff. ad S.C. Macedonia. Ita
decreti ſunt proceſſus in cauſa Braun-
ſchweyg cōtra Braunſchwyg/ Anno 64.
niſi aliter ſit inueterata cōſuetudine, vel
priuilegio ſpeciali receptum, & proui-
ſum: videlicet, quòd Ciuitas corā iudice
Curiæ (Hoffgericht) à ſuo Principe conue-
niri poſſit. Cōſuetudo enim iuriſdictio-
nem tribuit, text. in c.cùm cōtingat,in fi.
de for. compet. & in c. dilecti de arbitr.
glo.ibid.in verbo conſuetudinē,tex.in l.
1.& in l.fi.C. de emanc.liber. & in l.2.C.
quæ ſit long.cōſuet. Bal.in l.etiā.nu.13.C.
de execu.rei iud.Imò valet cōſuetudo, vt
qs ſit iudex in propria cauſa, tex.in c.1.in
fi.de pœnis lib.6.gl.ibid.in verbo punire,
Boſſius tit.de foro compet. nu.38. cū ſeq.

quem omninò vidè, Alex.conſ.13.nu.10.
19 vol.6.incip.conſideratis his.Secùs † eſſet
in caſu contrario, quādo videlicet Ciui.
tas Ducalis ipſum Principem dominum
ſuum in ius vocaret, quia tunc corā ſuis
conſiliarijs conueniendus eſt. Ita dene.
gati ſunt proceſſus Ciuitati Roſtoch/con
tra Ducem Megapolitanum, licèt hoc
ſatis durum ſit: vel poteſt ciuitas vnam
ex octo præſcriptis vijs, in Ordinat part.
20 2.titul.4. eligere. Duodecimò fallit † in
Ciuitatibus Imperialibus, quæ non ſo.
lùm à ciuibus,ſed à quolibet(quia alium,
quàm Cæſarem, aut Cameram ſuperio.
rem nō habent) rectè in Camera imme.
diatè conueniuntur. Quod tamen non
procedit in illis Ciuitatibus Imperij,quæ
ex priuilegio, vel longiſſimi temporis
præſcriptione, ſingulares iudices (beſons
dere Auſtregh) & ſic alibi primam inſtan.
tiam habent,vt Argentina, Memminga,
Noriberga, Vuormacia, & aliæ pleræ.
que Ciuitates Imperiales. Decimoter.
21 tiò † fallit in cauſis denegatæ iuſtitiæ:
quādo inferior iudex iuſtitiam denegat,
quia tunc ſuperior adiri poteſt, text.in c.
ex tranſmiſſa, & in c. licet ex ſuſcepto,&
in c.ex parte B.de foro compet.text.in c.
cæterū, de iud.Ordinat.par.2.titu.26. Vi.
de infrà eod.Obſeruat.28. Decimoquar.
22 tò † fallit ratione continentiæ cauſa,quę
diuidi,& coram diuerſis iudicibus agita.
ri non debet, text. in l.nulli.C.de iudic.
Dd. ibid. Vide infrà eod. Obſeruat.32.
23 Decimoquintò † fallit in citatione &
mandato pro relaxatione iuramenti ad
effectum agendi, ſeruata forma in Or.
dinat. præſcripta. part. 2. titul. 24. Vide
infrà eod. Obſeruar. 22. Decimoſexto
24 † fallit, ſi Princeps, vel Magiſtratus Im.
perio immediatè ſubiectus, ſubditum,
aut alium extraneum, ex cauſa ciuili ca.
ptum, & idoneam offerentem cautio.
nem,relaxare nolit: quia tali caſu man.
data de relaxando in Camera, cum, vel
ſine clauſulā, pro qualitate negocij de.
cerni poſſunt,prout multa extant præiu.
dicia. Vide infrà eod.Obſerua.26. Deci.
25 moſeptimò † fallit in cauſis Fiſcalibus,
nam generaliter omnes cauſæ Fiſcales
immediatè ad Cameram ſpectant.tex.in
l.1.& in l.2 C.vbi cauſa fiſcal. vel diuinæ
domus agantur. Ordinat.tit.20.§.fi.par.
2. ſicut notatur infrà eodem, Obſer.20.

Decimooctauò † fallit in decernendis 26
promotorialib⁹ ad iudices primæ inſtan.
tiæ,ad excitandā eorum iuriſdictionem.
Quod eſt accipiendum de illis iudicibus,
à quibus immediatè ad Camerā itur, ſiue
appellatur. Nā ſi iudices, ad quos petun.
tur promotoriales, alium mediatum ſu.
periorem agnoſcant, illi inprimis pro
adminiſtranda iuſtitia, vel dandis pro.
motorialibus adiri, & omiſſo medio ni.
hil in Camera, niſi in caſu denegatæ iu.
ſtitiæ, decerni debet. Decimononò † 27
fallit in cauſis criminalibus,ratione nul.
litatis proceſſus: nam licèt cauſæ crimi.
nales capitales, (Peinliche ſachen / die
Leybſtraff auff jnen tragen.) neque per vi.
am ſimplicis querelæ, neque per appel.
lationem in Camera recipi debeant, ſi.
cut diſponitur lege publica Imperij, in
Comitijs Auguſtanis de Anno 1530.§. itē
als mit etlich zeit/& in Ordinat.part.2. tit.
28.§.5. Imò † ex conſuetudine Germa. 28
niæ,appellationes in criminalibus non
admittantur, vt habetur in Ordination.
d.§ 5.(quamuis de iure communi regula.
riter ſecùs ſit.l.addictos C. de appell.l.2.
C.ſi pend.appellat. mors interuen. vide
in tracta. pacis publicæ libr.1. cap.vltim.
in fine: & text. in l.2.C. quor.appell.non
recip. Iul. Clar.§. final. quæſt. 94. per to.
tam.)tamen principaliter ratione nulli.
tatis proceſſus (dummodò iudex crimi.
nalis immediate Imperio ſubiectus ſit)
in Camera citatio, ad deducendam nul.
litatem proceſſus, decerni poteſt: nempe
quod contra accuſatum abſentem, non
legitimè citatum, vel captiuum inaudi.
tum, & indefenſum, & ſic nulliter pro.
ceſſum ſit.tex.not.in c. qualiter & quan.
do,el.2.§.debet igitur, de accuſatio.& in
l.abſentem.C.eod.tit.tex.in c.fin.§.debet
igitur de hæreti.lib.6.gloſſ.notab.ibid.in
verbo indicijs, text. ſing. in l.vnius.§.co.
gniturum.ff.de quæſtionib. Quo caſu in
termino citatiōis iudex criminalis com.
parere,& legitimè proceſſum eſſe p acta
criminalia docere debet, id ſit ſumma.
riè, & de plano, per inſpectionem acto.
rum,quę notorium inducunt.tex.in c.fi.
de cohabit.cler.& mulie.& abſq; litis cō.
teſtatione, & ſine ordine iudiciario,ne
executio nequiter & malitioſè extraha.
tur,quod pmittendum non eſt, text.in l.
quoniā.C.de appel.& in l.cum reis.C. de
pœnis.

pœnis.text,not.in l.ſi quis forte.ff.eo.tit.
Et ſiquidē ex actis criminalibus allegata
nullitas apparet,cauſa principalis ad eun
dem iudicem remittitur, eique,vt legiti-
mè ſecundum ius commune, & Imperij
conſtituriones procedat, ſerio iniungi-
tur, & ſic in effectu accuſatus vel capti-
uus, ab obſeruatione iudicij in Camera
abſoluitur, vide Innoc.in d.c.qualiter &
quando.el.2.& Iul. Clarū in pract.crimi.
quæſt.55.nu.13. Ita quādoq;cum quibuſdā
Iudæis, de empto & occiſo puero Chri-
ſtiano accuſatis,incarceratis, & quæſtio-
nibus ſubiectis, ijſdemq; aliquoties repe-
titis,obſeruatū memini. Vigeſimò † fal-
29 lit,ſi ex conuentione partium,priuilegio
primæ inſtantiæ renunciatum ſit: cùm
quilibet fauori ſuo renunciare, & iuriſ-
dictionem prorogare poſſit.tex.in l.ſi qs
in conſcribendo.C. de pact. vbi pulchrè
Bald.tex.in l.1.& 2.ff.de iud.& in l.ſi con
uenerit.ff. de iuriſd. omn.iudic.text.in c.
ſignificaſti.extr.de foro compet.Ordina.
par.2.titul.2.§.1. Vide prolixiùs, & quo-
modo quis renunciare poſſit foro, infrà
30 eodem,Obſeruat.40. Vigeſimòprimò †
fallit in proceſſu ex edicto noui operis
nunciationis, quia huiuſmodi proceſſus
ſine clauſula decernuntur, & ſic funda-
tur iuriſdictio Cameræ, ex Ordinatione
titul. 23. parte ſecunda: quia ob pericu-
lum moræ receditur à diſpoſitione Or-
dinationis,ratione primæ inſtantiæ.ar-
gument. l. de pupillo.§. ſi quis riuos.ff.
de noui operis nunciatio. cum concor-
dantibus. Sed hoc intelligendum eſt
caſu,quo reus, contra quem petitur nun-
ciatio, Imperio immediatè ſubiectus
ſit, per notata infrà eodem, Obſerua-
31 tione decimaſexta. Vigeſimoſecundò †
fallit, quando inter duos vaſallos de
feudo Imperij, putà de Principatu, Du-
catu, vel Comitatu, Furſtenthumb / Her-
zogthumb / oder Graffſchafften belan-
grnd/ contentio eſt. Nam in huiuſmo-
di cauſis ſolus Imperator Iudex com-
petens eſt, prout expreſſè diſponitur in
32 Ordinatione parte 2.titul.7.§.1. Quò †
pertinet, quòd cauſæ magnæ maiores
iudices requirant. text. ad hoc ſingula-
ris in l. non diſtinguemus. §. de libera-
li.ff.de recept. arbitr. & in c.1. titu. apud
quem controuer. feudi diffiniatur. text.
in l. 2. in fine. C. de pedan. iudic. gloſſ.
ibid.in verb. dijudicent. text.in l.iamdu-
dum.C. vbi cauſa ſtatus agi debeat. Vi-
geſimotertiò † fallit in citationibus per 33
c.dictum, quando is, qui citatur, perſo-
na vagabunda eſt, certum non habens
domicilium,ita vt ignoretur,ſub quo iu-
dice conueniri debeat, nam tunc, pro-
pter incertitudinem, ad ſuperiorem om
nium recurritur: ſicut de continentia
cauſæ tradunt Dd. in d. l. nulli.C. de iu-
dic. & in l.1.ff. de quibus rebus ad eund.
iudic. eatur. vide Panormit. in c. cæte-
rùm.de iudic.& infrà eodem, Obſeruat.
57. Vagabundi dicuntur † qui nuſquam, 34
quod apparet, certa ſede habitationeque
conſiſtunt, licèt domicilium originis
ratione habeant. text eſt in l. eius qui.la.
2.§.ſi quis domicilio.ff.ad municip. & in
l.dies cautioni.§. prætor ait.ff. de damn.
infect. Et hi ius reuocandi domum non
habent, neque etiam inuito actore, alibi
domicilium poſſunt eligere. Dd. in l. 2.
d.§.penul.& in l. hæres abſens.ff. de iudi.
Vigeſimoquartò † fallit, ſi reus imme- 35
diatè Imperio ſubiectus, ad requiſitio-
nem actoris, non tres (prout Ordinat.
part. 2. titul. 5. requirit) ſed vnum, vel
duos tantùm Principes nominauerit:
quo caſu, quia non eſt ſatisfactum legi,
abſque vlteriore requiſitionis neceſſita-
te,decurſo menſis ſpacio,cauſa recto tra-
mite ad Cameram deuoluitur,ita vt ſup-
plicanti de legitima requiſitione docen-
ti, proceſſus, putà citatio, decernatur, vt
in cauſa Virnbrrg cōtra Manderſchrydt/
& alijs multis præiudicijs. text. in l. Ful-
cinius. §. hoc edictum. ff. quib. ex cauſ.
in poſſ.eat. Quotiens † enim lex certam 36
formam præſcribit, forma non ſeruata,
totum actum corruere notum eſt: tex.in
l.cùm hi.§. ſi prætor.ff. de trāſactio.& in
l.ſi quis ita ſtipulatus fuerit, decem.ff. de
verb.oblig.& in d.l.Fulcinius.§.cùm hoc
edictum: cùm forma ſit, quæ dat eſſe rei,
text.in c.cùm dilecta.§.fi.de reſcrip.& in
c.quia propter.de elect tex.in l.Iulianus.
§.ſi quis rem.ff.ad exhiben. idque maxi-
mè procedit, quando lex vel ſtatutum
requirit formam tempore contractus,
vel actus, Authent. hoc ius porrectum.
C. de ſacroſanct. Eccleſ. Bald. in l. vni-
ca. C. de precib. Imper. offerend. Fe-
lin. in c. quoniam frequenter. numer.3.
verſicul. tu verò. ext. vt lite non conteſt.

vbi pleniſſimè.Hæc limitatio intelligen
da,quãdo Prælati,Comites,Barones,aut
Nobiles Imperij ſe inuicem conuenire
volunt.Ordinat.d.titul.part.2. Ad hanc
quoque limitationem pertinent caſus,
quando videlicet Princeps Imperij con-
tra alium Principem Imperij: itẽ quan-
do Princeps contra Prælatum, Comi-
tem,Baronem, aut Nobilem immedia-
tè Imperio ſubditum, agere velit: quo
caſu forma in Ordinat. part. 2. titul. 2.
item titul.3. & titul. 4. præſcripta, ad a-
mußim obſeruari debet. id niſi ritè fiat,
iuriſdictio Cameræ in prima inſtantia
fundata eſt, ita vt reus immediatè in
Camera conueniri poſſit per iura al-
legata. Hæc in Ordinatione locis ci-
tatis prolixè habentur, ad quam Lecto-
rem breuitatis gratia remitto. Vigeſi-
37 moquintò, † fallit in citatione, vel mo-
nitorio, ratione deſeruiti ſalarij Aduo-
catorum, Procuratorum, vel Commiſ-
ſariorum Cameræ, propter connexita-
tem & continentiam cauſarum, & quia
partes ratione ſalarij in Camera quaſi
contraxiſſe videantur. Vigeſimoſextò
38 † fallit in Proſcriptis, ſiue Bannitis Im-
perij, quia cùm omnia priuilegia amit-
tant, text. in l. Is qui reus.ff. de public.iu-
dic.meritò etiam priuilegium fori amit-
tunt, & in Camerà immediatè conue-
39 niri poſſunt. Vigeſimoſeptimò † fallit
in perſonis iuriſdictioni Cameræ im-
mediatè ſubiectis, cuiuſcunque ſunt di-
gnitatis, & præeminentiæ: quæ fallentia
maximè procedit in actionibus perſo-
nalibus,quóad perſonas immediatè Im-
perio ſubiectas: ſecùs exiſtimarem, quó-
ad actiones reales, iuxta l.final.C. vbi in
40 rem act. Vigeſimooctauò † fallit in cau-
ſis viduarum, & pupillorum, in quibus
Imperator cognoſcit, ſola facti verita-
te inſpecta,text.in l.vnica.C.quando Im-
perator inter pupill. vel vidu. vel alias
miſerabil. perſon. cognoſc. text. in c.re-
gum.23. quæſt.5. Bartol. in l. Aemilius.ff.
de minor. Marant.part. 4. diſtinct.9. nu-
me.77.& ſequen. vbi vide. Idque proce-
dit non tantùm in pauperibus viduis, &
pupillis, ſed etiam diuitibus: quia non
diuitiæ,ſed conditio viduitatis, & pupil-
laris ætatis,conſideranda ſunt: nam hu-
iuſmodi perſonæ ſolent communiter
premi: & ideo Principi omnium maxi-
mè conuenit eas contra omnem iniu-
riam,et moleſtiam tueri,tex.in c.regum,
& in c. adminiſtratores. 23. q. 5. præclarè
Natta conſi.590. per totum. volum.3.in-
cip.circa præſentem, vbi dicit viduas, &
pupillos huic priuilegio renunciare non
poſſe, per gloſſ. communiter approba-
tam. in d. l. vnica. in verbo excedere.
Bald. in c.de cauſis. de offic iudic. deleg.
vbi ex hoc infert, quod non poſſint iu-
riſdictionem alterius iudicis prorogare.
Sed hoc in Camera non obſeruatur,
quia ipſimet Principes & Status Impe-
rij in cauſis viduarum & pupillorum
cognoſcunt, & ideo omiſſo medio, vi-
duis & pupillis non decernuntur pro-
ceſſus in Camera, niſi in caſu denegatæ,
vel protractæ iuſtitiæ. Nam non ſolùm
viduæ & pupilli miſerabiles perſonæ di-
cuntur, ſed etiam ſenes decrepiti, item
qui diuturno morbo exhauſti & ener-
uati: & generaliter omnes, qui naturali
commiſeratione, ob fortunæ iniuriam,
digni ſunt, horum numero continen-
tur, Azo in d.l.vnica. nume.7. De priui-
legijs verò miſerabilium perſonarum
(der armſeligen perſonen) vide Petrum
Rebuffum in tracta. de ſentent. prouiſ.
articul.3.gloſſ. vltim. vbi ſedecim priui-
legia recitat. Vtrùm autem fœmina vir-
go,cælibem † agens vitam, habeat priui- 41
legium viduæ, variant interpretes. Pro
parte affirmatiua facit text.in l.malum.
§. viduam.ff. de verbor. ſignifica. Dd.in
d. l. vnica. Fulgoſ. ibidem communem
dicens. Guido deciſ. 566. numer.2.incip.
Quia ſecundum. & Azo in Summa, d.ti-
tul.C. quando Imper.int.pupill. num.6.
Sed pars negatiua verior, quòd vidua † 42
propriè dicitur, cuius maritus mortuus
eſt, ab antiquo verbo iduo, iduas,quod
diuidere,ſeparare, & priuare ſignificat,
vnde idus † appellamus diem diuiden- 43
tem menſem,teſte Horatio,lib.4.Carm.
Ode 11.dum inquit:

Vt tamen noris, quibus aduoceris
Gaudijs, Idus tibi ſunt agendæ,
Qui dies menſem Veneris marinæ
Findit Aprilem.

Hanc partem tenet Couar. pract.quæſt.
cap.7. num.2. cum pulchra limitatione.
Vide Felin. in c. ſignificantibus. nume.
8.de offic. delegati, vbi dicit † marito 44
bannito, vel ad triremes condemna-

to, vxorem eius ſe viduam dicere poſſe. Facit ad hoc tex. in c. 2. §. ſed neque iſtud, de tranſlat. Epiſcop. vbi habetur, quod
45 Eccleſia dicatur † viduata, quæ Epiſco-pum habet, ſed inutilem. gloſſ. ibidem, in verbo inutilem. Iaſon in l. final ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. Couar. loco citato. Alciat. in d. l. malum. §. vidu-
46 am. Vigeſimononò † fallit in ſubditis Comitum, Barónum, & Nobilium immediatè Imperio ſubiectorum, quia eorum ſubditi poſſunt dominos ſuos immediatè in Camera conuenire, vti colligitur ex Ordinar. part. 2. titul. 4. §. fin. argumento à cõtrario ſenſu ducto. Quod ita eſt accipiendum, niſi aliter præſcriptum, & longiſſimo vſu obſeruatum ſit, longa enim conſuetudo attendi debet, tex. in l. non tantum. §. fi. ff. de decurio. et in l. 2. ff. de vacat. mune. tex. in l. Imperatores. ff. de pollicitationib. & forũ quis ex longa conſuetudine ſortitur, vt dixi ſup. in 11. fallent. per allegata ibid. Secùs in ſubditis Principum Imperij, vt ſuprà in decima fallentia, de priuatis perſonis dictum eſt. ADFINIA. Sequentes caſus quoniam cum ſuperioribus affinitatem quandam habent, obiter quoque anno-
47 tare volui, & proinde Trigeſimò † fallit in tutelis, & curatelis, quarum datio, vel confirmatio, quóad perſonas immediatè Imperio ſubiectas, ad Cameram ſpectat: quando nimirum tutor, & pupillus immediatè ſubſunt iuriſdictioni Cameræ, per text. in l. 1. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. gloſſ. ibidem, in verbo, eiuſdem. text. in l. ius dandi. ff. eod. & in l. neque. C. qui dare tut. vel curat. poſſunt. Vbique dicitur † tutelæ dationem ad Ordinarium ſpectare: Sed Camera talium pupillorum & tutorum ordinarius Iu-
49 dex eſt. Trigeſimoprimò fallit † in compromiſſis, ſi à laudo reductio petita ſit, caſu, quo ea locum habet: regulariter enim à ſententia arbitri non appellatur, text. in l. 1. C. de recept. arbitr. & in l. non diſtinguemus. §. cùm quidam. verſicu. & idem. ff. eo. tit. nam tunc per viam reductionis, omiſſis Iudicibus Ordinationis, putà, der Außtregh/Camera immediatè adiri poſſet. Intellige quando is, contra quem petitur reductio, ſit Imperio immediatè ſubiectus, aliàs Iudex partis reductionem petentis adiri deberet, ſicut prolixiùs notatur infrà eodem, Obſeruatione 149. Quando autem à ſententia arbitri liceat appellare, vide Alciatum in l. nemo poteſt. num. 41. ff. de leg. 1. & Socinus in fallent. regul. 18. vbi plures caſus refert. Maranta part. 6. titul. de appellat. numer. 250. cùm multis ſequentibus. Dd. in d. l. 1. C. de recept. arbitr. Panormit. in c. 2. numer. 14. & in c. cùm dilectus, numer. 17. extr. eod. titul. & in c. quintaualIis. nume. 33. de iureiuran. Tri-
geſimoſecundò † fallit in laudo arbi- 50
tri, vel arbitratoris contra Principem, vel aliam perſonam immediatè Imperio ſubditam, prolato caſu, quo tale laudum eſſet emologatum, & per conſequens executioni mandandum foret: nam tunc executio laudi immediatè ad
Cameram pertinet. Quia † arbiter non 51
habet executionem, ſed ordinarius Rei, per textum, in l. cùm anteà. C. de arbitr. ibi, in hac quidem. Baldus ibidem, num. 9. text. in c. per tuas. extr. eod. titul. Panormita. ibidem numer. 1. text. in d. à diuo. in princip. ff. de re iud. Bartolus ibid. §. 1. numer. 7. text. in l. cùm proponas. C.
de reb. cred. Trigeſimotertiò † fallit eo- 52
dem modo, quóad executiones ſententiarum, per Commiſſarios, vel Iudices Ordinationis latarum, quia huiuſmodi executiones immediatè ad Cameram ſpectant, nam ſtatim poſtquam Commiſſarij pronunciàrunt, (cùm ſint Iudices delegati) officio ſuo functi ſunt, & porrò Ordinarius, id eſt, Iudex Cameræ pro executione adeundus Barto. in d. l. à Diuo, num. 14. Panormit. in c. quærenti. nu. 8. ff. de offi. delegat. Idem plenè in c. ſi quis contra, ext. de foró compe. Felin. in c. cùm ſignificâſti. nu. 1. de off. iud. deleg.
Et licèt delegatus † ſummi Principis ſen- 53
tentiam ſuam exequi poſſit, text. in d. c. quærenti. Dd. vbi ſupra, & in l. à Iudice. C. de iudic. tamen iſti Commiſſarij vigore Ordinationis dati, vel electi, executionem non habent. Quemadmodum neque Commiſſarij Principum, qui executionem ab ordinario petere debent, vt per Ang. à S. Ioann. Antipatad. cap. 7. nu. 4. & cap. 11. num. 3. & ideò immediatè in Camera mandata executorialia decerni
poſſunt. Trigeſimoquartò † non proce- 54
dit in cauſis feudalibus, quia in huiuſmodi cauſis certi Iudices ſunt, nimirum

Pares curiæ. Itaque vaſallus volens Prin-
cipem, vel Comitem Imperij in cauſa
feudali in ius vocare, Pares curiæ, non
iudices Ordinationis (vermög oder Außs
tregh) adire debet, tex. in c.1. de cõtr. feud.
apud par. term. Afflict. ibid. nu. 4. & com
muniter feudiſtæ, text. in c.1. §. præterea.
de prohib. feud. alie. per Fed. Panor. in
c. cæterum. de iudic. Feli. ibid. nu. 20. vbi
tractat materiam, quis dicatur iudex cõ-
petens in cauſa appellationis, quando à
55 domino feudi appellatur. Et †licèt Pares
curiæ eligantur à partibus, per text. in d.
c.1. de controu. feud. Iſernia ibid. num. 4.
Præpoſ. nu. 1. & 4. Zaſius part. 2. nu. 12. ta-
mẽ ordinariã iuriſdictionẽ in cauſis feu-
dalibus à lege habẽt, ideoq; corã ijs pro-
ceditur ſeruato iuris ordine, libellus ex-
hibetur, lis conteſtatur, iuratur de calũ-
nia, probationes fiunt, & in cauſa randẽ
cõcluditur, iuxta l. prolatam. C. de ſent.
& interl. omn. iud. Innocentius in d. c.
cæterùm. nu. 4. de iudic. Iacob. de Ardi-
zo, quarta parte primæ partis principa-
lis, cap. 138. Afflict. in d. c. 1. nu. 1. 5. & 8. Iſer-
nia ibidem nu. 5. & 7. Præpoſ. nu. 4. Item
56 † ab eorum ſentẽtijs licitè ad Cameram
appellatur, ſi Curia non habeat media-
tum iudicem, per tex. in c. fin. quo temp.
mil. & ibidem Afflict. nume. 2. & num.
27. & in interponenda appellatione ius
commune obſeruatur, vt fieri debeat
intra decendium, iuxta Auth. hodie.
C. de appellat. Feudiſtæ in d. c. fin. quo
temp. mil. Curt. in tract. feud. part. 7. nu.
57 33. Itẽ corã Paribus † curiæ reconuentio
locũ habet, quia ſunt iudices ordinarij,
vt dictũ eſt, vide Andr. de Iſernia in d. c.
1. nu. 3. de cõtr. feud. apud par. termi. Af-
flict. ibid. nu. 4. & Zaſi. d. part. 2. nu. 25. vbi
58 vide, an Pares curiæ † cùm ſint iudices or-
dinarij, recuſari poſſint. cõcludit contra
Afflict. quod non, per tex. in c.1. §. fin. de
inueſtitu. in marit. facta, maximè de iure
ciuili, quo ordinarius iudex recuſari ne-
quit, tex. in l. nemo. C. de iuriſdict. omn.
iud. & in l. apertiſſimi. C. de iudic. Dd.
ibidem. vide infrà eod. Obſer. 43.

OBSERVATIO II.

De conſtitut. religionis, quando turbantes pacem religionis in Camera conueniri poſſint.

SVMMARIA.

1 *Camera iuriſdictio fundatur ex conſtitutione religionis.*
2. *Qualitas fundans iuriſdictionẽ iudicis quando probanda.*
Expreſſum videtur quod tacitè ineſt. ibid.
3 *Aequipollentium eadem eſt diſciplina & iudicium.*
4 *Appellatio fieri poteſt per verba æquipollentia.*
5 *Verborum ſolemnitas quando omitti poſſit.*
6 *Sententia diffinitiua debet continere abſolutionem vel condemnationem.*
7 *Verborum forma aliquando in ſpecie eſt exprimenda, aliquando generalitati omnia includuntur.*

IVriſdictionẽ Cameræ, † ex con- 1
ſtitutione religionis (auff den res
ligions friedẽ) anno 55. in Comi-
tijs Auguſtanis, cõmuni Statuum con-
ſenſu promulgata, immediatè fundari
notũ eſt, lex Imperij dat hãc iuriſdictio-
nem Cameræ facit tex. in l. & quia, ff. de
iuriſd. om. iudic. gloſ. ibid. in verbo nec
ipſa. Qui contrà eius diſpoſitionem ali-
um in Imperio, religionis intuitu, in
perſona, vel rebus, veluti in perceptione
redditnũ, perturbat, wider den Religions
friedẽ/ is in Camera Imperiali immedia-
tè cõueniri poteſt, nõ obſtãtibus quibuſ-
cunq; priuilegijs fori, quibus illa conſti-
tutione derogatũ eſt, vt patet ex receſſu
Imperij Auguſtano de anno 55. §. Wir bes
felhen. Sed quoniam non omnis turba-
tio ad religionem ſpectat, & ne quid in
fraudem primæ inſtantiæ fiat, quæſitum
fuit de requiſitis huius conſtitutionis.
An in ſupplicationibus ſuper hac con-
ſtitutione, inter Status diuerſæ religio-
nis, neceſſe ſit diſertè apponi clauſulàm,
turbationem videlicet religionis intui-
tu factam eſſe. Quod nonnulli exiſti-
mârunt, quia illa qualitas fundat iuriſdi-
ctionem Cameræ, ergo allegari & pro-
bari debet, Felin. In c. ex parte nu. 21. cum
ſeq. de reſcrip. & in c. licèt cauſam, num.
40. de probatio. vtrobiq; Dd. qualitas. n.
nõ poteſt à facto principali ſeparari, per
tex. in l. prætor ait. §. docere. ff. vi bon.
rapt. & alia iura in tract. frac. pacis libr. 1.
cap. 13. allegata. Sed crebriùs placuit in
extrahẽdis proceſſibus, putà citatiõe, vel
mãdato de relaxãdo captiuo religionis
prætextu capto, huiuſmodi clauſulam
omitti poſſe, & ſufficere ſi ex facti narra-
tione, rerumque circumſtantijs, vel ver-
bis

bis æqnipollentibus ea qualitas colligi
queat : vtputà ſi narretur turbationem
fieri in perſona ſupplicantis, vel eius bo-
nis,contra diſpoſitionem vel conſtitu-
tionem religionis , quia ad fundandam
iuriſdictionem iudicis, ſufficit allegare
qualitatem tribuentem iuriſdictionem.
tex.in l.cum quædam puella. §. quoties.
ff.de iuriſdict,omn.iud.Bart.in l.ex qua-
cunq;.ff.ſi quis in ius voca.non ier.Alex.
ibid.nume.16. cum ſequent. Socin. in c.
ſi clericus laicum. nume.12.de for. com-
pet. Qui autem in libello ſupplici ex-
ponit turbationem factam contra con-
ſtitutionem religionis & eius diſpoſitio-
2 nem, allegat vtique † qualitatem fun-
dantem iuriſdictionem Cameræ, quæ
eſt, ipſa conſtitutio,vt initiò dixi: nec eſt
neceſſe, vt nuncupatim adijciat clauſu-
lam illam,turbationem intuitu religio-
nis factam. Eo ipſo cenſetur eſſe facta
intuitu religionis , quando fit contra
Conſtitutionis diſpoſitionem : cum il-
lud dicatur expreſſum,quod tacitè ineſt.
& ex mente ſupplicantis colligitur, text,
in l.prætor ait,§.interdictum , ff.de noui
oper.nuntiat.gloſ.ibid. in verbo expreſ-
ſum,Ang.Iaſ.& alij ibid.tex.in l.cũ quid,
ff.ſi cert.pet.gloſ.ibid. in verbo ꝓ cauto,
& in l.ſtipulationẽ,ff.de iur.doti. Bartol.
ibid.nu.2.tex.in l.nominis,§.verbũ,ff.de
verb.ſignif. De veritate narratorũ poſteà
in proceſſu diſputabitur. Bald. ſingul. in
l.non ignorat.C.de ijs qui accuſ. nõ poſſ.
nu.1, vbi dicit per illum textum,quando
qualitas eſt cauſa, vel ratio introducen-
di perſonam in iudicium tunc illa qua-
litas ante litis conteſtationem proba-
ri debet: ſecus quando eſt cauſa pronun-
tiationis diffinitiuæ , quo caſu quali-
tas poſt litis conteſtationem proban-
da eſt. Ad horum confirmationem ge-
nerales iuris regulæ pertinent. Quod pa-
ria ſint aliquid impleri formaliter , vel
æquipollenter. Prætereà an aliquid fi-
at nominibus proprijs, vel æquipollen-
3 tibus indicijs: eò quòd † æquipollentium
ſit eadem diſciplina, & idem iudicium.
text. in clement. exiui.§. vt autẽ. de ver-
borum ſignificat.tex.in l.licet,& ij,§. te-
ſtes aũt,de teſtib.& in in c.tua.de conſan
guin.& affinitat.gloſſ. ibidem. in verbo
æquipollentibus , text. in l.ſi mater.iun-
cta gloſſ.in verb.ſua cauſa.C.de inſtitut.

& ſubſtitut. dicens nihil intereſſe quid
ex æquipollentibus fiat.gloſſ. in l. final.
§.final. in verb. tueri.ff. de mand. Quò
pertinet , quòd certum dicatur , cuius
ſpecies vel quantitas, aut nomine ſuo,
aut ea demonſtratione , quæ nominis
vice fungitur, qualis, quantaq; ſit, oſten-
ditur,text.in l.certum. ff.ſi certum peta-
tur. Sic duo Rei debendi conſtituuntur
verbis æquipollentibus,gloſſ. in authen.
hoc ita. in verb. ſpeciale. C. de duobus
reis. Bartolus ibidem.num.2. Pari ratio-
ne in † appellatione non eſt neceſſe ex- 4
primere verbum appello,ſed ſatis eſt di
cere,vel facere aliquid æquipollens huic
verbo. vtputà ſummitto me protectio-
ni talis , dummodò aliâs requiſita ap-
pellationis obſeruentur, per textum, in
c. ad audientiam. de appellation. Pa-
norm. ibidem numer. 1. cum ſequen.
Idem in c. cùm dilecti filij.numer.4.eo-
dem titulo. ratio , quia † vbi ad certum 5
actum explicandũ verborum ſolẽnitas,
præfixa non eſt, ſufficit exprimere con-
ceptum & effectum rei , licet non expri-
mantur propria verba actui illi confor-
mia. Verba enim intentioni ſeruire
debent,& nõ è contra.text.ſing. in c.hu-
manæ aures,22.q.5.& in c. In his. de ver.
ſignific. ſecus ſi certa verborum ſolen-
nitas requiratur,tex.in l.1.ff.de verb. ob-
lig. Ita Panor. vbi ſup. ſic ſententia † dif- 6
finitiua debet cõtinere condemnationẽ
vel abſolutionem.tex.in l.1.ff.de re iudi.
Bartolus ibidem. Sufficit tamen ſi con-
tineat verba æquipollentia. Bartolus in
d.l.1. numero.4. text.in l. in ſumma. ff.
d.titul. Bartol. ibidem.numer. 1.dicens
ſufficere, ſi in ſententia exprimatur ver-
bum condemno, vel æquipollens , vel
ſi exprimatur certa qualitas expreſsè,
aut per relationem ad acta. Et ibidem
dicit idem obſeruandum in cauſa ap-
pellationis,videlicet iudicem poſſe pro-
nunciare ſecundum formam. l. eos. la.
1.C. de appella. vel æquipollentem,per
text.in d.l.in ſumma, & in l. ait prætor,
§. 1. ff. de re iudic. Ad idem eſt text.
in l. quid tamen. §. ſi arbiter. ff. de ar-
bit. vbi arbiter ſi pronunciat Titium ni-
hil debere, videtur eum abſolnere. Bart.
ibid.num.1. Plura exempla refert, Curt.
iunior conſil.191. nu.3. cũ ſeq.vol.3. incip. 1
habita diligenti,& Felin.in c. translato,
num.

nu 4.cum ſeq.de cōſtitutio. vbi omninò
vide, & pro regula obſeruandum, quod
quando lex, vel ſtatutū requirit aliquid,
expreſſe fieri,quod tunc verba generalia,
ex quibus neceſſariò illud inferatur, ſuffi-
ciant: cæterum ſi lex, vel ſtatutū pro for-
ma certam expreſſionem, aut verborum
tenorē exigat, tunc illa forma ſeruanda
eſt, & non eſt ſatis aliquid fieri per æqui-
pollens, & per viam intellectus, glo. ſing.
in c.inqſitores, in verbo expreſſe, de hæ-
retic. in 6. Felin. præclarè in d.c.trāſlato,
Iaſ. in d.l. prętor ait nu.5.cum ſeq.ff. de re
iudi. Curr. iunior d.conſ.191. cum allega-
tis ibid. Sed in conſtitutione Religionis
nulla certa verborū forma præſcribitur:
ſed in genere ſancitum eſt, neminem in
Imperio religionis intuitu turbari, aut
moleſtari debere, ergo generalis narra-
tio ſufficit, ex qua qualitas turbatæ reli-
gionis colligi poſſit, per iura allegata, &
ſiquidem illa qualitas poſtea in proceſſu
cauſæ non probetur, citatio emiſſa caſſa-
tur, & impetrās in expenſis cōdemnatur,
quod ſępiſſimè factum memini, tex. in c.
ſup literis, & in c. ſi quādo, de reſcrip. tex.
in l. vniuerſa, & in l. etſi legibus. C. eo. tit.

OBSERVATIO III.

De conſtitutione pacis publicæ & eius violatoribus.

SVMMMARIA.

1 *Conſtitutio fracta pacis fundat immediatè iuriſdi-ctionem Cameræ.*
2 *Requiſita huius Conſtitutionis.*
3 *Lex quando duo coniunctim requirit, vtrumque ad-impleri debet.*
4 *Conſtitutio fracta pacis etiam ad Eccleſiaſticos per-tinet.*
5 *Qualitas facti probanda, & quando.*
6 *Qualitate facti non probata, abſolutio ſequi de-bet.*
Iuriſdictiones confundi non debent. Ibid.
7 *Clauſula reſeruatoria actionis.*
8 *Bannum requirit ſententiam declaratoriam.*
9 *Fallit in atrocioribus criminibus.*

EX conſtitutione Imperij ſuper
pace publica de qua prolixè ſcri-
pſi in ſingulari meo tractatu de
pace publica, ad quem me breuitatis gra-
1 tia remitto, † iuriſdictionē Cameræ im-
mediatè fundari, ex ipſa conſtitutione
perſpicuum eſt, in Ordinatione parte 2.
titul. 4. nam lex Imperij dat expreſſe hāc
iuriſdictionem Cameræ Imperiali, facit
tex. in l. & q a.ff. de iuriſd. omn. iud. gloſ.
ibid. in verbo nec ipſa. tex. in l.1.ff. de off.
eius cui mand. eſt iuriſdic. Vt aūt actio
ex cōſtitutione pacis publicæ competat,
† tria potiſſimu requiſita neceſſariò in- 2
teruenire debent. Primò vis publica, tex.
in l.2. cum l. ſequent. ff. de eo quod metùs
cauſa. Secundò vis armata, quę fit homi-
nibus coadunatis ponderādo verba con
ſtitutionis: ibi: mit gewerter handt/ hoc eſt
armata manu tex. in d l.2. & in l.1.§. hoc
interdictū, ff. de vi & vi arma. Tertiò do-
lus malus, vt nimirū vis publica fiat ar-
mata manu, & dolo malo, ex propoſito,
& deſtinata voluntate, tex in l inter oēs.
§. rectè, & in l falſus. §. qui alienum. ff. de
furt. text. in l.1.§. Diuus ff. ad l Cornel. de
ſicar. glo. in d.l.1 § hoc interdictū, in ver-
bo atrocem. Iſta tria laſus ad obtinendā
citationem in Camera ſuper fracta pace
libello ſupplici inſerere, & poſtea in pro-
ceſſu probare debet: quia non omnis vis
publica eſt fracta pax, licèt è contrario
omnis fracta pax ſit vis publica: & quo-
ties † lex duo coniunctim requirit, non 3
ſufficit alterutrum fieri, ſed vtrumque
adimpleri neceſſe eſt, text. in l. ſi quis ita
ſtipulatus fuerit, decem ff. de verb. oblig.
& in l. ſi hæredi plures. ff. de cond. inſtit.
Decius conſil.177. num.1. incip. quod ſu-
pra. Et iſta † conſtitutio pacis publicæ 4
non ſolùm ſeculares, ſed etiam Eccle-
ſiaſticas perſonas obligat, nullo perſo-
narum diſcrimine habito, etſi in modo
procedendi & condemnaudi inter vtraſ
que differentia ſit, quod videlicet ſecu-
lares probato delicto in Bannum Impe-
poſitionis perpetui ſilentij, tāquàm præ-
properè factam, denegamus: decernen-
tes, quatenus dictus A. contra nomina-
tum B. ad vlteriora ritè procedere velit,
quòd eum denuò ad hoc citare debeat.
Poſt hanc ſecundam citationem, ſi dif-
famator non compareat, ſed in cōtuma
cia perſiſtat, accuſata iterū eius cōtuma-
6 cia, & repetita ſummaria petitione, † ſen
tentia in contumaciā profertur, hoc pa-
cto. In ſachē C. Clager / wider D. beclag-
ten. l. diffamari. iſt clem fürbringē nach /
vñ in contumaciam zu recht erkendt / das
gedachtem beclagten / diſer ſachen halben /
ein ewig ſtillſchweigen uffzulegē ſey / als
wir jhme auch ſolches hiemit aufflegē / dar-
zu in die gerichts koſten / derhalben auffge-
lauffen / nach rechtlicher meſſigung / Jhme
dem Cläger zuentrichten vñ zubezalen / fel-
lig ertheilen. Latinè, In cauſa C. Actoris
contra D. reū, legis diffamari, viſis actis,
& actitatis, in contumaciam pronuncia-
mus, dicto reo in hac cauſa perpetuum
ſilentium imponendum eſſe: quemad-
modum illud hac noſtra ſentētia ei im-
ponimus, eumq́ue actori in expenſis, ſal-
uo noſtro iudiciali moderamine, cōde-
mnam⁹. vide tex. & Dd. in c. 1. de mil. va-
ſal. qui contu. eſt, & in d. l. Titia, ff. de ac-
cuſatio. Ex formulis harum ſententiarū
videre eſt, diffamatum in iudicio diffa-
mationis actorem eſſe, vt ſup. Obſeruat.
proxima paucis admonui: quod etiam
ex ſubiecta ſententia perſpicuum eſt. In
ſachen N. Clägern eins contra M. beclag-
ten anderthеils. l. diffamari. iſt allem für-
bringen nach zu recht erkendt / das gedach-
tem beclagten / jhnen Clägern beſchehener
maſſen zu diffamieren / vnnd außzuſchrey-
en / nicht gezimpt noch gepurt / ſonder dar-
an zuuil vnnd vnrecht gethan habe / vnnd
jhme derhalbē ein ewig ſtillſchweigen auff-
zulegen ſey / als wir jhme auch ſolches hie-
mit aufflegē / darzu in die Gerichts koſtē ꝛc.
vt ſuprà, Latinè, In cauſa N. Actoris ex
vna, contra M. reum ex altera, partibus.
l. diffamari, viſis actis & actitatis decer-
nimus, & pronunciamus, dicto reo non
licuiſſe actorem ita diffamare, ſed in eo
nimium & iniuſtè feciſſe: ideoq́ue ei per-
petuum ſilentium imponendum eſſe;
prout ei hac noſtra ſententia illud im-
ponimus, cum refuſione expenſarum.
In hac formula ſententiæ, diffamatus
pro Actore, & diffamans pro reo quoq;
ponitur. Obſeruandum tamen hanc ſen
tentiam pertinere ad tertiū caſum, quan
dò videlicèt diffamatus non habet ali-
um iudicem, quàm Cameram: & licèt
hoc caſu diffamator verè actor ſit, quia
ſequitur forum Rei, vt dixi ſuprà eo.
Obſeruat. 9. tamen hoc, quóad formulā
ſententiæ in Camera in iudicio diffa-
matorio non obſeruatur, vti ex iam re-
citatis ſententijs conſtat: & idem in
cauſis pignorationum receptum eſt, vt
in tractatu pignorationis annotaui. Ob-
ſer. 21.

OBSER.

OBSERVATIO XIII.

De Mandatis ſine clauſula, & quando decernenda.

SVMMARIA.

1 *Ab exequutione non eſt inchoandum.*
2 *Mandata ſine clauſula regulariter ipſo iure nulla ſunt.*
3 *Fallit in quibuſdam caſibus.*
4 *Periculum ſi ſit in mora receditur à regulis iuris communis.*
5 *Præſumptio, eſt pro Magiſtratu.*
6 *Mandata ſine clauſula quando in Camera decernantur.*

MAndata ſine clauſula regulari-
ter ipſo iure non valēt, quia ab
1 † executione nō eſt inchoandū,
tex.in l.1.C.de execut. rei iud. & in l.nec
quicquā §.vbi decretum.ff.de offi.procō
ſul.& leg.tex.notab.in l.ſi cū nulla, ff.de
re iudic.pulchrè Angel.in §. curare. nu.
10.vſque ad fin.Inſti.de actio.Dd.in l.de
pupillo,§.meminiſſe.ff de nou.oper.nū-
cia. Vnde ſi is,cui abſque clauſula man
darum eſt, non pareat mandato, in pœ-
nam præcepti incidiſſe non dicitur:quia
2 cùm huiuſmodi † mandata ipſo iure
nulla ſint, impunè illa contemnere, &
ſpernere poteſt,tex.in c.conquerente,de
reſtir. ſpolia.& in l.3.§.fin.ff. de eo quod
met.cau.tex.not.in l.prohibitum eſt, C.
de iur.fiſci,lib.10. & in l.omnes iudices,
C.de decurionib.eod.lib.tex. in l.prola-
tam, C.de ſent.& interloc.omni.iudic.
Bartol. in d.l.3. Iaſon in d. §. decretum,
& Angel.in d.§.curare.Hæc tamen con-
cluſio non procedit in quibuſdam caſi-
bns notatis per Dd. in locis allegatis,
quorum etiam aliquot recenſentur in
Ordinat.libr.2.titul.23. quibus mandata
in Camera ſine clauſula decerni poſſūt.
3 Generaliter, quoties † caſus omni iure
prohibitus eſt, vel factum tale, quod nul
lo iure iuſtificari poteſt, tunc decernun-
tur in Camera mandata ſine clauſula:
putà ſi præceptum fieret ſuper eo, quod
etiam altera parte præſente & inuita cō-
cedi deberet : nam quoties actus expli-
cari poteſt aliquo præſente inuito, tunc
poteſt etiam eo abſente, ignorante, & nō
citato fieri, per text. expreſſum in l.4.§.1.
verſic.illud, ff. de fideicommiſſ. liberta-
tib.& in l.ſi eum ſernum, §.fin.ff.eod.tit.
text.in l.recuſare, ff.ad S.C. Trebellia.&
in l.qui poteſt inuitis, ff.de reg.iur. Iaſ.in
l.reſcriptum. numer. 4. ff.de pact.Porti.
libr.1.commu.opinio.concluſ. 43. in 16.
limitatio.vbi hoc declarat per multa al
legata. Deci. conſil. 274.nume. 4.incip.
viſo decreto.Felin.in c.nihil. nume.3.cū
ſeq.de præſcript.vbi de caſibus ſcandali
omninò vide, Idem in c.1.num.25.verſi.
adde, de iureiur. & latè in c. cùm olim.
num.11.de ſent.& re iudic.Alexand. con
ſil.30.nume.1.& 2.vol.1.incip. difficultas
huius negotij, vbi omninò vide. Paris.
conſil.1.num.33.vol. 1. vbi dicit quando
certum eſt alicui non competere defen-
ſionē, tunc actū contra abſentem geſtū
valere etiam ſine citatione, & ita tenēt,
communiter Dd. in locis allegatis, ve-
luti in caſu.l.æquiſſimum.ff.de vſufruct.
Item quandò ſubeſt timor armorum,
vel quando fieret mandatum gratia vi-
tandi ſcandali, vel ſi caſus concernat v-
tilitatem publicam, aut damnnm irre-
cuperabile. Alexā.in d.§. meminiſſe. nu.
4.Roma.ibid. Iaſ. in d. §. vbi decretum.
nnm.7.Ang.in d.§.curare.nume. 10.pul
chrè Hipol.ſing.30. per totum.Matant.
titul.de citat.nume. 5. part. 6. vbi plures
allegat.Hinc eſt, quòd mandata de non
offendendo ſine clauſula decernantur,
vide ſuprà Obſeruat. 4. Item manda-
ta ſuper conſtitutione pignorationis,
quia reſpiciunt publicam pacem & tran
quillitatem, vt dixi ſuprà Obſeruat. 8.
Præterea in caſibus, in quibus periculū
in mora eſt, huiuſmodi mandata ſine
clauſula decerni poſſunt, vt in edicto no
ui operis nunciationis. Dd. in d.l. de pu-
pillo.§.meminiſſe. Vide ſuprà Obſerua.
16.ratio, quia in his, in quibus eſt pericu-
lum in mora, remittitur diſpoſitio iuris
prohibitiua, text.in d.l. de pupillo, §. ſi
quis riuos. Roma.ibid.numer.1. & 3. A-
lexand.ſimiliter nume.1.dicens, quòd v-
bicunque † periculnm eſt in mora, rece- 4
datur à regulis iuris communis, per il-
lum text. & in l. ſi quis filio exhæreda-
to, §.hi autem, ibi, niſi fortè latro mani-
feſtus, ff.de iniuſt.rup. teſtament. & in l.
diuus.ff.de petit.hæred. gloſſ. in l.final.
in verb.fideiuſſionis.C.de ferijs. Et enu-
merantur caſus ſpeciales.in l. 1. §. final.
cum l.ſequent.ff.eod. Sunt etiam alij ca-
ſus, in quibus à præcepto inchoari poſ-

ſit, vt in caſu l.tutor qui repertorium. §.
ſi deponi.cum ſequen.ff.de adminiſt. tu-
to & in l.ius alimentorum. verſic. prius.
ff.vbi pupill. educ. debeat. Alexand. in l.
filiusfamil §.Diui.nume. 29.in fin. ff. de
leg.primo.vbi Imol.& alij tractant quo-
que materiam mandati ſine clauſula. Iu
dex tamen nō debet eſſe facilis in decer-
nendis huiuſmodi mandatis ſine clauſu
la, præſertim ad inſtantiam ſubditorum
contra dominos, ne fiducia talium mā-
datorum fiant contumaces & refracta-
5 rij. & † quia alias in dubio præſumptio
pro Magiſtratu eſt, tex.in l. 2. C. de offic.
ciuil.iudic.ibi, quod non arbitramur, &
in c.pręſentia, de renuntiat.tex.in c.ſicut
nobis, in fine de ſent. & re iudic. & in c.
bonæ memoriæ, el.1.§ contra vero de e-
lect. & elect.poteſt. Roland. conſi. 6. nu.
3.vol.2.incip.qnoniam, & conſil.5.num.
24.vol.1.incip.pulchra. Huiuſmodi au-
6 tem † mandata ſine clauſula, in caſibus
licitis in Camera tunc demum decer-
nuntur, quando reus contra quem petū-
tur, immediatè Imperio ſubiectus ſit, vel
quando qualitas cauſæ ad Camerā prin-
cipaliter pertinet. In alijs verò caſibꝰ or-
dinarius Iudex Rei adiri debet. vulg.l.fi.
C.vbi in rem actio.

OBSERVATIO XIIII.

An mandata ſine clauſula admittant exceptionem ſub & obreptionis.

SVMMARIA.

1 *Reſcripta principis habent clauſulam, Si preces veritate nitantur.*
2 *Pœna reſcripti ſuſpenditur.*
3 *Mendax precator carere debet impetratis.*
Reſcriptum ſubreptitio impetratum nullam tribuit iuriſdictionem. ibid.
4 *Reſcriptum quando dicatur ſubreptitium.*
5 *Subreptio in vna parte an totum reſcriptum vitiet.*
Reſcriptum definiens cauſam, nullum eſt. ibid.
6 *De principis poteſtate quatenus diſputare liceat.*
7 *Princeps poteſt diſponere cōtra Ius, ſed in dubio hoc non præſumitur velle.*

QVoniam regulariter in extra-
hendis proceſſibus in Camera,
ſtandum ſit narratis ſupplicati-
onum.l.cùm quædam puella.§. quotiès.
ff.de iuriſd.omn.iud. & pleniùs dixi in-
frà eod.Obſeruat.31.dubitari poſſet, an
mādata ſine clauſula, ante paritionem,
exceptionem ſub & obreptionis admit-
tant. Breuiter, omiſſis ambagibus dicen-
dum quòd ſic. Omnia enim † Principis 1
reſcripta, omnia eius mandata (loquor
de mandatis Cameræ Imperialis, quæ
ſub nomine & ſigillo ſummi Principis,
hoc eſt Cęſaris, decernuntur) cum, vel ſi-
ne clauſula, tacitam habent conditio-
nem, Si preces veritate nitantur. per tex.
in c.2.de reſcrip.Canoniſt.cōmuniter in
c.ſuper literis.eod.titul.gloſ. magiſtralis
ibid.in verb.literas.latè Felin.ibid.tex.in
l.vniuerſa.C.de reſcrip.Bart.in l.2. nu.2.
C.ſi contr.ius.vel vtil. publ.tex.in l. & ſi
legibus.C.d.titu.Hipol.ſingul.153.vbi di-
cit, quòd iſta conditio, Si preces veritate
nitantur, quæ tacitè ſubintelligitur, ſu-
ſpendat † pœnam eò vſque, donec de 2
veritate vel falſitate narratorum docea-
tur.allegat Anchara. conſil. 241. Vnde
pars contra quam obtentum & impe-
tratum eſt tale mandatum, poteſt com-
parere, & exceptionem ſub & obreptio-
nis opponere, quæ exceptio ad proban-
dum admitti debet: quemadmodum e-
tiam in Camera, ſi non ſit notoriè ca-
lumnioſa, admittitur: & ſi probetur, caſ-
ſatur mandatum, & impetrans in ex-
penſis condemnatur, tex.notab.in c.fin.
de reſcript.carere enim debet † mendax 3
precator impetratis, tex.in cap.ſedes, &
in cap.ſi quandò.de reſcript.text.notab.
in c.ſuper eo de crim. falſi, & in d.l. etſi
legibus. Ita factum in cauſa Franciſci
Inden / contra ciuitatem Aquiſgranen-
ſem.octano Iunij, Anno ſexageſimo ſe-
cundo. Et in cauſa Ottingen contra Ot-
tingen / vigeſimoquarto Septembris, An-
no ſexageſimoquinto. Item in cauſa
Trier / contra Trier / primi & ſecundi
mandati, Anno ſexageſimo octauo. Re-
ſcriptum enim ſubreptitium ex com-
muni Dd.opinione, nullam tribuit iu-
riſdictionem, text.in d.c.ſuper literis, &
in d.c.fin.de reſcrip.tex.in l. pręſcriptio-
ne, C.ſi contra ius vel vtilit.public.Curt.
iunior conſil.246 nume. 1. vol.3. incip.
clariſſime, & conſil.209.nume. 20. cum
ſeq. eodem vol. Et ſic obſeruandum,
quòd huiuſmodi mandata ſine clauſu-
la non habeant parendi neceſſitatem,
ſed admittant exceptiones ſub & obre-
ptio-

ptionis. Et ſic in effectu, quóad pœnæ
commiſſionem, parum aut nihil à man-
datis cum clauſula differunt. Arguitur
4 autem † reſcriptum ſubteptitium, ſi i-
pſa narrata ſint falſa, vel ea qualitas,
cuius intuitu mandatum à iudice decre-
tum, vera non ſit, vel ſi taceatur id, quo
expreſſo, Princeps non fuiſſet conceſſu-
rus illud, aut ſaltem non ita facilè, per
text. in d. cap. ſuper literis, iuncta gloſſ.
& c. poſtulaſti. eod. titul. Curt. iunior, d.
conſil. 246. num. 4. in fine. Et ſi plura
capitula contineat ſeparata, commiſſo
vitio in vno, totum corruit, & vitiatur.
Bald. in cap. ad audientiam. numer. 11.
de reſcript. per tex. in cap. ſi eo tempore
eod. titul. in 6. Quod tamen eatenùs
verum eſt, ſi capitula illa principali ne-
gotio connexa ſint, ſecùs ſi ſeparata,
5 quia tunc regulariter, ſubreptio † in vna
parte non vitiat, neque inualidum red-
dit reſcriptum in alijs. Ita hoc ſingulari-
ter limitat Panormitan. in d. cap. ſedes.
nume. 4. Felin. ibid. nume. 2. Præterea,
vt reſcriptum à vitio ſub & obreptio-
nis ſaluetur, non ſufficit generaliter ex-
primere factum, niſi etiam exprimatur
modus, per quem factum fuit conſum-
matum, gloſſ. ſingul. in d. c. dilectus el.
1. in verb. virib. de reſcript. latè Roman.
conſil. 326. nume. 10. cum ſequentib. Bel-
lo. conſil. 18. nume. 6. Iaſ. ad l. 1. numer. 2.
C. ſi contra ius vel vtilit. public. Præter-
eà noti iuris eſt, reſcriptum ipſo iure, eti-
am abſque ope exceptionis nullum eſ-
ſe, ſi cauſam determinat potiùs, vel de-
finit, quàm præparat, aut committit. Ita
ſingulariter docet Bald. in l. 1. nume. 4.
C. de colluſ. deteg. per illum text. Rom.
conſil. 330. incip. circa primum. nume. 4.
Pariſ. conſil. 45. nume. 3. volum. 4. incip.
ruit monitorium. Iaſon in l. 2. num. 22.
circa fin. C. ſi cont. ius vel vtilitatem pu-
6 blicam. Et licèt regulariter de † poteſta-
te Principis diſputare non liceat, cùm
hoc ſit inſtar ſacrilegij, tex. in l. diſputa-
re, C. de crimin. ſacrileg. tamen de vo-
luntate & ſcientia Principis nõ eſt pro-
hibitum diſputare, per notata infra lib.
2. Obſeruat. 56. & Obſeruat. 58. Ratio, quia
nonnunquàm malè inſtruitur Princeps,
text. not. in c. fin. de reſcript. in 6. gloſſ.
ibid. in verbo importunitatem, text. in
c. vnico, in princip. de religio. domib.
eod. libr. & in c. deteſtanda, de conceſſ.
præbend. eod. libr. text. not. in l. 1. C. de pe-
titio. bonor. ſublatis, libr. 10. & nun-
quàm præſumitur Principi aliquid pla-
cere, niſi quòd iuſtum, & verum eſt.
text. in l. fin. C. ſi contr. ius vel vtil. pub.
& in l. digna vox, C. de legib. Vult e-
nim omnes ſuos actus regulari à iuſti-
tia poli, & fori. Bald. in l. 1. nume. 1. ff. de
conſtitut. princip. Iaſ. ibid. nume. 3. De-
ci. conſil. 151. numer. 1. vbi dicit, æquo a-
nimo princeps pati debet, cùm veritas
& iuſtitia defenditur. Alexand. conſil.
216. volum. 2. in princip. Philip. Cornel.
conſil. 135. nume. 3. volum. 4. incip. licèt
videatur: dicit, quòd Princeps Roma-
nus, multitudine negotiorum præuen-
tus, ad omnia per eum emanata non
poteſt aduertere. Zaſ. d. conſil. 10. num.
28. Poteſt quidem Princeps contra ius
diſponere, adiecta clauſula, non ob-
ſtante, de qua in d. l. final. C. ſi contr. ius,
vel vtilit. public. Iaſ. ibid. Bald. in l. final.
C. ſenten. reſcin. non poſſ. Bartol. in ex-
trauag. ad reprimendum, in verb. non
obſtantib. ſed in dubio non præſumitur
hoc velle, & ſic, non de eius poteſtate,
ſed voluntate potius dubitatur, videli-
cet, quòd † Princeps non præſumatur 7
velle aliquid ſtatuere contra ius: & ſiqui-
dem aliquid conceſſerit, præſumitur per
importunitatem partis hoc conceſſiſſe.
text. in d. c. fin. de reſcript. in 6. & in d. c.
vnico de religio. domib. & in d. l. 1. C. pe-
titio. bono. ſubla. libr. 10. Iaſ. in l. reſcri-
pta. num. 1. C. de precib. Imp. offer. Idem
in l. quoties. nume. 3. C. eod. titul. vbi di-
cit, quod princeps, in dubio nunquàm
præſumatur præiudicare velle iuri alte-
rius, text. in l. nec auus. C. de emancipat.
libr. gloſſ. & Bald. ibidem, tex. in l. 2. §. me-
ritò. & in §. ſi quis à Principe. ff. ne quid
in loco publ. cum ſimil. Vide omnino
Afflict. in c. 1. §. ſimiliter poteſt. nume. 6.
cum ſequen. de capit. qui cur. vend. And.
de Iſern. ibid.

OBSERVATIO XV.

*Præceptum Iudicis contemnens, an ſta-
tim in pœnam comminatam de-
clarari poßit.*

SVMMARIA.

1 *Mandatum ſine clauſula an habeat executionem paratam.*
2 *Præceptum iudicis pœnale quid operetur.*
3 *Super impoſitione pœnæ, citatio requiritur.*
4 *Decreta iudicis non debent eſſe eluſoria.*

QVid ſi is,cui mandatum eſt abſque
clauſula, in caſibus,in quibus à præ-
cepto inchoari poſſet,(de quo aliàs co-
pioſiùs tractatum) contemnat præceptũ
iudicis,non compareat,nec opponat ex-
ceptionem ſub & obreptionis,an ſtatim
1 poſt † factam executionem Mandati , ſi
non ſit paritum,ad partis aduerſæ inſtã-
tiam , in pœnam mandato inſertam,
abſque noua citatione declarati poſſit?
Dicendum quòd non , ſed reproducto
Mandato, & facto imprimis proclama-
te,is,cui mandatum eſt, citari debet , ad
videndum ſe incidiſſe in pœnas Man-
dati,ob nõ factam paritionem. Ita quo-
tidiè in Camera obſeruatum,vt in cauſa
Hatgaw/contra Hanaw/ & alijs quam-
plurimis cauſis,per text.not.in c. veniẽs,
§.fin.de accuſat. ibi, citationem, & pur-
gationem,Iaſ.in l.ad diem,nume.3. ff.de
verb.obligat.gloſſ.not. in c.vnico,de ſa-
gittarjs,in verbo ſub anathemate,quæ di
2 cit,† præceptum Iudicis ſub pœna excõ-
municationis,non continere condem-
nationem,ſi præcepto ſtatim non obtẽ-
peretur,ſed comminationem condem-
nationis, ſi mandato nõ pareatur,ideo-
que noua opus eſſe citatione,ad videndũ
fieri condemnationem , vel allegãdum
cauſas,cur hoc fieri non debeat,per text.
in d.c.veniens , §. fin.& per doctrinam
Bartol. in l.vnica.ff. ſi quis ius dic. non
obtemp.nnmer.13. vbi dicit, quòd non
requiritur nouus proceſſus , ſed tantùm
3 † citatio , ad faciendam ſuam defenſio-
nem , ſuper impoſitione huius mulctæ,
ſequitur Alexand. ibid. numer. 20. &
communiter Dd.Idem Alexand. in l.fi-
liusfam. §.Diui.nume.30.ff.de leg.1. Vbi
dicit, quòd ſuper impoſitione mulctæ,
requiratur nouus proceſſus & ſententia,
allegat ad hoc l.1.in princip.ff.ſi qnis ius
dic.& l.1.§.1.ff.ſi quis in ius voca. Felin.
amplè in c.quoniam frequenter , nume.
22.vt lite non conteſtat. vbi pro regula
ponit,vnicam citationem nõ ſufficere,
quando ad pœnæ impoſitionem agitur,
per allegata ibidem. Eadem obtinent,
quóad declarationem pœnæ, in manda-
tis inhibitionum , & compulſorialium
ſimplicium,quia arctioribus proceſſibus
inſeritur citatio ad videndum,per iura
allegata,Iaſon in d.l. ad diem, numer.
3. ff. de verbor. obligat. & ita in practi-
ca obſeruatur.vide infrà eod.Obſeruat.
134.& Obſeruat. 144. Meo tamen iudi-
cio,quóad huiuſmodi mãdata ſine clau
ſula , quæ ob factum quod nullo iure
iuſtificari poſſet, decernuntur(de quo ſu
prà Obſeruat. 13. copioſiùs dictum eſt)
vtiliſſimum foret,ſi ea annexam citati-
onem ad docendum de paritione habe-
rent , vel videndum ſe declarari in pœ-
nam Mandati,vt in proceſſu pignorati-
onis,in puncto Mandati, receptum eſt,
ne partes duplicibus ſumptibus & pro-
ceſſibus grauarentur,& talia mandata e-
luſoria quodammodo reddantur, quod
eſſe non debet,per textum in l.ſi prætor
ff.de iudic.vbi dicit † textus, quòd decre- 4
ta , & edicta prætorum, non debent eſſe
eluſoria, gloſſ. ibid.in verb. prætorum.
text.in l. final. ff. ne quid in loco publi-
co. text. in l. final. §. non autem filio.
C. de bon. quæ lib. Et ita nouiſſimè
in Comitijs Spirenſ. pragmatica Con-
ſtitutione ſancitum eſt , nimirum An-
no 1570.

OBSERVATIO XVI.

De noui operis nunciatione, & mandatis inhibitorijs.

SVMMARIA.

1 *Nunciatio noui operis iniquè facta valet.*
2 *Eſt quædam extraiudicialis appellatio.*
3 *Citatus in dubio comparere debet.*
4 *Nunciatio impunè ſpernitur, ſi notorium ſit nunciantem non habere ius nunciandi.*
5 *Citatio iniuſta non arctat citatum.*
6 *Exceptio peremptoria quandò ante litis conteſtationem admittatur.*
7 *Notorium quid faciat.*
8 *Iniuſtè nouum opus nuncians, tenetur iniuriarum.*
9 *Quandò periculum eſt in mora , nunciatio non attenditur.*
10 *Nunciatio in re præſenti fieri debet.*
11 *Triplex nunciatio.*
12 *Mandata inhibitoria ſine clauſula poſt nunciationem decernuntur.*

13 Man-

13 *Mandatum de demoliendo an ſine clauſula decernendum.*
14 *Edictum noui operis nunciationis tria capita continet.*
15 *Mandatum de demoliendo in Camera ſine clauſula quando ſit conceſſum.*
16 *Quando denegatum.*
17 *Intrà tres menſes nuncians de iure ſuo docere debet.*
Illis elapſis cautione præſtita opus cœptum licet perficere. ibid.
18 *Remiſſio noui operis nunciationis triplex eſt.*

ETSI nũciatio noui operis, Die verkundung eines newen baws/ p
eum qui ius nunciandi non ha-
bet, facta ſit: attamen tanti momenti eſt,
1 vt etiam † iuſtè ædificanti noceat, & æ-
dificium fieri impediat, adeò, vt ſi ſpreta
nunciatione ædificare quis pergat, opus
factum demoliri teneatur, nam nuntia-
tio, ſiue iure, vel iniuria facta ſit, ſperni
non debet, text. in l. 1. ff. de nou. oper.
nunciat. gloſſ. ibid. in verb. nunciatio-
nem. Iaſon ibid. numer. 1. & communi-
ter Dd. text. notab. in l. Prætor ait. §. 1. ff.
eod. titu. & text. in c. 2. ext. eod. Schurff.
conſil. 9. numer. 15. cent. 1. incip. prædicta
omnia. Quòd licèt durum ſatis videa-
tur, tamen non caret ratione, nunciatio
2 enim noui operis, extraiudicialis † quæ-
dam appellatio eſt, vndè pendente ap-
pellatione, nihil attentandum, Barto. in
d. l. 1. numer. 18. Iaſon. ibidem numer. 1. &
2. Bartol. in l. final. numer. 4. ff. de appel-
la. recip. Schurff. d. conſil. 9. num. 16. Præ-
tereà, poſtquàm nunciatum eſt nouum
opus, is cui facta eſt nunciatio, iuris, non
facti via, tueri ſe, hoc eſt, iudicem adire,
& remiſſionem operis petere, id niſi fe-
cerit, ob contemptam prætoris maie-
ſtatem, opus poſteà factum demoliri de-
bet. Roman. Iaſ. & alij in d. l. 1. quemad-
modum in ſimili, à iudice incompeten-
3 te citatus † in dubio comparere, & pri-
uilegium, vel exceptiones fori declina-
torias allegare & proponere debet, tex.
in l. 2. ff. ſi quis in ius vocat⁹, & in l. ſi quis
ex aliena. ff. de iudic. vtrobique Dd. Li-
mita hanc obſeruationem. Primò, vt
procedat quandò de iure nunciantis du-
bitatur: ſecùs ſi compertum & explora-
tum ſit, eum ius nunciandi non habere,
4 quo caſu, impunè † nunciatio ſperni po-
teſt. text. in l. 1. §. fin. cum l. ſeq. ff. de noui
oper. nuntiat. & in d. l. de pupillo. § ſi plu
rium dominorum. ff. eod. titul. & eſt cō-
munis Dd. opinio. Bartol. in d. l. 1. num.
6. Iaſo. ibid. numer. 2. 3. & 7. communem
dicens, Curt. iunior. conſil. 253. nume. 19.
vol. 3. incip. habita diligenti, & conſil.
274. nume. 10. eod. vol. incip. viſa ac dili
genter, vtrobique communem dicit, Pa-
normit. in c. 1. numer. 10. ext. eod. vbi di-
cit, non eſſe veriſimilè iura figmentis,
delictis, & deceptionibus locum dare
velle, imò iniurias prohibere, text. in l. ſi
maior. C. de reſcinden. vend. & in l. me-
minerint. C. vnde vi. text. in l. 1. C. de his
qui veni. ætat. impetr. nec præſumendũ,
prætorem æquitatis amantem, text. in l.
quòd ſi Epheſi. ff. de eo quod cert. loco. &
in l. æquiſſimum. in princip. ff. de bon.
poſſeſſ. ſecund. tabul. vòluiſſe nuntiatio-
nem euidenter & notoriè iniuſtam, li-
gare ædificantem. Sic citatio † manife- 5
ſtè nulla non arctat citatum, quia paria
ſunt, non citare, vel minus legitimè ci-
tare, text. in l. 1. & in l. 2. ff. nè quis eum,
qui in ius voca. gloſſ. in c. veniens. de
accuſat. in verbo veniens. vide infrà eo-
dem, Obſeruat. 48. & † exceptio perem- 6
ptoria in caſu notorio antè litis con-
teſtationem admittitur, effectumque di-
latoriarum operatur, text. in c. 1. de lit.
in 6. Panorm. in d. c. 1. numer. 10. de nou.
oper. nunc. gloſſ. in l. poſt rem iudicatã.
ff. de tranſact. in verbo ſubeſſe poſſit.
Prætereà nullitas notoria in executione
ad impediendam eam opponi poteſt.
Doct. in Clem. 1. de re iud. Alexand. con-
ſil. 77. nume. 9. & nume. 11. vol. 2. incip. in
cauſa & lite, vbi de intellect. d. Clem.
1. Curt. iunior. d. conſil. 274. num. 6. in fi-
ne. Iaſ. in d. l. 1. nume. 8. vbi hanc limita-
tionem, quod nuntiatio notoriè iniqua
ſperni poſſit, pluribus rationibus exor-
nat. Et licèt nonnulli contrarium te-
neant, vt refert Iaſ. ibid. eò quòd iniuſtè
prohibitus ædificare, ſtatim remiſſio-
nem à iudice petere poſſit, tamen à com
muni opinione, tanquàm æquitati &
rationi conſentanea, in iudicando non
eſt recedendum. Tria autem † notori- 7
um inducunt, inſtrumentum, res iudi-
cata, & euidentia facti, vt per Barto. in d.
l. 1. nume. 8. & ibid. Iaſ. nume. 10. prolixi-
ùs explicatur. Imò iniuriarum conueni-
ri poteſt iniuſtè † nouum opus nunci- 8

ans.per text.in l.iniuriarum.§.ſi quis me
prohibeat.ff.de iniur.& in l. qui penden
tem.ff.de actio.empt.Iaſ.in d.l. prætor.
§.ſiue autem.numer.7. Secundò limita-
tur, vt non procedat, quandò dilatio
periculum, vel graue damnum ædifica-
re volenti allatura eſt: quo caſu, nuncia-
tio impunè ſpernitur, veluti ſi quis ri-
uos, vel cloacas reficere, vel purgare ve-
lit, cùm publicæ ſalutis & ſecuritatis in-
terſit, & cloacas, & riuos purgari. text. in
l.de pupillo. §.ſi quis riuos. ff. de nou. o-
per.nunc.gloſſ. ibid.in verb. periculum,
quæ declarat, quot modis periculum di-
catur eſſe in mora. Ratio huius limi-
tationis eſt, quòd quoties periculum
9 † eſt in mora, recedatur à regulis iuris
communis, & remittatur iuris diſpoſi-
tio, etiam prohibitiua. per textum. in d.
§.ſi quis riuos. Iaſon ibid. numer. 1. & 5.
Panormit.in d.c.2.num.9.extr. de non.
oper.nũciat.l.1.§.fin.ff.de fer. vide ſuprà
eod. Obſeruat.13.d.l.de pupillo. §. toties.
Tertiò fallit, quando nunciatio fit ſe-
paratim ab opere, putà ad domum e-
ius cui nunciatur, quia tunc impunè
10 quoque contemnitur, cùm in † re præ-
ſenti facienda ſit, nimirum eo loci, vbi
opus fit, ſiue quis ædificet, ſiue inchoet
ædificare. per textum. ſing.in d.l. de pu-
pillo.§.nunciationem.Iaſ.in d.l.1.num.
3.in 7.limitatione.ff.de non. oper. nun-
ciat.vbi plures limitationes tradit. Tri-
11 plex † autem nunciandi forma eſt: Pri-
ma verbalis, Secunda per iactum lapil-
li, Tertia per prætorem.d.l.1.§.in operis.
vbi vide omninò Iaſo.& text. in d.l. de
pupillo. §. meminiſſe. In Camera Im-
12 periali mandata † inhibitoria pœnalia,
ſine clauſula, in edicto noui operis nun-
ciationis decernuntur, ſi ædificans poſt
denunciationem legitimo modo ver-
bis, vel per prætorem, aut iactum lapil-
li factam, ædificare pergat d.l.de pupil-
lo. §. meminiſſe. de qua denunciatio-
ne iudici per inſtrumentum publicum,
eo nomine confectum, conſtare debet,
vt in cauſa Reipubl. Lubecenſis, contra
Epiſcopum Lubecenſem 24. Aprilis,
Anno 64. & alijs multis cauſis. Ideò
autem hoc caſu mandata ſine clauſu-
la decernuntur, quia ædificans poſt de-
nunciationem, contra leges & conſti-
tutiones facit: quapropter tale factum
nullo iure iuſtificari, neque præſentia
partis aduerſæ excuſari poterit, & ſic iu-
dici à præcepto incipere permiſſum eſt.
Dd.in d.§.meminiſſe. text.notab.in l.4.
§.illud.in princip.ff.de fideicommiſſ. li-
bert. Ordinat. part. 2. titul. 21. Hinc
obſeruandum, quòd in edicto noui o-
peris nunciationis priuilegium primæ
inſtantiæ non habeat locum, vulgari-
ter, Die Außträgh / nam mandatum
ſine clauſula fundat iuriſdictionem Ca-
meræ, ex Ordinat. d. titul. 21. Et hoc
obtinet, quando vtraque pars immedia-
tè ſubiecta eſt imperio, vel ſaltem reus,
ſecùs ſi reus, vel is cui facta eſt nuncia-
tio, mediatè Imperio ſubſit: quo caſu,
ne ex hoc quidem edicto, mandata in-
hibitoria in Camera decernenda ſunt:
ſed iudex competens adiri debet. vulg.l.
fin. C. vbi in rem act. Memini tamen
proceſſus decretos contra reum media-
tè Imperio ſubiectum, vt in cauſa Epiſ-
copi Merſpurgenſis, contra Iohannem
à Diſſaw/ decimo nono Auguſti, anno
ſexageſimo, nam Diſſaw reus non erat
immediatè ſub Imperio, ſed hoc factum
ratione bonorum, eò quòd bona feu-
dalia immediatè ab Imperio recogno-
ſceret, & poſſideret. per rationem d.l.
fin.C.vbi in rem actio.& text.in c.final.
de for.compet. Vtrobique Dd.& in illis
bonis nouum opus ædificanti nuncia-
tum fuit. Sed quid dicendum † de man- 13
dato de demoliendo, an illud quoque ſi-
ne clauſula decerni poſſet, per rationem
prædictam? Fuit aliquando de eo quo-
que dubitatum, attamen concluſum,
non eſſe faciendam differentiam inter
mandatum de demoliendo, & † edictum 14
noui operis nunciationis: cùm edictum
illud tria capita contineat, nimirũ pro-
hibitorium, permiſſorium, & demolito-
rium, ſiue reſtitutorium, vt notat glo.in
d.l.de pupillo.§.meminiſſe. In verb. vti
poſſideris. Quapropter huiuſmodi man
data † demolitoria, ſi aliâs ratione per- 15
ſonæ, contra quas petuntur huiuſmodi
mandata, fundata ſit iuriſdictio Came-
ræ, ſine clauſula quoque decernenda
ſunt. Ita factum in cauſa Renner contra
Friburg/ 11. Septembr. anno 65. Extant
† quoq; præiudicia in contrarium, vt in 16
cauſa Comitum à Widt cõtra Comites
à Stien/ prima Aprilis, ann.63.& in cau-
ſa Fug-

ſa Fugger contra Ellerbach/Item Nurnn
berg/ cõtra Marggraffen zu Onolſpach/vbi
mandata de demoliendo decreta ſunt
cum clauſula: ſed prior opinio commu.
niter obſeruatur. Intellige iſta de opere
iam cœpto, nondum tamen abſoluto:
quia edictum remediumque noui ope.
ris nunciationis aduerſus futura opera
inductum eſt, non aduerſus præterita:
hoc eſt, aduerſus ea quæ nondum facta
ſunt, nè fiant. nam ſi quid operis fuerit
factum, quod fieri non debuit, ceſſat edi.
ctum de noui operis nunciatione, & erit
transeundum ad interdictum, Quod vi,
aut clàm factum erit, vt reſtituatur, ita
Vlpianus in d.l.1 ff. de nou oper. nunc.
text in l.1.& toto tit. ff. quod vi aut clam.
17 Porrò de iure communi nouum † opus
denuntians, intra trium menſium ſpati.
um, de iure ſuo docere debet, quibus per.
actis, ædificans oblata ſatiſdatione de
opere demoliendo, in cœpto opere per.
gere poterit, text. in l. vnica. C. de ope. no.
nunc. & in c. fin. extr. eod. titul. & vtrobi.
que Dd. & ita fuit pronunciatum in Ca.
mera in cauſa Jacoben Kellingers / cõtra
Wernher Wolckher / & conſortem, vt
grauamina contra nouum opus exhibi.
ta, intra tres menſes proximos probaret,
21. Februarij, anno 64. Sed hoc in Came.
ra non tam exactè obſeruatur, quia nun.
cians intrà prædictum tempus de iure
ſuo docere vix poterit, propter multitu.
dinem cauſarũ. Sufficit ſi articulos nun.
ciationis debito tẽpore exhibuerit, eoſ.
que ad probandum admitti petierit, li.
cèt examẽ debito tempore non finiatur,
& iudicialiter producatur. Intereà is, cui
facta eſt nunciatio ædificare non poteſt,
etiamſi ſatiſdationem de demoliendo
offerat, & remiſſionem ob id petat, quod
ſatis durum eſt: attamen exiſtimarem,
non obſtante litis pendentia in Camera,
elapſis tribus menſibus, citato offerenti
idoneam ſatiſdationem, nunciationem
per ſententiam remittendam eſſe, cùm
per cautionem vtrique parti conſultum
ſit, tam ei qui nũtiauit, quàm ei cui nun.
tiatum eſt, tex. in l. ſtipulatio. §. 1. ff. de no.
ui oper. nuncia. & in d. l. prætor ait, § hoc
interdictum. etenim ad decus vrbium
pertinet ædificia non derelinqui, text. in
in d. l. prætor ait, §. hoc interdictum,
& Reipublicæ intereſt vrbem ruinis non
deformari, text. in l. 2. §. ſi quis, & in l. fin.
ff. ne quid in loco publico. nec quic.
quàm intereſt iure quis, an non iure ædi.
ficet, cùm ſit ſecurus is, qui nouum opus
nunciauit, poſteaquàm ei cautum eſt, ita
Vlpianus in d. l. prætor ait. §. deinde ait.
Iaſon pulchrè ibid. num. 4. dicens, quod
quemadmodum prætor admittit nun.
ciationem, ſine ritè, vel minus ædifice.
tur, per tex. in d. §. deindè ait. ita vice ver.
ſa permittit ædificanti interdictum, Nè
vis fiat ei, præſtita, vèl oblata ſatiſdatio.
ne, ſiue iuſtè, aut iniuſtè ædificet: nam
oblata cautione, is cui facta eſt nuncia.
tio, poſſeſſor efficitur, non enim nunci.
atio, ſed ipſa ſatiſdatio nunciati facit e.
um poſſeſſorem. Iaſon in d §. deinde ait.
nume. per illum text. pleniùs Iaſon in l.
1. §. in operis. ff. eodem titul. de nou. oper.
nunciat. per text. in l. ſi alius. §. Iulianus,
ibi, cùm poſſeſſor hoc ipſo conſtituatur.
ff. quod vi aut clàm. *Scire* quoque opor.
tet, † remiſſionem in materia noui ope. 18
ris triplicem eſſe: primam, quæ ipſo iu.
re conceditur, putà, ſi notoriè iniuſta ſit
nunciatio, ſecundam, quæ ſit cauſa co.
gnita, per iudicis ſententiam, tertiam,
quæ ſit per ſatiſdationem extraiudicia.
lem. Iaſ. in d. l. de pupillo. §. qui remiſſio.
nem. nume. 5.

OBSERVATIO XVII.

Domini ſæuitia in ſubditos quomodo mandatis pœnalibus coerceri poßit.

SVMMARIA.

1 *Domini ſæuitia quomodo coërcenda.*
2 *Dominus ob nimiam ſæuitiam iuriſdictionẽ in ſubditos amittit.*
3 *Subditi non debent ad inſolita ſeruitia vrgeri.*
4 *Feudo priuari poteſt Dominus ob nimiam ſæuitiam.*
5 *Reipublicæ intereſt ne quis re ſua abutatur.*
6 *Mandata contra Dominos quomodo decernenda.*
7 *Præſumptio militat pro magiſtratu.*
8 *Subditi rebelles quomodo in officio retinendi.*
9 *Rebellio requirit ſententiam declaratoriam.*

SI Dominus † in ſubditos nimi.
um ſæuiat, eoſque ad inſolitas
operas, angarias ſiue peranga.

 rias

rias præſtandas vi cõpellat, tali caſu, ſub-
diti ſuperioris auxilium & officium im-
plorare poſſunt, vt domino ſub graui
pœna mandetur, ne plus ſolito eos gra-
uet: & tali caſu ſolent quandoque man-
data ſine clauſula in Camera decerni,
quandò videlicèt ex narratis ſupplicati-
onum conſtat de nimia atrocitate & ſæ-
uitia Domini, ita vt factum eius omni
iure ſit prohibitum: putà ſi ex cauſa ciui-
li ſubditos contra oblatam cautionem
in carceres miſerè detrudat, contra text.
not. in l.1.C. de cuſtod. reo. ſi nouas exa-
ctiones, proprio motu, pro ſua libidine
abſque ſummi principis authoritate, pu-
tà Imperatoris, imponat. Si inops, vel
cenſu prodigus ſub vmbra officij eos tur
piter, & flagitiosè emungat, & aſſiduis
operis excruciet (mit vngemeſſtnen/vnnd
taglichtn fronen) adeò vt nõ ſuppetat eis
tempus ſeſe, & ſuos alendi, contra tex. in
l. cùm patronus. & in §. final. ff. de oper:
liberto. de qua quæremonia & abuſu o-
per. vide præclarè Zaſ. ſingul. intel-
lect libr.1.cap.3.nume.70.cum ſequen. &
infrà lib.2.Obſer.62.& latè Parid. de Pu-
teo in tract. de Syndicatu, tit. de Regum,
Principum, Dncum, & Baronum exceſſi-
bus. Ad hoc ſunt text. notabiles, in §. do-
minorum. Inſtitu. de his qui ſunt ſui vel
alien. iur. tex. in l.1.§. diſpiciamus. & in l.
2.§ dominorum. ff. eod. tit. & ibid. Bald.
in prin. dicens per illum text. quòd pro-
2 pter† nimiam crudelitatem poſſit alicui
auferri iuriſdictio. tex. in l.1. C. de emen-
dat ſeruo. l. fin. C. quemadmodum ciui-
lia. mune. indic. lib.10. Spec. tit. de exacto.
nume.3. dicens, ſubditum Iudicis offici-
3 um implorare poſſe, ſi à domino † in ſo-
litis ſeruitijs grauetur, per text. in d.l. fin,
Idem Specul. in tit. de denunciat. nume.
13. Boër. deciſ.132. par.1. per totam, vbi di-
cit, quòd dominus non poſſit reditum
vel cenſum antiquum ſubditis non con-
ſentientibns augmentare, per tex. not. in
l. cùm ſatis. §. caueant. C. de agric. & cenſ.
lib.11. text. in l.1. C. in quib. cauſ. colo. cẽſ.
dom. accuſa. poſ. eo. lib. vbi dicitur, quòd
plus ſolito grauari non debeant. text. in
l. vnica. C. ne operæ à collatorib. exigan.
lib.10. pulchrè Bal. de pace tenen. §. pub-
lici latrones. nu.2. Aluaro. ibi. §. qnicun-
que. nu. 1. Schenck ibid. in fin. vbi per il-
4 lum tex. dicunt, quòd etiam † feudo pri-
uari poſſit dominus, qui iuriſdictione &
poteſtate ſua abutitur. Vaſqui. illuſtri.
contro. lib.1. cap.8. nu.17. cum ſequ. quem
omninò vide. Rom. conſ.37. incip. Viſo
puncto. nu.1. dicẽs, quòd ob nimiã domi-
notum ſæuitiã, ſubditi à iuriſdictiõe eo-
rum eximi poſſint. vide omninò Bal. in
d.l.2.§. dominorum. Guid. dec.62. per to-
tam. iunc. apoſtil. pulchrè & plenè Gram.
deciſ.104. per totam. qnem omninò cir-
ca hanc obſeruationem vide, an opus ſit
prius admonitiõe ſuperioris, vt deſiſtat
à ſæuitia, & ſubditos benè tractet: vbi cõ-
cludit quòd non. Sed alitet in praxi ob-
ſeruatur, quia admonitio ſuperioris præ-
cedit. Et licèt dominus habeat iutiſdicti-
onem & poreſtatem in ſubditos ſuos: ta-
men ea poteſtate nõ abuti, ſed modera-
tè vti debet. Quò pertinet, quòd etiam †
Reipublicæ interſit, ne quis re ſua abuta-
tut, tex. in §. in poteſtate. Inſtit. de his qui
ſunt ſui vel alie. iur. Alber. in l. in re man
data. C. mand. nu.1. Caſt. ibi. nu.2. Sed do-
minus malè tractans vaſallos & ſnbdi-
tos, dicitur malè vti re ſua. Gramma. d.
deciſ.104. num.21. & num.14. dicens, do-
minum debere teddere vices ſuo ſubdi-
to, eiuſq; iura conſeruate, aliàs nomine
domini indignum. Bald. in c.1. nu.8. in fi.
tit. qual. domi. ptoptier. feud. priuet. Sic
iniqui parentes, intolerabili iniuria libe-
ros afficiẽtes, Iudicis implorato officio,
ad emancipationem compelli poſſunt,
text. in l. fin. ff. ſi à parentibus quis manu.
fuetit: etſi aliàs actione iniuriarum non
teneantur, tex. in l. prætor edixit. §. præte-
reà. ff. de iniu. Oportet autẽ in huiuſmo-
di † mandatis ſine clauſula decernendis, 6
contra dominos, ſingulas factorum cir-
cumſtantias diligenter examinare, nè
ſubditi aduerſus dominos & Magiſtra-
tum atmentur, & ad maiorem inobe-
dientiam fiducia mandatorum inciten-
tur, & ideo ſuperior nõ audiet ſubditos,
niſi atrocitas domini eum moueat, text.
in l. prætor edixit. §. prætereà, verſicul:
nec patietur. ff. de iniur. & Roman. d.
conſil.30. inquit, quod ſuperiot debeat
reijcere iniuſtam ſubditorum petitio-
nem exemptionis à iuriſdictione Do-
mini. allegat §. ſi tibi quoque. Authen. de
mand. princ. & §. ſi quis verò exiſtimans.
Auth. vt differentes iudic. quia regulari-
ter † præſumptio militat pro magiſtratu 7
tex.

text.in c.in præſentia . de renunciat.& in c.ſicut nobis,de ſent.& re iudic.tex. not. in l.2.C.de offic.ciuilium iudic.ibi,quod non arbitramur. Alciat.in 3.reg. principal.præſumption.16. niſi alia coniectura ſit in contrarium,vt ſi ſolitus ſit aliquid iniuſtè facere, per notata Innoc.in c. diuerſis,nume.3.de cleric. coniuga. Alciat. vbi ſuprà.numer.6.quia tunc etiam contra magiſtratum præſumitur, text.in c. conquerente,de reſtit.ſpoliat.& in l.prohibitum eſt, C.de iure fiſci.libr.10.Dd.in l.fin.C.ſi per vim,vel alio modo. Et procedit iſta concluſio non ſolùm quandò ſubditi de ſæuitia Domini conquerun- tur,ſed etiamſi non conquerantur: quia Iudex ex officio prouidere debet ſubditis, ne indebitè & plus æquo vexẽtur,tex. in l.illicitas.§.ne potentiores.ff. de offic. præſid.Gram.d.deciſi.104.nu.15. Vaſqui.
8 d.c.8.nume.17. Sed quid ſi † ſubditi ſint rebelles, ſi nolint officia ſubditorum & debita ſeruitia more maiorum pręſtare? Certè tali caſu ſecũdum communes cõcluſiones, Domino permiſſum eſt eos punire,eorum bona capere,& tenere tantiſper, donec ad debitam obedientiam reducantur,per text.in l.ſi quis fortè. §.ſi quis Comitum.ff. de pœnis. facit text.in l.vnica.C. ne ſine iuſſu Principum certis iudicib.liceat confiſca. & in l.congruit, ff.de offic.præſid.Alex.conſil.13.num.10. volum.6.Incip.conſideratis his.Bal.in l. vnica,nume.2.C. ne quis in ſua cauſa iudic.Dd.ibid.Bald.in l.2.nume. 70.in fin. C.de ſeruit. & aq.Ideoque inaudito Domino, niſi ex grauibus & notorijs cauſis, mandata ſine clauſula contra ipſum, ad inſtãtiam ſubditorum decerni non debent.Et obſerua obiter, quòd ad hoc vt
9 quis dicatur† rebellis,requiratur ſententia declaratoria.latè Corne.conſi.96.per totum,volum.4.Deci. conſi.604.nume. 1.incip.in caſu illuſtris.Idem conſil.544. num.2.Incip.Carolus Quintus. Barto.in extrauag. qui ſint rebelles,in verb.rebellando,per totum.Alex.d.conſi. 13.num. 7.vbique docent quis dicatur propriè rebellis.Non enim dicitur quis rebellis,niſi ſit per ſententiam condemnatus. Dd. vbi ſuprà.Philip. Port. libr.1.commun. opinionum.concluſ.2 nume.1. Fallit in rebellione notoria facti permanentis. Grammat.deciſi.105.nume.57.cum ſequ. Port.vbi ſupr.vide in tracta.fractæ pacis, cap.3.lib.2.

OBSERVATIO XVIII.

De naufragio,an bona quæ erant in naui,cadant in commiſſum,& de mandatis pœnalibus.

SVMMARIA.

1 *Ex calamitate naufragij nemo bona ſua amittere debet.*
2 *Clauſula, Non obſtante, in conſtitutione Principis quid operetur.*
3 *Excommunicantur, qui naufragium paſſos ſpoliant.*
4 *Ordinatio criminalis annullat conſuetudines contrarias.*
5 *Afflicto quando non ſit addenda afflictio.*
6 *Fiſcus non debet locupletari ex aliena calamitate. Mandata ſine clauſula contra tranſgreſſores decerni poſſunt. ibid.*

IN quibuſdam locis conſuetudines vel ſtatuta ſunt, quòd facto naufragio, bona quæ erant in naui cadant in commiſſum, & ad dominum loci, cuius eſt flumen, pertineant. Quæſitum an huiuſmodi conſuetudines vel ſtatuta valeãt? Concluſum quòd non: idq; per conſtitutionem Frederici Imperatoris , quæ incipit,nanigia. C.de furt. vbi omnes conſuetudines in contrarium,tam pręſentes,quam futurę tolluntur,adeò vt † tranſgreſſores incidant 1
in pœnam dictæ couſtitutionis.Et Bald. in Auth.omnes peregrini.C.communia de ſucceſ.num.4.dicit,quod Princeps remouendo conſuetudinem, inhabilitet quoq; ſtatuentes,per illum tex.& in l.3.§. Diuus.ff.de ſepulc. viol.Idem Bald.in d. Auth.nauigia,in prin.dicit quòd genera-
lis † clauſula,Nõ obſtãte, in cõſtitutione 2
Principis adiecta, tollat omnes omniũ locorum conſuetudines, omnia ſtatuta in contrarium facta. idem tenet Bart. in in extrauag.ad reprimendum, in verbo, non obſtãtibus. Princeps enim nõ tenetur ſcire ſingulares conſuetudines,&ſingulorum ſtatuta . Sed ſufficit ad tollẽdas conſuetudines generalis clauſul. Nõ obſtante, de qua clauſula & eius efficacia, vide text.in c.de vicis.§. fin. de immun. eccle.gl.in c.1.in verbo noſcatur,de conſtitutio.in 6.tex.in l.fin.C.ſi cont.ius vel

vtil.

vtil.public.gloſ.notab.ibid. in verbo ge-
nerali,gloſſ.prima,in l.cauſas.in fi. C. de
tranſact.Barr.in d.extrauag.ad reprimen
dum,in verbo, non obſtantib.vbi omni-
nò vide. Vital.in trac.clauſularũ in clau-
ſula,Non obſtantibus quibuſcunq; ſtatu-
tis. Celſ. Hugo in clauſula, Non obſtãte
aliqua lege in contrarium faciente. Pa-
riſ. conſil.1.nume.90.cum ſequen.vol.1.
Accedat pro confirmatione prædictorũ
communis & recepta concluſio, quòd
quando ius ciuile aliquid prohibet,quia
eſt illicitum,tunc contra talem prohibi-
tionem non poſſent fieri ſtatuta directò
menti & legi contraria. Bart. & Dd.in l.
omnes populi.ff.de iuſt.&iur.Zaſ.in ter-
minis ibid. nu. 17.dicens, conſuetudine
vel ſtatuto introduci non poſſe,quod na
uigia, ſcopulis vel fluctibus illiſa confi-
ſcẽtur,niſi fortè propter imperitiam vel
negligentiam nauigia illidantur,quo ca-
ſu exiſtimat non eſſe plus confiſcandũ,
quàm nauem. De iure quoq; Canonico
3 ipſo facto ſunt † excõmunicati, qui nau-
fragium paſſos ſpoliant,tex.in c.excom-
municationi.extr.de raptor.Panor.ibid.
in princip. An autem furtum commit-
tant, qui res in naufragio repertas non
reſtituunt,vide diſtinctionem quam tra-
dit Panorm.in c.cùm dilecti,de accuſat.
numer.2.& tex.in l.1.§.fin.cum l.ſequ. ff.
de incend.ruin.naufrag.in l.falſus.§.ſi ia
ctum.ff.de fur.Dd.ibidem.& Bart.& Dd.
in l.quæ leuandæ. ff. ad l. Rhod. de iact.
Bar.& Dd.in l.interdum.§. quod ex nau-
fragio.ff. de acquirend.rer.domin. His
4 adſtipulatur † Ordinatio, ſiue Conſtitu-
tio criminalis Caroli Quinti Imperato-
ris.cap. 219. vbi huiuſmodi conſuetudi-
nes quoque, tanquàm corruptelæ, & ir-
rationabiles annullantur,caſſantur,& in
perpetuum tolluntur.quam omninò vi-
de,quia plures caſus continet, quibus cõ-
ſuetudines quorundam locorum Ger-
maniæ ipſo iure reprobãtur, & Canonẽ
latæ ſententiæ habent.Conſuetudines e-
nim, niſi ſint rationabiles, non valent,
tex.not.in c.a.§.final.& in c.mala autem
conſuetudo,diſtinct.8.text.not.in §. nul-
li verò.Authen. vt nulli iudic.liceat ha-
be.loci ſeruato:vbi dicitur malas conſue
tudines, neque ex longo tempore, neq;
ex longa conſuetudine confirmari, ad
idem eſt tex. in l.quod non ratione. ff.de
legibus. Cyn. in l. vnica. C. quæ ſit long.
conſuetud. Decius conſil. 483. nume.25.
Alexand. conſil.. 131. nume. 9. volum. 2.
vbi tradunt requiſita conſuetudinis. At
quid magis rationi contrarium, quàm
calamirati † addere calamitatem, affli-
cto afflictionem? quod fieri non debet,
tex.in l.diuus.ff.de offi.præſid.& in l.tam
dementis.C.de Epiſcop.aud.tex.in c.at ſi
clerici.§.final.de indic. cum ſimilib. niſi
afflictio veniret ex culpa afflicti, pntà
propter eius delictum. text. in l. capita-
lium.§.ſolent.ff.de pœn.& in l.1.ff.de iu.
re patron. Ad hoc vide Afflict. in §. in-
iuria. de pac. tenend. & iura. firm. & te-
xtus in l.1.C.de naufrag.lib.11.dicit,quòd
† fiſcus nihil ſibi vendicare debet in ca- 6
lamitate alterius, & ex re tam luctuoſa
compendium ſectari. ad idem eſt gloſſ.
in d.c. concertationi. in verbo. ſubiace-
re. Et pulcher textus.in l.ne quid ex nau-
fragijs.ff. de incend.ruin.naufrag. quem
textum omnino vide.Memini in Came-
ra contra huiuſmodi conſuetudines, ex
d. conſtitutione Frederici, vel authen.
nauigia. mandata ſine clauſula decreta
eſſe,vt in cauſa conſulum ciuitatis Ham-
burgenſis,contra Duces Holſatiæ. Et re-
ctè, quia huiuſmodi caſus omni iure
prohibitus eſt. per iura allegata. Vnde
Iudex à præcepto inchoare poteſt, nec
præſentia partis aduerſæ, & per conſe-
quens neque citatione opus eſt, text. in l.
4.§.illud.in princip.ff.de fideicom.liber.
Pariſ.conſil.1.nume.33.volum.1. & teſtes
qui naufragio interfuerunt,poſſunt reci-
pi, etiam parte altera nõ citata,text.in d.
l.ne quid ex naufragijs. §. de his autem.
Bart.in l.2.nume.4.C. de naufrag.lib. 11.
Philipp.Port.lib.1.commun. opin. con-
cluſ.43.in 18.limitatione.Hipol.ſing. 24.
nu.2.incip.clarum eſt.Fel.in c.2.num.10.
de teſtib.& in c.quoniam frequenter.nu.
4.verſ.& vt intelligas.circa finem,vt lite
non conteſta.

OBSERVATIO XIX.

Mandata cum clauſula, quando in Camera decernenda, & an per comparitionem in ſimplicem citationem reſoluantur,

SVMMA-

SVMMARIA.

1 *Originalis cauſa ſemper inſpicienda.*
2 *Mandata cum clauſula valent de iure communi.*
3 *Præceptum iudicis cum clauſula valet.*
4 *Clauſulæ iuſtificatoriæ forma.*
5 *Mandatum cum clauſula an per comparitionem reſoluatur.*
6 *Clauſula iuſtificatoria vim citationis habet.*
7 *Præceptum de ſoluendo quando dicatur ſententia diffinitiua vel interlocutoria.*

MAndata cum clauſula in Came-
ra nunquàm decerni poſſunt,
niſi iuriſdictio Cameræ quóad
Reum immediatè fundata ſit: illud pro
certa regula accuratè obſeruandum. Fal-
lit, ſi nõ principaliter, ſed acceſſoriè, vnà
cum alijs proceſſibus, qui iuriſdictionẽ
Cameræ fundarent, vt in cauſis fractæ
pacis, pignorationum, & ſimilibus pe-
tuntur, quo caſu huiuſmodi mandata,
tanquàm acceſſoria, ſequuntur naturam
ſui principalis, per vulgaria. Quò perti-
1 net, quòd † cauſa originalis, ſemper in-
ſpiciẽda ſit, tex. in l. item veniunt. §. cùm
prædiximus ff. de peti. hæred. quæ ſecum
acceſſoria trahit, ne continentia cauſæ
diuidatur, tex. in l. nulli, C. de iudic. Mul-
ta enim in conſequentiam conceduntur,
tur, q̃ aliàs ſunt prohibita. tex. in l. 1 ff. de
authorit. tutor. & in l. quoties. C. de iudi.
Iaſon pulchrè ibidem, nume. 10. cum ſe-
quent. Socin. in l. in conditionib. nume.
2. ff de condit. & demonſtrat. Hipol. in
practic. crimin. § oportunè. numer. 66.
Deci. conſil. 698. numer. 9. incip. in cauſa
2 legitimationis. Talia autem † mandata
cum clauſula iuſtificatoria, de iure, ex
communi opinione ſubſiſtunt, & va-
lent: videlicet, Mando tibi, vt rem abla-
tam reſtituas, captiuum relaxes, ampliùs
non turbes. vel in termino præfixo com
pareas, allegaturus cauſas, quare non te-
nearis mandato parere. De qua clauſu-
la, eſt gloſſ. in c. ex parte. 1. § final. in ver-
bo final. de verborum ſignific. gloſſ. in l.
de pupillo. §. meminiſſe. in verb. cum. ff.
de nou. oper. nunc. Dd. communiter ibi.
3 præſertim Alexand. † numer. 3. cum ſe-
quent. Angel. in §. curare. Inſtitut. de a-
ction. Idem in d. §. meminiſſe. numer. 1.
Roman. ibidem. num. 3. Iaſon in l. nec
quicquam. §. vbi decretum. numer. 6. ff.
de offic. procurat. vbi dicit magis com-
munem opinionem, Iudicem à præce-
pto executiuo, cum clauſula iuſtificato-
ria, incipere poſſe. Et Angel. atque Ro-
man. in d. §. meminiſſe. dicunt, Romanã
curiam hanc † citandi formam intro- 4
duxiſſe, & bonos iudices ea vti ſolere, vi-
delicet: Mando tibi vt hoc facias, vt rem
ablatam Titio reſtituas, vel ſi te graua-
tum ſenſeris, compareas tali die iuſtitiæ
ſupplementum ſuſcepturus. Porrò, an
mandatum † cum clauſula iuſtificato- 5
ria per comparitionem reſoluatur in
vim ſimplicis citationis, Dd. varij varia
loquuntur, in d. § meminiſſe. Alexand.
ibidem. nume. 8. Bald. in l. 1. C. de execut.
rei iudic. Maran. pat. 6. titul. de ſententia
num. 27. mihi fol. 512. tenent, mandatum
per comparitionem reſolui, eamq́; opi-
nionem veriorem eſſe aſſerit, idq́ue ex
authoritate, gloſſ. communiter appro-
batæ, in d. l. de pupillo. §. meminiſſe, in
verbo eam, Curtius iunior conſil. 207.
num. 27. volum. 3. incip. diligenter. & Iaſ.
in d. §. vbi decretum, dicit magis com-
munem, quòd reſoluatur. Angel. in d. §.
curare. numer. 1. variè loquitur. Bartol.
in l. 1. numer. 3. C. de execut. rei iud. vult
clauſulam iuſtificatoriam mandato ad-
iectam vim citationis habere, & præce-
ptum nullum eſſe, † quod ſequitur Bald. 6
ad rubr. C. comminat. epiſto. program.
In Camera, etſi in hac quæſtione diuer-
ſimodè quoque obſeruatum ſit, tamen
magis obtinuit, mandatum cum clau-
ſula per comparitionem in ſimplicem
citationem reſolui, quóad partem, ſecùs
quóad iudicem. Vnde ſi pars cui man-
datum eſt cum clauſula, In proceſſu cau-
ſas releuantes. cur tale mandatum caſ-
ſari debeat, non deducat, iudex ei per
ſententiam iterum iniungere poteſt, vt
non obſtantibus exceptionibus, manda-
to adhuc pareat, ſub comminatione de-
clarationis pœnæ, vt in cauſa Odenſ-
heim/ contra Bruſſel/ primi mand. 11.
Septembr. Anno 59. Et in cauſa Wal-
deck/contra Buren/fractæ pacis, 28. Iunij,
Anno 60. Et in alijs multis cauſis. Quòd
ſi Reus citatus nõ compareat, tunc accu-
ſata eius cõtumacia præceptum firmum
manet, Maran. loco citato. Quando † au- 7
tem præceptum de ſoluẽdo dicatur ſen-
tentia diffinitiua, vel interlocutoria, vi-
de Felin. ad rubr. de ſent. & re iudic. nu. 5.
& in

& in c.quærenti. num.9.de offi. iudic.de.
leg.Alexand.conſil.50.num.11. vol. 2.in.
cip. viſis actis cauſæ. Breuiter, quando
præceptum fit cum clauſula iuſtificato.
ria, Sine aliqua cauſæ cognitione,tũc,vt
dixi, comparitione citati reſoluitur in
citationem , & eſt ſine dubio interlocu.
toria, quia quælibet citatio iudicis dici.
tur interlocutoria, text.notab.in l.ex ſti.
pulatione.C.de ſent.& interlocut.omn.
iudic. & ideo reuocari poteſt, text. in l.
quod iuſſit.ff. de re iudic. Dd. ibid. ſicut
etiam in Camera huiuſmodi mandata
poſt reproductionem cauſa cognita , ob
falſa,vel conficta narrata ſæpè reuocan.
tur,& caſſantur.tex.in c.ſuper eo , de cri.
mi.falſi,& in c.2.& in c.ſi quãdo, & in c.
ſuper literis.de reſcrip.tex.In l. vniuerſa.
C.eod.tit. Si verò præceptum de ſoluen.
do fiat in iudicio cum cauſæ cognitio.
ne poſt oblationem libelli, & confeſſio.
nem Rei, non eſt dubitandum, quin ſit
diffinitiua.text.in l.terminato. C. de fru.
ctibus.& lit.expenſ. & ideo reuocari ne.
quit,text.in l.iudex.& in l.cùm quæreba.
tur.ff.de re iudic.text.in l. Diui fratres.ff.
de pœnis.& in l.1.§.fin. ff. de quæſtionib.
gloſ.ibid.in verbo non poteſt.ita tenent
Felin.in locis allegatis. Philip. Franc. in
c.cum ceſſante,de appellat. Ang. in §.il.
lud.Authen.de hæred.& falcid. Marant.
vbi ſupra.Alex.d.conſi 50.

OBSERVATIO XX.
De cauſis fiſcalibus.

SVMMARIA.

1 *Cauſæ fiſcales immediatè ad Cameram ſpectant.*
2 *Reus ſequitur forum fiſci.*
3 *Fiſcus & ærarium differunt , & vnde fiſcus dictus.*
4 *Fiſci procurator ab Auguſto, aduocatus verò fiſci ab Adriano inſtituti.*
5 *Fiſcales cauſæ ſunt in duplici differentia.*
6 *Cauſæ contributionum Imperij celeriter expediendæ ſunt.*
7 *Ordines Imperij poſt conſenſum in ſolutionẽ collectarum, habentur in numero debitorum fiſcalium.*
8 *Cauſæ fiſcales ordinaria proceſſum iuris requirunt.*

1 CAuſas † fiſcales immediatè ad
iudiciũ Cameræ Imperialis ſpe.
ctare, ex ordinatione part.2. tit.
20.§.fi. conſtat, vbi cauſæ fiſcales in ſpe.
cie enumerantur. Et de iure communi
fiſcus non habet alium iudicem, quàm
Cæſarem agendo & conueniendo, per
text.in l.1.& in l.2.C.vbi cau.fiſca. vel di.
uinæ domus, hominumq́ue eius agan.
tur. Afflict.in c.1.§.1.nu.44. de fratribus.
de no.benef.inueſtit.& ſic regula.l. fi. C.
vbi in rem actio.& l.2.C.de iuriſd. omn.
iudic.quod videlicet † actor forum Rei 2
ſequatur , nõ obtinet in procuratore Cę.
ſaris,ſiue fiſco, idq́ue ſingulariter in eo
receptum eſt. Fiſcum, vt hoc obiter di.
cam, antiqui vocabant † pecuniam Im. 3
peratoris : ærarium verò pecuniam pub.
licam & Imperij: & ſic ærarium populi,
fiſcus principis erat, quod verbum à fi.
ſcis dictum eſt, id eſt, ſportulis, nam fi.
ſcum interpretantur eſſe cophinum ſiue
ſportam, vt docet Auſonius his verbis:
Sportæ, ſportulæ, ſportellæ, munerum
ſunt receptacula: fiſci, fiſcinæ, fiſcellæ
ſunt vtenſilia ad maioris ſummæ pecu.
nias capiendas. Vnde quia maior ſum.
ma eſt pecuniæ publicæ, quàm priuatæ,
factum eſt, vt fiſcus pro pecunia publica,
& inde confiſcare dicatur. Hactenus il.
le, vide Budæ.ad titul.de offic. quæſtoris,
& Cuiacium.ad l.1.C.de iure fiſci. lib.10.
Fiſcus † etiam pro procuratore Cæſaris 4
accipitur, & procurator fiſcalis appella.
tur,quem primus inſtituit Auguſtus, &
aduocatus fiſci,qui ab Adriano primùm
inſtitutus eſt,et in hac ſignificatione hic
fiſcum accipimus.Cauſæ † autem fiſcales 5
in Camera in duplici ſunt differentia,
quædam enim ordinariæ ſunt,in quibus
ordinaria via,hoc eſt iuris ordine ſerua.
to, per citationem & libellum ſumma.
riè proceditur,vt ſunt cauſæ fractę pacis,
& cauſæ exemptionum, item cauſæ pœ.
nales:& aliæ de quibus,in l.1.& tot.tit.ff.
de iur.fiſc. quædam verò ſunt extraordi.
nariæ,vbi de plano extra ordinem, & le.
uato velo celeriter proceditur, vt ſunt
cauſæ penſitationum ſiue collectarum
Imperij, quæ certam determinatamq́ue
ex albo ſiue matricula Imperij,occurren
te neceſſitate, præſtationem habent, in
quibus à præcepto, ſiue monitorio, &
ſic ab executione, tanquàm ſuper debi.
tis liquidis , & ex Statuum voluntate
contractis, abſque libello & ſtrepitu iu.
dicij, incipitur atque proceditur, ad ſa.
ciendam ſolutionem collectarum. Hu.
iuſmodi † enim penſitationes & collectę 6
ob

ob pacem publicam, & Imperij tranquil-
litatem indicuntur, idq́; cõſenſu Statuũ,
igitur moram & longum proceſſum nõ
patiuntur : ſed condictione certi ex con-
uentiõe publica ſtatim executiuè exigun
tur, iuxta tex. in l. conuentionũ. ff. de pact.
& in l. miſſi opinatores. C. de exactorib.
trib. lib. 10. tex. in l. quoniã nõnulli. C. de
appel. & in l. 1. & in l. 2. C. de capien. & di-
ſtrahend. pigno. tributo. cauſa, lib. 10. tex.
in l. 1. C. de fide inſtru. eo. lib. tex. in §. co-
ges, Auth. de mãdat. ptincip. & in §. opor
ter, Auth. vt iud. ſiue quoque ſuffra. fiant.
Platea in l. vnic. nu. 1. C. de conductorib.
& procuratorib. lib. 11. idem pulchrè in l.
penul. num. 2. C. de conuenien. fiſc. debi-
torib. libr. 10. vbi dicit per illum text. In
certis & veris debitoribus, iam in nume-
rum debitorum fiſcaliũ redactis ex con-
tractu, vel tributis, & ſimilibus, ſumma-
tim, ſine fruſtratione iudicij procedi o-
portere. Bartol. ibid. num. 1. Afflict. in d.
c. 1. num. 8. Maran. part. 6. titu. de citatio.
num. 6. Roland. conſ. 32. nu. 3. & nu. 5. vol.
1. incip. primò quidem. Sed ordines &
7 ſtatus Imperij, ſtatim poſtquam in ſolu-
tionem collectarum conſenſerunt, re-
dacti ſunt in numerum debitorum Fiſ-
calium, ideo etiã ſtatim executiuè exigi,
& ad ſolutionem præceptiuè compelli
poſſunt, & ita in Imperio ſeruatur, per
iura allegata. Poſſe etiam debitum fiſ-
cale ante diem peti, probatur per text.
in l. 1. C. de condict. ex lege, Bald. ibid. nu-
me. 1. Antho. Trigon. ſingul. 7. Licèt au-
8 tem omnes cauſæ † fiſcales ſint ſumma-
riæ, in quibus ſola facti veritate inſpe-
cta procedendum, tamen quóad ordi-
narias cauſas, quæ altiorem indaginem
requirunt, & cõtradictione partis in du-
bium reuocantur, iuris ordine opus eſt,
per tex. expreſſum in l. 3. C. de conuenien.
fiſc. debito. libr. 10. & in l. defenſionis. C.
de iur. fiſci eod. lib. text. in d. l. vnic. C. de
conducto. & procurat. libr. 11. Plat. & Lu-
cas de Penna, ibid. Iſer. in c. 1. §. in quibuſ-
dam. num. 8. de conſuet. recti feudi. Af-
flict. ibid. num. 7. Bart. in d. l. penult. num.
3. quem ad hoc vide.

OBSERVATIO XXI.

De cauſis exemptionum & matricula & ſeßione Imperij.

SVMMARIA.

1 *Exemptionis cauſa quæ dicantur.*
2 *Status Imperij qui dicantur.*
3 *Matricula vnde deriuetur.*
4 *Matricula Imperij fundat intentionem fiſci.*
5 *Priuatio præſupponit habitum.*
6 *Notarius non immatriculatus an inſtrumenta conficere poſſit.*
7 *In dubio pro matricula præſumitur.*
8 *Habitus deſignat qualitatem perſonæ.*
9 *Libellus fiſcalis in cauſis exemptionum qualis ſit.*
Acceptans literas omnia in iiſdem contenta approbare videtur. Ibid.
Ad Imperij conſilium non niſi conſors Imperij eſt admittendus. Ibid.
Solutiones collectarum Imperio factæ ſubiectionem Imperij deſignant. Ibid.
10 *Fiſcus à reo inſtrumenta petere poteſt.*
11 *Semel in matriculam receptus præſumitur ſemper Status Imperij.*
12 *Paria ſunt aliquid non fieri, vel minus ritè fieri.*
13 *Res tranſit cum ſuo onere.*
14 *Succeſſor in comitatu tenetur ad munera Imperij.*
15 *Probatio libertatis ſiue exemptionis quomodo facienda.*
16 *Præſcriptio contra dignitatem Imperij non currit.*
17 *Præſcriptio in priuatis rebus principis quando locum habeat.*
18 *Collectarum remißio aut moderatio quando fieri debeat.*
19 *Munera patrimonialia imponuntur rebus.*
20 *Tributum vel collecta à poßidente ſolui debet.*
21 *Statuum Imperij ſeßio & ordo in Comitijs Imperialibus, qualis obſeruari debeat.*
22 *Propter ordines & ſeßiones Iudicis officium imploratur, quæ de re etiam actio iniuriarum competit.*

LIcèt † cauſæ exemptionum ſint 1
ſummariæ, in quibus celeriter
procedendum ſit : tamẽ quia al-
tiorem indaginem requirunt, In ijs iuris
ordine ſeruato proceditur, vt dixi ſuprà
Obſer. proxima, per notata Bart. in l. pe-
nul. nu. 2. cum ſeq. C. de conuenien. fiſci
debitorib. libr. 10. Bald. in l. 1. num. 1. C. de
condict. ex lege. Sunt autem cauſæ exem-
ptionum, quando inferior Status, putà
Comes, aut Baro, ab immediata iuriſdi-
ctione Imperij, à ſuperiore Statu Imperij
eximitur: veluti, ſi Princeps Imperij con-
tendat, Comitem vel Baronem princi-
paliter ſuum eſſe ſubditum, tam ratione
domicilij, quàm ratione territorij, vul-
gariter Lannſäß. Comes verò vel Baro
id neget, ſeque non principi, ſed Cæſari
& Imperio immediatè ſubiectum eſſe
aſſerat: vel ſi patiatur ſe eximi, procura-

tot fiſcalis obſiſtere, aut ex officio iura
Imperij tueri, inuito Comite, vel Barone
debet. Intereſt enim Cæſaris & Imperij,
vt Ordines & Status Imperij integre con
ſeruentur, tex. in c. 1. de proh. ſeudi alien.
per Frederi. & in §. 1. Auth. de hæred. &
Falcid. text. in §. 1. Auth. de armis, & nu-
merus vaſallorũ augeatur potius, quàm
diminuatur: cùm in in ijs conſiſtat ro-
bur & dignitas Imperij, text. in c. intel-
lecto, de iureiuran. & Imperatoris ſit au-
gere iura Imperij, Bald. pulchrè in pro-
œmio feud. num. 30. cum ſequen. Bar. in
procemio. ff. nu. 12. Specul. titu. de inſtru.
edit. §. inde autem vidẽdum, nu. 11. Imol.
ad rubric. ff. de verb. obli. nu. 18. cum ſeq.
Primo caſu adſiſtit procurator fiſcalis ei
qui eximitur, & ſimultaneo proceſſu iu-
ra Imperij defendunt. Altero verò caſu
principaliter agit fiſcus contra vtrunq;,
tam eximẽtem, quàm eximendum, cau-
ſasq; conceptis articulis deducit, cur ex-
emptioni locus dandus non ſit, vt paulò
2 pòſt dicetur. Status † Imperij vocamus
eos, qui Cæſaris & communi procerum
Imperij conſenſu, in album, ſiue matri-
cem, aut matriculã Imperij recipiuntur,
ea lege vt Imperio, occurrẽte neceſſita-
te, certum cenſum, in albo ſiue matricu-
la expreſſum, penſitent, vel ſubſidiũ mili-
tare præſtent, & hi alium ſuperiorem
quàm Cæſarem non recognoſcunt. Ho-
rum numero inprimis continẽtur poſt
Imperatorẽ, & Regem Romanorũ, Prin
cipes ſeptẽuiri, quos Electores vocamus,
à poteſtate eligendi Cæſarem, & Regem
Rom. quos primus Otto tertius anno
Chriſti 1002. & ſic ferè anre 600. annos
inſtituit, qnorum fit mentio in c. 2. de
ſenten. & re iudic. gloſ. ibid. in verbo illi
autem. deinde omnes Principes Germa-
niæ tam Eccleſiaſtici quàm Seculares:
poſtea Comites & Barones, quorum
nonnulli, vt dixi, à ſuperioribus Stati-
bus eximi conſueuerunt: poſtremò libe-
beræ Ciuitates Imperiales, quæ in ſuis
Rebuspublicis vicem Principis obtinẽt,
vt infrà libr. 2. Obſer. 57. annotaui. Ma-
3 trices, vnde † matriculæ per diminutio-
nem, olim libelli erant, in quibus Cæſa-
reo fiſco penſitantes deſcripti contine-
bantur, ſicut hodie in matricula Imperij,
quæ Latinè album appellari poteſt, reſte
Budæo ad l. 1. ff. de edend. alijs pictatium.

tot. titu. ff. de albo ſcribendo. Iſtis præ-
miſſis videndum de modo procedendi
in cauſis exemptionum: & ante omnia
meminiſſe oportet, fiſcum † habere in- 4
tentionem ſuam ſundatam ex albo, vel
matricula Imperij, text. ſingul. in c. cùm
perſonæ, de priuileg. in 6. & in c. cùm
dilectus, de relig. domib. & in l. 1. ff. de al-
bo ſcriben. nam ſemel in matriculã rela-
tus, tantiſper iuris pręſumptione ꝓ Statu
Imperij habetur, donec ab eximente con
trarium doceatur, in quem exemptio-
nis probatio reijcitur, text. in d. c. cùm
perſonæ, & in l. non eſt veriſimile. ff. de
eo quod met. cauſ. gloſſ. ibid. in verbo
præſumptioni, text. in l. generaliter. §. ſi
petitum in fine. ff. de fideicommiſſ. li-
berta. & in l. ſiue poſſideris. C. de proba-
tionib. Deci. conſil. 400. num. 8. incip. vi-
ſo eleganti. Cæphal. cònſil. 171. num. 48.
vol 2. incipi. multa adhuc. Roland. con-
ſil. 49. nu. 56. vol. 1. incip. in præſenti. quia
ipſa matricula cõfert Imperio, cuius no-
mine procurator fiſcalis agit, quaſi poſ-
ſeſſionem ſubiectionis: & exemptio, tan-
quàm † priuatio, præſupponit ſubiectio- 5
nem, tanquàm habitum, text. in l. decẽ. ff.
de verb. oblig. cum ſimilibus, facit. tex. in
l. matriculam. C. de agentibus in reb. lib.
12. Bald. ibid. nu. 3. & 4. quem ad hoc om-
ninò vide, tex. in d. l. 1. et 2. ff. de albo ſcrib.
glo. in l. 3. in verbo, qui. C. de offi. mag. mi-
lit. dicens, priuatum cenſeri eum, qui in
matriculam relatus nõ eſt, ſequitur Bal.
in l. petitionem, num. 1. C. de aduo. diuer.
iudic. inſerens ex eo, notarios † in ma- 6
triculam notariorum non receptos, in-
ſtrumenta cònficere non poſſe: quod in
notarijs Cameræ, quóad executionem
proceſſuum, notum eſt. Bald. in l. ſcrinia-
rios. C. de teſt. mili. nu. 1. vbi dicit in † du- 7
bio pro matricula præſumendum, quia
confert quaſi poſſeſſionem, facit text. in
l. ſi ſolennib. C. de fide inſtr. gloſſ. ibid. in
verbo ſi alijs. Alcia. in tract. de præſump.
reg. 3. præſumpt. 17. Bald. in l. non igno-
rar. nu. 3. cum ſeq. C. de ijs qui accuſ. non
poſſ. vbi in ſimili dicit, quòd in quo † ha- 8
bitu quis reperitur, talis eſſe præſumatur,
donec contrarium probetur, text. in l.
item apud Labeonem. §. ſi quis virgi-
nes. ff. de iniurijs, gloſſ. in l. ſi ignorans,
in verbo contremuit. ff. pro ſocio. itaque
procurator fiſcalis in cauſis exemptio-
num,

9 num. ho[illegible] conceptis ar.
ticulis [illegible] conuenit. Primò, pono
& dico, quòd [illegible]. Comes, vel Baro eximē.
dus iam olim matriculæ Imperij, vt Sta.
tus inſcriptus ſit. Secundò quòd feuda,
dignitates, & regalia ab Imperatore, &
Imperio immediatè habeat, & recogno.
ſcat. Tertiò quòd ad Comitia & conuen.
tus Imperij, perinde atque alij Status, vo.
cetur, & vocatus comparuerit. Quartò,
quòd ſeſſionem & votū in conſilio Im.
periali habeat. Quintò quòd indictiones,
contributiones, & collectas Imperij, pro
rata ſua quolibet tempore ſoluerit. Quæ
omnia ſi procurator fiſci probet, vtique
in poſſeſſorio obtinere debet, cùm ha.
beat præſumptionem iuris pro ſe, per
iura allegata, adeoque in dubio potius
pro Imperio, ob publicam vtilitatem,
quæ meritò præponderare debet, per tex.
not. in c. Imperialem, de prohib. feudi
alienat. & in l. ita vulneratus. §. multa. ff.
ad l. Aquil. text. in l. ſi quis grauem §.
vtrum. ff. de S. C. Syllania. cum ſimilib.
quam contra imperium pronuncian.
dum. Poſſunt autem iſta facilè probari:
primò, per matriculam Imperij, pro
qua tantiſper militat præſumptio iuris,
donec contrarium probetur, iuribus ſu.
prà allegatis. et tex. in d. l. 1. ff. de albo ſcri.
ben. ſecundò, per edicta Cæſarea ſiue ci.
tationes, quibus talis Comes ad Co.
mitia Imperialia ſæpius vocatus eſt, &
quod talia edicta Cæſarea acceptauerit,
nam acceptans literas, cenſetur appro.
bare contenta earum, & confiteri ſe ta.
lem eſſe, qualem literæ declarant, text.
in d. l. cū tabernam §. idē quæſijt. ff. de pi.
gnorib. & hypoth. text. in l. Titius. ff. de
conſtit. pecu. vtrobique Bartol. & Dd.
Bartol. in l. Publia. §. fin. nume. 3. ff. de
poſ. per illum text. & in l. ſi filiusfamil.
la. 2. ff. ad S. C. Macedo. num. 1. per illum
text. Bald. in l. ſi literas. C. mand. num. 3.
Deci. conſi. 430. num. 9. in fin. incip. quod
ſupra, Matthesila. ſing. 22. incip. nota mi.
rabilem, Pariſ. conſil. 112. num. 44. cum
ſequen. volum. 1. Si igitur citatus ad Co.
mitia Imperialia, vt Status, ſiue conſors
Imperij, acceptauerit citationes, & edi.
cta Imperatoris, eo ipſo pro conſorte
Imperij habetur, etiamſi taceat & non
compareat, donec contrarium per exi.
mentem probetur, Dd. vbi ſuprà. Tertiò
probatur intentio Fiſcalis per compari.
tionem citati, quod ſæpius comparuerit
ad Comitia Imperialia, ſeſſionem, et vo.
tum in conſilio Imperij ſine cōtradictio.
ne habuerit, qa nemo admittitur ad con
ſilium & Senatum Imperij, niſi ſit con.
ſors Imperij, & par Curiæ Imperialis, &
ſic immediatè Imperio ſubiectus, facit
text. in l. honores. §. is qui ff. de decurio.
nib. & in l. 2. C. eod. titu. Quartò proba.
tur intentio fiſci per ſolutionem colle.
ctarum Imperij, quia ſolutio collecta.
rum Imperij, ſubiectionem immedia.
tam probat, text. in c. 2. de cenſib. & in l.
nulli. §. quod ſi in vico. C. de epiſ. & cleri.
text. in §. ſi quis igitur ex qualibet, Auth.
quib. mod. natural. effic. ſui. gloſſ. ibid.
in verbo perſoluat. Natta pulchrè con.
ſil. 636. num. 78. cum ſequen. vol. 3. incip.
multa ſunt quem omnino vide. Pariſ.
conſil. 13. num. 11. volu. 4 incip. circa præ.
ſentem, gloſſ. in c. magnum. 11. q. 1. in ver.
bo ſubiecti. & in c. tributum, 23. q. 8. in ver
bo eccleſia. Collectæ enim regulariter
imponi non poſſunt niſi perſonis ſub.
ditis, text. in l. reſcripto, §. fin. ff. de mune.
rib. & honorib. & per multa allegata in.
frà lib. 2. Obſeruat. 52. ideoque diligenter
huiuſmodi citationes in Cācellaria Im.
perij conſeruandæ, & omnia alia inſtru.
menta eò pertinentia accuratè cuſtodi.
enda ſunt. Imò procurator † fiſcalis ab 10
ipſo eximente, licèt reo, inſtrumenta pe.
tere poteſt ad fundandam ſuam inten.
tionem: quod ſingulariter in fiſco actore
receptum eſt, per tex. in l. ne quiſquam. ff.
de eden. l. 2. §. diuus. ff. de iur. fiſc Alex. in
l. fi. nu. 15. C. de eden. Sed an ſola † Imperij 11
matricula fiſci intentionem probet, du.
bitari poſſet. Certè probationem liberta.
tis & exemptionis transfert in eximen.
tem, per iura allegata. Nolo hic diſputa.
re de requiſitis matriculæ, de quibus vide
Canoniſt. in c. cùm cauſam de prob. & in
c. ad audientiā. de præſcrip. Schurff. conſ.
90. nu. 5. cent. 3. Sufficit ad probandā quaſi
poſſeſſionem Imperij, eximendum ma.
triculæ inſcriptum, adeoq; ſemel & an.
tiquitùs inſcriptū eſſe, licèt in poſteriori.
bus matriculis nomen eius ampliùs non
reperiatur, quia hoc Imperio fraudi aut
nocumento eſſe non debet, niſi legitimè
probatum ſit, cum Cæſaris & Statuū vo.
luntate ex matricula deletum eſſe, quod

D 2 ſine

ſine nota exiſtimationis et dignitatis vix
fieri poteſt. Bal.in d.l.ſcriniarios.nu.1.&
in l.ſi præſes. nn.5.C.quomo.& quando
iud.vtrobique dicit per illum text. quòd
minus ritè delerus ex matticula pro non
deleto habeatur, & quòd matricula can-
12 cellata probet pro eo. Paria † enim ſunt
aliquid non fieri, vel minus legitimè fie-
ri.text.in l.quoties.ff.qui ſariſd.cog.& in
l.de ætate.§. nihil intereſt.ff. de interrog.
act.cũ ſimilibus. Matricula Imperij ſem-
per certa eſt, etſi quandoque iure ſucceſ-
ſionis perſonæ mutẽtur. Sed quomodo-
13 cunq; fiat mutatio perſonatum, res † ſem
per tranſit cum ſua cauſa, & ſuo onere,
tex.in l.alienatio.ff.de contrah.emp.et in
l.2.& in l.fi.C.ſine cẽſu vel teliq.tex.in l.ſi
§.Lucius.ff.de dona.& in l.tutor.§.ſi fun
dus.ff.de pign.act. tex.in l.1.§.ſi hæres.ff.
14 ad S.C.Trebell. Proinde cui accedit †
Comitatus, aur Baronatus Imperij, iure
ſucceſſionis vel ſanguinis ob defectum
deſcendẽtium, eum quoq; onera & mu-
nera Imperij meritò ſequuntut, text.in l.
fin.C. de exactorib.tributo. libr.10.gloſſ.
ibid.in verbo, prior dominus, tex.in c.ex
lireris.de pignorib. & hypothe. & in d.l.
2.& in d.l.fi.C.ſine cenſ.vel reliq.Spec.de
cleric.coniug.nu.10. Vide ſuprà eodem
lib. Obſeruat.6.facit c. qui ſentit. de reg.
iur.in 6.l. ſecũdum naturam.ff. eod.titu.
Quapropter cùm ſit vehemens præſum-
15 ptio pro matricula Imperij, probatio †
exemptionis ſiue libertatis, in aduerſa-
rium, putà eximentem, iuſtè reijcitur, vt
ipſe doceat & probet, poſt hominũ me-
moriam exemptum Imperio nihil pen-
ſitaſſe, aut cõtribuiſſe, neq; regalia ab Im-
peratore tãto tempore recognita fuiſſe,
ſecundum præſcriptam formam proce-
dendi & excipiẽdi in receſſu Auguſtano
anni 45 §.Wã auch.text.in d.c.cùm per-
ſonæ, de priuileg.lib.6.cum alijs iurib.ſu-
prà allegatis.item quod exemptus ſe ſem
per pro ſubdito eximẽtis geſſerit, ad Co-
mitia prouincialia tanquam ſubditus
comparuerit, onera prouincialia ſuſti-
nuerit, mandatis eximentis ſemper pa-
ruerit, eũ pro iudice in prima, vel ſecun-
da inſtantia agnouerit, omnesq; actus iu-
riſdictionales præſtiterit, ex quibus ſub-
iectionis certiſſima argumenta ducũn-
tur, tex.in l.præſes, la.2.ff. de offic.præſid.
Natta d.conſil.636.num.73.vol.3.Dd.in l.
Imperium.ff.de iuriſd.om.iud. idq; tãto
tempore factũ, cuius initij in cõtrarium
non extat memoria hominum. De iure
communi in rebus cõcernentibus † Sta- 16
tum Imperij, vel ſuperioritatem, vt vo-
cant, aut tributorũ exactionem, non cur-
rit præſcriptio cuiuſcunq; temporis, tex.
in c.cùm inter.de conſuetud. gloſſ. ibid.
in verbo de conſuetudine & in l.compe-
rit.C.de præſcrip.30.vel.40.anno.text.in
c.cùm non liceat, extr.de præſcrip.gloſſ.
ibid.in verb.non obſtante. & text.in c.cũ
ex officij, eod.tit. text.in l.1.& in l.2.C.nè
rei domi.vel templo.vendicat. text.in l.
fi.C.de ſund.patri.lib.10.Guid.deciſ.416.
nu.1.cũ pulchra apoſtilla ibid.In alijs ve-
rò rebus † priuatis ipſius Principis cente- 17
naria præſcriptio ſecundũ nonnullos re-
quiritut: alij exiſtimant 40. annorũ præ-
ſcriptionem ſufficere, vt tenet Guido d.
deciſ.416. Vide Dd.in Auth. quas actio-
nes.C.de ſacroſ.eccl.& in l.fi.C.eod.titu.
Iaſ.in l. Imperiũ. nu.20.ff. de iuriſd. om-
nium iudic. Alex.conſil.84.nu.2.volu.1:
incip. in cauſa vertente. Dixi paulò an-
tè, † munera & onera Imperij poſſeſſo- 18
rem ſequi oportere, quod iuri, & ratio-
ni conſentaneum eſt, d.c.qui ſentit, cum
ſimilibus. Ex quo inſero, eum, cui terri-
torium aliquod hoſtiliter, vel alio mo-
do decedit, vltra vires ſuarum rerum,
quas adhuc poſſidet, collectis Imperiali-
bus grauari non oportere, ideoque me-
ritò remiſſionem collectarum pro rata
bonorum amiſſorum habere, & mode-
rari debere (ſoll der voriger / vnd alter an-
ſchlag des Reichs pillig moderirt / vnd ge-
ringert werden) argum.l.licet.C.loca.l. ſi
merces.§.vis maior.ff.eod. c. propter ſte-
rilitatẽ, ext.dicto tit. Ratio, primò, quod
eum onera ſequi debeant, quem ſequun-
tur commoda.d.c. qui ſentit, & d.l. ſe-
cundum naturam. Deinde † quod mu- 19
nera patrimoniorum imponantur re-
bus, vt plenè dixi infrà libr.2.Obſerua.52.
cum ſequ. Rebus igitur peremptis, pu-
tà territorio aliquo hoſtiliter amiſſo,
vel in alium ſucceſſione, aut ex contra-
ctu trãſlato, non debent onera faculta-
tibus, quarum contemplatione præſtan-
tur, maiora eſſe, text. ſunt norabil. in l.2.
C.de ann.& trib. libr.10. texr.in l.2.C.de
immn. nemi. conced.eod.lib.text.In l.1.
C.de muner.patrimo. eod.libr.text.in l.
fin.C.

fin.C.de diſcuſſotib. eod.lib. gloſſ. ibid.
in verbo iugerum. text.in l.munerum.§.
patrimoniorum, el 2.ff. de munerib. &
honorib. text.in Auth. de mandat.prin-
cip.§.non permitras. gloſſ.ibid.in verbo
20 damno,quę dicit † quòd à poſſidēte ſem-
per tributum perſoluendum ſit, & quod
aliter res in emptorem transferri non
poſſit.per illum tex.& rot.tit.C. ſine cen-
ſu vel reliq.fundnm compara. non poſ-
ſe,intellige in præiudicinm Imperij.tex.
in l. Inter debitorem.ff. de pact. Porrò
21 † quod ad ordinent & ſeſſionem Statu-
um Imperij in comitijs Imperialibus,a-
lijsq; publicis conuentibus attinet, Prin-
cipes Imperij in albo ita ſcriptos eſſe o-
portet, vt lege Imperij præcipitur, ſed &
ſi lex ceſſat,tunc dignitates erũt ſpectan-
dæ eo ordine, quo quiſque eorum maxi-
mo honore,in Comitijs Imperij, & alijs
publicis actionibus functus eſt, per text.
in d.l.1.& in l.2.ff. de albo ſcribēn.text.in
l.reſcripto. in princip.ff. de mune. & ho-
nor.tex.in l.vt gradatim.ff. eo.tit.& in l.
ſciendum.§.ordine.ff.de legationib.tex.
in l.1.& in l.2.C.vt dignitatum ordo ſer-
uetur, libr. 12. & in l. ex agentibus.C. de
princip.agenti.in reb. late Tiraq. de No-
bilitate cap.20. nu.51. cum ſeq.vbi multa
de præcedentia, & prærogatiua ſeſſio-
22 nis, & quod ratione † ſeſſionis & hono-
ris competat officium iudicis, quando-
que etiam actio iniuriarum, aut iudici-
um poſſeſſorium, Bal.In c. licet cauſam,
num. 6. de probatio. Felin. ibid. num.1.
per notara in l.ſi duo patroni.ff. de iure-
iur. Breuiter digniores altiori loco ſe-
dere debenr, per iura allegata, & ſi infe-
rior digniorem locum occupet, poteſt
illi vulgaris verſiculus obijci,

Tali ſede ſede, ut dicam, ſurge, recede.

quem verſic. recitat Platea in d.l.1.C. vt
dignit. ordo ſer. libr. 12. Conſuetudo
quoque in ſeſſionibus plurimum habet
momenti, text. in c.cùm olim, de con-
ſuet. Bald.ibid. num.1. text.in l. non tan-
tum.ff. de decurionib. Bart. ibid. num.1.
& Tiraquell. vbi ſupra. Vide auream
Bullam Caroli IIII. Imp. Hæc obiter,
quóad matriculam Imperij hic annota-
re volui.

OBSERVATIO XXII.

De relaxatione iuramenti ad effe-ctum agendi.

SVMMARIA.

1 *Relaxatio à iuramento ad effectum agendi quando petenda.*
2 *Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.*
3 *Relaxatio à iuramento requirit citationem partis aduerſæ.*
Fallit notabiliter, ſi de iniuſtitia extorſionis iuramenti appareat, quo caſu partis citatione non erit opus. Ibid.
4 *Citatio pro relaxatione ad effectum agendi quando decernenda.*
Actori in principio litis magis fauetur quàm Reo. Ibid.
Spoliatus, ſi conſtat eum in petitorio planè deficere, non reſtituitur. Ibid.
5 *Citatione pro relaxatione ad effectum agēdi quando non ſit opus.*
6 *Iuramentum extenditur tantùm ad expreſſa.*
7 *Sic prohibitus moleſtiam inferre, nō prohibetur moleſtare.*
8 *Promiſſio facta in carcere non obligat.*

NOtum eſt, quòd de iure, præſer-
tim Canonico, omne iuramen-
tum ſeruandum ſit, quod abſq;
diſpendio ſalutis æternæ ſeruari poteſt.
c.cùm contingat. de iureiur. & in c.licèt
mulieres. eod.titul. in 6.text. in c.quam-
uis,de pact. eod.lib. vbique Dd.& text.in
Auth.ſacramenta puberum. C. ſi aduer.
vendit. Quod etiam procedit, ſi vi,me-
túve extortum ſit iuramentum. text.in
c.ſi verò aliquis de iureiuran. gloſſ. ibid.
in verbo proprium, ſeruata tamen di-
ſtinctione Dd. de qua infrà libr.2.Obſer-
uat.42.latiùs dictum eſt. Quoniam ve-
rò frequentiſſimè in Germania contin-
git, vt ſubditi plerumque innocentes,
ob cauſas etiam ciuiles, à ſuis dominis
carceribus iniquè mancipentur, nec ali-
ter † relaxentur niſi ſub obligatione iu- 1
rata, & elogio de non vindicando car-
cere, vulgò geſchworne Vrphed appel-
lant, alij literas exultionis, ſiue ſecuritа-
tis vocant, rectè in Ordinat. Cameræ,
par.2. titu.24. conſtitutum & prouiſum
eſt,vt à tali iuramento relaxatio ad effe-
ctum agendi peti poſſit,per text.in c.1.de
iureiuran.gloſ.ibid.in verbo iuramenta,
in fine,& ibid.plenè Felin.nu.8.cum ſeq.
de materia relaxationis iuramenti, &
communiter Dd. tex.in c. quanto, eod.
tit. Iuramentum † enim non vinculum 2
D 3 iniqui-

iniquitatis, text. in d. c. quanto. de iure. iur. & in c. 1. §. quia verò, eod. titu. in 6. tex. in §. fin. de pace tenen. & iuram. firm. in extrauag. & in c. inter cætera. 22. q. 4. ſed veritate, iudicio, & iuſtitia, tanquàm ſuis comitibus, fulcitum eſſe debet. text. in c. etſi Chriſtus. §. Iacobus. de iureiur. Captiuus tamen ante liberationem non rectè agit pro relaxatione iuramenti ad effectum agendi, quia committeret periurium, & exceptio periurij, eſt exceptio litis finitæ. Anthon. de Butr. in c. dilecti. de except. Iaſ. in l. ſi quis maior. num. 24. C. de tranſact. ſed poſtquàm dimiſſus eſt, & ſe grauatum ſentiat, probè agit. text. in d. c. ſi verò. Vt autem huiuſmodi relaxatio à præſtito iuramento debitè fiat, partis aduerſæ citatio, quæ tale iuramentum exegit & recepit, requiritur:
3 quia abſolutio, vel † relaxatio à iuramento ad effectum agendi, cauſæ cognitionem requirit. Sed cauſæ cognitio partis aduerſæ præſentiam, quæ per huiuſmodi abſolutionem lædi poſſet, exigit: ergo citatione opus eſt. text. in l. de vnoquoque. ff. de re iudic. & in l. nam ita Diuus. ff. de adop. cum ſimilibus. Et ita concludunt communiter Dd. in d. c. 1. de iureiur. Panor. ibid. num. 10. & 13. latiſſimè Felin. ibid. num. 23. cum ſequen. vbi quatuor annotat limitationes, vt ibi per eum Dd. in d. l. ſi quis maior. Ferrar. in form. iuramen. quod præſtatur à parte parti. Singulariter autẽ limitatur, quando notoriè conſtat de turpitudine & iniuſtitia recipientis iuramentum, quo caſu etiam abſque citatione relaxatio iuramenti fieri poſſet, cùm quod fruſtrà fieret id, cuius nullus eſſet effectus, text. ſing. in l. hæc ſtipulatio. §. Diuus. ff. vt legat. ſeu fideicommiſſ. nom. caueat: tum etiam quod citatio omitti poſſit, quando præſens actum impedire nequeat, text. in l. 4. §. 1. verſic. illud. ff. de fideicommiſ. libert. & in l. recuſare. ff. ad S. C. Trebellia. Iaſ. in l. reſcriptum, num. 4. ff. de pac. Deci. conſil. 698. num. 3. incip. in cauſa legitimationis. In Camera Im-
4 periali antequam huiuſmodi † citatio ad effectum agendi decernatur, priùs Magiſtratui vel domino territorij, ſub quo ſupplicans captus fuit, pro ſtatu cauſæ ſcribitur: quia in dubio pro Magiſtratu militat præſumptio, quòd ex legitimis cauſis quis captus ſit, idque ex præſcripto Ordinat. loco citato. §. 1. in princip. Et ſic obſeruandus caſus in quo non ſtetur narratis ſupplicantis in extrahendis proceſſibus, licèt regulariter nudis narratis credatur, vt plenè notani infrà eod. Obſeru 31. per l. cùm quædam puella. ff. de iuriſdict. omnium iudic. cum ſimilibus. Facti ſerie tranſmiſſa, fit communicatio petenti citationem ſuper relaxatione iuramẽti ad effectum agendi, & ſiquidem eam probabiliter confutare poterit, decernitur petita citatio, quia in principio litis, ſiue in ingreſſu iudicij, in dubio magis Actori, quàm Reo fauetur. text. in l. de die. ff. qui ſatiſd. cog. Barto. ibid. in princip. Iaſ. nume. 2. text. in l. ſi quis intentione. ff. de iudic. glo. in c. cùm ad ſedem, in verbo cum pertinentijs de reſtit. ſpolia. Bald in l. 1. num. 17. verſic. hoc præmiſſo, C. de ijs qui accuſar. non poſſ. Caſtrenſ. in l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichum. nu. 5. ff. de verbo. obligat. Sin minus, vtputà quia ex informatione Magiſtratus conſtat cauſam eſſe merè criminalem, ſupplicantem ob maleficium captum fuiſſe, & ex ſpeciali gratia ſub iurato elogio de non vindicando carcere, relaxatum, citatio denegatur, & relaxatus ad obſeruantiam iuramenti obligatur, text. in d. c. cùm contingat, de iureiur. & in c. licet mulieres, eod. titul. in 6. Memini quoque informationes, ſiue defenſiones magiſtratus Cameræ tranſmiſſas, ex iuſtis cauſis Iudicem mouentibus, parti aduerſæ, ſine actori non communicatas eſſe. vide Felin. in d. c. 1. nu. 30. de iureiur. vbi dicit denegãdam eſſe abſolutionem à iuramento, ſi abſolutio nullum produceret effectum, vtputà ſi conſtet petenti relaxationem, nullam competere actionem. allegat Rom. conſi. 46. incip. in cauſa dominæ Camillæ. text. in d. l. hæc ſtipulatio. §. Diuus, & in l. ad probationem l. 1. C. de probatio. Sic ſpoliatus non eſt reſtituendus, ſi euidenter & notoriè ex actis conſtet ſpoliatum in petitorio nihil iuris habere, vt declarat Alexand. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren poſſeſſ. Socin. plenè in l. rem quæ nobis. ff. eod. titu. Deci. conſil. 449. num. 20. incip. viſis duobus, Curtius iunior conſil. 334. num. 58. volum. 3. incip. circa præmiſſam.

5 miſſam. In hac autem † citatione decer-
nenda, accuratè obligationis, vel pro-
miſſionis iuratæ formula, ſiue tenor elo-
gij conſiderari debet, putà, quidnam iu-
ratum ſit. Nam, aut iurauit relaxatus tan
tum non vindicare carceres, aut vtrum-
que, videlicet, neque vindicare carcéres,
neque eo nomine, iure experiri, hoc eſt,
neque de facto aut iure aliquid contra
formulam iuramenti attẽtare velle. Pri-
mo caſu, cùm via iuris relaxato non ſit
præcluſa, citatione pro relaxatione iura-
menti ad effectum agendi opus non ha-
bet: quia poteſt, ſi vult, via iuris experiri,
6 non obſtante † iuramento, Felin. in d.
c. 1. num. 25. in fine, de iureiur. cùm illud
tantùm extendatur ad ea, ſuper quibus
interpoſitum eſt. text. in c. veniens. de iu-
reiur. & in c. quintauallis. eod. titu. gloſſ.
ibid. in verb. præſciuiſſet, text. in l. final.
C. de non numer. pecun. & in c. 2. de re-
nunt. gloſſ. notab. ibid. in verbo iura-
mentum. Deci. conſil. 352. num. 7. incip.
Viſo puncto. Guid. deciſ. 199. nu. 3. Quo
7 pertinet, quod † prohibitus moleſtiam
inferre, nũ prohibeatur moleſtare de iu-
re, glo. in c. 1. de ſtatut. Monacho. in ver-
bo inferatis, Felin. in c. cauſam quę, num.
14. de reſcript. vbi hoc limitat, vt ibi per
eum. Altero caſu citatio ad videndum
ſe relaxari à iuramento requiritur, quæ
quidem citatio, vt dixi, non decernitur
priùs, quàm Magiſtratui pro informa-
tione facti ſcriptum ſit, & quatenus ea
non obſtet, citatio decernitur, tametſi
iſta differentia quandoque non obſer-
uetur: ſed indiſtinctè ante citationem pe-
titam facti inſtructio à Magiſtratu exiga-
tur. Vide omninò Schurff. de intellectu
iuratæ promiſſionis, conſil. 87. centur. 3.
per totum. Bald. in l. adoptionem. C. de
adopt. Porrò ſi iuramentum ſit contra
bonos mores, tam Iuris Ciuilis, quàm
Canonici, vtputà, ſi quis armaræ manu
contra pacem publicam captus, & ſub
promiſſione iurata, de non vindicando
carcere relaxatus ſit: tali caſu, quoniam
iuramentum eſt ipſo iure nullum (per
allegata in Obſeruar. 42. lib. 2.) citatione
ad videndum fieri abſolutionem à iu-
ramento præſtito, non eſt opus, ſed re-
laxatus poreſt directè pro citatione ſu-
per fracta pace ſupplicare, quæ ei dene-
gari non debet: quod eſt menti tenendũ.

Promiſſionem † enim in carcere factam, 8
non eſſe obligatoriam notum eſt, tex. in
l. qui in carcerem. ff. de eo quod met.
cauſ. Dd. ibid. Prætereà ſi captus ex cau-
ſa ciuili petat ſe ſub iuramento ſecuri-
tatis relaxari, idque à domino territo-
rij vel Magiſtratu obtinere non poſſit,
mandata de relaxando cum clauſula, in
Camera obtineri poterunt, ſicut proli-
xiùs notaui infrà eod. Obſeruat. 26. & ſi
de formula iuramenti ratione ſecurita-
tis inter dominum & captiuum conten-
tio ſit, Camera formulam certam præ-
ſcribere vel mandare conſueuit, vt ſub
communi & paſſim in Germania rece-
pta formula, & conſueto elogio, **auff ein
gewonliche vrphedt**/ captiuum dimittat,
vti factum in cauſa **Hanns Viſchers**/
contra **Philipſſen von Gemmingen** 15. Fe-
bruar. anno 63.

OBSERVATIO XXIII.

An legitimus proceſſus in cauſa cita- tionis ad videndum relaxari à iu- ramento obſeruandus ſit.

SVMMARIA.

1 *Relaxatio ad effectum agendi an requirat legitimũ proceſſum.*
2 *Abſolutio à iuramento cauſæ cognitionem qualem requirat. & nu. 4.*
Summarium iudicium non debet cum Ordinario confundi. ibid. & nu. ſeq.
3 *Cauſa relaxationis à iuramento eſt ſummaria.*
5 *Formula pronunciandi in cauſa relaxatio-nis à iuramento.*

DVbitati conſueuit, an obtẽta ci-
tatione pro † relaxatione ad effe- 1
ctum agendi, eaque in termino
iudicialiter reproducta, legitimus porrò
proceſſus inſtituendus, hoc eſt, an libel-
lus exhibendus, lis deſuper conteſtanda,
iurandum de calumnia, & in cauſa de-
mùm concludendum ſit, prout iura in
ordinario proceſſu requirunt, per textũ
in l. prolatam. C. de ſent. & interloc. om.
ind. & text. in c. quoniam contra, extr. de
probat. & in Authen. offeratur. C. de litis
conteſta. vbique Dd. Dubitationem † fa- 2
cit, quòd abſolutio à iuramento cauſæ
cognitionem requirat, per tex. in c. quan
to, de iureiur. Innoc. in c. ad aures, extr.
quod met. cauſ. Felin. in c. 1. nu. 23. de iu-
D 4 reiur.

reiur. Variè in Camera obſeruatum me-
mini. Quidam exhibent libellum, & litis
conteſtationem ab aduerſario requirũt,
adeoque legitimo iutis ordine ſeruato
procedunt, vt in cauſa Helnenſe contra
Steden. decimoſexto Aprilis, Anno ſexa-
geſimo ptimo. Item in cauſa Haberich/
contra Eiſenberg/vigeſimo Auguſti, an-
no ſexageſimooctauo. Hi tamen impe-
ritè & malè agũr, quia hoc pacto ex cauſa
ſummaria ordinarium proceſſum faci-
unt, quod fieri poteſt parte non oppo-
nente, per notata Iaſ. in l. ſi vnus. §. pa-
ctus, nu. 7. ff. de pact. Cæph. conſil. 202. nu.
12. vol. 2. incip. Moniales. Alij reprodu-
cta citatione exhibent tantùm implora-
tionem officij iudicis, pto facienda rela-
xatione, & per generalia ad exceptio-
nes aduerſatij conclndunt, nulla exacta
litis conteſtatione, vt in cauſa Viſcher
contra Gemmingen 15. Februarij, Anno
63. Item in cauſa Hannſen von Wurn/
contra Volcken von Iſzlingen/nono A-
prilis. Anno. 57. Itẽ in cauſa Hans Baur/
cõtra Hanns von Stein/vigeſimo quin-
to Auguſti, Anno 58 Et iſte procedendi
3 modus melior eſt, quia † cauſa relaxatio-
nis à iuramento, eſt ſummaria, vt notat
Felin. in c. 1. num. 32. de iureiur. per alle-
gata. ibid. & tãtùm præparatoria ad cau-
ſam principalẽ: vnde cùm ſit parui præ-
iudicij, ſummaria cauſæ cognitio ſuffi-
cit, præſertim, ſi quis ob cauſam ciuilem
captus ſit. Cauendum igitur ne per im-
petitiam ex cauſa ſummaria, faciamus
4 cauſam ordinariam. Non † obſtat ra-
tio dubitandi quòd abſolutio à iuramen
to, cauſæ cognitionem requirat, quia il-
la debet eſſe ſummaria, ſine longo ſuf-
flamine litis, & ſolenni ordine iudicia-
rio, iuxta Clem. ſæpè, de verbor. ſignific.
& Clem. diſpendioſam, de iudic. Maran.
ptolixè parte 4. diſtinct. 9. vbi vide, &
Bartol in extrauag. ad reprimendum, in
verbo ſummaria, item in verbo & figu-
ra. Poteſt autem huiuſmodi abſolutio à
iuramento per procuratorem obtineri,
vt notat Felin. in c. cùm deſideres, nu. 3.
de ſenten. excommu. & in d c. 1. num. 30.
4 vbi † ad hoc multa inducit. Baldus & alij
ibid. & ita fit quotidiè in Camera Impe-
riali. Forma † pronuntiandi talis eſt, In
ſachen begerter relaxation iuramenti N.
clegers/wider N. beclagten/iſt gemelts cle-
gers angezogen vrphedt/vnnd darin begrif-
fen aidt/ſouil jme dardurch der weg in rech-
ten zu clagen verſtrickt/allain ad effectum
agendi, dagegen furgewendter einredt vnu-
erhindert/hiemit auffgethon/vnnd relax-
irt/compenſatis expẽſis. Latinè: In cau-
ſa peritę relaxationis iuramenti M. acto-
ris, contra N. Reum, dictum Actorem
ab obligatione iurata, quatenus ei per
eam via iuris præcluditur, ſaltem quoad
effectum agendi, exceptionibus non ob-
ſtantibus, relaxamus. Vide Iaſ. in l. natu-
raliter. §. nihil commune, num. 168. ff. de
acquir. poſſeſſ.

OBSERVATIO XXIIII.

Relaxatione à iuramento obtenta, an victus in expenſis condemnandus.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum à parte remitti poteſt.*
Victus victori in expenſis condemnandus. Ibid.
2 *Renuncians liti ob inſtrumentum de nouo repertum non debet in expenſis condemnari.*
3 *In mora eſſe quis dicatur.*
4 *Lata ſuper relaxatione ſententia, quòad principale negotium nouo opus eſt proceſſu.*

QVæritnr, an citatus, ad vidẽdum
fieri relaxationem à iuramẽto,
ad effectũ agendi, ſi per ſenten-
tiã fiat relaxatio, vel abſolutio,
in expenſis condemnari debeat? Diſtin-
guendum: Aut citatus in termino cõpa-
ret, & conſentit relaxationi: & tunc ei
parcendum eſt, quia tali caſu, ne abſolu-
tione quidem opus eſt, text. in c. 2. de re-
nunciat, & in c. 2. de ſponſalib. Panor. in
c. 1. nu. 4. de 4. de iureiu. Felin. ibid. nu. 2.
Poteſt enim pars in cuius fauorem iura- 1
tum eſt, inramentum † remittere, licèt
illud quem principaliter Deo, & non
parti obliget, text. in c. debitores. de iu-
reiur. & in l. Iuriſiurandi. C. de reb. cre-
dit. Panormit. & Felin. vbi ſuprà, hoc
plenius explicantes: omnis enim res
per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſ-
dem diſſoluitur, text. in c. 1. de regu. iur. &
in l. ferè. la. 2. ff. eod. tit. Aut comparet, &
non expreſſè quidem relaxationi con-
ſentit, ſed eam iudicis arbitrio relinquit:
& tunc ſimiliter ei parcendum, quia elo-
gium,

gium , ſiue obligationem iuratoriam
(Vrphedt) pro ſe habet, & quia periu-
rij euitandi gratia , abſolutione opus
eſt,text.in c.ſi vero,de iureiur. nam du-
rum eſt à iuriſiurandi religione recede-
re,text.in d.c.ſi vero , & in l. 1. C. ſi ad-
uerſ.vendit.tex.in l.non erit.§. diuus. ff.
de iureiur.& in l.quæ ſub conditione.ff.
de condit.inſtit.Aut comparet in termi-
no,& relaxationi excipiendo contradi-
cit:& tunc ſi ſuccumbat, meritò in ex-
penſis condemnari debet,ex regula, Vi-
ctus victori,tex.in l. properandum §. ſin
autem.C.de iudi.facit tex. in l. Papinia-
nus,§.meminiſſe,ff.de inoffic.teſtam.Ita
hactenus in Camera obſeruatum , vt
in cauſa Peter von Heluenſee / contra
Burgemaiſter vnnd Rath der Stadt Stes
den 16. Aprilis Anno 61. Quemadmo-
dum in ſimili , quando inſtrumentum
in cauſa appellationis producitur no-
uum,ex quo conſtet de iure producen-
tis,ſi is contra quem productum eſt , vi-
2 ſo † inſtrumento renunciet liti & cau-
ſæ, non debet condemnari in expenſis,
argum.l.ſi quis inficiatus.ff.depoſit.Bar-
tol.in l.properandum.§.ſin autem.C.de
iudic.Idem in l.deſtitiſſe. ff.eod. & l. qui
in alterius.ff.de reg.iur. quia viſo inſtru-
mento intelligit ſe non habere iuſtam
cauſam litigandi.Lanfranc. in c. quoni-
am contrà. de probat. in ver. expenſæ.
num.4.& 5.Felin.in c.paſtoralis.nu.8.de
iudic.Alexand.in l.Iulianus. ff. de con-
dict.indeb.Mattheſ.ſingu.82.per totum.
incip. Nota practicam, iuncta apoſtilla
ibid. Secùs ſi malitioſè differat proferre
inſtrumentum litis deciſorium vſque
ad finem litis,ad hoc vt aduerſarium fa-
tiget inutilibus expenſis,nam tunc me-
ritò condemnandus erit in expenſis.tex.
in c.fin.de reſcript.& in c.vt debitus, de
appellatio.Cyn.in l. 1. C. vt quæ deſunt
aduocat.Bal.in c.exceptione.circa prin-
cip.de except.Felin in c.ad audientiam.
2.no.14.in fine.de reſcript. Apoſtill. ad
3 Mattheſ.d.ſingul.82.nu.4. facit, † quòd
is dicatur eſſe in mora,qui maluit litiga-
re,quàm rem reſtituere. Iaſ. in l. nemo
rem ſuam.num.4.ff.de verbo.oblig.per
illum text.Bartol.in l.ſi ſeruum.§. nunc
videamus.& in l.Romæ. §. Seia. ff.eod.
4 titu. Lata autem ſententia ſuper relaxa-
tione,opus eſt noua citatione in cauſa
principali,putà ratione iniuriæ,vel dam
ni dati,noua inſtantia,nouo prothocol-
lo. Ita obſeruatum in præiudicijs ſu-
prà proxima præcedenti obſeruat. alle-
gatis. Et eſt ratio, quia cauſa principa-
lis ſeparata eſt à cauſa relaxationis, &
planè diuerſa.Et noua cauſa nouo opus
habet remedio, per vulgaria , & regu-
lam l.de vnoquoque.ff. de re iudic.cum
ſimilibus.

OBSERVATIO XXV.

Quòd abſolutio à iuramento ad effe-ctum agendi ad Cameram ſpectet.

SVMMARIA.

1 Iuramenti abſolutio ad Iudicem Eccleſiaſticũ pertinet.
2 Vaſallus ratione iuramenti ſortitur forum Eccleſiaſticum.
3 Iudex laicus quando à iuramento abſoluere poſſit.
4 Iuramenti executio ad vtrumque iudicem ſpectat, tam Eccleſ. quam ſecul.
Iuramenti obſeruatio quo caſu ſit mixti fori.
Iuramẽtum turpiter extortum Index etiam laicus relaxat. ibid.
5 Iuramentum illicitum non habet opus abſolutione.
6 Hæres ratione iuramenti per defunctum præſtiti, non poteſt in foro Eccleſiaſtico conueniri.

Quamuis cauſa iuramenti, an vi-
delicet iuramẽtum ſit licitũ vel
illicitũ, ſeruandũ vel non ſeruã-
dum,& multò magis † abſolutio à iura- 1
mento,ad iudicẽ Eccleſiaſticum, tanquã
Articulus ſpiritualis pertineat,text. in c.
venerabilem.in fin.de electionib.& in c.
nouit.de iudi.tex.in c. cùm cõtingat. de
iureiurand.& in c.fin.de.for. comp.in 6.
Canoniſt.ad c.tuã de ordin.cognit. glo.
in c.ex tenore.de for.cõpet. in verb. Ec-
cleſiaſticum.quæ enumerat cauſas ſpiri-
tuales.Felin.in c.cùm ſit,num.7.cum ſe-
quen.& ibid.communiter Dd.eod. titu.
Panor.in c.1.nu.3 de iureiur. Felin. ibid.
nume.21.Caſt.conſi.196. vol.2.num.1.in-
cip.Super primo quæſito.Felin.in c.pre-
tereã.num.28.de ſponſal.vbi communi-
ter Dd. tractant , cui competat relaxa-
tio iuramenti.Anchar. in cap. quamuis
de pac.in 6. Franc.ibid.nume. 3. vbi di-
cunt, quòd in omnibus contractibus iu-
ratis,

rãtis, laicus coram Iudice Eccleſiaſti-
co conueniri poſſit. Et Felin. in d. c.
2 cùm ſit, refert Vaſallum † ratione iu-
rame͂ti ſortiri forum Eccleſiaſticum, &
lariſſimè hãc materiam ibid. proſequi-
tur. Tamen hæc doctrina non procedit:
Primò in iudicio Cameræ Imperialis,
quóad relaxationem iuramenti ad effe-
ctum agendi, quia ex Ordinat. par. 2.
tit. 24. hoc ipſis Aſſeſſorib. Cameræ, præ-
uia cauſæ cognitione, vtrùm iuramen-
tum ſit obligatorium, nec nè, Cæſaris
& Statuũ authoritate permittitur, quòd
de iure Ciuili ſecularibus iudicibus quo-
que conceditur, per text. in l. fin. ff. ad
municip. text. in l. fin. ff. qui ſatiſd. cog.
tex in l. fin. ff. de re milit. & in l. adigere.
§. fin. ff de iur. patron. tex. in l. 1. C. qui mi
lita. poſſ. vel non, lib. 12. Et pro hac ob-
ſeruantia expreſsè concludit Guid. deciſ.
178. nu. 3. & deciſ. 194. per totam, dicens,
3 principem † temporale͂ ſuper iurame͂to
diſpenſare poſſe. Quò pertinet doctri-
na Bald. in l. pactum. C. de collat. quem
ad hoc omninò vide. Idem in l. 1. C. de
oper. libr. Felin. in d. c. cùm ſit generale.
nume. 1. de for. compet. & in d. c. 1. num.
22. Secundò non procedit ſupradicta do-
ctrina, quando diſputatur non de viri-
busiurame͂ti, vtrùm licitum ſit vel illici-
tum; ſed tantùm de eius obſeruantia, an
4 ſeruandum ſit, nec nè, quia † executio iu
ramenti ad vtrunque iudicem indifferé-
ter, tam Eccleſiaſticum, quàm ſeculare͂
ſpectat, text. not. in c. licèt mulieres.
de iureiurand. libr. 6. Caſtr. d. conſil. 196.
num. 1. Panorm. in c. literas. num. 8. verſ.
merè temporalis, de iura. calum. Felin.
in d. c. prætereà. num. 28. Imol. in d. c. cũ
contingat, eod. titu. de iureiur. & ſic tali
caſu iuramenti obſeruatio eſt mixti fo-
ri, vide omninò Felin. in d. c. 1. nume. 21.
cum ſeq. de iureiur. de criminibus & cau
ſis mixti fori, ſimiliter Iulium Clarũ in
pract. criminali. § fi. quęſt. 47. per totum,
latè Felin. in d. c. cùm ſit, per totum. Ter-
tiò fallit, ſi agatur ratione periurij ad pœ
nam violati liciti iuramenti: quo caſu ſi-
militer talis cognitio ad vtrunque iudi-
cem pertinet. text. in d. c. nouit. de iud. &
in c. rex debet. 23. q. 5. tex. in §. ſi verò cano
nicũ, Auth. de mãd. princ. Dd. in l. ſi quis
maior. C. de tranſact. & in d. c. licèt. mu-
lieres de iureiur. Guid. d. deciſ. 178. nu. 1.
Roma. ſing. 425. incip. ego coram mag-
nis. & ſingul. 426. incip. Canoniſtæ, vbi
dicit, iudice͂ laicum de notorio periurio
cognoſcere, illudq́; punire poſſe, eò ꝙ cri
men periurij ſit crimen cõmune. Feli. in
d. c. cũ ſit. nu. 7. Quartò fallit, ſi iuramen-
tũ turpiter receptũ ſit, nã ſi quis turpe iu-
ramentũ ab aliquo recipit, poteſt recipi-
ens etiã per iudice͂ laicum cõpelli ad rela
xatione͂, d. c. 1. de iureiur. Panor. ibid. nu.
4. Felin. in d. c. prætereà. & in d. c. cũ ſit.
num. 7. Roma. ſing. 498. incip. vbi iura-
mentum. & ſing. ſeq. Ratio, quia ſi iudex
ſecularis eſt competens iudex quóad exe
cutione͂, ſiue obſeruantiam iuramenti,
eadem ratione debet eſſe competens eti-
am quóad abſoluendum à † iuramento 5
illicito & turpi. Dd. vbi ſupra, & ita me-
mini in Camera abſolutos ſubditos cu-
iuſdam Comitis à iuramento illicitè ipſi
Comiti præſtito. Vide plures limitatio-
nes per Feli. in d. c. prætereà. Imò illicitũ
iuramentum præſtans, non opus habet
abſolutione, quia non tenetur illud ob-
ſeruare, text. in c. quãto. de iureiur. & tex.
in c. inter cætera. 22. q. 4. Deci. conſi. 180.
nu. 4. cũ ſeq. incip. viſa renuntiatione. &
conſi. 181. nu. 2. incip. ſatis nota: nam im-
pia eſt promiſſio quę ſcelere adimpletur
tex. in c. in malis. 22. q. 4. & in l. Quintus
Mutius, §. fin. in fi ff. de ann. legat. Quin- 6
tò fallit in † hærede, qui ratione iurame͂-
ti præſtiti per defunctum nõ poteſt con-
ueniri in foro Eccleſiaſtico, Dd. in d. c.
fi. de for. compet libr. 6. Bartol. in l. cùm
quis. §. codicillis, nu. 10. ff. de leg. 3. Bal. in
l. 2. nu. 6. C. de fruct. & lit expenſ. Ratio,
quia iuramentum eſt perſonale, & ſol-
uitur morte iurantis, text. in c. veritatis.
de iureiur. & ibid. cõmuniter Canoniſt.
Hipol. in l. de vnoquoq;, nu. 200. ff. de re
iudic. Felin. in d. c. cùm ſit, nu. 9. de for.
compet. vide infrà eod obſer. 27.

OBSERVATIO XXVI.

De relaxandis debitoribus ex ciuili cauſa captis.

SVMMARIA.

1 *Debitor in cauſa ciuili capi non debet.*

2 *Mandata de relaxando captiuo quando decernenda.*

3 Repro-

3 Reproducto mandato ſummariè proceditur.
4 Formula pronunciandi in relaxando captiuo.
5 Sententia diffinitiua quando feratur lite non conteſtata.
Nullitas notoria non requirit lit. conteſt. ibid.
6 Idonea cautio quæ dicatur.
7 Carcer non debet eſſe pœna, ſed cuſtodia.
Hoc quòad cauſam finalem, ſecus quòad ipſum carceratum.
8 Fallit de iure Canonico.
9 Ocularis inſpectio omnium probationum firmiſſima.
10 Probatio, vel informatio quando Iudici fit non citata parte aduerſa.
11 Captiuus in cauſa ciuili datis fideiuſſoribus eſt relaxandus.

1 REgulariter in † cauſa pecuniaria,
ſiue pro debito ciuili debitor ca-
pi vel incarcerari nō debet, tex.
in l. nemo carcerem. C. de exacto. tribu-
to. lib. 10. & in l. non eſt ſingulis. ff. de re-
gul. iur. Bar. in l. cum eo. ff. ad l. Iul. pecul.
num. 2. Panor. in c. a. de pigno. num. 3. Ia-
ſiſſ. Iaſ. in §. 1. nu. 72. vſque ad num. 97. In-
ſtit. de actio. & ibid. communiter Dd. fa-
cit tex. in l. ob æs alienum. C. de action. &
oblig. Dec. conſi. 669. nu. 12. incip. viſo &
perlecto: carcer enim pœnaliū, & homi-
num noxiorum eſt, tex. in d. l. nemo car-
cerem, & in l. 1. C. de cuſtod. reo. Fallit in
debitore de fuga ſuſpecto, tex. in l. ait pręe-
tor. §. ſi debitorem. ff. de his quæ in frau.
cred. glo. ibid. in verb. locum. vide pleni-
us infrà lib. 2. Obſerua. 44. Secundò non
pcedit in debito pecuniario fiſcali, tex.
in d. l. nemo carcerem. Guid. deciſ. 61. nu.
2. In Camera, quando aliquis non ſuſpe-
ctus de fuga, ex cauſa ciuili capt⁹ eſt, man
2 data † de relaxando, cum clauſula iuſtifi-
catoria plerunq; decernuntur: maximè
ſi captiuus ſufficiētem cautionem, putà
pignoratitiam, vel fideiuſſoriā offerat,
iux. tex. not. in l. 4. §. ſi ſub conditione. ff.
de fideicom. libert. & alia iura infra alle-
gata. Reproducto † mandato, procedi-
tur ſummariè, etiam ſine litis conteſta-
3 tione. Forma † pronuntiandi talis eſt:
In ſachen B. Clágers/contra A. Beclag-
ten iſt erkhendt/das gedachter beclagter die
angepottene cautiõ anzunemē/ vnd jnnen
der Clåger darauff ledig zu laſſen/ vnd zu
relaxieren ſchuldig ſey/als wir jnnen darzu
condemnieren/ vnnd verdamnen. Latinè,
In cauſa B. Actoris, contra A. Reum de-
cernimus, quòd dictus Reus oblatam
cautionem acceptare, & Actorem deſu-
per relaxare teneatur, prout eum ad hoc
condemnamus. Ita factum in cauſa
Klingenberger/contra Hamburg/18. Au-
guſti, anno 68. Nota, † quòd præſcripta 5
ſententia lata ſit lite non cōteſtata, pro-
pter euidentem nullitatem, quæ appare-
bat ex actis, quæ notorium inducunt, per
vulgaria, & nullitatem notoriam litis
conteſtationem non requirere commu-
niter receptum eſt, tex. not. in c. final. de
offic. iudi. vide infrà eod. Obſer. 77. Nam
incarceratio facta fuit ex cauſa ciuili ꝑ-
pter debitum, item oblata fuit ſufficiens
cautio. Et licèt aliàs mandatū cum clau-
ſula reſoluatur in ſimplicem citationē,
per comparitionem, per notata ſup. Ob-
ſerua. 19. tamen hoc caſu, ob dictam no-
toriam nullitatē, & quia nulla alia prin-
cipalis cauſa erat, quā incarceratio, pro-
nunciatū fuit lite nō conteſtata, modo
prædicto, quod eſt obſeruādum in man-
datis de relaxādo cum clauſula, vide in-
frà eod. d. Obſeru. 77. cum ſequ. & ſupr. d.
Obſeru. 19. Ordin. par. 3. titu. 34. §. 2. † Ido- 6
nea autem & ſufficiens cautio in Iure ac-
cipitur, quæ fit fideiuſſoribus, vel pigno-
ribus, tex. in l. ſi mandato. §. fin. ff. mand.
& ibi, gloſſ. in verb. accepta. text. in d. l. 4.
§. ſi ſub conditione. ff. de fideicomm. li-
berta. & in l. ſi debitori. ff. de iudic. gloſſ.
ibid. in verb. competenti, tex. in c. ad no-
ſtram. el. 1. de iureiur. iuncta gloſſ. in ver-
bo, ſufficienti, tex. in l. 1. ff. qui ſatiſd. cog.
& in l. vniuerſa. C. de precib. Imp. offer.
tex. in l. ſi creditores, ff. de priuileg. credi-
to. aliàs nomine cautionis, ſimplex pro-
miſſio intelligitur, tex. in l. ſancimus. C.
de verborum ſignificationib. Imò non-
nunquàm mandata tali caſu ſine clau-
ſula decernuntur, præſertim ſi primo
mandato cum clauſula reproducto, non
fiat relaxatio ob oblatam cautionem
ſufficientem, & impetrans indebitè ex
cauſa ciuili in duriſſimos carceres detru-
ſus ſit, cùm valetudinis vel vitæ etiam
periculo, vel arctiora mādata ſub pœna
Banni decernuntur, vt in cauſa Barbara
Winters/contra Neiperg/ Anno 65. id-
que per rationem prædictam, quòd ne-
mo ex cauſa ciuili incarcerari debeat: de-
inde, quòd † carcer, ne in criminalibus 7
quidem, de iure ciuili pœna eſſe debeat,
ſed tantū cuſtodia, per tex. in l. aut dam-
num.

num.§.ſolent.ff.de pœnis. & in l. incre-
dibile.C.eod.text. nota. in d.l.1.C. de cu-
ſtod. reo.gloſſ.ibid.in verbo, cruciatio,
8 text.in l.fin.C.eod titn.licèt † ſecùs ſit de
iure Canon. quo perpetui carceres loco
pœnæ permittuntur, text.in c. quamuis.
de pœn.lib.6.& in c.nouimus.§.final.de
verb.ſign.Roman.ſingul. 711.num. 1.la-
tè Hipol. in pract.crim.§.attingam. nu.
26.& ſingul.565.per totum.incip. dubita-
runt, vbi omninò vide Cùm igitur tales
carceres omni iure prohibiti ſint.d.l.ne-
mo carcerem. & d.l.1. C. de cuſtod. reo.
meritò Iudex conſiderata iniuſtitia &
contumacia capientis, à præcepto inci-
pere poteſt, per ea quæ dicta ſunt ſuprà
Obſerua.13. Poteſt etiam Commiſſarius
vel ad partis petitionem, aut ex officio,
9 ad † ocularem carceris inſpectionem de-
putari, vt illum ſubijciat oculis, & in rem
præſentem eat: præſertim quando alle-
gatum eſt in ſupplicatione, vel proceſſu
cauſæ, carceres eſſe atrociſſimos, tene-
bricoſos, & ſqualidos, contra text. in d.l.
1.C.de cuſtod.reo. & Iudex propter præ-
ſumptionem iuris quæ regulariter pro
magiſtratu militat, per allegata ſup. Ob-
ſeruat. 17. non velit abſque cognitione
quadam cauſæ ſtatim â præcepto incipe-
re.facit text.in l.lex quæ tutores.§.1.C.de
adminiſtr. tuto. ibi. per inquiſitionem
Iudicis, & probationem cauſæ. Et hæc
via omnium tutiſſima eſt, & citò expe-
diri poteſt, per relationem Commiſſarij,
cui, tum propter electam fidem perſonę
ſtandum eſt: tum quia ocularis inſpectio
omnium probationum firmiſſima ſit,
per text.in l.ſi irruptione. §. ad officium.
ff.fin.regun.& in d.l.lex quæ tutores. §.1.
text.in l.1. C. de Canone frumenta.vrb.
Romæ.lib.11.glo.ibid.in verbo aſpectus.
Similiter Platea.num.3.Bald.in l.contra
negantem.nume.7.C de l.Aquil. Idem
in l.1.num.18.C.de fructib.& lit. expenſ.
& in l.Deo nobis.num.7.C.de Epiſco.&
cler.vbi dicit, quòd omnis probatio vin
citur, ſi aſpectus in contrarium teſtifice-
tur. Petrus de Rauen.ſingul.521.Bald.ad
Rub.C.de proba.num.1.vbi dicit, omni-
um probationum optimam & perfectiſ-
ſimam eſſe eam, quæ fit per rei euidenti-
am: eò quòd ſermones illi ſint veriſſimi
qui concordant rebus ſenſatis. Ita factũ
in cauſa Odenheim / contra Bruſſel /
Weilmauſter / contra Naſſaw / & alijs
multis cauſis. Neque ad talem actum in-
ſpectionis requiritur partis aduerſę cita-
tio, quia fit tantùm ad informandum
iudicem per nota.Soc.reg.406. fallen.1.
Et † generaliter quando probatio con- 10
cludit ſoli iudici, vtputà ſi ad eius inſtru-
ctionem fiat, tunc talis informatio fieri
poteſt ſine citatione partis. Maran. part.
6.tit.de citatione.num.20.Philipp. Port.
lib.1. commun.opin.concluſi.43.in 13.li-
mitat.Bald.in l.certum.C.vnde legit. &
in l.ſi qua per calumniam. C. de Epiſco.
& cler.& in l.neque natales.C. de proba.
Innoc.in c.1.de poſtulat.prælator. Felin.
in c.2.nume.7. cum ſequen.de teſtib.vbi
dicit Iudicem poſſe recipere teſtes parte
non vocata, quando vult ſe informare
ſuper notorio, vel fama: quod eſt intel-
ligendum prout declarant Felin. in d.c.
2.num.9.& Portius vbi ſuprà, in 18.am-
pliat.Communiter tenetur, iudicem per
viam inquiſitionis procedentem, poſſe
recipere teſtes ſuper fama abſque citatio-
ne partis, ante informatam inquiſitio-
nem: aliàs non.Felin.Port.& alij in locis
citatis. Quandoque etiam ſupplicatur
pro mãdato de mitigando carcere, vmb
milterung der gefenknus / quod eodẽ mo-
do poſt ocularem inſpectionem decer-
ni ſolet, vt in cauſa Odenheim, contrà
Bruſſel / octaui mandati. Quod ſuprà di-
ctum eſt, carcerem de iure ciuili non eſſe
pœnam, illud verum eſt, reſpectu cauſæ
finalis, quia carcer de iure ciuili non ad
vindictam, ſed tantùm ad cuſtodiam ha
betur, text.in d.l.aut damnum.§. ſolent:
ſecus tamen eſt quo ad materiam, hoc
eſt, ipſum carceratũ, cui carcer ſæpe ma-
gnum eſt tormentum, & ſuppliciũ, cùm
ſit ſordida & infamis manſio, text.in l.ſi
hominem.ff.depoſ. & in l.2. ff. de liber.
homi.exhib. Proinde † captiuus in cauſa 11
ciuili, datis fideiuſſoribus meritò relaxa-
ri debet, per iura allegata. Porrò, an in-
carceratus pro crimine corporali, datis
fideiuſſoribus relaxandus ſit, vide diſtin
ctionem Bald.in l.2.num.3.C.de cuſtod.
reo.Bart in l.1.ff.eod. Dec. conſi.143.nu.
1.incip.in caſu proprio.

OBSERVATIO XXVII.

Iuramentum defuncti an eius hæredem ab agendo repellat.

SVMMA-

SVMMARIA.

1 Iuramentum ex parte iurantis perſonale eſt.
2 Hæres an opus habeat abſolutione à iuramento per defunctum præſtito.
3 Reatus periurij non tranſit ad hæredes.
4 Robur contractus ratione iuramenti tranſit ad hæredes.
5 Hæres agere poteſt ad reſciſsionem contractus, ſine abſolutione à iuramento.
6 Iuramentum ad hæredem tranſit quóad probationem.

QVæſitum, an hæres incidat in
periurium, ſi iuramẽtum à de-
functo præſtitum nõ ſeruet, ſed
contra recipientem actione in-
iuriatum, vel dãni dati agere velit? Con-
1 cluſum quòd non, quia † iuramẽtum ex
parte iurantis eſt perſonale, & perſonam
non egreditur, non tranſit ad hęredes iu-
rantis, licèt ex parte recipientis ſit reale,
& ad eius hæredes tranſeat, tex. in c. veri-
tatis. ext. de iureiu. Canoniſt. communi-
ter ibid. & in c. fina. de for. compet. libr. 6.
Guid. deciſi. 375. in fin. per allegata ibid.
2 Vnde hæres † defuncti, non opus habet
abſolutione ad effectum agendi, quia ip-
ſe non iurauit, ſed poteſt recta via agere
contra eum, qui indebitè iuramentum
à defuncto exegit. Ita in terminis tenet
Ang. in l. generaliter. nume. 4. C. de reb.
cred. per illum tex. Guid. deciſ. 140. num.
5. Philip. Port. lib. primo commun. opin.
concluſ. 3. numer. 1. Alexand. conſil. 129.
nume. 21. cum ſequẽn. volum. 6. incip. vi-
deretur prima conſideratione. Idem cõ-
ſil. 151. num. 10. volu. 7. incip. viſo thema-
te. Socin. ſen. conſi. 115. nume. 11. volum. 1.
incip. circ. primam. Hipolit. in repet. l. de
vnoquoque, num. 200. ff. de re iudic. vbi
dicit, quòd iuramentum, tanquam vin-
culum ſpirituale, morte iurantis finia-
tur. Et Felin. ſingulariter tradit, in cap.
cùm ſit, de foro compet. nume. 9. quòd
propter iuramentum defuncti, hæres nõ
ſortiatur forum Eccleſiaſticum, etiamſi
iuráſſet pro ſe, & ſuis hæredibus: quia iu-
ramentum tanquam perſonale morte
iurantis finitur quóad vinculum periu-
rij, ſecùs quóad efficaciam obligationis,
per allegata ibid. Idem tenet Guid. d. de-
ciſi. 375. Quando iuramentum ad hære-
des tranſeat, vide omninò Caſtrenſ. con-
ſil. 195. nume. 7. volum. 2. incip. viſis his.
Bald. in l. emptione. C. plus valere quod
agitur, &c. circa medium. Regulariter † 3
reatus periurij non tranſit ad hæredes,
quia iuramentum eſt obligatio animæ,
anima autem alterius non poteſt liga-
ri niſi propria voluntate, cum ius ſpiri-
tuale non trãſeat de anima in animam.
Dd. in d. c. veritatis. & in Authen. Sacra-
menta puberum. C. ſi aduerſ. vendit. ſed
benè alij effectus iuramenti, putà robur
contractus, vel litis deciſio ad hæredes
tranſeunt, vt not. Dd. in c. 2. de pact. lib. 6.
& in c. cùm contingat, de iureiur. Bald.
in d. l. generaliter. num. 2. Idem in l. non
dubium. nu. 26. C. de legib. Guid. vbi ſu-
prà. Nam efficacia inducta à iuramento,
tranſit in quemcunq;, & quóad hoc, iura-
mentum non eſt perſonale, per text. in l.
cùm quis decedens. §. codicillis. ff. de leg.
3. Bartol. ibid. num. 10. Alex. conſi. 26. nu.
4. volu. 7. incip. cumulatiſſimè. & conſi.
146. num. 5. eod. vol. incip. viſo themate.
Curt. iunior conſi. 192. nu. 12. vol. 3. incip.
diligenter. per tex. in l. ex contractibus. ff.
de obligat. & action. Port. d. concluſione
3. nume. 1. Caſtr. in l. ſi grege. nume. 5. ff. de
leg. 1. Bald. in d. Authen. Sacramenta pu-
berum. nu. 17. vbi dicit, quòd quóad † ro- 4
bur contractus, iuramẽtum ſequitur na-
turam contractus tranſmiſſibilis. Caſtr.
ibid. nu. 9. dicens, quòd vires contractus
tranſeant ad hęredes, quóad obſeruanti-
am contractus, & quod hæres virtute iu-
ramenti compelli poſſit, vt contractum
ſeruet: ſi tamen nolit ſeruare, non inci-
dit in periurium: quia vires iuramenti
quóad inducendum peccatum, non trã-
ſeunt ad hęredes, per rationem prædictã,
licèt tranſeant quóad vires contractus.
Ad idem Pariſ. conſi. 54. num. 13. incip. in
præſenti cauſa, volum. 1. Idem conſil. 16.
num. 128. volu. 2. incip. circa præſentem.
Guid. ſingul. 343. Idem ſing. 376. vbi dicit,
quod iuramentum, quantum ad ſpiri-
tualitatem, quæ ſibi ineſt, non tranſit ad
ſucceſſorem iurantis: ſecùs quantum ad
robur contractus, quia vires, & robur aſ-
ſumpſit de præterito non à principio, &
ex perſona hæredis robur nõ metimur,
per tex. notab. in d. l. cùm quis decedẽs. §.
codicillis. & in l. nam & poſteà, §. final.
ff. de iureiur. Alexand. conſil. 7. nume. 8.
volum. 6. incip. viſo inſtrumento. vide
omninò Pariſ. d. conſil. 54. num. 93. cum

ſequ. quòd † hæres non teneatur petere
5 abſolutionem à iuramento per defun-
ctum præſtito, & nihilominùs poſſet al-
legare exceptiones omnes, quas ipſe de-
functus petita abſolutione opponere po-
tuiſſet, agere poteſt ad reſciſſionem con-
tractus, nulla petita abſolutione à iura-
mento, Alex.d.conſi.129. Ruinus conſil.
107.nume.18.volum.1. Dd.in c.1.de iure-
iur. Pariſ.vbi ſupr. plures ad hoc allegãs.
6 Illud quoque obſeruandum, quòd † iu-
ramentum ad hæredem tranſeat, quan-
tum ad probationẽ, text.in d. l. cùm quis
decedens.§.codicillis. Bart.ibid.num.10.
text.in Auth. de iureiur.à mori.præſti.§.
fin. Guid.d.ſing.376.

OBSERVATIO XXVIII.
De negata vel protracta iuſtitia.

SVMMARIA.

1 *Iudex denegans iuſtitiam amittit iuriſdictionem.*
2 *Citatio ſuper denegata iuſtitia quãdo decerni poſſit.*
3 *Appellari an poſſit à denegata iuſtitia.*
4 *Negligentia in iudice non præſumitur niſi probetur requiſitio.*
5 *Iudex an ſæpius pro iuſtitia adminiſtranda requirendus.*
Interpellationem vnam ſufficere communiter eſt ſtatutum, ibid.
6 *Interpellatio quandò pro trina habetur.*
Geminata appellatio pro vna habetur, ibid.
Trina citatione eſt opus antequã vaſallus contumax dicatur, ibid.
7 *Promotoriales quandò decernenda.*
8 *Iudex negligens ab officio remouetur.*
9 *Prælatus negligens ſimiliter.*

1 IVdicem, ob† denegatam iuſtiti-
am, iuriſdictionẽ, quóad illam
cauſam amittere, & ſuperiorem
pro adminiſtranda iuſtitia adiri poſſe,
certum eſt, per text.notab.in §.ſit tibi igi-
tur. Authen.de mandat.Princip. & in §.
ſtatuimus. Authen. de ſtatut. & conſuet.
text.in conſtitu.Freder.Imper. incip. ſta-
tuimus.C.de Epiſ.& cler.Dd communi-
ter ibid.text.in Auth. vt differ. iudic. §.ſi
quis verò cum §.ſequen.facit tex. in c.ex
tranſmiſſa, & in c.licet ex ſuſcepto, & in
c.ex parte B.& in c.ex tenore, de for.com
per.Bart.in l.de pupillo.§.ſi quis prætori.
num.5.ff.de nou.oper.nuncia. Alexand.
ibid.num.2.Inno.in c.ex conqueſtione.
de reſtitut.ſpol.Socin.in d.c.ex ſuſcepto.
Quod procedit etiam in materia feuda-
li, per tex.in c.1.de mili.vaſal.qui cõtum.
eſt. Afflict.pulchrè ibid.num.97.cum ſe-
quen.item procedit in iudicibus Ordina-
tionis, qui ex diſpoſitione Ordinationis,
part.2.titul.8.§.13.cauſam intrà annum
finire debent. Sic quotidie in Camera † 2
citationes ob denegatam iuſtitiam, per
modum ſimplicis querelæ, decernuntur:
quia Cameræ iuriſdictio, propter dene-
gatam iuſtitiam fundatur, Ordinat.part.
2.titul.1.§.final.& titul.26. per iura ſuprà
allegata. Ad hoc tamen, vt talis citatio
decerni poſſit, tria neceſſaria ſunt. Pri-
mò, quòd iudicium nondum coràm in-
feriore iudice cœptũ ſit: nã cœpto ſemel
iudicio, ſi poſteà in proceſſu iuſtitia de-
negetur, vel protrahatur cauſa, non per
viam denegatę iuſtitię, vel ſimplicis que-
relæ, ſed per modum appellationis, ob
negligentiam iudicis inferioris cauſa ad
Cameram deuolueretur. Itaque tali † ca- 3
ſu opus foret appellatione. Poſſe autem
appellari, ſi lite pendente Iudex negligat
iuſtitiam facere, notat Panorm. in c.ex
parte.el 2.nume.2.de appellat. Felin.in c.
ex literis, nume.8.in prima fallentia, de
Conſti.vbi omninò vide. Mandata quo-
que pœnalia, cum clauſula, contra Iudi-
cem negligentem decerni poſſunt, vt in-
trà certum tempus iuſtitiam admini-
ſtret, quo elapſo, ad pœnam mandato
inſertam in Camera proceditur. Secun-
dò requiritur, quòd Iudex denegans iu-
ſtitiam, immediatè Camerę ſubiectus ſit,
nam ſi ſupplicans mediatum adhuc Iu-
dicem habeat, Cameram, omiſſo medio
Iudice, adire non poteſt, ſicut in appella-
tionibus quoque receptum eſt, l. Impe-
ratores.de appellat. Tertiò, requiritur ex
Ordinat.loco citato, Das dem Supplicanten das recht fünlich verſacht worden/
hoc eſt, quod ſupplicanti Iuſtitia mani-
feſtè, & expreſsè denegata ſit, per text.in
d.§.ſit tibi igitur. Auth.de mand Princ.
vel ſtatuto tempore Ordinationis, cau-
ſa non ſit determinata. Proindè non ſta-
tur iuramẽto partis, dicentis ſe non ſpe-
rare conſequi iuſtitiam, vt voluit Felin.
in cap. accedens. el 2. numer. 13. vbi lite
non conteſta. ſed inſtrumento publico
opus eſt, ad docendum de facta debita
requiſitione, & ſubſecuta denegatione
iuſti-

4 inſtitiæ. Nam regulariter in indice † non
præſumitur negligentia, niſi probata ſit
legitima requiſitio, per tex. in d. §: ſit tibi
igitur, & in l. 2. C. de offic. ciuil. iudic. tex.
in l. 1. C. de ſuſcepto. & arcarijs. libr. 10.
ibi, teſtibus adhibitis conteſtationem de-
bebit proponere, tex. in l. placuit, in fine.
C. de collation. fundorum patrimonial.
lib. 11. Bartol. in l. damni. §. Sabini ſenten
tia. nume. 8. in fin. ff. de dam. infect. Boër.
in ſingul. in verb. præſumptio. nume. 36.
Iudex tunc demnm negligens dicitur, &
litem ſuam facit, quandò à parte requiſi-
tus non adminiſtrat iuſtitiam, ſecùs ſi
non ſit requiſitus. Bald. in c. 1. §. iudices,
nume. 6. de pac. iura. firman. Iaſon in l.
vniuerſa. nume. 4. C. de precibus Imper.
offer. Et ſic obſeruandum, hoc caſu quo-
que non habere locum Regulam, quòd
in decernendis proceſſibus ſtandum ſit
nudis narratis, vt infrà eod. Obſeruatio.
31. dictum eſt, quia fallit in cauſis dene-
5 gatæ iuſtitiæ. Sufficit autem vnica † re-
quiſitio, etſi regulariter lite pendente, ad
hoc, vt Iudex negligentiæ argui poſſit,
trina opus ſit citatione, vt prolixè in v-
tramque partem tradit Felin. in d. c. ex li-
teris. nume. 8. Communis tamen eſt, vni-
cam interpellationem ſufficere, maxi-
mè ſi in prima requiſitione Iudex ex-
preſsè iuſtitiam facere, denegauerit, per
text. in l. Titia Seio, §. vſuras. ff. de leg. 2. v.
bl ad moram contrahendam vnica in-
terpellatio ſufficit, tex. in l. mora. ff. de v-
ſur. gloſſ. communiter approbata, in c. 1.
§. duro tamẽ, in verbo, propoſita, de elec.
in 6. Panor. in d. c. ex parte. Alex. in d. §. ſi
quis prætori. nu. 4. & conſil. 81. nu. 2. cum
ſeq. vol. 4. incip. ſtantibus his, vbiq; dicſit,
quòd regulariter vna monitio, ſiue pro-
teſtatio ſufficiat, per rationes & allegata
ibid. Roma. ſing. 429. incip. ego dixi. alle-
gat ad hoc Clem. quamuis. de appell. quẽ
tex. ad hoc pulchrè inducit apoſtilla ibi-
6 dem, quæ communem dicit, † ſi fiat in-
terpellatio inſtanter, inſtantius, & inſtan
tiſſimè. quia tali caſu vnica interpellatio
pro trina habetur, licèt vno momẽto, &
eadem orationis ſtructura fiat, per tex. in
d. Clem. quamuis. ſicut in ſimili appella-
tio geminata, pro vnica appellatione ha
betur, tex. in c. Lotharius. 31. q. 2. glo. ibid.
in verbo appellauit, Rom. d. ſing. 429. Fal
lit tamen iſta communis opinio in caſi-
bus, quibus Iura nuncupatim trinam ci-
tationem requirunt, vti in vaſallo con-
tumace receptum eſt, qui ter citari debet,
antequam pro vero contumace haberi
poſſit, tex. in d. c. 1. de mili. vaſal. qui con-
tum. eſt. Fel. in d. c. ex literis. nu. 8. vbi om
nino vide. Porrò obſeruãda eſt differen-
tia inter protractam & denegatam iuſti-
tiam. Nam primo caſu † promotoriales 7
pro adminiſtranda iuſtitia intrà certum
tempus decernuntur: altero verò citatio
ad proſequendam cauſam principalem
in Camera conceditur, próut habetur in
Ordinat. d. tit. 26. §. fi. Dantur etiam pro-
motoriales, pro facienda exequutione
ſententiæ, quandò ſententia Iudicis in-
ferioris tranſiuit in rem iudicatã, & mo-
ra committitur in exequendo. Vide om
ninò Bald. in l. fin. §. illud. C. de tempor.
appella. & pulchram Apoſtil. ibid. num.
3. cum ſequent. vtrùm à tarditate iudicis
appellari poſſit. Præterea obiter obſer-
uandum, quòd negligens iudex litem ſu-
am faciat, per tex. in c. 1. §. iudices. de pace
tenen. & iura. firman. Bald. ibid. & quòd
parti læſæ ad damna & intereſſe actione
in factum teneatur, vt notant Bartol. &
Alexan. in l. 4. §. in eum. ff. de damno in-
fect. per illum text. Bartol. in l. fin. in fin.
ff. de var. & extra. cognit. Schurff. conſil.
79. numer. 4. centur. 1. incip. quòd prædi-
ctæ. Bartol. & Dd. in l. 2. C. de pœn. iudic.
qui mal. iudic. item quòd ab officio re-
moueri poſſit, † ſi magna ſit eius negli- 8
gentia, text. ſingul. in l. ſi quos. C. de offic.
præfect. prætor. Orient. & in l. eum qui.
C. de procurat. gloſſ. in l. mancipia. C. de
ſeru. fugit. in verbo, exigatur. vbi dicit,
quòd negligens adminiſtrator ab officio
remouendus ſit: quemadmodum etiam
† prælatus, ob nimiam negligentiam, di- 9
gnitate ſua priuari poſſit, tex. in c. cùm ad
monaſterium, §. Abbas verò, gloſſ. ibid.
in verbo negligens. de ſtat. monach. Præ-
tereà de iure communi notum eſt, ob de
negatam iuſtitiam repræſalias concedi
poſſe: quia repræſaliæ concedũtur ne pe-
reat iuſtitia, & huiuſmodi conceſſio re-
præſaliarum eſt ſpecies belli iuſti, text. in
c. dominus noſter. 23. q. 2. Marti. Laud. in
tracta. repræſal. num. 4. Bar. in eod. tract.
& Io. Iacob. à Canib. in ſimili tractatu,
par. 1. num. 14. vbi prolixiùs vide.

OBSERVATIO XXIX.

Si de feudo Imperii controuerſia fuerit, an Camera ſit Iudex competens.

SVMMARIA.

1 *Quando cauſa feudalis immediatè ad Cameram ſpectet.*
2 *Cauſæ magnæ magnos requirunt Iudices.*
3 *Camera cum Cæſare concurrentem habet iuriſdictionem.*
4 *Præuentioni quandò eſt locus.*
5 *Præuentio iuriſdictionis fit per citationem.*
6 *Effectus præuentionis.*
7 *Præuentionis exceptio eſt declaratoria.*
8 *Præuentio quando locum non habeat.*

Controuerſia erat inter duos va-
ſallos de feudo Imperij, quod v-
terq; ad ſe pertinere contende-
1 bat. Quęſitum eſt, vtrùm talis† cauſa feu-
dalis ad Cameram immediatè ſpectaret,
an verò ad Cæſarem? De Iure feudali ex-
peditum & certum eſt, ſolum Cæſarem
eſſe Iudicem competentem, & non pa-
res Curiæ, quoties ſuper feudo Imperij
inter duos Comites vel Barones conten
tio ſuboriatur, p text. clarum, in c. 1. apud
quem controu. feud. term. deb. Feudiſtæ
communiter Ibid. Curt. in tract. feu. par.
7. nu. 2. nam magnæ cauſæ magnos iudi-
ces requirunt, tex. ſing. in l. nō diſtingue-
mus. §. de liberali. ff. de recept. arbit. text.
in l. 2. in fin. C. de pedan. iudicib. glo. ibid.
in verb. diiudicent. tex. in l. iamdudum.
C. vbi cauſa ſtatus agi deb. Concluſum,
2 Cameræ † iuriſdictionem ex præuentio-
ne fundari poſſe: eò quòd illa per modū
contractus ex ordinatione Camerę cum
Cæſare concurrentem iuriſdictionē ha-
beat, adeoq́ue ipſum Cęſarem, quóad iu-
ſtitiæ adminiſtrationem, in cauſis ciuili-
bus repræſentet, vocetur'que iudicium
Cæſaris, Das Kaiſerlich Cammergericht.
3 Vnde ſi partes † prius Cameram, quàm
Cæſarem adeant, & citationem perant,
iure præuenriònis illa decerni, & cauſa
ibidem agirari poterit, per text. in c. cùm
plures. de offic. deleg. in 6. Ancha. ibi. nu.
7. Philip. Fran. num. 2. Dd. in l. ſi quis po-
ſteà ff. de iud. latè Socin. in c. propoſuiſti.
de for. cqmp. nu. 7. cum ſeq. Pano. in c. vt
4 debitus. nu. 22 de appell. vbi dicit, † quòd
in Ordinarijs Iudicibus, qui pares ſunt in
Iuriſdictione, præuentio locum habeat.
per tex. in l. penult. ff. de pet. hær. quæ qui-
dem præoccupatio, ſiue † præuentio iuri- 5
ſdictionis fit per ſolam citationem, per
tex. in d. l. ſi quis poſteà. ff. de iudic. & in d.
c. propoſuiſti. Marant. diſput. 6. num. 20.
Dd. vbi ſup. Qui † ſint effectus præuenti- 6
onis notum eſt. Conſolidatur enim Iu-
riſdictio tam Iudicis quàm partium: ita
qnòd alius Iudex, qui in ſolidum iuriſdi-
ctionem habebat, nō poſſit eam cauſam
ampliùs acceptare, ſed vbi Iudicium cœ-
ptum, ibi finiri debet, text. in l. vbi acce-
ptum. ff. de iudic. & in c. cùm plures, de
offi. deleg. in 6. Anchar. ibid. nu. 2. Philip.
Franc. ſimiliter. num. 2. Quòd ſi non ob-
ſtante pręuentione Iudex cōcurrens cau-
ſam præuentam acceptare veller, contra
eius Iuriſdictionem excipi poteſt, non p
modum incompetenriæ, ſed præuentio-
nis, d. l. ſi qnis poſteà Bald. ibid. & Socin.
prolixè de effectibus præuentionis, in d.
c. propoſuiſti. nnmer. 7. cum ſequen. Ma-
rant. d. diſput. 6. numer. 26. vbi dicit † ex- 7
ceptionem prænentionis eſſe declinato-
riam. Et ita per modum præuentionis,
in controuerſijs feudalibus inter perſo-
nas immediatè Imperio ſubiectas, pro-
ceſſus in Camera decreti ſunt, in cauſa
Bredenrodt contra Michel Gilles/ 4. Se-
ptembris, anno 51. Item in cauſa, Der
Welſchen/ contra Naſſaw. vltima Augu-
ſti, anno 1541. Item in cauſa Schonberg/
contra Wolff Haller. 15. Nouemb. Anno
66. Et obſerua hic caſum, In quo priuile-
ginm primarum cauſarum, ſiue primæ
inſtantiæ (vulgariter die außtrăg) non ha-
beat locum. Limita hanc obſeruationē
vt non procedat, ſi de Ducatu, vel Comi-
tatu aliquo Imperij ſit controuerſia: quia
tunc præuentio in Camera locum nō ha
bet, ſed ſolus Imperator cognoſcet, cùm
caſus ille in Ordinat. par. 2. tit. 7. expreſsè
prouiſus, & ſoli Imperatori reſeruatus
ſit. In non expreſſis ſtatur diſpoſitioni
Iuris communis, per vulgaria, & præuen
tio vt dictum eſt, locum habet. Præterea
† præuentio de iure communi non ha- 8
bet locum, quando citatus eſt contumax
in non comparendo: quia tunc iudici-
um vbicunque ſuſceptum ſuſtentaretur.
Item fallit quandò præuentus compa-
ret, & non excipit de præuentione, item
quandò verteretur præiudicium iuriſdi-
ctionis

ctionis, & in alijs caſibus notatis per So.
cin. in d. c. propoſuiſti, numer. 29. cum
ſequent. vbi omninò vide, per allegata,
ibid.

OBSERVATIO XXX.

Capitulum Cathedralis Eccleſiæ, an immediatè in Camera Imperiali conueniri poſſit.

SVMMARIA.

1 *Eccleſiaſtici Principes regalia ſua in temporalibus ab Imperatore habent.*
2 *Ideò ab eorum ſententijs in cauſis ciuilibus ad Cameram appellatur.*
3 *Capitulum non eſt ſtatus Imperij.*
4 *Principis titulum Eccleſiaſtici habere poſſunt, ratione temporalium dominiorum.*
5 *Comes dicitur qui de Comitatu inueſtitur.*
6 *Ab Eccleſiaſtico Iudice quando ad Laicum appelletur.*
7 *A Rege Comitatum tenens ad ſuperiorem Comitatus appellatur.*
8 *Exercens duas artes ligatur conſtitutionibus ambarum.*
9 *Collegia Canonicorum libera immediatè in Camera conueniri poſſunt.*
10 *Sede vacante, iuriſdictio eſt penes Capitulum.*
11 *Sede vacante, collatio beneficiorum non ſpectat ad Capitulum.*
12 *Capituli quæ ſit poteſtas ſede vacante.*
13 *Capitulum quando in Camera forum ſortiatur.*
14 *Eccleſia quaſi vacare dicitur ob hæreſim prælati.*
15 *Defenſor Eccleſiæ dandus ſede vacante, aliàs nõ procedit iudicium contra Eccleſiam ſuſceptum.*
16 *Eccleſia minori comparatur.*
Eccleſia & pius locus æquiparantur, ibid.
17 *Capitulum ſede vacante, ſyndicum & actorem conſtituere poteſt.*
18 *Sede vacante, Canonici nihil in præiudicium Eccleſiæ facere poſſunt.*
19 *An ex neceſsitate aliquid alienare poſſint ſede vacante.*
20 *Clerici in poſſeſſorijs forum iudicis ſecularis ſortiuntur: ſimiliter ratione feudorum.*
21 *Dignitates à Principe profluunt.*
22 *Dignitas maior minori præfertur.*
23 *Dignius trahit ad ſe minus dignum.*

1 ETſi Eccleſiaſtici † Principes Germaniæ immediatè Imperio ſub.
iecti ſint, idq; ratione regalium,
priuilegiorũ, & beneficiorũ, ſiue bonorũ
feudaliũ, quæ ab Imperatore & Imperio
2 habent & recognoſcunt: & † proinde ab
eorũ ſentẽtijs in cauſis ciuilibus, non ad
Pontificem, ſed Imperatorẽ, vel Camerã
3 Imperialem appelletur: tamen † Capitulum eorum non eſt Status Imperij, neq;
Imperio immediatè ſubiectum: & ideò
in cauſis ciuilibus, non corãm iudicibus
priuilegiatis, putà Ordinationis Imperij
(vermög der Außtrãg) vel in caſibus ſpecialibus immediatè ad forum Cameræ
ſpectantibus, in iudicio Cameræ, ſed corã ſuo Metrapolitano, vel Epiſcopo tanquã ordinatijs iudicibus cõueniri debet,
per rationem, l. fina. C. vbi in rem actio,
cum ſimil. Quòd autem †, Prælati ratio. 4
ne temporalium dominiorum, quæ à
Cæſare habent, Principes, vel Comites
eſſe poſſint, & per conſequens ſuæ Maieſt. perinde atq; ſeculares Principes, ſub.
iecti ſint, notant etiam Canoniſtæ in c.
Romana. §. debet, de appell. in 6. Philip.
Franc. ibid. num. 2. & in c. cęterum, de iu.
dicijs. gloſſ. in c. ſolitæ, in verbo, ſuſcipiunt, de maior. & obedien. Caſtr. in l. ſi
quandò. C. de appellat. num. 2. Barto. pulchrè ibid. num. 3. idem pręclarè in l. 1. §. ſi
quis, n. 14. ff. eo. tit. vbi dicit, quòd ratione talium dominiorum appellãdum ſit
ab Epiſcopo ad Imperatorẽ. Item perſonæ per feuda nobilitantur, & inueſtitus à
Principe de Ducatu, vel Comitatu efficitur Dux, vel Comes, † per tex. in c. primò, 5
quis dicatur Dux, Marchio, Comes, &c.
Bald. ibid. nu. 1. Iaco. de S. Georgio in verbo, Comes de Villaris, nu. 1. Ratio, quia
contemplatione talium bonorum temporaliũ, quæ † Eccleſiaſtici ab Imperato. 6
re in feudum recognoſcunt, non iudicant, & cauſas cognoſcunt vt Eccleſiaſtici, ſed vt Principes, Comites, vel Status
Imperij, Bar. & Dd. in d. l. ſi quandò. Bart.
in d. l. 1. §. ſi quis. nu. 15. vbi dicit, ſi Rex † 7
iudicat in aliquo Comitatu, quẽ ab alio
recognoſcit, quòd appellãdum ſit ad ſuperiorem Comitatus. Idem tenet Rom.
conſil. 422. incip. iſte Franciſcus, vbi dicit illam eſſe communem deciſionem,
& quòd exercens † duas artes ligetur con. 8
ſtitutionib9 ambarum, pulchrè Schurff.
conſil. 72. nu. 2. cum ſeq. cent. 1. incip. pro
clariori. vide in tract. Pacis publicæ, libr.
1. cap. 8. Fallit iſta Obſeruatio in † colle. 9
gijs Canonicorum liberis, immediatè
Imperio & Cæſari in ciuilibus ſubiectis.
Das freye Käiſerliche Stifften ſeynd/ vt
Collegium Canonicorum Bruxellæ in
Praurhein/ item Burſchedt prope Aquiſgranum, & Collegium in Arnuel/ prope

Sarbrucken/ quia in Camera rectè con-
ueniuntur. Ita multi proceſſus decreti
ſunt contra dictum Collegium Bruxel-
lenſe: ſimiliter ſuper cōſtitutione pigno-
rationis obtenti ſunt proceſſus ad inſtan
tiā dicti Capituli, ſiue Collegij Burſchedt
contra Ach. Itē in cauſa Decani & Capi-
tuli dicti Collegij S Arnuel/ cōtra Comi-
tem Iohannem à Naſſaw/ anno 68. in Ia-
nuatio. Secundò fallit, quóad fundandā
10 iuriſdictionem Cameræ, in Eccleſia † va-
cante, quia eo caſu Capitulum, vel Colle
gium Canonicorum, defunctum præla-
tum Principem repręſentant, adeoq; om
nis iuriſdictio apud Capitulū remanet. p
text. in c. cùm olim, de maior. & obed.
glo. not. ibid. in ver. capitulo, tex. in c. his
quæ, iuncta gloſſ in ver. pro bono. eo. tit.
& vtrobiq; Dd. tex. in c. 1. & 2. nè ſede va-
cante aliquid innoue. vbique traditur,
11 quòd † ſede vacante Capitulum habeat
iuriſdictionalia, ſed non ſpiritualia, ve-
luti collationē beneficiorum : quia col-
lationes beneficiorum inter bona Epi-
ſcopalia, & fructus computantur, ſed Ca-
nonici nihil alienare aut facere poſſunt
in præiudicium futuri Epiſcopi, per text.
in d. c. 2. ne ſede vacan. gloſſ. ibid. in verb.
in collationibus, & in c. 1. §. omnem. in
ver. ſede vacante: de ſchiſmaticis, in 6 &
gloſſ. not. in d. c. cùm olim, quam ad hoc
omninò vide Fel. in c. 1. nu. 19 cum ſequ.
de iureiur. vbi dicit, quòd ſede vacante
12 Capitulum ſuccedat tam in temporali-
bus quàm ſpiritualibus: nec ſit inferius
ſed par Epiſcopo, quia eius vices gerit, &
quòd poſſit abſoluere etiā à iuramento
ſicut Epiſcopus, ſi viueret, per tex. in c. pe-
nul. & in c. fi. de ſupplen. neglig. præla. in
6. & plura alia poteſt Capitulum ſede va-
cante, de quibus vide Felin. in d. c. 1. num.
20. de iureiur. Ioann. Andr. & Dd. In c. v-
nico, de maior. & obed. in 6. Ex prædicta
13 fallentia infero, quòd tali caſu † in Ca-
mera, contra Capitulum proceſſus ſu-
per conſtitutione pignorationis obtine-
ri poſſint, qui quidem proceſſus, cum no
uo electo Principe continuandus foret,
immò exiſtimarem, indiſtinctè Capitu-
lum in ciuilibus, ſede vacante, in Came-
ra immediatè forum ſortiri, neq; priui-
legium Ordinationis, ratione primæ in-
ſtantię locum habere, cùm non ſit ſtatus
Imperij, vt initio dixi, neque alium ſu-
periorem in temporalibus, quàm Cæſa-
rem habeat. Et ita quādoq; obtenti ſunt
proceſſus in cauſa Comitum à Manſ-
feldt/ contra Capitulum Magdeburgen-
ſe. Notādum obiter, quòd Eccleſia † qua- 14
ſi vacare dicatúr propter hæreſim præla-
ti, vt notat gloſſ. in c. 1. in verbo, ſi autem.
de præſcrip. facit tex. in c. ad abolendam,
§. 1. de hæreticis. Prætereà obſeruandum,
quòd ſede vacante non ſit ſatis tutum li-
tigare cum Capitulo, ſed † Eccleſiæ va-
canti defenſor dandus eſt, cum quo iudi-
cium ſuſcipiatur, aliàs iudicium ſuſce- 15
ptum, & ſententia contra Eccleſiam in-
defenſam, & legitimo defenſore caren-
tem lata, non valeret, tex in c. fin. ne ſede
vacan. tex. in c. 1. de reb. Eccleſ. non alien.
in 6. vbi notabilis gloſſ. de poteſtate de-
fenſoris, in verbo, defenſore. gloſſ. in d. c.
1. de præſcription. & d. c. 1. ne ſede vacan.
Panorm. ibi. num. 7. Eccleſia † enim mi- 16
nori comparatur, quóad beneficia iuris
communis, text. in c. 1. de in integr. reſtit.
gloſſ ibid. In verbo, iure minoris. text. in
c. auditis, eod. titul. vbi elegans gloſſ. in
verb. eccleſia, text. in §. Sinimus igitur,
Authen de non alien. neque permu. reb.
eccleſ. Curt. Iunior conſil. 216. nu. 14. vol.
3. incip. circa inſtrumentum, vbi dicit, lo-
cum pium & Eccleſiam paribus ambula-
re paſſibus, p tex. in d. §. ſinimus. & quem-
admodum ſentētia contra minorē inde
fenſum, hoc eſt, non habētem tutorem,
vel curatorem lata, nullius eſt momen-
ti, tex. in l. in vniuerſis. C. qui dare tut. vel
curato. poſſunt. & in l. acta. §. contra. ff. de
re iudi. tex. in l. cū & minores. C. ſi aduer-
rem iud. ita quoq; contra Eccleſiam non
habentem defenſorem legitimum, per
iura allegata. Communiter conſueue-
runt † Capitula, ſede vacante, conſtituere 17
procuratorem, & defenſorem, item œ-
conomum ad gubernandum, & admi-
niſtrandum bona Epiſcopatus, ſimiliter
ſyndicum, & Actorem, vt notat gloſſ. in
d. c. 1. de rebus eccleſ. non alien. in 6. Spec.
titul. nè ſede vacan. §. 1. nume. 1. & num. 3.
glo. & Panor. in d. c. 1. de præſcriptionib.
idem in d. c. 1. nu. 7. nè ſede vacan. vbi vi-
de quis defenſorem dare debeat. & text.
in d. c. 1. de reb. eccleſ. non alienan. libr. 6.
Et licèt † ſede vacante, vt initio dictum, 18
iuriſdictio ſit penes Capitulum, tamen
nihil in præiudicium Eccleſiæ, & futuri
Epiſco-

Epiſcopi ſtatuere,aut facere poteſt, & ſi
quid illicitè factum eſſet, hoc poſteà le.
gitimè ab Epiſcopo renocatur.text. in c.
ſicut noſtris,de iureiur.gloſſ.ibid.in ver.
bo in damnum,& verbo reducas,text.in
c.ſi qua de rebus.gloſſ. ibid. in verbo re:
ſciſſo.12.q.2.tex.in c. nō liceat. eadē cau:
ſa,& quæſtio.& in c.vt ſuper, de reb Ec.
cleſ.nō alien. & ror. titu. nè ſede vacan.
vbi latiſſimè Dd.de poteſtate Capituli,ꝙ
19 in † magna neceſſitate Canonici etiam
aliquid alienare poſſint, vide gloſſ. in d.
c.ſi qua de rebus,& gloſſ.in d.c. 1. nè ſede
vacan.vbi hoc Dd.prolixè quoq; tractāt,
ad quos me remitto,quia eſt materia am
pliſſima,& non huius loci. Tertiò fallit
iſta obſeruatio in collegijs Canonico.
rum,territorium vel dominiū aliquod,
immediatè ab Imperatore & Imperio in
feudum recognoſcentibus: nam ſi in ta.
li territorio iniquè fiat pignoratio, ex
conſtitutione pignorationis proceſſus,
contēplatione talium bonorum decer.
ni poſſunt:quia conſtitutio illa ad inter.
dictū Retinendæ poſſeſſionis pertinet,
20 at in † poſſeſſorijs clerici forum ſortiun.
tur corā iudice ſeculari, vt notat Guid.
deciſ.1.num.1.& deciſ.85.Couar. latè pra
cticarum quæſt.cap.35.Sicut etiam in cau
ſis feudalibus,tex.in c.verū.& c.ex tranſ.
miſſ.1,de foro compet. & in c. cæterùm.
de iudicijs.Et ſic obſeruandum,quòd ra.
tione bonorū fundetur Iuriſdictio Ca.
meræ,licèt perſonę immediatè Imperio
ſubiectę nō ſint:nam per feuda perſonas
nobilitari ſuprà dictum eſt,per text.in d.
c.1.quis dicatur Dux,Marchio, vbi Bald.
21 nu.1.dicit per illum text. omnes † digni.
tates à ſummo Principe tanquàm ex fon
te quodam profluere.Et ſi in eadem per.
ſona concurrat duplex dignitas, putà ꝙ
aliquis ſit Dux, & Comes, vel Dux,&
22 Marchio,tunc † maior dignitas attendi.
tur,& ab ea perſona denominatur. In.
noc.in d.c.ſolitæ.de maio.& obed.Iaſ.in
l.imperiū.nu.3.ff.de iuriſdict.om.iudi.fa
cit quòd mixtum ſeu compoſitū ex duo.
bus, attribuatur ei, quod eſt dignius , &
23 quòd † dignius trahat ad ſe minus di.
gnum,tex.in c.quòd in dubijs, de conſe.
cra.eccle glo.ibid.in verb.cōſecrato.tex.
in c.vnico.eo.titu.in 6.gloſſ.in c.de ieiu.
nio.diſtin. 76.in ver. celebrari,facit text.
in l.quæritur.ff.de ſtatu hom.gloſſ.in l.1.
in ver.ſtipulatio.ff.de verb.oblig.quę di.
cit,quòd genus à digniore parte ſui no.
mē ſumat.Bald.in l.1.C.commun. de le.
ga.& Iaſ.in d.l.Imperium.nu.3. vbi hoc
pluribus exemplis illuſtrat.

OBSERVATIO XXXI.

Quòd narrata ſupplicationum fundent Iuriſdictionem Cameræ Imp.

SVMMARIA.

1 *Narratis ſtatur in proceſſibus decernendis.*
2 *Iuriſdictionem fundat qualitas in libello allegata.*
3 *Narratorum veritas poſt lit. conteſt. inueſtiganda.*
4 *In notorijs non ſtatur narratis ſupplicantis.*
5 *Notorium Iudex attendere poteſt etiamſi à parte non fuerit allegatum aut probatum.*
6 *Notorium non inficit partis negatio.*
7 *Neque in cauſis denegata iuſtitia.*
8 *Neque in cauſis pauperum.*
9 *Appellatus appellantem qua ratione præuenire ſoleat.*
10 *Alia notorium faciunt, fallit vt nu. 9*
11 *Decretum Iudicis cauſæ cognitionem requirit.*
Decretum parte vna inaudita prolatum, eſt ipſo iure nullum. ibid.
12 *Actori magis quàm Reo fauetur in principio litis.*

IN Camera Imperiali pró regu.
la obſeruandum,quòd in extra.
hendis † ſiue decernendis pro. 1
ceſſibus,ad fundandam Iuriſdictionem
Camerę,ſtatur narratis ſupplicantis tan.
tiſper,donec in proceſſu cauſæ contrari.
um probetur:idque obtinet tam in cau.
ſis ſimplicis querelæ, quàm appellatio.
num. Vndè qui in libello ſupplici benè
narrat,citò petita impetrat, quod eſt iuri
communi quoque conſentaneum, per
text.in l.cùm quædam puella.§. quoties.
ff de iuriſd.om.iud.vbi Bart.Bald. Alex.
Caſt.Iaſ & cōmuniter Dd.Panor.in c. ſi
clericus laicū.num.9.Felin.ibid. nu. 2.de
for.cōpe.vbi dicunt,quòd ad hoc vt iudi
ciū inchoetur,tanquā corā Iudice cōpe.
tente, ſufficiat † in libello allegaſſe qua. 2
litatem tribuentem iuriſdictionem, eti.
amſi illa nō ſit vera,dūmodò de falſitate
apertè nō cōſtat,Bar.in l.2.nu.1.in fin. ff.
ſi quis in ius vocat,Caſtr.in d. §. quoties,
nu.5.dicit nudam narrationē,quòad fun
dandam Iuriſdictionem ſufficere, Sicut
quotidie in Camera fit in puncto com.

petẽtiæ, itẽ in cauſis pignorationum, &
priuilegiorum: & de huiuſmodi quali-
tate iuriſdictionis ante omnia ſumma-
riè cognoſci debet, quia oportet iudicẽ
ſcire, ſe fundatum eſſe in iuriſdictione:
nã quãdò qualitas fundat iuriſdictionẽ,
non ſufficit allegare qualitatem, ſed eã
probare oportet, gloſſ. ſing. in c. non eſt,
in verb. quam allegat. de conſuetud. in 6.
Fel. in d. c. ſi clericus laicũ. nu. 2. cum ſeq.
vbi communẽ dicit. & in c. licet cauſam.
numer. 41. de probat. & in c. ex parte. el. 1.
num. 21. & num. 30. de reſcript. Bart. in l.
multum. ff. de condit. & demonſt. Imol.
in l. quidã conſulebãt. ff. de re indic. Imò
Rom. d. §. quoties. nu. 1. hoc amplius vult,
quòd etiam doloſa petitio conferat ad
tribuendam iuriſdictionem aliâs non
habenti. Rationem tradunt, quòd de
3 † veritate narratorum ante litis conte-
ſtationẽ non poſſet cognoſci: quia iudi-
cium propriè non dicitur cœptum an-
te litis conteſtationem, per notata infrà
eod. Obſeruat. 74. cum ſequ. Quòd ve-
rum eſt, ſi narrata reſpiciant merita cau-
ſę: ſecùs ſi alia qualitas allegata tribueret
iuriſdictionem, quam aduerſarius nega-
ret: nam tũc executis & reproductis pro-
ceſſibus, citatus, etiam antè litis conteſta
tionem, exceptiones ſub & obreptionis
opponere, iuriſdictionemq́ue declinare
poſſet, text. in c. ſuper literis, de reſcript.
& in l. fin. C. de except. & in l. apertiſſi-
mi, C. de iudicijs, gloſſ. not. in l. & quia,
ff. de iuriſdict. omn. iudic. in verbo an-
tequam, de quo vide prolixiùs Panorm.
& Feli. in d. c. ſi clericus laicũ. Hanc quo-
que concluſionem ſecundò ſingulariter
4 limita, vt non procedat † in notorijs,
quando iudici notorium eſt narrata ſup
plicationis falſa, iuriſdictionemq́ue Ca-
meræ fundatam non eſſe, quia tunc nar-
ratis ſupplicantis ſtandum non eſt. Hy-
pol. ad rubr. C. de probat. num. 233. Felin.
in c. ſi duobus. num. 6. de appel. gloſſ. no-
tab. ibid. in verbo niſi cognouerit, & in
c. placita. 15. q. 4. in verbo, orationibusq́;.
Alex. in d. §. quoties. nume. 2. vbi dicit il-
lum tex. procedere, ſi ab initio de fraude
non conſtet: quia malitijs hominum nõ
eſt indulgẽdum, tex. in l. in fundo. §. cõ-
ſtituimus. ff. de rei vendic. & in l. 2. ff. ſo-
lut. matrimo. tex. in l. ſi cui, ff. de ſeruitu.
Panor. Felin. vbi ſup. Ad idẽ facit, quòd
† Iudex factum notorium attẽdere poſ- 5
ſit, etiamſi à parte nec allegatũ, aut pro-
batum ſit, vt eſt ſing. gloſſ. in l. 1. C. qui &
aduer. quos reſtit. in integ. &c. in verb.
cõſilio. Panor. in d. c. ſi clericus. nume. 4.
Imò in facto notorio non diſtinguitur,
vtrũ pars neget, vel cõfiteatur: negatio
† enim partis non inficit notorium, nec 6
reddit rem dubiã, per tex. in c. ſuper eo.
de teſtib. cog. Panor. ibid. num. 1. Bald. in
d. l. 1. num. 7. Tertiò limitatur iſta con-
cluſio in † cauſis denegatæ iuſtitiæ, quia 7
ad obtinendos proceſſus, putà citationẽ,
non ſufficit narrare iuſtitiam denegatã,
ſed documẽto, ex quo de negatione cõ-
ſtare poſſit, opus eſt, text. in l. 2. C. de offi.
ciuili. iudic. & in l. 1. C. de ſuſcepto. &
Archar. lib. 10. Ibi, adhibitis teſtibus cõ-
teſtationem debebit proponere. vide ſu-
prà Obſeruat. 28. Ordinat. Cameræ par.
2. titul. 26. Quartò fallit in citatione pro
relaxatione iuramenti ad effectum agẽ-
di, quia non creditur nudis narratis ſup-
plicantis: ſed magiſtratui pro facti in-
formatione primò ſcribitur, ad hoc vt
ſaltem ſummariè de veritate narratorũ
iudici apparere poſſit, per ea quæ notan-
tur ſuprà Obſeruat. 22. Quintò fallit in
† cauſis pauperum, quandò videlicet 8
pauperes, qui paupertatem iurârunt, ad
Cameram appellant, quia ne Iudicem
& partem aduerſam moleſtia afficiant,
& inutilibus ſumptibus diu multumq́ue
vexent, non citatio, ſed Compulſoriales
contrà Iudicem à quo ad edendum acta
decernuntur: quæ quidem acta perſun-
ctoriè examinantur ab Aſſeſſoribus: &
ſiquidem ex ijs leuiter, & veriſimiliter de
iuſta litigandi cauſa conſtet, tunc de-
mùm citatio petita pauperi decernitur:
ſin minùs, nè temerè litiget, & aduer-
ſarium malitioſè diu multumq́ue ma-
gno ſuo damno vexet, proceſſus dene-
gantur, & appellatio interpoſita nõ re-
cipitur. Sed quid ſi altera pars, putà ap-
pellatus, † præueniat appellantem, & Iu- 9
dici appellationis per literas vel ſuppli-
cationem ſtatum cauſæ ſignificet, alle-
gando rationabiles & releuantes cauſas,
cur appellanti proceſſus decerni nõ de-
beant: prout quandoque non ſolùm à
partibus, verumetiã iudicibus à quibus
fieri conſueuit, videlicet ſententiam, à
qua appellatum, non eſſe Ordinarioni,
vel

vel priuilegio conformem, referendo ſe
10 ad † acta (quę notorium inducũt, text. in
c. fi. de cohab. cleri. & mulier. Innoc in c.
ex inſinuatione. in fin. de appell. Iaſ. in l.
ait prætor. §. ſi damnetur. nu. 2. ff. de iure.
iur. & in l. eius qui in prouin. nume. 3. ff. ſi
cer. peta. vbi communẽ dicit) an huiuſ-
modi partis vel iudicis à quo informa-
tio, in decernẽdis aut negandis proceſſi-
bus Iudicis appellationis animum mo-
uere debeat? Dicendum quòd non. Ra-
11 tio, quia † decretum iudicis cauſæ cogni-
tionem requirit, text. in l. magis puto. §.
non paſſim. ff. de reb. eo. qui ſub tutela
vel cura ſunt, & in l. nec quicquàm. §. vbi
decretum. ff. de offic. proconſ. & lega. vbi
gloſſ. magna. & communiter Dd. Panor.
in c. 1. num. 20. de ſent. & re iud. nam abſ-
que cauſæ cognitione, nulloque Iuris or-
dine ſeruato interpoſitum, ipſo iure nul-
lum eſt, text. in l. nam ita Diuus, ff. de ad.
optio. & iuribus allega. Panor. in d. c. 1.
Iaſ. in l. is apud quem. num. 16. C. de eden.
Anchar. conſil. 83. num. 2. cum ſeq. Imò
tale decretum, ſi videlicet Iudex ad ap-
pellati ſupplicationẽ denegaret proceſ-
ſus, eſſet mera diffinitiua, altera parte in-
audita prolata, & ſic ipſo iure nulla, text.
in l. prolatam, C. de ſentent. & interloc.
om. iud. & in l. fin. C. ſi per vim vel alio
modo, cũ ſimilibus. Debet igitur priùs
audire appellantẽ, & ſic proceſſus in du-
bio decernere, pręſertim cũ in principio
litis quóad eius ordinationem magis
12 † actori quàm reo fauendum ſit, Bart. in
l. de die. ff. qui ſatiſd. cog. Caſtr. in l. inter
ſtipulantem. §. ſi Stichum. numer. 5. ff. de
verb. oblig. Iaſ. in d. l. de die. nu. 2. ff. qui ſa
tiſd. cog. Ang. conſi. 250. nu. 1. circa med.
Nulla fit iniuria appellato, vel aliàs cita-
to, cùm in termino cõparitionis, exce-
ptiones ſuas, tã fori declinatorias, quàm
peremptorias ſaluas habeat. Præterea et-
ſi Acta nototium inducunt, vt dictũ eſt,
hoc tamen non procedit, ſi iudicio nõ-
dùm cœpto ſcriptum priuatum Iudici
extraiudicialiter exhibeatur. d. l. Iudices.
C. de fid. inſtr. nam illud, cauſa non cog-
nita, alteri nocumento eſſe nõ debet, vi-
de infr. eod. Obſer. 106.

OBSERVATIO XXXII.

Quòd iuriſdictio Imperialis Cameræ ex continentia cauſarum fundetur.

SVMMARIA.

1 Continentia cauſæ non debet diuidi.
2 Conſortum & connexorum reſpectus ſeu effectus.
3 Continentia cauſæ quotuplex.
4 Limitatio ad reg. vulg. quòd Actor forum Rei ſequi debet.
5 Actio tutelæ non debet diuidi.
6 Inſtantia mutare non debet.
7 Pœna mutantis iudicium.
8 Limitatio reg. l. vbi acceptum. ff. de iudic.
9 Iudicis præuenti iuriſdictio non debet impediri.
10 Plures commiſſiones ad diuerſ. Iud. an quis obtinere poſſit.
11 Iudicia diuidi non debent.
12 Limitatio quarta continentiæ.
13 Exceptio continentiæ cauſæ impedit litis ingreſſum.

IVriſdictionem Cameræ ratione
continentiæ cauſarum & perſo-
narum immediatè fundari poſ-
ſe, ex iure communi perſpicuum eſt. Ne-
mo enim eiuſdem rei & cauſæ nomine,
ſub diuerſis iudicibus litigare cogitur:
ſed nè † continentia cauſæ diuidatur, & 1
vt tẽpori atq; ſumptibus parcatur, omiſ-
ſo medio Iudice, omnium ſuperior adi-
ri poteſt, tex. valde notab. in c. fin. de re-
ſcrip. & ibid. Dd. & in l. 1. ff. de quib. reb.
ad eund. iud. ea. vbi pulchra glo. in verb.
eundẽ iudicem, tex. in l. nulli. C. de iud. &
ibi cõmuniter Dd. & in c. ex tenore. & ibi
elegãs gloſ. in ver. negocio. de reſcrip. Sic
quoq; † ſi plures ſint litis cõſortes, quorũ 2
vnus tãtùm immediatè, reliqui verò me-
diatè Imperio ſubiecti ſint, omnes in Ca-
mera forum in prima inſtantia ſortiun-
tur, nè continentia cauſæ diuidatur, per
iura allegata. vide plenè in tract. de pace
publica lib. 1. cap. 6. de materia connexo-
rum. Et hoc iuris beneficio ſæpè Aduo-
cati & Procuratores Cameræ Imp. pro
cautela vtuntur, quandò in extrahendis
proceſſibus, putà citatione, cauſam im-
mediatè ad Camerã trahere volunt, & fit
hoc nonnunquàm in fraudem prima-
rum inſtantiarum, putà der Außträgh/
proinde in decernendis proceſſibus ad
hoc diligenter animaduertẽdum eſt, ne
legi Imperij fraus fiat, contra text. in l. ſi
filiusfa. §. is autem, ff. ad S.C. Macedo. &
in l. qui teſtamentum, §. fin. ff. de probat.
Facio aũt quadruplicẽ † continentiã cau- 3
ſarum, etſi in effectu tantùm triplex ſit.

Prima

Prima eſt ratione plurium perſonarũ,
quãdò videlicèt eiuſdẽ cauſę plures ſunt
Rei ſub diuerſis iuriſdictionibus, & ad
eundem finẽ agitur. Veluti ſi plures ſint
ſocij, vel fratres, ſub diuerſis iuriſdictio-
nibus domicilium habentes, & inter eos
contentio ſit de communi hæreditate
adhuc indiuiſa, quo caſu non coràm di-
uerſis, ſed omnium ſuperiore iudice con
ueniendi ſunt, putà coràm Imperatore
vel in Camera Imp. de qua continentia
propriè loquitur tot. titul. ff. de quib. reb.
ad eund. iud. Et obtinet non ſolùm in
ciuilibus, ſed etiam in criminalibus cau-
ſis, Bald. in c. 1. de controuer. feudi apud
par. term. num. 7. Iaſ. in d. l. nulli. num. 3.
4 eſt limitatio ad vulgatã regulam † quòd
Actor forum Rei ſequi debeat, text. in l.
fin. C. vbi in rem act. & in l. in crimina-
li, C. de iuriſdict. omn. iudic. & in l. 3. C.
vbi cauſa ſtat. agi debeat. An autem co-
ràm pluribus ordinarijs iudicibus poſ-
ſit aliquis conueniri, eodem tempore,
ſuper diuerſis actionibus, vel ſuper vna
tantùm actione, coram delegato, & ſu-
per alia coràm ordinario, vide text. &
gloſſ. ſing. in d. c. fin. in ver. per varias,
de reſcript. Panormit. præclarè ibid. nu.
13. vbi omninò vide. Secunda continen-
tia eſt, ratione generalis actionis, quan-
dò diuerſæ res vel cauſæ cõtinentur om-
5 nes ſub vna actione † generali, putà ſub
actione tutelæ, vel negociorum geſtorũ
de qua continentia loquitur, d. l. nulli.
Iaſ. ibid. poſt gloſſ. num. 3. Item ſi res liti-
gióſæ ſub diuerſis iuriſdictionibus, & in
diuerſis locis ſitæ ſint, & vna actione pe-
6 tantur. Tertia, quæ ex † inſtantiæ muta-
tione inducitur, vtputà ſi lis corã vno iu
dice pendeat, non debet quis ad alium iu
dicem vocari, quia cõtinentia cauſæ nõ
debet diuidi coram diuerſis Iudicibus,
ſed vbi cœptũ eſt iudiciũ, ibi debet finiri,
tex. in l. vbi acceptũ. ff. de iud. Imò qui ad-
uerſarium coram diuerſis iudicibus pro
eodem negocio citat, ſecundùm quoſdã
cauſa cadere debet, per text. in l. 1. in fi. C.
de aſſer. tollen. vbi perẽs ſeruum in vno
iudicio, ſi eundem in alio iudicio petat,
perdit cauſam, tex. in l. tã collatores, §. fi.
C. de re milit. libr. 12. & ita tenẽt Cyn. &
Alber. in d. l. nulli. Ancha. conſi. 16. num.
5. incip. Viſo proceſſu. Sed communis
7 opinio eſt, quòd huiuſmodi † pœna mu-
tationis iudicij ſit arbitraria, cum refuſi-
one expenſarum, glo. in d. c. ex tenore. in
verb. careat. Panor. ibid. num. 7. & Felin.
num. 14. vbi † decem modis limitat regu 8
lam d. l. vbi acceptum. Idem tenet Aſſli.
in c. ſancimus. el. 2. numer. 36. quo temp.
mil. in vſib. feudorum, vbi communem
dicit. Iaſ. in d. l. nulli. num. 2. Panor. in c.
fin. num. 9. de reſcrip. Non obſtat d. l. 1.
quia fauore libertatis hoc ſtatutum eſt,
& quia pœnalis, non debet extendi ad ca
ſum minùs fauorabilem, gloſſ. in d. c. ex
tenore. Dd. vbi ſup. Sic quoq; non obſtat
d. l. tam collatores, quia iure ſpeciali, &
fauore militum hoc ſancitũ eſt. Ad hãc
continentiam ſpectat † præuentio iuriſ- 9
dictionis: nam lite, coràm iudice prçuen
to, pendente, non poteſt coràm alio iudi
ce concurrentem iuriſdictionem haben
te, conueniri, tex. in c. cum plures, de off.
deleg. libr. 6. vide ſuprà, Obſer. 29. vt ali-
bi pleniùs dixi. An autem cœpto iudi-
cio coràm arbitris, ordinarius adiri poſ-
ſit, vide omninò Felin. in d. c. ex tenore.
nu. 19. Prætercà obſeruãdum, quòd † plu- 10
res Commiſſiones pro cautela ad diuer-
ſos iudices impetrari poſſint, vt ſi vnus
moriatur, actor alium iudicem habeat:
ſed cauſa ſemel coràm vno introducta,
non poteſt impetrans poſteà variare, &
aliũ iudicẽ accedere, text. in d. c. ex teno-
re, vbi glo. magiſtralis. in ver. negocio. c.
diſpendia. eo. tit. in 6. Quarta continen-
tia eſt diuiſio † iudiciorũ, quandò videli- 11
cet duo iudicia ad eandẽ rem cõpetunt,
licèt diuerſis vijs, vt eſt iudicium poſſeſ-
ſoriũ, & petitoriũ: iſta Iudicia diuidi nõ
debẽt, & corã vno Iudice poſſeſſorium,
corã alio petitoriũ intẽtari, nè continen
tia cauſæ diuidatur, per tex. in c. 1. de cau.
poſſeſſ. & propriet. gloſſ. ibid. in verbo,
ſub vno. text. in c. 1. §. ſed iudex. de ſe-
queſtr. poſſeſſ. & fruct. gloſſ. ibid. in ver-
bo, indiſtinctè, in fine text. in d. l. nulli.
in fine. gloſſ. in c. final. in verbo, ſuper
proprietate. ext. de iudic. Felin. ibid.
num. 8. Sunt enim cauſæ continentes ad
eandem rem competentes: nam finis
poſſeſſorij, eſt principium petitorij, Bald.
in l. 1. C. vti poſſid. & cognitio vnius, ad-
fert aptiorem intelligentiam alterius,
gloſſ. in d. c. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.
Felin. ibid. nume. 8. Bald. Alexand. Iaſ. &
alij in d. l. nulli. Sic in cauſis ruptæ pacis,
actio

actio ciuilis non poteſt intentari coràm
iudice domicilij, & criminalis ex conſti-
tutione pacis publicæ in Camera, text. in
l. interdum. ff. de publ. iud. Bar. ibid. nu. 1.
dicẽs, quòd pendẽte iudicio ſuper actio-
ne ciuili non poſſit proponi actio crimi
nalis ſuper eodem crimine, per illũ text.
12 Limita hanc † quartam continentiam,
vt non procedat, ſi diuerſi proceſſus fa-
cti ſint, parte non opponente, Inno. in c.
cum M. Ferrarienſis, de conſt. Feli. in d. c.
1. & vide text. & gloſſ. in d. c. final. in ver-
bo ſuper proprietate, de iud. quam om-
ninò vide. Porrò huiuſmodi exceptio-
nes mutationis, vel diuiſiõis iudicij, aut
13 † continẽtiæ cauſarum, ad ſimilitudinẽ
aliarum exceptionum declinatoriarũ,
ante litis conteſtationem opponi debẽt,
& oppoſitæ impediunt litis ingreſſum,
tex. in c. inter monaſterium, de re iudic.
cũ ſimilib. ſecùs ſi nõ opponantur, quia
tunc proceſſus corã vtroq; iudice factus
valebit, Bal. in d. l. nulli. nu. 3. Alex. ibid.
nu. 4. Iaſ. ſimiliter nu. 6. Feli. in d. c. ex te-
nore. nu. 18. vbi plures limitationes vide.
idẽ in d. c. fin. nu. 8. de iudic. Inno. in d. c.
cùm M. Ferrarienſis.

DE IVDICIBVS.

OBSERVATIO XXXIII.

De recuſatione Iudicis.

SVMMARIA.

1 Ordinarius Iudex an recuſari poſſit.
2 An totum Collegium recuſari poſſit.
3 Fortior eſt præſumptio pro conſilio Collegij quàm aliquo particulari.
Iudex delegatus poteſt recuſari. ibid.
4 An princeps cauſam, remota recuſatione, delegare poſſit.
5 Clauſula, remota appellatione, quomodò intelligenda.
Fideiuſſor promittens ſoluere ſine aliqua exceptione. ibid.
6 Reſcripta Principis quomodo intelligenda.
7 Commiſſarij teſtium an recuſari poſſint.
8 Confidentes partium.
9 Cauſæ recuſationis.
10 Iudex facilius recuſatur quàm teſtis.
11 Recuſationis exceptio quando proponenda.
12 Recuſatio an proceſſum ſuſpendat.
13 Recuſatio in ſcriptis facienda.
14 Cauſæ recuſationis an in libello recuſatorio exprimenda.
15 Arbitri an ſuper meritis cognoſcere poſſint.
Conſuetudine forum quæritur ibid.
16 Conſuetudo iudiciorum ſequitur ius Canonicum.
17 Notarius examinis ſolo iuramento recuſatur.
18 A ſententia arbitrorum iuris ad quem appelletur.

EX communi Dd.
opinione, Ordina-
rius de iure † Ciui- 1
li regulariter recu-
ſari non poteſt, ad
eum effectum vt
remoueatur tan-
quàm ſuſpectus,
ſed ſi aliqua ſuſpi-
cionis ſubſit cauſa, adiunctus ei dandus
eſt, tex. in Auth. Si verò cõtigerit. C. de iu
dic. gloſſ. in l. apertiſſimi. in verbo, iudi-
ces. C. eod. tit. Bar. ibid. & Iaſ. num 4. vbi
communem dicit. Secùs eſt de iure Ca-
nonico, quia non ſolùm delegatus, ſed
etiam ordinarius, etiamſi Epiſcopus eſ-
ſet, recuſari poterit, text. in c. ſi quis con-
tra clericum. de ſor. compet. Socin. ibid.
num. 5. tex. in c. ſuſpicionis. de offi. deleg.
c. cùm ſpeciali. de appellat gloſſ. in ver-
bo, de recuſatoris. Philip. Fran. num. 46.
& communiter Dd. ibid. Iaſ. in d. l. aper-
tiſſimi. nu. 5. Proinde de iure Ciuili iudex
& aſſeſſores Cameræ, cùm ſint Iudices
ordinarij à lege Imperij iuriſdictionem
habentes, recuſari nequeunt: etſi hoc ali-
quandò tentatũ ſit, ſed fruſtrà faciunt ad
hoc notata Felin. in c. 1. de iudic. Boër. in
terminis, deciſi. 269. nume. 4. incip. & vi-
detur. Poſſe autem totum † Collegi- 2
um vel vniuerſitatem recuſari, commu
niter receptum eſt, text. in c. licet ex
ſuſcepto, de ſor. compet. & in c. paſto-
ralis, §. notorium, & in §. nunquid, verſ.
quis enim, de ſent. & re iudic. Bald. in d.
c. 1. de iudic. numer. 7. Boër. d. deciſ. 269.
num. 1. cum ſeq. Philip. Fran. in d. c. cùm
ſpeciali. nu. 31. Mantua ſing. 363. incip. in
his diebus. Iaſ. in d. l. apertiſſimi. nu. 10.
Sed Bal. in l. hoc modo. nu. 1. ff. de cõdit.
& demõſt. exiſtimat, fraudẽ in eo præſu-
mi, qui omnes ſapiẽtes ciuitatis, tanquã
ſuſpectos recuſar. & Viuius libr. 1. cõmu.
opin. in verbo ſuſpecti, communem di-
cit: quòd totus Senatus, vel Decurionũ
ordo, vt ſuſpect⁹ recuſari nequeat, quod
verum

verum puto. Firmius enim reputatur iu-
dicium plurium, quam vnius. text. in c.
prudentiam. de off. ind. deleg. Hinc eſt
3 † quòd magis præſumendum pro conſi-
lio alicuius Collegij, quàm pro conſilijs
particularibus. Dec. conſil. 400. nume. 1.
incip. viſo eleganti. & conſi. 615. nu. 4. in-
cip. viſa inquiſitione: faciliùs enim inue-
nitur, quod à pluribus quęritur, text. in c.
fin. diſtin. 20. glo. ibid. in verb. pluribus.
An autē recuſari poſſit totū parlamen-
tum, vel tota ſynodus, aut vniuerſitas, eò
quòd caput ſuſpectū ſit, vide diſtinctio-
nem Felin. in d. c. 1. nu. 6. de iudic. & in c.
cauſam quæ, num. 1. de offi. deleg. Boër. d.
deciſ. 269. vbique dicunt Synodum recu
ſari poſſe, ſed non Concilium generale,
per allegata ibid. Commiſſarij verò qui
vigore ordinationis Cameræ ab Impe-
ratore impetrantur, quia delegatam iu-
riſdictionem habent, rectè ob ſuſpicio-
nem recuſantur, nam Delegatos recuſa-
ri poſſe extra pugnam eſt, text. in l. fin.
C. de iudic. & in d. l. apertiſſimi: niſi ex-
preſsè delegatio facta ſit à principe, cum
clauſula, Remota recuſatiōe: ſed an hoc
obtineat in Commiſſarijs vigore Ordi-
nationis datis, dubito. De iure commu-
4 ni certum eſt, † Principem delegare poſ-
ſe cauſam, cum clauſula, remota recuſa-
tione: nam ſi poteſt cōmittere cauſam
remota appellatione, quę eſt defenſio-
nis ſpecies, & proindè iuris naturalis. c.
paſtoralis. de appellat. Bartol. & Dd. in l.
1. §. fin. ff. à quibus appell. non lic. multò
magis hoc obtinet in recuſatione. argu-
mento à maiore ad minus: nam adem-
pta recuſatione, adhuc ſupereſt remedi-
um appellationis, vt notat gloſſ. in d. l.
apertiſſimi. In verb. recuſare. Bart. Bal. &
Ang. in l. fi. C. de ſenten. & interlo. om.
iud. Fran. in c. poſtremò. num. 5. de appel-
lat. Spec. titu. de recuſ. §. 1. Huiuſmodi au-
tem reſcripta principis, quę adiectam ha-
5 bent † clauſulam, remota recuſatione,
ſtrictè accipienda, & intelligenda ſunt,
nimirùm de friuolis & leuibus, non au-
tem de grauibus & legitimis ſuſpicioni-
bus, vt not. Franc. in d. c. poſtremo. Hi-
pol. ſing. 292. incip. nihil eſt, vbi omni-
nò vide. Sicut de clauſula, remota appel-
latione, receptū eſt, vt notant Dd. in d. c.
paſtoralis. vbi latiſſi. Philip. Fran. Felin.
in c. cauſam quę, num. 19. de reſctip. Bart.
& Imol. in d. l. 1. § fin. ff. à quibus appell.
non lic. Vital. in tract. clauſularum, in
clauſula, appellatione remota. Curt. iu-
nior conſil. 194. nu. 47. vol. 3. incip. quod
reſtitutio. Itē de clanſula, Remotis om-
nibus exceptionibus: nam intelligi de-
bet de friuolis exceptionibus per text. in
c. ex parte, el. 2. de offic. deleg. plenè Feli.
ibid. nu. 6. cum ſeq. & in d. c. cauſam quę,
nume. 21. vtrobique omninò vide. Ale-
xand. conſil. 95. num. 2. vol. 1. incip. in cau
ſa & lite. Franc. in d. c. poſtremò. Hinc eſt
quod fideiuſſor promittens ſoluere ſine
aliqua exceptione, non cenſeatur re-
nuntiaſſe iuſtæ exceptioni non factæ ex-
cuſſionis debitoris principalis, cum il-
la ex natura actus celebrati fideiuſſori
competat, text. in l. quæro, §. inter lo-
catorem, ff. locati, vbi pactum pœna-
le de non expellendo conductorem, in-
telligitur, niſi in mora ſit ſoluendi pen-
ſionem, Felin. in d. c. cauſam quæ, nu-
mer. 19. cum ſeq. vbi plura exempla re-
cenſet. Curti. iunior d. conſil. 194. num.
47. cum ſeq. Quo pertinet, quòd † re- 6
ſcripta Principis ita intelligenda ſint, vt
nemini noceant, text. in c. ſuper eo. de
offic. deleg. & in l. ex facto. ff. de vulg.
& pupil. text. in l. nec auus. C. de eman-
cip. liber. Dd. in l. final. C. ſi cont. ius vel
vtil. pub. Deci. conſil. 209. numer. 5. incip.
in caſu propoſito, Imò verba reſcripti
debent æquitati conformari, & reduci
ad ius commune, etiamſi natura ver-
borum hoc non patiatur, tex. in d. c. cau
ſam quæ, de reſcript. Felin. ibidem. num.
5. gloſſ. notab. in c. paratus, 13. quæſt. 1. in
verbo, ſi verba. Deci. d. conſil. 209. num.
6. Curt. iunior conſil. 325. numer. 11. cum
ſeq. vol. 3. incip. præſupponitur in facto.
facit optimè text. in l. quamuis, ff. de in
ius vocan. Et licèt regulariter verba a-
liquid operari debeant, text. in l. ſi quan-
do, ff. de leg. 1. & in l. 1. §. hæc autem ver-
ba, ff. quod quiſque iur. tamen regula
illa non procedit ſi iuris ratio hoc non
patiatur, & ius tertij ex tali interpretatio-
ne verborum læderetur, per iura alle-
gata. Felin. in d. c. cauſam quæ. & alij
vbi ſupra. Quid de Commiſſarijs † da- 7
tis ad recipiendum & examinandum
teſtes, an hi quoque recuſari poſſint?
Maximè, quia ſunt iudices delegati, ad-
eoque omnis victoria in probationibus
con-

conſiſtit, vnde partinm plurimnm in-
tereſt, habere Commiſſarios omni exce-
ptione maiores: non tamen hoc caſu
ad arbitros, ſed ad dantem recurritur,
vel prouocatur, vt alios Comiſſarios
non ſuſpectos det, ſicut in Camera ſæpè
factum memini, quia iura quæ arbitros
admittunt, de quibus paulò poſt, loquun
tur de delegatis ad totam cauſam. Vide
8 de † confidentibus à partibus nominan-
dis, text. in c. ſtatutum, §. ſi autem, de re-
ſcript. gloſſ. ibid. in verbo ſuſpectum, &
in verbo communiter, gloſſ. in d. c. cùm
ſpeciali, in verbo, recuſatoris, circa fi-
nem. Poteſt autem huiuſmodi recuſa-
tio iudicis, tam ordinarij, quàm delega-
9 ti, ſecundùm Canones ex multis † cau-
ſis fieri, putà propter inimicitiam, affini-
tatem, familiaritatem, imperitiam iu-
ris, magnitudinem cauſæ, próut notat
Iaſ. in d. l. apertiſſimi. nume. 7. vbi 12. cau
ſas recuſationis recenſet. Philip. Franc.
plenè in d. c. paſtoralis. de appell. nume.
20. cũ ſeq. vbi 40. cauſas ſuſpicionis an-
notauit. Spec. titul. de iudic. deleg. §. ſu-
pereſt videre. gloſſ. in c. cauſam quæ, in
verbo dominus. de offic. deleg. gloſſ. in
c. accedens. el. 1. in verb. ſubeſſe. vt lit. nõ
conteſt. Marant. pleniſſimè part. 6. titul.
de appell. numer. 26. Lanfranc. cap. 3. de
recuſat. iudic. nume. 14. Illud ſingulari-
ter notandum, quòd omnes cauſæ quæ
repellunt teſtem, tanquàm ſuſpectum,
multò magis iudicem repellunt: imò mi
10 nor ſuſpicio ſufficit † in iudice, quàm te-
ſte: quia faciliùs eſt alium inuenire iudi-
cem, quàm alium teſtem, text. in c. inſi-
nuante, de offic. & poteſt. iudic. delegat.
gloſſ. not. ibid. in verbo familiarem, &
quandoque victoria totius cauſæ in vni-
co teſte, propter alia quædam adminicu-
la conſiſtit, gloſſ. in c. cùm R. Canoni-
cus, in verb. cùm ſint. de offic. deleg. Iaſo.
in d. l. apertiſſimi. numer. 7. Præterea
cùm exceptio recuſationis ſit dilatoria,
vt cõcludunt cõmuniter Dd. in d. l. aper
tiſſimi, & in c. poſtremò iuncto c. cũ ſpe-
11 ciali. de appell. antè litis † conteſtationẽ
proponẽda eſt, adeoq; omniũ prima eſſe
debet, ne videatur quis in iudicem cõſen
tire, ſeu iudiciũ ſuſcipere, per text. in l. fi.
C. de except. & in l. ſed etſi ſuſceperit, in
prin. ff. de iud. Bart. & alij. in l. quidã cõſu
lebãt. ff. de re iud. tex. in d. l. apertiſſimi.
vbi Iaſ. nu. 11. text. in c. inter monaſteriũ,
iuncta gloſſ. de re iud. Quod tamen re-
ſtringitur, vt non procedat, quandò ſuſ-
picionis cauſa poſt litis conteſtationẽ ſu
peruenerit, text. in d. c. inſinuante, gloſſ.
ibid. in verbo poſtmodum, Iaſ. in d. l. a-
pertiſſimi, numer. 12. quia quæ de nouo
emergunt, nouo opus habent remedio,
text. in l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de inter-
rog. act. & in l. 1. ff. de vent. inſpic. An au-
tem poſt concluſionẽ cauſæ exceptio re-
cuſationis opponi poſſit, tract. Dec. in
c. paſtoralis. nu. 9. de cauſ. poſ. & propric.
Sed in ſummario vel ſupremo, aut prin-
cipis iudicio, hæc exceptio debet reſtrin-
gi, aut penitùs amputari, p text. in Clem.
ſæpè de verb. ſig. & per notata Bar. & Dd.
in l. nulla. C. de procurato. Secundò limi-
tatur, ſi extiterit cauſa ſuſpicionis ante
litis conteſtationem, ſed pars eam igno-
rabat, quia tũc valet recuſatio, facta etiã
poſt litis cõteſtationem. Iaſ. loco citato,
quia iuſta ignorãtia excuſat. Effectus re-
cuſationis eſt, vt poſt eam iudex in cauſa
† ſuperſedere, nec ad vlteriora procede- 12
re debeat: aliàs proceſſus erit ipſo iure
nullus, in quo tamẽ variant Dd. opini-
ones, vt pleniſſimè notat Philip. Fran. in
d. c. cum ſpeciali. nu. 46. vbi omniũ opi-
niones refert. Vide Inno. Pano. Imol. &
Dec. in d. c. cum ſpeciali, de appell. Alex.
latè in l. quia poterat. ff. ad S.C. Trebell.
Capellã Tholoſ. deciſ. 478. vbi omninò
vide. Vt autem legitimè fiat recuſatio,
non verbis, ſed ſcripto fieri debet, quia
huiuſmodi † recuſatio interlocutoriæ 13
cõparatur, à qua in ſcriptis appellari de-
bet, tex. in c. cordi. de appel. in 6. ita tenẽt
Ang. Sali. Fulgo. in d. l. fi. C. de iud. Iaſ. ib.
nu. 11. Lanfr. cap. 3. tit. de recuſ. nu. 1. Pro-
indè libello opus eſt, qui iudici quatenus
præſens eſt exhiberi debet: ſecùs ſi abſens
ſit. tex. in d. l. fi. An aũt † cauſa ſuſpicio- 14
nis in eo ſcripto vel libello recuſatorio
exprimẽda ſit, inter Ius Canonicũ & Ci-
uile differentia eſt. Legiſtæ tenẽt cauſam
non exprimendã, ſed ſufficere allegatio-
nẽ ſuſpicionis in genere, ſecundũ formu
lam recuſandi, quã tradit gl. in d. l. aper-
tiſſ. in verb. libello, quam ſequitur Bald.
ibid. nu. 7. Iaſ. nu. 15. cũ ſeq. Sal. nu. 7. & cõ-
muniter Dd. ibid. gloſſ. in l. quia poterat.
in verb. nec illud. ff. ad Treb. Bart. & alij
ibi. dummodò tamen recuſans iuramẽ-

tum præſtet de calumnia, quòd calum.
nioſè non recuſet: nam hoc iuramentũ
loco probationis erit, cùm quilibet præ.
ſumatur memor eſſe ſalutis ſuæ, gl.in d.
l.apertiſſimi,in verb.recuſare. Et proin.
de arbitri à partibus electi,ſecundùm ius
ciuile, omiſſo articulo ſuſpicionis, in
cauſa principali cognoſcunt: quia cùm
cauſa libello non ſit inſerenda, per con.
ſequens nec probãda eſt,d.l.fi.C. de iud.
Dd.vbi ſuprà.Canoniſtæ verò aliter ſen.
tiunt, videlicèt cauſam in libello recuſa.
torio exprimendam, & coràm arbitris
electis probandam eſſe, per text. expreſ.
ſum,in d.c.cùm ſpeciali, & d. c. ſecundò
requiris.§.1. de appell. ſi non probetur,
aut illegitima ſit, cauſam ad iudicem re.
cuſatum remittendam, próut in appel.
lationibus ab interlocutorijs, quibus re.
cuſationes comparantur, vt ſup.dixi, re.
ceptum eſt. Nam ſi iudex appellationis
pronunciauerit malè appellatum, benè
iudicatum, fit remiſſio ad iudicẽ à quo,
text.in c.vt debitus,in fi.de appel. Quòd
ſi probata fuerit cauſa ſuſpicionis, tunc
15 demum † arbitros de cauſa principali
cognoſcere poſſe:ſicùt cum pronuncia.
tur,quòd appellatio ab interlocutoria ſit
iuſta,quia tunc deuoluitur negotiũ prin
cipale ad iudicem appellationis. Ita de.
clarat Caſtr.in d.l.aperriſſimi.num.8.cõ.
tra Spec.in tit.de recuſat.§.fi.nume.1.vbi
concludit,quòd tali caſu,quãdò probata
eſt cauſa ſuſpicionis,arbitri non cogno.
ſcant de principali, ſed impetrandus ſit
alius iudex,quod etiam voluit Lanfran.
d.tit.de recuſ.num.13. Vbi dicit, quòd a.
lius iudex dandus ſit,vel ſuperior cogno
ſcat,per tex.in d.c.cum ſpeciali.Breuiter
de iure Ciuili arbitri de cauſa principali,
de iure verò Canonico ſaltem de cauſa
ſuſpicionis,modo prædicto cognoſcũt.
In hac autem vtriuſque iuris diuerſita.
te,ſpectandum quid conſuetudine rece.
ptum ſit,nam forum conſuetudine quę.
ritur,text.in c.cùm contingat,in fine,de
for.cõpet. & in c. dilecti,de arbitr.gloſſ.
ibid.in verbo conſuetudinem, text.in l.
1.& in l.fin.C.de emancip.libero. & In l.
2. C.quæ ſit long. conſuet. Boſſius,titul.
de citationibus,num. 30.& titul.de for.
compet. numer.38. cum ſeq. Commu.
16 nis † verò iudiciorum vſus expreſſionẽ
cauſæ requirit,& ſic ius Canonicum ob.
ſeruat,quòd arbitri tantùm de cauſa ſuſ.
picionis cognoſcant. Si de conſuetu.
dine non appareat,exiſtimo in terris Im
perij & foro ſeculari ius Ciuile, in foro
verò Eccleſiaſtico & terris Eccleſiæ ſub.
iectis, ius Canonicum ſeruandum, per
gloſſ.notab. in c.2.de arbitr.in 6.in verb.
lex Ciuilis.Panorm. in c. licèt ex ſuſce.
pto.in fin. de for. comper. Bartol. in l.
quia poterat,num.2.ff.ad Trebell. Iaſ.in
d.l.apertiſſimi,nume.5. Fran.in d.c. cum
ſpeciali.num.46.in fin.Notarius † verò 17
examinis,ratione ſuſpicionis ſolo iura.
mento recuſari poteſt,vt notat Alexan.
d.conſil.104. nume.2.vbi plures ad hoc
allegat. Porrò à † ſententijs horum ar. 18
bitrorum appellari poſſe, non dubium
eſt,quia ſunt arbitri iuris,& ex neceſſita.
te eligi debent, ſucceduntque in locum
iudicis recuſati,text.in d.l.apertiſſimi,&
in d.c.cùm ſpeciali,&in d.l.fin.C.de iud.
Bald.ibid.num.3.Iaſ.num.6. & commu.
niter Dd.ibi.Appellatur autem ad ſupe.
riorem iudicis recuſati,putà,ſi recuſatus
ſit delegatus Principis, appellabitur ab
arbitris ad Principem delegãtem: ſi ſub.
delegatus Principis, ad ſubdelegantem
appellandum.ita declarat Bald.in d.l.fi.
nu.9.per text.in c. arbitris, de offi. deleg.
in 6 gloſ.ibi.in verb.appellandũ,& gloſ.
in d.l.fi.in verb.trutinata. Vide Dd.in d.
c.legitima.de appellat.in 6.

OBSERVATIO XXXIIII

Iudex ſi ſe incompetentem pronuntiat, an ſuper expenſis cognoſcere poſſit.

SVMMARIA.

1 *Iudex de ſua iuriſdictione cognoſcere poteſt.*
2 *Ordinarius ſuper veritate exceptionis poteſt cogno-ſcere.*
3 *Idem in delegato receptum.*
Iudex pronuncians ſe incompetentem, ſuper expen ... pronunciare poteſt. Item ſuper pœna temerita-... num. 5.
5 *Idem ſi pronunciat appellationem deſertam.*
6 *Iudex recuſatus an cognoſcat de ſua recuſatione.*
7 *Iudex ex recuſatione ad indignationem prouocatur.*
8 *Sub iudice ſuſpecto litigare graue eſt.*

Com.

1 COmmunis eſt concluſio, iudicē
de ſua † iuriſdictione cognoſce-
re poſſe, quoties illa à partibus à
ſe citatis in dubium reuocatur, videlicet
an ſua ſit iuriſdictio nec ne, an iudex cō-
petens ſit vel incompetens, text. in l. 2. §.
ſed etſi dubitetur, ff. de iudicijs. text. in l.
ſi quis ex aliena, ff. eod. titul. Dd. com-
muniter in l. 2. ff. ſi quis in ius voc. nō ier.
Canoniſt. In c. cæterùm. de iud. pulchrè
Panor. in c. ſuper literis. nu. 10. & ibid. la-
tiſſ. Feli. cū ſuis ampliationibus & limi-
tationibus. nu. 18. iunct. apoſtilla, extr. de
reſcrip. Philip. Fran. in c. ad audiētiā. nu.
3. de appella. quem ad hoc omninò vide.
ſimiliter glo. in c. ſtatutum, §. ſancimus,
in verbo, copia in fin. de reſcript. in 6.
Iaſ. in d. l. 2. numer. 10. cum multis ſequ.
Et ideò, ſi coràm iudice ordinario Reus
excipiat cauſam eſſe feudalem, iudex
2 † ordinarius ſuper veritate exceptionis
cognoſcere poterit, vtrùm cauſa ſit feu-
dalis, nec nè: & ſiquidem eam feudalem
eſſe conſtiterit, debet ſe incompetentem
pronunciare, cauſamq́; ad pares Curiæ,
vel dominum remittere, Innoc. in c. cæ-
terùm. de iudic. nu. 2. in fine, Panor. ibid.
nu. 21. & communiter Dd. Bal. in c. 1. nu. 5.
de inueſt. in marit. fac. Ang. in l. 1. nu. 11.
C. ſi à non compet. iudic. Curt. in tracta.
feud. part. 7. num. 3. cum ſeq. vbi omninò
vide. Zaſ. in tracta. feud. part. 11. nume. 12.
cum ſequ. idem pulchrè conſil. 13. num.
36. cum ſequ. vol. 1. ita in Camera obſer-
uatum in cauſa Johanſſen Meiſter con-
tra Hertzog zu Wirtenberg/anno 64. Præ-
dicta concluſio procedit, non † ſolùm
3 in ordinario, per iura ſuprà allegata, ſed
etiam in iudice delegato. text. in c. paſto-
ralis. de reſcript. & in l. præſcriptione. C.
ſi contra ius vel vtilit. public. vbi Bartol.
& alij Dd. communiter in locis allega-
4 tis. Sed quid ſi † iudex habita legitima
cognitione ſuper ſua iuriſdictiōe, ſe in-
competētem pronunciet, an partem vi-
ctam in expenſis ac damna condemna-
re poſſet, iuxta l. properandum. §. ſin au-
tem alterutra. C. de iud. Dicēdum quòd
ſic, per text. notab. in Clem. prima, de re-
ſcript. & in d. c. ſtatutum, §. cum vero, in
fine. gloſſ. ord. in c. final. eod. titul. in ver-
bo expenſis, tex. in c. appellationibus, de
appellat. in 6. Franc. in c. 1. num. 6. de iudi
cijs. Philip. Franc. in c. ſi duobus. nu. 15. de
appell. idē in c. ex ratione, nu. 73. eod. tit.
Dd. in l. ſi quis ex aliena. ff. de iud. Ratio,
quia ad iſtam cognitionem competen-
tiæ vel incompetentiæ, eſt iudex compe-
tens: ſimiliter quóad condemnationem
expenſarum, ac damnorum, Bart. in d. l.
2. num. 13. ff. ſi quis in ius voc. non ierit.
Fulg. ibid. nu. 11. vbi dicit; quòd in caſu
dubiæ iuriſdictionis huius articuli emer
gētis, iudex competens ſit, eiusq́; cogni-
tio ad eū ſpectet: licèt de principali cog-
noſcere non poſſet, quia in principali
pronunciari non poterit, niſi prius di-
ſcuſſo hoc articulo competentiæ vel in-
competentiæ, tex. in l. 3. C. de ord. cogni.
facit text. in l. à procedente. C. de dilat.
Albet. pulchrè in d. l. 2. nume. 6. quemad-
modum in ſimili, † iudex appellatione 5
deſerta ſuper expenſis pronunciare po-
teſt: quia Iuriſdictionem habet ſuper eo,
an ſua ſit iuriſdictio, & ſuper expēſis fru-
ſtrationis & retardati proceſſus, tex. in c.
repræhenſibilis, de appellat. Franc. ibid.
numer. 15. text. in c. ſæpè. eod. titul. Franc.
ibid. nume. 45. Idem in d. c. ex ratione,
nume. 74. eod. titul. text. in c. 1. eod. tit. in
6. & in d. Clem. 1. de reſcript. Zabarel. in
Clem. ſi appellationem, num. 5. in fin. de
appell. Imò iudex nō ſolùm competens
eſt quóad expenſas & damna, ſed etiam
quóad imponendam pœnam temerita-
tis, tex. in c. ſuper eo, de crim. falſi. glo. in
d. c. fin. de reſcrip. Fel. in d. c. 1. nu. 6. de iu-
dicijs. & ita memini iudicatum fuiſſe in
cauſa quadam deſertæ appellationis, etſi
hoc prima frōte alicui mirū videri poſ-
ſet. Sed quid in † iudice recuſato, an iſte 6
de recuſatiōe ſua cognoſcere quoq́; poſ-
ſit? Dicendum quòd non. Quia exceptio
ſuſpicionis, afficit & inhabilem reddit
perſonam iudicis. Quapropter ſicut non
cognoſcit de cauſa principali, ita neque
de hoc incidente cognoſcere debet, cùm
vtrobiq́; eadem ſit ratio ſuſpicionis, Bar.
in l. quidam conſulebant. num. 7. ff. de re
iudic. vbi omninò vide, an & quando Iu
dex de ſua iuriſdictione cognoſcere poſ-
ſit. Phil. Franc. in c. ſecundo requiris, nu.
12. de appell. Panor. ibid. nu. 12. vbi hanc
quoque rationem diuerſitatis tradit,
quòd videlicet ex hac † recuſatione Iu- 7
dex ad indignationem prouocetur, text.
not. in l. litigatores. ff. de arbitr. facit tex.
in c. vt debitus, de appellatio. vnde time-

tur ne parti recuſanti noceat, cui nihil
8 grauius accidere poteſt, quã ſub † Iudice ſuſpecto litigare, tex. in c. quia ſuſpecti. 3.q.5.& in c.cũ inter, de exceptionib. text. in l. apertiſſimi. C. de iud. Philip. Fran. in d.c. ſecundò requiris. nume. 9. gloſſ. In c. ſolicitudinẽ, in verb. Epiſcopus poſſet, de appellat. Secùs eſt, quandò dubitatur, de iuriſdictione iudicis, eò quòd regulariter pro iuriſdictione eius, ſi nõ probetur contrarium, præſumatur, tex. in d. c. ſuper literis. §. fin. de reſcript. gloſſ. in d. c. ſolicitudinem.

OBSERVATIO XXXV.

De Iudice delegato & eius poteſtate.

SVMMARIA.

1 *Delegatio ad concordiam & lites.*
2 *Commiſſionis forma diligenter obſeruanda.*
3 *Commiſſio eſt ſtricti Iuris.*
4 *Commiſſario excedenti fines impunè non paretur.*
5 *Cautela vt à grauamine Commiſſarij appelletur.*
6 *Secunda Principis iuſſio quando expectanda.*
7 *Secundæ iuſſioni Principis præcisè ſtandum.*
8 *Ad acceſſoria commiſſionis fit extenſio.*
9 *Delegati poteſtas.*
10 *Connexorum idem iudicium.*
Hinc aliquo conceſſum etiam id cõceſſum videtur, per quod ad illud peruenitur. ibid.
Caſus omiſſus iuris communis diſpoſitioni relinquitur. ibid.
11 *Commiſſo poſſeſſorio, quando petitorium commiſſum intelligatur.*
12 *Reconuentio habet locum etiam coram Iudice delegato.*

1 DElegatio † fieri poteſt, vt quis concordia, vel iudicio, negotium aut cauſam cõmiſſam determinet, per text. in c.1. in fin. ext. de mutu. pet. & in c. quærelam de ſimonia, text. not. in Auth. ſi verò. C. de iudic. Et ita Cæſar in Imperio cauſas plerumque delegare cõſueuit, vt nimirum Commiſſarij Cæſarei primò concordiã inter partes tẽtent, tex. in d.c.1. vbi glo. in verb. concordia, text. in c. fin. de tranſact. qua diſſoluta, deinde via iuris procedãt. vide pleniùs in tract. pacis publ. libr. 2. cap. 18. an partibus concordia iniungi
2 poſſit. Debet autem Commiſſarius † formam, & tenorem commiſſionis diligenter inſpicere, eumq́ue obſeruare, nè fines delegatæ iuriſdictionis excedat, cũ ſit † ſtricti iuris, enges Rechtens/ & extra- 3 ordinariæ iuriſdictionis, neque extendi poſſit vltra perſonas & cauſas comprehenſas in reſcripto, text. in c. P. & G. & in c. ſuper eo. de offi. deleg. Panorm. ibid. in princ. text. in c. cum in iure, eod. tit. text. in c. nonnulli, & in c. cùm dilecta, de reſcript. Felin. In c. ſi quandò. eod. titu. Panor. in c. conquerente, de reſtit. ſpol. & in c.1. de ſequeſtr. poſſeſſ. nume. 15. in fin. Maran. diſputat. 1. num. 33. cum ſeq. Frederic. de Senis, conſil. 163. num. 1. & 2. vbi hoc pulchrè limitat Ceph. conſil. 284. nu. 11. vol. 2. incip. dominus Petrus, quicquid igitur in reſcripto nõ eſt expreſſum pro omiſſo habetur, tex. in l. quicquid aſtringẽdæ. ff. de verb. oblig. Quarè ſi Cõmiſſarius † non ſequatur tenorem ſuæ 4 commiſſionis, ſed lõgius progrediatur, impunè ei reſiſti poterit, quia extra commiſſum negotium, nullam penitus habet iuriſdictionem: ſed priuatus reputatur, per text. in c. cùm olim. Abbas, de offic. & poteſt. iudic. deleg. Panorm. ibid. nume. 3. Rom. conſil. 33. Dd. in l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. Cautela † tamen eſt, vt 5 tali caſu Commiſſario contradicatur, & ab eo ſi ad vlteriora progrediatur, appelletur, vt voluit Panorm. in d. c. cùm olim. nume. 3. Sed circumſpecti, prouidi, & eruditi Commiſſarij, quandò propter partium cõtradictionem, de commiſſa iuriſdictione dubitare incipiunt, vtrùm videlicet talis articulus cõtrouerſus ſub commiſſione comprehendatur, committentem conſulunt, eiuſq́ue declarationem, interpretationem, & † ſecundã 6 (vt vocant) iuſſionem expectant, per tex. in d.c. ſi quandò. Panor. ibid. nu. 1. text. in Auth. de mand. prin. §. deinde cõperens, verſ. ſi quis aũt. tex. in c.1. ibi, interpretatus fuit. de ſeq. poſſ. Panor. ibi. nu. 9. Marant. vbi ſup. Et huiuſmodi ſecunda iuſſio, ſiue geminatio literarũ principis, tantum operatur, quantũ motus proprius: eſt ſingulare dictũ Bal. in l. nec damnoſa. nu. 2. C. de precib. Imp. offer. Iaſ. ibi. nu. 6. Rõ. in repet. l. ſi verò. §. de viro. fallentia. 31. verſic. ſecundò probatur. ff. ſol. matrim. refert Nicolaus Euerh. in loco, à coniunctione duarum legum, in princip.

Item,

Item ſecunda iuſſio habet vim clauſulę,
ex certa ſciẽtia, vt per Dd. in d.c. ſi quan-
do. de reſcript. refert & ſequitur Corſet.
in tracta. de poteſta. regia. quæſt. 16. & in
tractatu de verb. geminat. & per Rebuff.
in tracta. de reſcript. in Præfat. nume. 85.
Et vim clauſulæ, non obſtante lege, vt
per Claud. Cantiunc. conſil. 23. nume. 53.
& nu. 54. Franciſ. Marc. quæſt. 809. nu. 1.
7 incip. quæritur, an aduerſus, vbi dicit †
ſtandum præciſè ſecundæ iuſſioni, neq;
admitti vlteriorem oppoſitionem. Cir-
8 ca † acceſſoria tamen & connexa Com-
miſſarius abſque ſecunda Principis iuſ-
ſione cognoſcere poterit: nam ad ea fit
extenſio, quamuis in reſcripto eorum
nulla facta ſit mẽtio, per text. expreſſum
in c. prudentiam, §. ſexta nobis, in fine,
cum §. ſeq ff. de offic. delegat. text. in c.
præterea, eod. tit. gloſſ. not. ibid. in ver-
bo ex eo, & text. l. 2. ff. de iuriſdict. omn.
iud. vbi latiſſimè Iaſon in princ. per mul
ta exempla. Panormit. in d.c. cùm olim,
nume. 7. Quinetiam ſuper acceſſorio ac-
ceſſorij, vt in d.c. prudentiam. §. ſi verò.
& ibi Abb. nume. 2. & in d.c. prętereà. eo-
9 dem titul. vbi dicitur quod † delegatus
poſſit citare partes, punire contumaces,
eligere nuntium, eundem punire, ſi fal-
ſam relationem faciat, conſtituere ſibi
officiales, & reliqua cõficere, quæ ad cau-
ſæ expeditionẽ, & neceſſitatem pertinẽt.
Idem notat Panor. ibid. nu. 3. vbi etiam
reſpondetur ad contraria. Ex eo enim
quòd alicui cauſa committitur ſuper
omnibus, quæ ad ipſam cauſam ſpecta-
re noſcuntur, plenam recipit poteſta-
tem iuriſdictionis, ſine qua omnia il-
la nequeunt expediri, aut per quam ad
expeditionem deuenitur, tex. in d.c. Præ-
terea. & in d.c. prudentiam, & in d.l. 2. ff.
de iuriſdict. omn. iudi. tex. in l. oratio. ff.
10 de ſponſal. Quò pertinet, quòd † conne-
xorum idem ſit iudicium, text. in c. trãſ-
lato, de conſtitut. gloſſ. ibid. in verbo qđ
de vno, & in c. inter cæteras, de reſcript.
& in l. proindè ſi ſeruus. ff. ad l. Aquil.
text. in l. arbor. ff. commun. diuid. & in l.
quæ religioſis. ff. de rei vendica. Hipol.
ſing. 251. incip. connexorum. numer. 1.
vbi dicit, quòd procurator apponens
manum ad connexa mandato, non di-
catur excedere fines mandati, quia cui
conceditur vnum, illi quoque omne id
cõceditur, per quod peruenitur ad illud,
tex. in d.l. 2. ff. de iuriſdict. omn. iudic. &
plura exempla allegat Felin. in d.c. tranſ-
lato, numer. 6. & in c. ſuper literis, num.
20. de reſcript. vbi dicit, quòd Iuriſdi-
ctio ſuper principali, extendatur etiam
ad connexa. Item quòd liberatio ſuper
principali, extendatur ad dependentia
& connexa, etiam non expreſſa: ſequitur
Hipol. d. ſing. 251. Idem ad rubr. de fide-
iuſſor. num. 215. vbi multa exempla con-
nexorum adfert, & inter cætera dicit,
nume. 219. illud quod eſt de appendici-
bus, dicitur ad propoſitum, & pertinens
ad Articulum, vt tenet Bald. in l. teſti-
um, numer. 6. C. de teſt. Et regula illa,
caſum omiſſum, diſpoſitioni iuris com-
munis relinqui, text. in l. quicquid ad-
ſtringendę ff. de verbor. obligat. & in l.
ſi cum decem in princip. ff. ſolut. matri-
mo. non habet locum in connexis, eò
quod non dicatur omiſſum, quod eſt
connexum, nam quod de vno connexo-
rum ſtatuitur, hoc ad aliud quoque ex-
tenditur, per iura allegata, Bald. & Felin.
in d.c. translato, Bald. in c. 1. de Capita.
qui Cur. vend. Curt. iunior conſil. 239.
numer. 40. vol. 3. incip. habita diligenti.
Sic in præſenti, ſi ratione alicuius con-
tractus commiſſio facta ſit, & fructuum,
vſurarum, vel intereſſe controuerſia in-
cidat, eam Commiſſarius, etſi hoc ſpe-
cialiter & nuncupatim in commiſſio-
ne non ſit expreſſum, vigore ſuæ com-
miſſionis, tanquàm articulum conne-
xum, & ad cauſam principalem acceſſo-
riũ, expedire & decidere poterit, text. in
d.c. prudentiam. §. ſi verò, de offic. deleg.
Panormit. ibid. numer. 2. & 4. vbi hoc
prolixiùs tractat, facit tex. in c. acceſſori-
um. de regul. iur. in 6. cum ſimilibus, &
text. in l. 2. & in l. 4. C. de actionib. empt.
Illud quoque obſeruandum, quòd cauſa
† poſſeſſorij ſimpliciter, & in genere cõ- 11
miſſa, non ſolùm nudum poſſeſſorium,
ſed etiam petitorium commiſſum intel
ligatur, per text. in d.c. 1. de ſequeſtr. poſ-
ſeſ. gloſſ. ibid. in verb. indiſtinctè. Panor-
mit. ſimiliter numer. 6. text. in c. cùm ad
ſedem, de reſtit. ſpolia. & in c. ſignifica-
uerunt. de teſtib. Bald. in l. ſi de proprie-
tate, nume. 4. C. ſi à non competen. iud.
vtraque enim commiſſa intelligitur,
propter connexitatem cauſarum, ne cõ-

tinentia cauſæ diuidatur. In optione ta-
men actoris eſt, à qua velit incipere, per
iura allegata. Et ſi eligat petitorium, la-
ta ſuper eo ſententia, non poteſt ad poſ-
ſeſſorium recurrere, quia Iudex functus
eſt ſuo officio : Secùs ſi à poſſeſſorio
inceperit, quia tunc ſaluum habet peti-
torium, cùm vtriuſque iudicij natura ſe-
parata ſit. l. naturaliter. §. nihil commu-
ne. ff. de acquiren. poſſeſſ. Panormit. in
d. c. 1. & finis poſſeſſorij principium ſit
petitorij, Bald. in l. 1. numer. 2. C. vti
poſſid. Aliud eſt, ſi cauſa poſſeſſionis nũ-
cupatim, & in ſpecie ſit commiſſa, velu-
ti: Committimus tibi cauſam poſſeſſio-
nis, quia tunc de proprietate cognoſcere
non poterit, niſi incidenter per viam
reconuentionis, ſi ſtatus cauſæ reconuẽ-
tionem patiatur, gloſſ. in d. c. 1. Panor-
mit. ibidem. nume. 15 in fin. per c. 1. & 2.
de mut. petit. l. 1. C. de ord. cognit. Nam
12 † reconuentio fieri poteſt non ſolùm
coràm Iudice ordinario, ſed etiam co-
ram delegato, text. in d. c. 1. de mutuis pe-
tit. gloſſ. ibid. in verbo reſpondere, fallit
in quibuſdam caſibus, quos notant Dd.
ibid. & Marant. part. 4. diſtinct. 6. num. 18.
vbi vide.

OBSERVATIO XXXVI.

Quòd Iudex ſecundum conſuetudines & ſtatuta iudicare debeat.

SVMMARIA.

1 *Statuta & conſuetudines contra ius commune valent.*
2 *Valet conſuetudo vt vxor pro marito teneatur.*
3 *Filius pro patre.*
Pater ex delicto filij qualiter teneatur. ibid.
4 *Alienatio rerum minorum ſine decreto.*
5 *Legitima ſtatuto an tolli poßit, remißiuè.*
6 *Valet conſuetudo de vnione prolium.*
7 *Item de recipienda appellatione, à diffinitiua viua voce ex interuallo.*
8 *Vt libri mercatorum plenè probent.*
9 *Vt prima acquirentis probatio non ſit neceſſaria.*
10 *Nec dotis æqualitas.*
11 *Vt coniuges ſibi mutuò ſuccedant.*
Vt Fideiuſſor ante principalem conueniatur. ibid.
Hæres licet non confecto inuentario, tamen non vltra vires hæreditatis tenetur. ibid.
Fœmina in feudis cum maſculis ſuccedit. ibidem.
Feuda legari & in dotem dari poſſunt. ibid.
Conſuetudinum vis maxima. ibid.
12 *Iudex non debet iudicare contra conſuetudines.*
13 *Conſuetudo eſt ius.*
14 *Aſſeſſores Cameræ quid iurent.*
15 *Conſuetudo quando dicatur eſſe rationi conſentanea.*
16 *Conſuetudines ſunt facti quæ non præſumuntur niſi probentur.*

MVlta cõſuetudine † vel ſtatuto, 1
cõtra ius cõmune introduci &
recipi poſſe tritũ eſt, per tex. in l.
3. §. diuus Adrianus. ff. de ſepul. viol. Dd.
in l. fi. C. de teſta. & in l. de quibus. ff. de le
gib. idq; pluribus exemplis cõmonſtrari
poteſt, nuncupatim verò † in vxore, ꝙ vi 2
delicet teneatur ipſa pro marito, & vice
verſa maritus pro vxore, vt in caſu, l. ſa-
tis. C. in quib. cauſ. pig. taci. cõtrah. item
filius † pro patre, vt in caſu, l. fi. C. de pri- 3
mipilo, lib. 12. & per not. Dd. in l. de quib.
Bartol. in tractat. repreſal. quæſtio. 1. nu-
me. 7. Chaſſ. titu. des droicts. §. 1. in verb.
fin. in conſuetud. Burgund. Rot. deciſi.
1. de conſuet. in nouis. Deciſ. conſil. 525.
numer. 4. incip. viſis his quæ. Alexand.
conſil. 42. nume. 14. volum. 1. incip. ſuper
præmiſſo, Iaſ. in §. actiones, num. 79. In-
ſtit. de actio. Item quod filius obligetur
pro patre, etſi non ſit eius hæres, per tex.
in d. l. fin. C. de primipilo, libr. 12. Ale-
xand. d. conſil. 42. nume. 14. Bald. in l.
dotis nume. 2. C. de iur. doti. Item quod
ex delicto filij, teneatur pater ad pœnam
pecuniariam pro quantitate legitimæ,
vt tenet Bartol. in ſua diſputatione, in-
cip. Peruſinæ Ciuitatis ſtatuto, & in l.
cum filiusfamiliâs, nume. 3. ff. de verbo.
obligat. Iaſ. ibid. numer. 13. & commu-
niter, Dd. Bald. in l. 1. nume. 3. C. ne fili.
pro patre. Couarru. variar. reſolut. libr.
2. cap. 8. nume. 7. gloſſ. ordinaria in rubri.
C. de decret. decurio. lib. 10. Item † in ali- 4
enatione rerũ immobiliũ minorũ, quòd
illa ſine decreti interpoſitione fieri poſ-
ſit, Iaſ. in d. l. de quib. nu. 17. 63. & 72. Præ-
terea ꝙ † legitima filiorũ ſtatuto, vel cõ- 5
ſuetudine, ſi nõ prorſus tolli, ſaltẽ minui
poſſit, per nota. Dd. in Auth. nouiſſima.
C de inoff. teſt. Canoniſt. in c. Raynu. de
teſta. Dyn. in c. indultũ. de regu. iur. in 6.
vide infrà lib. 2. Obſer. 122 Item de con-
iunctione † ſeu vnione proliũ diuerſarũ 6
nuptiarũ cõſuetudines & ſtatuta valent,
vt lib. ſecũdo Obſeruat. 125. annotaui. Sic
à diſſi.

à diffinitiua ſententia ex Internallo, ab
7 interlocutoria verò viua † voce,inconti-
nenti de conſuetudine, vel ſtaturo appel
lationes recipiuntur,próut notatur infr.
8 eo.Obſeru.130.Item libri† mercatorũ ex
recepta conſuetudine plenè probant, vt
notat Felin.in c.2.nu.16 de fid. inſtr. Iaſ.
in repet.l.admonẽdi.nu.127.ff.de iureiu.
Bal.conſi.198.nu.3. vol.1.incip. ad intelli-
gentiã.vide infrà lib.2.Obſer.20.Ad hæc
licèt in ſucceſſione feudi antiqui,neceſſe
9 ſit oſtendere† primũ acquirentem,p tex.
in c.1. §. his verò, de ſucceſ. fra.vel grad.
ſucceſ.vbi Aluaro.nu.2.Lauden. nu.8. &
communiter Feudiſtæ: tamen ſi conſue-
tudine,vel ſtatuto aliter receptum ſit,re-
ceditur à regulis iuris feudalis, tex.in c.1.
§.hoc quoq;,de hís qui ſeu.dar.poſſ.gloſ.
ibid.in verbo,à ſucceſſione.tex.no.in c.1.
§.in iudicio, de feudi cognir. maximè
ſi agnati ſuccedere volẽtes, ſint eiuſdem
nominis,gẽtis,& familiæ,ſi eadem arma
gerant & inſignia : quia in antiquis præ-
ſumptio militat pro agnatis, ꝙ ſint eiuſ-
dem familiæ,ſicut libr.2.Obſer. 149. ple-
10 niùs ſcripſi. Et quamuis dotis † & dona-
tionis propter nuptias æqualitas de iure
communi ſeruanda ſit,tex. in Auth. dos
data C.de don.ant.nup.& in Auth.æqua-
litas.C.de pac.conuent.tam ſuper dot.&
in § eſt aliud.Inſt.de don. tex.in c.in do-
natio.de donat.inter vir.& vxor. tamen
ſtatuta & conſuetudines inæqualitatem
rectè admittunt,Pan.in d.c donatio.nu.
6.per illum tex.Boér.deciſ.22.nu.20.par.
1.Guid.deciſ.265.num.4. vide infrà lib.2.
Obſer.78.Valet quoq; conſuetudo,quòd
11 coniuges † non ſolùm in caſu non exi-
ſtentium liberorum , ſed etiã liberis ex-
rantibus, ſibi mutuò in bonis mobilibus
ſuccedant,per rationẽ, quòd legitima li-
berorum, ex communi omnium Dd. o-
pinione,ſtatuto vel cõſuetudine ſaltem
minui poſſit, Dd. in d.Auth.nouiſſima.
& d.Obſeru.122.Alex.conſi.134.nu.33.vo-
lum.6. incip. animaduerſionis diligẽter.
Item quod fideiuſſor poſt moram, ante
principalem excuſſum, conueniri poſſit,
qualis conſuetudo eſt in Auſtria. Item
quod hæres non teneatur vltra vires hæ-
reditatis,etiãſi hęreditatẽ abſq; beneficio
inuẽtarij adierit,ſicut in Saxonia lege pu
blica conſtitutum eſt. Item quod fœmi-
næ in feudis vna cum maſculis æquali-
ter ſuccedãt,qualis conſuetudo & in Gal-
lia,atteſtante Guid.deciſ.59.nu.2.& deciſ.
292.nu.2.Faber in Auth.ingreſſi.n.24.C.
de ſacro.eccle.Item quod feuda ligari,in
dotem dari,& alienari poſſint,Guido.d.
deciſ.292.Eius generis exempla infinita
adduci poſſent,ſed breuitatis gratia con-
ſulendus eſt Iaſ.in d l.de quib. Et pro re-
gula obſeruãdum,conſuetudinis magnã
eſſe vim & efficaciã tã in materia contra-
ctuum, quàm vltimarũ voluntatũ, & in
materia feudali,per notata inf.lib.2. Ob-
ſer.52.& Obſer.149.Proindè,vt ad inſtitu
tum redeam , vera cõcluſio eſt , cõſuetu-
dines † & ſtatuta rationi atq; naturali iu- 12
ri planè nõ repugnantia,in iudicijs accu-
ratè attendenda, & obſeruãda eſſe,adeò,
vt Iudex,contra conſuetudinem, vel ſta-
tuta iudicans,litem ſuam perinde faciat,
ac ſi contra ius commune pronũciaſſet,
per tex.in c.venientes,de iureiur. & in c.
3.de eo qui mitt. in poſſ.tex. in l.an in to-
tum.C.de ædifi. priuat.text.in l.1. & in l.
præſes. C. de ſeruit.& aqua.text.in Auth.
iubemus in fin.ibi,ſententiam legibus &
moribus conſonantem. C. de iud. gloſſ.
ibid.Bald.num.2.Salic.num.1. Iaſ. in d.l.
de quib.nu.7. & gl.in tit. de pace Cõſtan.
§.ſententiæ quoque.in verbo, ſecundùm
leges.Bart.Bald.& Dd.in l.fi.C. de pœna
iud.qui malè iudica. Ratio in promptu,
quia † conſuetudo eſt ius, & appellatio- 13
ne conſuetudinis venit ius:ſtatutũ enim
vel conſuetudo alicuius loci , pro iure
communi in eodem loco habetur, vo-
caturq; ius commune illius ciuitatis,tex.
in l.omnes populi. ff. de iuſt. & iur. Dd.
ibid. & in d.l.de quibus. & in l.ius ſingu-
lare.eo.tit.tex.in §.ex non ſcripto, Inſtit.
de iur.nat gen.& ciuil.Chaſſ.rubr.4.§.23.
in verb.& qui ne ſont paiez.nu.6.Alex.d.
conſil.42. Si ius eſt, ergò à iudice in iudi-
cando quoque ſeruari debet, aliàs vt dixi
litem ſuam faceret. Qua de re pulcherri-
mè ſcribit Quintilianus lib.12.cap.4.vbi
omninò vide. Hinc eſt quòd † aſſeſſores 14
Cameræ Imperialis quando in nume-
rum aſſeſſorum recipiuntur, iurare de-
beant,quod ſecundum Imperij conſtitu-
tiones, ſecundum ius commune, & lau-
dabiles locorum conſuetudines iudica-
re velint, quod regulariter in omnibus
omniũ locorũ iudicibus receptũ eſt,text.
in d.c.veniẽtes,de iureiu.ibi, ſecundũ cõ-

ſuetudinem veſtræ ciuitatis iudicare iu-
rauerunt,tex.in §.inſiurandum,Auth.de
defenſo.ciuit. & alia iura ſuprà allegata.
15 Dicuntur † autem laudabiles,vel iuri na
turali non repugnare,quoties ſtatuentes,
vel obſeruantes exiſtimant illas eſſe bo-
nas,ſuiſq; moribus conuenientes. Nam
id pro ratione eſt, licèt iniquitatem ali-
quam contineat, ſecundùm Bald. in l.
non omnium. in princip. ff. de legib. &
in l.1.§.initium.num.1.ff.de poſtular. fa-
cit l. proſpexit. ff.qui. & à quibus. manu.
liberi non fiant.Tiraquel. in præfat. tra-
cta.de vtroque retrac.num.75. vbi multa
ad hoc allegat. Prædicta accipienda ſunt
quando ſtatutum vel conſuetudo in iu-
dicio eſſet allegata, & in actis ſufficien-
16 ter probata:quia cùm †conſuetudo ſit fa
cti,tex.in c.1.de conſtitut.in 6 & facta nō
præſumantur,tex.in l.in bello.§.factæ ff.
de captiu.& poſtlim. reuerſ. & in c.cùm
in iure,de offic.deleg.Dec.In l.quatenus.
num.2.ff.de reg.iur.Zaſ.conſil.5.nu.109.
volum.1.ideo allegari,& probari debet,
tex.in d.c.1.de conſtitutio.lib.6. Fallit in
generali & notoria conſuetudine, quæ
probatione non indiget. Bal. in l.ſi fugi-
tiui,nu.3. C. de ſeruis fugit. Dec. pulchrè
conſil.483.nu.20. incip.pro reſolutione,
vbi dicit Iudicem in notoria conſuetu-
dine ſupplere poſſe. Idem tenet Bald.in
l.filiusfa.§.veterani.num.2.ff.de procur.
Bart.in lege Iulia. ff. de teſtib.nu.3.per il-
lum text.Alex.conſil.14.vol.5.incip.viſo
proceſſu.nu.1.vide infrà Obſer.31.lib.2.

OBSERVATIO XXXVII.

Clericus coram Iudice ſeculari quando conueniri poßit.

SVMMARIA.

1 *Clericus coram ſuo iudice conueniendus.*
Ampliatur 4.modis & 8.modis fallit.
2 *Non poteſt in laicum compromittere.*
Niſi compromiſſum fuit de merè ciuilibus, ibid.
3 *In feudalibus clericus ſortitur forum Laici.*
4 *Similiter in realibus.*
5 *Idem in poſſeſſorio.*
6 *Clericus coram laico reconueniri poteſt.*
7 *Clericus ratione venditionis et officij forum laici ſequitur.*
8 *Inſtantia cum laico inchoata an tranſeat ad hæredes clerici.*
9 *Inſtantia tranſit ad hæredes.*
10 *Clericus laici hæres vbi lite nondum cœpta conueniendus.*
11 *Clericus quomodo compromittere poſſit.*

CLericus coràm Iudice laico re-
gulariter conueniri non poteſt:
ſed coràm † ſuo Iudice eccleſia- 1
ſtico,tam à clerico quàm laico conueni-
ri debet,per text.in c.1.& 2. & in c. ſi dili-
genti.§.fi.& in c.ſignificaſti.de for. com-
pet.tex. in c.2.& in c.clerici.de iud. Am-
pliatur Primò, vt procedat etiam ſi cle-
ricus Iuriſdictionem laici Iudicis proro-
gare vellet: quia cùm hoc beneficium to
ti ordini eccleſiaſtico conceſſum ſit, re-
nunciatio vel prorogatio expreſſa,vel ta
cita, in præiudicium ordinis facta, nul-
lius eſt momenti,text.in d.c. ſi diligenti.
§.fin.gloſſ.ibid.in verbo,manifeſtè. & in
d.c.ſignificaſti,in verbo, clerici. vide in-
frà eod.Obſeru.40. Secundò ampliatur,
vt procedat etiam in compromiſſo in
laicum facto:quia cùm arbitria ad inſtar
iudiciorum redacta ſint,text. in l.1. ff.de
recept. arbit. & in l. rem non nouam. §.
cùm igitur.C.de iudicijs,† clericus in lai- 2
cum compromittere non poteſt,per tex.
in c. contingit. de arbit.gloſſ.notab. ibi.
in verb.ſpiritualibus. Felin.in c.quanto.
num.2.verſ.3.extr.de iudic. niſi compro-
miſſum fiat de rebus merè ciuilibus, tex.
cum gloſſ. in d. c. contingit, & in c.ex-
poſita,de arbitr.gloſſ.ibid.in verbo,com
promiſit,gloſſ.in d.c.2.de iudicijs,in ver-
bo,non præſumant. Tertiò ſingulariter
ampliatur, vt procedat etiam eo caſu,
quando vna cum clerico, vnus vel plu-
res laici conueniēdi eſſent, pro cauſa in-
diuiſa,& connexa: ſecùs,ſi cauſa eſſet di-
uidua, quia tunc quilibet coram ſuo Iu-
dice conueniri debet, vt notat Bart. in l.
iuriſperitos.§.1.nume.1.ff.de excuſat.tut.
Socin. ſenior in d. c.1.nu.18. de ſot.com-
pet.Idem conſ.12.nu.17.vol.1.incip.Quo-
niam in præſentiarum. vbi omninò vi-
de.Facit quòd laici in materia reſtitutio-
nis in integrum,& delicti, ratione cōne-
xitatis gaudeant priuilegio clericorum,
per tex.ſing.in c.per tuas,de arbit. & tex.
not.in l.ſi is qui duos.ff.de liberat. leg.&
in l.ſi communem.ff.quemad.ſer. amit.
Soc.d.conſi.12.Hipol.ſing.180.n.1.incip.
plura.Quartò ampliatur,vt procedat nō
ſolùm in clericis, in ſacris: ſed etiam in
minoribus ordinibus conſtitutis, text.in
d.c.2.

d.c.2.de for.comp.vbi communniter Dd. text.in c.cùm non ab homine, & in d.c. clericl.de iud.Soc.d.conſil.12.nu.16.& in d.c.1.num.4.vbi 25. ampliationes tradit. Fallit autem iſta concluſio. Primò quó.
3 ad † bona feudalia, quia tali caſu ceſſat priuilegium fori clericis conceſſum, tex. in d.c.ſi diligenti.§.fina.& conueniri debent coram iudice laico, id eſt, domino feudi, vel paribus curiæ, per text.in c. verùm,& in c.ex tranſmiſſa.de ſor. compe. & in c.cęterùm.de ind.Soc.d.c.1.nu.27.et in c.ſanè.nu.14 de for.compe.Idē reg.56. fall.2.Affl.de feud.fœm.§ fi.nu.6. Bal. in c.1.nu.4.de contro. feudi apud pares ter. mi.vbi hanc dat rationē, quia inquit natura cauſæ trahit ad ſe perſonam, nō perſona naturam cauſæ. Secundò non pro.
4 cedit quando † cauſa eſt realis inter clericum & laicum, quia ea tractari debet coram Iudice laico, ſub quo res ſita eſt, per rationem,l.fi.C.vbi in rem act & c.fi. de for.comp.Soc.in d.c.1.nu.35.eo.tit.tex. in l.ſi prædiũ.C.de prædijs.& alijs reb.min. ſine decreto nō alien.quòd ſcilicet ratione rei quis ſortiatur forũ in loco vbi res ſita eſt. Nam in actione reali, perſona nō dicitur obligata, tex.in §.omniũ.Inſt. de act. & ſic non trahitur in iudicium pſona Eccleſiaſtica, ſed res ipſa. Et hoc ſæpè in Camera obſeruatũ memini: vt in cauſa Eberſtein/cōtra Capitulum Cathedralis Eccleſię Spirenſis, anno 63. Et ita tenet Soc.in d.c.ſanè ſi Epiſcopi, nu. 3. Boēr.latiſſ.deciſ.69.nu.22.par.1.facit tex. in l.ſed & loci.§.ſi aliter fundus.ff.fin. regun. ibi quoniã magis ſundo, quàm perſonis adiudicari fines, vel partes intelliguntur. & tex.in l.q aliena.§.fi.ff.de negot.geſt. ibi. ſententia prædio datur, tex. in Auth. clericus.C.de Epiſc. & cler.ibi, quod natura cauſæ, vel alia ratio. Tertiò nō procedit,
5 quãdò agitur ſuper † poſſeſſorio vel quaſi, etiam in cauſis ſpiritualibus: quia poſſeſſorium nō eſt quid ſpirituale, ſed temporale.Guid.deciſ.1.n.1.& 2.vbi dicit nō eſſe inconueniēs, quòd reſpectu eiuſdem rei petitorium ſit ſpirituale, & poſſeſſorium temporale, cùm nihil commune inter ſe habeãt, tex.in l.naturaliter. §. nihil commune.ff.de acq.poſſ. Idem deciſ.85. vbi concludit in interdicto retinēdæ vel recuperandæ poſſeſſionis, iudicem laicũ eſſe competentē.Couar.latè pract.quæſt. cap.35.cum ſeq.vbi diſputat etiã. An decimarum cauſæ corã laico agitari poſſint. vide infrà Obſer.ſeq. Quartò, ſecundum
magis communē opinionē, clericus † coram laico in cauſa ciuili reconueniri poterit, vt latè tradit Fel.in c.at ſi clerici.nu. 8.cũ ſeq de iud. vbi ampliſſimè in vtrãq; partem diſputat, & concludit clericum recōueniri poſſe. Dic vt ibi per eum cum ſuis limitationib Boēr.d.deciſ.69.& Soc. reg.56.fal.4.& in d.c.1.nu.26.de for.com pet. Quintò clericus † vēditor forum em. 7
ptoris ſequi tenetur, hoc eſt iudicis ſecularis & nō eccleſiaſtici: quia merus & neceſſarius emptoris deſenſor eſt, per text. in l.venditor.ff.de iud. vbi dicitur, defenſorem nō poſſe allegare priuilegium ſui Iudicis, text.in l.hæres abſens ff. eo tit & in l.1.C.vbi in rem act glo.ibi.in verb fi. ita concludit Boēr.d.dec.69 nu.27.per allegata ibid.licèt Ang.& Caſt. in d.l. venditor.nu.3 cōtrarium teneant: nimirum clericum ad ſuum iudicem remittēdum eſſe. Sed prima opinio verior, & in Camera recepta eſt, quã tenent Bal.Fulg.Alber.& Deci.in d.l. vēditor, Couar. pract. quæſt.cap.8.nu.2.Soc.ſen. conſ. 91.vol.3. vbi communē dicit. Sextò fallit, ſi clericus ratione officij alieno nomine cōueniatur, tanquã tutor, curator, vel procurator alicuius laici, quo caſu officij ratione forum ſortitur coram Iudice ſeculari: quia non attenditur perſona clerici, ſed eorũ quorũ nomine cōuenitur, p notata Soc. ad rub.de for.compe.nu.1 & nu. 15.idem in c.1.eo.tit.nu.52.cum ſeq. Sic laicus ratione adminiſtrationis rei eccleſiaſticę, forum ſortitur coram Iudice eccleſiaſtico, per notata in c.iudicatum eſt, diſt. 89. gl. 1.ibid.Soc.in d.rub.de for. comp. nu.1.in fi.vbi omninò vide, quot modis quis variè forum ſortiatur. Et ita in Camera obſeruatur. Septimò non procedit, ſi clericus in inſtãtia & lite ſuccedat laico: nam
etſi Dd.in ea quæſtione: Vtrùm † inſtãtia 8
inchoata contra laicum tranſeat in clericum ſucceſſorē, variant, prout videre eſt apud Felin.in c.quia.nu.3. de iudi. vbi Panor.quoq; & cōmuniter Dd. Boēr. d. deciſ.69.nu.32.Maran. par. 5. nu. 12. cum ſeq. vbi magis communē dicit, quòd nō tranſeat: tamē æquior opinio eſt, vt tranſeat, maximè lite conteſtata, cùm iam in iudicio quaſi contractum ſit cum defuncto,

ćto, iudiciumq; cœptum, & ideò ibidem
finiendum, text.in l.vbi acceptum. ff.de
9 iud. adeoque certi iuris eſt, † inſtantiam
ad hæredes tranſire,d.l.hæres abſens,tex.
in l.ſi petitor, & in l. tam ex contracti.
bus,& in l.ſi is qui Romę.ff.d.tit.tex.in l.
ſi eum hominem. ff.de fideiuſſorib.Bar.
ibid.Panor.& Felin.in d.c.quia. Maran.
vbi ſup.Soci.reg.181. & hanc opinionem
tenet Caſt.in d.l.hæres abſens.per illum
tex.nu.4.in fi.idem in l.ſi conſtante.§.fi.
nu.5.ff.ſolut.matri. vbi communem di.
cit, quam multi alij Dd.ſequuntur, quos
refert Felin.in d.c.quia.& Boër.d.deciſi.
69.per tex.in c.propoſuiſti,de foro com.
pet.& in d.l.venditor.Socin.d.conſil.91.
Dd.vbi ſupr.Ang.in §.actionum. nu.17.
Inſti.de actio. Imol.in d.l.ſi eum homi.
nem.Iaſ.in Auth.quas actiones.nu.39.C.
de ſacroſ.eccl.Rom.&Alex.in l.ſi cõſtan
te.§. fi.ff.ſol.matr. Couar.d.c.8.nu.2.vbi
omninò vide in vtramq; partẽ: ſed hæc
pars verior, & in Camera approbata eſt.
10 Cæterùm † ſi lis nondum cœpta ſit,tunc
clericus hæres laici omninò coram Iudi.
ce Eccleſiaſtico conueniri debet, Bart.in
d.l.hæres abſens, & ibid.cõmuniter Dd.
Dec.in d.c.quia.nu.11.Antho.de But.Pa.
nor.& alij ibid. Couar.d.c.8.nu.4.& illa
eſt communis opinio. Octauò fallit in
perſonis Eccleſiaſticis, regalia ab Impe.
rio vel Imperatore habentibus, quia ra.
tione illorum bonorum ſecularium,fo.
rum Imperatoris ſortiuntur, vide ſuprà
Obſeru.30.Nonò † fallit ſi Clericus con.
ſentiat in laicum,putà in arbitrũ, vt eius
11 ſententia valeat in vim facti,non vt ſen.
tentia,Felin.in d.c.2.nu.8. de iud. vbi vi.
de, & ſic limitatur ſecunda ampliatio.
Plures fallentias tradit Soc.in d.c.1.à nu.
25.vſq; ad fi.vbi 32.limitationes ponit,vi.
de infrà,Obſer.ſeq.

OBSERVATIO XXXVIII.

Cauſæ decimarum & iuris patronatus, an coram Iudice laico tractari poſſint.

SVMMARIA.

1 *Iudex laicus non poteſt cognoſcere de cauſa decimarum in petitorio: Secùs in poſſeſſorio, & nu. 3.*
2 *Appellationes in cauſis decimarum in petitorio non recipiuntur in Camera.*
3 *Cauſæ Eccleſiaſticæ ſunt in triplici diſcrimine.*
4. *Decimarum cognitio quando ad laicum ſpectet.*
5 *Iuramenti materia quando ad laicum ſpectet.*
6 *Ius patronatus coram quo Iudice tractandum.*
7 *Mixta ſequuntur naturam ſimplicis.*
8 *Connexa naturam connexorum aſſumunt.*

DEcimarum † controuerſiam in 1
petitorio ad Iudicem Eccleſia.
ſticum ſpectare dubium nõ eſt,
tex.in Clem.diſpendioſam.de iudi.& in
c.literas.de iuram.calum. tex. in c.fin.de
rer.permutat.& in c.cauſam,de pręſcrip.
tex.in c.tua.& tot. tit. de decim. Ferra.in
forma libel. de declinatio. iuriſdict. in
verbo, nec fuiſſe. Ratio, quia decimæ
ſunt res ſpirituales, & redditus Eccleſiæ,
ideo ad forum Eccleſiaſticum ſpectant,
tex.in d.c.tua,& in c.peruenit, cum duo.
bus ſequ. de decim. Et ideò † in Camera 2
appellationes in cauſis decimarum in
petitorio non recipiuntur: in poſſeſſorio
verò cauſas decimarum per Iudicem ſe.
cularem agitari & decidi poſſe, commu.
niter placuit,ex authoritate gloſſ. in d.c.
literas.in verb.reb.quæ aſſerit, poſſeſſio.
nem cuiuſq; rei ſpiritualis, temporalem
eſſe, & cenſeri: quia licèt reſpectu Eccleſię
agatur, non tamen de iure ſpirituali di.
ſputatio inſtituitur, ſed tantum ſuper fa.
cto quæritur, an poſſideat rem Eccleſia.
ſticam,an Clerici ſint in poſſeſſione per.
cipiẽdi decimas,per text.in c.petimus.11.
q.1.tex.ſing.in c fi.ext.de iud. Innoc.An.
tho.de Butr. & Dd.ibid.Panor. in d.c.li.
teras.nu.7.cum ſequ.vbi diſtinguit inter
cauſas † Eccleſiaſticas merè ſpirituales, 3
quaſi ſpirituales,& temporales.Guid.de.
ciſ.1. per totam, dicens, Iudicem laicum
eſſe competentem, etiam in ſpiritualib9,
quando ſuper mero poſſeſſorio agitur:
quia,inquit,poſſeſſorium nõ eſt quid ſpi.
rituale,ſed temporale. Idem Guid.deciſ.
85.in princ.Boër.deciſ.60.nu.23.vbi dicit,
poſſeſſorium cauſæ ſpiritualis non eſſe
ſpirituale, cùm non tangat veritatis me.
dullam,eamq; opinionem communem
eſſe atteſtatur. Idẽ firmat latè Gramma.
deciſ.78.per totam. Archid.in c.1.de reſt.
ſpol. in 6. in verb. actore.Zabarel. in d.
Clem.diſpendioſam.nu.7.de iud. Afflic.
deciſi.24.nu.2.Bal.in l. ſi de proprietate.
nu.15.C.ſi à nõ comp.iud. Bart.in l.Titia.
nu.5.cum ſeq.ff.ſol.matr. Idem in l.quo.
ties,circa finẽ.C.de iud. & in l. omni.nu.
2.C.de ſacroſ.Eccleſ.quibus locis dicunt
indi.

iudicem ſecularē in ſpiritualibus cogno-
4 ſcère poſſe. quando † de facto, vtrùm poſ-
ſideat quis decimas, & non de iure, an de-
beantur decimę, quęritur. Et ideo ſi con-
trouerſia incidat de tardata, vel prorſus
denegata ſolutione decimarum, Iudex
laicus competens erit, quia non eſſe ſolu
tas decimas, quæſtio meri facti eſt, tex. in
l. aſſeueratio. C. de non numer. pecun. ſu-
per qua Iudex laicus cognoſcere poteſt,
etiamſi ius decimarū ſit ſpirituale, quia
nō de iure, ſed de facto quæritur, Dd. vbi
ſupra. Hinc eſt quod licet in cauſis ſpiri-
tualibus non iuretur de calumnia, tex. in
c. 2. de iureiuran. calum. attamē ſi pro re
ſpirituali poſſeſſorio iudicio agatur, ne-
ceſſe eſt iurare de calumnia, tex. in c. lite-
ras. §. propterea. de reſtitut. ſpol. gloſſ. ibi.
in verbo iuramento, glo. in d. c. 2. in ver-
bo, rebus ſpiritualibus. Et hanc opinionē
Camera etiā ſequitur: quia in cauſis deci-
marum, quādo ſuper poſſeſſorio cōtro-
uerſia mouetur, citationes decernuntur,
& appellationes recipiuntur. Et licèt prę-
dictam communem opinionem impu-
gnet Anthon. de Butr. in d. c. fi. nu. 20. di-
cens, quæſtionem poſſeſſoriam rei ſpiri-
tualis ſpiritualem, & naturā poſſeſſionis
& proprietatis eandem eſſe. c. cauſam. de
reſcript. Cui adſtipulatur Couar. pract.
quæſt. c. 25. nu. 1. vbi omninò vide, dicens
prædictam opinionem eſſe falſam: tamē
communis iudiciorum vſus eam appro-
bauit, vt referunt Guid in d. deciſ. 1. & alij
vbi ſup. Imò ipſemet Couar. loco citato,
nu. 2. fatetur quæſtionē de ſolutione de-
cimarum pertinere ad iudicem laicum.
5 Eodem modo etſi † iuramenti materia
ad iudicem Eccleſiaſticum pertineat, tex.
in c. venerabilem. §. vtrum verò, de elect.
& elec. poteſt. & per notata ſuprà Obſer.
25. tamen quóad obſeruantiā contractus,
iudex ſecularis vel laicus adiri poteſt. Pa-
nor. in d. c. literas. nu. 8. Bart. in d. l. omni.
nu. 2. Felin. in c. præterea. nu. 28. de ſpon-
ſalib. & in c. 1. nu. 21. de iureiur. Et iſta Ob-
ſeruatio intelligenda, quādo Clericus in
poſſeſſorio, ratione decimarum, laicum
ſoluere detrectantē conuenire vult: quia
poteſt iudicium corā iudice laico incho-
are. d. c. fi. de iudic. Sed laicus in poſſeſſo-
rio cuiuſcunq; rei, regulariter Clericum
coram iudice Eccleſiaſtico cōuenire de-
bet, per notata ſupr. Obſeruat. proxima.
Quid de iure patronatus ſtatuendum, vi-
de Dd. præſertim. Fel. In c. quanto, per to-
tum. de iud. Communiter concludunt,
licèt ius † patronatus non ſit ſpirituale, 6
cùm poſſit poſſideri, & per laicum præ-
ſcribi. Fel. in d. c. quanto. nu. 2. vbi plures
rationes ad hoc adducit, ſed ius annexū
ſpiritualitati, per tex. in c. ex literis. de iu.
patron glo. in d. c. literas, & per rationes
Felin. vbi ſup. quòd tamen coram iudice
Eccleſiaſtico tractandum ſit, eò quòd na-
turam ſequatur ſpiritualitatis, tex in d. c.
quanto. & in c. de iur. patro. tex. in c. præ-
tereà, de tranſact. Mixtum † enim ſequi- 7
tur naturam ſimplicis dignioris. Item † 8
connexa iudicantur ſicut ea quibus con-
nectuntur, aſſumūt eandem naturam ex
connexione, text. in l. quæ religioſis. ff. de
rei vend. & in l. arbor. ff. commun. diuid.
Ita Panor. in d. c. quanto. num. 2. Hoc eti-
am limitatur vt non procedat, ſi quęſtio
ſuper iure patronatus conſiſtat in facto:
quo caſu etiam laicum competētem eſſe
iudicem concludit Antho. de Butr. in d.
c. quanto. nu 6 quem ſequitur Felin. ibi.
nu. 5. & Socin. reg. 217. incip. Ius patrona-
tus. fal. 2. licèt Panor. in d. c. quantò. nu. 11.
contrarium concludat. atque Socin. vbi
ſup. putat illam fallentiam non eſſe ſatis
tutam. vide ſup. Obſer. proxima & Coua.
pract. quæſt. cap. 36. vbi tractat de diſcri-
mine iuris patronatus eccleſiaſtici, & iu-
ris patronatus laici.

OBSERVATIO XXXIX.

De iniuria iudici facta, an ipſe eam pu-nire poßit.

SVMMARIA.

1 *Nemo in propria cauſa iudicare debet.*
2 *Iudex puniendo iniuriantem ſe, an in propria cauſa iudicare dicatur.*
3 *In notorijs an ab executione inchoari poßit.*
4 *In notorio crimine omnis ſolennitas iuris communis remiſſa intelligitur.*
5 *Practica puniendi iniuriantem iudicem.*

QVidam literas iniuriarū plenas
ad Senatū quendam ſcripſerat,
ob quas ab eodem Senatu cōie-
ctus fuerat in carceres. Quærebatur, an
hoc Senatui licuiſſet, videbatur dicendū
quòd nō, per rationem, quòd † nemo in 1
propria cauſa iudicare debeat, tex. in l. v-
nica. C. ne quis in ſua cauſ. iud. Contra-
rium

rium fuit deciſum & conclnſum, Sena-
tum talem iniuriam, pro perſonæ quali-
tate, & delicti magnitudine, incontinen
ti, ſine alia accuſatione, & iuris ordine
prætermiſſo, punire potuiſſe, per tex. in c.
Solonitanæ. diſt. 63. & ibi apertiùs gloſſ.
in verb. relaxati. Nam quoties iudici in-
fertur iniuria vt iudici, & illa iniuria no-
toria ſit, vt in caſu iſto, per literas nimi-
rum iniuriarum in Senatu ab authore
agnitas, quibus Senatum vt Iudices diffa-
2 mârat: iam ipſe iudex† puniendò, non in
ſuo, ſed alieno negotio procedere, & cō-
demnate dicitur, per tex. expreſſum in c.
1. de pœnis. in 6. gloſſ. ibid. in verb. puni-
re, tex. in l. illud 1. & ibid. Ang. & Caſtr. de
appell. Panorm. in c. ſi quis contrà. in le-
ctura. num. 11. & num. 17. de for. compet.
Innoc. in c. ex parte. de verb. ſignifi. Phi-
lipp. Franc. in c. nouit. num. 6. de appell.
Alex. conſil. 13. nume. 10. volum. 6. incip.
conſideratis his. Roland. à Valle in ter-
minis, conſil. 48. nume. 2. & per totum.
volu. 2. incip. Magnificus dominus. Imò
magis eum exequi, quā cognoſcere, aut
pronunciare exiſtimandū eſt: non enim
3 in † notorijs expedit cognoſcere, vel ſen
tentiam proferre, ſed exequi vel punire,
tex. in c. de manifeſta. & in c. manifeſta.
2. q. 1. text. in c. euidentia. de accuſatio. &
in l. ea quidem. C. eod. titul. Innoc. Franc.
& alij vbi ſuprà. tex. in c. ad noſtram. el 3.
de iureiur. & in Clem. Paſtoralis, de re
iudic. Deci. pulchrè conſi. 544. num. 6. in-
4 cip. Sereniſſimus Imperator, vbi dicit †
quòd in crimine notorio omnis ſolen-
nitas iuris communis remiſſa intelliga-
tur, præſertim ſi tale ſit notoriū, quod in-
ficiari non poſſit, per text. in c. quanto, de
tranſlat. Epiſcop. Et hæc maximè proce-
dunt, ſi pœna tendat ad vindictam Rei-
publicæ, vel quando ratione officij pub-
lici iniuriam quis patiatur, Roland. d.
conſil. 48. Dd. vbi ſupra, quia tunc cen-
ſetur cauſa aliena, & non propria: ſecùs
ſi pœna imponenda foret ratione pro-
prij intereſſe, vtputà ſi iudex iniuriam
paſſus, ad priuatam vindictam, putà ad
pœnam ſibi applicandam agere vellet,
quo caſu non poſſet eſſe Iudex in pro-
pria cauſa, quia iniuria perſonæ princi-
paliter irrogata attēdi debet, tametſi ſe-
cundario etiam dignitatē reſpiciat, text.
in l. cum qui, §. ſi iniuria mihi. ff. de iniu.
Dd. in d. c. 1. de pœnis, in 6. Cyn. & alij in
d. l. vnic. C. ne quis in ſua cau. iudic. Idem
obtineret, ſi iniuria non eſſet euidens, &
notoria, ſed altiorem probationem ad-
huc requireret, quo caſu ad ſuperiorem
recurrendum eſt, vt ipſe, tanquàm Iudex
competens, de ea cognoſcat, latè Cyn. in
d. l. vnic. C. ne quis in ſua cauſ. iud. Salic.
ibid. num. 5. Caſtr. num. 3. Bart. pulchrè in
l. ſi quis. §. ſi quos. ff. de pœn. nu. 1. Gemin.
ad c. 1. nu. 7. eod. tit. in 6. Milæus in praxi
crimina. in formula inquiſitionis, num.
32. cum ſeq. Pœna autem, quia huiuſmo-
di iniuriās puniri debet, extraordinaria
eſt, & arbitrio Iudicis committitur, ſe-
cundum qualitatem loci, perſonæ, & di-
gnitatis, tex. in l. Pedius. §. 1. ff. de incend.
ruin. naufrag. tex. in l. fin. ff. de iniur. Pa-
norm. in c. cùm te. de re iudic. Marant.
diſtinct. 1. num. 9. vbi omninò vide: cùm
certa pœna nòn reperiatur expreſſa, idq́;
per regulam, l. 1. §. expilatores ff. de effra-
ctorib⁹. & per tex. in d. l. illud. 1. vbi Ang.
docet† practicam puniendi conuiciantē 5
incontinenti. Dicat, inquit, Iudex: Ponas
manum ad ſtagnum, & non recedas, do-
nec ſolueris quinquaginta, ad quæ te cō-
demno, quia talem iniuriam mihi intu-
liſti in contemptum meæ iuriſdictionis.
Poteſt enim & debet Iudex pœnalibus
mādatis iuriſdictionem ſuam tueri, text.
in l. 1. vbi Barto. & Dd. ff. ſi quis ius dicen.
non obtemp. Caſtr. in d. l. illud. in princ.
An autem poteſtas poſſit cognoſcere de
delicto commiſſo in eius famulum, vel
Officialem, vide diſtinctionem Barto. in
l. abſentē. §. fi. nu. 1. ff. de pœn. & in l. 1. §. fi.
nu. 1. ff. de iniur.

OBSERVATIO XL.
De renunciatione fori.

SVMMARIA.

1 *Renunciatio fori regulariter permiſſa.*
2 *Fallit in priuilegijs exemptionum.*
3 *Exemptus non poteſt prorogare iuriſdictionem.*
4 *Rotaulenſes auocationibus non dant facilè locum.*
5 *Eximentis intereſt ne ſubditus ſuus ab alio iudice-tur.*
6 *Vaſalli prorogatio iuriſdict. non valet.*
7 *Sicut nec Clerici.*
8 *Iure publico pactis priuatorum non derogatur.*
9 *Diſtinctio circa renunciationem fori.*
10 *Intellectus l. ſi quis in conſcribendo.*
11 *Donationi inofficioſæ pater ne cum iuramento qui-dem poteſt renunciare.*

12 L. hac

12 L. Hac edictali. C. de ſecund. nup. ne cum iuramento quidem cur non poſsit renunciari.

13 L. Si vnquam. C. de Reuoc. donat. non poteſt iuramento renunciari.

1 QVamuis quilibet† priuilegio ſo-
ri ſibi à lege, vel Principe cõceſ-
ſo, renuntiare poſſet. text. in l. ſi
quis in conſcribendo. C. de pact. & in l. 1.
ff. ſi quis in ius voc. tex. in l. ſi conuenerit.
ff. de iuriſdict. om. iud. & in c ſignificaſti.
de for. competen. adeò vt non requira-
tur conſenſus vel licentia iudicis ordi-
narij. ſed partium ſufficiat. text. in l. 1. & 2.
ff. de iudic. & in l. 1. §. & poſt operis. ff. de
nou oper. nuncia. Iaſ. ibid. num. 11. nam
priuatus conſenſus facit iudicem eum,
qui iuriſdictioni præeſt, text. in l. 1. & in l.
priuatorum. C. de iuriſd. omn. iudic. ta-
2 men hoc † eatenùs procedit, ſi priuilegiũ
fori principaliter cõcernat fauorem re-
nunciãtis: ſecùs eſt, ſi etiam fauorem ſu-
perioris reſpiciat, quo caſu abſque eius
conſenſu & licentia, renunciatio facta
non ſubſiſtit, vt in priuilegijs exemptio-
num, qualia priuilegia Cæſar Statibus
Imperij, Principibus, Comitibus, Nobili-
busq́; concedere ſolet, vt nemo eorum
ſubditos, corã alio Tribunali, præſertim
3 Rotuuilenſi, in ius vocet. Quòd ſi † voca-
tus, cõtra priuilegiũ, corã alio iudice cõ-
pareat, & in eius iuriſdictionem conſen-
tiat, ex tali conſenſu partis, non proro-
gatur iuriſdictio in præiudicium domi-
ni facta, vnde eum à tali iudice auocare:
4 adeoque ſi † auocationi locus non detur,
appellare poterit: quemadmodum quo-
tidiẹ in talibus caſibus, à iudicio Rotuui-
lenſi ad Camerã appellatur. Ad hoc eſt
text. ſing. in c. cum tempore. vbi Panor.
nu. 2. de arbi. Dd. cõmuniter in d. l. ſi quis
in conſcribendo. Soci. in d. c. ſignificaſti,
num. 44. cum ſeq. de ſor. compet. Ratio
autem, cur exemptus non poſſit ſe alte-
rius iuriſdictioni ſine conſenſu eximen-
5 tis ſubijcere, eſt, quia ipſius † eximentis
intereſt, ne ſubditus ſuus ab alio iudice-
tur: intereſt ſua, ne talem iuriſdictionem
amittat: dũ enim ab alijs iudicibus eum
eximit, eo ipſo ſuæ iuriſdictioni imme-
diatè ſubijcit. Panorm. in d. c. cum tem-
pore, & ibidem communiter Canoni-
ſtæ, quia priuatio præſupponit habitum,
text. in l. decẽ. ff. de verb. oblig. & in l. 3. §. 1.
ff. de cap. diminut. Sic nec † vaſallus po- 6
teſt in alterius iuriſdictionem expreſſè
vel tacitè inuito domino, conſentire,
quod ſi fecerit, nullius eſt præiudicij pro-
rogatio, ſed dominus eum rectè auoca-
re poterit, per text. in c. Imperialem. §.
præterea. & ibid. ſing gloſ. de proh. feud.
alien. per Freder. Afflict. pulchrè ibid. nu.
23. cum ſeq. Bart. in d. l. 1. §. & poſt operis.
nu. 7. Iaſ. ibid. nu. 11. in fi. Bal. in d. l. ſi quis
in conſcribendo, num. 2. Fallit in multis
caſib. quos notat Felin. in c. cæterum, nu.
6. cum ſequen. de iudic. vbi 13. fallentias
ponit. Socin. in tract regul. in verb. Iuriſ-
dictio. Curt. Iun. in tracta. feud. part. 7.
quæſt. 5. Pari ratione, neque † clericis 7
permiſſum eſt iuriſdictionẽ iudicis lai-
ci tacitè vel expreſſè prorogare, abſque
conſenſu ſuperioris: quia tale priuilegi-
um fori non eſt perſonale, ſed toti ordi-
ni eccleſiaſtico publicè indultũ, per text.
in d. c. ſignificaſti, & in c. ſi diligenti. §. fi.
de for. comp. glo. ibid. in verb. manifeſta.
Panor. ſimiliter, text. in c. placuit. 11. q. 1.
Iuri † enim publico pactis priuatorum 8
non derogatur. text. in l. ius publicum. ff.
de pact. cum ſimilibus. Quoties igitur
quæritur de † renunciatione fori, an va- 9
leat, diſtinguendum eſt: vtrùm lex, vel
Princeps diſponat de foro, fauore ſupe-
rioris, an verò mera conſideratione pri-
uatorũ. Primo caſu, renunciatio & pro-
rogatio iuriſdictionis fieri nequit, abſq;
cõſenſu ſuperioris, vt in exẽptis, vaſallis,
& clericis dictũ eſt. Altero verò caſu va-
let renunciatio. Et ita intelligenda eſt
d. l. ſi quis in † conſcribendo, & iura quæ 10
de prorogatione partium loquuntur.
Regulariter enim iuri in ſuum & alteri-
us fauorem introducto nemo renũciare
poteſt: ſecùs ſi de vnius fauore tantùm
agatur, Bald. ſingula. in d. l. ſi quis in con-
ſcribẽdo. Fab. & alij Dd. cõmuniter ibid.
Hinc eſt, quòd donationi inofficioſæ pa- 11
ter etiam cum iuramẽto renunciare ne-
queat: quia huiuſmodi renunciatio non
ſolùm cõcernit fauorem patris, ſed etiã
liberorum: & ideo renunciatio & iura-
mentũ in prẹiudicium filiorum non va-
let, vnde factã donationẽ inofficioſam
reuocare poſſunt. Eſt cõmunis opinio ex
ſententia Barto. in l. Titia. la. 2. §. Impera-
tor. nu. 7. ff. de leg. 1. quẽ omnes ſequun-
tur, vt refert Curt. ſen. conſi. 1. nu. 8. Hinc

12 †quoq; eſt, quòd beneficio l.hac edictali.
C. de ſecund. nnpt. renunciari nõ poſſit:
quia fauor ille nõ eſt inductus tãtùm in
fauorem renunciantis, ſcilicet patris: ſed
etiã in fauotẽ filiorum, ergo illi l.nõ po-
teſt renunciari, etiã cum iuramento. Eſt
cõmunis & benignior opinio, quã tenet
Bar.in d.l.hac edictali.nu.2. Curt.d.con-
ſil.1.nu.16. in fine, nam eſt res inter alios
acta. Item iuramentum non firmat con-
tractum in præiudicium tertij, text. in c.
quãuis, de pact.in 6. Dd.ibid. & in c.quin-
tauallis, de iureiur. & in c. venientes, &
c.quemadmodum, eo.titu.& vbique Dd.
text.in l.fina.C. de non nu.pecu. Hinc
13 † quoque eſt, quòd patet beneficio l. ſi
vnquam.C.de reuoc.dona. ne iuramen-
to quidem renunciare poſſit: cùm non
ſolùm agatur de præiudicio patris, ſed e-
tiam liberorũ naſciturorum. Et licèt iſta
quæſtio adeò anceps ſit, vt deciſione Cæ-
ſarea indigeret, teſtantibus Hieron. Gra-
to.conſil.50.nu.65.incip.reuerendiſſime,
Tiraq. in repet.d.l. ſi vnquam, in præfa-
tione. nu.89. in fine, & plurimi ſunt, qui
partem affirmatiuam teneant, valere iu-
ratam renunciationem patris: tamẽ ne-
gatiuam partem veriorem & æquiorem
eſſe exiſtimo, idq́ue per plurimas ratio-
nes, quas ad longum deducit Curt. in d.
conſi.1.per totum. Tiraq.latè in vtramq;
partem vbi ſup. ad quos lectorem breui-
tatis gratia remitto. Porrò in quibus ca-
ſibus renunciatio non valeat, vide plenè
Felin.in c.ſi diligenti, de ſor.compet.

OBSERVATIO XLI.

Auocatio cauſarum an locum habeat in Camera.

SVMMARIA.

1 *Auocatio cauſarũ quando iure communi fieri poſſit.*
2 *Auocationis effectus.*
3 *Cæſar an cauſas à Camera auocare poſſit.*
4 *Imperator ex contractu obligatur.*
5 *Cameræ iuriſdictio eſt ordinaria.*
6 *Iuriſdictio ordinaria quando dicatur exercari.*
7 *An dominus poſſit ſubditum ſuum vigore priuilegij à Camera auocare.*
8 *Auocatio quid ſit.*
9 *Par in parem non habet imperium.*
10 *Appellatio à maiori iudice ad minorem non valet.*
11 *Auocatio expreſſa quæ.*
12 *Auocatio tacita.*

De iure † communi ſuperior cau- 1
ſam coram Inferiore ſuo iudice
pendentẽ, in eo ſtatu, quo eſt a-
pud illũ iudicẽ, ad ſe, motu proprio, vel
ad partis inſtantiam, auocare poteſt, (*ab-
fordern*) quæ quidem † auocatio hoc ope- 2
ratur, vt iuriſdictio iudicis inferioris ſta-
tim in ſuſpenſo, ipſiusq́; manus ligata:
adeò vt proceſſus poſteà per eum factus,
ipſo iure ſit nullus: ſoluitur enim iudi-
cium vetante eo, qui iudicare iuſſit. per
text.in c.vt noſtrũ, vbi Panor. nu.2. Phi-
lip.Franc.nn.3.de appel.tex.in c. eccleſia.
vt lit. pend. & in l. iudicium ſoluitur.ff.
de iud. Guid.deciſ.440. per totam. Spec.
tit.de remiſſio.§.nũc videamus.in princ.
Imò plus operatur auocatio, quàm appel
latio: auocatio enim cauſæ magis affi-
cit iuriſdictionem inferioris, quàm ap-
pellatio. Ideoq́; poſt factam auocationẽ
attentata fortiùs reuocantur, quàm poſt
appellationem. vt pulchrè notanr Pa-
nor. & Franc.in c. vt noſtrum.de appell.
per illum text. vbi exemplum ponunt in
vicario Epiſcopi, quòd poſt anocationẽ
Epiſcopi, iuriſdictio vicarij ſit ſuſpenſa.
An autẽ † Imperator poſſit cauſas in iu- 3
dicio Cameræ Imperialis Spiræ penden-
tes, ad ſe auocare, & inhibere Cameræ, ne
porrò in cauſa procedat? Minimè, quia
obſtat Ordinatio Imperij, part.2.titul.35.
Das dem Cammergericht ſein ſtracker lauff
gelaſſen werden ſoll/ hoc eſt, quod exerci-
tium iuriſdictionis Cameræ impediri nõ
debeat: nam † Imperator per modũ con- 4
tractus in Ordinationem Cameræ con-
ſenſit, ideò ad eius obſeruantiam etiam
de iure communi obligatur, text.in l.di-
gna vox.C.de ll. & ibid. cõmnniter Dd.
& in l. ex imperfecto. C. de teſta. Bald.
Iaſ.& alij in l.1.ff. de pact.Cano. in c. no-
uit ille, de iud. Pariſ.conſi.1.num.85.& 81.
volu.1. Zaſ. in terminis, conſil.10. num.
16.volum.2. Accedat, quòd iudicinm Ca-
meræ, tam à Cæſare, quàm Imperij Stati-
bus conſtitutum, & huc vſque continua-
tum ſit: ideoq́; omnium nomine Aſſeſ-
ſores præſentantur, & præſenrati recipi-
untur, iuxta Ordinationis, & Cõſtitutio-
num Imperij præſcriptum modum, vide
ad hoc omninò doctrinam Bal.in l.1.nu.
25.C.quom.& quan.iud.quem refert Iaſ.
conſ.144.nn.1.& 2.vol.2.incip.facti con-
tingentia. Vndè patet Camerã † habere 5
ordi-

ordinariam iuriſdictionem ab ordina-
tione Imperij, quę legis vim obtinet, tex.
in l.1. ff. de conſti. Princip. & in l. more
maiorum.ff.de iuriſdict.om.iudic. gloſſ.
ibid. in verbo alieno, & in l.& quia.ff.eo.
tit.iuncta gloſſ. in verbo nec ipſa, & ideo
eam contrario Imperio impediri non
poſſe. Proindè ſi Imperator mandet Ca
meræ, vt in tali cauſa iuſtitiam faciat, nõ
6 cenſetur delegare cauſam: ſed potiùs † iu-
riſdictionem ordinariam excitare, quia
hoc regulare eſt, quòd cõmiſſio ſuperio-
ris facta ordinario, eius iuriſdictionem
excitet, tex.& gl.in l. ſæpè, cum l.ſeq.ff.de
offic.præſid. Felin.in c.licèt. num.1.cum
ſeq.de offic.iudic.ordina. vbi communi-
ter Dd.& in c.penul.eo.tit.Mattheſ.ſing.
89 incip. Nota, quòd vbicunq;, vbi omni-
nò vide. Fallit tamen illa regula in qui-
buſdã caſibus, vbi ordinario per commiſ
ſionem ſuperioris tanrũ delegata iuriſ.
dictio cõceditur, vt latè per Feli.& Mat.
theſ. vbi ſupra. ſed hęc extra propoſitum.
7 Sed quid ſi † Princeps aliquis, aut Comes
ſubditum ſuum in Camera ab alio in ius
vocatum, vigore priuilegij Cæſarei, vel
ex alia cauſa auocare vellet, an auocatio-
ni ſit dandus locus? Minimè: Ratio, quia
iuriſdictio Cameræ, non per modũ auo-
cationis, ſed exceptionis declinari debet.
Poteſt ſuperior pro ſuo intereſſe compa-
rere, & allegare, vel exhibere exceptiones
incompetentiæ, nõ autem auocare cau-
ſam: auocatio enim fit à ſuperiore, cõtra
8 inferiorem, per iura allegata: quia † auo-
catio, ſiue euocatio, eſt litis pendẽtis co-
ram inferiore, ad ſuperiorem abſq; pro-
uocatione facta, tranſlatio, text.in d.c.vt
noſtrum, & in d.l. iudiciũ ſoluitur. Sed
Camerę iudicium nõ habet ſuperiorem,
cùm ipſum Cæſarẽ repræſentet, & cum
eo iuriſdictionẽ concurrẽtem habeat in
cauſis iuſtitię: ergo ab inferiore, videlicet
Duce, vel Comite, contra ſuperiorẽ ſcili-
cet Cæſarem, nõ poteſt fieri auocatio, qa
9 ſi † par in parem non habet Imperium.
tex.in l.ille à quo.§.tempeſtiuum.ff.ad S.
C.Treb.& in l.nã magiſtratus.ff.de recip.
arb.tex.in c.cũ inferior.de maio.et obed.
multò minus minor in maiorem, Dux
vel Comes in Cæſarem, vel eius Came-
ram. iuribus alleg. quemadmodum in
10 ſimili, nõ valet † appellatio à maiore iu-
dice ad minorẽ, quia eſſet abſurdum, &
contra definitionem appellationis, quæ
eſt à minore iudice ad maiorem prouo-
catio, vt notat pulchrè gl. in c.2. de con-
ſuet.libr.6.in verb.officiali. Dd.cõmuni-
ter ad rubr.extr.de appel. Marant.part.6.
tit.de appell. nu.3. De materia auocatio-
nis vide omninò Couar. pract. quæſtio.
cap.9. per totum, vbi exactè hanc mate-
riã tractat, & quòd auocatio ſit duplex,
expreſſa, & tacita. Expreſſa † quando Prin 11
ceps expreſſè cauſam ab inferiore auo-
cat, text.in d.c.vt noſtrũ. Tacita † ſi Prin- 12
ceps cauſam corã Ordinario iudice pen-
dentem, alteri ſciẽter deleget, nam tunc
tacitè cenſetur auocaſſe cauſam, tex.in c.
cæterum, de reſcript. & in c.paſtoralis.§.
fi.de reſcrip. Rota deciſ.6.eod.tit.in no-
uis, incip.ſi petatur. Marant.par.4.diſtin.
6.num.37. Item auocata dicitur cauſa, ſi
princeps cauſam ad Ordinariũ ſpectan-
tem, alteri deleget, nam per talem dele-
gationem cenſetur priuaſſe ordinarium
iuriſdictione, quóad illam cauſam, Bal.
in l.ſi vt proponis.la.1.C.quom.& quan.
iud.Iaſ.in d.l.more maiorũ.ff.de iuriſdi.
om.iudic. Feli.in c.quoniam Abbas, nu.
12.in fine, de offic.deleg. Maran.d.diſtin.
6.nu.37.vbi plures allegat.

OBSERVATIO XLII.

De nullitatibus proceſſus, & iuriſdictionis.

SVMMMARIA.

1 *Nullitates proceſſus non attenduntur in Camera.*
2 *In Principis conſiſtorio ſola facti veritate inſpecta procedendum.*
Clauſula ſola facti veritate inſpecta, quomodo intelligenda. Ibid.
3 *Camera eſt conſiſtorium Cæſaris.*
Princeps dicitur lex animata. Ibid.
4 *Nullitas proceſſus eſt iuris poſitiui.*
5 *Iudex ex officio circa proceſſum ſupplere poteſt.*
6 *Finis litibus imponi debet.*
7 *Nullitas proceſſus quando in Camera attendatur.*
Et qualiter in Cam. ſuper nullitate pronuncietur. Ibid.
8 *Nullitas iuriſdictionis omninò attendi debet.*
9 *Quia reddit ſententiam ipſo iure nullam.*
10 *Iudex Dux & Imperator iudicij dicitur.*
11 *Nullitas iuriſdictionis ſemper opponi poteſt.*
12 *Etiam poſt tres ſententias conformes.*
13 *Nullitas iuriſdictionis ſtatuto non poteſt excludi.*
14 *Neque partium conſenſu validari.*

MVltis modis iudicium nullum
dicitur, vt not. per Cano. in c.di-
lecto. vbi latiſſimè Philip. Frãc.

 de ap-

deappell.per totum. & in c.1.de re iudic.
Bart.& Dd.in l.ſi expreſſum.de appellat.
& in l. ſi vt proponis.2. C. quomod. &
quand.iud. Marant.part.4.diſtin.16. per
totum. Vant.in tracta. ſuo de nullit. per
1 diſcurſum. In Camera † Imperiali,nulli-
tates proceſſus, ſi aliâs de meritis cauſæ
ex Actis ſufficienter & liquidò conſtet,
regulariter non attenduntur, ita diſpo-
nente Ordinatione Cameræ,titu.34.§.1.
part.3. Ratio,quia in conſiſtorio Princi-
pis,magis de æquitate quàm rigore iuris
iudicari ſolet, idque in eum finem, vt li-
tes dirimantur,per text.notab.in c.ad pe-
titionem,extra de accuſat. vbi dicitur: Si
Princeps ſcit veritatem, non debet ire
per ambages.& Bald.in c.1.§.inueſtitura,
num.3.de noua form.fidelit. dicit, quòd
2 † Imperator ſola facti veritate inſpecta
cognoſcere & ſententiam proferre de-
beat. Idem in l. reſcripta.nume.6.C. de
precib. Imper. offeren. Deci. conſil. 631.
num.3.incip. Caſus de quo quæritur. Pa-
riſ.conſil.1.num.29.vol.1.vbi plures alle-
gat. Facit opt.tex.in l.ſi fideiuſſor.§.quæ-
dam.ff.mand.iuncta gloſ.ibid.in verbo,
de apicibus. Quod eſt intelligendum de
veritate legibus roborata. Nam ita clau-
ſula in reſcripto Principis poſita,ſola fa-
cti veritate inſpecta cognoſcas, intelligi
debet,per tex.not.in l.nemo.C.de ſent.et
interlo.omni.iudic. Bal.ibid.in fine.tex.
in Clem. ſæpè, verſ.nō ſic tamen,de ver.
ſignifi.gloſſ.notab. ibid. in verbo defen-
ſiones.Rota deciſ.2. per totā,de reſcript.
in nouis.Felin.in c.1.num.51.de conſtitu.
& in c. dilecti filij. nu.2. de iudic.Panor.
& alij ibid.Roma.ſingul.792.incip.Quid
3 important. cum apoſt. ibid. Sed † Ca-
mera eſt conſiſtorium ſummi Principis,
nimirum Imperatoris, habens cum eo,
ex contractu publico & conuctione Sta-
tuum, concurrentem iuriſdictionem, vt
dixi ſuprà Obſeruat.29. & Obſer.præced.
igitur huiuſmodi nullitates litium fini-
endarum fauore,ibi attendi non debent,
per iura allegata.Deci.conſ.699.nu.16.in-
cip.accepi reuerenter, vbi dicit Pontificē
& Imperatorem poſſe iudicare ſecūdum
eorum conſcientias, licèt hoc alijs infe-
rioribus interdictum ſit: ſed iudicare de-
beant ſecundum allegata et probata,Bal.
in l.1.C.vt quæ deſunt Aduoc.& in c.1.§.
fin.nu.3. de noua forma fidelit.vbi dicit,
quod illud, quod facit Princeps, facit vt
Deus, & Deus eſt ipſa veritas, & non fal-
lit, nec fallitur, & ſola veritate facti in-
ſpecta iudicare debet, cùm ſit lex anima-
ta in terris,tex.in §.fi. in Auth.de conſu-
lib.glo.ibid.in verbo legem, & in l.more
maiorū,in verbo alieno.ff.de iuriſd.om.
iud.& fons iuſtitiæ. text. in Clem.vnica,
de probatio.et ideo in eo recta voluntas,
& nulla iniuſtitia præſumitur, per iura
allegata, Alex.conſi.240. num.10.vol.6.
incip.perſpectis,& text.in l.digna vox.C.
de legib. Dd.ibid. Quibus accedat,quòd
† nullitas proceſſus ſit iuris poſitiui, non 4
concernens, neq; partium, neq; cauſarū
merita, prout hoc prolixiùs explicatum
eſt infrà eod.Obſerua.75.per allegata ibi-
dem : Facit ad hoc elegans doctrina Pa-
nor.in c.cauſam quæ. nu.3 .de iudic. vbi
pro regula tradit: Iudicē † ex officio ſup- 5
plere poſſe,quoties ob defectum alicuius
ſolennitatis iudicium deficeret:quia ſup
plementum illud non concernit ſolùm
partium vtilitatem : ſed etiam fauorem
publicum, vt litium ſit finis, text.in c.fi-
nem litibus. de dol. & contuma. & in l.
quidam exiſtimauerunt.ff.ſi cer.pet.cum
ſimil. Innoc. in d. c. finem litibus. dicit,
quòd iura debeant tendere ad abbreuian
das lites, cùm id ſpecialiter fauore Rei-
pub.Indultum ſit. Quarè in decidendis
cauſis Iudex non debet de huiuſmodi
nullitatibus nimis ſolicitus eſſe, ſed ma-
gis curare vt † finis litibus imponatur,d. 6
c.finem litibus.de dol.& contuma. text.
in l.properandum. in princip.C. de iud.
text.in l.2.C. de temp.appell. Cæterùm
ſi omnia ſint confuſa, totus nimirum
proceſſus inordinatus,acta manca et im-
perfecta,ita vt Iudex appellationis,ex iiſ-
dem animum ſuum informare non poſ
ſit, iuxta text. not. in c. in præſentia, de
renunciat. tunc omninò ſuper † nulli- 7
tate proceſſus pronuntiandum, quoni-
am ex his,quæ inordinatè ſunt acta,non
poteſt ordinabiliter agi, text. in c. qua-
liter, el.1. de accuſat. prout hoc caſu in
Camera etiam ſuper nullitate pronun-
ciatur, hoc pacto, das durch Richter vori-
ger Inſtantʒ nichtiglich gehandelt / proce-
dirt / vnd geurtheilt / vnd vberflüſſig dauon
appelliert ſie / id eſt, decernimus, quod
per Iudicem prioris inſtantiæ nulliter
actum, proceſſum, & iudicatum, & ſu-
perfluè

perſinè appellatum ſit, & tali caſu ple.
rumque partibus iniungitur, vt ibidem
in principali cauſa, de nouo procedant:
quanquàm appendix illa etiam ſilentio
8 prætermitti conſueuit. Nullitates † ve.
rò quæ ex defectu iuriſdictionis proce.
dunt, omninò attendi debent, quemad.
modum etiam quotidiè attenduntur, nō
ſolùm in decidendis cauſis: verùm etiam
in decernendis proceſſibus: tales enim
9 † nullitates redderent ſententiam ipſo
iure nullam, text. in l. 1. §. hæc autem ver.
ba. ff. quod quiſque iur. & in l. 1. & ibi Bar.
in prin. C. de pedan. iud. tot. titu. C. ſi à nō
compe. iud. Vant. in tract. de null. ex de.
fec. iuriſd. Iudex enim eſt potiſſima pars,
baſis, & fundamentum iudicij, Bald. ad
rubr. d. titu. C. ſi à non compet. nu. 2. vbi
10 Iudicem † ducem & Imperatorem iudi.
cij vocat. Et iudicatum dici non poteſt
ab eo, qui ius dicendi poteſtatem nō ha.
buit, text. in l. 1. §. fi. ff. ad S. C. Tertyl. & in
d. l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quiſque
11 iur. & in l. 2. §. fin. ff. de pœ. Et ideò talis †
nullitas iuriſdictionis ſemper opponi
poterit, gloſſ. in Clem. 1. de ſequeſtra. poſ.
ſeſſ. in verbo fin. Dec. conſil. 520. num. 12.
incip. in cauſa Piſtorienſi. Idem conſil.
681. num. 24. incip. viſo puncto. Soci. ſen.
conſi. 46. nu. 42. volu 4. & conſi. 83. nu. 26.
12 eod. vol. etiam poſt tres † ſententias con
formes: ſi modò euidenter de nullitate
ſententiæ ex actis conſtet, quia tali ca.
ſu non habet locum Clemen. 1. de ſent. &
re iudic vt pulchrè declarat Alex. conſil.
77. nu. 9. & num. 11. vol. 2. inci. In cauſa &
lite, per allegata ibid. & conſi. 106. nu 28.
vol. 3. inci. viſo themate. Bald. Sali. & Dd.
in l. 1. C. ne lic. ter. prouo. Dd. in l. ſi expreſ
ſim. ff. de appell. Pariſ. conſi. 23. num. 102.
cum ſeq. vol. 2. & conſi. 45. nu. 28. cum ſeq.
13 volu. 1. vbi dicit. quòd † nullitas ex defe.
ctu iuriſdictionis nunquàm excludatur,
etiam eo caſu quo ſtatutum tolleret nul
14 litatem, vel à †. partibus conuentum eſ.
ſet non dicere de nullitate. Idem not.
Deci. d. conſil. 681. num. 26. cum ſequen.
Angel. in l. non erit. ff. de iureiur. Philip.
Franc. in c. dilecto. nu. 125. & 132. de appel.
Philip. Port. libr. 4. commu opinio. con.
cluſ. 24. vbi dicit hoc procedere, etiamſi
partes iuràſſent non dicere de nullitate.
Felin. ad rubr. de for. compet. nu. 2. Idem
in c. paſtoralis. de exceptionib. nume. 11.
pulchrè Alex. d. conſil. 77. nu. 8. cum ſeq.
Gozadin. conſil. 72. num. 6. incip. in cau.
ſa ex ciuitate. Plures ampliationes & li.
mitatiōes huius Obſeruationis, vide per
Portium loco allegato.

DE ADVOCATIS ET PROCVRATORIBVS.

OBSERVATIO XLIII.

De patrocinio Aduocatorum, & Procuratorum Cameræ.

SVMMARIA.

1 *Aduocatus cogitur partibus inſeruire.*
2 *Fallit in Procuratore.*
3 *Officium Aduocati eſt publicum & neceſſarium.*
4 *Officium aduocationis eſt honorabile, laudabile, & vitæ humanæ perneceſſarium.*
5 *Officium procuratoris vile.*
6 *Procurator Cameræ cogitur inſeruire partibus, ſicut Aduocatus.*
7 *Procuratoris officium in Camera honorabile.*
8 *Quia ibi eſt conſiſtorium Cæſaris.*
9 *Excuſationes Aduocati vel Procuratoris admittendæ.*
10 *Pupillis & miſerabilibus perſonis Aduocati & Procuratores ex officio dandi.*
11 *Procuratores pauperibus gratis inſeruire debent.*
12 *Remoueri ab officio pœna eſt.*
13 *Medicus pauperem gratis curare debet.*
14 *Doctor iuris compelli poteſt vt gratis inſeruiat pauperi.*
15 *Pauperibus Acta gratis edenda.*
16 *Item iuſtitia gratis adminiſtranda.*
17 *Iuramentum de non aduocando ſine ſalario quomodo intelligatur.*
18 *Pauperes verè qui.*
19 *Commiſſiones in cauſis pauperum quomodo decernuntur.*
20 *Ceſſio bonorum non liberat ab actione, ſed à carcere.*

ADuocatus † de iure 1
compelli poteſt per
Iudicem, etiam de.
legatū, vt patroci.
niū ſuſcipiat, text.
nota. in l. 1. §. ait.
prætor. el. 1. iuncta
gloſſ. in verb. non
habebunt. ff. de po.
ſtulan. & in l. prouidendum. §. 1. C. eod.
tex. in c. 1. de offi. iud. vbi glo. in verbo im
plorando. Feli. ibid. nu. 2. Idem Feli. in c.
ſi pro debilitate. num. 9. de offi. deleg. tex.
valde ſing. in l. nec quicquam. §. aduoca.

tos,& §.fin.ff.de offic.proconſ.& leg.Iaſ.
in l.3.C.de procuratoribus. Dabit igitur
Iudex petentibus Aduocatos, maximè ſi
quis per porentiam aduerſarij non inue-
nire ſe Aduocatum dicat, text.in d.l.nec
quicquam.§.aduocatos,& §.fi. Compel-
litur autem ſub pœna priuationis officij,
d.l.prouidendum,ibi careat foro. Secùs
2 eſt † in procuratore,quia inuitus manda-
tum ſuſcipere nemo cogitur,text.in l.in-
uitus.C. de procurat. Ratio diuerſitatis
3 eſt,quòd officium † aduocationis ſit pub-
licum & neceſſarium,ad quod quis inui-
tus compelli poſſit, niſi iuſtã habeat ex-
cuſationem,tot.tit.ff de mune. & hono-
rib.tex.in l.pen.§. qui antem.ff. de vacat.
& excuſat.mune. & in l.ſancimus.Ia.1.C.
de aduoc.diuerſ.iudic.gloſſ.in l.2. in ver-
bo,cõſenſum.C.de proximis ſacro. ſcri-
nio.libr.12. Felin.in d.c.ſi pro debilitate.
4 Item † quod officium aduocationis ſit
honorabile,laudabile, vitæque humanæ
non minus neceſſarium, quàm ipſa mi-
litia atmata,per text.elegantem,& à To-
gatis albo lapillo notandum, in l. aduo-
cati.C.de aduoc.diuer.iudic. & in l.1.& l.
laudabile.C. de aduoca.diuerſ.iudicum.
5 Officium † verò procuratoris vile,tex.in
l.ſi quis procurationẽ.C. de decurionib.
lib.10.glo.ibid.in verbo vtilitatem:adeò
vt etiam infamis de iure Ciuili poſſit eſſe
procurator,tex.in §.fi. Inſt.de except.Iaſ.
plenè ibid.nu.2.glo.in d.l.1.§.ait prætor,
2.in verbo certis.ff. de poſtul. Bald. ibid.
circa medium. Prætereà cum procurato-
re contrahitur,Bald.in d.l.inuitus,num.
1. ſed contractus ſunt ab initio volun-
tatis,text.in l.ab initio.C. de nupt. & in
l. ficut.C. de actio. & oblig. cum ſimi-
libus,igitur inuitus non poteſt cogi con-
trahere. text. in l. in commodato. §. ſi-
cut.ff.cõmod.& in l.nec emere.C.de inr.
delib.tex.in l.inuitũ.C.de contrah.emp.
& in l. quamuis. ff. de pignorati. actio.
6 Fallit † hæc diſtinctio in Camera, quia
perinde coguntur procuratores ſuſcipe-
re procurationem, atq; Aduocati patro-
cinium, per text. Ordination. part. 1. ti-
7 tul.19.§.5. Ratio, quia officium † procu-
ratoris in Camera non eſt vile,ſed hono
rabile, tam ratione perſonarũ(quòd ne-
mo ibi in numerum procuratorum re-
cipiatur, niſi ſit Doctor vel Licentiatus)
8 quàm loci: quia † Conſiſtorium ſummi
Principis, ſcilicet Imperatoris & Statu-
um. Er aliâs d.l.inuitus: non procedit in
procuratore Palatij, qui operam ſuam
clientulis locare ſolet, vt notant ibid.
Caſtr.& Iaſ.num.2. Et licèt de iure Ciui-
li infamis, vr dictum eſt procurator eſſe
poſſit:cùm eius officium ſit vile, vbi di-
gnitas perſonæ non attenditur, Bald. in
d.l.1.§.ait prætor, 2.tamen ſecus eſt de iu-
re Canonico, text.in c.2.3.q.7. gloſſ.ibid.
in verbo nec procurator. Iaſ.in d.§.final.
Et moribus noſtris in iudicijs benè con-
ſtitutis, infamis procuraror eſſe nequit.
Quibus accedat,quòd omnis procurator
in Camera, ſit quoque Aduocatus, &
non vice verſa. Imò procuratotum Ca-
meræ conditio pinguior & vberior eſt,
grandiusq; vber haber quàm Aduocato-
rum. Poſſunr tamen † vtriq; ob iuſtas & 9
legitimas cauſas ſe apud iudicem excuſa-
re,argument.l. humanitatis.C. de excu-
ſat.tuto. text.in l. non ſolùm. §. final.ff.
eod.titul.text.notab. in l.ſi longius.ff.de
iudicijs, & in l.munerum.§.iudicandi ff.
de muneribus & honoribus, text. in d.c.
ſi pro debilitate,de offic.deleg. Feli. ibid.
num.4.in fine, Salic.ibid.quæ ſi releuan-
tes ſunt,recipiuntur,& in locum excuſa-
torum alij ſubſtituuntur, & deputantur,
d.l.ſi longiùs, & l.iudex.ff. eod. titul.glo.
in d.l.ſancimus.1.in verbo arbitrium.C.
de Aduoc.diuerſo.indicio. Porrò pupil-
lis † & miſerabilibus perſonis, iudex ex 10
officio,& non petentibus, Aduocatos &
procuratores dare debet, text. in l. nec
quicquam §.Aduocatus.ff. de offic. pro-
conſ. Bartol. in l.4.§. hoc aurem iudici-
um. num.1. circa fin. ff. de damn.infect.
Prætereà obſeruandum,quòd † Aduoca- 11
ti & procuratores pauperibus in Came-
ra gratis, & ſine vllo vocis precio,vt cum
Iuuena. loquar, inſeruire teneantur, &
ad hoc compelli poſſunt, ſub pœna non
ſolùm pecuniaria, ſed etiam priuationis
officij,per text. in d.l. prouidendum.§.ſi
quis verò.C.de poſtul. text. in l.1.§.& vr-
be.ff.de offic.præfec.vrbi. Et † remoueri 12
ab officio, non eſt leuis pœna, text. in l.
moris eſt,ff.de pœnis, & tex.in l.inuitus.
§.ſub pœna.ff. de procuratorib.glo.ibid.
in verb.denegetur, Rom.conſi.326.nu.1.
incip.vt præmiſſa.Idque procedit,ſi non
habeãt iuſtam excuſationis cauſam, quæ
vt dixi admittitur. Ad hoc vide Guid.
deciſ.

deciſ.561. per alleg. ibid. & Felin. in d.c.1.
de offic.iudic. vbi hoc extendir ad Medi-
13 cum, † quòd pauperem gratis curare, &
præmium à Deo expectare debeat, Bar. in
l. Archiatri.C. de profeſſo. & medic. lib.
14 10. Et † Doctor iuris compelli poteſt gra-
tis inſeruire pauperi, glo.not.in d.l.2.C.
de proxi. ſacro. ſcrinio.libr.12. Felin. vbi
ſup.Couat.pract.quæſt.cap.6 nu.4. Do-
min.Soto Theologus doctiſſimus, libr.5.
de iuſtit. & iure, quæſt.8. articul.1. vbi di-
cit, Aduocatum patrocinium ſuum pau-
peri detrectātem mortaliter peccare. Sic
15 index inferior, acta † pauperibus, gratis
in Camera, tanquàm iudicio ſuperiori
edere tenetur, ne pereat iuſtitia, per text.
in §.ſi tibi quoq; , Auth.de mandat.prin.
gloſ.ibid.in verb.gratis. vbi dicitur, quòd
16 † iudex pauperibus & miſerabilibus per-
ſonis, gratis Iuſtitiam adminiſtrare de-
beat. Ad idem facit text.in l. nulli licere.
§.poſt vnius.C.de epiſcop. & cler.text.in
l. tam demenres, in fi.C. de epiſcop. aud.
text.in §.ſi quis autem, verſi. hoc autem,
Authen.de iudicib. Item Commiſſarius,
ad recipiendum & examinandum teſtes,
officium ſuum & laborem gratis paupe-
ribus impartiri deber, per iura allegata,
Spec.titu.de ſalario.§.fina.verſic. ex præ-
miſſis, gloſſ.in c. ſtatutum.§. inſuper, in
verbo, pauperes, de reſcript.in 6, Felin.in
17 d.c.1.de offic. iudic. vbi † dicit iuramen-
tum Aduocatorum de non aduocando
ſine ſalario, nõ extendi ad cauſas & per-
ſonas pauperum. Iſta ſunt intelligenda
18 de pauperibus † extrema paupertate la-
borantibus, & qui iuramentum pauper-
tatis in Camera præſtiterunt, text.& glo.
in d.c. ſtatutum. §. inſuper, in verbo no-
tabiliter, Feli.in d.c.1.num.3. de offic. iu-
19 dic. Conſueuerunr autem in † cauſis
pauperum cõmiſſiones decerni ad Ma-
giſtratum eius loci, ſub quo teſtes domi-
cilium habent, ne alij huiuſmodi com-
miſſionibus, cum iactura rerum ſuarum,
plus æquo grauentur. Sic factum in cau-
ſa Rechle contra Baumgartner/ & alijs
multis cauſis. Eadem ratione proceſſus
ex cancellaria pauperibus gratis dantur,
& nuncij Cameræ eorum executionem
gratis facere: ſi tamen cauſam obtinue-
rint, in executione ſumptus factos reſun
dere, & reſarcire debent, quia tũc cenſen
tur ad pinguiorem fortunã perueniſſe:
vnde meritò ſumptus neceſſarios reſun-
dunt, nè locupletentur cum alterius ia-
ctura: quemadmodum in ſimili in † ceſ- 20
ſione bonorum receptum eſt, quæ nõ li-
berat cedentem ab actione, ſed tantùm à
carcere, text.in §.fi. Inſtit. de act.& in l. is
qui.ff. de ceſſio. bono. & ideo ſuper po-
ſteà acquiſitis conueniri poteſt, deducto
nè egeat, text.in d.§.fin. & in d.l. is qui, &
in l.cùm & filijfamiliâs.C.eod.tit.text.in
l. ex contractu.C. de bonis auth. iudi.
poſſid.

OBSERVATIO XLIIII.

De ſalario Aduocatorum & Procuratorum.

SVMMARIA.

1 *Pactum de quota litis non valet.*
2 *Secùs ratione palmarij.*
3 *Procuratores qua actione ſalarium exigere poßint.*
4 *Taxatio laborum quomodo facienda.*
5 *Monitoria pro deſeruito ſalario quando decernẽda.*
6 *Item quando Executoriales.*
7 *Sententia facit debitum liquidum.*
Res iudicata pro veritate habetur. Ibid.
8 *Duplici officio fungens duplex ſalarium habere debet.*
9 *An vnus plures dignitates & officia habere poßit.*
10 *Honoraria dignitates ſunt ſine adminiſtratione.*
11 *Duo beneficia curata vnus poßidere nequit.*
Si in ijs quæ ſunt contentioſæ iuriſdictionis vnus plurium vices ſuſtinere prohibetur, ſecùs in voluntaria iuriſdictione. Ibid.
12 *Salarium quo tempore Aduocatis & procuratoribus debeatur.*
13 *Profeſſoribus non docentibus an & quando ſalarium debeatur.*

QVamuis regulariter Aduocatus
vel procurator de † quota litis 1
paciſci non poſſit, text.in l.quiſ-
quis.§. præterea nullum, & in l. ſi qui.C.
de poſtu.text.in l.ſi contra.C.mandati, &
in l. ſi qui.C.de poſtu.text.in l.ſi cõtra.C.
mãdati.et in l.litẽ.C.de ꝓcur.tex.in l.ſum-
ptus.ff.de pact.& in l.nec quicquã.§.circa
Aduocatos.ff.de off.proconſ.& leg.text.
in l.ſi remunerãdi.§.fi.cũ l.ſeq.ff.mãdati,
tamen † ratione palmarij, id eſt, victoriæ, 2
pactum, vel ſtipulatio valet, text.in l.1.§.
litis.ff.de var.& extraord.cognit.& in d.
l.quiſquis.§. præterea, atque eo nomine
vel certi condictio, vel ex ſtipulatu † a- 3
ctio, aut officium iudicis competit, gloſſ.
notab. in l. vnica.C. de ſuffrag. in verb.
conſtrinxerint. Specu.tit. de ſalar.aduo-

4 cat.§.1.nu. 4. In exigendo aurem † ſala-
rio,quod in ſolutum datum eſt, compu-
tari debet cũ eo quod debetur: ne vtrun-
que compoſitum licitam quantitatẽ ex-
cedat,tex,in d.l.1.§. litis cauſa,vbi defini-
tur,quæ dicatur licita quantitas. Ita quo-
tidie in Came.Impe.obſeruatur, quoties
Aduocatorũ vel procuratorum labores
per interlocutoriã æſtimãtur ſiue taxan-
tur,quia decernitur, vt inprimis à taxata
ſumma deducãt, quod anteà in ſolutum
datum eſt, was ſie zuuor daran empfangẽ.
Iurant etiã Aduocati et procuratores ibi-
dem,quãdo recipiuntur,ꝙ vltra taxatam
à iudice ſummã nihil à partibus exigere
velint:vti videre eſt ex formula iuramen
ti in Ordinat.par.1.tit.63.cũ ſeq.& tit.46.
ead.part.tex.in l.ſi ſub ſpecie.C.de poſtu-
lan.glo.ibid.in verbo certum,text.in d.l.
1.§.In honorarijs.ff.de varijs & extraord.
cognit. Illud obiter obſeruandum,quòd
5 olim in Camera pro † deſeruito ſalario
Monitoria cõtra clientes, ſiue partes de-
cernebantur, quod hodie immuratum
eſt, ex viſitationis receſſu, & citationes
decernuntur: quia cauſæ cognitio præce-
dere debet, an licitè cum partibus con-
tractum ſit nec ne, an pactum ſit impro-
batum contra d.l.litem, & alia iura con-
cordãtia, ſuprà allegata. Fallit,ſi labores
Aduocatorũ vel ꝓcuratorum, iudiciali-
ter ꝑ ſentẽtiam iudicis ſemel taxati ſint,
& pars ſit in mora ſoluendi:quo caſu,ra-
6 tione taxatorum laborum, † executoria-
les, cùm rem iudicatam ex ſacta iudicis
æſtimatione pro ſe habeant, petere poſ-
ſunt. Vide etiam hoc caſu ſupplicatum
extraiudicialiter, ꝓ Monitorio ſiue præ-
cepto de ſoluẽdo, illudq́; decretum: quia
7 cùm † debitum ſit liquidum per ſenten-
tiam, quia ſententia liquidũ facit,text.in
l.1.C.de condict. indeb. & in l.ſiue cõtra,
ff.de liber.agnoſc. Roland.conſil.83.nu.
12.cum ſeq.volum.1.inci. videtur prima.
Alex.conſi.13.nu.1.vol.4.Incip. quæritur
vtrùm. non habet opus alia cognitione,
ſed tali caſu iudex à præcepto incipere
poteſt,vt not.Dd.in l. de pupillo.§. me-
miniſſe.ff de no.oper.nunc. res enim iu-
dicata ꝓ veritate habetur,tex.in l. res iu-
dicata.ff.de reg.iur. text.in l. ingenuũ.ff.
de ſtatu homi.cum ſimilibus. Rectiùs ta-
men & meliùs faciunt,quando Executo-
riales accipiunt. Et quoniam in Camera
procuratores,plerunque etiam Aduoca-
torum, & ſic † duplici munere fungun- 8
tur,rectè & inculpatè,vtriuſque muneris
nomine ſalaria exigunt, & exacta debitè
recipiunt,per text.notab.in l. his ſchola-
ribus.C.de erogat.militaris annonæ, lib.
12.Plat.ibid.nu.1,dicẽs ꝑ illum text.quan-
do quis vtitur duplici officio,ex legis ſta-
tuti,ſeu ſuperioris permiſſione, quod ꝓ
vtroque ſalarium habere debeat. Idem
pulchrè in l.3.nu.2. cum ſeq C. de digni-
tatibus.eo.lib glo in Auth. vt iudic. ſine
quoque ſuffrag.§. illud tamen. in verb.
officijs. Quo pertinet,quod quoties iura
duorum concurrũt in perſonam vnius,
idem ſeruetur in perſona vnius, quod in
duabus,text in l. ſi mihi & tibi,ff.de lega.
1.Bart.ibid.nu.1 tex.in l.Titia.§.qui Mar-
co.ff.de annu.leg. & in l. tutorem.ff. de
his quib.vt indig.Plat in d.l 3.num.3. Et
regulariter † plures dignitates, honores 9
vel officia, & ſic vicem plurium ſuſtine-
re atq; exercere quis poteſt, vno eodem-
q́ue tempore, quando non habent anne-
xam adminiſtrationem, vt in † honora- 10
rijs dignitatibus: aut ſi habeant, ſibi mu-
tuo non repugnent,ſed ſe inuicem com-
patiantur, vt in munere Aduocatorum
& procuratorum, quorum officia ſunt
ſeparata,& diuerſis temporibus cõmodè
expediri poſſunt. per text notab. in c.pe-
nul.§.porrò.de electio.in 6.et in c.1.de of-
fic.deleg.gl. in c 3.in verbo vices,de pro-
bario.Felin ibid.num.10.text.in l.ſi con-
ſul.ff.de adopt.glo.& Bart.ibid nu.1.tex.
in l.1.ff.de offi.præſid.pulchrè Plat.in d.l.
3. Idem in l. eis quidẽ.C. qui milita. poſſ.
vel non,lib.12.num.1. Secus ſi iſtam con-
iunctionem non admittant : ita quòd
vnius adminiſtratio impediat alterius
adminiſtrationem,d.l.eis quidem.Bald.
in prima conſt.Cod.§. ideoq́;. nu.2. Vbi
exemplum ponit in duobus † beneficijs 11
curatis, quæ ab eodem adminiſtrari ne-
queunt,cùm non poſſit eſſe vno eodem-
q́ue tempore in diuerſis locis, ideo ſin-
gula officia ſingulis ſunt committenda
perſonis,per tex.notab.in c.cùm ſingula.
de præben.in 6. & in c. quia nonnulli,de
cleri.reſid. Plat.in d.l eis quidem, & in l.
ſi plures.ff. de pactis, text. not. in l.ille à
quo. §. tempeſtiuum.ff. ad S. C. Trebell.
Imol.ibid. text.not. in l. hac parte.C. de
proximis ſacrorũ ſcriniorum.lib.12.glo.
ibid.

offic. Aſſeſſo.text. not. in l.fin. §. nec ſit
conceſſum,C.de Aſſeſſorib.Felin.in d.c.
3.num.10.de probat. vbi duabus conclu-
ſionibus hanc marerlam concludit:qua-
rũ Prima,quod in iuriſdictione conten-
tioſa, nõ poſſit quis vices pluriũ ſuſtine-
rẽ, vtputà, nemo poteſt eſſe ſimul Aduo-
catus,& Adſeſſor:Iudex,& Teſtis:vel Iu-
dex,& Notarius. Secunda cõcluſio eſt,
quod extra iudiciũ,vel in iudicio volun-
tariæ iuriſdictiõis, vbi nõ eſt impedimẽ-
tũ iuris,vel facti, poſſit quis fungi dupli-
ci officio,d.l.ſi cõſul, vbi latè Bart. & per
alia iura ſupra allegata. Fallit tamen iſta
ſecunda concluſio in multis caſibus no-
taris per Felin.in d.c.3. num. 10. vbi om-
12 ninò vide. Porrò, quòd † ad ſalaria Ad-
uocatorum & Procuratorũ attinet,ſcire
oportet totius anni ſalarium deberi, ſi
Aduocatus, vel Procurator initio, vel
medio anni moriatur, aut aliàs ſe viuo,
per eũ nõ ſtat,quo minꝰ operas ſuas præ-
ſtet:quia quãdò ſalariũ debetur ex diſpo-
ſitione legali,vel quæ eius loco ſuccedit,
purà ſi per ſtipulationẽ promiſſum ſit ſa-
lariũ, tunc tot ſunt obligationes, quot
ſunt anni,& ideò pro anno cœpto, totiꝰ
anni ſalariũ debetur,ita vt ſalariũ initio
anni ſolutũ,pòſt,ob impedimentum ſu-
perueniẽs, repeti nõ poſſit, per rex. nota.
in l.1.§.diuus Seuerus.ff.de varijs &extra-
or.cognitio.glo.notab.ibid.in verbo,re-
peti.Bar.& Dd.ibid.text. In l. diẽ functo,
ff.de offi.Adſeſſo.Alberi.ibid.nu.7. text.
expreſſus in l.qui operas.ff.locati, vbi di-
citur,ꝙ Aduocati ſi per eos nõ ſtetit,quò
minus cauſam agãt, honoraria reddere
nõ debeant,tex.in l.ſed addes.§.fi.ff. eod.
tit.glo.ſing. in l. ſi vno. §. item cum qui-
dam.in verbo, perſonis.ff. dicto tit. text.
in l.penulti. C.de condict. ob cauſ. Nat-
ta prolixè conſi.452.per totum incip. ca-
ſus præſens.Eadem ratione profeſſoribꝰ
13 nõ † docentibus,ob graſſantẽ peſtẽ,vel a-
liud legitimum impedimentum, totius
anni ſalarium debetur,quia non ſtat per
eos,per iura allegata. Deci. pulchrè con-
ſil.70.nu.1.cũ ſeq. Incip. & pro tenui fa-
cultate. Natta d. conſ.452.nu.6.per mul-
ta allegata ibidem, vtrobique hoc limi-
tanr,vt non procedar, ſi ſub conditione
expreſſa cõtractum ſit:vtputà, ſi promiſ-
ſum ſir ſalarium,ſi operæ præſtẽtur: quia
tunc exiſtentia conditionis requiritur.
Cyn.in d.l.penul.C. de condict.ob cauſ.
Bar.in d.l.ſi vno.§.item cùm quidam, &
in d.l.1. §. diuus Seuerus, per text. in l. ſi
vehẽda.ff.ad l.Rho.de iac.tex.in l.in illa
ſtipulatione.§.ſi Calendis.ff.de verb.ob-
lig.tex.in l.cedere diem.§. ſub conditio-
ne.ff.de verb.ſignif.

OBSERVATIO XLV.

Dominus an reſtituatur in integrum aduerſus negligentiam Procuratoris.

SVMMARIA.

1 *Negligentia Procuratoru nocet dominõ.*
2 *Ratio.*
3 *An dominus reſtituatur in integrum aduerſus negligentiam Procuratoris.*
4 *Quòd actionem mandati ad damna & intereſſe habeat.*
5 *Procurator de omni culpa tenetur.*
6 *Procurator ſi non ſit ſoluendo, dominus reſtituitur.*
7 *Procuratore per negligentiam non appellante, neq; ſoluendo exiſtente, tempus decendy domino nõ currit, niſi à die notitia.*
8 *Sententia contra maritum lata in re dotali an noceat vxori.*
9 *Cautela ad obtinendam reſtitutionem aduerſus negligentiam Procuratoris.*
10 *Soluendo aliquem eſſe quomodo cognoſcatur.*

COmmunis obſeruatio eſt, † ne- 1
gligentiam Procuratoris noce-
re domino, die verwarloſung ei-
nes Anwaldts/per tex.in l.ſi Procuraror,
C.de procurat.tex.in l.tranſactionis pla-
citum.C.de tranſact.gloſſ.ibid.in verbo
derogauit,gloſſ.ſing.in c.1.in verbo. fin.
vt lit.non conteſt.cum allegat.ibid Bar.
in l.vnic. §. ſi procurator.numer. 1. ff. ſi
quis Ius dic.non obtemp. & in l.certum,
§.ſed an & ipſos.nume. 2. ff. de confeſſ.
Philip. Franc. in c. cùm in poſitionibus,
num.3.de iureiur. Ratio,† quia ſibi im- 2
putare debet dominus, quòd negligen-
tem Procuratorem elegerit, text. in l.cũ
mandato,in fin,ff.de mino.& in l.ſed &
ſi,§.fin.ff.de inſtito.actio.gloſſ.in c.1.&2.
in verb.reſtituimus.de In integr. reſtitu-
tion.Sed ſæpè quæſitum, an non † denir 3
ei reſtitutio in integrum aduerſus talẽ
negligentiam? Obſeruandum quòd nõ,
eò quòd ordinarium remedium aduer-
ſus

ſus negligentem Procuratorem habeat:
4 nimitùm † actionem mandati, ad dam-
na & intereſſe, text. in l. ſi remunerandi.
§.1. & in l. ſi Procuratorem dedero. §. ſi
tutores. ff. mandat. tex. in d. l. ſi Procura-
tor. & in l. licet, §. ea obligatio, ff. de pro-
curat. Panor. in d. c. 1. nu. 22. vt lit. nō cō-
teſt. Spec. tit. de Procur. §. 1. nu. 16. gloſſ. in
c. qui generaliter. §. fin. de Procurat. in 6.
Quæ quidem actio mandati non ſolùm
competit domino ratione doli, ſed etiā
5 leuiſſimæ culpæ. Nam de † omni culpa,
lata, leui, & leuiſſima Procurator tene-
tur, idq́; propter tacitā aſſertionem indu
ſtriæ, text. in l. à. Procuratore. C. mand.
gloſſ. ibid. in verbo omnem. Cy. & Dd.
communiter ibid. Et memini in cauſa
quadam Procuratorē ob negligentiā, in
producendo mādato paritionis, grauiſ-
ſima pœna pecuniaria punitum fuiſſe.
Hæc tamen obſeruatio & doctrina ſin-
6 gulariter fallit, ſi † procurator negligēs,
non ſit ſoluendo, ita quòd dominus dā-
na & intereſſe ab eo actionis via conſe-
qui nō poſſit: nā tunc reſtitutio in inte-
grū domino petenti cōcedenda eſt, vt eſt
gloſ. not. in d. c. 2. in verb. negligentia. &
in verb. reſtituimus, de in integr. reſtitut.
per. tex. ſingul. in l. itaque fullo, ff. de furt.
& in l. fin. §. planè. ff. de eo per quem fac.
erit, text. in l. & eleganter. §. penul. ff. de
dol. malo, & in d. l. ſi procuratorem, §.
ſed & ſi, & in d. l. cum mandato. Panor.
in d. c. 1. nume. 16. vt lit. non conteſt. Fe-
lin. ibid. nume. 6. vbi hoc declarat. Bald.
in Auth. hodiè. C. de appell. numer. 3. Ex
hac fallentia illud obſeruandum, quòd
7 † Procuratore per negligentiam non ap
pellante, & non exiſtente ſoluendo, do-
mino non currat tempus decendij, niſi à
tempore ſcientię latę ſententiæ, eſt limi-
tatio ſingularis ad d. Auth. hodie, ita Fel.
in d. c. 1. nu. 6. vt lit. non conteſta. Quem-
8 admodū in ſimili, ſententia † cōtra ma-
ritum agentem rei vindicatione, pro re
dotali lata, non nocet vxori, ſi maritus
nō ſit ſoluēdo: aliàs ſecùs, per ea quę latè
tradit Bal. in l. doce ancillam, nu. 2. C. de
9 rei vindic. Vnde cauti Aduocati † ſolent
plerunque in ſupplicationibus pro reſti-
tutione in integrum, allegare, Procura-
torem negligentem non eſſe ſoluendo.
Et in Camera ad huiuſmodi narrata,
quòd ſcilicèt Procurator non ſit ſoluen-
do, citationes, ad videndum reſtitui, de-
cernuntur: quia quóad extrahendos, ſiue
obtinēdos proceſſus, creditur nudis nar-
ratis. tex. in l. cùm quædā puella. ff. de iu-
riſdic. omn. iud. Sed citatus in termino
comparitionis, excipiēdo poteſt allega-
re cauſas cur reſtitutio non ſit conceden
da. Quomodò autem † cognoſcatur quē 10
eſſe ſoluendo, vel non eſſe, docet Bald.
in d. Auth. hodie. nume. 4. Alexand. ad
rubr. ff. de no. op. nunc. num. 42. & in l. ſi
cōſtante, nu. 13. ff. ſolut. matr. vbi Bart. &
Dd. pulchrè Philip. Fran. in c. ex ratione.
nu. 40. de appellat.

OBSERVATIO XLVI.

Procurator quomodò mandato renunciare poteſt.

SVMMARIA.

1. *Exonerationem ab officio quomodò Procurator petere poſſit.*
2. *Simplex renunciatio mandati non ſufficit.*
3. *Procurator ſuſcepto ſemel mandato, pœnitere non poteſt.*
   Sic contractus ab initio ſunt voluntatis poſtea neceſſitatis. ibid.
4. *Satiſdatio Domini procuratoris mandato inſeritur.*
5. *Modus procedendi pro exoneratione.*
6. *In reuocatione Procuratoris non requiritur ordo Iuris.*
7. *Forma pronunciandi pro exoneratione.*
   Qui certus eſt non debet vlterius certiorari. ibid.
8. *Dominus quando Procuratorem reuocare poſſit.*
9. *Citari debet Procurator, ad videndum fieri reuocationem.*
10. *Cauſa cognitio requirit citationem.*

PRocurator volēs ſe † exonera- 1
re ab officio procurationis, &
mandato ſuo, ob iuſtā cauſam:
putà, ſuperueniētes inimicitias, diffama-
tionē, aliasq́; legitimas cauſas, de quibus
in l. filiusfam. §. fin. cum ll. ſequentib. ff.
de procurat. renūciare, inprimis citatio-
nem, ad vidēdum ſe exonerari, à iudice
petere debet. Simplex † enim renuncia- 2
tio in iudicio oretenus vel in ſcriptis fa-
cta non ſufficit: multò minùs extraiudi-
cialis renunciatio, parti verbo, vel ſcri-
pto facta, ſi ab ea non acceptetur, pro-
inde requiritur partis vel domini con-
ſtituentis citatio, ad hoc vt notitiam re-
nuncia-

nnnciationis habeat, & Iudex de cauſis
reuocationis,caſu,quo domin⁹ ſe oppo.
neret, & in eam conſentire nollet,ſum.
mariè ſaltem cognoſcere poſſit. Requi.
ritur ergò ſummaria cauſæ cognitio:
3 quia † Procurator poſtquàm ſemel acce.
ptauit mandatum,non poteſt pœnitere,
eò quòd ſuſcipere mandatum ſit volun.
tatis,ſed ſuſceptum repudiare, ſui nõ ſit
arbitrij,text.in §.mandatum,Inſti. man.
dat. regulariter enim contractus initio
ſunt voluntatis,poſteà verò neceſſitatis,
text.in l.ſicut.C.de act.& oblig.text. in l.
ab initio. C.de nupt. & in l. quamuis. ff.
de pign.act.text.in l.ſi mandauero.§.fin.
ff.man.& in l.in commodato,§.ſicut.ff.
commod.Idq; in Camera indiſtinctè in
Procuratore, tam antè, quàm poſt litis
conteſtationem procedit, quia etiã ante
litis conteſtationem res non dicitur am
4 pliùs integra, idq; propter † ſatiſdationẽ
Domini, quæ ex ſtilo Iudicij, mandato
procuratorio ſiue cõſtitutioni inſeritur.
per text. in Clem.1.& ibid.gloſſ. in verb.
cogi extr.de procur.Bar.in d.l.filiusfa. §.
fi.in prin.& Bald.in l.ante diem.in prin.
ff.de procurar. vnde ſi Procurator abſq;
citatione exonerationem petat, ſimpli.
citer pronũũiati ſolet. Iſt N. Procuratorn
ſein begeren abgeſchlagen/ vnd ſo fern Er
formblich bitten wurd/ ſoll ſolchs gehört
werden/ vnd darauff ergehen was recht iſt.
Hoc eſt: N.Procuratori, petitionem ſuã
denegamus, & quatenus formaliter (in.
tellige cirationem pro exoneratione)pe.
tet, quod hoc audiri & ſuper eo fieri de.
beat quod Iuris eſt,vt in cauſa Schwar⸗
tzenburg contra Latterſt. 8.Februarij, an.
no 63. item in cauſa Pappenheim contra
Elgas/17.eiuſdem, anno eodem. Reiff⸗
ſteck contra Baumgarten/ 4. Octobr.an.
no 66. Et in cauſa Emlein contra Spe⸗
ten/7.eiuſdem,anno 67. in quibus præiu.
dicijs citatio ad videndum ſe exonerari
5 decreta. Impetrata † autem citatione,ad
videndum ſe exonerari, vel fieri renun.
ciationem, eáque reproducta, ſi citatus
in comparendo contumax ſit, Procla.
ma in primis contra ipſum decernitur:
quo facto,Procurator viua voce repetet
narrata citationis, loco ſummariæ peti.
tionis,petendo ſe exonerari & per gene.
ralia deſuper concludendo. Non enim
requiritur hoc caſu libellus,nec litis con
teſtatio, vel exacta cauſæ cognitio: ſed
ſummariè & de plano proceditur,& ſta.
tim in contumaciam non comparentis.
Procurator †exoneratur,quia in reuoca. 6
tione procuratoris non requiritur ſolen
nitas iudiciorum.glo.ſing.in l. in cauſæ.
§.hæc autem cognitio,in verb. prætoris.
ff.de procnr.Lud.Roma.ſing.371. vbi di.
cit gloſ.illam perpetuò notandam. Phi.
lip.Port.libr.1.commu. opin.concluſio.
ne 43. in 54. ampliat.vbi dicit,quòd talis
cauſa ſine libello expeditur, & regulari.
ter vbi non eſt opus libello, Ibi nec litis
conteſtatio requiritur, Socin. in c.quo.
niam frequenter.nu.27. & nu. 77. vt lite
non conteſt.Citatio enim ad videndum
fieri † exonerationem, fit ad eum potiſ. 7
ſimum effectum,vt pars ſciat reuocatio.
nem procuratoris ſui: vnde ſi compare.
re nolit, ſibi imputare debet, cùm is qui
certus eſt,vlterius certiorari non debeat,
tex.in l.cum qui,de reg.iur.in 6. & in l.1.
§ fin.ff.de act.emp. & ita Camera obſer.
uat,vt in dicta cauſa Doct. Alexãdri Reiff⸗
ſteck cõtra Baumgartner/ 4. Octob anno
66.Item in cauſa Emlein contra Speten
7.Octob.anno 67. Forma pronunciandi
talis: In ſachen N. cõtra N. citationis ad
videndum ſe exonerari. Iſt gemelter N.
Procurator ſeiner Anwaldſchafft/ wie ge⸗
betten/erlaſſen. Hoc eſt,in cauſa N.con.
tra N. citationis, ad videndum ſe exo.
nerari, dictum N.procuratorem, vt pe.
titum,exoneramus.Porrò quod ad † Do
minum conſtituentem attinet,is de iure 8
communi ante litis conteſtationẽ Pro.
curatorem, etiam ſine cauſa,quaſi re in.
tegra, eò quòd nondùm litis Dominus
factùs,mutare & reuocare poteſt text. in
c.2.de procura.lib.9.glo not.ibi. in verb.
reuocari,tex.in l.ſi pater.C.mand.& in l.
ſi verò non remunerãdi. §.ſi mãdauero.
ff.eo.tit. vbi dicitur extinctum eſſe man.
datum finita voluntate,& tex.in d.l.ante
litem. Poſt litis verò conteſtationem
non aliter quàm cum cauſa. & ſic præ.
uia citatione ad videndum fieri reuo.
cationem. Nam Procurator † ad hoc 9
quoque citari debet, cùm tali caſu ipſius
intereſt non reuocari mandatum ſine
legitima cauſa,text.in dict. l. poſt litem,
& in l.procuratoribus. C.de procurato.
text.in l.quę omnia.§.1.& §.final.cum l.
ſequen.quæ incipit, in cauſę cognitione.
§ hæc

§.hæc autem cognitio . ff.eod.titul.vbiq;
Iura requirunt cauſæ cognitionem, ad
hoc vt Procurator reuocari poſſit. Vlp.
in d.l.in cauſæ cognitione. ff. de procur.
transferre à procuratore iudicium vo.
cat.Philip.Port.vbi ſupr.Regulariter au.
10 tem ea quæ requirunt † cauſæ cognitio.
nem,partis citationem exigunt, tex.in l.
nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de offi.
Proconſ. Dd.communiter ibid. & in l.
nam ita Diuus.ff.de adopt. Poſſet enim
Procurator reuocationi contradicere,
quòd non fiat ex cauſis legitimis,text.in
d.l.quæ omnia.§.1.& §.fin. de qua cōtra.
dictione Iudex,cauſa cognita,ſummariè
tamen cognoſcere debet,vt not.Bald.in
d.l.ante litē,per iura allegata. vide Ang.
in §.ſi inter tutorem.num.1.Inſtit. de au.
tho.tuto.vbi tradit,an Procurator duran
te officio conueniri poſſit.

OBSERVATIO XLVII.

Geſta per falſum Procuratorem, an poſt ſententiam ratificari poſſint.

SVMMARIA.

1 *Falſus Procurator tribus modis dicitur.*
2 *Exceptio falſi Procuratoris quandocùnque opponi poteſt.*
3 *Dominus an ſententiam ratam haberi poſſit, ſi iudicium cum falſo Procuratore agitatum ſit.*
4 *Minor poteſt.*
5 *Ratificatio quandò retrotrahatur.*

1 FAlſus † Procurator tribus potiſ.
ſimum modis dicitur. Primò,
qui nullum habet mandatum.
Secundò,qui habet,ſed inſufficiens.Ter.
tiò,qui ſufficiens,ſed ad cauſam penden.
tem impertinens habet.gloſſ. in l.ſi pro.
curatori falſo.ff. de condit. cauſa dat.in
verb. falſo. gloſſ.in l.falſus.C. de furt.in
verb.falſus.gloſ.in c. ex parte Decani.de
reſcrip.in verb. procurator. Bald.in l.li.
cèt.nu.2.C.de procur.Iaſ.ibid.nume.4.&
communiter Dd. Bolog. in addit. ad A.
2 nani.conſil.96.nume.2.Et † exceptio fal.
ſi procuratoris quandocunq; etiam poſt
ſentētiam opponi poteſt: quia iudicium
ex tribus perſonis conſiſtit,Iudice,Acto.
re,& Reo,text.in c. forus. §. in omni, de
verbor.ſignific. deficiente ergo vna per.
ſona, iudicium retrò nullum eſt, & per
conſequens neque litis conteſtatio, aut
concluſio facta valet,rex.not.in d.l.licèt.
C.de procur.proindè ſi huiuſmodi exce.
ptio poſt ſententiam opponatur, cenſe.
tur initio, & ante litis conteſtationem
oppoſita eſſe, gloſſ. in d.l.licèt, in verbo
inueniatur.vbi etiam Bald. Salice. Iaſ.&
alij,tex.in l.in cauſæ cognitione.§.1.ff. de
procurat.Modò quæritur: Vtrùm † do. 3
minus ſententiam ratam habere poſſit,
ſi iudicium cum falſo procuratore agi.
tatum ſit,text.in l. licèt.ff. de iudic. dicit
valere ratihabitionem domini, & rem
in iudicium retrò rectè deductam cenſe.
ri.gloſſ.in l.2. in verb.& qui. C. ſi ex falſ.
inſtrum.ſent.lat.fuer.& Dd.in d. l. licèt.
C.de procur.& in l.ſi tutor. C. in quibus
cauſ.reſtit.in integr.non eſt neceſ.& in l.
3.§.falſus.ff.rem ratam hab. diſtinguunt,
vtrùm ſententia contrà dominum, an
verò in eius fauorē lata ſit, vt primo ca.
ſu ratificatio domini valeat: vtputà,ſi à
ſententia contra falſum procuratorem
lata,appellauerit, nam eo ipſo cenſetur
ſententiam latam ratam habere,per tex.
in d.l.3.§.falſus.glo.in d.l.2. & in eo om.
nes Dd.cōueniunt in locis allegatis. Se.
cundo verò caſu, nullius ſit momenti
domini ratificatio, ne via malitijs aperi.
atur, nam dominus euentum ſententiæ
ſemper expectaret, non aliter ſententi.
am ratificaturus,niſi in ſui fauorem pro.
lata ſit, idq; pluribus rationibus confir.
mat. Salic.in d.l.ſi tutor.nu.4. & 5.& ita
ſe Ferrariæ conſuluiſſe dicit,aliosq; eiuſ.
dem opinionis Dd. citat. Fallit tamen † 4
in minore,qui iure ſingulari ſententiam
pro ſe latam ratificare poſſet, vt tenet gl.
in d.l.ſi tutor.in verb.non potuit. Barto.
ibid.nu.3.Aliter diſtinguit Guliel. May.
ner.in l.ſemper qui non prohibet.nu. 11.
cum ſequ.ff.de reg.iur.nimirum, vtrùm
ratificatio intrà decēdium, an verò poſt
decendium facta ſit.Primo caſu eam va.
lere: Secundo nullam eſſe aſſerit. Breui.
ter, cùm hæc quæſtio in camera ex facto
proponeretur in cauſa Habſperg/contra
Maiorin / concluſum fuit, ratificatio.
nem Domini indiſtinctè valere,ſiue ſen
tentia lata ſit in eius fauorem, ſiue con.
tra eum,intrà, vel poſt decendium, & ſi.
ue minor ſit dominus, ſiue maior, per
tex.in d.l.licèt.ff.de iudic.imputet enim
ſibi pars aduerſa,cur mandatum diligen
tiùs non examinauerit, & exceptionem
falſi

falſi procuratoris obiecerit. Quibus ac-
cedat, quòd quandò aliquid eſt nullum
ex defectu conſenſus tantùm, illud ſu-
5 perueniente conſenſu † retrò validatur.
tex.in l.final.C.ad S.C.Macedon. & in c.
ratihabitio.de reg.iur.in 6.tex.in l.ſi fun
dus.§.1.ff.de pigno.& hypoth. Bart.in d.
l.ſi tutor.nu.3.vbi dicit, mandatum pro-
curatoris ex ſola voluntate domini pen-
dere:& ideò ratificatione rectè cōfirma-
ri. Et hæc opinio benignior eſt, proba-
turque per tex.in d.l.licèt. Bartol.ibid.in
princip. gloſſ. ſingul.in l. ſi mater.§.hoc
iure,in verb.deducit.ff.de except.rei iud.
Barto.ibid.in fin. Iaſ.prolixè in d.l.licèt.
nu. 10. vbi hanc opinionem communē
dicit. Sed eam tredecim modis limitat,
vt ibi per eum,& Guid.deciſi.320. nume.
3.dicit, ita in curia Parlamenti ſeruari:
vbi etiam concludit, tutorem geſta falſi
actoris ratificare poſſe,per notata Bar.in
d.l.ſi tutor.

DE CITATIONIBVS,
OBSERVATIO XLVIII.

De citatione & eius requiſitis, & primò quòd Iudicis nomen in ea exprimendum ſit.

SVMMARIA.

1 *Citatio principium & fundamentum Iudicij.*
2 *Citatio in quolibet actu iudiciario requiritur.*
3 *Citatio inualida nullum producit effectum.*
4 *Citatio inualida per comparitionem conualidatur. Præſentia partis ſine citatione ſufficit,ibid. Citatus poteſt perſonaliter,vel per procuratorem ſuum comparere,ibid.*
5 *Citationis ſex requiſita.*
6 *Nomen Iudicis in citatione exprimendum.*
7 *Citatio debet fieri à Iudice competente.*
8 *In dubio citatus comparere debet.*
9 *Niſi notorium ſit Iudicem non habere iuriſdictionem.*
10 *Citatio notoriè iniuſta non adſtringit citatum.*
11 *Iudex de ſua iuriſdictione cognoſcere poteſt.*
12 *Realis citatio iuſſu Iudicis fieri debet.*
13 *Realis citatio à quo fieri debeat.*
14 *Quandò locum habeat, & contra quos.*
15 *Criminoſi & malefactores quandò poſſint ab eccleſiis extrahi.*
16 *Latrones publici & homicidæ voluntarij non gaudent immunitate eccleſiarum.*
17 *Delegatus debet inſerere tenorem ſuæ delegationis.*
18 *Citatus per delegatum comparere debet,etiam ſi reſcriptum ſit ſubſcriptitium.*
19 *Delegatus non tenetur inſerere citationi commiſſionis ſeu delegationis tenorem.*
20 *Practica tamen communis contrarium obſeruat.*
21 *Pro iuriſdictione delegata non præſumitur.*
22 *Limitatur.*
23 *Error in nomine iudicis vitiat citationem.*
24 *Practica comparendi coram Iudice incompetente.*

QVoniam Citatio
† principiū & fun- 1
damentum Iudicij
eſt, tex.in §.fin.In-
ſtit.de pœn.rem.li-
tig. & in c. quoniā
contra. de proba.
tex.in Clem.paſto-
ralis.de re iudic. &
ibi communiter Canoniſtæ, text in l.de
vnoquoque ff.eod.tit. & in l.nam ita di-
nus.ff.de adoptionibus.Dd.ad Rub.ff. &
C.de in ius vocan.Socin.latiſſimè in tra-
ctatu de citat.artic.2.in princip.Spec.eo.
titul.§.1.exactè Hipol in repetit.d.l.de v-
noquoque.per diſcurſum. Adeò vt om-
nis actus iudiciarius contra non cita-
tum celebratus regulariter ipſo iure nul-
lus ſit, per iura allegata, & latè Dd. in
d.Clemen.paſtoralis. Afflict.deciſi.307.
numer. 29. Et quòd in quolibet actu † ci- 2
tatio requiratur,etiam in notorijs,& co-
ram Imperatore, vide latiſſimè Philip-
pum Port lib.1.commun. opinion.con-
cluſ. 43. vbi illam regulam, quòd ſcili-
cet omnis actus iudiciarius requirat cita-
tionem,ampliat.116.& limitat.124. mo-
dis, in quibus ſine citatione procedi poſ-
ſit.latiſſimè quoq; Maran.part.6.tit.6.de
citatione,per totum. Felin. prolixè in c.
cùm olim.num.11.de ſenten.& re iudic.
Ideò in praxi diligenter ab Aduocatis
partium animaduertendum, an citatio
aliquo vitio laboret, ita vt citatum ad
comparendum non obliget: Citatio † e- 3
nim inualida nullū producit effectū,nec
conſtituit aliquem in mora,adeò,vt ſi ſu
per tali citatione procedatur, proceſſus
& ſententia nulla ſint,tex.in c.fin. de fe-
rijs, gloſſ. in c. de cauſis, in verbo,veni-
re, de offic.deleg.& in c.veniens,in ver-
bo propter,de accuſationib gloſſ.notab.
in l.ſi accuſatoribus, in verbo eundem,
C.eod.titul. Afflict.deciſi.369.nume.16.
incip.in pleno conſilio,Felin.in c. illud.

num.5.de præſumptio.Roland.conſi.68.
nu.14.& nu.18.vol.2.incip.viſo proceſſu.
Dd.in l.2.ff.ſi quis in ius voca. non ierit.
quia paria ſunt aliquid non fieri, vel mi-
nus legitimè fieri,text. in l.quoties.ff.qui
ſatiſd.cog gloſſ.vnica,ibid.tex.in l.1.§.fi.
ff.quod cuiuſq; vniuerſ.nomi.gloſſ.ibid.
in verbo,inhabilis,tex.in l.4 §. condem-
natum.ff.de re iudic. Fallit, ſi citatus ſua
4 ſponte compareat,quia tunc citatio † in-
ualida per comparitionem robur acci-
pit & conualidatur,per tex.in l.1.§.ſed ſi.
ff.de ferijs. Alexand.ibid. num.3.Bar.in l.
2.num.1.ff.de in ius vocand. Fel.in d.c.il-
lud.num.8. Alexan.in l.de pupillo.§.me-
miniſſe.nu.5.de ope. nou.nunc. Marant.
part.6.tit.de citatio.nu. 73.Lodo. Roma.
conſ.410.num.2.vbi dicit,inualidam ci-
tationem quæ ad notitiam citati perue-
nit, perindè ligare citatum, atq; ritè exe-
cutam.Ratio,quia præſentia partis abſq;
alia citatione ſufficit,per tex.in d.l. de v-
noquoq;,& in l.etiam.§.fi.ff. de minorib.
Dd.in l.1.ff.de in ius voc.Fel.in d.c.illud,
vbi communẽ dicit,ſufficere partis præ-
ſentiam ſine citatione,idem in c.1.nu.18.
cum ſeq.de iudi. Et ita vidi ſæpiùs in Ca-
mera Imperiali obſeruari. Poteſt autem
citatus comparere per ſe,vel per ſuum le-
gitimum procuratorem cum ſufficienti
mandato tam ad agendum, quàm ad re-
ſpondendum,per text.in c.1.& in c.acce-
dens,de procurat tex.in c.cùm dilecti,de
dol.& contum.Et quamuis materia cita-
tionis trita,vulgaris,& à Dd.in locis prę-
allegatis pleniſſimè ſit pertractata: tamẽ
quia vtilis, & in foro in primis neceſſa-
5 ria, eius † requiſita ſex ex ordine in ſe-
quentibus concluſionibus complectar.
6 Quorum primum,quòd in citatione † ſi-
ue citatorio, vt vocant, nomẽ Iudicis ci-
tantis,exprimendum ſit: idq; ex quadru-
plici potiſſimùm cauſa.Primò,vt citatus
intelligere & cognoſcere poſſit,vtrùm à
7 † Iudice competẽte ſit citatus, quia ſuprà
iuriſdictionem vel extra territorium ci-
tanti impunè non paretur, text.in d.l.2.
ff.ſi quis in ius voc.Affl. deciſ.2. nu.8.tex.
in l.fi.ff.de iuriſd.om. iud. vbi latè Alex.
tex.in d.Clem.paſtoralis,de ſen.& re iud.
vbi Zabarel.nu.1.verſi.vt illud. Panor.in
8 c.prętereà,nu.16.de dilat.In dubio † tamẽ
citatus comparere, & incompetentiam
iudicis allegare debet, text. in d.l. 2. ff. ſi
quis in ius vocatus nõ ierit. Dd.commu-
niter ibid.text.in l.ſi quis ex aliena. ff. de
iud.& in c.veniens,de accuſa. Hoc tamẽ
† non procedit, ſi notorium ſit iudicem 9
non habere iuriſdictionem, gloſſ. com-
muniter approbata in c.ſi duobus,in ver
bo,niſi cognouerit. Fel.ibi.num.6.de ap-
pel.gloſſ.in c.ſi epiſcopus.3.q.2.Hipol.ad
rubr.C.de probat.nu.233. vbi multa alle-
gat.gloſ.notab.in c.placita.15.q.4.in ver-
bo, orationibuſq;, vbi dicitur,quòd † ci- 10
tatio notoriè iniuſta,non aſtringat cita-
tum,Zabarel.in Clem.2.nu.5.vt lit.pend.
vide plenè apud Fel.in d.c.ſi duobus. De
qua competentia ipſemet † Iudex citans 11
cognoſcere poteſt, videlicet vtrũ ſua ſit
iuriſdictio,nec ne,tex.in l.2.§.ſed etſi du-
bitetur,ff.de iudic.& in d.l. ſi quis ex alie-
na.Bart.in d l.2.num.3. Secundò, vt cita-
tus cognoſcat, verùm iuſſu Iudicis ſit de-
creta citatio. Nulla enim † citatio, ſiue 12
realis, quæ fit per captiuitatem & appre-
henſionem perſonæ,ſiue perſonalis, fie-
ri poteſt abſque iuſſu Iudicis,per tex.in l.
final.C.de exhib.Reis, & in l. cum cleri-
cis.C.de epiſcop.& cler.gloſ.ibid.in ver-
bo,ſententiarum,tex.in l.omnes.C.eod.
tit. & in l.ſed & ſi hac.§. Prætor ait. ff.de
in ius vocan.text.in c.ex parte, el.2.de re-
ſcript.Iaſon in § quadrupli. Inſtitu de a-
ctio.nume.12.Bart.in d.l. fiu. in princip.
Bald.ibid.nume.2.Spec.d.tit.de citat.§.1.
nume.8.Felin.in d.c.1.nume. 8. de iudic.
Obſeruandum,quòd † realis citatio fieri 13
non poſſit, niſi à maioribus iudicibus,
habentibus ſaltem mixtum imperium
& ordinariam iuriſdictionem,text.in §.
ſi verò etiam,cum §.ſequen. in Authen.
de exhib.reis. Authen. qui ſemel.C.quo-
modò & quandò iudex Soc.in tract.cita.
art.4.n.7.cum ſeq. vbi hoc limitat in de-
bitore fugitiuo,quem priuatus etiam ca-
pere & tantiſper retinere poteſt, donec 14
eum Iudici ſiſtat: quia fugæ periculum
non patitur moram,& Iudicis acceſſum,
eiuſq; iuſſum, nè interim debitor ſuſpe-
ctus magno creditoris malo nequiter e-
labatur,text.in l.ait prætor.§.ſi debitorẽ.
ff. de his quæ in fraudem creditorum.
Barto.& Dd.ibid. Realis citatio non ha-
bet locum in muliere,tex.in l.1.C.de off.
diuerſ.iud.& Auth.ibi poſita.Bartol.in l.
plerique. ff. de in ius vocando.nume. 7.
vbi vide,quòd regulariter in domo pro-
pria

ptia vel conducta, item in Eccleſia quis
realiter citari non poſſit.text.in l.2.C.de
de his qui ad eccleſ.confug.text. in c. in-
ter alia, de immu.eccleſ.Alexand.conſil.
145. p totum.vol.7. incip. viſo themate,
vbi plenè vide, de immunitate eccleſiarũ
15 quandò † videlicet criminoſi & malefa-
ctores non poſſint ab eccleſijs extrahi.Il-
16 lud indubitatum eſt, † publicos latrones,
& voluntarios homicidias non gaudere
immnnitate eccleſiarũ, per tex.in c. 1. de
homicid.gloſſ.ibid.in verbo, per inſidi-
as.d.c. inter alia. et c.fi.eo.tit.gloſſ. ſing.
ibid.in verbo, quo faciunt. Similiter in-
fans, vel impubes non citantur realiter
pro debito, tex.in l.neq; impnberes.ff.de
in ius vocan. Bar.ibi.nu.1. Item Doctor,
Miles, & aliæ perſonæ realiter citari non
poſſunt, quas not.Socin.in d. tract. citat.
art.nu.35.cum ſequent.vide eundẽ art.17.
nu.4.cum ſeq.quomodò realis citatio fa
cienda ſit. Tertiò, nomen Iudicis in cita-
tione ideo exptimendum, vt ſcire poſſet
citatus, vtrùm index ſit ordinatius vel
17 delegatus. Nam † delegatus non poteſt
citare, niſi vnà cnm citatione copiam fa
ctæ delegationis tranſmittat, debet cita-
tioni inſerere tenorẽ ſuæ delegationis,
ad hoc, vt citatũ ad cõparendum arctet,
text.in c.cùm de iure.de offi. delega. In-
no.ibid.nu.4.Panor.& Fel.ſimiliter.nu.
5.& in c.1.nu.4. de libel. obla. tex. in d. c.
prætereà.Guido deci.445.nu.5. Idẽ deciſ.
450.nu.2.Bart. Bal.& alij in d.l.2.Maran.
part.4.nume.55.diſt.5.d.Auth. qui ſemel.
C.quomod.& quandò iudex. Et licèt re-
ſcriptum delegationis eſſet ſubreptitiũ,
18 nihilominus † citatus cõparere, & con-
tra reſcriptum excipere debet: aliàs poſ-
ſet contra eum procedi in contumaci-
am, quia ſibi imputare debet, quòd de
ſub & obreptione coràm delegato non
exceperit, per notata in c.cæterùm, de re-
ſcript. ſecùs ſi reſcriptum eſſet omninò
falſum, quia tunc etiamſi delegatus ſe
competentem pronunciat, non obſtabit
pronunciatio citato, propter defectum
iuriſdictionis.Inno.in d.c.prætereà. Ca-
ſtren.in d.l.2.nu.2.text.in c. ſuper literis.
de reſcrip.vbi communiter Canoniſtæ,
Felin.tamen in d.c.cùm in iure, & in d.
c.1.de libel.oblat. contrariũ tenet, & cõ-
19 munem dicit, quòd † delegatus nõ tene-
atur inſerere citationi tenorem delega-
tionis, eò quòd in dubio præſumatur p
iuriſdictione citãtis, ſed ſufficiat ln cita-
tione aſſerere ſe delegaium eſſe, & poſt
comparitionem oſtendere delegationẽ,
& petenti dare copiam reſcripti delega-
tionis, per tex.in d.c.cùm in iure. Sed † à 20
prima opinione nõ eſt recedendũ, quia
communis: próut apoſtilla ad Felin. in
d.c. cùm in iure, per multas allegatio-
nes oſtendit, Bart.in d.l.2. ff.ſi quis in ius
vocat.non ier.per.tex.in d.c.prætereà, de
dilat.Canoniſtæ in c.prudentiam, de of-
fic.iud. deleg. quia † nõ præſumitnr pro 21
iuriſdictione delegata, cũ ſit ſtrictè acci-
pienda, tex.in c.ſuper eo, de offic.delega.
& ibid.Dd. Et hæc opinio tutior eſt, om-
nem auferens cauillandi materiam.
Quam limita † non procedere, ſi citatus 22
ſit eo loci, vbi delegatus eſt, vel in pro-
pinquo, Panorm.in d.c. prætereà. Felin.
in d.c.1.nu. 4. in fin. & tali caſu procedit
opinio Feli.& aliorum. Quartò, ideò no
men Iudicis in citatione exprimẽdum,
quia † error in nomine iudicis vitiat ci- 23
tationem, tex.in l.ſi in iudicis.ff. de iudi.
& ibi communiter Dd.tex.in l.ſi quis in
fundi.ff.de leg.1. & in l. fin. ff. de hæred.
inſtitu. Vide prolixiùs Vant.tit.de nullit.
ſent.ex defect.citat.num.31.32. & 48. Ob-
ſeruanda † Practica circa primam cau- 24
ſam. Quòd citatus, ſi in citantis iuriſdi-
ctionem conſentire nolit, comparendo
ln termino, non debet dicere: Domine
iudex, non intendo in vos conſentire,
quia taliter dicẽdo, poſſet vt contumax
puniri. Sed dicere debet: Compareo co-
ràm vobis in termino præfixo: attamen
non intendo per hanc comparitionem
in iuriſdictionẽ veſtram conſentire, niſi
quatenns de iure teneor: Hoc pacto eui-
tabit pœnam contumaciæ, nec dicetur
conſenſiſſe ln iudicem. Hippol.in d.l. de
vnoquoq;.ff.de re iudi.nu.173. hanc pra-
cticam tradit Inno.in c.Cumana.nu. 4.
de elect.dicens, fatuum eſſe aduocatum,
qui primo modo proteſtatur, cùm poſ-
ſet pro contumace reputari. Imol. in c.
cùm M.Ferrarienſis, nu.43.de conſti. vbi
dicit, illud ſingulariter notãdum. Iaſ. in
l.non ſolùm.§.morte.nu. 46. ff. de noui
operis nuncia.dicit hanc cautelã Innoc.
totum mundnm ſequi. Ang.in l.non vi-
detur.la.2.ff.de iud. Hinc eſt quòd in Ca-
mera Imperiali, & in omnibus iudicijs

benè conſtitutis, Procuratores ex parte
citati, cum proteſtatione, hoc modo cō-
parere ſoleant: Compareo nomine talis
citati, cum proteſtatione tamen, de non
conſentiendo in iuriſdictionē, niſi qua-
tenùs & in quantùm de iure aſtrictus. Idē
tradit Bal. in l. 2. nu. 2. C. vbi quis de Cu-
riali vel cohortali aliáve condit. conue-
niatur, per illum text. vbi dicit, quòd pri-
mo modo declinans, pertinaciter decli-
net iuriſdictionem, ideò vt contumax
poteſt reputari. Secundo modo non de-
clinat pertinaciter, ſed ſubmittit ſe iuriſ-
dictioni, licèt conditionaliter. latè Feli.
in d. c. cùm M. Ferrarieſis. nu. 66. vbi hoc
declarat, & materiā proteſtationis proſe
quitur exactè.

OBSERVATIO XLIX.

Quòd in citatione nomen & cognomen citandi exprimi debeat.

SVMMARIA.

1 *Error nominis an vitiet citationem.*
2 *Falſa demonſtratio an vitiet iudicium.*
3 *Falſa demonſtratio an vitiet contractum, aut diſpo ſitionem in vltima voluntate.*
4 *Citandi nomen cur exprimendum.*
5 *Executio contra nō nominatum in iudicio fieri nequit.*
6 *Communitas vel ciuitas quomodò citanda.*
7 *Nomina collectiua certum corpus repræſentant.*
8 *Executio citationis quomodo contra ordines Imperij, ciuitatem, aut communitatem fieri debeat.*
9 *Abſens quis dicatur.*
10 *Abſentia in iure variè conſideratur.*
11 *Citatio quomodo in cauſa appellationis fieri debeat.*

SEcundum citationis requiſitū
1 eſt, vt in † ea nomen & cogno-
men citādi diſertè exprimatur.
Primò, vt euitetur æquiuocatio, vt co-
gnoſcat citandus, vtrùm citatio ipſum
concernat, vtque fraudibus obuietur, nè
Actor ampliùs variare poſſit, p text. not.
in c. cum multis. §. fi. de reſcript. in 6. glo.
ibid. in verb. quorum, & in verbo, nomi-
na. text. in c. paſtoralis. eod. titul. iuncta
gloſſ. in verb. fin. text. in c. ſignificante,
de reſcript. & in c. fin. eod. titu. gloſ. ibid.
in verbo, eiuſdem. Specul. titu. de citati-
one. §. 1. nu. 6. Bar. in l. demonſtratio fal-
ſa. nu. 12. ff. de cond. & demon. vbi quærit
quid iuris, ſi aliquis ſit citatus vt Petrus
Ioannis, cùm ipſe ſit Petrus Martini. &
ibid. Apoſtil. de æquiuoca citatione. Et
vtrùm † falſa demōſtratio vitiet iudiciū, 2
Caſt. poſt gl. in l. cū quē temerè. nu. 2. ff.
de iudic. Ang. in l. ſi in iudicis, num. 3. ff.
eo. tit. dicēs, quādò vnus citatur pro alio,
quia ſunt plures eiuſdē nominis, tunc ſi
cōpareat is, qui non erat citādus, condē-
nari debet citans in expenſis tanquā te-
merarius litigator, tex. in §. hæc omnia,
Inſtit. de pœna teme. litig. Idē tenet So-
cin. in tracta. de citat. art. 20. num. 14. vbi
hunc articulū plenè examinat, an falſa
demonſtratio vitiet citationē, facit text.
in l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tut Et aliàs
quandò † falſa demōſtratio vitiet cōtra- 3
ctum, aut diſpoſitionē in vltima volun-
tate, vide Barr. in d. l. demōſtratio. num.
8. & 10. Dd. communiter ibidem. Regu-
lariter in contractibus obligatorijs vltro
citroque, quandò falſa demonſtratio fa-
cit deficere contractus ſubſtātiam, vtrē,
vel pretiū, tunc contractus vitiatur, text.
in l. in vēditionibus, & in l. ſi quis fundū.
ff. de contrah. empt. Batt. in d. l. demon-
ſtratio. nu. 10. Deinde nomen † citandi 4
ideò exprimendum, quia † contra non 5
nominatum executio fieri, & per conſe-
quentiam in cōtumaciam rectè procedi
nequit, iuxta l. cum quæritur, cum ll. ſeq.
de excep. rei iud. l. fi. C. ſi per vim vel alio
modo. Quomodò enim Proclama con-
tra non nominatum decerni poſſet? cū
non entis nullæ ſint qualitates, per vul-
garia. facit text. in l. quidam referunt,
§. 1. ff. de iure codicill. vbi dicitur, prius
perſonam, quàm rationem quærendam
eſſe, & qualitas ſine ſubiecto ſtare non
poteſt, text. in l. eius qui in prouincia,
ff. ſi cert. pet. Cæphal. conſil. 68. numer.
8. vol. 1. incip. quamuis dubitādum. Qua-
propter nè citatio reddatur eluſoria, eſt
neceſsè vt nomē citandi expreſſum ſit.
Hinc eſt quòd in Camera Imp. nunquā
decernātur citationes cōtra N. & N. hæ-
redes Titij defuncti: etſi ſupplex libellus,
eo modo conceptus ſit, decretum datur
hoc pacto: ſi ſupplicans hæredum nomi
na expreſſerit, fieri debet quod iuris eſt.
Fallit tamen hoc ſingulariter. Si † com- 6
munitas, ciuitas, vel collegium aliquod
citari debeat, quia tunc generalis citatio
ſubſiſtit, putà hoc modo: Citamus ad in-
ſtantiam talis, Conſules & Senatores ta-
lis

lis ciuitatis. Item Abbatem & Priorem
talis Monaſterij. Decanum & Capitulũ
talis Eccleſiæ. Item Schultetum & com-
munitatem talis pagi. Ratio, qnia huiuſ-
7 modi † collectiua nomina certam iuris
determinationem habẽt & certum cor-
pus repręſentant, vt pulchrè tradit Oldr.
conſ.100. per totũ. Ioan. Andr. ad Specul.
tit. de Syndico. nu.16. Et in Ordinatione
certa exequẹndi formula contra com-
munitatem præſcripta eſt, qua obſerua-
ra, in contumaciam Proclama, & porrò
ſecundum iuris ordinem aduerſus com-
8 munitatem procedi poteſt. Executio †
autem citationis, quomodo contra Or-
dines Imperij, Ciuitatem, aut Commu-
nitatem, vel priuatos fieri debeat, vide
Ordinat. Cameræ parte 1. titul. 38. De iure
communi præſens perſonaliter, abſens,
ad domum habitationis citari debet, per
text. in c. cauſam quæ, de dol. & contu. gl.
ibid. in verbo, ad domum, & communi-
ter Canoniſtæ, text. in l. dies. §. prætor ait.
ff. de damn. infect. text. in l. aut qui ali-
ter. §. 1. ff. quod vi aut clam, text. in l. 1. §. 1.
de lib. agnoſc. Alexan. conſil. 107. num. 8.
volu. 5. incip. perſpectis ſtatutis. Franciſ.
Turza. commu. opinionum, cap. 131. Ma-
ran. parte 6. titul. de citatio. nu. 124. cum
9 ſeq. Abſens † autem dicitur is, qui non
eſt in loco, in quo petitur: abeſt, qui eſt
extra continentia vrbis, text. notab. in l.
10 abſentem. ff. de verb. ſignifi. In iure † no-
ſtro vario modo ſecundùm ſubiectã ma-
teriam abſentia cõſideratur, vt notat gl.
1. in d. l. abſentem. plenè Feli. in c. quoniã
frequenter, nu. 9. vt lit. non conteſta. vbi
omninò vide, nam aliter conſideratur
abſentia quóad præſcriptionem, aliter
quóad ſtipulationem, aliter quóad iudi-
cium, & aliter ratione prouinciæ, gloſſ.
ſingularis, in l. fi. in verb. inter abſentes.
ff. de præſcript. long. temp. gl. 1. in l. præ-
ſens. ff. de procurat. Feli. prolixiùs in d. c.
quoniam freqũter. Illud quoq; memo-
11 ria obſeruandum, quòd † in cauſa appel-
lationis, abſente citãdo, executio citatio-
nis eius procuratori fieri, & citato in ter-
mino non comparente per ſe, vel ſuum
legitimum procuratorem, proclama in
contumaciam eius fieri poſſit, per tex. in
c. dilectus, de procur. gloſſ. ibid. in verbo
citato, text. in d. c. cauſam quæ, de dol. &
contu. Spec. de citatio. §. ſequitur.

OBSERVATIO L.

Quòd citatio nomen & cognomen citantis continere debeat.

SVMMARIA.

1. *Citatio dubia & æquiuoca non valet.*
2. *Pluralitas nominis inducit obſcuritatem.*
3. *Citatio ad partis inſtantiam decerni debet.*
4. *Iudex non debet proprio motu citationes decernere.*
5. *Cautela, qua cognoſcitur an citatio facta ſit ad inſtantiam partis, necne.*
6. *Iudex officium ſuum non imploratum impartiri non debet.*
7. *Statutum quòd iudex citare debeat, quomodo intelligendum.*
8. *Statuta qualem interpretationem à iure communi capiant.*

Tertiò requiritur, vt in citatione
ſiue citatorio nomen & cogno-
men citãtis exprimatur, idq; du-
plici ex cauſa. Primò, vt citatus de eo, qui
ipſum citari curauit, certus ſit, ad hoc vt
deliberare ſecum poſſit, an contendere,
vel cedere velit, tex. in c. fi. de reſcrip. glo.
notab. ibidem. in verbo eiuſdem nomi-
nis, arg. l. certum. ff. ſi cert. petatur. Vant.
de nullit. ſenten. ex defectu cit. num. 49.
Poſſunt enim eiuſdem nominis plures
eſſe, itaq; declaratio & nominis demon-
ſtratio in citatione ita fieri debet, vt om-
ninò certior reddatur de perſona citan-
tis is, qui citatur, tex. in l. quoties. §. ſi quis
nomen. ff. de hæred. inſt. aliâs † citatio 1
tanquam dubia & æquiuoca non vale-
bit, d. c. fin. de reſcript. Bal. in l. non igno-
rat, num. 6. C. de fruct. & litium expenſis.
Caſtr. Ang. & alij in l. cum quem temerè.
ff. de iudi. pluralitas † enim nominis in- 2
ducit obſcuritatem, tex. in l. duo ſunt Ti-
tij, de teſt. tut. Iaſ. in l. quoties in ſtip. nu.
7. ff. de verb. oblig. text in l. ſi fuerit. ff. de
reb. dub. Deindè nomen citantis ideò ex-
primendum, vt † citatus intelligere que- 3
at citationem ad citantis petitionem &
inſtantiam, & non ex officio iudicis fa-
ctam eſſe. Iudex † enim non debet pro- 4
prio motu, ne in criminalibus quidem,
citationem decernere, ſed demùm à par-
te imploratus: aliâs nullius erit momen-
ti citatio, per tex. in l. fi. ibi, poſtulante. ff.
de bon. auth. iud. poſſ. & in l. ad perem-
ptorium. ff. de iud. ibi, vt primò quis pe-
tat, text. in l. ſi a accuſatoribus. C. de accuſ.
Bald. ibid. nu. 13. dicens hoc etiam procè-
dere in criminalib. gloſſ. in l. ſancimus,

§.ſi.C.ad Trebel. in verbo per contuma-
ciam.Bal.in l.cōſentaneum, nu.1.C.quo.
& quando iudex.Maran.par.6.titu.de ci-
tatio.num.115. Spec.titu.de citat.§. ſequi-
tur.Feli.in c.1.nu.2.de iudic. Soc.in tract.
de citat.art.6.nu.1. Bart.in l.ſi finita.§ Iu-
lianus, nu.3.ff. de dam.infect. vbi inquit:
Sis cautus vt diligenter videas acta, vtrū
† citatio facta ſit ad inſtātiam partis, nec
5 nè,quia ſi nō ſit ſacta ad petitionem par-
tis,nō valebit. Idem tenet Hippol. in re-
pet.l. de vnoquoque,nu.134.ff. de re iudi.
Panor.in c.próut, nu.19.de dol.& contu.
Ratio eſt,quia regulariter iudex † ad vti-
6 litatem priuatam non debet alicui offi-
cium ſuum impartiri, niſi priùs implo-
ratum ſit,tex in c.bonæ memoriæ,de po-
ſtulat.prælato.glo. ibid.in verbo curaui-
mus,& tex.in l.4.§ hoc autem iudicium.
ff.de dam.infect.quod etiam procedit ſe-
cundum Soc.in d.tract.de citat.art.6 nu.
3.etiamſi ſtatuto † cautū ſit, iudicem de-
7 bere citare: eò quòd tale ſtatutum à iure
communi interpretationem recipere,&
ſic intelligi debeat de citatione, quæ ſit à
iudice ad partis poſtulationem. Regula-
riter † enim omnia ſtatuta interpretatio-
8 nem à iure communi accipiunt, præſer-
tim declaratoriam & paſſiuam,vt vocāt;
text.in l.2.C. de nox.act.text.in c.cùm di-
lectus.§.quia nobis,de conſuetud.Panor.
ibid.num.21. Alberi.latè.in l. Cæſar, nu.
13.& num,29.ff.de public.& vectig. Iaſ.in
Auth.prætereà.C.vnde vir & vxor,num.
14.Roma.conſil.144.nu 3. Socin.ſenior
conſi.84.num.6.volum.1. Hoc tamen li-
mitatur in caſibus,quibus iudex ex offi-
ciò procedere poteſt, vtputà ſi cauſa con-
cernat vtilitatem publicam: quia tunc
valet citatio iudicis ſine inſtantia partis
facta. Felin.in d.c.1.num.2. vbi tres caſus
recenſet, quando iudex ex officio citare
poſſit. Apoſtil.ad Barto.in d.§. Iulianus,
Socin. vbi ſuprà. Idem regul.197.incip.
iudex petitus.& regu.200.incip. iudex ex
officio.vbi vide limitationes. Dd. in d.l.
4.§.hoc autem iudicium.

OBSERVATIO LI.

Quòd cauſa in citatione ſit exprimenda.

SVMMARIA.

1 *Cauſa cur in citatione exprimenda in genere.*
2 *Libellus an ſit citationi inſerendus.*
3 *Prouidè facit, qui libellum citationi inſerit, vel vnà cum libello transmittit.*
4 *Libello transmiſſo denegātur induciæ deliberatoriæ.*
5 *In cauſis purgationum articuli ſuſpicionum citationi inſeruntur.*
6 *Citatio generalis quando admittitur, remiſſiuè.*
7 *Citatus ad certam cauſam an in alia reſpondere teneatur.*
8 *Citationis effectus eſt comparitio.*
9 *Libelli mutatio ante litis conteſtationem permiſſa.*
10 *Citatio in Camera decernitur ad totam cauſam.*
11 *Mandatum procuratoris ad vnicum actum non recipitur.*
12 *Citatio quando ad totam cauſam facienda.*
13 *Caſus in quibus locorum diſtantia alicui ſit vtilitati & commodo.*

QVartum citationis requiſitum
eſt,vt exprimatur cauſa, ob quā
quis citatur, ad hoc vt inſtrua-
tur ſuper eo, ſuper quo cōuenitur,
tur,per tex.in c.prætereà.de dilat.gl.ibid.
in verb.plenè. Panor.ſimiliter,nu.8.text.
in c.cùm dilecti. de dol.& contuma glo.
ibid,in verbo,quædam,Spec tit.de citat.
§.1,nu.6. Vant. de null. ex defect. citatio.
num.30. & 50. Bald. in l,conſentaneum,
num.4.C. quomod. & quando iud. latè
Cyn.in Auth. offeratur, num.2.C. de lit.
conteſt.vbi communiter Dd. & in l.2.ff.
ſi quis in ius voca. gloſſ. not.in Clemen.
2.vt lit.pend in ver.fin. Marant. part. 6.
tit.de citat.num.69.cum ſeq. per text. in
c.ſi Primates.5.q.2.c. Maximilianus.diſt.
81. Sufficit autem † cauſam in genere ex- 1
primere, explicatè tamen, vt citatus in-
telligere poſſit, ob quam cauſam voca-
tus ſit, & vt paratus ad reſpondendum
accedat: nec eſt neceſſe † libelli tenorem 2
citationi inſerere, vt eſt communis Dd.
opin.Bartol.in l.inter accuſatorem.ff.de
publ.iudic.num.6. vbi dicit, ita commu-
niter obſeruari, non ſolùm in cauſis ci-
uilibus,ſed etiam criminalibus.Idē Bart.
in d.Auth.offeratur,num.3.C.de lit.con-
teſt.Socin.in tract.de citat.artic.20.num.
10. vbi communem dicit in cauſa ciui-
li, vide eundem in c. qualiter, el.2. de ac-
cuſat.Panor.in d.c.prætereà. Iaſ.ad Rub.
C. de edend.num.5. Ang.ibid. num.2.di-
cens magis communem eſſe, quòd co-
pia libelli neceſſariò citationi non ſit in-
ferenda. Idem atteſtatur Ange.in tracta.
de maleſi.in verſic. Iudex commiſit, in
prin.num.2.mihi.fol.574. Vant. vbi ſu-

prà,

prà,num.52. Id quod Ordinationi quoq;
Cameræ conſentaneum eſt,part.3.tit.12.
§.3.per text.in l.1.C.de exhib.Reis,& in l.
non videtur, la.2.ff. de iudi.gloſſ. fina.in
d.Clem.2. Felin. in c.1. num. 2. de libell.
oblat. vbi communem dicit, quòd ſuffi-
ciat ſimpliciter citare,hoc pacto: Com-
pareas,& tui præſentiam facias, per text.
in d.l.non videtur, la.2. vbi citatus com-
parens petijt copiam libelli,ergo citatio-
ni non erat inſertus tenor libelli. Non
tamẽ peccat, quiſquis libellum vnà cum
citatione tranſmittit,vel illum citationi
3 † inſeri curat, ſed prouidè & circumſpe-
4 ctè facit: nam tali † caſu induciæ delibe-
ratoriæ non ſunt vlterius indulgendæ,vt
inquit tex.in d.c. Prætereà, gloſſ. ibid.in
verb.plenè. Bat.in d.Auth. offeratur, nu.
3.dicens, Reum non poſſe amplius pete-
re dilationem ad deliberandum ſuper li-
bello, eò quòd libellus fuerit ei tranſmiſ-
ſus. Ita quoque concludit Panor. in d.c.
prętereà,nu.8.per illum tex. Vtilitas quo-
que in eo verſatur, quòd litis pendentia
inducatur, quando libelli tenor citatio-
ni inſertus eſt,& operatur effectum,vt li-
te pendente nihil innouetur,glo.ſingul.
in d.Clem.2.in verb.plenè,vt lit.penden.
Roma. ſingul. 822. incip. concluſi tibi.
Felin.latè in d.c.1. num.3. de libell.oblat.
& Dd.in d.c.prætereà. In Camera Imp.
5 in † cauſis purgationum, ratione fractæ
pacis, neceſſariò ex Ordinatione part.2.
titul.10.§.1. requiritur, vt articuli ſuſpi-
cionum citationi inſerantur. In alijs ca-
ſibus Ius commune obſeruatur, d. §. 3.
titul.12.part.3. In quibuſdam tamen ca-
6 ſibus † generalis citatio ſufficit, vt not.
Socin.in tracta.citatio.articu.22. per diſ-
7 curſum. Porrò quid iuris, ſi † citatus ad
certam cauſam cõpareat, an teneatur re-
ſpondere in alia cauſa, ad quam non eſt
citatus? Inno.in c.licèt,nu.2.ff. de offi.de-
leg.tenet quòd non. Quem ſequitur Bal.
in l.ſi accuſatoribus,num.13.C.de accuſa.
Idem in l.cùm fratrẽ,in fi.C.de his quib.
vt indig.Hippol.in repet.l. de vnoquoq;,
nu.176.ff.de re iud. Et ita videtur iudica-
tum eſſe in cauſa Detloffen Bremers/
contra Archiepiſcopum Bremenſem,2.
Martij,anno 58. Sed communior eſt in
contrarium, quòd ſcilicet pars præſens,
non ſit aliter citanda,& quòd indiſtinctè
8 reſpõdere teneatur: quia citationis † præ-
cipuus effectus eſt comparitio,qui autem
præſens eſt, de eo quod agitur certiorari
poteſt: vnde non eſt neceſſe, vt de no-
uo citetur. Et ita tenet Alexand.in d.l.de
vnoquoq;,num.2.cum ſequ. Iaſ.in l.1.nu.
9.& nu.12.ff.de in ius vocan. Felin.in c.1.
num.18.cum ſeq.de Iudic.per multa alle-
gata,& vbique veriorem & communem
dicunt. Refert vtranq; opinionem Ma-
ran.par.6.tit.de citat.nu.13. Quò ſpectat,
quòd actor regulariter,ante † litis conte- 9
ſtationem libellũ & genus actionis mu-
tare poſſet,per notata Dd.in l.edita.C.de
eden. Iaſ.ibid.num.41.Alex.nu.9.& com-
muniter Dd. Citationes † regulariter in 10
Camera fiunt ad totam cauſam, licèt in
quibuſdam caſibus, iuxta Ordinationẽ,
plures citationes requirantur, vt in cau-
ſis purgationum,& materia,l.diffamari.
C.de inge.man. Sic mandata † procura- 11
torum in Camera non admittuntur ad
vnicum actum iudiciarium,putà incom-
petentiæ tantùm: ſed ad totam cauſam
exhibenda ſunt,idque litium finiendarũ
gratia receptum eſt. An autem citatio
poſſit fieri ad totam cauſam, & quib⁹ ca-
ſibus,vide text.in c.cùm dilecti,de dol.&
contum.Dd.in c.auditis,de Procur. & in
c.conſuluit,de offi.deleg.glo.in l.& poſt
edictum.ff.de iudic.gloſſ. in l. conſenta-
neum.C.quo.& quand.iud. Soc.in tract.
citat.art.20.num.30.cum ſequ. vbi plenè
hanc quæſtionem tractat per multa alle-
gata in vtranque partem, vbi diſtinguit,
vtrum citatio fiat ad locum remotum,
an verò propinquum, vt primo caſu va-
leat † citatio ad totam cauſam, per text. 12
in c.tum ex literis.§ fin. de in integ.reſti.
gloſſ.ibid.in verbo locorum, quæ ſingu-
lariter † refert caſus in quibus locorum 13
diſtãtia alicui ſit vtilitati & commodo,
altero verò caſu non valeat, Maran.d.ti-
tu.de citatio.par.6.num.116. Panormi.in
c.fin.de dilatio. Alexand. & communi-
ter Dd.in l.qui ante Calendas.ff. de verb.
obliga. Iaſ.ibid.num.9. vide infrà Obſer.
ſequen. Sed iſta diſtinctio,vt dixi, in Ca-
mera non obſeruatur. Sed fit citatio ad
totam cauſam.

OBSERVATIO LII.

*Quòd citatio locum iudicij conti-
nere debeat.*

SVMMMARIA.

1 Citatio incerta ratione loci nulla eſt.
2 Extra territorium non valet.
3 Ad locum non tutum ſimiliter.
Quæ exceptio etiam poſt lit. conteſt. locum habet. Ibid.
4 Citatus ad ſaluum conductum Iudicis, an teneatur comparere.
5 Securitas veniendi includit ſecuritatem recedendi.
6 Saluus conductus fragilis cautio.
7 Cautela pro citato ad locum non tutum.
8 Iudicium debet eſſe in loco tuto.
9 Etiam quoad Aduocatos & Procuratores.
10 Obligatus ex contractu non tenetur comparere ad locum non tutum.
Liberum corpus nullam recipit æſtimationem. Ibid.
11 Peſtis ſi graſſatur, citatus comparere non tenetur.
Salutis propriæ rationem habendam. Ibid.
12 Locus iudicij quādo nō ſit exprimēdus ſit in citatiōe.
13 Præſides prouinciæ totam prouinciam pro Tribunali habere dicuntur.

QVintò requiritur, vt in citatio-
ne locus iudicij ſeu tribunal ap-
1 ponatur. Primò, quia † citatio
ratione loci incerta, nulla eſt, tex. in l. aut
qui aliter. §. 1. ff. quod vi aut clam, & in l.
ſi vt proponis. 2. C. quomo. & quand. iud.
Bart. ibid. & communiter Dd. Spec. titu.
de citat. §. 1. nnm. 9. Vant. de null. ſent. ex
defect. citat. nu. 61. & nu. 131. Maran. par. 6.
tit. de citat. nu. 64. Secundò, vt intelligere
poſſit, vtrùm iudex excedat fines ſuæ iu-
2 riſdictionis, an † extra territorium cite-
tur, quo caſu, citatio nulla eſſet, neque ci-
tatum ad comparendum obligaret, text.
in c. ſtatutum. §. in nullo. de reſcript. in 6.
gl. in ver. citet partes, tex. in c. pen. de off.
vicarij, text. in l. fi. C. ſi à non compet. iud.
Dd. in l. 2. ff. ſi quis in ius vocat. & in l. fin.
ff. de iuriſdict. omhi. iudic. per illum tex.
Tertiò, vt ſciat citatus, vtrum locus aſſi-
gnatus in citatione ſit tutus, an ad eum
3 pateat tutus acceſſus. Nā ciratus ad locū †
non tutum, non tenetur comparere, tex.
in Clem. paſtoralis. §. notorium, de ſent.
& re iudic. Dd. ibid. text. in c. accepimus,
de fid. inſtrum. glo. ibid. in verbo, ſecuto,
text. in c. ex parte, el. 1. de appellat. & in c.
accedens, el. 2. vt lite non conteſt. Felin.
ibid. nu. 3. text. in c. venerabilibns. §. & hoc
ipſum, de ſentē. excom. lib. 6. & in c. cùm
perſonæ de priuileg. eod. lib. tex. ln l. Ful-
cinius. §. quid ſit autem latitare. ff. quib.
ex cauſ. in poſſ. eat. Socin. in tracta. cita-
tionis, arti. 18. per diſcurſum, pulchrè Af-
flict. deciſ. 289. num. 20. & nu. 24. text. in l.
ſi locus. ff. de iudic. text. in Clem. 1. de for.
comp. glo. ibid. in verbo ſecura, glo. in l.
de ætate, in verbo liceat. ff. ad S. C. Treb.
Maran. loco citato, nu. 131. Et ſiquidē iu-
dex non admittat exceptionem loci nō
tuti, infert parti citatæ grauamen, à quo
licitè appellatur, text. in d. c. ex parte, el. 1.
& in d. c. accedens, el. 2. §. fin. glo. in c. ſiue
de coniugij. 33. q. 2. in verbo etiam locus,
Prætereà licèt exceptio loci non tuti, ſit
dilatoria, tamen quandocunque opponi
poteſt, etiam poſt litis conteſtationem,
quia habet grauamen ſucceſſiuum, &
non momentaneum, Felin. in d. c. acce-
dēs, el. 2. nu. 13. vbi omniū latiſſimè de ma
teria loci nō tuti & de fide data per ſaluū
conductum, & ibid. nu 9 dicit, quòd ad † 4
ſaluum conductum Iudicis, pars citata
comparere teneatur, dummodo in illo
loco ſoleant ſeruari à ſubditis & iudice
tales literę, qui quidem ſaluus conductus
nō ſolùm ad acceſſum, ſed etiā receſſum
extenditur: ſecuritas † enim veniendi in- 5
cludit ſecuritatem recedendi, text. in l. 1.
C. de nauiculat. lib. 11. Bart. ibid. Feli. in c.
innouamꝰ. in prin. de treuga & pace. Sed
quoniam † ſaluus conductus eſt fragilis 6
cautio, per text. ad hoc ſing. in l. qui ita §.
1. ff. ad Trebell. Afflict. d. deciſ. 289. nu. 23.
ideò † cautela eſt, vt eo caſu, quo notori- 7
um eſt, in loco citationis morari inimi-
cos citati, mittatur procurator vel excu-
ſator (vti Dd. vocant) ad allegandum de
loco non tuto, per text. notab. in c. cùm
dilecti. de dol. & contuma. gloſſ. ibid. in
verb. reſponſalem, Inno. in d. c. ex parte,
de appel. Philip Fran. ibid. per totum, Fe-
lin. in d. c. accedens, el. 2. nu. 12. Afflict. d.
deciſ. 289. nu. 24. vbi docet practicā com-
parendi per procuratorem, ratione loci
non tuti. Hipol. in l. de vnoquoque. ff. de
re iud. nu 179. vbi concludit, omnia Ban-
na in contumaciam in non comparen-
do ad locum non tutnm, ipſo inre nulla
eſſe, nullamq́; mereri excuſationem: ne-
mo enim tenetur ſe periculo exponere,
text. in c. 1. de cletic. non reſid. libr. 6. &
in c. cùm perſonæ, de priuileg. eod. libr.
glo. ibid. in verbo, ſecuro. tex. in l. ſed ſci-
endum. ff. ad S. C. Trebellia. Et † iudiciū 8
debet eſſe in loco tuto & ſecuro, per tex.
in d. Clem. paſtoralis. §. notoriū, gl. ibi. in
verb. notorio. text. in c. venerabilibus. §.
& hoc

& hoc ipſum. de ſent.excom.libr.6.& in
d.c.cùm perſonæ, in princ.de priuil.cod.
lib.d.c.accepimus glo.ibid in verb.ſecu-
ro. & p alia iura ſuprà allegata, idq; pro-
cedit, nõ ſolùm quóad partem citatam,
9 ſed etiam † quóad eius Aduocatum, &
Procuratorem, aliaſq; perſonas intereſ-
ſe habentes: item quóad teſtes examinan
dos: omnibus enim locus iudicij debet
eſſe tutus, text. in d. c. ex parte, el.1. gloſſ.
ibid. in verbo periculoſum, & latiſſimè
Philip.Fran.ibid.text.in c.cùm dilecta.§.
nolentes, de confirmat.vtili, vel inuti. &
in d.c.ſiue de coniugij.33 quæſt.2. Præte-
10 rea obtinet etiam in eo, qui ſe ex † con-
tractu obligauit, vt vbiq; locorũ conue-
niri poſſit: nam ſi locus nõ erit tutus, ob-
ligatio nullius erit momenti, nec ipſe ci-
tatus comparere tenetur, Felin.in d.c.ac-
cedens.2.nu.3. in fi. Hipol.in d.l. de vno-
quoque. nu.179.allegant Alex. & Ang.in
in l.cum res,ff. de leg.1. Nemo enim eſt
dominus membrorum ſuorum, text. in
l.liber homo,la.1. ff.ad l. Aquil.liberum-
que corpus nullam recipit æſtimationẽ,
tex.in l.1.§.ſed cùm liber.ff.de his qui de-
iec.vel effud. & in l.fin.ff.eod.titu. Idem
eſt, ſi quis citetur ad locum inhoneſtum,
vt no.Specu.in d titu.de citat.§.1. nu. 10.
Vant. vbi ſupr.per text. not. in l. ſi cùm
dies.§. ſi arbiter. verſic. ſed ſi.ff. de arbit.
Ampliatur quoq; hæc doctrina de loco,
11 vbi † peſtis graſſatur, quia ob eam cau-
ſam citatus nõ tenetur comparere, cùm
locus ratione contagij nõ ſit tutus, nam
etiam ſalutis ratio habenda eſt, text.in d.
c. 1. de cleric. non reſid. & in d.l. ſed
ſciendum.gloſſ.in Clem.1.§.cæterum, in
verbo, rationabili.de ſta.monach.Feli.in
d.c.accedẽs.el.2.Alex. in d.l.2.§. ſi quis in
iudicio.ff. ſi quis cautio. Afflict. d. deciſ.
289.nu.26.cum ſeq quem omninò vide;
quia refert plures caſus, quibus quis cita-
tus comparere non tenetur. Porrò limi-
12 tatur iſta Obſeruatio, quòd ſcilicet † lo-
cus iudicij ſit in citatione exprimendus,
vt procedat in iudice delegato: ſecùs eſt
in ordinarijs iudicibus, quia certum &
13 deputatum † tribunal habent, vt ſunt in
ciuitatibus Cõſules, & Senatores. Ratio,
quia citatus ſimpliciter, nullo loco iudi-
cij expreſſo, intelligitur ad locum ſolitæ
reſidentiæ citatus, quia huiuſmodi loca
regulariter certa eſſe conſueuerunt, per
text.in d.l.ſi locus.ff.de iudic.text.in l.pe-
nult.in fin.ibi, more maiorum.ff.de iuſti.
& iur.Bart.Bald.Angel. & alij in d.l. ſi vt
proponis 2.Philp.Franc.in c.cùm parati,
de appellat. Vant.d.titul, de null.ſent.ex
defect. citat. qui hoc latiùs proſequitur,
& ad præſides prouinciatum extendit,
qui totam prouinciam pro tribunali ha-
bere dicuntur, Bald. in d. l. ſi vt propo-
nis, num.1.Maranta parte 6.titul. de cita-
tio.num.64.

OBSERVATIO LIII.

Quòd dies & terminus in citatione exprimendus ſit.

SVMMARIA.

1 *Citatio ad diem feriatum non valet.*
2 *Citatio ſecundùm Canoniſt.*
3 *Citationis terminus quando currere incipiat.*
4 *An hora comparendi in citatione ſit exprimenda.*
5 *Citatio die feriata decerni poteſt.*
6 *Citationis actus non eſt iudicialis.*
7 *Citationis executio die feriata fieri poteſt.*
8 *Iudicium agitatum diebus feriatis nullum eſt.*
9 *Idq; etiam in arbitro procedit, ſed non arbitratore.*
10 *Tranſactiones die feriata facta valent.*
11 *Appellatio poteſt interponi die feriata.*
12 *Dilatoriis tempus comprehendit etiam ferias.*
13 *In quibus caſibus valeat Iudicium diebus feriatis.*
14. *Citatio ad diem feriatam facta non valet, etiam parte non opponente: quod tamen limita. vt numer.15.*
16. *Ferijs an partes renunciare poſſint.*
Priuatorum pactis iuri publico non derogatur. Ibid.
17 *Procurator ferijs publicis renunciare poteſt.*
18 *Statutum excludens ferias, quomodo intelligendum.*
19 *Terminus citationis debet eſſe congruus, alias licet appellare.*
20 *Terminus quando dicatur nimis breuis.*
21 *Citatio peremptoria quæ ſit, remiſſiuè.*
22 *Peremptoria citatio an requirat trinam citationẽ.*
23 *Quando citatio periculo partis decernenda ſit, remiſſiuè.*

SExtò requiritur, vt in citatione expri-
matur dies, & terminus comparẽdi,
vt ſciat citatus an dies ſit iuridica: nam
ad diẽ † feriatum nõ tenetur comparere, 1
nec valet citatio ſecundum interpretes
Iuris Ciuilis, tex.in l.2.ff. ſi quis in ius vo-
ca.non ier. & in l.ſi.C.de fer.& in c.ſi.eo.
tit.Iaſ.in l.1.§. nunciatio, nu.8. vbi com-
munem dicit.ff.de no.op.nun. Bart.in l.
liber homo.§.decem.ff. de verbo.oblig.
Canoniſtæ tamẽ aliter ſentiunt in c.2.de
fer.

fer. próut refert Feli.in c. quóad conſul-
tationē,nu.3.& 4.de re iud. videlicet hu-
2 iuſmodi citationem ad diem † feriatam
factam,valere, quoniam procedetur de-
mum die ſequenti non feriata, text. not.
in c.cùm dilecti.de dol.& contu. Panor.
ibid.nu.4. & in c. veniens, de accuſa. Pa-
nor.ibid.nu.5. Spec.tit.de cita.§.1.num.13.
Bat.in d.l.2.§.Item ſi nihil,nu.3.cum ſeq.
ff.ſi quis in ius voc.vbi diſtinguit, vtrùm
error in citatione ſit expreſſus, veluti,ſi
iudex dicat : Citamus te vt compareas
die Dominico, vt tunc citatio non va-
leat : an verò non ſit expreſſus, ſed dies
comparitionis incidat, in diem feriatū,
& eo caſu valebit citatio : quia ſequenti
die non feriata procedendum. Et hanc
diſtinctionem refert quoq; Maran.par.6.
tit.de citat.nu.120. Breuiter,cauti & eru-
diti iudices,ad tollendas & præcauendas
omnes diſputationes & cauillationes,
conſueuerunt in citatione adijcere clau-
ſulā: Compareas tali die,quòd ſi illa non
ſit iuridica, compareas die ſequenti iuri-
dica,gloſ.notab.in c.nemo poteſt,el.1.de
reg.iur.in verbo,obligari.Feli.in d.c.quó
ad conſultationem,nu.4.in fi.Specu.vbi
ſup.Vant.ti.de nul.ſen.ex deſec.cit.nu.66.
Et ita Camera obſeruat:quia in citatio-
nibus dicta clauſula ad maiorem caute-
lam apponitur, cùm ſciri non poſſit,an
dies comparitionis caſurus ſit in diem
feriatum,vel profeſtum. Nam terminus
3 comparēdi in † citatione præfixus,demū
currere incipit à tempore factę executio-
nis,tex.nota.in c.ſuper eo.el.2.§.fi.de ap-
pella.tex.in l.1.ff.ſi quis cautio. quod tem
pus iudex propter diſtantiam locorum,
& nuntiorum in exequēdo tarditatem,
4 ſcire non poteſt. An † autem hora com-
parendi in citatione exprimēda ſit:Com
muniter placuit, hoc non eſſe neceſſe,
quia intelligitur citatus ad horam con-
ſuetam,vt notat Felin.in c.conſuluit,nu.
5.per illum tex.glo.notabilis in c.2.de te-
ſtibus cogen.in verbo veneritis. Maran.
d.titu.de citat.num.66. Illud autem ma-
5 gis communiter placuit, † citationem
decerni poſſe die feriata, ad diem non
6 feriatam : quia † actus citationis non eſt
iudicialis, ſed extraiudicialis , adeoque
domi fieri poteſt,& ſic ceſſat ratio,c.1.de
ferijs,& d.c.fin. eod.tit. Rot. pulchrè de-
ciſ.1.num.1.de ferijs,in nouis, vbi hoc la-
tiùs declarat, Bal.in d.l.fi.C. de ferijs,Ga-
briel Saray. ad Matheſila. ſing. 19. nu.25.
Mantua ſing.46.per totum,incip.diebus.
Similiter † executio citationis die feria- 7
ta fieri poteſt, quia facti eſt, nec fit per iu-
dicem,ſed nuntium, aut per Notarium,
vel per literas, nullamq; cauſæ cognitio-
nem requirit, text.in c.cùm patati,de ap-
pellat.& in c.prudentiā.& in c.cùm con-
tingat,de offic.deleg. Rot.d.deciſ.1.nu.2.
Gab.Saray. vbi ſupra. Et quemadmodū
citatio non valet ad diem feriatam : ita
quoq; iudicium † diebus feriatis agitatū, 8
ipſo iure nullum eſt, & ſententia lata nō
ſubſiſtit, text. in l. ſi vt proponis, la.1.C.
quom.& quand.iud. Bald.ibid.nu.1.Sali.
in princ.d.c.fin.de fer.Idq; procedit,non
ſolùm † in iudice, ſed etiam in arbitro, 9
cùm arbitria ſint ad inſtar iudiciorum
redacta,tex.in l.omnes dies.C.de fer.tex.
in l.idem Pomponius.§.fi. & in l.ſi feria-
tis.ff.de recep.arbit. Panor.in d.c.fin.nu.
10.Bal. in d.l.ſi vt proponis. Secùs eſt in
arbitratore:nam is etiam diebus feriatis,
(cùm non procedat in † forma iudicij) 10
pacta, tranſactiones, & concordiam in-
ter partes conficere, inire, atque tractare
poteſt,text.in d.l.fin.C.de fer.Panorm.in
d.c.fin.num.14.eod.titu. Bald.in d.l.ſi vt
proponis. Prætereà,quóad † interponen 11
dam appellationem , tempus feriarum
nullum præſtat impedimētum, eò quòd
tempora illa continua ſint, text. in l.1.C.
de fer. Bart.ibid.num.1. Panorm. in d. c.
fin. num.12. Et data à † iudice dilatione 12
aliqua,feriæ non excludūtur, ſiue ſint ſo-
lennes,ſiue repentinæ, text. in l.ſiue pars,
C. de dilat. Sunt tamen † multi caſus, 13
qui diebus feriatis, etiā in honorem Dei
expediri poſſunt, veluti cauſæ alimento-
rum, carceratorum, pupillorum, vidua-
rum,et miſerabilium perſonarum: Item
cauſæ, quæ celeritatem requirunt, veluti
ſi res tempore peritura ſit, quæ enume-
rantur in l. 1. §. fin. cum l. ſequ.ff. de fer.
d.c.fi.eo.tit.gloſſ.ibid.in verb.neceſſitas.
& verb.pietas, Panor.ibid.nu.13. Nā vbi-
cunq; periculū eſt in mora,receditur à re-
gulis iuris cōmunis,tex.in l.de pupillo.§.
ſi quis riuos.ff.de no.op.nun. Alex.ibid.
nu.1.tex.in l.diuus.ff.de petit. hæred.glo.
in l. fin. in verb. fideiuſſionis. C. de fe-
rijs. Et in illis caſibus valet etiam citatio
ad diem feriatam, tanquàm principium

& ſup-

& fundamentum iudicij, Socin.in tract.
citat.attic.19.num.7. Obſeruandum igi-
14 tur, quòd citatio † facta ad diem feſtum
inualida ſit, etiam parte non opponēte,
15 niſi † in citatione ſpecialiter talis cauſa
exprimatur, in qua tempore feriato pro-
cedi poſſet, gloſ.in d.l.2.in verbo dies fe-
riatus.ff.ſi quis in ius voc. Alexan.conſil.
101.num.6.volu.5.incip. viſis omnibus.
16 An autem huiuſmodi † ferijs partes re-
nunciare poſſint? Dicendum breuiter
ex communi Dd. ſententiâ, ferijs in ho-
norem Dei renunciari non poſſe, eò
quòd principaliter cultum diuinum, nō
partium fauorem concernant, d.c.fin.
Panorm.ibid.nu.1.& 9. Bald.in d.l.ſi vt
proponis,la.1.num.1. per notata Dd.in l.
ſi quis in conſcribendo.C. de pact.& no-
tum eſt, pactis priuatorum iuri publi-
co non derogari,text.not.in c.ſi diligen-
ti.de for.compet.gloſſ. ſing. ibid. in ver-
bo,pacto, text. in l.ius publicum.ff. de
pact. Idem in ferijs repentinis,ad victo-
riā Principis inductis, ſimili ratione re-
ceptum eſt, quòd videlicet publicū ma-
gis,quàm partium fauorem concernant,
Alex. in d.l.1.nu 7. vbi communem di-
cit.Idem conſi.36.num.6.volum.2.incip.
Viſo themate, de quibus ferijs habetur
in l. ſed etſi per Prætorem.§. ſi feriæ ff.
quib.ex cau.maior.d.l. ſiue pars.C.de di-
lat.d.l.1.C.de ferijs.Quod tamen per Bal.
in d. l. ſi vt proponis, num. 2. limitatio-
nem recipit, vt ibi per eū. Sed ferijs pub-
licis & ruſticis, putà vindemiarū & meſ-
ſium, partes rectè renunciare poſſunt:
quia verba edicti de iſtis ferijs habent,
quòd nemo in ijs inuitus in ius vocari
debeat. Ergo argumento à contrario
ſenſu ducto, ſi cōſentiunt partes, poſſunt
in ius vocari,text.in d. l.1.ff. de fer. Lan-
fran.in rep.Clem.ſæpè,num.33.de verbo.
ſignifi. gloſſ. magiſtralis ibid. in verb.ob
neceſſitatem,Felin.in d.c.ſi diligenti,nu.
20. Panorm.in d.c.fin.num.11.Bald.in d.
l.ſi vt proponis,nu.1. Alexan.in d.l.1.nu.
17 10. & per diſcurſum. vbi tenet † procu-
ratorem, etiam iſtis ferijs, expreſſè, vel
tacitè,procedendo ſcilicet die feriata re-
nunciare poſſe. Et hoc procedit etiamſi
18 † ſtatutum diceret, quòd tempore meſ-
ſium, vel vindemiarum ius nō reddere-
tur: quia ſtatuta recipiunt interpretatio-
nem à iure cōmuni, tex.in l.2.C.de noxa.
act.cum ſimilib.ita Alex.d.conſ.36.nu.7
Bald. in d. l.1.§. ſed excipiuntur.ff. de fe-
rijs. Terminus † autem in citatione præ- 19
fixus, cōgruus eſſe debet, vt citatus a.d lo-
cum deſtinatum commodè venire poſ-
ſit: aliâs ſi nimis breuis apponeretur, cita-
tio non valeret, per text. in l. aut qui ali-
ter.ff.quod vi aut clam, Panorm.in d.c.
cum dilecti.num.20.Spec.tit.de citat.§.1.
nu.12. Caſſador.deciſ.6. num.3.de dol.&
contum.Afflict.deciſ.124.nu.3 Soci.in d.
tract.de citat.art.20.nu.17. Bald.in l.2.C.
de epiſ.audien.nu.8. vbi ſingulariter do-
cet,quomodo à breuitate termini appel-
lari poſſit, quem omninò vide. Et Bart.
in l.2.num.12.ff,de appell.recip. Vtrobi-
que tradunt,quando à citatione appella-
re liceat. Vant.vbi ſupr.Panormit.in c.1.
de dilat. dicens licitè appellari ſi termi-
nus ſit nimis breuis, & ibid. nu.7. docet,
quādo † terminus dicatur nimis breuis. 20
In Ciuilibus debet ad minus eſſe decem
dierum,text.in l.ad peremptorium,cum
l.ſeq.ff.de iudic. Guid.deciſ. 429. num.6.
incip.ꝓcedi debet. In Camera hoc tem-
pus eſt arbitrarium, cōſideratur loci pro-
pinquitas,vel longinquitas. Dantur tres
termini ſecundùm formam iuris, in d.l.
ad peremptorium, cum l. ſeq. Aliquan-
do vnicus, loco peremptorij, per text.in
l.nonnūquàm.ff.d.tit.& tex.in l.conſen-
taneum.C.quom.& quan.iud Quod ple-
runque fieri ſolet,quando plures citandi
ſunt qui in diuerſis territorijs vel locis
domicilia habent,ad eū effectum, vt exe-
cutio commodiùs fieri poſſet, & omnes
citati ad terminum præfixum ſine mole-
ſtia commodè comparere queāt. Et hoc
eſt quod Vlp. dixit in d.l.nonnunquam,
eum qui ius dicit pro conditione cauſæ,
vel perſonæ, vel temporis, ordinem edi-
ctorum vel compendium moderari de-
bere,text.in l.1.C.de dilationib.& in l. o-
ratione.ff.de ferijs, facit tex.in l.2.§. vtrū
autem.ff.quemad.teſtam.aperi.vbi ad ex-
hibitionē tabularum teſtamenti, tempus
datur ſecundum locorum anguſtias, ſeu
prolixitates. Citatio † autem perempto- 21
ria quæ ſit, & quotuplex, item in quibus
caſibus exigatur, vide plenè per Socin.
in tracta. citat. artic. 27. per diſcurſum:
Et obſerua, iura non requirere ad indu-
cendum † peremptoriam trinam cita- 22
tionem neceſſariò: ſed ſufficere vnicum
termi

terminum, ſi tantum tempus contineat
vnica, quãtum trina citatio, text. in d. l.
conſentaneum, & in d. l. nonnuuquam:
iuſtitia per hoc non læditur. Iuta volue-
runt plutes dilationes dari, vt frenum
imponerent iudicibus, ne nimium pro-
perarent, text. in l. ſi finita. §. ſi fortè. ff. de
damn. infect. Bald. in l. 2. num. 1. C. quo-
mod. & quand. iud. vbi bona apoſtilla.
Battol. in d. l. ſi finita. Iulianus. num. 4.
vbi docet, an in citatione neceſſè ſit ap-
pònere verbum, peremptoriè. Socin. d.
arti. 27. num. 3. allegat Oldra. conſil. 198.
Habet etiam peremptoria citatio alios
effectus, quos notat Socin. loco citato.
nu. 62. cum ſequen. vbi vide. Item quòd
Principis citatio vim peremptorij ha-
beat, vide Iaſ. in l. 1. num 9. ff. de conſtit.
prin. Allegat. Inno. & alios in c. cùm no-
23 bis olim, de elect. Quando † autem cita-
tio periculo partis in Camera decernen-
da ſit, vide infrà eod. Obſer. 119.

OBSERVATIO LIIII.

De executione citationis per nuncium facta, & eius relatione.

SVMMMARIA.

1 *Citatio iuſſu iudicis fieri debet, vt arctet.*
2 *Ratio eius.*
3 *In crimine flagranti delinquens ſine iuſſu iudicis ap-prehendi poteſt.*
4 *Nuncij relationi ſtatur.*
5 *Nuncio tantùm creditur de ſuo actu, non de alieno.*
6 *Modus exequendi proceſſus in Camera.*
7 *Relatio nuncij debet ad acta poni.*
8 *Executio nuncij vitioſa proprijs ſumptibus reſtau-randa.*
9 *Mandata Cæſarea in aula Cæſaris impetrata, quo-modo exequi debeant.*

COmmuniter placuit, executio-
nem citationis per nunciũ iu-
1 dicij, ad † ſolius partis inſtantiã,
abſq; iudicis cõmiſſione factã,
nullius eſſe momenti, citatumq́; ad com
parendum nõ arctare, per tex. in l. nemi-
nem, quç eſt l. fi. C. de exhib. reis. Bar. ibid.
nu. 1. Bal. nu. 2. tex. in l. ſed & ſi hae. §. præ-
tor ait. ff. de in ius voc. & in l. vnica. C. de
mand. prin. Alex. in l. ſciendum. nu. 45. ff.
de verb. obl. Imol. in l. ex conſenſu. §. fili-
um fa. nu. 15. ff. de appel. Fran. in c. cùm pa-
tati, nu. 9. ext. eod. tit. Maran. par. 6. tit. de
citatio. nu. 51. Vant. tit. de nullit. ex defect.
cit. nu. 40. cum ſeq. Felin. latè in c. 1. nu. 12.
de iud. idq́ue procedit, non ſolùm in per-
ſonali, ſed etiam reali citatione, quia † il- 2
la requirit cauſæ cognitionem, quã nun-
cius non habet: igitur iudicis commiſſio
requiritur. Felin. in d. c. 1. num. 10. per tex.
in d. l. neminem, Bald. ibid. num. 2. Bart.
& alij ibid. Bald. in l. ſi quando. C. de te-
ſtib. Maran. loco citato, nu. 61. Fallit ta-
men in † crimine flagranti, quia delin- 3
quens, etiam ſine iudicis licentia capi, &
ad iudicem duci poteſt, quia hanc licen-
tiam ipſa lex concedit, Bar. & Bal. in d. l.
neminem, per tex. in l. ſi quis in ſeruitute,
in fi. & in l. interdum, la. 2. §. qui furem. ff.
de furt. Sed quid ſi nuncius dicat, ſe iuſſu
iudicis citare, an eius aſſertioni creden-
dnm ſit: videtur dicẽdum ꝙ ſic, quia † eius 4
relationi plena fides adhibetur, & aſſe-
renti ſe legitimè citaſſe, creditur, potiſſi-
mùm in cauſis ciuilibus: idq́; propter ele-
ctam fidem perſonæ, & iuramẽti religio-
nem, qua iudicio obſtrictus eſt, text. in l.
magis puto. §. ne tamẽ. ff. de reb. eor. qui
ſub tut. ibi, dareq́; viatorem, tex. in l. l. 1. §.
quies, de off. prçf. vrb. ibi, & ad referendũ,
& tex. nota. in l. apparitores. C. de exacto.
trib. lib. 19. latè Spec. tit. de cit. §. ſequitur,
nu. 6. Bal. in c. 1. nu. 10. de milit. vaſal. qui
cont. eſt. Bart. in l. in illa ſtipulatione, nu.
11. ff. de verb. oblig. Cano in d. c. 1. de iud.
& in d. c. cùm parati. Hac tamen ratione
dubitandi non obſtante, contrarium ve
rius eſt: quia illa ratio dubitandi proce-
dit, quóad executionem citationis, quòd
præſumatur illã ritè & legitimè feciſſe:
ſecùs quóad probãdam commiſſionem
& mandatum iudicis, quia † nuncio tan- 5
tùm creditur de ſuo actu, non de alieno,
ad ſuũ officium non pertinente: ſolẽni-
tas commiſſionis eſt intrinſeca, proinde
nõ præſumitur, niſi probetur, per text. in
d. l. ſciendum. Ita concludunt, Bal. in d. l.
neminem, nu. 3 Felin. in d. c. 1. nu. 13. de iu-
dicijs, vbi aſſerit eam eſſe communem,
Vant. in vtranq; partem loco citato, nu.
41. cum ſeq. Fallit tamen ſi aliter conſue-
tudine receptum ſit, vt not. Bald. in d l. fi.
Alex. conſ. 123. nu. 3. vol. 2. incip. viſo pro-
ceſſu. Maran. vbi ſuprà num. 52. Item fal-
lit in alijs caſibus, quos notat Felin. in d.
c. 1. In Camera, citationum executiones,
aliorumq́ue proceſſuum, putà mandato-
rum, ex Ordinationis præſcripto, bifa-
riam

riam fieri poſſunt: aut per nuncios iura-
tos Cameræ: vel per Notarios in matri-
culam Cameræ receptos: nam notarij nõ
6 immatriculati proceſſus † Cameræ exe-
qui non poſſunt, & ſi exequantur, procla-
ma contra citatum non decernitur, nec
in eius contumaciam proceditur, quia
paria ſunt, nõ citare, vel minus legitimè
citare, text. in c. fin. de ferijs, & in l. 1. ff. eo.
tit. cum ſimilibus. Nuncij autem relatio-
nem ad finem originalis citationis con-
ſcribere: Notarij verò Inſtrumentum ſu
per facta executione citationis cõficere,
& tenorem commiſſionis, hoc eſt, ipſius
citationis, plenè inſerere debent: & ſic v-
troque caſu de cõmiſſione Iudicis, quan-
do in termino comparitionis proceſſus
iudicialiter reproducuntur, ſufficienter
conſtare poterit, & ceſſat diſputatio Dd.
de expreſſa, vel præſumpta commiſſione
iudicis. Porrò relatio nũcij ſiue eius ex-
ecutio ad acta poni debet, vt ſit pars acto
rum, & de legitimè facta executione ap-
7 pareat. Eſt enim actus † relationis ſubſtan
tialis, & proinde de ea in actis apparere
debet: aliàs nec citatio, nec ſententia, ne-
que totus proceſſus in contumaciam fa-
ctus, valeret, text. in l. hæc autem. §. 1. ff. ex
quibus cauſ. in poſſ. eat. Bart. ibi. nu. 1. & 2.
Salic. in l. fi. nu. 2. C. de ferijs. Phil. Fran. in
d. c. cùm parati. nu. 42. Maran. latè, d. par.
6. tit. de citatio. nu. 54. & nu. 124. cum ſeq.
vbi præclarè docet quomodo faciẽda ſit
executio per nunciũ. Bart. in extrauag. ad
reprimendum, in verbis, per nuncium.
Hinc eſt, ꝙ Ordinatio Cameræ, par. 1. tit.
38. §. 5. rectè diſponat: quòd nuncij iurati
Cameræ relationem ad finem originalis
citationis, vt dixi conſcribere debeant,
ad hoc vt ſit pars actorum, & vt Iudex vi-
deat, an ritè facta ſit, in perſonam vel ad
domum citati, poſſitq́; in contumaciam
non comparentis, proclama decernere.
Si culpa vel imperitia nuncij executio
8 † citationis non rectè facta ſit, eam ſuis
ſumptibus ex Integro facere debet: ita fa-
ctum in cauſa Erckenrodt/ contra Biſſe.
anno 48. die 23. Nouembr. & poſteà in a-
lijs multis cauſis. Nam imperitia culpæ
adnumeratur, text. in §. præterea. Inſti. de
leg. Aquil. & in l. idem iuris. §. 1. ff. eod.
titul. text. in l. ſi quis fundum. §. Celſus e-
tiam. ff. locati. nec admittitur excuſa-
tio, cùm formulam exequendi in Ordi-
natione præſcriptam habeat. vide ſuprà
Obſeruation. 49. in fin. de executione ci-
tationis, & Marant. dicta parte 6. titul. de
citatio. num. 124. Illud quoque hic obſer-
uandum, quòd mandata † Cæſarea in 9
Aula Cæſaris ad poſtulationem parti-
um impetrata, poſſint etiam per nunci-
os iuratos Cameræ exequi, idq́ue fre-
quenter in cauſis arduis, ob maiorem fi-
dem & ſecuritatem executionis, bona
venia Iudicis & Adſeſſorum Cameræ,
factum memini.

OBSERVATIO LV.

Executio nuncij impedita an citatum arctet.

SVMMARIA.

1 *Nuncius in executione impeditus quomodo ſe gerere debeat.*
2 *Citatio propter impedimenta vim citationis per edictum habet.*
3 *Citatio eò loci affigenda vbi veriſimiliter ad notitiam citati peruenire poſſit.*
4 *Malitioſè procurans ne citatio ad ſe perueniat, pro legitimè citato habetur.*
5 *Ignorantia affectata exempla, remiſſiuè.*
6 *Proclama in contumaciam iudex ex officio non poteſt decernere.*
7 *Actori quid incumbat facere vt Reus in contumacia conſtituatur.*
8 *Confeſſio quando confitenti noceat.*
9 *Contumax quibus caſibus quis habetur etiam non accuſata eius contumacia.*

NVncius † Cameræ volens exequi 1
citationem contra citandũ, non
fuit à cuſtodibus ciuitatis intro-
miſſus, vnde petijt citandum euocari, vt
ſcientiam citationis haberet, id quòd illi
quoque denegatum fuit: itaque citatio-
nis formulam portæ ciuitatis affixit &
diſceſſit. Appellans in termino compa-
ritionis, petit proclama contra citatum
non comparentem. Quæſitum, an illud
decerni poſſet? Concluſum quòd ſic, quia
nuncius, & appellans ſuum officium fe-
cerunt: nec ſtetit per eos, quo minus exe-
cutio ad domum, vel in perſonam facta
ſit. Præterea talis † citatio propter impe- 2
ditum acceſſum vel ingreſſum ciuitatis,
vim citationis per edictum habet, quæ
perinde citatum arctat, ac ſi in perſonã
facta eſſet, per tex. valde ſingularem, in l.
dies cautioni. §. toties. ff. de damn. infect.
text. notab. in Clemen. 1. de iudic. gloſſ.

ibid. in verbo, perſonaliter, & commu-
niter Dd. vide infrà eod. Obſer. 57. Suffi-
3 cit † citationem eo loci affigere, vbi ve-
riſimiliter ad notitiam citati peruenire
poſſet, per text. in d. §. toties, ibi, eſt enim
tutius libellum ad ipſas ædes proponere:
fieri enim poteſt, vt ita admonitus, de-
fenſor exiſtat, Rota deci. 8. de dol. & con-
tum. in nouis, per totam. Van. rit. de nul-
lit. ex defectu citationis, num. 140. Sic de-
cretum proclama in cauſa Laurentij Cu-
reol, contra Nicolaum Theobaldum 12.
Nouemb. anno 67. Quibus accedat, quòd
4 † malitioſe & de induſtria procurans, ne
citatio ad ſe perueniat, pro legitimè cita-
to habeatur, ita vt non ſit amplius citan-
dus, ne ad ſententiam quidem diffiniti-
uam, per tex. in c. quoniam. §. porrò, vt li-
te non conteſt. gloſſ. ibid. in verbo, impe-
dit, tex. in c. fin. de dol. & contum. & in d.
Clem. 1. de iud tex. in c. Romana. §. con-
trahentes, de for. compe. in 6. & in l. 1. §.
ſed & Ariſto. ff. quod vi aut clam, gloſſ.
ibi. in verbo, poſſit. tex. in l. ſi ideo. §. præ-
ſenti. & in l. ſi dictum. §. ſi præſente. ff. de
euictio. Inno. in c. ad petitionem, in fi. de
accuſ. Iaſ. in l. ſi ſeruus pluriũ. §. ſi quis. nu.
8. ff. de leg. 1. Felin. in c. fi. nume. 5. de teſti-
5 bus. vbi † multa exempla affectatæ igno-
rantiæ, vel cauſæ, aut coloris quæſi-
ti recenſet, vbi omninò vide, & Maran.
parte 6. tit. de citat. nume. 84. Illud obiter
6 hîc annotandum, Iudicem ex officio †
proclama cõtra contumacem decerne-
re non poſſe: quia de iure nunquàm con-
trà contumacem ad actum aliquem pro-
ceditur, niſi ad inſtantiam & petitionem
alterius partis, per tex in l. ad perempto-
rium. ff. de iudic. tex. in l. properandum.
§. 1. C eod. tex. in Auth. qui ſemel. C. quo-
mod. & quand. iud. Bar. ibid. num. 1. idem
in Auth. ei qui. num. 5. C. de temporib. ap-
pellat. Alex. conſil. 100. num. 6. volu. 5. in-
cip. diſcuſſis. Maran. par. 6. titul. de con-
tumacia. Hippol. in repe. l. de vnoquoq;
ff. de re iud. num. 147. cum ſequ. Quò per-
tinet, quòd Iudex officium ſuum impar-
tiri non debet, niſi petitum ſit: præſertim
ſi de facto, & nõ de iure controuertatur,
tex. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de
damn. infect. Dd. in l. vnica. C. vt quæ de-
ſunt aduoc. Bartol. in l. inter accuſato-
rem. nume. 8. ff. de public. iudic. vbi dicit,
7 actorem † in cauſa ciuili, in quolibet ter-
mino comparere, & Rei contumaciam
accuſare debere, ad hoc vt Reus conſti-
tuatur in contumacia. Idem Bart. in l. 2.
ff. ſi quis in ius vocat. & in l. conſentane-
um. C. quomod & quand. iud. Alexan. d.
conſi. 100. num. 6. Facit in ſimili, quòd † 8
confeſſio non noceat confitenti, ſi non
ſit à parte aduerſa in iudicio acceptata.
Bald. in l. ſuus hæres. num. 2. C. de repud.
hæred. Hippol in d l. de vnoquoq; num.
148. Salic. plenè in l. 1. C. de confeſ. Fallit,
† ſi ex forma ſtatuti contumax pro con- 9
feſſo haberetur, quo caſu citatus nõ com-
parens, contumax dicitur, etiam non ac-
cuſata contumacia eius, per partem ad-
uerſam, Bart. in d. l. inter accuſatorem, &
in l. abſentẽ. ff. de pœnis. Hippol. vbi ſu-
prà, nu. 150. Secundò fallit in cauſis fiſca-
libus, per tex. in l. 2. §. ſenatus. ff. de iur. fi-
ſci. Alex. in l. 4. §. hoc autem iudiciũ. nu.
25. ff. de dam. infect. vbi vide, & apud Hip-
pol. loco allegato.

OBSERVATIO LVI.

Citatio extra territorium quomodo fieri poſsit.

SVMMARIA.

1 Quæſtio egens deciſionẽ Cæſarea.
2 Tripliciter citatio fieri poteſt extra territorium.
3 Nunquid executio extra territoriũ facta an valeat.
4 Quid operetur.
5 Litera iudicis rei ſitæ extra territorium.
Actus intimationis non eſt pars iudicij. ibid.
6 Effectus harum literarum.
7 Citatio extra territorium per edictum.
8 Qui modus tam in ciuilibus quàm crimin. eſt tutiſſimus.

VAriæ ſunt Dd. opiniones, an & 1
quo pacto nõ ſubditus extra † ter-
ritoriũ citati poſſit, Ang. in l. fin.
nu. 6. Iaſ. ibid. nu. 24. ff. de iuriſd. om. iud.
dicunt hanc quæſtionem eſſe valde du-
biam, & egere deciſione Cæſarea, quam
tractant Bald. & Bar. in l. omnes. §. ve-
rùm ſi apparitor. C. de Epiſc. & Cler. vbi
ſedes ordinaria. Bar. in l. 1. §. 1. ff. de requ.
reis. vbi pleniſſima apoſtilla. Socin. in c.
ſanè ſi Epiſcopi, num. 12. cum ſeq. de for.
comp. Idem in c. dilecti filij. nu. 24. cum
ſeq. eod. tit. Antho. de Butr. in c. fi. nu. 19.
& ibid latè Felin. num. 1. cum ſeq. eo. tit.
Bar. in Extrauag. ad reprimendũ. in verb.
per edictum. num. 9. Ang. & Iaſ. in d. l. fi.
Oldr.

Oldr.conſ.85.per totum.Boſſius tit.de ci-
tationib.nu 13.cum ſeq.de for.comp.Ma
ran.par.6.tit.de citatione.nu.40.gloſſ.in
Clem.paſtoralis, in verb. præſupponen-
dum,de ſent.& re iud. Canoniſtæ com-
muniter ibid. Breuitèr concludendum,
2 tripliciter † fieri poſſe citationem contra
non ſubditum extra territorium.Primò
per nuncium: Secundò, per iudicem rei
ſitæ:Tertiò,per edictum.Quod ad nunci-
um attinet, citatio fieri poteſt, non qui-
dem ad eum effectũ,vt iudex iuriſdictio-
nem in perſonam citatam exerceat: ſed
3 tantùm vt futuræ litis,ratione rei † ſcien-
tiam habeat, actus nuncij,quóad denun-
ciationem valet,quia nudum tãtùm mi-
niſterium executionis eſt,non iuriſdicti-
onis,text.in d.l.omnes.§.verùm ſi appa-
ritor.tex.not.in l.item veniunt,§.petitã,
ff.de petit.hæred.quæ quidem denuncia-
tio nuncij,vel apparitoris,non erit pror-
4 ſus ſine effectu, nam hoc † operabitur,
quòd iudex rei ſitæ in contumaciam ci-
tati non comparentis ad immiſſionem
bonorum procedere poſſet: habet enim
fundatam iuriſdictionem ratione rei, li-
cèt perſonam citati, in contumaciã pœ-
na aliqua pecuniaria, vel Banni mulcta-
re nequeat,text.in d.§. verũ ſi apparitor;
Bar.& Bal.ibid.nu.2.tex.in c.Romana,§.
contrahentes,de for. comp.in 6.gloſſ.in
d.Clem.paſtoralis.Socin.& Butr.vbi ſup.
num.5. Secundò fieri poteſt citatio extra
territorium per iudicem rei ſitæ per lite-
5 ras,hoc pacto: vt nimirum † literas mit-
tat iudici alterius territorij,in quo citan-
dus domicilium habet, quibus illi futu-
ram litem ſignificet, & proinde admo-
neat citãdum, quòd veniat reſponſurus
ſuper libello actoris:tex.in d.l.1.§.1.ff.de
requit.reis.& hæc nõ eſt propriè citatio,
ſed quædam inſinuatio & denunciatio
litis, vt reo ſaltem innoteſcat, actorem
ſuper re in territorio citantis, vel potiùs
ſignificantis & admonentis ſita,quęſtio-
nem mouere,atq; actionẽ inſtituere vel-
le.Actus enim intimationis non eſt pars
iudicij, neq; Actorum, ideo quocunque
tempore & per quemcunque fieri poteſt,
etiam ſine mandato, tex.in d.l. item ve-
niunt.§.petitã.Fel.in d.c.fin.nu.2. Huius
6 admonitionis † effectus quoque eſt,vt in
contumaciam moniti, actor in poſſeſſi-
onem rei petitæ, ſecundùm naturam
actionis intentatæ mitti poſſit. gloſſ. &
Dd.in d.c.próut.nam etſi per hanc cita-
tionẽ iudicis non cõſtituatur ius in per-
ſona, ita vt pœna aliqua pecuniaria vel
Banni citato in contumaciam irrogari
queat, ius tamen conſtituitur in ipſa re:
adeò vt ſuper ea iudex in contumaciam
non comparentis iuriſdictionem ſuam
exerceri poſſit,Bar.in l.1.§.1.ff.de req.re-
is.vbi omninò vide Socin. in d.c.ſanè ſi
Epiſcopi.nu.12.Iaſ.in d.l.fi. Tertiò extrà
† territoriũ citari quis poteſt per edictũ, 7
de qua vide ſeq.Obſeru.& apoſtil.ad Bar.
in d.l.1.§.1.quę quinq; caſus enumerat,in
quibus citatio facta extra territorium va
leat. Sed hæc citatio edictalis omnium
tutiſſima eſt, vt videlicet reus per edicta
publica,maximè in actionibus perſona-
libus,citetur in locis finitimis, per nota-
ta infrà Obſeruation. proxim. Et hoc in
Camera quandoque factum memini,
contra ſubditos Regis Galliarum,& Du-
cis Brabantiæ, qui per edictum ad cau-
ſas citati fuerunt. Prima via citandi per
nuncios, periculoſa eſt: quia plerunque
nuncij malè & indignè ob id tractantur;
& in carceres conijciuntur, ſicut aliquan-
dò in Brabantia factum. Secundum mo-
dum citandi per literas iudicis, aliquan-
dò etiam obſeruatum ſcio, & probatur
per tex.in d.l.1.§.1.ff.de req.reis.ibi, ſed &
literas ad magiſtratus vbi cõſiſtunt, mit-
tere. Tertius † modus omniũ, vt dixi, tu- 8
tiſſimus eſt, tam in ciuilibus, quã crimi-
nalibus cauſis,nam forẽſes reperti in lo-
co delicti forum ibidem ſortiũtur, quóad
ad omnem ſpeciem condẽnationis tam
perſonæ,quàm bonorum,tex.in d.c.fi.de
for.comp.Fel.& alij ibid.tex.in l.1.C.vbi
de crim.agi oport.non reperti, extra ter-
ritorium per edictum, quóad cõdemna-
tionem bonorum in territorio citantis
ſitorum,citari poſſunt, vti latè p Dd.in d.
c.fi. Boſſius tit.de for.cõp.nu.46.& tit.de
citationib.nu.20.cũ ſeq.vtrobiq; dicit,in
dominio Mediolanenſi forenſes delin-
quentes,per iudicem loci, quóad omnẽ
effectum condẽnationis, per edicta pub-
lica,in loco delicti, & alijs vicinis locis
citati.Soc.ampliſſimè in c.poſtulaſti, de
fo.comp.Illud quoq; hic obſeruandum,
Iudicem domicilij citare poſſe ſubditũ
extra territorium,vbiq; exiſtentem, quia
quocũq; loco ſe vertit, ſemper ſubditus 9

eſt, & ideò in loco domicilij citari po-
teſt, & in hoc differt Iudex domicilij, à
Iudice contractus, Felin.in d.c.fi.nu.1. &
nu.24. verſ.& ſcias, de for.comp. Boſſius
d.tit.de citationib.nu.20.cum ſeq.Bar.in
extrauag.ad reprimendum, in verbo, per
edictum. Zabarel. in d. Clem. paſtoralis,
§.illud.de ſent.& re iudic.

OBSERVATIO LVII.

De Citatione edictali, quando locum habeat.

SVMMARIA.

1 *Citatio per edictum quibus caſibus fieri debeat, ac in multis caſibus obtinet.*
2 *Locus non tutus.*
3 *Loca vicina quæ dicantur.*
4 *Vagabundus.*
5 *In quo loco citatio contra vagabundum affigenda.*
6 *Incertus contradictor.*
7 *Creditores per edictum citari poſſunt.*
8 *An elapſo termino citationis, illi quorũ intereſt adhuc comparere, & de ſuo intereſſe docere poſſint? & quando, & quibus caſibus.*
9 *Cautela ſingularis pro emptoribus caſtrorum, vel prædiorum, vt ſecuri ſint de euictione.*
10 *In Camera quando citatio per edictum decernatur.*
11 *Terminus datur peremptorius.*
12 *Effectus citationis per edictum.*
13 *Citatus per edictum an appellare poſſit, remiſſiuè.*
14 *Conſuetudo tribuit iuriſdictionem.*

Citatio per edictum de iure communi fieri tantùm debet in caſibus neceſſitatis, quando videlicet alio modo quis citari non poteſt: nam Iudex nõ debet ab edictali citatione incipere, ſi in pſonam, vel ad domum ſolitæ habitationis executio citationis fieri poſſit, iuxta tex. in c. cauſam quæ, de dol. & contuma. & in l.dies.§.prætor ait, ff.de dam.infect. quia aliàs grauaret citatum, & Iudex appellationis poſſit hoc grauamen reſtaurare. Bar.in extrauag.ad reprimẽdum, in verbo, p edictum. Maran.par.6.tit.de citat. nu.8. Citationes enim edictales ſunt à iure communi exorbitãtes, per iura allegara, ideo vltra ſpeciales caſus nõ ſunt extendendę, ſed ſtrictè & in ſuis terminis accipiendæ, iuxta Clem.1. de iudic. Rota deciſi.vnica, numer.3.de ferijs, in nonis. Et ideo quoſdam caſus ſubijciam in quibus citatio edictalis locum habeat, quia materia in foro vtilis & frequens eſt. Primò igitur citatio per edictũ decerni po-
1 teſt; ſi quis † per ſe, vel per alios, quoquo modo efficiat, ne citatio ad ſe peruenire poſſit, text in d.Clem.1.de iud. & in c. ex tuæ, de cler.non reſidentib. & in d.c.Romana.§.contrahentes, de for.comp.in 6. vide ſup.Obſer.55. Secundò, quando † lo- 2
cus vbi quis citari debet, nõ eſt tutus, text. in d.Clem.1.& in c.ſtatuimus, de offi. de. leg.in 6.tex.in Clem.vnica, de foro compet.& in Clem.cauſam, de elect. vbi dicitur quòd citatio per edictum fieri poſſit contra eos, quorum domicilia, ſiue loca non poſſunt tutò libereue adiri. Et hoc plerunque accidere ſolet, quando citatur aliqua inſignis Reſpub.vel dominus potens, quia plerunque non patet tutus acceſſus, potiſſimùm, ſi ex cauſa odioſa citatio procedat, tex.in c.1.de cleric. non reſid.lib.6.& in l.ſed ſciendum.ff.ad S.C. Trebell.ibi, ſed & ſalutis & dignitatis ratio habẽda erit, facit text.in l.3.ff.ex quib. cauſis maio.Bar.in extrauag.in d. verb. p edictum, num.3. Ancha.in d.Clem.1.nu. 3.de iudicijs, Specul.titul.de citatione.§. ſequitur.num.13.& num.21. plenè Felin. in c.quoniam frequenter.num.14. cum ſeq.vt lit.non conteſt.& in c.2.num.8. de conſtitut. Et tali caſu debet fieri citatio per edictũ in locis vicinis, tex.in d.Clem. vnica, de foro compe.& in c. vbi periculum, §.porrò, de electio. in 6. Loca † vici- 3
na intelliguntur, quæ domicilio citandi ita vicina ſunt, vt veriſimiliter citationis notitiam habere poſſit, tex.in d.l.dies cautioni.§. toties.ff.de dam.infect. alias in locis remotioribus affixa citatio non arctaret citatum, tex.in d.Clem.cauſam. §.final. Rot. deciſ.8.de dolo.& contu.in nouis: & deciſ.5.num. 1.de reſcrip. in nouis, cum longa addit. Vant. de nullit.ex defectu citat.num.140. per multa allegata ibid. Tertiò locum habet citatio edictalis, ſi perſona citanda † ſit vagabunda, 4
non habens certum domicilium, ita vt actor ignoret quo in loco perſonaliter citari poſſit, quo caſu affigi debet citatorium edictum in illa † ciuitate, vel eo lo- 5
ci vbi ſolitus eſt vagabundus cõuerſari, tex.in l.eius qui, la.2.§.ſi quis.ff.ad municipal.& in d.l.dies cautioni, §. prætor ait. Bar.in l.vt perfectius.C.de annali excep. Marant.d.part.6.titu.de citatio.num.83. cum ſequen. vbi tredecim caſus ponit in hac materia citationis per edictũ. Quartò obtinet citatio per edictum, ſi † con- 6
tradictor

tradictor ſit incertus, & citentur om-
nes in genere quorum intereſt. text. in
c.fin.de elect in 6.Felin.in d. c. quoniam
frequenter. nu. 14.tex.in l.ſi eo tempore.
C.de remiſſ.pignor. & in l.ſed etſi pupil-
lus.§ proſcribere.ff.de inſtitor.actio. Ma
rant. vbi ſupr.nu.89.Exempli gratia:Cre-
7 ditores † defuncti, ſi in diuerſis locis ha-
bitent, & incerti ſint, poſſunt citari per
edictum, & publica proclamata, (vulgò
cridas appellant) vt compareant coram
omnium ſuperiore iudice, ad eum effe-
ctum, vt creditum ſuum ibi proponant,
& deducant, vel ad videndum imponi
ipſis perpetuum ſilentium, per ea quæ
pulchtè notat Felin.in d.c. 2. num. 8. de
conſtit.Specul.d §.ſequitur.num.19.Bar.
& Dd.in l.Titia.ff.de accuſ. text. in d.l.ſi
eo tempore.Rom.conſi.53.num.1. incip.
Viſis themat. text. in c.fin.qui matri. ac-
cuſ.poſſ.Specul..titul.de citat.§.ſeqnitur.
nume 19.vt factum eſt in Camera,in cau-
ſa Brandenburg/contra creditores Mar-
chionis Alberti: & alijs quàm plurimis
8 cauſis. An autem † elapſo termino cita-
tionis per edictum, illi quorum intereſt,
adhuc comparere,& de ſuo intereſſe do-
cere poſſint, vide Felin.in c. gratum, de
offic. & poteſta. iudic.deleg.num. 2. vbi
concludunt quòd ſic, ſi veniant ante ſen
tentiam impoſitionis perpetui ſilẽtij: ex-
cipit tres caſus, vt ibi per eum, allegat In-
noc.in d.c.fi.per illum tex. qui matr.ac-
cuſ.poſ. Hic quoq; ſingulariter obſeruan
dum, quòd eo caſu, quando incerti ſunt
creditores, ſuperior omnium poſſit adi-
ri,& citatio per edictum obtineri, tex.in
d.c.fin.qui matri.accuſ.poſſ.& in d.c.fin.
de elec.in 6.& in d.l.ſi eo tempore.Felin.
in c.2.num.8.de conſtitutio. item eſt ſin-
9 gularis † cautela pro emptoribus caſtro-
rum, vel prædiorũ, vt certi & ſecuri ſint
de euictione,quòd publicis edictis, in lo-
cis caſtro vel prædio vicinis, curent cita-
ri omnes,qui ſua intereſſe, & ibi loci ali-
quid iuris habere putauerint, ſub com-
minatione perpetui ſilentij,per iura alle
gata, & doctrinam Specul. & aliorum in
locis citatis.Roman.d.conſil.53.nume.3.
Vtrùm verò emptor inuito venditore,
poſſit à iudice citationem edictalem, cõ-
tra quoſcunque qui ſua intereſſe putaue-
rint, ſub pœna perpetui ſilentij petere,
itẽ de forma citandi, vide omninò Boër.
deciſi.255.num.9.incip. & circa primam.
& Roma.d.conſi.53. Quintò obtinet ra-
tione incertitudinis, contra creditores
defuncti, ad videndum fieri inuentariũ,
iuxta formam, l.ſancimus. C. de iur.de-
lib.videlicet, ſi quis beneficio inuentarij
velit adire hæreditatem ſuſpectam, & de
certis creditoribus non conſtet,Caſtren.
conſi.325.num.2.par.1. Dd.in l. conſulta.
C.de teſta.Feli.Bar.Maran.& alij vbi ſup.
Canoniſt. communiter in d. Clem.1.de
iud.Sextò,In materia diffamationis poſ-
ſunt per edicta citari omnes, qui ſua in-
tereſſe putauerint,vt notaui ſupr.eo.Ob-
ſeru 9.In Camera petens † citationem e- 10
dictalem,debet in libello ſupplici ad mi-
nus tria loca, domicilio citandi vicina,
disertè exprimere, vbi executio citatio-
nis facienda, & edictum citatorium affi-
gendum: aut ſaltẽ allegare,quòd hoc in
Cancellaria facturus ſit: non enim ſuffi-
cit in vno aut altero loco edictũ affigere,
ſed ad minus tria loca vicina requirun-
tur,ad hoc, vt veriſimiliter citatio ad no
titiam citãdi peruenire poſſit, vt ſup. di-
ctum eſt,per iura allegata,proindè ſi hoc
à ſupplicante obſeruatum non ſit,decer-
ni ſolet. So fern der Supplicant/ die ört-
ter da citatio per edictum anzuſchlagen/
benennen wurth / das ſolches ſoll gehört
werden vnd ferner darauff ergehẽ ſoll was
recht iſt/hoc eſt, quatenus Supplicans,lo-
ca vbi citatio per edictũ affigi debet, no-
minauerit,quòd hoc audiri, & porrò fie-
ri debeat,quòd iuris eſt,Ror.d.deciſ. 8. &
d.deciſ.5.Vant.d.tit.de null.ex defect. ci-
tat.nu.133.Felin.in d.c.quoniam frequen
ter,num.17.& num.20. vbi dicunt,quòd
ad minus in duobus locis executio cita-
tionis per edictum fieri debeat: ſed Ca-
mera hactenus obſeruauit, vt iam dictũ
eſt. Datur † autem in hac citatione ter- 11
minus peremptorius, quatuor aut ſex
menſium,pro locorum diſtantia,& cau-
ſarum qualitate: debet enim congruus
eſſe terminus,ex doctrina Bart. in extra-
uag.ad repri.in d.verb.per edictum.nu.3.
text.in d.Clemen.1.Anchar.ibid.num.3.
de iudicijs. Effectus †, huius edictalis ci- 12
tationis eſt, quòd ea perinde citatum ad
comparendum arctet, atque perſona-
lis citatio, & quòd non comparentem
reddat contumacem: ita proceſſus qui
poteſt fieri contra perſonaliter citatum,

procedit etiam contra citatum per edi-
ctum, per text. in d. Clem. 1. gloſſ. ibid. in
verb. perſonaliter. Imol. ibid. num. 15. tex.
in d. Clem. vnica. §. ſi verò dicti, in fin.
de foro compet. Philip. Franc. in c. bonæ
memoriæ. num. 2a. de appellat. An au-
13 tem † citatus per edictum, propter contu
maciam appellare poſſit, vide gloſſ. ſin-
gula. in Clem. 1. de dol. & contum. ad ver
bum, maniſeſtè. Franc. in d. c. bonæ me-
moriæ, quem ad hoc omninò vide. Præ-
dicta omnia de citatione per edictum, ac-
cipienda ſunt de iudice ordinario: nam
delegatus per edicta citare nõ poteſt, niſi
hoc ei ſpecialiter conceſſum ſit, vel con-
14 ſuetudo admitteret, quæ † iuriſdictionẽ
dat, tex. in c. cùm contingat, in fin. de fo-
ro compet. gloſſ. ibid. in verbo, vel con-
ſuetudine, tex. in c. dilecti, de arbitris. vbi
gloſſ. in verbo, conſuetudinem, tex. in l.
1. & in l. fin. C. de emancip. libero. proin-
de in perſonam, vel ad domum habita-
tionis citare, & ſiquidem citandus ſit va-
gabundus, ad ordinarium recurrere de-
bet, vt not. Bal. in l. 2. C. quomo. & quan.
iud. nu. 2. vbi hanc dat rationem quia ci-
tatio per edictum eſt ſimilis bãno: at de-
legati bannire nequeunt, ſicut nec exco-
municare, argumento, l. nulli C. de ſent.
& interloc. om. iud. Bal. ibid. nu. 3. Bart. in
extrauag. ad reprim. in verb. per edictum.
nu. 1. vbi dicit, quòd modus citandi per edi-
ctum competat ordinarijs, & delegatis à
principe, per tex. in Authen. qui ſemel. C.
quom. & quand. iud. vide tex. & Dd. in l.
ſancimus. C. de iud. gloſſ. in l. 2. in verbo,
edicti. C. quom. & quand. iud. Maran. vbi
ſup. nu. 82.

OBSERVATIO LVIII.

Citatio illegitima per comparitionem citati conualidatur.

SVMMARIA.

1 *Citatio illegitima quãdo citatum arctet, neque eius exceptio admittatur.*
2 *Citatio nulla per citationem conualidatur.*
3 *Citationis effectus eſt comparitio.*
4 *Comparitio ſpontanea validat citationem, & interrumpit præſcriptionem, etiam in cauſis criminalibus.*
5 *Præſens citari non debet.*
6 *Executiones proceſſuum Camera quomodo faciendæ.*
7 *Nulliter citatus comparere non debet.*

CItatio † illegitima, quę tamen ad 1
notitiam citati peruenit, per cõ-
paritionem perindè arctat cita-
tum, atque legitima citatio, per text. in
Clem. cauſam. §. fin. de elec. Alex. in l. de
pupillo. §. meminiſſe. nu. 5. in apoſt. ff. de
noui oper. nunciat. Hinc eſt, quòd non
ritè citatus, ſi in termino præfixo in Ca-
mera compareat, & excipiat contra exe-
cutionem citationis, quòd nõ ritè facta,
ac proindè inualida ſit, talis exceptio
non admittitur: ſed citato iniungitur, vt
ad libellum exhibitum reſpondeat, & in
cauſa procedat, quia ex communi Dd.
opinione, citatio † aliàs nulla, per com- 2
paritionem conualidatur, text. elegans,
in l. 1. §. ſed ſi. ff. de ferijs. Bald. ibid. nu. 4.
& Alex. numer. 3. Bartol. in l. 1. ff. de in ius
voc. Hippol. in repetitione l. de vnoquo-
que. num. 55. ff. de re iudic. Feli. in c. illud,
num. 8. de præſcrip. Maran. par. 6. titul. de
citatione. num. 73. in fin. Socin. eod. titu.
artic. 5. num. 21. Deci. conſil. 449. num 8.
incip. viſis duobus. Rom. conſ. 410. nam
ſola præſentia abſque alia citatione ſuf-
ficit, quia præſens regulariter citari non
debet, cùm † citationis effectus ſit compa- 3
ritio: licèt igitur non valeat citatio, va-
let tamẽ comparitio & proceſſus poſtea
habitus, Socin. vbi ſupr. per text. in d. l. de
vnoquoq;, vbi hoc latè explicat Zaſ. nu.
6. cum ſequ. & communiter Dd. tex. in l.
etiã. §. fi. ff. de minorib. Dd. in l. 1. ff. de in
ius vocand. eleganter Vaur. de nullit. ex
defectu citationis, nu. 17. cum ſeq. quem
ad hoc omninò vide. Felin. in d. c. illud.
nu. 8. vbi dicit † ſpontaneam & volunta- 4
riam comparitionem validare citatio-
nem, & interrumpere præſcriptionẽ, per
text. in d. l. 1. §. ſed ſi. ff. de ferijs, vide ſupr.
eo. Obſer. 48. quod etiam procedit in cau
ſis criminalibus, nam præſens condem-
nari poteſt, vt tenet Boſſ. tit. de citatione,
nu. 28. cum allegatis ib. Huc ptinet ꝙ prę-
ſens † regulariter, vt dictũ, non ſit citan- 5
dus, ſed cogatur reſpondere libello, vel
terminum petere ad deliberandum, Ma-
rant. loco citato, vbi communem dicit,
latè Socin. d. titul. de citat. numer. 21.
cum ſequent. Bald. in l. nam ita Diuus. ff.
de adoption. nume. 3. cum ſequen. vbi di-
cit notandũ, quòd citatio non ſit de ſub-
ſtantia litis, quando pars eſt præſens. Si
verò illegitimè citatus, puta à notario
non

non immatriculato, (nam executiones
6 proceſſuum † Cameræ nõ poſſunt fieri,
niſi vel per nuncios iuratos, vel Notari-
os in matriculam Cameræ receptos) vt
dixi ſuprà, Obſer. 54. ſua ſpõte non com-
pareat, etiamſi ſcientiam & notitiam ci-
tationis habeat: tamen proclama con-
tra eum decerni, & porrò in contuma-
ciam procedi non poſſet, ſed eſſet deno
uo legitimè citandus: quia paria ſunt, nõ
citare, vel minus legitimè citare, text. in
c. fin. de ferijs, & in l. 1. ff. eod. tit. Vnde ta-
li caſu ratione petiti proclamatis, in Ca-
mera pronunciari ſolet, Jſt das gebetten
rüffen/auff furbrachte execution/abgeſchla
gen/hoc eſt petitum proclama, ſuper fa-
7 cta executione denegamus. Nam † nul-
liter citatus, comparere non tenetur, per
multa iura quæ ad hoc allegat Vant. lo-
co citato. num. 22. cum ſeq. quem omni-
nò vide Dd. in l. 2. ff. ſi quis ius dicen. nõ
obtemp. & ſupr. Obſeruat. 48. & d. Ob-
ſeruat. 54.

OBSERVATIO LIX.

De contumacia Actoris.

SVMMARIA.

1 *Terminus citationis quandò pro circumducto habeatur.*
2 *Circumducto termino citatio iterari debet.*
3 *Circumductio in cauſis appellationum non habet locum, ſed ſolùm ſimplicis querelæ, & in prima inſtantia.*
4 *Actore contumace ante litis conteſtationem quemodo reus procedere debeat.*
5 *Reus actore contumace, onus probandi in ſe recipere poteſt.*
6 *Contumacia actoris maior quàm Rei.*
7 *Ordinatio quoad contumaciæ proceſſum non diſtinguit inter actorem & reum.*

QVomodò contrà petitorem ſiue
actorẽ in contumaciã proceda-
tur, pulchrè traditur in Ordina-
tione part. 3. tit. 42. & in Auth. qui ſemel.
C. quom. & quã. iud. & in l. properandũ.
§. & ſiquidẽ. C. de iud. & in c. cauſam quę,
de dolo & contu. glo. ibid. ad verbum, ad
domum, & Panorm. num. 15. cum ſequ.
gloſſ. ſing. in c. prout, in verbo final. Pa-
nor ibid. nu. 19. & cõmuniter Canoniſtę
eo. tit. Spec. tit. de cõtumacia. §. nũc nobis
dicendum, per totũ. In Camera, ſi actor
in termino emiſſæ citationis non com-
pareat, reus contumaciã actoris accuſa-
re, & ꝓclamate facto, auff beſchee ruffen/
tribusq; iuridicis effluxis, abſolutionẽ à
citatiõne petere poteſt: nam hoc pacto
† terminus pro circumducto habetur, & 1
meritò abſolutio à citatione ſubſequi-
tur, per tex. in l. & poſt edictum. §. quòd ſi
is. ff. de iudic. Panor. in d. c. cauſam quæ.
nu. 17. Quid ſi actor, elapſis iam tribus an
dientijs, cõpareat, & alleget iuſtas cauſas
impedimenti, an edictũ † citationis cir- 2
cũductũ, reintegrabitur, aut reuiuiſcet?
Minimè, ſed citatione iã extincta, noua
opus erit citatione: quia iudiciũ non de-
bet eſſe in pendenti, tex. in l. 1. §. 1. ff. de v-
ſur. & in l. non quemadmodum. ff. de iu
di. gloſſ. ibid. in verbo, non poſſe, Ordi-
nat. part. 3. titu. 12. §. fin. d. l. & poſt edictũ,
& licèt iuſta cauſa abſentiæ excuſat à cõ-
tumacia, per text. in l. contumacia. ff.
de re iudic. tamen non excuſat à cir-
cumductione termini, ne ea in ſuſpenſo
maneat. In cauſis † verò appellationum 3
circumductio termini nõ obſtat, quan-
do neuter litigatorum in termino com-
paret: ſed poſtea abſque noua citatione
procedi poteſt. Et ſic diligenter obſeruã-
dum, diſpoſitionem Ordinat. in d. §. fin.
titu. 12. nõ habere locum in cauſis appel-
lationum, ſed tantùm ſimplicis querelę,
& prima inſtantia. Porrò ſi † actor in iu- 4
dicio ſemel cõparuit, & libellum exhi-
buerit: deinde lite nondum cõteſtata, in-
cipiat eſſe cõtumax, & litem mori patia-
tur, vt cum Vlp. loquar, in l. 3. ff. quæ in
fraud. credit. tunc in arbitrio Rei erit,
poſt factũ proclama, & tres inſequentes
iuridicas elapſas, aut petere abſolutionẽ
à citatione, aut in contumaciã actoris,
litẽ negatiuè conteſtari, & demũ in cau-
ſa principali procedere: poteſt enim † re- 5
us onus probãdi in ſe recipere, text. in d.
Auth. qui ſemel. & in d. c. cauſam quę. Pa
nor. ibid. nu. 17. in fi. vbi text. eſt elegans,
quòd ad inſtantiã Rei, lite nondũ conte-
ſtata, teſtes examinari, & ſententia in
cauſa principali fieri poſſit: idque rece-
ptum eſt in præiudicium actoris contu-
macis: ſecùs eſt in reo contumace, quia
ad diffinitiuam non peruenitur, niſi lite
conteſtata. tex. in c. quoniã frequenter. §.
in alijs, vt lit. non conteſtat. text. in d. c.
prout, de dolo & contuma. gloſſ. notab.

ibid. in verbo, diffinitiua, ſimiliter Pa-
normit.num.18.idem in d.c.cauſam.nu-
me.15.Barto.in d.Auth.qui ſemel, num.
6 8.10.& 13. Ratio diuerſitatis, quia † ma-
ior eſt contumacia actoris, quàm Rei:
gloſſ.in d.c.cauſam quæ,in verbo,ad do-
mum. Actor enim agere non tenetur, to
to titu.C. vt nemo inuit.agere vel accuſ.
cog.reus verò citatus neceſſariò compa-
rere debet,text.in c. veniens, de accuſa-
tionib.& in l.2.ff.ſi quis in ius voca. Dd.
ibid.text.in l.ſi quis ex aliena, ff. de iudi-
cijs.Item reorum eſt fugere, tex.in l.pro-
perandum. §. & ſiquidem. C. de iudic.
gloſſ.ibid.in verbo fugientis, & gloſſ.in
d.c.cauſam quæ.próut hoc latiùs expli-
cant Bartol. & Panormit.vbi ſupr.quos
7 ad hoc omninò vide. Ordinatio † ta-
men quóad contumaciæ proceſſum nõ
diſtinguit inter actorem & reum, vtro-
que caſu libello exhibito, lis in contu-
maciam pro conteſtata acceptatur, &
demum ad diffinitiuam proceditur. Et
hæc quoque obtinent in cauſa appella-
tionis, quóad modum procedendi in
contumaciam. Vide ordinat.part.3. tit.
42.§.2.ibi oder aber/item titul.43.§. 4. &
titul.44.per totum. Quòd autem iudex
ex officio in contumaciam proclama
decernere nequeat, vide ſuprà Obſer-
uat. 55.

OBSERVATIO LX.

De contumacia Rei, & vtrùm actor, vna ex tribus vijs Ordinationis electa, variare poſſet.

SVMMARIA.

1 *Tribus modis contra reum contumacem proceditur, qui ob contumaciam varijs pœnis affici poteſt.*
2 *Optio in alternatiuis parti, non iudici datur, & num. 3.*
4 *Actor electione ſemel facta, an variare poßit.*
5 *Actio ciuilis & criminalis ab vno eodemq; intentari poteſt: & quando illa per hanc tollitur.*
6 *Quomodò actor in cauſa principali contra reum cõtumacem procedere debeat.*
7 *Reus ob contumaciam an cauſa cadere debeat.*
8 *Ob ſolam contumaciam reus, actore non probante, non debet cauſa cadere.*
9 *Contumax victore in expenſis condemnandus.*

EX Ordinatione Cameræ parte 3.tit.
43. §.1. actor † contra reum contu- 1
macem tribus modis procedere poteſt,
Primò ad pœnam Banni, per notata
Baldi in l.1.nume.9. C. de hæredibus in-
ſtit.Iaſ.in l.vnica,numer. 25. ff.ſi quis ius
dicen.non obtemp. Ordinat. part. 2. tit.
18.cum ſequen.& titul.43.part.3. Deinde
ad immiſſionem bonorum, ſecundùm
naturam intentatæ actionis, & diſtin-
ctionem, quæ traditur in c. quoniam
frequenter.§.in alijs verò caſibus, vt lit.
non conteſt. glo. ſingularis, in d. c. pró-
ut, de dolo & contuma. Panormit. ibid.
nume. 18. & communiter Dd. text. in l.
conſentaneum, C.quomo. & quan. iud.
gloſſ.notab.ibid. in verbo transferre. Et
in Camera primò fit immiſſio per inter-
locutoriam, deinde ſuper ea executoria-
les decernuntur. Tertiò procedere poteſt
in cauſa principali, vſque ad diffiniti-
uam, & deciſionem cauſæ, d.l. conſenta-
neum.ſicut infrà prolixiùs explicabitur.
Et ſic obſeruandum reum contumacem
varijs pœnis affici poſſe, vt notat Bald.
in d. l. 1. & pleniùs dixi. in tractat. frac.
pacis. lib. 2. cap.5. Ex iſtis igitur tribus
vijs † actori optio datur, quarum vnam 2
pro arbitrio ſuo eligere poteſt: quod iu-
ri quoque communi conſentaneum eſt.
Quoties † enim multa remedia à iure 3
introducuntur alternatiuè, tunc optio e-
ligendi alterum, nõ iudici, ſed parti per-
mittitur, etiam eo caſu, quo verba non
partem, ſed iudicem cõcernunt, Panor.
in d.c.próut, nume.19. & nume.22.per il-
lum text. Idem in c. inter cætera, de re-
ſcrip.tex.in d.l.conſentaneum.ibid. Bar.
nume.16.Iaſ.in l.in prouinciali.§.ſi in lo
co communi, numer. 7. ff. de oper. nou.
nuncia.vbi dicit, quòd quoties plura re-
media procedunt ex eadem lege, vel ex
eodem edicto, tunc vnum non tollit ali-
ud: ſecùs ſi cõpetant ex diuerſa lege, vel
ex diuerſo edicto. Quid autem ſi † actor 4
vel appellans vnam ex ſuperioribus vijs
ſemel elegiſſet, putà, viam procedendi
in cauſa principali, & in ea vſque ad litis
conteſtationem incluſiuè progreſſus ſit:
nimirùm quòd ad ipſius inſtantiam, lis
in contumaciã pro conteſtata acceptata
ſit, an hoc caſu variare, & viam Banni
eligere poſſit? Ante litis conteſtationem
dubium non eſt, quin variare poſſet, per
notata

notata Bartol. & aliorum in l. edita. C.
de edend. Sed an idem obtineat, poſt-
quàm lis in contumaciam Rei conteſta-
ta eſt, dubitatum fuit: eò quòd res nō ſit
ampliùs integra, & iudicium per litis cō-
teſtationē cœptū ſit, tex. in c. ſuper quæ-
ſtionum, de offic. deleg glo. ibid. in verb.
litis exordium. vide gloſſ. in c. quod ſe-
mel, de regu. iur. & infrà cod. Obſeruat.
73. Sed deciſum, variationi hoc caſu lo-
cum eſſe, etiam poſt litis conteſtationē,
quia iſta remedia ex Ordinatione alter-
natiuè procedunt, & ita variationi lo-
cus eſſe poteſt, per notata Bar. in d. l. con
ſentaneum, numer. 17. iuncta apoſtilla.
Iaſ. in d. §. ſi in loco communi, & in d. l.
1. nume. 22. ff. ſi quis ius dicent. Panorm.
in d. c. quoniam frequenter. Ita obſerua-
tum in cauſa Themar/contra Schmack-
her/ & in cauſa Widman contra Roſe-
naw & conſortes, ſimplicis querelæ. Et
5 eſt communis Dd. concluſio, quando †
actio ciuilis & criminalis tendunt ad di-
uerſa, putà actio ciuilis ad perſecutio-
nem rei familiaris: criminalis verò ad
vindictam, tunc vna per aliam non tol-
litur, & qui priùs egit ciuiliter, non pro-
hibetur poſteà agere criminaliter: ſecùs
ſi vtraque actio ad vindictam compara-
ta ſit, quo caſu vna per aliam tollitur,
tex. in l. 1. C. quan. ciuil. act. crim. præind.
Bart. ibid. tex. in l. prætor edixit. §. ſi dica-
tur, ff. de iniur. vbi ſimiliter Bartol. idem.
in l. 2. §. 1. ff. vi bono. rapt. Maran. part. 4.
diſtinct. 1. num. 5 Spec. titul. de furt. §. 1. &
6 tit. de inint. §. 1. Porrò ſi actor † viā prin-
cipalis cauſæ elegerit, & in ea procedere
velit, tunc ſeruanda eſt diſtinctio, quæ
traditur in l. properandum. §. ſi verò re-
us. C. de iudicijs. gloſſ. ibid. in verbo, ven-
tiletur, & in d. l. conſentaneum, Dd. ibid.
gloſ. in d. c. pròut. Specul. titul. de contu-
macia. §. ſequitur videre, per totum. Or-
dinatio Cameræ d. titu. 43. §. 4. videlicet.
vtrùm reus nunquàm, an verò ſemel in
iudicio comparuerit, litemque conteſta-
tus ſit, vtroque caſu, ſeruato procedendi
diſcrimine, (iuxta notata infrà cod. Ob-
ſeru. 80. vbi omninò vide de modo pro-
cedendi in contumaciam) cauſa pro cō-
cluſa acceptata, in contumaciā quod iu-
ris eſt, pronunciatur: nam ſi actor inten-
7 tionem ſuam plenè probauit, reus † con-
tumax condemnatur: ſin minus, abſol-
uitur, quia abſentia Rei cōtumacis, Dei
præſentia ſuppletur, tex. in d. l. properan-
dum. §. ſi autem reus. tex. nota. in l. & poſt
edictum, ff. de iudic. vbi dicitur bonam
cauſam abſentis triumphare debere: ob
ſolam † enim contumaciam reus, acto- 8
re non probante, cauſa cadere non de-
bet, per glo. celebertimam, in l. 1. §. fin. in
verbo hoc iudicium. ff. ſi quis ius dicen.
non obtempera. Alex. ibid. num. 8. Curti.
iunior, num. 13. Decl. in l. 2. num. 30. C. de
eden. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cen-
tu. 3. caſu 280. nu. 4. Bald. in l. & in multis.
num. 3. C. de appellat. Zaſ. in l. contuma-
cia. nu. 30. cū ſequ. ff. de re iud. vbi octo ca-
ſus recenſet, quibus ob cōtumaciā quis
cauſa principali cadat. Et modo prædi-
cto in Camera quotidiè in contumaciā
diffinitiuè pronūciatur, vt in cauſa Chri
ſtoffel Smidberg/ contra Oſwaldt Bel-
lenhauſen/ & alijs quā plurimis. Obſeruā-
dum quoq; † contumacē, victorem etiā 9
in expenſis condemnandum, idq; in pœ-
nam cōtumaciæ, tex. in d. l. properandū;
§. & ſiquidē, & in Auth. qui ſemel. C. quo-
mo. & quan. iud. Ange. in l. nō quicquid.
nu. 1. ff. de iudicijs. Ordin. part. 3. tit. 15. §. 7.
& tit. 42. §. fin. eadem parte.

DE LIBELLIS.

OBSERVATIO LXI.

De requiſitis libelli.

SVMMARIA.

1 *Actionis nomen in libello an exprimendum.*
2 *Medium concludendi in libello non debet omitti.*
3 *Duplex cauſa petendi.*
4 *In actione perſonali quæ cauſa ſit proxima, & quæ remota.*
Cauſa remota in actione exprimēda perſonali. ibi.
5 *Cauſæ proximæ ſola expreſſio non ſufficit.*
6 *Cauſa proxima & remota quæ in reali actione.*
7 *Cauſa proxima in actione reali exprimenda.*
8 *Dominium eiuſdem rei plures in ſolidum habere nō poſſunt.*
9 *Actionis qualitas ex cauſa petendi colligitur.*
10 *Actio quæ in dubio dicitur intentata.*
11 *Clauſulæ ſalutares libello adiectæ quid operentur.*
12 *Adijciens clauſulam ſalutarem iudicem interpellare dicitur.*
Clauſulæ ſalutares hodie in Cam. ſolum in libellis iudicialib. exhibitis locum habent. ibid.
13 *Libellus an ex apta petitione ſuſtineri poſſit.*
14 *Concluſio libelli nunquàm omitti debet.*

15 Libel-

15 *Libellus an ſit ineptus ex concluſione cognoſcitur. Concluſio, libelli terminus appellatur. ibid.*
16 *Libellus quoad fieri poteſt ſuſtinendus.*
17 *Sufficit libellum præſumptiuè concludere.*
18 *Libellus in criminalibus abſque petitione valet.*
19 *In criminalibus lex iudici concludit.*
20 *Regula, quòd in libello concluſio omitti non poſsit, & c. limitationes, remiſsiuè.*
21 *Actionis nomen quandoq; in libello exprimendum.*

ETSI non ſit neceſ-
ſe conceptis verbis
1 actionis † nomen
pſertim de iure Ca-
nonico, in libello
exprimere, per tex.
in c. dilectl. de iud.
vbi latè Panor. nu.
12. cum ſequ. gloſſ.
in l. 2. C. de form. ſubla. in verb. ſi aptam.
Dd. in l. 1. ff. de eden. Alexand. ibid. num.
33. Dd. in l. edita. C. eo. & in §. omnium,
Inſti. de actio. cauſa tamen petendi, ſiue
2 † medium concludendi, omninò expri-
mi debet, gloſſ. in d. c. dilecti. in verb. act.
Panorm. ibid. num. 14. Zaſ. in d §. omni-
um. nu. 11. Dd. ibid. glo. & Canoniſt. in c.
2. de lib. oblat. In qualibet autẽ actione
3 duplicẽ † cauſam petendi eſſe conſtat, l.
non quemadmodũ. ff. de iud. proximam
videlicet, & remotam. In actione perſo-
4 nali † cauſa proxima eſt obligatio, tex. in
l. licet. §. ea obligatio. ff. de procuratorib.
cauſa verò remota cõtractus, tex. in l. cõ-
ſenſu, & in l. actionũ genera. §. actionũ.
ff. de act. & oblig. tex. in §. 1. Inſt. de oblig.
ex cõſenſu. Remotã in actione perſona-
li exprimere ſufficit, hoc pacto: Peto à te
decem ex mutuo, vel depoſito: quia ex
cauſa remota præſumitur cauſa proxi-
5 ma, ſcilicet obligatiò, ſed † ſola expreſſio
cauſæ proximæ nõ ſufficit: Veluti, peto
decem ad quæ mihi es obligatus, quia ta-
lis libellus eſſet incertus, & per cõſequẽs
ineptus, eò quòd non concludat certum
ius agẽdi: nec reus deliberare poſſet, cau-
ſa remota nõ expreſſa, an cedere, vel con
tẽdere velit, tex. in c. fi. de libel. oblat. glo.
not. in d. l. 1. in verb. vt perinde, ff. de edẽ.
& glo. in d. c. 2. de libel. oblat. Iaſ. in d. §.
omnium. nu. 120. Ang in d. §. 1. Inſtit. de
actio. Matthe. ſing. 9. incip. Nota regulã.
6 iuncta apoſtil. ibid. nu. 5. In reali verò † a-
ctione cauſa proxima eſt dominiũ. text.
in l. in rem. ff. de rei vend. remota, ipſum
factum ex quo cauſatur dominium, ſeu
ipſum ius agendi. Vt, peto rem quia fuit
mihi legata, vel vendita & tradita. Et in
hac actione reali, ex communi Dd. opi-
nione, † cauſam proximam exprimere 7
ſatis eſt: videlicet, Peto rem quæ mea eſt
iure dominij vel quaſi: talis libellus va-
let, quia reus conuẽtus, ex eo certior red-
ditur, vtrùm cedere an contendere ve-
lit: glo. in d. c. 2. de libel. oblat. & in d. l. 1.
ff. de eden. Nã plures non poſſunt eiuſdẽ
† rei dominiũ in ſolidũ habere, tex. in l. 8
ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculũ. ff. com-
mod. & in l. Pomponius. §. ſed & is. ff. de
procur. ſicut nec dominium vni pluri-
bus ex cauſis contingere poteſt, tex. in l.
3. §. ex pluribus. ff. de acquit. poſſeſſ. tex. in
l. nõ vt ex pluribus. ff. de reg. iur. Gabr. Sa-
ray. in addit. ad Mattheſ. dict. ſingul. nu.
7. Ideò autẽ non eſt neceſſè actionis no-
men in libello exprimere, quia ex cauſa
petendi, vel medio concludendi, quali-
tas † intentatæ actionis colligitur, & de- 9
mõſtratur, tex. in c. literæ tuæ, de dilatio.
gloſſ. ibid in verbo, tribus annis, tex. in l.
nõ debet, in fine, ff. de dolo malo. Bart. in
l. certi cõdictio. in prin. ff. ſi cer. pet. & in
l. Aurelius. §. Sticho. ff. de liber. leg. Ripa
in l. naturaliter, §. nihil commune, nu.
197. ff. de acq. poſſeſſ. Dec. conſi. 136. num.
1. incip. in cauſa reuerendi. & conſil. 252.
num. 1. Incip. agitur cauſa. Et iudex ex de-
ductis, ſi ſit obſcurum, quæ actio inten-
tentata ſit, eam elicere debet quæ actori
ſit omniũ vtiliſſima. Nam in dubio † in- 10
telligitur intentatũ illud remedium, &
illa actio, quæ melius facto applicari po-
teſt, tex. in l. ſi quis intentione. ff. de iudi.
& in l. inter ſtipulantẽ. §. 1. ff. de verb. ob-
lig. præſertim ſi in libello † clauſulæ ſalu 11
tares ſiue ſaluãtes adiectæ ſint: videlicet,
ſuper quibus omnibus peto mihi iuſtitiã
adminiſtrari, omni meliori modo, quæ
tantæ ſunt efficaciæ, vt earũ virtute, om-
nis actio, omneque remediũ cõpetens &
reſultans ex narratis, in iudicium dedu-
ctum eſſe videatur, per ea quæ pulchrè
tradit Ang. in d. §. omnium. num. 7. cir-
ca finem. Iaſ. ibid. num. 149. & nume. 151.
Felin. in c. cùm ſuper. num. 11. de offic. &
poteſt. iudic. deleg. vbi refert ſex effectus
dictæ clauſulæ. Alex. conſil. 67. nu. 5. vol.
2. incip. viſo themate, Canoniſt. in c. 2.
de ordine cognit. per illũ tex. & in c. 2. de
offic.

offic.iudic.ordina.& in c.vnico, de mu-
tu.petitionib. Iaſ.in l.petens, num.3.cum
ſeq C.de pact. Et memini in Camera vir-
tute talis clauſulæ, ſæpè etiam ſuper non
expreſsè petitis, pronunciatum fuiſſe, vt
in cauſa Conſulum ciuitatis Hallenſis,
12 contra Henricũ Spies/ quia † adijciens
hanc clauſulam, cēſetur iudicem inter-
pellaſſe, ita vt officiũ ſuũ impartiri poſ-
ſit, vt notat Iaſ.in l. naturaliter. §. nihil
commune.num.191.ff. de acquiren.poſ-
ſeſ.idem in d.§.omnium.nu.147. Inſtit.
de actio.Ang.ibid.nume.7.Felin.in c. li-
cèt Hely.num.44.de Symo. vbi dicunt,
quòd intentans poſſeſſorium, adiectis
clauſulis ſalutaribus, poſſit etiam in pe-
titorio obtinere, vnde huiuſmodi clau-
ſulas ſalutares Dd. herbæ betonicæ aſſi-
mulare cõſueuerũt, eò quod omnia vitia
libelli ſanent, Dd. vbi ſup. Meminiſſe ta-
men hic obiter oportet, clauſulã ſaluan-
tē, ſiue ſalutarē, in Camera nihil momē-
ti habere in ſupplicibus libellis, qui ex-
traiudicialiter, pro more iudicij, pro in-
troductione cauſæ, vel obtinēdis proceſ-
ſibus, putà citatione, vel Mãdatis Iudici
exhibentur: quia Iudex Cameræ, virtute
talis clauſulæ ſalntaris, nihil ex officio
extraiudicialiter ſupplere & decernere
poteſt, ſed ad mala narrata ſupplicantis,
aut ſimpliciter, aut próut narratum, vel
próut petitum, proceſſus denegat. Et li-
cèt lege publica Imperij ad quærelam
Clientulorum & Aduocatorũ in Comi-
tijs Auguſtanis, anno 1551.§. Nachdem/ hu
iuſmodi clauſulæ ſalutares, etiã in libel-
lis ſupplicibus extraiudicialiter pro obti
nēdis tantũ proceſſibus exhibitis, admiſ-
ſæ fuerint, ita quod Iudex defectũ libelli
ſupplicis, ex officio, virtute taliũ clauſu-
larũ ſupplere potuerit, tamē hoc poſtea,
propter multa inconuenientia, cõtraria
lege publica in Conuētu Spirenſi, Anno
1557.§. wiewoll dan/ correctũ & immutatũ
eſt. Obſeruandũ igitur clauſulas ſaluan-
tes ſiue ſalutares, tantũ locũ habere in li-
bellis iudicialiter exhibitis, p notata Dd.
in locis ſuprà allegatis: quod iuuenes pra-
cticos fideliter admonere volui. Sed q̃d
ſi cauſa remota, vel propinqua omiſſa, li
13 belli † aũt petitio apta, & talis ſit, vt ex ea
intentionē & ius actoris iudex intellige-
re poſſit, an libellus ex apta petitione &
concluſione ſuſtineri poterit? dicēdum

quòd ſic: quia concluſiò regulat, ampli-
at & determinat totam actionem, Ang.
& Iaſ.in d.§.omniũ.Zaſ.ibi. nu. 21. cum
ſeq. vbi dicunt, quòd tota libelli vis in pe
titione & concluſione, tanquàm in car-
dine verſetur, ideoque eam † nunquàm 14
omitti debere. Adde Lanfran. in c. quo-
niam cõtra.cap.5.tit.de petitio.nu. 6 vbi
dicit, libellũ in ciuilibus duo continere
debere, narrationem, & cõcluſionem: ad
† cognoſcendũ verò an libellus ſit inep- 15
tus, & quæ actio propoſita, concluſionē,
non narrationem attendendam, allegat
Innoc.in c.ſuper literis, de reſcript. Bre-
uiter, in libello non attēditur quid, qua-
le, & quantum narretur, ſed quantum ex
narratis concludatur, quia concluſio li-
belli reſtringit narrata ad ea, quæ expreſ-
sè in concluſione dicuntur, vnde Dd.
concluſionem, libelli terminum appel-
lant, Bal.in l.edita, nu.33.C.de edēd.Curt.
iunior.conſi.302. num.2. cum ſeq. vol.3.
incip.diligenterque. Quò pertinet etiã ꝙ
† libellus in fauorē actoris interpretati- 16
one Inuãdus, & quóad fieri poſſit, ſuſtinē-
dus ſit, per tex. in d. l. ſi quis intentione.
Bart.in l.ſed & ſi poſſeſſori. §. itē. ſi inra-
uero.nu.5.ff de iureiu. & in l. ſcire debe-
mus.nu.6.ff.de verb.oblig.Pauorm.in c.
examinata.de iud.nu.18. vbi dicit, verba
libelli latè eſſe intelligēda, vt intentionē
actoris includãt: vide prolixiùs ea de re,
infr.eo.Obſeru.66. Itē ꝙ ſufficiat † libel- 17
lũ præſumptiuè cõcludere, Fel. in c. dile-
cti.nu.2.de libel.oblat. Quod dictũ eſt pe-
titionē ſiue cõcluſionem in libello nun-
quàm omittēdam, procedit in cauſis ci-
uilibus: Secùs eſt in cauſa criminali; vbi
ſola facti † narratio, abſq; aliqua petitiõe 18
vel concluſione admittitur, tex.in l. 1. §.
1.ff.ad Turpilia.Bart. in l. libellorum. ff.
de accuſat.Felin.in d.c.vnico.num.13.de
litis conteſt. Ratio, quia in criminalibus
nihil concluditur dari, vel fieri parti: nã
aut pœna eſt corporalis, & applicatur
corpori: aut pecuniaria, & fiſco debetur,
tex.in l.agraria. ff.de term.mot. pulchrè
Bar.ibid. nu.2. Amedæus de Syndicatu,
num.32.Boſſi.titu de inquiſitione, num.
79. Ex narratione facti ſuccedit pœna le-
galis, vel ſtatuti: aut ſi pœna ſit arbitra-
ria, iudicis arbitrio illa committitur, l.ſi
confeſſus.ff.de cuſtod.reo.Ita Lanfranc.
in d.c.quoniam contrà, nume.5. cap. 5.
de

de petitionibus. Bald. in l. etſi ſeuerior.
C.ex qnibus cauſ.infam.irrog. nu. 13. vbi
19 dicit † quòd in criminalibus lex iudici
concludat,non accuſatori : & quòd iu-
dex non debeat conſiderare modũ con-
cludendi in libello,ſed qualiter lex con-
cludat ,: ſecundùm qualitatem delicti,
quod eſt ſingulariter in praxi notandũ.
Sed quoniã in multis caſibus,pœna par-
tim fiſco, partim parti applicatur , p no-
tata Bartol.in d.l.agratia.non inconſul-
tè facit accuſator , ſi ad pœnæ condem-
nationem in libello concludat. Plures
20 fallentias ad regulam illam quòd † in li-
bello concluſio omitti non poſſet , &
quod ea omiſſa lis ſuper tali libello con
teſtari nequeat,vide apud Bal. in d.l.edi-
ta.C.de edend. Dd.ibid.Felin.in d.c.vni-
co.nu.7.de litis conteſt. vbi decẽ fallen-
tias ponit.Præterea quòd initio dictũ eſt
21 actionis † nomen in libello non expri-
mendum,procedit,ſi cauſa in libello cõ-
tenta vnam tantùm actionem produce-
re poſſit, ſecùs ſi apta ſit plures produce-
re actiones:veluti ſi colonus conuenia-
tur ob arbores cæſas,quo caſu, cùm plu-
res actiones proditæ ſint,tex.in l.1.&2.&
in l.pen.ff.arb.fur.cæſa.tex.in l. duobus,
§.colonus.ff.de iureiur. neceſſe eſt actio-
nẽ exprimere,vt reus cõuentus certus eſ-
ſe poſſit,de qualitate actionis propoſitæ.
Bartol.&,Dd.in d,l.edita.& in d.l.1.ff. de
edend.Iaſ.in d.§.omnium. Gabr. Saray.
loco allegato.

OBSERVATIO LXII.

Libellus alternatiuus quandò ſubſiſtat.

SVMMARIA.

1 *Libellus alternatiuus obſcuritatem parit.*
2 *Libellus debet eſſe clarus.*
3 *Libellus quinq, modis obſcurus dicitur.*
4 *Libellus alternatiuus ratione incertitudinis valet.*
5 *Libellus in rei vẽdicatione & publiciana fundatus valet.*
6 *Aeſtimatio rei quandò peti poſsit.*
7 *Aeſtimatio in ſubſidium debetur.*
8 *Libellus alternatiuus in hypothecaria valet.*
9 *In hypothecaria poſſeſſor poteſt rem retinere & litis aeſtimationem creditori offerre.*
10 *Libellus in materia l. 2. C.de reſcind. vend. alternatiuus eſſe debet.*
11 *Libellus obſcurus procedit parte non opponente.*
12 *Cautela pro reo, quandò libellus eſt obſcurus.*
13 *In criminalibus libellus obſcurus non valet.*

REgulariter libellus † alternatiuus 1
non valet,tex.in l.prætor edixit.
§.quod autem. ff. de iniurijs, &
in l.vbi autem. §. qui illud aut illud, ff.
de verbor. oblig. Ratio,quia alternatiua
obſcuritatem & incertitudinem adfert,
text.in c.fi.de reſcrip.&in d.§.quod autẽ.
Alex.conſil.212.num.29.vol.6.incip.põ-
deratis his,& conſi.182.nu.2.vol.2.incip.
lectis & ponderatis.Sed † libellus perſpi- 2
cuus & clarus eſſe debet , ad hoc, vt reus
deliberare poſſit, vtrùm contendere, an
cedere velit,tex.in l.1.ff.de eden.Alexan.
ibid.nu.1.Dd.in l.edita.C.eod.&in auth.
offeratur.C. de lit.conteſta.text.in c. fin.
de libell.oblat.Socin.latè in c.2. eod. tit.
nume.74.Item vt iudex certam ſenten-
tiam proferre poſſit , iuxta text. in §. cu-
rare,Inſt.de actio.&in l.idẽ Pomponius,
§.fi.ff.de rei vend.glo.ibid.in verbo, nul
lã,glo.ſing.In d.c.2. in verbo ſignifican-
tibus.Sententia enim incerta non valet,
tex.in l.in ſumma,§.qui ſortis.ff.de re iu
di.tex.in l.3.& in l.fin.C.de ſent.quę ſine
cer.quantita. prolata eſt. Iſtis potiſſimũ
rationibus concluditur libellum obſcu-
rũ nullius eſſe momenti, per iura allega-
ta,& tex.in l.fin.C.de annal.except.Man
tua ſing.273.&ſingul.531.vtrobique dicit,
libellum † quinq; modis obſcurum dici, 3
1.ratione æquiuocationis. 2.generalita-
tis.3.alternatiuæ.4.locutionis non coar-
ctatæ.5.infinitatis. Dic vt ibi per eum, vbi
hoc exemplis declarat.Hæc tamen regu-
la in quibuſdã caſibus non procedit.Pri-
mò, † ratione incertitudinis libellus al- 4
ternatiuus admittitur, præſertim ſi illa
incertitudo ex facto alieno procedat,per
tex.in l.1.§.quia autẽ.ff.quor. leg. Bar.ibi.
glo.in c.Abbate ſanè.de ſenten.&re iud.
in 6.in verbo dominij,quę eſt ſingularis.
Philip.Fran.ibid.nu.7.Spec.tit. de oblig.
& ſolut.§.ſequitur nu.10.cũ ſeq. Bar.in l.
&ex diuerſo.§.vbi.num.8.ff.de rei vend.
Feli.in c.cũ cõtingat, nu.9.de offi. deleg.
Alex.conſi.20.nu.16.vol.3.incip. põdera-
tis his,& d.cõſi.182.nu.2.Dd.in l.inter ſti
pulantẽ.§.ſi ſtipulatus.ff.de verb. obliga.
Hinc eſt, quòd huiuſmodi libellus vale-
at:Peto rem iure dominij, vel quaſi. Ale-
xan.conſil.96. nu.5. & nu.6.vol. 4.incip.

viſis

5 viſis narratis,vbi dicit † valere libellum in rei vendicatione & publiciana, veluti ſi quis petat ſe declarari dominum , vel quaſi:quia rei vendicatio, & publiciana non ſunt contrariæ actiones, ſed diuerſæ,ad eundem finem tendentes, ſcilicet ad rem vendicandam,per tex.in d.c.Abbate ſanè.glo.magna ibid.in fin.Antho. de Butrio.in c.2 de libel.oblat.ſecùs eſſet ſi actiones eſſent contrariæ, quia tunc libellus non procederet.gloſſ. Alex.& alij vbi ſup.Item valet libellus alternatiuus. Peto rem ſi extat,vel eius æſtimationem ſi conſumpta ſit:nam incertitudinis ratione alternatiua illa libellum non viciat.Innoc.in c.conſtitutus.numer. 2. & 3.de reſtit.in integr.Panorm.ibid.nume. 9. quos ad hoc omninò vide. Et hoc, quandò incertum, vt modò dictum eſt,
6 vtrùm res extet,nec nè.Cæterùm ſi † certum ſit rem adhuc extare, tunc ipſa res,
7 & non eius æſtimatio peti debet : quia † æſtimatio tantùm in ſubſidium debetur,text.in l.final.C.de fideicommiſſ.libertatib. pulchrè Panormit. in c. grauis. de reſtitut.ſpoliat.nume.22.Bartol. in d. l.& ex diuerſo.§.vbi. Eadem ratione incertitudinis, valet libellus alternatiuus, quo minor dicit contractum nullum, aut ſi quis ſit,eum reſcindi,ſeque in integrum reſtitui poſtulat,text.in d.c.conſtitutus. Similiter talis libellus : Dico ſententiam nullam,aut ſi qua eſt,peto eam, tanquàm iniquam reuocari,vel me contra eam reſtitui,d. c. conſtitutus. Guid. Papæ deciſ.143.numer.1. Idem ſing.220. Capel.Tholoſ.quæſt.469. Vant. de null. titul.quot & quib.mod.nume. 7.Secundò, non procedit in actione hypotheca-
8 ria:quia † libellus alternatiuè hoc modo conceptus,valet: Peto illum condemnari ad traditionem rei obligatæ, vel ad ſoluendum debitū,per text.in l.ſi fundus.§. in vēdicatione.ff.de pig.& hyp.Bart.ibi. num.4.text.in l.fin. C. ſi vnus ex plurib. hæred.Panorm.in c.pen.num.2.de emp. & vendit.Iaſ.in §.item Seruiana. nume. 127.Inſt.de actio. Bart.in l.rem alienam.
9 nume.12.ff.de pig.act. Poteſt † enim in actione hypothecaria poſſeſſor rem retinere, & litis æſtimationem creditori offerre,per text.in l.ſi creditor.ff. quibus mod.pig.vel hypoth.ſol.Tertiò,nō procedit in materia l.2.C.de reſcin.vendit. vbi † libellus neceſſariò alternatiuè cō- 10 cludere debet,vt videlicet emptor precium ſuppleat, vel rem emptam reſtituat, per text.in c.cum dilecti,de emp. & vendit. tex.in c.penul,eod.titul.Dd.in d.l. 2. Soci.in d.c.2.num.74.de libel. oblat. vbi hanc regulam,quòd libellus non debeat eſſe alternatiuus,limitat nouē modis.In Camera, in materia d. l. 2. admittitur libellus ſimplex,in quo tantùm rei emptæ reſtitutio petitur,ſententia tamen alternatiuè cōcipitur: vt, Condemnamus te, vt rem emptam reſtituas, vel preciū augeas.Vide ad hoc Bar.& Bal.in d.l.2.Obſeruandum † quoque, libellum obſcurū 11 valere,ſi non opponatur à parte:eſt limitatio ad d.l.ſi.C.de annali excep. ita tenet glo. in d.c.Abbate ſanè,§.ſecus autē, in verbo,obnoxium.Alexā.in d.l.1.ff.de eden.nu.2.& nu.4.Lanfran.in c quoniā contra,de probat.cap.5.tit.de petitionib. nu.9.Panor.in d.c.ſi.de libell.oblat.Feli. in c.2.nu.5.in fin.eod.tit.Mantua d.ſing. 273.nu.1.vbiq; tradunt † cautelam ꝓ reo 12 conuento,quandò libellus eſt obſcurus, vel generalis,vt non petat declarationē & interpretationem libelli alternatiui: quia hoc pacto actor inſtrueretur ad declarandum,ſed ſimpliciter dicat libellū non procedere,& proindè ſe non teneri ad reſpondendum. Et iſta procedunt in cauſis ciuilibus. In † criminalibus verò 13 libellus obſcurus vel generalis nō procedit,etiā parte non opponente : vt ſi talis ſit libellus. Accuſo Titium de omnibus maleficijs,quæ commiſit, per tex.in l. libellorum.ff. de accuſat.Bar.ibid.Bald.in l.1.C.de confeſ.Alex.in d.l.1. nu.3. ff. de eden.Felin.in d.c.2.nu. 5. de libel. oblat. ſed debet eſſe ſpecialis,certi criminis,loco & tempore circumſcripti, ita vt reus negatiuam loco & tempore coarctatam probare poſſit,aliâs ei defenſio tolleretur.Dd.in d.l.libellorum.Et ita ſe habet communis opinio, vt dicunt Socin. ſenior conſil.109.num.2.volum.3.incip. Clarum eſt,& Alexand.in d.l.1. num. 13. ff.de eden. Dec.ibid.nume 34.&Ripa,nume.26.Iul.Clar.lib.5.ſenten. §. fin. verſ. dixi.Boër. deciſ. 321. nu.2.Bar.in l.1.nu.8. ff.de excepti.per c.vt circa. de elect.in 6. Alex.conſil.71.nu.1. vol.3. incip.clariſſime domine.

OBSERVATIO LXIII.

Actiones plures an in vno libello accumulari poſſint.

SVMMARIA.

1 *Cumulatio plurium actionum in vno libello valet, & nu. 3.*
2 *An petitorio & poſſeſſorio ſimul agi poſſit, remiſſiuè.*
3 *Actiones plures, etiã diſſimiles, vno eodemq́; libello poſſunt cumulari.*
4 *Quot ſunt facta, tot ſunt actiones.*
5 *Tot ſunt ſententiæ, quot ſunt diuerſæ ſpecies.*
6 *An partim diffinitiuè, partim interlocutoriè, pronunciari poſſit.*
7 *Separatorum ſeparata ratio.*
8 *Quòd ſentẽtia ſit indiuidua & quomodo procedat.*
9 *Cumulatio actionis iniuriarum, & l. Aquiliæ valet.*
10 *Poſſeſſorium cum petitorio quomodò cumulari poſſit.*
11 *Victori in poſſeſſorio debẽtur fructus percepti, etiãſi in eadem ſententia in proprietate ſuccumbat.*

COmmunis eſt Dd. ſentẽtia, plu-
1 res † actiones in vno eodemque
libello, ſi ex diuerſis cauſis ad diuerſa agatur, nec obſtent regulę prohibi-
tiuæ cumulationem impedientes, con-
iungi atque accumulari poſſe, per tex. in
l. ſi idem cum eodem. ff. de iuriſdict. om.
iudic. Alexand. ibid. numer. 1. gloſſ. in c.
querelam. in verbo, petens, de elect. per
illum tex. & tex. in c 2. de cauſ. poſſeſſ &
proprie. gloſſ. ibid. in verbo expreſſum,
2 quam omninò vide, † an petitorio &
poſſeſſorio ſimul agi poſſit, tex. in c. cum
dilectus, eod. titu. glo. ibid. in verbo poſ-
ſeſſorio. tex. ſing. in l. hæredes. §. de pluri-
bus. ff. fam. erciſc. tex. in l. non eſt nouũ.
ff. de act. emp. vtrobique Dd. Salic. proli-
xè. in l. edita. C. de eden. num. 19. Alexan.
ibid. nume. 15. Caſt. num. 11. Dyn. in c. nul
lus plurib. de reg. iur. in 6. Felin. in c. pen.
num. 22. de libel. oblat. vbi dicit actiones
diſſimiles poſſe eodem libello accumu-
lari. Deci. cõſi. 212. num. 4. incip. Magni-
fici domini. Inno. in c. conſtitutus. nu.
2. cum ſeq. de reſtit. in integ. Panor. ibid.
3 nu. 9. vbi hoc ampliùs dicunt, quòd † plu
res actiones in vno libello accumulari
queant, etiamſi non compatiantur ſe ad
inuicem, quoties actor probabiliter du-
bitat de genere actionis, ſiue illud dubi-
um ex facto proprio, ſiue ex alieno pro-
cedat. glo. ſing. in c. Abbate ſanè, de ſen.
& re iudic. in 6. in verbo, dominij, in fi. Et
tali caſu, quandò plures actiones in vno
libello cumulantur, iudex diligenter ad
ſingulas actiones, & ad ſingula facta at-
tendere debet, quæ actio cuiq; facto com
petat, quid, quãtumque in qualibet acti-
one probatũ ſit. Nã quot ſunt facta, tot 4
ſunt actiones, & libelli, text. in l. ſcire de-
bemus. ff. de verb. oblig. Alex. in d. l. edita
num. 1. & conſi. 70. nu. 6. vol. 7. incip. in
cauſa & lite. Spec. tit. de lit. conteſt. §. nũc
dicimus. & totidem ſententiæ requirun-
tur. Tot enim ſunt † ſententię, quot ſunt 5
diuerſæ ſpecies, tex. ſing. in l. etiamſi pa-
tte. iuncta gloſſ. in verb audiendus. ff. de
minor. gloſſ. notab. in l. in hoc iudicio.
ff. ſamil. erciſc. in verb. nõ valere. Panor.
in c. Raynaldus. nu. 6. cùm ſequ. de teſta.
Idem in c. 1. nu. 9. de mutuis petit. Feli. in
c. cùm Iohannes. nu. 13. de fid. inſtrum. &
in d. c penul. Ferrar. in ſorm. ſentent. in
cauſ. appellat. in ver. in cauſis. nu. 4. Quæ
quidem † ſentẽtiæ, non diuerſo, ſed vno 6
eodemque tempore proſerendæ ſunt.
Sed quid ſi iudex in vna, aut altera actio-
ne, aliquid in facto in actis allegato de-
ſideret, ita, vt reſciſſa ex officio concluſi-
one vlteriorem probationem iniunge-
re velit: an nihilominus quóad reliquas
actiones, in quibus nihil deſiderat, diffi-
nitiuè pronunciare poſſit? Maximè:
Et ita ſæpiſſime in Camera Imperiali
obſeruatum eſt. Non debet ergo iudex
pronunciationem, quóad alias actiones
cum magno partium præiudicio tantiſ-
per ſuſpendere, donec in alia cauſa ite-
rum concludatur: quia vt paulò ante di-
ctum eſt, tot ſunt libelli, quot facta: er-
gò & totidem ſententiæ requiruntur.
Diuerſę ſpecies, diuerſas exigunt ſenten-
tias, & ſeparatorum, † ſeparata eſt ratio. 7
per text. in l. fin. ff. de calumniat. text. in
l. Papinianus. ff. de minor. Non obſtat,
quòd ſententia ſit † indiuidua. d. l. in hoc 8
iudicio. quia procedit, ſi libellus vnum
factum: ſecùs ſi plura, & ſeparabilia facta
contineat. Vide ad hoc Ferrar. loco alle-
gato. Bald. in l. 2. C. de re iudic. nume. 6.
gloſſ. & Dd. in d. l. in hoc iudicio. Ergo
ſi plures actiones in vno libello propo-
nantur, ſecundùm cuiuſque actionis na-
turam ſigillatim pronunciandum. Ex-
empli gratia. In interdicto Recuperan-
dæ, vt ſpoliator rem, probato ſpolio, cũ
fructibus reſtituat, tex. in c. grauis, de re-
ſtit.

ſtit.ſpoliat.Dd.ibid. in obligatione perſonali, vt pacta conuenta ſeruentur, tex. in l.1.§.ſi conuenerit,ff. depoſ. & in l.iuriſgentium,§.prætor ait.ff. de pact. & ſic de alijs. Ita factum in cauſa Molecken cõtra Meckelnburg/24.Septemb. anno 67. vbi in libello plura facta accumulata, plures actiones intentatæ fuerũt, & partim interlocutoriè, partim diffinitiuè pronunciatum. Et hæc ſingulariter ad euitãdos circuitus, & multiplices proceſſus, in
9 praxi notanda ſunt. Item † obſeruandũ in Camera cumulationem actionis iniuriarum, & legis Aquiliæ, admitti, per tex.in l.qui ſeruum.ff.de actio. & oblig. Vide Dd.in l.dominum, C. de iniurijs.
10 Porrò quomodò † poſſeſſorium & petitorium cumulari poſſit, vide gloſſ.in d. c.2.in verbo expreſſum, & in d.c. cùm dilectus, in verbo poſſeſſorio: Dd. in l. ordinatij, C.de rei vendic.& in l.Incerti. C.de interdict.& in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir.poſſeſſ. Iaſ. ibid. nu.97.& nu.146.tex.in c.ſolicitè.de teſti. ſpol.gloſſ.ibid.in verbo cum,in fin.text. in c.in literis, eod. titul. iuncta gloſſ. in
11 verbo, de violenta. Et quòd victori † in poſſeſſorio fructus percepti debeantur, etiamſi in eadem ſententia in petitorio ſuccumbat, vide glo.in c.cùm ſuper, in verbo reſtituẽdum.de cauſa poſſ.& proprie.Felin.in c.ſignificauerunt,nu. 6. de teſtib.Iaſ.in d.§.nihil commune.nu.180. Alex.conſi.45.nu.1.vol.3.incip. viſa facti narratione,& conſi.159.nu.2.vol.5.incip. in cauſa & lite, vbi omninò vide, & hæc memoriæ commenda.

OBSERVATIO LXIIII.

De libello iniuriarum, & eius requiſitis.

SVMMARIA.

1 *In libello iniuriarum locus & tempus exprimi debet.*
2 *Famoſæ actiones graues eſſe dicuntur.*
3 *Ratio, cur expreſſio loci & temporu facienda.*
4 *Teſtes deponẽtes ſuper negatiua nõ arctata loco & tempore, ſunt ſuſpecti de falſo.*
5 *Iniuriarum actio litis conteſtatione perpetuatur.*
6 *In Camera verò ſola citatione.*
7 *Incertitudo quandò vitiet libellum.*
8 *Libellus iniuriarum abſque loci & temporis expreſſione, parte non opponente, valet.*
9 *Secùs eſt in criminali accuſatione.*
10 *Excipiendo crimen obyciens, locum & tempus exprimere debet.*
11 *An dies commiſſi delicti Reo petente exprimenda.*
12 *In Ciuilibus actionibus quandoque locus & tempus exprimi debet, remiſſiuè.*

Communis & in Camera approbata cõcluſio eſt, libellum † iniuriarum, ad hoc vt procedat, tempus, putà annum, & menſem, item locum illatæ iniuriæ, continere debere, diei verò omiſſionem nihil nocere. Idque obtinet, non ſolum ſi criminaliter, verumetiam ſi ciuiliter iniuriarum agatur: nam licèt regulariter non ſit neceſſè, in actionibus ciuilibus in libello locum & tempus exprimere: tamen hoc non procedit, quoties agitur actione aliqua ciuili, infamiam iuris aut facti irrogante, vt eſt actio iniuriarum, text.in l. 1.ff.de his qui not.infam. & per not. infrà libr. 2. Obſeruat. 102. quo caſu licèt ciuiliter procedatur, tamen ſolennitas l. libellorum. ff.de accuſat. obſeruanda eſt, hoc eſt, locus & tempus in libello, perinde atque in criminalibus exprimi debet, per text.in d.l.libellorum.tex.not. in l.prętor edixit.vbi pulchrè Bart.num. 1.ff.de iniur. & in c. tuæ. de procurator. text.in l.item exigit.ff.de dolo malo glo. ibid.in verbo vagari.Alex.conſi.6.num. 1.vol.3.incip.circa promiſſum. Felin. in c.ſignificantibus, num.5.de libelli oblat. vbi cõmuniem dicit. Ratio, primò, quia huiuſmodi † famoſę actiones graues eſſe dicuntur, & criminalibus comparantur: eò quòd de honore, & exiſtimatione hominis agatur, cuius nõ minor, quàm vitæ ratio habẽda, per tex.in l.iuſta. ff.de manu.vindic.tex.in l.iſti quidẽ. ff. quod met.cauſ. gloſſ. ibid. in verbo infamiæ. Alex.conſi.133.nu.9.vol.6.incip.circa executionem, vbi dicit periculum infamiæ æquiparati periculo mortis, per iura allegata.Iul.Clarus lib.5.Sentent.§.fin.verſi. adde quòd: quòd nemo cũ diſcrimine alienæ exiſtimationis vagari debeat, text. in d.l.prætor edixit,& in d.l.itẽ exigit.deinde, vt † reus defendẽdo ſe, negatiuam loco & tempore coarctatam probare, & teſtes contra eum deponentes falſitatis arguere poſſit.Bart.in d.l. libellorũ, nu. 2.& in l.edita.num.5.C.de eden.Alexan. ibid.num.13.& communiter Dd. Idem

K 2 Alexan.

Alexan.in l.1.nume.30.ff.eod.titul.Spec.
ad rubr.de iniur in princ. Iul. Clar. loco
citato. verſ. dixi exptimendum. Ang. in
§.1.verſi.actio. nume. 4. Inſtit. de actio.
Iaſ ibid.num.50.cum ſequ.vbi plenè po-
nit formam libellandi in actione iniu-
riarum. Rom.conſi.291. nume. 7. & nu-
me.9.incip.Spectabilis domine.Alexan.
conſil.212.nume.1.voln.2.incip. Viſis &
diſcuſſis. vbi magis communem dicit,
quòd requiſita libelli iniuriarum ſint,
ſpecificatio anni, menſis, & loci irrogatę
iniuriæ, cum demonſtratione cõfinium
ipſius loci, ſecundùm formam d.l. libel-
lorum, & d.l. item exigit. ff. de dolo. glo.
& Bald.ibid.& d.l.prætor edixit. Et quòd
4 † teſtes deponentes ſuper negatiua non
coarctata loco, & tempore, reddantur de
falſo ſuſpecti, tenet Bald.in c. 1. §. ſi quis
per triginta nume.2. in fi. ſi de feud. con-
tro.ſit inter dom.& agnat. Alexand.con
ſil.108.nume 10. vol.2. incip. in cauſa &
lite: Quapropter in Camera Imperiali,
ad obtinendam citationem contra iniu
riantem, neceſſè eſt in ſupplici libello
iſta requiſita exprimere, potiſſimùm tē-
pus illatæ iniuriæ; aliâs proceſſus dene-
gantur: nam qualitas fundans iuriſdicti-
onem iudicis omitti non debet, text. in
l. prætor ait, la.2. §. docere, ff. vi bono. ra-
ptor. cum ſimilibus. & de tempore ideò
mentio facienda eſt, vt ex narratione fa-
cti conſtare poſſit iudici, an debito tem-
pore, putà intrà annum, actio inſtitua-
tur, per notata l. ſi non conuitij, C. de in-
5 iur: quæ quidem † actio intrà annum in-
ſtituta, per litis conteſtationem perpe-
tuatur. Rot. deciſ. 2. de iniu. in nouis: Ec-
6 ſi in † Camera ſola citatione, & eiuſdem
reproductione abſque litis conteſtatio-
ne perpetua fiat, quia ob multitudinem
cauſarum, & certã ex Ordinatione pro-
cedendi formam, plerunque intrà an-
num litigantes ad litis conteſtationem
peruenire non poſſunt: ita quòd non vo-
luntate litem conteſtandi, ſed tempore
excludantur, & generaliter quando ſtat
per iudicem quo minus in cauſa proce-
di poſſit, tunc tempora fatalia & præiu-
dicialia parti non currunt, tex. in Auth.
ſed & his. C. de tempo. appell. & in Auth.
ſi appellatione. C. eod. tit. & per alia iura
infra eod. Obſer. 91. allegata. Quò perti-
net, q aliâs in cõſiſtorio principis huiuſ-
modi ſolennitates iuris poſitiui omitti
poſſint, vt in fatalibus finiẽdæ appellati-
onis, & alijs ſolẽnitatibus receptũ eſt, vt
dixi infrà eod. Obſer. 141. Quid aũt ſi in li
bello iniuriarum tempus omiſſum ſit,
an parte nõ opponente procedat? Alex.
in d.l.1.nu.30.ff.de eden.tenet, non vale-
re libellũ: Sed magis communis in con-
trariũ eſt, quam tenent Raph Fulg. in d.
l.edita. & Franc. Aret.ibid. Iul.Clar.lib. 5.
ſenten. §. fi. verſ. adde quòd. Socin. ſenior
pulchrè.conſi.109.nu.3.& 4.vol. 3. incip.
clarũ eſt, vbi magis communem dicit,
† quia incertitudo nõ vitiat libellũ, niſi 7
opponatur, per tex. in l. fi. C. de annali ex-
cept.& text. in c. cũ dilectus. de ord.cogn.
vbi ſimpliciter fuit narratum de armata
violentia, & damnis monaſterio datis,
nullo expreſſo tempore, & tamen ſecun
dũ omnes talis libellus valuit. Lex vult,
quòd qualitas delicti exprimatur, nè a-
ctor cum diſcrimine alienæ exiſtimatio-
nis vagetur, vt inquit text. In d. l. prætor
edixit. ff. de iniu.& in d.l. Item exigit, ſed
extrinſeca, putà † omiſſio temporis, & 8
loci, libellum non vitiat: niſi opponatur
à parte, d.l. fin. C. de anna. excep. Socin.
d.conſil.109.nu.2.& 3. quem ad hoc om-
ninò vide. Et hęc eſt ſingularis limitatio
ad hanc Obſeruationem, & procedit in
actione famoſa, ciuiliter inſtituta: ſecùs
† eſt in criminali accuſatione, quæ ſi 9
non contineat locum, & tempus delicti,
ipſo iure nulla eſt: etiam parte non op-
ponente. d.l. libellorũ. Ita ſe habet com-
munis opinio Dd. vti atteſtatur Iulius
Clarus loco citato verſic. dixi. Socin. d.
conſil.109.numer.2.vbi magis commu-
nem dicit. Alexand.in d.l.1.nume. 13. vbi
communem dicit. Dec. ibid. numer. 34.
& Ripa numer. 26. Dd. in d.l. libellorum
ff. de accuſat. Felin. prolixè in c. ſignificã-
tibus, nume.5. niſi enim exprimeretur lo
cus & tempus commiſſi criminis, accu-
ſatio foret omninò incerta, & reo defen
ſiones tollerentur, quia negatiuam lo-
co & tempore coarctatam probare non
poſſet, vt initio dictum eſt: idque obti-
net non ſolùm quandò per viam actio-
nis, ſed etiam exceptionis proceditur, ſi
† excipiendo quis alicui crimen obijciat, 10
debet locum, & tempus delicti exprime-
re, vt tenet Bart. in l.1. num. 8. ff. de excep.
Boër. deci. 321. nume. 2. vbi refert ita iudi-
catum

catum fuiſſe. Iul. Clarus. lib. 5 ſententiar. §. fi. verſ. adde. vbi communem dicit. An
11 autem in criminali actione † dies commiſſi delicti exprimenda ſit, petente accuſato, ad hoc vt probare poſſit, ſe tali die alibi fuiſſe? Bart. in l. is qui reus. nume. 10. ff. de pub. iud. tenet quòd ſic. Idẽ in l. arbitraria. §. ſi quis Epheſi. nu. 6. ff. de eo quod cert. loc. Iaſ. ibid. nu. 1. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. fin. verſic. dixi etiam, vbi omninò vide. Eſt notabilis limitatio ad d. l. libellorum. ff. de accuſat. & in l. in cauſis. C. eo. quòd in accuſatione criminali nõ ſit neceſsè diem exprimere: quia hoc non procedit, ſi à reo petatur exprimi dies ad ſui defenſionem: nam omiſſio diei reo auferret defenſionem: ergo exprimẽda, quia probare poſſet eo die ſe in tali loco non fuiſſe, vt docet prolixiùs Iaſ. in d. §. ſi quis Epheſi. Porrò quandoq; etiam in
12 † ciuilibus actionibus locus & tempus exprimi debet, vt notat Alex. in d. l. edita. nu. 31. cũ ſequ. C. de edend. vbi duos caſus ponit, quem ad hoc omninò vide, & Soc. d. conſil. 109. num. 1. vol. 3. & Roma. d. conſi. 191.

OBSERVATIO LXV.

Actio iniuriarum ad reclamationem an ſit crimnalis, & vtrum cumulari poßit cum actione iniuriarum ad æſtimationem.

SVMMARIA.

1 *Pro iniuria ciuiliter & criminaliter agi poteſt.*
2 *Quando criminalis actio ciuilem tolleret, & quando elidat. & nu. 3.*
4 *Criminalis actio qua.*
5 *Ad palinodiam ciuiliter agitur in Camera.*
6 *Honoris reſeruatio fit in actione iniuriarum ad reclamationem.*
7 *Regulariter iniuriarum condemnatus notatur infamia.*
8 *Stylus iudicij pro lege ſeruandus.*

1 PRo † iniuria duplex actio competit, ciuilis & criminalis, tex. in §. in ſumma. Inſt. de iniur. & in l. quod ſenatuſconſultum, ff. eod. ſed quoniam vtraque ad vindictam comparata eſt, vna intentata alia tollitur, per tex. in l. 1. C. quand. ciuil. act. crimin. præiud. Barto. ibid. tex. in l. prætor edixit. §. ſi dicatur. ff. de iniur. glo. in d. §. in ſumma, in verbo, agere, Abbas in c. tuæ, de procura. Maran. par. 4, diſtin. 1. nu. 5. Secùs eſt, ſi
† actio ciuilis & criminalis tẽdant ad diuerſa, illa ad perſecutionem rei familiaris, altera ad vindictam, quia tunc vna per aliam nõ tollitur, text. in d. l. prætor edixit. §. ſi dicatur. Bart. ibid. gloſſ. in l. fin. in verbo, pœnã, ff. de priuat. delict. Marant. vbi ſuprà. Ciuiliter iniuriarũ agitur, quãdò pars agit ad æſtimationẽ iniuriæ, ſibique pœnã applicari petit, vt putà, ſi in libello ponat ſe malle carere mille florenis quã talẽ iniuriam pati. glo. ſingularis in l. iniuriarũ æſtimatio. ff. de iniu. tex. in §. pœna. Inſt. eod. glo. ibid. in verbo, æſtimauerit, Bart. in d. l. fi. ff. de priuat. delict. nu. 4. Soci. ſenior conſi. 146. nu. 4. incip. Viſo proceſſu. vol. 1. Criminaliter verò agitur, quãdò nihil parti applicari petitur, ſed libellus ad pœnã iuris concludit: quo caſu, iudicis arbitrio, pro perſonarũ dignitate & qualitate pœna irrogatur, tex. in l. fi. ff. de iniu. glo. ibid. in verbo, ex perſona. Marant. vbi ſuprà. nu. 9. Panor. in c. cùm te. extr. de re iud. Socin. d. conſi. 146. Modò quæritur, an actio iniuriarum ad reclamationẽ, (vt putà, ſi agẽs iniuriarũ concludit iniuriantẽ cõdemnari debere ad ſatisfactionẽ iniuriæ, ſiue honoris: hoc eſt, vt recantet opprobria, & fateatur, ſe iniuſtè iniuriã dixiſſe, petatque veniã, & famam reſtituat) cũ actione iniuriarũ ad æſtimationẽ, quandò iniuria pœna pecuniaria, parti applicanda æſtimatur, cumulari poſſit. Dubiũ in eo vertitur, vtrùm actio ad recantationem, ſiue reclamationẽ, vulgariter, auff einen Widderruff/ criminalis ſit, nec nè: nam ſi criminalis, notũ eſt cumulationem nõ habere locùm, cùm vtraque actio † ad 3
vindictam ſpectet: & tali caſu, vna alterã, vt dictum eſt, elidat. d. l. 1. C. quand. ciuil. act. crimin. præiud. Eſſe autẽ criminalem, concludit Marant. loco citato. nu. 10. Paris de puteo in tract. de ſyndicatu, in verbo, compoſitio. quia fit cũ vituperio, quę vituperatio cùm ſit pœna corporalis deſcendẽs ex delicto, ſequitur eam eſſe criminalem: quia † non tantùm cri- 4
minalis actio dicitur, quando pœna fiſco applicatur: ſed etiam quandò pœna infertur parti in corpus, per notata Bart. in l. fin. num. 4. ff. de priuat. delic. & hanc

 opinio-

opinionem pluribus rationibus præclarè illuſtrat Maran. loco citato, vbi vide.
5 Sed † in Camera Imperiali contrarium
receptum, videlicèt, non criminale, ſed
ciuile iudicium eſſe, quandò ad recantationem
ſiue palinodiam agitur: recipiuntur
enim ibi quotidiè libelli iniuriarum,
ad reclamationē concludentes, qui
recipi & admitti non poſſent, ſi criminale
iudicium eſſet: cùm vigore Ordinationis,
nulla cauſa criminalis (excepta
fracta pace) ibi agitari poſſit, aut debeat:
& proindè cùm pro ciuili habeatur, cumulatio
admittitur, & valet libellus, in
quo actor cum reclamatione æſtimationem
iniuriæ coniungit: attamen in ſen-
6 tentia reclamatoria expreſsè † honoris
fit reſeruatio, das jme ſolches an ſeiner
eheren vnnachtheilich/ vt factum in cauſa
Jngolt contrà Amersdorff/ & in cauſa
Sebaſtian Hacken contra Steffen Sewfus/
quod tamen alicui mirum videri
7 poſſit, eò † quòd regulariter Iniuriatum
condemnatus infamia notetur, tex. in l.
1. ff. de his qui not. infa. & in l. athletas. §.
fin. eod. tit. cum ſimil. & quòd huiuſmodi
reſeruatio honoris non fiat in ſententia
condemnatoria ad æſtimationē in-
8 iuriæ: ſed ita † ſtylus iudicij recepit, qui
pro lege ſeruandus eſt, tex. in c. ex literis,
de conſtitutio. & in c. 2. de præbend. libr.
6. text. in l. 2. C. quemad. teſtam. aperi. &
in l. ſi quando, la. 2. C. de bon. vacantib.
lib. 10. Bald. in l. 1. in fin. C. quæ ſit long.
cōſuet. Afflict. deciſ. 135. nu. 3. & hoc quoque
in conſiſtorio principis obſeruatum
memini.

OBSERVATIO LXVI.

Quòd ſententia ſuper libello inepto lata non valeat.

SVMMARIA.

1 *Sententia ſuper inepto libello lata nulla eſt, & eius ratio.*
Sententia debet eſſe conformis libello, ibid.
2 *Non poſſet reformari talis ſententia.*
3 *Non oritur ex ea actio in factum.*
4 *Libellum ineptum iudex dentibus lacerare debet.*
5 *Nullitas ex defectu ineptitudinis libelli non comprehenditur ſub ſtatuto nullitates tollente.*
6 *Libellus obſcurus valet, ſi non opponatur.*
7 *Libelli verba improprianda, vt libellus ſaluetur.*
8 *Libelli verba in actoris fauorem accipienda.*
9 *Iudex ex officio libellum ſuſtinere poteſt.*
10 *Libellus partim aptus, partim ineptus, an vitietur.*
11 *Reſcriptum & ſententia ex cauſa vera ſuſtineri debent.*
12 *Libellus quandò dicatur ineptus.*
13 *Calumnia euidens habetur loco inepti libelli.*
14 *Libellus ineptus regulariter dicitur, quandò ex eo non concluditur ius agendi.*
15 *Regula, quòd ſententia ſuper inepto libello lata non valet, duobus modis limitatur, & nu. 16.*

SEntentia † ſuper inepto libello 1
lata, ipſo Iure, etiam parte non
opponēte nulla eſt, per tex. ſing.
in c. cùm dilecti. de empt. & vend. tex. in
c. examinata, de iudi. Ratio, quia ſententia
debet eſſe conformis libello, tex. in c.
licèt hely. ext. de ſymo. gloſſ. ibid. in verbo,
formam, tex. in c. qualitr & quando,
el. 2. §. ad corrigendos in fin. de accuſatio.
& in Clem. ſæpe. §. verum quia, de
verb. ſignific. glo. not. ibid. in verbo, pronuntiatio,
tex. in l. vt fundus, ff. commu.
diuid. Deci. conſil. 29. numer. 2. Incip. &
pro tenui. Si igitur libellus eſt ineptus,
& ipſa ſententia ſuper eo lata nullius erit
momenti. Quod vſque adeò verùm
eſt, vt iudex † appellationis non poſſet 2
talem ſententiam, ſuper inepto libello
latam reformare: ſed neceſſariò ſuper
nullitate pronunciare debeat, condemnando
actorem in expenſis. Ita communiter
DD. concludunt. Bald. in l. 2. nu. 18.
C. de reſcind. vend. Idem in l. actori. nu.
3. C. de reb. cred. Vbi dicit, ex † ſententia 3
ſuper inepto libello lata, nō oriri actionem
in factum, aut iudicis officium, ad
hoc allegat glo. in §. 1. in verb. ſecundū.
Inſti. de oblig. quā dicit alibi in mundo
non eſſe. Feli. in c. literis, nu. 5. de offi. de
leg. Alex. conſi. 79. nu. 3. vol. 2. Incip. proſpectis
verb. Curt. iunior, conſi. 253. nu. 15.
vol. 3. Incip. habita diligēti. Van. titul. de
nullit. ſentēn. ex defect. proceſſ. nu. 22. cū
ſequ. Philip. Franç. in c. dilecto. nu. 78. de
appel. per text. in d. c. cùm dilecti. Soci. in
c. 2. de libel. oblat. num. 118. & num. 32. Innoc.
in c. examinata. num. 2. de iudi. glo.
communiter approbata in l. 1. ff. de offi.
aſſeſſo. in verbo, libellis. Vbique dicunt,
iudicem † libellum ineptum dentibus 4
lacerare debere: & ſic limitatur l. abſentem.
C. de accuſat. & alia iura, quæ volūt,
quòd nullitas etiam deuoluat cauſam
principalem, ita vt iudex nullitatis ſententiam
reformare, vel confirmare poſſit,

ſit,vide infrà eo.Obſer.127 Pręthereà tan-
5 ta eſt huius † nullitatis efficacia, vt ſub
ſtatuto nullitates nnncupatim, & in ſpe-
cie tollente, non comprehendatur nul-
litas ex defectu ineptitudinis libelli, prò-
ut latiùs declarant Philip. Franc. in d. c.
dilecto.num.127. Vant.tit.quis poſſ.dic.
de nul.nu.55. Felin. in c.ex parte, el.2.nu.
16.de off.deleg. Prædicta accipienda ſunt
de ineptitudine libelli, quæ expreſsè ap-
paret:non de ea, quæ tacitè, & per ſubin-
auditos intellectus, ac ſubtilitates iuris
deprehenditur, Vant.d.titul.de null.ſen-
ten.ex defect.proceſſ.num.22. in fi.Bald.
in l.certa ratione,nu.5.C.quand.prouoc.
non eſt neceſ.vbi dicit,ſentẽtiam valere,
ſi libellus tacitè, & non expreſsè ineptus
ſit,allegat tex.in l.poſthumus.§.ſi quis ex
6 his.ff.de inoffi.teſta. Hinc eſt quòd licèt†
libellus obſcurus,&generalis regulariter
non valeat, tex.in l.fi.C.de annal.excep.
tamen hoc nõ procedat,ſi pars nõ oppo-
ſuerit contra libellum. Alex. in l. 1. ff.de
eden.nu.2.& 4.Mantua.ſing.273.num.1.
7 Quò pertinet,quòd † verba libelli impro
prianda ſint,ad hoc, vt libellus ſaluetur,
per tex.in l.ſi quis intentione.ff.de iudic.
Bart.in l.ſed etſi poſſeſſori.§.item ſi iura-
uero.nu 5.ff.de iureiu.Idem in l.ſcire de-
bemus.nu.6.ff.de verb.oblig.Alex.conſi.
58.nu.4.volum.5. incip. Viſo & perlecto.
Caſtr.conſi.199.num.3.vol.2.incip.ſuper
primo reperio,vbi communẽ dicit. Ma-
ran.part.4.diſt.1.nu.23. Dec. in c.cùm ſu-
per.num.12.de offi.deleg.Idem conſ. 212.
num. 4. vbi dicit libelli verba in actoris
fauorem interpretanda eſſe. Idem tenet
8 Socin.reg.237. incip. Libelli† verba,di-
cens,illud in libello ciuili, & non crimi-
nali procedere,Panorm.in d.c.examina-
ta.num.18.de iudic.vbi dicit verba libel-
li latè intelligi debere, vt includãt inten-
tionem libellantis,per text.in l.2.§.1.ff.ſi
ſeruit.vendic. Idem Panorm.in c.dile-
cti,num.2.de iudic.vbi per illum tex.no-
9 tat Iudicem † ex officio circa concluſio-
nem libelli, & eius vitia ſupplere poſſe,
cùm ad ipſius officium pertineat,lites fi-
nire,tex.in c.finem.de dol.& contu.& in
l.quidam exiſtimauerunt.ff.ſi cer.pet.cũ
ſimilibus. Imò ſi de ineptitudine libelli
non appareat,licèt aliàs ſit ineptus,tamẽ
iudex non debet ex officio illum reijce-
re, aut lacerare, Panorm. in d. c. dilecti.
Antho.de Butr.ibid.num.7. Pulchrè Pa-
norm.in c.cauſam quæ,num.3. de iudic.
Bal.in d.l.ſi quis intentione. Alex. conſi.
55.nu.16.vol.5.incip. quoniam cauſa, vbi
dicit, regulam illam,quòd interpretatio
pro libellante facienda ſit, procedere,
quandò ambiguitas in iure, & non in fa-
cto conſiſtit:nam tunc expreſſa declara-
tione & interpretatione libellantis opus
erit,tex.in l.idem. Pomponius ſcribit. §.
fi.ff.de rei vendic.glo.ibid.in verbo, nul-
lam, facit text. in l.ſi quis de plurib.ff.de
reb.dub.Porrò ſi † libellus partim ſit ine- 10
ptus, partim verò aptus, & concludens,
propter ineptitudinem partis in totum
non vitiabitur, per regulam, quod vtile
per inutile vitiari non debeat, c.vtile. de
reg.iuris.in 6.cum ſimilib⁹.Antho. Cor-
ſet.ſing.3. in verb. libellus. Quemadmo-
dum in † reſcripto continẽte plures gra- 11
tias, ſubreptio in vna non vitiat in alijs,
tex.in c.ſi eo tempore,de reſcrip.in 6. Et
ſi in ſentẽtia plures cauſæ exprimantur,
quarum vna vera,altera falſa, virtute ve-
ræ ſuſtinetur ſententia, tex.in c. per tuas,
qui fil.ſint legitimi. Hoſtienſ. ibid.Cor-
ſet.vbi ſuprà.facit regula, quòd interpre-
tatio faciẽda ſit, vt res valeat potiùs, quã
pereat,tex.in l.quoties.la.2.ff.de reb.dub.
& in l.quoties.la.1. ff. de verb.oblig. text.
in c. Abbate ſancti.§.contra. de verb.ſig-
nific.Quapropter iudicium & ſententia
ſuper parte apta fundari poterit, vt no-
tat Miles in ſuo repertorio, in ver.libel-
lus.Socin.in c.2.num..120.de libell.obla.
attic.24. Quomodò autem † libellus di- 12
catur ineptus, & illa ineptitudo cogno-
ſcatur, vide plenè Soc.in d.c.2.num. 118.
Anth.de Butrio in d.c.examinata.num.
22.cum ſequ.Rotam deciſ.10.num.4. tit.
de ſenten.excommun.in nouis. Vant.re-
miſſiuè.d.titul.de null.ex defect.proceſſ.
num.23.vbi dicit, † euidentem calumni- 13
am haberi loco inepti libelli:quod eſt be-
nè notandum.Regulariter† libellus ine- 14
ptus dicitur, quandò ex eo non conclu-
ditur ius agendi.l.2.C.de form.act. ſubl.
gloſſ.ibid.in verb.ſi aptam.Dd. commu-
niter ibid.gl.nota.in l.2. §.circa primam,
in verb.ſine cauſa.ff.de dol.mali. & met.
except. Matth. ſingul.9. numer. 1. incip.
nota regulã, vbi pro regula tradit, libel-
lum ineptum dici, ſi ex eo conſtet acto-
ri actionem non competere, ſiue nata

fuerit & extincta, ſiue nunquàm nata fu-
erit, ſed naſci ſperetur, vt quandò obliga-
tio eſt conditionalis. Ratio, quia ex tali
libello non concluditur ius agendi, vt
dictum eſt. Limita quoq; prædictam re-
15 gulam, † nimirùm ſententiam ſuper in-
epto libello latam, non valere, non pro-
cedere in cauſis ſummarijs, quæ non re-
quirunt libellum, & ideò ſi exhibeatur,
eius ineptitudo non vitiat proceſſum,
neque iudicium: nam quoties aliquid ne-
ceſſariò non requiritur, ſi illud interue-
niat, etiam ineptè, actum non vitiat, tex.
eſt in l.1. in princip. C. de rei vxor. action.
Roma. in l. vinum. ff. ſi cert. peta. Iaſ. pul-
chrè ibid. nu. 33. qui hoc pluribus rationi-
bus illuſtrat, quem omninò ad hoc vide.
16 Secundò † limita, vt nõ procedat in ſum-
mo principe, quia poteſt iudicare ex pro-
ceſſu nullo, ratione ineptitudinis libelli,
& reiectis ambagibus veritatem ſequi;
adeoq; æquitatem non ſcriptam præfer-
re rigori ſcripto. Affl. tit. quæ ſint regal.
c.1. nu. 41. vbi plures allegat, & extendit
hoc ad conſilium principis iure repræ-
ſentationis. vide ſuprà Obſer. 42.

OBSERVATIO LXVII.

Quomodò iudex, ſi libellus ſit ineptus, pronunciari debeat.

SVMMARIA.

1 *Forma pronunciandi ſuper inepto libello.*
2 *Actio competens actori reſeruanda.*
3 *Inſtantia perempta an omnia acta pereant.*
4 *Iudex appellationis ſuper inepto libello quomodò pronunciare debeat.*
5 *Iudex reiecto libello inepto, poteſt etiam actori iniungere, vt alium libellum clarum & concludentē exhibeat.*

QVandò libellus planè & euidenter,
in forma & materia ineptus eſt,
gar vngeſchickt / ita vt interpretatione a-
liqua adiuuari nequeat, iuxta ea quæ di-
cta ſunt ſuprà, Obſeruatione proxima,
1 tunc iudex † per ſententiam Reum ab
obſeruatione iudicij abſoluere, & acto-
rem in expenſis condemnare debet, re-
ſeruato tamen ei iure agendi ex alia cau-
ſa apta, per tex. in c. examinata. de iudic.
Antho. de Butr. ibid. num. 25. text. in l. Be-
bius, in fin. ff. de pact. dotal. Bar. in l. ſi au-
tem. §. ſi quocunque. ff. de negoc. geſt. per
illum text. num. 2. Panorm. in c. ſicut. nu.
12. de ſenten. & re iudic. Bald. in Authen.
ſed & ſi quis. num. 8. verſic. item illa. C. de
ſecund. nupt. Iaſ. in l. properandum. §. &
ſi quidem. num. 16. in fin. C. de iudic. Ma-
ran. pulchrè, par. 5. num. 50. Natta conſil.
200. num. 4. volum. 1. incip. fundamenta
adducta, glo. in §. 1. Inſt. de oblig. in verb.
ſecundùm. Poteſt enim iudex actori ex-
preſsè † actionem competentem reſer- 2
uare, ſi ineptam propoſuit, per tex. in d. c.
examinata. & in d. l. Bebius. Dd. vbi ſupr.
Ita in Camera Imper. frequenter obſer-
uatur. Perempta † inſtantia ob ineptitu- 3
dinem libelli, pereunt omnia acta ordi-
natoria iudicij, etiam quòad effectus iu-
ris, qui aliàs non perirēt, putà, quòad in-
terrumpendam præſcriptionem, Bald. in
l. 2. num. 5. C. de for. actio. ſubla. in fin. &
in l. 2. C. de fruct. & lit. expenſ. vbi dicit,
quòd iudicium malè fundatum, præſcri-
ptionem non interrumpat, tex. in Auth.
offeratur, in fin. C. de lit. conteſta. iuncta
gloſſ. in verbo, pro nihilo. Bald. elegan-
ter ibid. num. 17. cum ſequent. vbi tradit,
an per nullum proceſſum interrumpa-
tur præſcriptio, Petrus de Rauen. ſingul.
345. Acta verò probatoria, perempta in-
ſtantia nõ pereunt, Dd. in l. 2. C. de eden.
Bartol. in d. l. properandum. §. etſi qui-
dem. num. 14. C. de iudic. Bal. ibid. num.
20. Quòd ſi iudex † primæ inſtantiæ ſu- 4
per inepto libello ſententiam tulit, tali
caſu iudex appellationis, non ſuper me-
ritis, ſed nullitate neceſſariò pronuncia-
re debet, tex. in c. cùm dilecti. de empt. &
vendit. gloſſ. in l. 1. in verb. libellis. ff. de
offic. aſſeſſ. per plura allegata ſuprà præ-
cedenti Obſeruatione. Poteſt etiam iu-
dex, † ſi velit, reiecto libello inepto, acto- 5
ri iniungere, vt alium libellum clarum
& concludentem exhibeat, ità quòd non
ſit neceſsè reum ab obſeruatione iudicij
abſoluere, vti factum eſt in cauſa Peter
Bremer / contra Conſules ciuitatis Bre-
menſis, idque procedit in prima inſtan-
tia vel cauſa ſimplicis querelæ, nam in
cauſa appellationis omninò, vt dictum
eſt, ſuper libelli inepti nullitate, pro-
nunciandum, quandò videlicet iudex
primæ inſtantiæ, non attentata libelli
ineptitudine, ſententiam ſuper eo tulit,
per iura allegata, & ita ſæpè obſeruatum
memini.

OBSER.

OBSERVATIO LXVIII.

Libellus generalis ſuper petitione hæreditatis valet.

SVMMARIA.

1 *In iudicio vniuerſali ſufficit generalis petitio.*
2 *Cautela, vt res hæreditaria in libello petitionis hæreditatis exprimantur.*
3 *Liquidatio bonorũ acceſſoria eſt ad petitionem hæreditatis.*
4 *Liquidationis commodum.*
5 *Generalis ſententia valet, ſi libellus ſit generalis.*
6 *Executio debet fieri in liquidis.*
7 *Liquidationis cauſa an requirat proceſſum nouum.*
8 *Differentia inter iudicium vniuerſale & generale.*

1 ETſi in iudicio † vniuerſali putà
petitionis hæreditatis, generalis
petitio libelli ſufficiat, hoc pa-
cto: Peto à te hæreditatem Sempronij,
quia ſum eius hæres, ita vt non ſit neceſ-
ſe ſpecificare & deſignare res hæreditari-
as, ſimiliter in iudicio generali, videlicet
tutelæ, negotiorum geſtorum, pro ſocio
& ſimilibus, tex. in l. licèt. C de iudic. glo.
ſing. in l. 1. in verb. vt perinde. ff. de eden.
Alex. ibi, nu. 20. cum ſeq Bart. Caſt. Iaſ. &
alij ibid glo. in l. 2. in verb iuſſit. C. de ſen
ten. quæ ſine certa quantit. Bar. ibid. gloſ.
ſing. in c. penul. in ver. ſignificantibus. de
libel. oblat. pleniſſimè Socin. ibid. nu. 16.
cum ſequentib. Felin. ibid. nu. 11. & com-
muniter Canoniſt. gloſ. in c. conqueren-
te, in ver. ſpecificatas. de offi. iud. ord. tex.
in l. 4. & in l. ſi quo tempore, ff. de pet. hæ-
2 red. tamen eruditus & exercitatus † Ad-
uocatus clientem ſuum inſtruere, eique
conſulere debet, vt eodem libello, vel a-
lijs articulis ſpecificè complectatur, & de
ſignet res hæreditarias, quid nimirum,
quantumq; in hæreditate defuncti ſit, vel
tempore mortis fuerit, eaſq; vna cũ cau-
ſa principali ſimultaneo quodam pro-
ceſſu, in termino probatorio probet: hoc
3 enim fieri poteſt, cùm † liquidatio bono-
rum dicatur acceſſoria ad cauſam petiti-
onis hæreditatis, imò eadem cauſa cum
petitione hæreditatis. Affl. deciſ. 35. nu. 4.
4 Ratio, quia † hoc pacto iudex certam ſen
tentiam proferre poteſt, condemnando
reum conuictum, vt res hæreditarias iam
antea in libello deſignatas, & liquidatas,
vnà cum fructibus perceptis, vel qui per-
cipi potuerũt, reſtituat, & ſic erit facilior
executio. Nam ſi † generalis eſt libellus, 5
videlicet, Peto talem hæreditariam, quia
ſum hæres, d. l. 4. & d. l. quo tempore, ſen
tentia quoq; generalis & libello confor-
mis erit, videlicet, Cõdemno te, vt reſti-
tuas actori talem hæreditatem, vel quic-
quid ex tali hæreditate poſſides, tex. in l.
non poſſumus. ff. ſi pars hæred. peta. gloſ.
not. ibid. in verbo, pro indiuiſo. glo. in d.
c. penul. de libell. oblat. aliàs in executio-
ne, noua liquidatione, & probatione, ſi
rerum hæreditariarum cõtrouerſia mo-
ueatur, quòd videlicet tales res non ſint
hæreditariæ, opus erit, idq; non ſine ma-
xima moleſtia actoris, & temporis, atque
ſumptuum iactura: non † enim executio 6
fieri poteſt, niſi debito prius liquidato,
hoc ſi in proceſſu factum non eſt, neceſ-
ſariò in executione fieri debet: quia ſu-
per rebus dubijs & incertis executio cer-
ta fieri nequit, vt not. Barto. in l. 4. § ſi ex
conuentione, nu. 1. ff. de re iudic. Et huius
ſaluberrimæ doctrinæ & cautelæ facit
quoq; mentionem gloſſ. in d. c. conque-
rente. & Pet. Iacob. in ſua pract. ſub tit. de
per. hæred. num. 6. quòd ſcilicet in cauſa
principali res ſint ſpecificandæ vt eo ſit
facilior executio. Sed quid ſi huiuſmodi
† ſpecificatio, vel liquidatio rerum hære- 7
ditariarum, fortè per imperitiam Aduo-
cati, in proceſſu cauſæ principalis omiſſa
ſit, an poſt ſententiam diffinitiuã in pun-
cto liquidationis, nouo proceſſu, nouo
libello, nouaq; litis conteſtatione opus
ſit? Minimè, ſed ſummariè procedẽdum
ſecundũ formam, l. à Diuo Pio. § ſi ſuper
rebus. ff. de re iudic. victor exhibebit arti-
culos, quos tam ad reſpodendum, quàm
probandum admitti petet, per notata
Bartol. in d. l. 2. num. 3. C. de ſent. quæ ſine
certa quantitate. quia liquidationis pun-
ctus non eſt noua cauſa, ſed acceſſoriè ve
nit, vt dictum eſt, ad cauſam principa-
lem, Afflict. d. deciſ. 25. Porrò ſcire opor-
tet, † differentiam eſſe inter iudicium v- 8
niuerſale, & generale: quòd videlicet in
vniuerſali, neq; in libello, neque in pro-
ceſſu cauſæ, nec etiã in ipſa ſententia ne-
ceſſarium ſit exprimere res: In generali
verò iudicio, licèt libellus generalis ad-
mittatur, tamen lite conteſtata res expri-
mi debeãt, c. Abbate ſanè. § ſecùs autem,
de ſenten. & re iudic. in 6. Socin. in d. c.
pen. num. 18. de libell. oblat. Bartol. in l. 1.
ff. de

ff.de eden. vbi rationem diuerſitatis tra-
dit. Quamuis nonnulli velint,talem ſen
tentiam in iudicio generali valere:Con-
demno te, vt reddas rationem admini-
ſtrationis tuæ,tex.in c.qualiter,el.2.de ac-
cuſ.l.ſi quis pro redemptione. C.de don.
próut tenet Bald.In l.edita.num.25. C.de
edend. & refert Socin. in d.c.pen. Felin.
ibid.num.11.

DE INTERVEN-TIONE.

OBSERVATIO LXIX.

De articulis interuentionalibus.

SVMMARIA.

1 *Cautela pro aduocatis in materia interuentionis.*
2 *Articuli interuentionales quandò ſint pertinentes, vel impertinentes.*
3 *Exceptio cõtra interuenientem qualis proponenda.*
4 *Tertius de ſuo intereſſe probare debet, ſaltem ſemiplenè.*
5 *Interueniens cur de ſuo intereſſe docere debeat.*
6 *Tertius quãdò petere poſsit instrumentorũ vel actorum editionem.*

QVANDO terti-
us pro ſuo intereſ-
ſe compareat, & ar-
ticulos Interuen-
tionales exhibet,
1 Aduocatus † par-
tis aduerſæ diligen-
ter eos examinare
debet , vtrùm ad
cauſam principalem ſint pertinentes,
vel impertinentes: & ſiquidem imper-
tinentes,adeoque litis differendæ gratia
exhibitos eſſe animaduertat, excipiendo
petat huiuſmodi articulos reijci. Dicun-
2 tur autem † pertinentes, ſi ius tertiæ per-
ſonæ idem ſit cum iure quod deductum
eſt per principalem:impertinentes, ſi ius
ſeparatum,& alienum à iure principali-
ter in iudicium deducto contineant:quo
caſu interuentio locum non habet, ſed
noua opus eſt inſtantia, nouo proceſſu,
l. ſæpè. §. ſed ſcientibus. ff. de re iudic.l.
pen.ff.de pet.hæred.& in l.is à quo. ff. de
rei vend.Antho. de Butrio. in c.cùm ſu-
per.nu.14.extr.de re iud.Inno. ibid.nu.6.
in fi.& communiter Dd. Conſilium igi-
tur eſt,vt pars aduerſa,examinatis articu-
lis interuentionalibus, excipiat contra

† tertium, quòd ipſius non interſit, vel 3
quòd ius ipſius ſeparatum ſit à iure prin-
cipali: nam index tertium quoq; admit-
tere non debet, maximè poſtquàm exce-
ptum eſt, † niſi in primis de ſuo intereſſe 4
doceat, ſaltem ſummariè, & vt Dd. lo-
quuntur apparenter, quia cùm talis pro-
batio intereſſe ſit præambula,& præpara-
toria,non autem deciſoria,ideò ex com-
muni Dd.ſententia,ſemiplena probatio
ſufficit,Bart.in l.à ſententia.ff. de appell.
in fin. per illum text. & in l.à Diuo Pio.§.
ſi ſuper rebus. ff. de re iud.Bald. in Auth.
hodiè.nu.6.C.eodem.Idem in l.fi.num.
42.C.de edict. D.Adria.toll.Ang. in l.ſi
ſuſpecta,nu 1.ff.de Inoffi.teſt.Panor.in d.
c.cùm ſuper,nu.5.Fel.ibid.in prin. & nu.
36.Idem in c.veniens,2.de teſtib. num.13.
multa præclarè dicit Matth. ſingul.123.
in addit. Vant.tit.quis poſſit dic.de nul.
lit.num. 23. Marant.par.4.diſtinction.9.
num.62.Et talis probatio intereſſe † ſum- 5
maria,propter fraudis & ſuſpicionis col-
luſionem introducta eſt, ne interuen-
tio malitioſè,& ad proceſſum extrahen-
dum fiat,p text.in d.l.ſi ſuſpecta. Quem-
admodum in ſimili, ſi † tertius inſtru- 6
mentorum, vel actorum editionem pe-
teret,non debet audiri, niſi in primis de
ſuo intereſſe doceat, per notata Bart. in
l.fi.ff.de tab.exhib.num.3.Ferrar.in foro
pet.inſtrum.cop.in verb. eum anno.nu.
3.quem ad hoc omninò vide,& infrà eo.
Obſeruat.134.

OBSERVATIO LXX.

Quòd tertius pro ſuo intereſſe,ad cauſam interuenire poſsit.

SVMMARIA.

1 *Regula, quòd tertius pro ſuo intereſſe interuenire, et cauſa vna cum principali adſiſtere poſsit, ampliatur quinque, & limitatur tribus modis.*
2 *Interuentio habet locum etiam coram iudice delegato.*
3 *Delegata iuriſdictio extenditur etiam ad connexa.*
4 *Tertius in quacunq; parte iudicij interuenire poteſt.*
5 *Appellatio ſuſpendit cauſam principalem.*
6 *Appellare pro ſuo intereſſe, vel alterius appellationi adhærere quis poſsit, remiſsiuè.*
7 *Interuentio locum habet, etiam inuito principali.*
8 *Interueniens dicitur perſona principalis.*
9 *Renunciatio principalis non nocet interuenienti.*
10 *Factum cuique ſuum non alteri nocere debet.*
11 *Epiſcopi factum, ſi lædat Eccleſiam, Capitulum pro ſuo intereſſe appellare poteſt.*

12 Clau-

12 *Clauſula, Remota appellatione, non nocet tertio.*
13 *Reſcripta quomodo intelligenda.*
14 *Tertius poteſt appellare etiam à grauamine extraiudiciali.*
15 *Interueniens poteſt executionem impedire.*
16 *Executio contra tertium fieri non debet.*
17 *Exceptio rei iudicatæ quandò obſtet.*
18 *Quomodo & quando tertius executionem impedire poſſit, remiſſiuè.*
19 *Interuentio fit ad triplicem effectum.*
20 *Cauſa quandò principaliter ad aliquem pertinere dicatur, & quandò ſecundariò.*
21 *Tertius non poteſt impedire executionem rei ſuper qua lata eſt ſententia.*
Malitijs hominum non eſt indulgendum. ibid.
22 *Tertius non poteſt impedire executionem poſſeſſorij prætextu petitorij.*
23 *Interueniens debet docere de ſuo intereſſe ſummariè.*
24 *Interuentio quandò locum habeat.*
25 *Interueniens ſi ſciat cauſam agitari, an ſibi præiudicet.*
26 *Interueniens an iudicialiter proteſtari debeat de ſuo iure.*
27 *Cautela pro actoribus contra tertium.*
28 *Subiectionis ſententia non præiudicat tertio, etiam ſcienti.*

REgulariter tertius† pro ſuo intereſ-
1 ſe interuenire, & cauſæ vnà cum
principali adſiſtere poteſt, per tex. in l. ſæ-
pè. de re iudic. vbi prolixiſſimè Alex. tex.
in l. à ſententia. ff. de appell. & in l. ſi ſu-
ſpecta, ff. de inoffic. teſta. tex. in Authen.
nunc ſi hæres, C. de litigioſ. & in c. cùm
ſuper, de re iudi. vbi ſedes ordinaria, & in
c. ſuper eo. de offi. deleg. tex. in c. veniens,
2. de teſtib. vbique Dd. præſertim Cano-
niſt. in d. c. cùm ſuper. Hanc regulam am
plia: Primò, vt procedat non ſolùm co-
ram† iudice ordinario, ſed corã etiã dele
2 gato, ratione connexitatis, arg. titu. ff. de
quib. reb. ad eund. iud. eat. & ne continen
tia cauſę diuidatur, tex. in l. nulli. C. de iu-
dic. vbi communiter Dd. Nam licèt de-
legata iuriſdictio ſit ſtricti iuris, ita quòd
non comprehendat, niſi expreſſa in re-
ſcripto, tex. in d. c. cùm ſuper. de offic. de-
leg. Panorm. ibid. in prin. tex. in c. cùm P.
& G. eod. tit. & in c. cùm dilecta. in fin. de
reſcrip. tamen hoc non procedit † in cõ-
3 nexis & acceſſorijs, tex. in c. prudentiam.
§. ſexta nobis, & §. ſi verò, de offic. & po-
teſt. iudic. deleg. Panorm. ibid. nume. 2 &
4. text. in l. 2. ff. de iuriſdict. omn. iudic.
Panorm. in c. cùm olim, numer. 7. de re-
ſcrip. & hanc limitationem tradunt, Fe-
lin. in d. c. veniens. 2. numer. 16. Panorm.
ibid. Secundò amplia, vt procedat non
ſolùm in † prima inſtantia, ante & poſt 4
litis conteſtationem, in principio, me-
dio, & fine litis, iuxta not. Anchar. in c.
fina. vt lit. pend. nume. 4. in fin. Felin. in
d. c. cùm ſuper, numer. 3. Oldra. conſi. 255.
num. 4. verùm etiam in cauſa appellati-
onis: quia ſententia per appellationem
ſuſpẽſa, cauſa adhuc durare dicitur, prò-
ut præclarè deducit Oldra. d. cõſ. 255 Bal.
in Authen. hodiè. C. de appell. num. 6. di-
cens, quòd † appellatio principalis ſoluat 5
ſententiam, & omnibus aperiat viam,
quibus ſententia grauamen intulit, text.
in l. cùm vnus. ff. de bon. autho. iudi. poſ-
ſid. vbi primum decretum interpoſitum
ad petitionem veri creditoris, omnibus
alijs creditoribus prodeſt. Quare pro ſuo
intereſſe appellare poteſt, vel alterius ap-
pellationi adhærere, Panor. in d. c. cùm
ſuper. num. 4. per tex. in c. vt circa. de ap-
pel. in 6. text. in l. ab executore. §. alio. ff.
de appellat. & iura ſupra allegata. Quo-
modo † autem appellare, vel alterius ap- 6
pellationi tertius adhærere debeat, vide
infrà eod. Obſeru. 122. Tertiò ampliã, vt
procedat † interuentio, non ſolùm vo- 7
lente, & conſentiente principali, ſed eti-
am eo reluctante, & inuito, tex. ſingu. in
l. principaliorem. C. de libera. cauſa. & in
l. ſi proluſorio. ff. de appella. Felin. in d. c.
cùm ſuper, nu. 16. in fin. de re iudic. Quia
omnis † adhærens, vel appellans dici- 8
tur principalis perſona, non procurator,
aut negotiorum geſtor, text. in l. ſi pro-
curatorio. §. ſed ſi aliter. ff. quand appel.
ſit. nam qui pro ſuo intereſſe dicit, pro-
priam cauſam defendit, d. l. ſi procurato-
rio. §. fina. vbi text. notab. Bald. in d. Au-
thent. hodiè. numer. 6. in fine. Hinc eſt,
quòd principali non appellante, vel † 9
appellationem interpoſitam non proſe-
quente, aut appellationi renunciante,
tertius nihilominùs cauſam & appella-
tionem proſequi poſſit, cùm ſit perſona,
vt dictum, principalis, cui ius per inter-
uentionem quæſitum eſt, quod princi-
palis, deſiſtendo, tranſigendo, aut renun
ciando, ei auferri non poteſt, tex. in d. l.
à ſententia. §. idem reſcripſit. ff. de appel-
lat. Bartol. ibid. nume. 2. Bald. in d. Auth.
hodiè. numer. 6. Panorm. in d. c. cùm ſu-
per. num. 27. Felin. ibid. num. 11. Quò ſpe-
ctat regula, quòd † factum cuique ſuum, 10
non

non alteri nocere debeat, text.in l. factũ.
cuiq;.ff.de regul iur.Item quòd alteri per
alterum non debeat iniqua conditio ad.
ferri, tex.in l.iniquiſſimum. ff. de iur. &
& fact.ignor.cum ſimilib. Hinc quoque
11 eſt: Si ex † facto Epiſcopi Eccleſiæ præiu.
dicari poſſet, quòd Capitulum contradi.
cere,& pro ſuo intereſſe appellare queat,
per text . in c. dilecti, de maior. & obed.
Panorm.ibi.num.10. Quartò amplia,vt
interuentio locum habeat,etiamſi cauſa
12 delegata ſit , cum † clauſula remota ap.
pellatione: quia clauſula illa non exten.
dit vires ſuás ad præiudicium tertij,vt eſt
caſus & tex.ſingul.in d.c. ſuper eo.de of.
fic.deleg.gloſſ.ibid. in verb.intentionis.
Felin.in d.c.veniens.2.nume.5. vbi dicit,
nullam plenitudinem verborum in re.
ſcriptis poſitam ius tertij tollere, niſi a.
liud appareat,allegat Antho. de Butr.&
Imol.in c.cauſam quæ, de reſcrip. Idem
tenet Van.in tract.de nullit.tit. quis poſ.
ſit dicere de nullit.num.15.Iaſ.in l.à Diuo
Pio.§.ſi ſup rebus,nu.16.ff.de re iud.Dec.
conſi.664.nu.7.incip.viſo.Quò pertinet,
13 quòd † reſcripta ſic ſint intelligenda , vt
nemini iniuriam faciant, tex. in d. c. ſu.
per eo.Panorm.ibid.num.2. tex.in l. fin.
C.ſi per vim vel alio modo.Alexan.con.
ſil.108. nu. 5. volu.6.incip. viſo proceſſu.
Dec.conſi.11.num.3.& 4.incip.quoniam
iudicantium,& conſil.209.num.5. incip.
in caſu propoſito: item conſil.287. nu.8.
incip. in caſu communitatis, vbi omni.
nò vide. tex. in c.cauſam q̃,de reſcrip. &
in l.ex facto.ff.de vulg.& pupil.glo. ſing.
in l.ſed cùm ab hærede,in ver.alterius.ff.
ad S C.Treb. Iaſ. in l.quoties.nu.4. C.de
precib.Imp.offe. Et quòd dicta clauſula,
remota appellatione,non noceat tertio,
pro ſuo intereſſe appellanti,tenet Bar.in
l.1.§.interdum.nu.4.ff.à quib.appel. non
lic.Philip.Franc.in c.paſtoralis,nu.24.de
appell. idq; per rationẽ prædictam,quòd
reſcripta ita ſint interpretanda, vt nemi.
ni noceant,d.c.ſuper eo. & d.c. ex facto,
14 cum ſimilib. Quintò amplia,quòd † ter.
tius pro ſuo intereſſe appellare poſſit,nõ
ſolùm à grauamine iudiciali, ſed etiam
extraiudiciali,per tex.in d.l. à ſentẽtia.§.
idemq; reſcripſit.ff. de appel. vbi à tranſ.
actione facta inter aliquos,tertius appel.
lare poteſt, ſi prætendit tranſactionẽ il.
lam fieri in ſui colluſionẽ,putà,cùm hæ.
res tranſigit in colluſionem legatariorũ.
ità Panor. in d.c.dilecti.num. 2.vbi dicit
hoc menti tenendum.Bar.plenè in l.fin.
ff.de appell.recip. Sextò amplia,vt pro.
cedat non ſolùm † ante ſententiam, ſed 15
etiam poſt rem iudicatam,putà in execu
tione ad eam impediendam : executio † 16
enim contra tertium non citatum, neq;
in iudicio nominatum fieri non poteſt,
text.in d.l.ſæpè. & in l.iudicatæ.ff.de ex.
cep.rei iud.Bal.conſi.149.par.3. p totum.
Caſtr.conſ.87.nu.3 par.1.Rebuff.in tract.
de ſenten.execut.artic.7.gloſſ.11. num. 3.
Nam ad hoc vt † obſtet exceptio rei iu. 17
dicatę, requiritur vt ſit eadẽ cauſa, idem
ius,& eadẽ pſona, tex.in l.cum quæritur,
cum duabus ſequ.ff.de excep.rei iud. De
iſta ampliatione,†quomodò, & quandò 18
tertius executionem impedire poſſit, vi.
de pleniſſimè per aliquot concluſiones,
Felin.in d.c.veniens. 2. nume.5.de teſtib.
Alexan.in d.l.ſæpè.& Bart in d. l.à Diuo
Pio.§.ſi ſuper reb.Bald.in l. conſentane.
um.C.quomod.& quand.iud. Et pro de.
claratione huius ampliationis, ſcire o.
portet , interuentionem fieri ad tripli.
cem effectum.† Primò,ad impediẽdum, 19
vel remouendum agentem , vel defen.
dentem: Idque procedit, quandò ipſum
interuenientem principaliter cauſa con
cernit , per tex.in d. l. ſæpè. vbi exempla
ponuntur, & in l.Titia.ff.ſolut.matrim.
Bartol.in l.ſi proluſorio. §.1. numer.1.ff.
de appella. d.l.principaliorem. C. de lib.
cau. vbi opt.text.Et potiſſimum obtinet,
ſi inter litigãtes, colluſionis ſuſpicio in.
teruenienti ſuboriatur, text. in d . Au.
then.nunc ſi hæres.C.de litig.& in d.l.ab
executore.§.alio.ff.de appell.tex.in d.l.ſi
ſuſpecta. ff.de inoffi. teſt.Secũdò,ad adſi.
ſtendum agenti, vel defendenti,quando
videlicèt vtriuſq; interſit tam litigantis,
quã tertij : quo caſu, tertius ſi vult,poteſt
cauſæ adſiſtere,eamq; inſtruere,d.l.prin.
cipaliorem.Bald.ibid.in prin. Fel.in d.c.
cùm ſuper.nu.16.in fi.Imol.ibid.nu.5.Pa.
nor.ſimiliter.nu. 29.Bald.in d.Auth.ho.
diè.nu.6.Bar.in d.l.ſi proluſorio.§.1.nu.
1. Cauſa † autem principaliter ad eum 20
pertinere dicitur, cuius omnium maxi.
mè intereſt:Secũdariò verò,quia p quan.
dam conſequentiam lædi poſſet.Bald.in
d.l.principaliorem,in princip.Tertiò,fit
interuentio poſt ſentẽtiam in executio.
ne,ad

ne, ad impediendam eam, vt dixi in hac
ſexta ampliatione, iudex tamen ſi præ-
ſumit malitiam contra tertium, quòd
malitioſè interueniat, & executionẽ im-
pedire velit, eum audire, vel appellatio-
nem eius recipere non debet, glo.ſing.in
d.c.ſuper eo.de offi.deleg.in ver.tenebit.
Panor.ibid.num.6. Iaſ.in l.4.§.condem-
natum,nu.11.ff. de re iudic. quod eſt no-
tatu dignũ: malitijs enim hominum nõ
eſt indulgendũ,text.in l.in fundo.§.con-
ſtituimus.ff.de rei vendic. cum allegatis,
in glo.ibid.in verbo indulgendum. Ob-
ſeruandum quoque diligenter in praxi,
21 quòd † tertius non poſſit impedire exe-
cutionem, quando illa fieri debet ſuper
eadem re,ſuper qua ſententia lata eſt:ſed
tunc tertio ſe executioni opponenti ca-
uebitur de indemnitate,per tex.notab.in
l.is à quo fundus,cum l.ſeq.ff. de rei ven-
dic. text. in l.penult. ff. de petit. hæred.
Bartol.in d.l.à Diuo Pio.§.ſi ſuper rebus,
num.2.Iaſ.ibid.num.17. Cæterùm ſi fa-
cienda ſit executio in re non petita,& ſu-
per qua non eſt lata ſententia : ſed ſuper
alia re, tunc quilibet de iure ſuo ſumma-
riè oſtendens , executionem impedire
poteſt,Bart.in d.§.ſi ſuper rebus, Iaſ.ſimi-
22 liter,num.19. vbi quoque dicit † tertium
non poſſe impedire executionem poſ-
ſeſſorij prætextu petitorij : quod eſt nota
dignum, allegat Bald. in d.c. cùm ſuper,
& in c. quoniam frequenter, §.fin vt lit.
non contesta. Limita prædictam regu-
lam de interuentione tertij: Primò, vt
23 non admittatur † interueniens,niſi priùs
de ſuo intereſſe, ſaltem ſummariè doce-
at,per iura ſuprà Obſer. proxima allega-
ta:Secundò limita,vt nõ procedat,quan-
24 do † ius tertij ſeparatum eſt à iure princi-
palis : quo caſu requiritur nouus proceſ-
ſus,& noua cauſæ cognitio,per notata d.
Obſeruat.proxi.Tertiò limitatur,vt non
procedat, quando tertius ſciuit cauſam
agitari,& paſſus eſt alium agere,nam tũc
ſibi præiudicat propter patiẽtiam, & ſci-
25 entiam : quotieſcunque enim tertius †
ſcit alium agere de iure ad ipſum tertiũ
ſpectante,ſibi præiudicat, ſi non contra-
dicit. Et maximè hoc procedit,ſi agatur
de iure tertij, ad ipſum principaliter ſpe-
ctante. Nam tunc ſcientia habetur pro
conſenſu, & ſibi imputare debet, quòd
6 non † contradixerit, aut ſaltem de iure
ſuo iudicialiter, (quod magis expedit ad
excludendas omnes cauillationes,& diſ-
putationes,licèt extraiudicialis proteſta-
tio etiam ſufficiat, dummodò ea inno-
teſcat iudici, vel parti. Feli.in c.quamuis,
nu.3.de re iudic. Couar. pract. quæſt. cap.
15.num.8.cir.fin.) proteſtatus ſit,per text.
in d.l.ſæpè.§.ſed ſcientibus.ff.de re iudic.
vbi latiſſimè de hac limitatione Alexan.
num.18.cum ſeq.per tex.in d.c.quamuis.
Felin.ibid.num.3.Panorm.nu.8.& nu.11.
dicens,non ſufficere,aliquem ſcire litem
motam, ad hoc vt ſibi in iure ſuo præiu-
dicet : niſi etiã ſciat ſibi ius in ea re com-
petere,Inno.in d.c.cùm ſuper,num.1.Fe-
lin. num. 12. per text. in d. l. principalio-
rem.C. de liber.cauſa. & in d.l. à ſenten-
ria.ff.de appella.Imò † agenti conſultum 27
eſt,quãdo intelligit extra iudicium terti-
um quendam iactare, ſe aliquid iuris ha-
bere ſuper re litigioſa, vt eum citari fa-
ciat,ad comparendum, & aſſiſtẽdum li-
ti,iusq́; ſuum deducẽdum, & proſequen-
dum , vt vna ſententia lis cœpta finem
accipiat. Ita ſępiùs ad inſtantiã actorum,
vel appellantium, citationes in Camera
decretas memini : & hoc eſt admodum
ſalutare conſiliũ, maximè ſi actor de iu-
re ſuo non diffidat, vide ad hoc Ange.in
§.quadrupli.Inſtit.de action. Hæc tertia
limitatio non procedit in ſententia lata
ſuper † ſubiectione, quia ſcientia nõ no- 28
cet ei qui ius ſubiectionis habere prętẽ-
dit:maximè quóad ius proprietatis,vt la-
rius examinat Panor. in d. c. cùm ſuper,
num.6.& 17. Felin.ibid. nu.13. Alex.in d.
l.ſæpè. vbi prolixè proſequitur, quando
videlicet ſententia inter alios lata tertio
ſcienti non præiudicet.

OBSERVATIO LXXI.

Tertius interueniens quomodo ad cauſam admittendus.

SVMMARIA.

1 *Interueniens debet cauſam in eo ſtatu quo eam reperit, acceptare.*
2 *Interueniens non poteſt forum declinare.*
3 *Limitatur ſingulariter quóad perſonam conuenti.*
4 *Interueniens actoris partes ſuſtinet.*
5 *Exceptio excõmunicationis nocet actori, ſed nõ reo.*
6 *Actor quis regulariter dicatur.*
7 *Interueniens poteſt iudicem recuſare.*
8 *Interueniens poteſt opponere exceptionem dilatoriam etiam poſt litis conteſtationem.*

L 9 Non

9 *Non tenetur libellum exhibere, neque litem conte-*
ſtari.
10 *Fallit.*
11 *Articuli interuentionales recipiendi.*
12 *Interueniens an poſt publicationem teſtes producere*
poſsit.
13 *Bart. & Innoc. ſententia.*
14 *Diſtinctio auctoris.*
15 *Interueniens ante publicationem alios teſtes produ-*
cere poteſt.
16 *Copia atteſtationum interuenienti danda.*
17 *Interueniens poſt concluſionem nihil producere po-*
teſt.
18 *Termini aßignati principali, cenſentur etiam aſsi-*
gnati tertio interuenienti.
19 *Preclusa via ſi ſit principali, non admittitur etiam*
interueniens.
20 *Praxis Cameræ.*

MEminiſſe quoq; oportet tertium
1 † interuenientē cauſam accepta-
re debere in eo ſtatu, in quo eam
reperit, per text. ſing. in c. fin. vt lit. pend.
libr. 6. gloſſ. ibid. in verb. in illo. Anchar.
num. 4. Philip. Franc. nu. 4. c. vt circa. de
elect. eod. lib. Bald in l. ſi eo tempore. in
fi. C. de remiſſ. pig. Felin. in c. cùm ſuper.
num. 15. de re iudic. Vant. tit. quis poſſit
dic. de null. num. 25. Oldr. conſi. 255. nu. 4.
Natta conſi. 457. num. 1. volu. 2. incip. ter-
tius comparens. Idq́ue ideò receptum,
nè lites multiplicentur, ſed etiam bre-
uior ſit finis, gloſſ. in d. c. fin. Ex quo in-
2 fertur, Primò, quòd † interueniens non
poſſit forum declinare, petendo ſe re-
mitti ad ſuum iudicem: ſed cogatur co-
ram eo iudice litigare, vbi iudicium per
principalem inchoatum eſt, per text. ex-
preſſum in l. venditor. ff. de iudic. Panor.
in c. cùm inter, num. 12. de excep. Roma.
conſil. 217. per totum. Ancha. conſil. 333.
nu. 1. Bal. in d. l. ſi eo tēpore. Afflict. deciſ.
235. num. 6. Ratio eſt, quia interueniens a-
ctoris partes ſuſtinet, ideò meritò Rei fo-
rum ſequi tenetur. vulg. l. fin. C. vbi in
3 rem actio. cum ſimilib. Hoc † tamen
ſingulariter limitatur, per. Innoc. in c. ca-
pitulum S. Crucis, de reſcrip. vt non pro-
cedat, quóad perſonam conuenti: refert
& ſequitur Rom. ſing. 630. incip. lex ven-
ditor, iuncta apoſtilla ibid. vbi vide.
4 Quòd autem interueniens † actoris par-
tibus fungatur, ſequentibus comproba-
tur rationibus. Et inprimis, quia non in-
uitus ad iudicium trahitur, ſed vltrò ve-
nit, ſeq́ue offert, vt impediat vel aſſiſtat,
per tex. in l. inter ſtipulantē. §. ſi Stichum.
ff. de verb. oblig. Deinde, quòd † exceptio- 5
ne excommunicationis, vt quilibet ali-
us actor repelli poſſit: nam excommuni-
catus ab agendo repellitur, non autem à
defendendo, & ſic reo non obſtat exce-
ptio excommunicationis, text. in c. pia.
de except. libr. 6. & in c. dilecti, & in c. di-
lecto, eod. titu. Ita tenent, & concludunt
cōmuniter Dd. Panor. in d. c. cùm inter,
num. 12. Bar. in l. de pupillo. § fin. num. 2.
ff. de no. ope. nunc. Anchar. d. conſil 333.
Rom. d. conſil. 217. Ange. in l. ſi ſuſpecta,
nu. 1. ff. de inoffi. teſt. Prætereà, ideo acto-
ris vice interueniens fungi dicitur: eò
quòd regulariter is † actor dicatur, qui 6
de iure ſuo docere debet. Cùm igitur
interueniens iactet ſuum intereſſe: me-
ritò pro actore habendus eſt, iuxt. not.
in l. qui accuſare. & l. fina. C. de edend.
Bart. in l. ſi priùs. in princi. ff. de nou. ope.
nunc. Etſi autem interueniens, vt di-
ctum eſt, forum declinare nequeat: ta-
men † iudicem ex legitimis cauſis, tan- 7
quàm ſuſpectū, recuſare poteſt. Si enim
interuentio ei permittitur, tanquàm an-
tecedens: ergo & recuſatio permitten-
da cum ſuis defenſionibus, connexis, &
annexis, tanquàm conſequens, d. c. cùm
inter. et c. cùm ſuper. de offic. delega. vbi
Panorm. dicit, illud nunquàm obliuio-
ni tradendum. Idem tenet Ang. in d. l.
ſi ſuſpecta, num. 1. Afflict. d. deciſ. 235. in
fin. Vant. vbi ſupr. num. 20. in fin. Philip.
Franc. in c. cum ſpeciali, nu. 45. de appell.
Deci. in d. c. cùm ſuper, num. 1. vbi dicit,
tertium etiam poſt litis conteſtationem
iudicem recuſare poſſe, aliasq́ue † exce- 8
ptiones dilatorias opponere. Canoniſt.
in c. exceptionem. de exceptio. Angel. in
l. quidam conſulebant. in fin. ff. de re iu-
dic. Idem in l. ſi quis libertatem. ff. de pe-
tit. hæred. Et hoc eſt ſingulare in tertio
interueniente. Secundo infertur, quod
† interueniens non teneatur libellum ex- 9
hibere, aut litem conteſtari, ſufficit enim
libellus principalis, & litis conteſtatio
per eum facta, text. in Authen. nunc ſi
hæres. C. de lit. conteſt. Angel. in d. l. ſi ſu-
ſpecta. Innoc. in d. c. cùm ſuper, num. 5.
& 6. Panorm. ibid. num. 31. Et hæc accipi-
enda & intelligenda ſunt, quando prin-
cipalis cauſam inchoauit, aut appella-
tionem interpoſitam ritè proſequitur.

Nam ſi ab eo † nō ſit appellatum, vel ap-
pellatio proſequuta, neceſſe eſt vt inter-
ueniens nouum exhibeat libellum, li-
temque conteſtetur, Innoc. Panorm. &
11 alij locis allegatis. Articulos † tamen
interuentionales, etiam eo caſu, quo
non requiritur libellus, nec litis conte-
ſtatio, exhibere poteſt: quos iudex ſi ſint
releuantes ad probandum admittere de-
bet, per notata ſuprà, Obſeruat. 69. Ter-
12 tiò ſingulariter infertur, publicatis † at-
teſtationibus, tertium non poſſe ſuper
iiſdem, vel directò contrarijs articulis,
alios teſtes producere: quia hoc princi-
palis facere nequit, tex. & Dd. in c. frater-
nitatis. de teſtibus. vbi ſedes ordinaria.
13 Bartol. † tamen in l. ſi proluſorio. §. 1.
num. 2. cum ſeq. ff. de appellat. diſtinguit
ſcientiam ab ignorantia: vtrùm tertius
ſciuerit agitari litem, & teſtes per prin-
cipalē productos eſſe, an verò hoc igno-
rauerit. Vt primo caſu non poſſit alios
teſtes producere: ſecundo verò caſu id
facere non prohibeatur. ſequuntur Bar.
opinionem, Panorm. in d. c. cùm ſuper,
num. 30. de re iudic. Idem in c. veniens. 2.
de teſtib. num. 7. Felin. ibid. num. 18. Af-
flict. d. deciſ. 235. num. 2. vbi dicit, ita vota-
tum fuiſſe per ſacrum conſiſtorium. Ra-
tionē hanc adferunt, quia ſi tertio igno-
ranti non præiudicant acta habita cum
ipſo principali, tex. in l. ſæpè. ff. de re iu-
dic. & in d. l. à ſententia. ff. de appellatio.
ideo quoque tacitus conſenſus principa-
lis, qui ex eo conſtat, quòd finita ſit dila-
tio, & facta teſtium publicatio, ei non
nocebit. Panorm. & alij vbi ſupra. Et li-
cèt hæc opinio Bart. & aliorum ſit æqui-
tati conſentanea: cùm alteri per alte-
rum non debeat iniqua conditio adfer-
ri, tex. in l. iniquiſſimum. ff. de iur. & fact.
ignor. & in l. filius. §. diui. ff. de legat. 1.
tamen contrarium concludunt Innoc.
in d. c. cùm ſuper, nume. 6. Antho. de
Butr. ibid. nume. 18. & latiſſimè Couar.
pract. quæſt. cap. 13. num. 1. videlicet, ter-
tium adhærentem publicatis atteſtatio-
nibus, indiſtinctè nouos teſtes produ-
14 cere non poſſe. Ego † diſtinguendum
puto inter tertium principaliter pro ſuo
intereſſe comparentem, ad remouen-
dum ſcilicet agentem, vel defenden-
tem, & inter tertium adſiſtentem, & ad-
iuuantem tantùm, vide ſup. Obſerua. 14.
Primo caſu, Bart. diſtinctionem ſcientiæ
& ignorantiæ, veram eſſe arbitror, per
text. in d. l. ſæpè. Altero caſu, nihil nō-
cere ſcientiam, neque prodeſſe igno-
rantiam: ſed adſiſtere volentem, cau-
ſam indiſtinctè, in eo ſtatu, in quo eam
reperit, acceptare debere, prout eruditè
& longiſſimè deducit atque proſequitur
Couar. d. c. 13. cum ſequen. per totum, vbi
dicit, ſecundum eam opinionem in re-
gio Granatenſi prætorio ſæpè iudicatū.
Illud planè pugna caret, tertium, non-
dum † publicatis atteſtationibus, pro ſuo 15
iure alios teſtes producere poſſe, per glo.
ſing. in d. l. ſi ſuſpecta. in verb. adeſſe. ff. de
inofficioſ. teſtament. Angel. ibi, nume. 1.
Bart. in d. l. ſi proluſorio. §. 1. num. 2. Præ-
tereà † copiam atteſtationum tertio poſt 16
publicationem dandam. Feli. in d. c. cùm
ſuper, nu. 18. de re iudic. Quartò ex prædi-
ctis infertur, interuenientem † poſt con- 17
cluſionem in cauſa noua inſtrumenta
producere & exhibere non poſſe, cùm
hoc principali non liceat, tex. in c. paſto-
ralis. de cauſ. poſſ. & propriet. & in c. cùm
dilectus. de fid. inſtru. gloſſ. ibid. in ver.
concluſum, text. in l. ſub ſpecie. C. de re
iudic. Iaſ. in l. admonendi, num. 52. ff. de
iureiur. Alexan. conſi. 182. num. 7. volu. 6.
incip. In cauſa & lite. Et quòad hanc illa-
tionem, præcedētis illationis diſtinctio,
de ſcientia & ignorantia, cùm vtrobi-
que eadem militet ratio, ſeruanda eſt.
Summatim igitur obſeruandum, quòd
† tertius pro ſuo intereſſe comparens, 18
iiſdem terminis arctetur, quibus ipſe
principalis, ita vt termini aſſignati prin-
cipali, cenſeantur etiam aſſignati tertio
interuenienti. Et † præcluſa via princi- 19
pali non admittatur etiam interueni-
ens. Bald. in d. l. ſi eo tempore. C. de re-
miſ. pign. Natta d. conſil. 457. num. 1. vo-
lum. 2. Dd. vbi ſup. In Camera † in exor- 20
dio ſententiæ ſemper fit mentio tam in-
teruenientis, quàm principalis, & ſic fit
aſſignatio terminorum vtrique parti ex-
preſſè.

OBSERVATIO LXXII.

In quibus caſibus interueniens iure ſpeciali vtatur.

SVMMARIA.

1 *In quinque caſibus interueniens vtitur iure ſpeciali.*

2 *Interueniens admittendus poſt ſecundam appellationem.*
3 *Camera recipit tertias & quartas appellationes.*
4 *Tertius poteſt impedire executionem trium ſententiarum.*
5 *Etiamſi Princeps cõmittat cauſam cum clauſulâ, Remota appellatione, tamen non impeditur tertius appellare.*
6 *Inhibitio non decernenda contra tertium.*
7 *Exceptio ſpolij & attentatorum non poteſt tertio opponi.*
8 *Interueniens poteſt iudicem recuſare.*
9 *Clauſula, remota appellatione, non nocet tertio.*

1 QVoniam † multa ſingulari iure,
quóad tertium pro ſuo intereſ-
ſe interuenientem, recepta ſunt,
caſus quoſdam notabiles, vnius conclu-
ſionis loco ſubijciam: quorum primus,
2 quòd etſi † regulariter tertiò prouocare
non liceat, l. vnica. C. ne liceat in vna ea-
demque cauſa ter prouocare. hoc ta-
men non procedit in tertio, qui pro
ſuo intereſſe appellat, quando videlicet
ignorauit litem cum alio agitari: quia
tali caſu, reſpectu tertij, dicitur prima &
non tertia appellatio, licèt ratione cau-
ſæ ſit tertia, Barto. Imol. & alij in l à ſen-
tentia. ff. de appellat, Ange. in l. ſi ſuſpe-
cta. ff. de inoffic. teſtamen. Panorm. in c.
cùm ſuper, nu. 26. de re iudic. Felin. ibid.
nu. 11. Couar. pract quæſt. c. 15. num. 3. & 4.
vbi hoc reſtringit. Idem c. 16. nu. 8. in fin.
cum ſeq. Obſeruandum hîc incidẽter in
3 † Camera Imp. non habere quoque lo-
cum iura, quæ diſponunt, tertiò non li-
cere prouocare: quia ibi pro amplianda
iuriſdictione Imperij, & ne fraus fiat iu-
riſdictioni Imperiali, cùm inferior ma-
giſtratus tres inſtantias facere poſſit, etiã
tertiæ & quartæ, ſi ita ſe offerat occaſio,
appellationes recipiuntur. Et ſic tit. C. ne
liceat in vna, et c. non procedit in Came-
4 ra. Secundus caſus eſt, quòd tertius † exe-
cutionem trium ſentiarum conformiũ,
caſu quo omninò non appellâſſet, impe-
dire poſſit, & ſic ſingulariter notandum,
quòd Clemen. 1. de re iud. non habeat lo-
cum in tertio nullitatem opponente,
nam illi exceptio trium ſententiarũ con
formium non obſtat, Felin. vbi ſup. Rot.
deciſ. 3. & deciſ. 11. de ſent. & re iud. in an-
tiq. Vant. titu. quis poſſ. dic. de null. nu. 19.
Alex. conſil. 63. volum. 3. & conſi. 84. eod.
volu. Iaſ. in l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper rebus,
num. 16. ff. de re iudic. per tex. in d. c. cùm
ſuper. Bald. ibid. facit tex. in c. ſuper eo, de
offi. deleg. vbi quando † Princeps cauſam 5
committit cum clauſula, Remota appel
latione, non impeditur tertius appella-
re pro ſuo intereſſe, tametſi principalis
appellare nequeat, Bartol. in l. 1. §. 1. ff. à
quib. appell. non lic. Iaſ. in d. §. ſi ſuper re-
bus. Tertius † caſus, quòd tit. ff. nihil in- 6
no. appell. pend. non procedat in tertio
aliquid innouante: vnde ſequitur inhi-
bitionem contra eum, ſi pendente appel
latione aliquid innouet, non debere de-
cerni, vel attentata reuocari, quia res in-
ter alios acta, tex. in l. ſæpè. ff. de re ind. cũ
concordantibus. Exceptio † enim ſpo- 7
lij, & attentatorum tertio opponi non
poteſt, glo. eſt ſing. in l. creditor. ff. mand.
in verbo, poſſe. in fin. Ang. in l. per hanc.
C. de tempor. appellatio. Iaſ. in d. §. ſi ſu-
per rebus, num. 17. Felin. in d. c. cùm ſu-
per, num. 11. Panorm. in d. c. in literis. de
reſti. ſpol. Vant. vbi ſupr. num. 20. vbi di-
cit, hoc procedere in tertio non habente
cauſam ab ipſo ſpoliante, vel attentan-
te. allegat Panor. in c. ſuper ſpoliatione.
de ord. cog. Quartus † caſus, quòd ter- 8
tius etiam poſt litis conteſtationem, iu-
dicem recuſare, exceptionesque dilato-
rias opponere poſſit, per ea quæ ſup. Ob-
ſeruat. præcedenti dicta ſunt. Quintus,
quòd † clauſula, Remota appellatione, in 9
reſcripto delegationis oppoſita, tertio
non præiudicet, per text. in d. c. ſuper eo.
Iaſ. in d. § ſi ſuper rebus, vide notata ſup.
eodem Obſer. 70.

DE LITIS CONTESTATIONE.

OBSERVATIO LXXIII.

De Litis conteſtatione.

SVMMARIA.

1 *Quomodo inducatur litis conteſtatio.*
2 *Duplex litis conteſtatio.*
3 *Quòd negatiua litis conteſtatio ſufficiat.*
4 *Bellum ciuile inter litigantes ſuſcipitur.*
5 *Aetymologia litis conteſtationis.*
6 *Reſpondens libello negatiuè, an litem conteſtari videatur.*
7 *Proteſtatio contraria actui nihil valet.*
8 *Per reſponſionem ad poſitiones non inducitur litis conteſtatio.*

QVIBVS modis inducatur litiscontestatio, plenè tractãt Dd. in c. vnico, de litis contest. gloſſ. ibid. in verbo, reſponſiones. & in c. fi. eo. tit. in 6. & in l. vnica C. eo. tit. Maran. par. 6. eo. tit. per totum. Communis
1 antẽ concluſio eſt, litis † conteſtationem
per ſolam negationẽ, vel reſponſionem
ad libellũ induci, quando videlicet Reus
ſimpliciter diffitetur contenta libelli, gl.
in d.c. vnico. Bart. in d.l. vnica, nu. 3. & 5.
Ordinatio Cameræ, part. 3. titu. 13. §. 4. &
tit. 32. §. 5. litis conteſtationis formulam,
tam in cauſis ſimplicis querelę, quàm appellationum præſcribit, quã non ita exactè obſeruare neceſſe eſt: quia nõ ſolùm
viua voce, diffitendo narrata libelli, ſed
etiam ſcripto litis cõteſtatio fieri poteſt,
prout quotidiè in Camera obſeruatur.
2 Sed quoniam † bifariam litis conteſtatio
fieri ſolet, affirmatiuè, ex parte agẽtis, vel
appellantis, & negatiuè ex parte Rei conuenti, vel appellati: quid ſi reus, vel appellatus, litem tantùm negatiuè conteſtetur, negando narrata, vel contenta libelli, petendo ſe ab inſtituta actione abſolui, vel pronunciari, benè iudicatum, malè appellatum: actor verò, vel appellans contra talem negatiuam litis conteſtationem, non repetat narrata ſui libelli loco litis conteſtationis affirmatiuæ, dicendo eius narrata vera eſſe, & pronunciandum iuxta petita (huiuſmodi enim libelli repetitionem affirmatiuam litis conteſtationem vocant) ſed ad vlteriora, nimirum ad probationem, & concluſionem cauſæ procedat: an nihi-
3 lominùs litis † conteſtatio vtrinque facta eſſe intelligatur, ita vt iudex diffinitiuam ſentẽtiam ferre queat: cùm aliàs lite non conteſtata regulariter abſolutio,
vel condemnatio fieri, aut ad diffinitiuam perueniri non poſſit, tex. in d.c. vnico, de lit. conteſta. & in c. accedens, vt lit.
non conteſt. & in c. dudum. de elect. Bar.
in l. conſentaneum, num. 5. C. quomo. &
quand. iud. Memini de eo quandoq; dubitatum fuiſſe: eò quòd multum interſit
inter editam actionem, & litis conteſtationẽ, vt inquit text. in d.l. vnica. Sed tamen obtinuit, ſufficere abſque actoris repetitione negatiuam litis conteſtationem, ex parte Rei conuenti, vel appellati, hoc eſt, die widerſprechung der clag / is
enim ad editam actionem iam deliberauit, litem negatiuè conteſtando, quòd
non cedere, ſed contẽdere velit. Vnde ſi
actor ad vlteriora procedat: nimirum, ad
probationem actionis intentatæ, vtique
vtrinq; † bellum ciuile (der krieg rechtes) 4
inter ipſos ſuſcipitur & geritur, & ſic rectè procedit iudicium. Sufficit narrationem eſſe propoſitam, & contradictionem ſubſequutam, per text. in l. rem non
nouam. §. patroni. C. de iudi. & text. in d.
c. vnico de lit. conteſt. Marant. part. 6. eo.
tit. & Dd. in d.l. vnic. pulchrè Rota deciſ.
6. num. 1. de litis conteſta. in nouis, quam
omninò vide, vbi dicit † litis conteſtatio- 5
nem eſſe ſimul teſtationem, ſiue mentis
declarationẽ, volentium litigare, & per
oblationẽ libelli, & reſponſionem Rei
propter animorũ concurrẽtiam ſimultaneè litis cõteſtationem fieri. Sed quid
ſi reus, vel appellatus per procuratorem
legitimè conſtitutum compareat, & initiò proteſtetur, ſicut communiter fieri
conſueuit, quòd comparẽdo nolit in iuriſdictionẽ iudicis conſentire, niſi quatenus & in quantum de iure tenetur: de
qua proteſtatione vide Innoc. in c. Cumana. de elect. Imol. in c. cùm M. Ferrarienſis, num. 43. de conſtitut. Mattheſ.
ſing. 63. incip. nota cautelam, iuncta apoſtilla ibid. aut ſi proteſtetur quòd litem
ſuper libello exhibito conteſtari nolit,
poſteà verò ſimpliciter † reſpondeat li- 6
bello negatiuè: an lis per hoc conteſtata
eſſe intelligatur? Maximè, per text. in d.c.
1. de lit. conteſta. Ferra. in form. declinat.
iud. nu. 4. Ratio, quia † proteſtatio actui 7
contraria tollit proteſtationis effectum,
text. in d.c. cùm M. Ferrarienſis. extra de
conſtit. & ibid. communiter Canoniſt.
Bart. in l. non ſolùm. §. morte. ff. de nou.
ope. nunc. Illud tamen meminiſſe oportet, per † reſponſionẽ ad poſitiones non 8
induci litis conteſtationem, per text. in
d.c. 1. text. in c. dudum. el. 2. §. partibus ergo, de elect. Barto. in d.l. vnica, num. 13. d.
l. rem non nouam. §. patroni. qui enim
ponit aliquid, nihil petit ab aduerſario,
nec etiam oſtendit per hoc ſe agere velle, vt latiùs declarat gloſſ. magiſtralis in

d.c.1.de lit.conteſtat.Itaque ſi libellus articulatus exhibeatur, deber exhiberi cum petitione, & ſuper ea petitione inprimis lis conteſtari. Facta autem litis conteſtatione, reus ad reſpondendum articulis vrgeri poteſt. Ita in praxi obſeruatur, quod eſt notandum: licèt in Camera diſcrimen inter poſitiones & articulos nõ obſeruetur. vide infr. eod. Obſer. 79.

OBSERVATIO LXXIIII.

Quod iudicium propriè à litis conteſtatione incipiat.

SVMMARIA.

1 *Citatio principium & fundamentum iudicij.*
2 *Ante litis conteſtationem iudicium non dicitur cœptum.*
Ante lit. conteſt. & non poſt Iudex poteſt recuſari. Ibid.
3 *Iudicium dicitur habere tres partes.*
4 *Ante litis conteſtationem libellum mutare licet.*
5 *Per litis conteſtationem obligatur quis inſtantia.*
6 *Quaſi contrahitur.*
7 *Quis ſit effectus huius quaſi contractus.*
8 *Poſt litis conteſtationem non licet mutare libellum.*
9 *Nec de partium quidem conſenſu.*
10 *Procurator ante litis conteſtationem reuocari poteſt.*
11 *Procurator ſubſtituere non poteſt ante litis conteſtationem.*
12 *Iuramentum calumniæ quando regulariter præſtandum.*
13 *Exceptiones peremptoriæ, ſi requirant altiorem indaginem, non impediunt litis conteſtationem.*
14 *Lite non conteſtata diffinitiua ferri nequit.*
15 *Fallit, remiſsiuè.*
16 *Citatio facit rem litigioſam.*
17 *Inducit litis pendentiam.*
18 *Præuentio inducitur per litis conteſtationem.*
19 *Delegati iuriſdictio perpetuatur per citationem.*
20 *Præſcriptio interrumpitur per citationem.*
21 *Quod intelligendum de citatione legitimè facta.*
22 *Præſcriptionis triplex ſpecies, & quomodo qualibet interrumpatur,*
23 *Vtrùm in criminalib. ſola libelli oblatione interrumpatur præſcriptio.*

1 Etſi † citatio ſit principiũ, baſis, & fundamentum iudicij, text. in §. fi. Inſti. de pœ. teme. litigant. & in c. quoniam contra. de probat. text. in l. de vnoquoque. ff. de re iudic. & in l. nam ita diuus. ff. de adopt. Dd. ad rubr. ff. & C. de in ius vocan. Soci. in tract. de citat. articu. 2. in princ. Spec. eod. titu. §. 1. Tamen propriè & ſecundum communem opinionem, iudicium demùm à litis conteſtatione incipit, per text. in c. ſuper quæſtionũ, vbi glo. in verb. litis exordium. de offic. & poteſt. Iud. deleg. Felin. ibid. nu. 6. text. in l. is qui ſe obtulit. ff. de rei vendic. & in l. cùm fundus. ff. ſi cert. peta. ponderando verba, poſt acceptũ iudicium. Iaſ. ibid. nu. 4. idem ad rub. C. de in ius vocã. nu. 2. Dd. in l. cauſas. C. de tranſact. Ange.
in repet. l. 1. nu. 1. C. de iudic. Ante † litis 2
conteſtationem non dicitur quis agere, vel petere, ſed agere vel petere velle, text. in l. ampliùs. ff. rem rat. hab. Panor. in c. 1. nu. 4. de iuram. calũ. Spec. tit. de ſalar. iud. nu. 10. gloſſ. notab. in l. & quia. ff. de iuriſdict. omni. iud. in verbo, antequã: quæ dicit Iudicem ante litis cõteſtationem adhuc recuſari poſſe, tex. in l. fin. C. de exceptio. Bal. ibid. in princ. & ſic nondum inchoatum eſſe iudicium, ſed demum poſt litis cõteſtationem, quia tunc recuſationi locus ampliùs non datur, text. in l. nemo. C. de iuriſd. omn. iudi. & in l. ſed etſi ſuſceperit. ff. de iudicijs. Item ante litis conteſtationẽ poſſunt opponi exceptiones cõtra Actorem, quod nõ habeat perſonam ſtandi in iudicio, vel aliæ exceptiones fori declinatoriæ, text. in l. inter litigantes. ff. de iudic. gloſſ. in c. gratum, in verbo, quaſi, de offi. deleg. Maran. par. 6. tit. de exceptio. ſed ſine Actore nõ ſubſiſtit iudicium, text. in c. forus, de verbor. ſignific. ideo ante litis conteſtationem iudicium fundatum nõ eſt, gloſ. in d. l. & quia, & per alia iura ſuprà allegata. Et Bal. in Auth. clericus. num. 8. C. de epiſ. & cler. dicit, quòd lite conteſtata iudicium incipit habere formam cõtradictoriam, & ea quæ præcedunt lite non conteſtata propriè non dicãtur acta iudicij, ſed præparatoria eius. Alex. conſi. 182. nu. 6. vol. 6. incip. In cauſa & lit. vbi dicit, quòd quæ-
libet cauſa ſeu † iudicium dicatur habere 3
tres partes: videlicet, principium, medium, & finem. Principium dici ipſam litis conteſtationem: Medium, proceſſum à litis conteſtatione, vſque ad concluſionem in cauſa: Finem verò poſt concluſionem vſque ad ſententiam, per Authen. ad hæc. C. de re iudic. Procedit autem iſta concluſio, non ſolùm in cauſa principali, hoc eſt, in prima inſtantia, verùm etiam in cauſa appellationis, tex. in l. final. §. illud. C. de tempor. appellat.

iuncta

innicta gloſſ.ibid.in verbo,exordium.Iaſ.
in rubric.C. de In ins vocan. in princip.
& ad rubr.ff.eod. Effectus autem huius
concluſionis multiplex, vti perſpicuum
4 eſt ex ſubiectis exemplis.Primò,ante † li-
tis conteſtationem, libellum tam in ci-
uilibus, quàm criminalibus mutare li-
cet,**die clag magh fur beſchener kriegs befe-
ſtigung verwandelt/ /gemehrt/vnd gemin-
dert werden/** Bart. Alex.Iaſ.& communi-
ter Dd. in l.edita.C. de edend. Dyn. in c.
nullus pluribus. de regul.iur. in 6. Ange.
in §.omnium,num.7.verſic.ſoler. Inſtit.
de act.Iaſ.ibid.num.157. Ferrar. in form.
act. realis,in verb. ſaluo iute addendi.
Ratio, quia iudicinm non eſt proptiè
5 cœptum:nam per litis † conteſtationem
demùm quis obligatur inſtantiæ, adeò
vt ab ea diſcedere & amplius pœnitere
non poſſit, text. in l. is qui ſe obtulit, &
Ibid.gloſſ. in verbo,qui diſceſſit.ff.de rei
vendica. text.in d.l.ſed & ſi ſuſceperit,&
in d.l.nemo. Felin.in c.quamuis,num.6.
verſi.tertia declaratio, extrà de iudi.Bar.
in d.l.edita, num.9. in fin.gloſſ.ſingul.in
l.2.§. fina. in gloſſ.magna. ff. de prætor.
ſtip.quæ dicit,in actu litis conteſtationis
6 celebrari † quaſi contractum. Et Ang. in
7 d.l.fin.notat,quòd per illum † quaſi con-
tractum obligetur quis ad id quod in iu-
dicio petitum eſt, ſi per ſententiam ſuc-
cumbat, per quam iſte quaſi contractus
conſummatur. Vnde Imol. ibidem in-
fert, quòd per actum litis conteſtationis
principaliter quis obligetur inſtantiæ, &
per quandam conſequẽtiam ad id quod
per ſententiam adiudicabitur:nam con-
demnatus per ſententiam, ex iſto quaſi
contractu perinde obligatur, atque ſi a-
liàs verè contraxiſſet, vt refert Felin.ad
8 rubr.de re indic.nu.23. Poſt litem † verò
conteſtatam libelli mutatio nõ admitti-
tur,tex.in l.nõ poteſt.ff.de iudicijs,etiam-
9 ſi † partium conſenſus accedat: eò quòd
litis conteſtatio, & alij actus ſubſtantia-
les iudicij, partium cõſenſu tolli neque-
ant,glo.in c.de cauſis, in verbo, cõſenſu,
de offic.deleg.Bald.in Auth.hodie.C.de
iureiu.prop.calum. Alexan. in d.l.edita,
num.9.vbi hoc limitat. Angel.& Iaſ.vbi
ſupr. vide omninò Socin. in fallent.re-
10 gu.236. Secundò ante litis † conteſtatio-
nem, Procurator quaſi re adhuc integra,
etiam ſine cauſa reuocari poteſt: ſecùs
eſt poſt litis conteſtationem, text. in c.2.
de procur.in 6. & in l.procuraroribus.C.
eod.text.In l.filiusfam.& in l.poſt litem,
cum l.ſequent.ff. eod. Tertiò, Procura-
tor † ad iudicia ante litis cõteſtationem 11
non poteſt ſubſtituere: quia nondum
factus dominus litis, cùm lis nondum
cœpta ſit, text. in l. ſi ptocuratorem.§.ſi
quis mandauerit. ff. mand. Batto. ibid.
num.1. text. in l. quod quis, & in l.neque
tutores.§.fina.C. de procurat. Quod ta-
men non procedit, ſi procurator in tem
ſuam, vel ſi expreſſum mandatum ſub-
ſtituendi alium habeat, etiamſi ille non
exprimatur, text. in c.1.§.1.de procurato-
rib.in 6. Quartò,iuramentum † calum- 12
niæ regulariter poſt litis cõteſtationem,
quóad cauſam principalem præſtãdum:
quia non intelligitur calumniari, qui
iudicium nondum ſuſcepit, Battol. in l.
2.C.de iuram.calum.nume.3.& 17. latiſ-
ſimè Socin.in c fina.extr.eod.num.26.
& 49.per illum text. vbi docent, quan-
do hoc iuramentum ante litis conteſta-
tionem præſtari poſſit. Quintò, exce-
ptiones † peremptoriæ, ſi altiorem quæ- 13
ſtionem, & indaginem requirant, poſt
litis conteſtationem proponendæ ſunt:
quia reſpiciunt merita cauſæ, quæ ante
litis conteſtationem diſputari non poſ-
ſunt,tex.in c.1.de lit.conteſta in 6.Barto.
in l.nam & poſtea,nume.2.ff. de iureiur.
Quod tamẽ in multis caſibus fallit, quos
ex ordine recenſet Philip.Fran.in d.c.1.
num.18.cum ſequent. vbi 45. limitatio-
nes notat. Sextò, Iudex regulariter lite
† nõ conteſtata in cauſa diffinitiuè pro- 14
nunciare non poteſt, & ſi pronunciat,
committit nullitatem, eò quòd ante li-
tis cõteſtationem cauſa principalis non
dicatur deducta in iudicium, text. in c.
accedens, el primo.§. cùm igitur, vt lit.
non conteſt.& in c.1.§.fin. de lit.conteſt.
Bar.in l.conſentaneũ.C. quom. & quan.
iudex,nu.5.Innoc.in c.prout nobis,nu.2.
de dol.& contu.c.dudum. de electio.So-
cin.reg.239. & de qua Iudex cognouit, de
ea pronunciare debet, tex.in l. de qua re.
ff.de iudic. In multis † tamen caſibus va- 15
let ſententia abſque litis conteſtatione,
quos notat Bertachin. in tracta. de ga-
bellis, in nona parte princip. nu.20. cum
ſequen.vbi 31. fallentias ponit. latiſſimè
Socin.in c. quoniam frequenter. vt lit.

non conteſtat. vbi infinitas limitatio-
nes ponit. & Panorm. in c. fin. eod. tit. vbi
ponit quatuor regulas. Porrò quóad
16 quoſdam iuris effectus, à ſola † citatione
quandoq; iudiciũ incipit, impropriè ta-
mē & largè ſumpto vocabulo. Et Primò
quóad inducēdum vitium litigioſi: nam
vt res efficiatur litigioſa, ita vt eius alie-
natio ſit prohibita, ſola citatio ſufficit,
text. in Auth. litigioſa. C. de litigio. Dd.
communiter ibid. glo. in d. c. ſuper quæ-
ſtionum. in verb. litis exordium. Quod
abſq; dubio verum eſt, ſi citatio ritè de-
creta, & executa, atq; in ea cauſa expreſ-
ſa ſit, ob quam in iudicium vocetur. text.
in Clem. cum lite. vt lit. penden. nihil in-
no. vbi Zabarel. num. 5. eleganter docet,
ſex requiſita eſſe neceſſaria ad hoc vt per
17 † citationem litis pendentia inducatur,
vt ibi per eum. Secundò, ad inducen-
dam litis pendentiam, ad eum effectum,
vt nihil innouari, poſſit, text. in d Clem.
2. iuncta gloſſ. in verb. ad hoc, vt lit. pen-
18 den. Tertiò, † præuentio ſiue præoc-
cupatio per ſolam citationem induci-
tur, quando videlicet pluribus iudicibus
competit iuriſdictio vt ſingulis, ita quòd
quilibet in eadem cauſa iuriſdictionem
habeat in ſolidũ: tunc enim citatus, ſi ci-
tatio ad eum peruenit, dicitur præuentus
citatione, adeò quòd ab alio iudice con-
currentem iuriſdictionem habente, po-
ſteà citatus comparere non teneatur, tex.
in l. vbi acceptum, cum gloſſ. vnica ibid.
tex. in l. ſi quis poſteaquam, C. de iud. glo.
ibid. in verbo nō habebit, tex. in l. penul.
ff. de iuriſd. omn. iud. & in c. propoſuiſti.
de for. comp. glo. ibid. in verbo, præuen-
tus. ſimiliter Panor. & latè Soci. Marant.
diſputa. 6. num. 20. Quartò, quóad perpe-
19 tuandam iuriſdictionem † iudicis dele-
gati: nam per ſolam citationem à dele-
gato emiſſam, etiamſi nondum ad cita-
ti notitiam peruenerit, iuriſdictio iudi-
cis delegati perpetuata dicitur, ita vt
morte delegantis, poſt emanatam cita-
tionem iuriſdictio delegata nō exſpiret,
text. in d. c. ſuper quæſtionum, & in c. gra-
tum. eo. tit. gloſ. ibid. in verbo quaſi. Gui-
do deciſ. 286. nu. 4. idem deciſ. 416. nu. 2.
Vide ad hoc omninò Rot. deciſ. 9. tit. de
dol. & contum. in antiquis. & deciſ. 4. ti-
tul. vt lit. pend. ſimiliter in antiquis. latè
Port. lib. 4. commun. opin. conclu. 11. per
totam. Vltimò quóad † interrumpēdam 20
præſcriptionem odioſam, longiſſimi ſci-
licet temporis, 30. vel 40. annorum, ſola
citatio ſufficit, de qua præſcriptione in
l. ſicut. l. omnes. l. cùm notiſſimi. C. de
præſcript. 30. vel 40. annor. Barto. in l.
fin. nume. 4. ff. de eo per quem fac. erit,
Caſtr. in l. nemo, num. 3. C. de acquirend.
poſſeſſ. Panormit. in c. illud. de præſcrip.
Felin. ibid. nu. 3. cum ſeq & ibid. commu-
niter Canoniſt. Feli. in d. c. ſuper quæſtio-
num, num. 6. Iaſ. in d. rub C. de in ius vo-
can, in princ. Ange. in d. repet. l. 1. num. 2.
& 3. Et hæc de † citatione legitimè fa- 21
cta, intelligenda ſunt, aliàs ſecùs, gloſſ. in
c. cùm plures, de offic. delega. Panorm. in
c. penult. de for. compet. Hippol. ſing.
346. num 1. incip. Præſcriptio. vbi dicit,
quòd nunquam per citationē interrum-
patur præſcriptio, niſi de tali citatione ſit
facta relatio per nuncium iudici, & talis
relatio ſit in ſcriptis redacta, text in l hęc
autem. §. 1. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. ea-
tur. Bart. ibid. nu. 1. & Felin. In c. illud, nu.
11. de præſcript. vbi omninò vide. Dd in
Clem. 2. vt lit. pend. Anchar. ibid. dicens
eſſe dictum ſingulariſſimum. Iaſ. in §.
pœnales, Inſtit. de act. Quod ad præſcri-
ptiones attinet, diſtinguendum † inter 22
odioſam, mixtam, & fauorabilem, Dd.
in d c illud, & in d. l. ſicut. Prima ſola ci-
tatione interrumpitur, quia procedit ex
negligentia citati non contradicentis:
Altera non citatione, ſed litis conteſta-
tione interrumpitur, tex. in l. moræ litis.
C. de rei vendic. Tertia, quæ cum titulo
& bona fide in rebus mobilibus obtinet,
nō interrumpitur, neq; citatione, neque
litis cōteſtatione, ſed diffinitiua ſenten-
tia opus eſt. Ratio, quia huiuſmodi præ-
ſcriptio in fauorem præſcribentis com-
parata eſt, text. in l. ſi poſt acceptum. ff. de
rei vendic. & in l. 2. §. fi. ff. de vſucap. pro
empt. Guido deciſ. 416. Dd. in d. l. cũ no-
tiſſimi. & l. fi. C. de præſcrip. 30. vel 40. an-
no. Ang & Iaſ. in §. pœnales, Inſt. de acti-
onib. Felin. in d. c. illud, num. 2. vbi vide
de hac materia, & de interruptione ſta-
tutariæ præſcriptionis. Item † verùm 23
in criminalibus ſola libelli oblatiōe in-
terrumpatur præſcriptio, & Dd. in d. l. ſi-
cut. C. de præſcrip. 30. anno. Panor. & alij
in d. c. illud. Plures ſunt citationis effe-
ctus, quos vide ꝑ Dd. in locis citatis, præ-
ſertim

ſertim per Soc.in d.tract.de citatione.Et obiter obſerua , quòd in cauſis iniuriarum actio in Came:a per ſolam citationem perpetuetur, vti notaui lib.2. Obſeruat.103.

OBSERVATIO LXXV.

An litis conteſtatio omiſſa vitiet proceſſum.

SVMMARIA.

1 *Litis conteſtatio eſt fundamentum iudicij.*
2 *Eſt iuris publici.*
3 *Lapis angularis.*
4 *Lite non conteſtata ſententia diffinitiua ferri nequit.*
5 *Fallit in Camera Imperiali.*
6 *Nullitates proceſſus in Camera non attenduntur.*
7 *Nullitas proceſſus eſt iuris poſitiui.*
8 *Ordo iuris duplex.*
9 *Citatio omitti non poteſt, quia iuris naturalis.*
10 *Nullitas ex defectu citationis ſtatuto tolli nequit.*
11 *Princeps poteſt ex cauſa citationē in diffinitiua omittere, & omiſſa litis conteſtatione ſecundū ſuam conſcientiam iudicare.*

1 QVamuis † litis conteſtatio ſit fundamentum iudicij, adeoque de ipſa omnis iudiciarij ſubſtantia, tex.in l.1.cū Authen. offeratur.C.de lit. cōteſt. Dd.in c.1.de libel. oblat.per illum tex. ita vt ne partium quidē conſenſu, nec iudicis authoritate omitti poſſit, ſed omiſſa vitiet proceſſum, & ſententiam latam reddat ipſo iure nullam, per tex.in c. vnico, de litis cōteſtat.& in c.de cauſis, iuncta glo. in verb.de conſenſu.de offic.iudi. deleg. & in c.accedens, el.1.§.cum igitur, vt lit. non conteſtat.Rot.deciſ.4.de lit. cōteſt. in nouis, vbi dicitur: quòd litis conteſta-
2 tio ſit † iuris publici, cui pactis priuatorum non poteſt renunciari, Philip. Frā. in c.in appellationis. numer.4. de iura. calum.in 6. Afflict. deciſ.283. numer. 3. Bald.in c.vnico.ext.de lit.conteſta. vbi dicit, quòd litis conteſtatio ſit tanquàm
3 † lapis angularis & fundamentum iudicij, quo deficiente nihil ſuper ædificari poſſit, refert Vant.titul.de nullit. ex defect.proceſſus.num.28.per multa allegata
4 ta ibid.Et quòd † lite non conteſtata diffinitiua ferri non poſſit, tradit Bart.in l. conſentaneum.numer.5. C.quomód.& quand.iudex. Innoc. in c. prόut nobis, nume.2. de dol.& contuma.Ratio, quia iudicium non eſt propriè cœptum ante litis conteſtationem, per notata ſupr. Obſeruatione proxima. Cauſa principalis non dicitur in iudicium deducta, & ſic ſuper ea iudex pronunciare nō poterit, quia de qua re iudex cognouit, de ea pronunciare debet, tex.in l.de qua re. ff. de iudic. Iſtis tamen † non obſtanti- 5
bus, in Camera Imperiali ad diffinitiuā proceditur, etſi in prioribus inſtantijs nulla litis conteſtatio facta, ſed prorſus omiſſa ſit: dummodò aliâs de meritis cauſæ principalis ex prioribus actis, iudici plenè conſtare poſſit, ex quibus animi ſui motum informare queat. Et hoc vigore Ordinationis part.3.titul.34.quæ nimirum in genere † nullitates cauſæ 6
principali non præiudicantes, & tantùm figuram ſolennitatemque iudiciorum reſpicientes minimè curat, ſed magis expeditioni cauſæ fauet, vt litibus finis imponatur, text.in l. quidam exiſtimauerunt.ff.ſi cert.pet. & in c. finem litib. de dol. & contum. & in c. vt calumnijs. de ſenten.& re iudi.præſertim cùm huiuſmodi nullitates in Camera reſarciri & reparari poſſint. Nam ibi litis conteſtatio & legitimus proceſſus requitur, & ita ſæpiùs obſeruatum memini. Nullitas
† enim, quæ committitur propter ordi- 7
nem omiſſum, eſt iuris poſitiui, neque partium vel cauſarum merita concernens, ſed tantùm ad quēdam iuris rigorem conſeruādum inducta, adeoque in alia inſtantia reparabilis, vt not. Pariſ. conſil. 118.numer.14. volum.1. pulchrè Vant. titul.quib.mod. ſent.null. repara. poſſ. num. 125.& num.129.Panorm.in c. in cauſis.nume.1.de ſent.& re iudic. vbi
dicit, quòd ſit † duplex ordo iuris, poſiti- 8
uus, quo Princeps non obligatur, Dd. in l.Princeps. ff. de legib. & naturalis, qui
fundatur ſuper iure naturali, vt eſt † ci- 9
tatio, illa enim omitti ne à principe quidem poteſt, quia defenſionē reſpicit, quę eſt iuris naturalis, tex.in Clem. paſtoralis, de re iudic. Marant.part.4.in 9.diſtin. num.9.Idem part.6.titu. de citat. num.3. cum ſeq.Panorm.in d.c.in cauſis.iuncta magna apoſtilla.Ibid.Afflict.d.deciſ.283. Ang.in d.l.princeps.num 2.cum allegatis ibid.Dd.in l.nam ita Diuus, ff. de adopt. Hinc eſt quòd ſtatutum non va-

leat,

leat, diſponens ſententiam contra non
citatum latam, firmam eſſe, quia † nulli-
tas ex defectu citationis procedens, ſta-
tuto tolli non poteſt, Bald. in l. 1. C. quo.
mod. & quand. iudex. Deci. conſil. 681.
num. 27. Incip. Viſo puncto, vbi plura iu-
ra allegat. & Angel. in d. l. princeps. dicit
quòd licèt in ſentẽtia Principis, ordo iu-
ris ciuilis, vel iudiciorum, qui ponitur in
l. prolatam. C. de ſent. & interloc. om. iu
dic. non requiratur, tamen ordinem iu-
ris naturalis neceſſarium eſſe: pntà quòd
citetur pars ad audiendam ſententiam,
per text. in d. Clem. paſtoralis, & text. in
c. a. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Bart. in l.
Diui. ff. de iut. anreo. annulo. Dd. in d. l.
nã ita Diuus. & in l. Gallus §. & quid ſi tã-
tùm. ff. de lib. & poſthum. Refert Iaſ. in l.
1. ff. de conſtitut. Princip. numer. 8. vbi di-
1 cit, † Principem ex cauſa citationem in
ſententia diffinitiua omittere poſſe, per
glo. ſingul. in l. antep. ff. qnib. ex cauſ. ma-
io. tex. in d. c. in cauſis, in fi. de re iudic. &
vnicam Principis citationẽ habere vim
peremptorij, ſecundùm Innoc. & alios
in c. cùm nobis olim, de elect. Iaſ. in d. l.
1. num. 9. Idem tenet Afflict. in c. 1. num.
41. quæ ſint regalia, quòd Princeps poſſit
procedere ad diffinitiuam ſine citatio-
ne, & ſine litis conteſtatione, per allega-
ta ibid. & iudicare ſecundùm ſuã conſci
entiam non ſecundùm allegata, Deci.
conſil. 699. num. 16. incip. accepi reueren-
ter, Guido deci. 369. nu. 1. incip. quæ ſunt,
vbi refert in cõſiſtorio Delphinali omiſ-
ſionem litis conteſtationis, non vitiare
proceſſum, & quod in illo Conſiſtorio
ad definitionem cauſarum, abſque litis
conteſtatione procedatur.

OBSERVATIO LXXVI.

Litis conteſtatio an in cauſa appellationis ſit neceſſaria.

SVMMARIA.

1 *Quòd non, ſi appellatum ſit à diffinitiua.*
2 *In Camera in cauſis appellationum requiritur litis conteſtatio.*
3 *Abſque litis conteſtatione non poteſt ferri diffinitiua.*
4 *Fallit.*
5 *Litis conteſtatio in cauſa appellationis omiſſa quando non attendatur in Camera.*

REgulariter in cauſa appellati-
onis, quãdo à † diffinitiua ſen- 1
tentia appellatũ eſt, non requi
ritur litis conteſtatio, ſi in cau-
ſa principali, ſiue prima inſtantia lis ſit
cõteſtata: quia effectus factæ litis conte-
ſtationis in prima inſtantia, ad cauſam
appellationis porrigitur, & extẽditur. Ra
tio, quia licèt appellationis cauſa diuer-
ſa ſit inſtantia: tamen eadẽ cauſa eſt, per
tex. in c. per tuas. de appellat. & ibid. In-
noc. circa fi. dicẽs, hoc eſſe ſpeciale priui-
legiũ appellationis, per tex. in l. fi. §. illud.
C. de tempo. appellat. gloſſ. ibid. in verbo
exordium. Ita quoque concludunt Do-
mini de Rota. deciſ. 1. de lit. conteſta. in
nouis. nu. 1. vbi omninò vide, iũcta apo-
ſtilla ibid. & deciſ. 5. eod. titu. in antiquis.
Socin. in c. quoniam frequenter. numer.
74. vt lit. non conteſta. Imol. in d. c. per
tuas. numer. 7. pleniſſimè ibid. Philip.
Franc. numer. 9. vbi hanc quæſtionem in
varios diſtinguit caſus. Barto. Angel. &
communiter Dd. in l. vnica, C. nè lic. in
vna ead. cauſ. ter. prouoca. Gabriel Sa-
ray ad Mattheſ. ſing. 63. nume. 4. Alij di-
ſtinguunt, vtrùm procedatur contra ab- 1
ſentem, vt eo caſu non ſit opus litis con-
teſtatione, ſecùs ſi contra præſentem, d.
l. fin. Rot. deciſi. 3. de lit. conteſtat. in an-
tiqu. Imol. Socin. & alij vbi ſuprà. Pleri-
que etiam diſtinguunt inter appellatio-
nem à ſentẽtia interlocutoria, & appel-
lationem à diffinitiua, vt primo caſu nõ
ſit opus litis conteſtatione, altero verò
ſecùs. Breuiter quòd ad ſtylũ iudicij † Ca- 2
meræ Imperialis attinet, ſcire oportet,
regulariter in omnibus cauſis, ad Came-
rã per appellationem deuolutis, litis cõ-
teſtationem neceſſariã eſſe, nec ſufficere
ſemel factam fuiſſe litis conteſtetionem
in cauſa principali: idque indiſtinctè ob-
tinere, tam in interlocutorijs quàm dif-
finitiuis, Ordinatione ita diſponẽte, par.
3. tit. 32. §. 4. Vnde ſi per incuriam Procu-
ratorum, lite non conteſtata, in cauſa ap
pellationis concluſum ſit, iudex ex offi-
cio factam concluſionem reſcindit, &
litis conteſtationem partibus iniungit,
vt nullitas euitetur: nam abſque † litis 3
conteſtatione ad diffinitiuam de iure
communi perueniri non poſſe, notũ eſt,
tot. titul. vt lit. non conteſt. & per tex. in
c. dudum. de elect. Innoc. in c. próut no-
bis.

bis.num.2.de dol. & contuma.Bartol.in
l.conſentaneum. num.5. C.quomod. &
quand.iud. Niſi in caſibus, quibus non
eſt de iure neceſſaria litis conteſtatio,
quos ex ordine refert Socin. in d.c. quo-
4 niam frequenter, vbi 82. † fallentias po-
nit.Bertrach.in tract.de gabell.in 9.parte
principali,num. 10.cum ſequ. vbi 31.fal-
lentias tradit. Et pro regula traditur,in
omnibus caſibus, quibus non requiritur
libellus,litis conteſtationem omitti poſ-
ſe: quia cùm libellus ſit origo & funda-
mentum litis, remiſſo libello, remitti-
tur quoq; litis conteſtatio:Socin.loco ci-
tato,num.27.& num.77.Alex.conſi. 181.
nu.6.vol.6.incip.in cauſa & lite:& conſi.
70.nu.1.vol.7.Rolan.coſi.71.nu.35. cum
ſeq.vol.1.incip.viſo proceſſu.Hippo.ſin-
gul.102.nu. 1. incip.clauſula. Guido de-
ciſi.58.nu.1.Illud tamen obſeruandum,ſi
bis prouocatum , vel appellatum ſit, ita
5 vt Camera ſit tertia inſtantia,omiſſam †
litis conteſtationem in ſecunda inſtan-
tia appellationis, ſententiam non vitia-
re. Proindè in Camera talis ſententia re-
formari,vel confirmari poterit: idq; per
regulam prædictã,quòd in cauſa appella-
tionis, non ſit neceſſaria litis cõteſtatio,
iuribus ad hoc ſuprà allegatis.

OBSERVATIO LXXVII.

Litis conteſtatio an in cauſa nullitatis fieri debeat.

SVMMARIA.

1 *Nullitas notoria non requirit litis conteſtationem: niſi altiorem indaginem & probationem deſideret, & nu. 2.*
2 *Quæ dicatur notoria nullitas.*
4 *Diſtinctio, vtrùm nullitas per viam actionis, an verò per modum exceptionis fuerit oppoſita.*
5 *In Camera de nullitate notoria indiſtinctè ante litis conteſtationem pronunciatur.*
6 *Nullitas in cauſa appellationis incidenter venit.*
7 *Connexitas magna inter nullitatem & appellationem.*
8 *In notorijs ordo iuris non requiritur.*
9 *Citatio in notorijs non requiritur.*

SVccedit alia eiuſdem argumen-
ti quæſtio : Vtrùm videlicet in
cauſa nullitatis,in Camera opus
ſit litis conteſtatione? De iure communi
diſtinguitur, an nullitas in iudicium de-
ducatur incidenter, an verò principali-
ter. Primo caſu litis conteſtatio non re-
quiritur,ſed facta in cauſa appellationis,
extenditur etiam ad cauſam nullitatis
tanquàm acceſſoriam.Secundo caſu ite-
rùm diſtinguitur, an † nullitas ſit noto- 1
ria, nec nè: ſi notoria, non exigitur litis
conteſtatio, tametſi pars ad audiendam
ſententiam citari debeat,per not.c. ſi. de
off.iud.Notoria † nullitas dicitur ea,quæ 2
ex actis apparet, nam acta notorium fa-
ciunt,tex.in c.fi.de cohab.clerico.ſi verò
notoria non ſit,† ſed altiorem indaginẽ 3
& probationem requirat, tunc opus erit
litis conteſtatione, quia ſententia ſic la-
ta ſuper nullitate, vim diffinitiuæ habet,
quæ lite non conteſtata ferri nequit, vt
dixi ſuprà præceden Obſeruat. Ad præ-
dictum modum diſtinguunt communi-
ter Dd.in c.per tuas.de appel.vbi Antho.
de Butr.num.6.Imol.num.11.Socin.in c.
quoniam frequenter.num.75. vt lit. non
conteſt.plenè & ſingulariter Rota deciſ.
5.de lit. conteſta . in nouis. per totam,&
deciſ.2.eod.titul.in antiqu.& deciſ 8. nu.
2. de reſtitut. ſpolia. in antiqu. Zabarel.
Clem.1.de ſent.& re iudic.nume.14. Alij
etiam diſtinguunt, † vtrùm nullitas ſit p 4
viam actionis oppoſita,an vero per mo-
dum exceptionis, ad impediendam ſci-
licet executionem ſententiæ : vt primo
caſu, neceſſaria ſit litis conteſtatio, alte-
ro non:quia in exceptionibus, litis con-
teſtatio non requiritur.Sed in † Camera 5
indiſtinctè ſuper notoria nullitate, ante
litis conteſtationem pronunciari po-
teſt,ſiue principaliter,ſiue incidenter de-
ducta ſit nullitas: vt habetur in Ordina-
tione, titu. 34.§.2.part.3. ſecùs,ſi non ſit
notoria, ſed altiorem requirat indagi-
nem, vtputà ſi à parte tantùm allegetur
nullitas, & de ea ex actis non appareat
manifeſtè: quo caſu iuris ordo ſeruan-
dus eſt,libellus exhibendus, & ſuper eo
lis conteſtanda. Vant. tit.quot & quibus
mod.null.nume.24.& num.46. Ratio,
cur indiſtinctè ſuper notoria nullitate
pronunciari poſſit,in iure communi fun-
data eſt:videlicet,quòd † nullitas in cau- 6
ſa appellationis incidenter veniat, licèt
non dicatur, ita quòd Iudex ex officio,e-
tiam parte non opponente, nullitatem
attendere debeat,tex.in l. quædam muli-
er.ff.famil.erciſcun.Bar.In l.1.num. 9. &
nume.11. C. quand.prouo. non eſt neceſ.

Vant.coram quo nul.propo. poſſ.num.
4.& 7.Rot.d.deciſi.5.num.4.vbi dicitur,
tantam eſſe inter † nullitatem & appel-
7 lationem connexitatem, vt ſola appel-
latio etiam nullitatis cognitionem de-
uoluat,d.l.quædam mulier.Si igitur nul-
litas incidens ſit notoria,quid vetat, quò
minùs Iudex de ea, etiam ante litis con-
teſtationem , in cauſa appellationis co-
gnoſcere,& pronunciare poſſit? cùm in
8 † notorijs ordo iuris non ſit obſeruan-
dus,tex.in Clemen. paſtoralis.de re iudi.
& text.in c. ad noſtram, el. 3. de iureiur.
Dec.conſil.544.nume.6.incip. Sereniſſi-
mus Imperator.Spec. in tit.de libel.con-
cep.§.nunc dicendum,num.10. Citatio
9 tamen † in notorijs requiritur.gloſſ.in c.
cum dilectis filijs.in verb. indicenda. de
purgat.cano.Alexand.in l.à Diuo Pio §.
in venditione.nume 31 ff.de re iudic.vbi
magis communem dicit, latiſſimè in v-
tranque partem Philip.Port.libr.1.com-
mun. opin. concluſ.31.in 1.ampliatione,
niſi tale eſſet notorium , quod inficiari
parte præſente non poſſet,Panorm.in d.
c.ad noſtram,el.3.Pariſ.conſi.1.nu. 34.cũ
ſeq.vol.1.Dec.d.conſi.544. vbi plures ef-
fectus notorij ponit.Felin.in c.1.nu.9.de
iudic.dicit notoriè contumacem , abſq;
citatione excommunicari poſſe , quod
Dd.communiter ibid.approbant. & Pa-
riſ.d.conſi.1.communem dicit.

OBSERVATIO LXXVIII.

Litis conteſtatio, & ordo iuris, an in mandatis de relaxandis captiuis requiratur.

SVMMARIA.

1 *Mandata cum clauſula reſoluuntur in citationem, per comparitionem.*
2 *Carcerari nemo debet ex cauſa ciuili.*
3 *Carcerati ſunt miſerabiles perſonæ.*
4 *Relaxatio fieri poteſt ſine litis conteſtatione.*
5 *Mandata de relaxando, duo comprehendunt.*
6 *In alijs mandatis legitimus proceſſus requiritur.*
7 *Periculum quando eſt in mora, receditur à regulis iuris communis.*
8 *Vbi maius periculum, ibi cautius agendum.*

QVæſitum, an in mandatis de rela-
xando captiuo, cum clauſula, legi-
tim⁹ proceſſus requiratur, putà libellus,
litis conteſtatio,&c. Videbatur dicẽdum
1 quòd ſic, quia huiuſmodi † mãdata cum
clauſula, per comparitionem partis ad-
uerſæ, in ſimplicem citationẽ reſoluun-
tur, Dd. in l. de pupillo. §.meminiſſe.ff.
de nou.oper.nunc.vti pleniùs notaui ſu-
prà, Obſerua 19. Ergo iuris ordo ſeruan-
dus,& pars aduerſa audienda: aliàs fru-
ſtra clauſula iuſtificatoria adiecta eſſet.
Contrarium fuit deciſum, quòd videli-
cet tali caſu non requiratur litis conte-
ſtatio,& ſolennis proceſſus, ſed ſumma-
rius ſufficiat: & quòd relaxatio parti ad-
uerſæ,ſub pœna mandato inſerta,injun-
gi poſſit, etiam abſque litis conteſtatio-
ne:maximè ſi quis ex cauſa ciuili carceri
mancipatus ſit , & offerat idoneam cau-
tionem:cùm regulariter nemo ex † cau- 2
ſa ciuili carcerari debeat, tex in l.non eſt
ſingulis. ff.de reg.iur. vide ſup.eo, Obſer-
uar.26. Et cauſa carceratorum aliàs ſum-
maria eſt, ſicut † miſerabilium perſona- 3
rum. Nam & ipſi miſerabiles dicuntur,
vt notat Hippol.in pract.crimin.§.nunc
videndum.num. 10. cum ſequen.& §.at-
tingam.nu.75.cum ſequ.per iura ibidem
allegata.Bart.in tracta.carceratorum, in
fin.quid enim abſurdius, quàm vt capti-
uus tantiſper in carceribus ſqualidis, &
tenebricoſis aſſeruari deberet cũ magna
iactura valetudinis, & rerum ſuarum,
donec legitimo ſeruato proceſſu , cauſa
tandem poſt aliquot annos ad concluſi-
onem perduceretur. Et cùm talis incar-
ceratio ex cauſa ciuili, regulariter ipſo iu
re nulla ſit,d.l.non eſt ſingulis. & d.Ob-
ſeruat.26. Iudex ſuper † relaxatione pro- 4
nunciare poterit ante litis conteſtatio-
nem, ex capite notoriæ nullitatis, per ea
quæ tradunt Dd.in c.per tuas. de appell.
& per multa allegata, ſuprà, Obſeruatio.
prox.Ordin.part.3.tit.34.§.2. Et ità abſq;
litis conteſtatione pronunciatum , in
cauſa Pauli Klingenbergers/contra Con-
ſules Ciuitatis Hamburgenſis, 18. Augu-
ſti,anno 68. & in cauſa Viſcher/ contra
Gemmingen/15. Februarij, Anno 63. Eſt
enim proceſſus ſummarius , vbi ſine li-
bello,& per conſequens abſque litis con-
teſtatione proceditur,iuxta Clem.diſpen
dioſam,de iudicijs,& Clem.ſæpè,de ver-
bor.ſignif. Et obſerua, quòd huiuſmodi
† mandata de relaxando , cum clauſula, 5
duo comprehendant. Primùm, vt metu
pœnæ citatus pareat: Deinde, ſi nolit pa-
rere, vt in termino cõparitionis, virtute
dictæ

dicta clanſulæ alleget cauſas quare non:
ergo non ſufficit ſola comparitio ad e-
uitandam pœnam: ſed neceſſe eſt, vt pa-
reat, vel alleget cauſas quare non tenea-
tur parere, facit text. in c. veniens, de ac-
cuſat. vide ſupr. Obſer. 15. Quod ſi factum
non ſit, impetrans ad pœnæ declaratio-
nem, etiam ante litis conteſtationem a-
gere, & arctius mandatum petere poteſt,
nè mandatum fiat eluſorium, contra
text. in l. ſi prætor. ff. de iudic. & in l. fin.
ff. ne quid in loco publico. Ita factum in
cauſa Haicht/ contra Comitiſſam Fri-
ſię, & conſortes, 15. Nouembris, Anno 66.
6 Prætereà obſeruandũ, quòd in alijs † man
datis cnm clauſula, puià de reſtituendo,
non turbando, de relaxando arreſto, &
ſimilibus, legitimus proceſſus obſerue-
tur, libellus exhibeatur, lis deſuper con-
teſtetur, & in cauſa demùm concluda-
tur: vt in cauſa Waldeckh/ contra Bu-
ren/ iñ Odenheim/ contra Bruſſell/ pri-
mi mandati, & in alijs multis cauſis: Ra-
tio differẽtię eſt, quia in huiuſmodi man
datis minus eſt periculi, quàm in mãda-
7 tis de relaxandis captiuis. Et quoties †
periculum eſt in mora, à regulis iuris
communis receditur, tex. in d. l. de pupil-
lo §. ſi quis riuos. Alex. ibid. num. 1. tex. in
l. ſi quis filio exhæredato. §. hi autem. ff.
de iniuſt. rupt. & irri. fact. teſt. Præterea
8 vbi † maius periculum, ibi cautiùs agen-
dum, text. in c. vbi periculũ. de elect. lib. 6.
tex. nor. in l. 1. §. ſed & ſi quis, ff. de Carbo.
edict. Accedat quoque prędicta ratio no-
toriæ nullitatis, quæ in alijs mãdatis tam
euidenter apparere nõ poteſt. Et ſic quò-
ad illa mandata per comparitionem, fit
reſolutio in ſimplicem citationem, ſe-
cundum ea quæ ſuprà eod. Obſer. 19. di-
cta ſunt, & reproductis huiuſmodi man-
datis, ſi de eorum nullitatibus, & fucatis
narratis in proceſſu appareat, caſſari poſ
ſunt, etiam ante litis cõteſtationem, tex.
in c. 2. & in c. ſuper literis, & in c. fin. de
reſcrip. tex. in l. præſcriptione. C. ſi contr.
ius vel vtil. public. ſicut frequenter in Ca-
mera fieri ſolet.

DE POSITIONIBVS, ET RESPONSIONIBVS.

OBSERVATIO LXXIX.

De poſitionibus & articulis.

SVMMARIA.

1 *Poſitiones quid differant ab articulis.*
2 *Poſitiones ad quem effectum fiant.*
3 *Articuli quò ſpectent.*
4 *Poſitiones quando dandæ.*
5 *Poſitiones loco probationum ſuccedunt.*
6 *Poſitionis contenta ponens confiteri cenſetur.*
7 *Fallit quoad articulos.*
8 *Contraria non ſunt ponenda.*
9 *Interdictum vti poſsidetis intentanti quid cauendũ.*
10 *Iuramentum dandorum & reſpondendorum.*

ETSI Dd. inter † po- 1
ſitiones & articu-
los differentiã con-
ſtituant, quòd po-
ſitiones † ad eũ po- 2
tiſſimùm effectum
fiant, vt per confeſ-
ſionẽ, putà reſpon-
ſionem partis ad-
uerſæ, ponens ab onere probandi rele-
uetur, durch rechtmeſſige antwort des ge-
genthails/ per tex. in c. 1. de confeſ. vbi gl.
magna, & gloſſ. in c. 1. eod. titu. in 6. Fran.
ibid. num. 11. Specul. tit. de poſitionibus,
§. 2. num. 1. cum ſequen. Bartol. in repet.
l. vbicunque, num. 17. ff. de interrog. act.
idem in l. 2. §. quod obſeruari, num. 30.
C. de iureiu. prop. calum. Iaſ. in l. 1. §. ſi ſti-
pulanti, num. 10. ff. de verbo. obligat. Ma-
rant. part. 6. titul. de poſit. nume. 1. Arti-
culi verò † eò ſpectẽt, vt negata teſtibus, 3
vel inſtrumentis probentur: & ideo po-
ſitiones præcedere, articulos autem ſe-
qui debere, Maran. loco citato. Tamen
ea differentia in praxi, maximè in Ca-
mera, tam accuratè non obſeruatur: ſed
libellus articulatus, facta litis conteſta-
tione, & præſtito iuramento calumniæ,
loco poſitionum vel articulorum exhi-
betur, & aduerſarius ad reſpondendum
vrgetur, vt patet ex Ordinat. titul. 13. §. 3.
part. 3. Imò hodiè ex Conſtitutione Im-
perij in Comitijs Spirenſibus Anno 70.
promulgata, neceſſariò ſtatim in ingreſ-
ſu litis, putà ante litis conteſtationem, li-
bellus articulatus in cauſa principali ex-
hiberi debet, ſuper quo priús lis conte-
ſtatur, poſteà articuli loco poſitionali-
um & articulorum repetuntur: idque li-
tium abbreuiandarum gratia conſtitu-
tum. tex. in c. finẽ litibus, de dolo & cõtu.

& in l.properandum,in princ.C.de iudi.
Quod tamen cum moderamine accipi-
endum,ſicut In dicta conſtitutione vide-
re eſt, & licèt de iure communi ante litis
conteſtationem in cauſa principali po-
4 ſitiones † dari nequeant,text.in c.vnico,
de lit.conteſt.& in c.dudum, el.2.§.licet,
de electio. Matan.part.6.tit.de poſitione
in princip. Secùs tamen eſt quòad exce-
ptiones dilatorias, quæ probationes re-
quirunt:nam pro regula traditur, quoti-
eſcunque probationes neceſſariæ ſunt,
tunc poſitiones tam antè, quàm poſt li-
tis conteſtationem fieri poſſe, gloſſ. ſin-
gul. in d.c. 1. in 1. notab. & in verbo,ſta-
tuimus,verſi.ſed dic, de confeſſ.in 6.Bar.
in repeti. d.l. vbicunque, num. 18. vbi di-
cit, quòd ſuper talibus poſitionib⁹ etiam
iurandum ſit de calumnia. Idem in Au-
then. hoc ſacramentum. C. de iureiur.
prop.calum.dando. Maran.par.6.titu.de
iuramento calumniæ,num.5.Specu.d.tit.
5 de poſitio. §. Quartò, num.1.& 2. † poſi-
tiones enim loco probationum ſucce-
dunt: ideò quoties probatio requiritur,
toties poſitiones fieri poſſunt: veluti in
caſibus, vti teſtes lite non conteſtata re-
cipiuntur, vt in c. quoniam frequenter,
vt lit.non conteſt.Specul.in d.§. Quartò.
Obſeruanda tamen notabilis differen-
6 tia inter poſitiones & articulos, quòd †
producens poſitiones, cenſeatur confi-
teri illa, quæ in poſitionibus continen-
tur, adeò vt etiam talem confeſſionem,
tanquam iudicialem, reuocare nequeat,
niſi de errore ſuo legitimè doceat, per
text. in l. cùm precum. C. de liber. cau-
ſa. text. in l.2.C. de inſtitut. & ſubſtitut.
gloſſ.in d.c.1.de confeſſ. in 6. in verb. ſta-
tuimus,in fin.Specul.d.titu.de poſitio.§.
Octauò,num.1.& §. Decimò,nu.8. Alex.
conſi.71.num.4.volum.6. incip. Clariſ-
ſime domine. Maran.d.tit.de poſitione,
nu.6.quem ad hoc omninò vide: ſed qui
7 † articulos exhibet,non intelligitur con-
fiteri contenta articulorum, Panorm.in
c.cùm venerabilis,num.58.de excep.Bar.
in d.l.2.§.quod obſeruari,nu.18. Marant.
loco citato, num. 7. Contrarium tenet
Ferrar. in form. capitulorum acto. in
verb. coràm, num. 4. Caueat autem is,
8 qui poſitiones exhibet, nè † contraria
9 ſuę intentioni ponat:veluti, † ſi Vti poſ-
ſidetis remedium intentatum ſit,vitium
eſt ponere aduerſarium poſſidere, quia
hæc ſunt contraria: nam qui interdicto
Vti poſſidetis experitur, ſe poſſidere con-
tendit,tex.in l.vnica.C.vti poſſid. & in l.
1.§.hoc interdictum,& §.fin.ff.eod.titul.
Dec.conſi.663.nu.1.incip. in cauſa mota.
Proindè ponere non debet aduerſarium
poſſidere, aliàs ſuccumbet propter con-
feſſionem illam, quæ ex poſitionibus re-
ſultat,gloſſ.in d.c.1.in verb.ſtatuimus. in
fin.de confeſ.in 6. vbi plura exempla po-
nuntur,Specu.d.titu.de poſitio.§. Deci-
mò, num.9. Ferrar.in form.poſitionum
actoris, ad verbum,poſtquàm, nume. 4.
Barto.in repet d.l.vbicunque, num.13.de
interrog.act. vbique pleniſſimè de mate-
ria poſitionum. Debent autem exhiberi
poſitiones medio iuramento, quòd Pra-
ctici † iuramentum dandorum appellāt, 10
quod videlicet Actor non calumnioſè,
ſed iuris ſui tuendi gratia poſitiones ta-
les exhibeat:quemadmodum etiam Re-
us huiuſmodi poſitionibus medio iura-
mento, quod reſpondendorum vocant,
reſpondere teneatur, text. in c. præſenti-
um, de teſtib.in 6.glo.notab. ibid.in no-
tabilib.& Philip.Franc.nu.3.

OBSERVATIO LXXX.

Poſitiones in contumaciam non reſpondentis, quando pro confeſſatis acceptari poſſint.

SVMMARIA.

1 Poſitiones pro confeſſatis acceptari poſſunt.
2 Sub diſtinctione.
3 Caſus quo maior ſit contumacia comparentis, quàm non comparentis.
4 Citatio ad reſpondendum articulos pro confeſſatis nō requiritur.
5 Requiſita ad hoc, vt non reſpondens poſitionibus habeatur pro confeſſo,remiſſiuè.
6 Sigilla in contumaciam pro recognitis acceptari poſſunt.
7 Citatione non eſt opus, quando articuli in contumaciam non reſpondentis pro confeſſatis acceptantur.

POENA non reſpondentis eſt, 1
vt † poſitiones, ſiue articuli in
contumaciā pro confeſſatis ſi-
ue cōfeſſis habeātur, per tex.in
c.1.dè confeſſ.in 6.& ibid.glo.fi.Sed hoc
cum diſtinctione accipiendūeſt:nam aut
comparuit reus ſemel,litemq; cōteſtatus
eſt:

eſt:aut nunquàm comparuit. Primo caſu,ſi † poſt comparitionem, & litis cōteſtationem contumax ſit in reſpondendo, articuli in contumaciam nō reſpondentis,pro confeſſatis acceptari poſſunt, per tex.in d.c.2.& ibid. Franc.nu.5.tex.in c.nullus.de præſump.gloſ.ibid. in verbo, confitetur,dicens confeſſionem tripliciter fieri, ore, rei euidentia, & contumacia,text.notab.in c. decernimus, 3.quæſt. 9. facit text. in l. de ætate.§. qui tacuit, & §.nihil.& in l.ſi filius.la.2.ff. de interrog. act. Bald.ibid. Secundo caſu,contra non comparentem in contumaciam, ſeruato iuris ordine,proceditur. Primò enim proclama, caſu quo in executione citationis nullus ſit defectus, decernitur,lis porrò in contumaciam pro conteſtata acceptatur,poſteà poſitiones, ſiue articuli,non pro confeſſatis habentur. vt primo caſu, quando comparuit ſemel, litemque conteſtatus eſt, ſed ad probandum admittuntur, per text. in d.c.2. & ibid.gloſſ.notabil. Ex quo apparet ma-
3 iorem † eſſe contumaciam comparentis,quàm non comparentis: ſed hoc ideò receptum eſt, quia cum iudicium cum eo qui nunquàm comparuit, nondum ſit inchoatum (nam per litis conteſtationem propriè iudicium incipere, ſuprà Obſeruat.74.notaui) non poſſunt etiam
4 † articuli in contumaciam pro confeſſatis acceptari. Hanc differentiam Ordinario quoque præſcribit,part.3. tit.15.§.7. & titul.41.§.4. quæ diligenter obſeruanda eſt, quia hoc diſcrimen aliquando nō conſideratur.Bald.in l.2.§.quòd ſi actor,
5 nu.2.C.de iureiur.prop.calum.vbi † omnino vide requiſita ad hoc, vt non reſpondens poſitionibus habeatur pro cōfeſſo. Item licèt contumax in reſpondendo habeatur pro confeſſo, tamē quia probatio ficta eſt,poteſt probare contrarium ſi vult, Bald. in d.§. quòd ſi actor. Iaſon in l. ſi is qui, nume.6. C. qui teſtamen.fac.poſſ.Ang.& Caſtr.ibid. An autem articuli in cauſis fractæ pacis, pro
6 confeſſatis & ſigilla † pro recognitis acceptari poſſint, vide in tractatu de pace publica libr.1.cap.15. vbi dixi in cauſa ciuili ſigilla in cōtumaciam pro recognitis haberi poſſe, & formam ſententiæ
7 poſui. Et obſerua, † non opus eſſe citatione partis aduerſæ, quando articuli in contumaciā non reſpondentis pro confeſſatis acceptantur, Imol. in l. ſi finita. §.ſi plures,ff. de de damn.infect. Calcan. conſil.16.num.11. incip. Viſis elegantiſſimis, vbi dicit, contumacem non eſſe vlterius citādum, quia videtur proteſtari, quòd non citetur, propter ſuam contumaciam,per gloſſ.notab.in Clem.1.de dol.& contuma.in verbo,manifeſtè,vbi vide de triplici cōtumacia,euidēti, vera, & ficta, refert Philip. Port.lib.1. commun. opin.concluſ.43.in 36.limitatione.Et ita quotidiè in Camera obſeruatur.

OBSERVATIO LXXXI.

De Articulorum admiſſione.

SVMMARIA.

1 Articuli quando ad probandum admittendi.
2 Clauſula, ſaluo iure impertinentium, quid operetur.
3 Impertinentia non debent admitti.
4 Articulus quando dicatur pertinens vel impertinens.
5 Articuli ex libelli ſubſtantia formandi.
6 Impertinentes articuli qui dicantur, remiſſiuè.
7 Articulus de proprietate an in poſſeſſorio admittendus.
Poſſeſſio titulata nudæ poſſeſſioni præferenda. Ibid.
8 Teſtis depoſitio quando pertinens dicatur.
9 Iudex dubitans vtrùm releuantes ſint articuli nec ne, quid facere debeat.
10 Iudex in dubio in mitiorem partem inclinare debet.
11 Appellatio in dubio acceptanda.
12 Clauſula, ſaluo iure impertinētium, effectus duplex.
13 Reſponſiones & dicta teſtium ſuper poſitionibus non admittendis pro non datū habendi.
14 Articulos iudex diligenter examinare debet.
15 Articuli irrelèuantes ex officio reijciendi.
16 Sententia ſuper admiſſione articulorum eſt interlocutoria.
17 Citatio an ſit neceſſaria ſuper admiſſione articulorum.

QVandò ſuper admiſſione † articulorum, vtrùm ſint releuātes, vel ad probandum admittendi, 1
nec nè, à partibus hinc inde cōcluditur: ad iudicis officium ptinet, articulos diligenter examinare, vtrùm ſint pertinentes,hoc eſt,an probati releuēt,& ad principalem cauſam ſpectent, nec nè: nihil enim ad probandum admittendum., quòd probatum non releuet, vulg. l. ad probationem.1.C.de proba. & ſiquidem

 mani.

manifeſtè,euidenterque appareat,eos eſ-
2 ſe planè † impertinentes & irreleuantes,
tunc iudex non debet illos, ne cum clau-
ſula quidẽ, Saluo iure impertinentium,
& non admittendorum, ad probandum
3 admittere: quia † impertinentia non de-
bent admitti,tex.in l.ſi duo patroni.§.idẽ
Iulianus.ff.de iureiur. Dec.conſi.162.nu.
1.incip.in cauſa quæ agitatur. & conſil.
517.num.1.incip.in ſententia, Spec.tit.de
poſitio. §. Sextò, num.16. & §. Septimò,
num.4.& num.6. aliàs litem ſuam face-
ret.glo.ſing.in c.cùm contingat in verb.
nihilominus.de offic.deleg.vbi ſedes or-
dinaria.Barto.in l.ille à quo.§.ſi de teſta-
mento,num.4.ff.ad S.C.Trebell.Iaſ.pul-
chrè in d.l.ſi duo.§.idem Iulianus,nu.34.
Dd.in l.2.§.prætor ait ff.de dam infec.p
4 illum tex. Dicitur autem † articulus vel
poſitio impertinens, quando neque di-
rectò, neq; per indirectum, quoquo mo-
do cauſæ adminiculatur.Pertinens verò
non ſolùm quando directè & principa-
liter facit ad cauſam, ſed etiam qualiter-
cunque adminiculatur cauſæ principali,
etiam leui præſumptione. Iaſ. in d.§. idẽ
Iulianus, num. 14. Bartol. in l.2. §. quod
obſeruati.C.de iureiu.prop.calum.Dec.
d.conſil.162.num.2.& d.conſil.517.num.
2.Bal.in c.licèt cauſam.de probat. Idem
in l.ad probationem.2.C.de probat.Spe-
cul. titul. de poſitio. §. Quintò ſupereſt,
nu.21. & §. Septimò, per totum, vbi om-
ninò vide quando dicantur articuli im-
pertinentes. Alex.conſ.166. nu.6.volu.6.
incip. in cauſa & lite vertente. gloſſ.ma-
gna in c.1.de confeſſ.libr.6. verſi. fieri au-
5 tem debent. vbique dicunt articulos †
ex libelli ſubſtantia formandos, aliàs eſ-
ſe impertinentes. Idem eod. titul. §. Se-
ptimò, per totum, vbi omninò vide, †
6 † quando dicantur impertinentes, arti-
culi. Sic in poſſeſſorio Retinendæ, arti-
culus de proprietate admittitur, non ad
eum effectum, vt ſententia ſuper petito-
rio, vel dominio feratur, ſed ad colo-
randum poſſeſſorium, ad coadiuuãdum
vires interdicti propoſiti. Bald. in l. or-
dinarij,num.10.C.de rei vend. Idem in
l. poſt ſententiam, num.4.C. de ſenten.
& interlo.omn.iudi. Ferrar.in for.libel.
pro turb.poſſ.in verb. ad ceſſandum. Pa-
rif.conſi.107.num.3.volum.1.incip.labo-
rioſa,facit text.in d.c. licèt cauſam; Feli.
ibi.nu.33.poſt glo. in verbo,titulum,tex.
in l.bona fides.§.1.ff.depoſ. Quapropter
huiuſmodi † articulus de proprietate,in 7
poſſeſſorio Retinendæ,pertinens & rele-
uãs dicitur, eò quòd cauſæ principali ad-
miniculum præſtet,Dd.vbi ſuprà.Dec.d.
conſ.162.num.2. incip. in cauſa quæ agi-
tatur.Marant.part.4.diſtin.7 nu.19.titu-
lata enim poſſeſſio,nudę poſſeſſioni prę-
fertur, quia ex titulo magis iuſtificatur,
text. in l. ſi à te emero.ff. ſi ſeruit.vendic.
& ex primordio tituli, poſterior forma-
tur euentus,text.in l.1.§.fin C.de impon.
lucrati.deſcript. libr. 10. In ſumma, iudex
cùm examinat dictum † teſtis, an ſit per- 8
tinens ad propoſitum, vel impertinens:
Illud pertinens erit, quod aliquo modo
ad propoſitum facit,vt ſingul.notat Bal.
in l.teſtium,num.6.C. de teſtibus,dicens,
quòd ad propoſitũ pertinens dicatur id,
quod eſt de appendicibus quia ſunt quo-
dammodò pars intentionis,text. not.in
l. ſi quis hæres.ff. de acquir. hæred facit
text in l. qui proprio.§. item quæritur.ff.
de procurat. Porrò ſi examinatis articu-
lis, † dubitet iudex, vtrùm releuãtes ſint, 9
nec nè,eo caſu eos non reijcere, ſed cum
dicta clauſula, ſaluo iure impertinentiũ
&c.admittere debet :quia ſecuriùs eſt,ſu-
perfluum admittere, quàm neceſſarium
omittere, vt pulchrè declarat Specul.d.
titul de poſitio §. Septimò,num 8. Quò
pertinet regula, quam tradit Caſtr.in l.1.
ff.ſi quis cautio. num 3. Alex. ibid. num.
20.quòd ſemper † iudex in dubio illam 10
partem eligere debet,quæ eſt minùs one-
roſa vtriq; parti, & per quam vtriq; parti
conſulitur, per text. in l. ex his.ff. quæ in
fraud.credit.ſequitur Dec.d.conſ.162.nu.
1.in fi. Hinc eſt,quòd in dubio † iudican- 11
dum ſit,appellationem non eſſe desertã:
quia vtrique parti conſulitur, & ius ali-
cuius non læditur. Decl. d. conſil. 162.&
conſ.699.nu.14. incip. accepi reuerenter,
& d.conſil.517 num.3.Caſt.in d.l.1.num.
4. Alex.ibid.num.21. Mattheſila ſing.21.
in apoſt. nu.11. Sic in dubio iudex debet
deferre appellationi.Spec.titu.de appell.
§.nunc dicamus,num.5 Alex.in d.l 1.nu.
22.vbi multa ad hoc allegat.Prædictę au-
tem † clauſulæ, Saluo iure impertinenti- 12
um.&c.effectus duplex eſt. Primus,vt ar-
ticulus Impertinens pro non admiſſo
habeatur, & probationes deſuper factæ
nullius

nullius ſint momenti. Secundus, vt reſponſio ad articulum impertinentem
pro non data habeatur. Inno. in d.c. cùm,
contingat, num. 17. cum ſequ. Panorm.
ibid. num. 12. Bartol. & Iaſ. vbi ſupr. Marant. part. 6. titu. de poſit. num. 23. Alexan.
13 d. conſi. 166. num. 6. vbi dicit † reſponſiones, & dicta teſtium ſuper poſitionibus
non admittendis, pro infectis, & non
datis haberi: ſibi enim imputare debet
pars, quòd impertinentia & extra cauſam facientia probare voluerit: attamen
quóad fieri poteſt, diligenter & accuratè
14 à iudice † articuli examinandi ſunt: vtrùm omnes ſint releuantes, an verò eorum aliqui, vt reiectis impertinentibus,
ſolùm illi admittantur, qui ad cauſam
faciunt, nè inutilibus probationibus, &
immenſis ſumptibus partes grauentur,
quòd etiam annotauit Zabarel. in Clem.
ſæpè. §. & quia, num. 5. de verbor. ſignific.
Specu. titu. de poſitionib. §. Decimò, nu. 1.
15 vbi dicit, † quòd ex officio iudex articulos irreleuantes reijcere debeat, ſicut libellum ineptum, de quo vide ſupr. Obſeruar. 66. cum ſequ. Et ita ſæpiùs in Camera factum memini: quòd duobus aut
tribus articulis releuantibus admiſſis, reliqui omnes, tanquàm impertinētes, reiecti fuerint: imò ſi iudex ſemel admiſiſſet articulos, non tamen diſcuſſit, an eſſent pertinentes, & poſteà intelligat impertinentes, poteſt tales articulos reijcere, etiam poſtquàm ſuper illis producti
16 ſunt teſtes: eò quòd † ſententia ſuper admiſſione articulorum, ſit interlocutoria, quam iudex regulariter reuocare poteſt, text. in l. quod iuſſit. ff. de re iud. & in
c. cùm ceſſante, de appell. vt notat Deci.
d. conſi. 162. num. 1. in fin. & d. conſil. 517.
num. 1. in fin. Zabarel. in d. Clem. ſæpè. §.
& quia, num. 5. Secùs eſſet, ſi cum cauſæ
cognitione, adiecta clauſula illa, Saluo
iure impertinentium, &c. admiſſi fuiſſent: quia tali caſu probationes ſuper impertinentibus articulis factæ nullius ſunt
valoris, vt ſuprà dictum eſt. Notan-
17 dum quoque, quòd ſuper † admiſſione
articulorum non requiratur partis citatio: poteſt enim iudex examinatis articulis eos admittere, vel reijcere, etiam ſine
partis citatione. Hippol. In reper. l. de vnoquoque, num. 108. ff. de re iudic. Port.
libr. 1. commu. opinio. conclu. 43. in 37. limitatione. Panorm. in c. 2. nu. 16. de teſtibus, vbi hoc declarat.

OBSERVATIO LXXXII.

De Reſponſionibus.

SVMMARIA.

1 *Reſponſiones medio iuramento reſpondendorum fieri, & clara eſſe debent.*
2 *Reſponſiones cur inuenta, & quales dandæ.*
3 *Paria ſunt non reſpondere, vel obſcurè reſpondere.*
4 *Reſponſio habet tres qualitates.*
5 *Obſcurum dictum teſtis pro nullo aut non dato habetur.*
6 *Simpliciter fieri quid ſit.*
7 *Reſponſio: Non creditur, vt ponitur, non valet.*
8 *Poſitio ſuper facto alieno an ſit reſponſalis.*
9 *De ſuo non de alieno facto articulare debet.*
10 *Ignorans factum alienum abſque periurio poſitionē negare poteſt.*
11 *Quibus poſitionibus non ſit reſpondendum.*
12 *Pars quando ad reſpondendum non ſit vrgenda.*
13 *Poſitioni iuris an reſpondendum.*
14 *Poſitioni ſuper conſuetudine fundata eſt reſpondendum.*
15 *Poſitioni plura capitula continenti quomodo reſpondendum.*
16 *Poſitio partim vera, partim falſa, an tota negari poſſit.*
17 *Poſitioni partim veram, partim falſam quantitatē continenti quomodo reſpondendum.*
18 *Cautela Aduocatorum quoad reſponſiones.*
19 *Poſitioni partim veram, partim falſam qualitatem continenti quomodo reſpondendum.*
20 *Reſponſio: Non credo, niſi probetur, an valeat.*
21 *Reſponſio præiudicialis.*
22 *Probationis geminata effectus.*
23 *Dictio, niſi, quid operetur, & an per verba illa, Non habebo aliam vxorem niſi te, inducatur matrimonium.*
24 *Reſponſio, Credo iuxta cōtenta inſtrumenti, an valeat.*
25 *Relatum eſt in referente.*
26 *Paria ſunt expreſſè exprimere, vel per relationem.*
27 *Reſponſio: Non credo, niſi inſtrumentum appareat, an valeat.*

REſponſiones † ad poſitiones, vel 1
Articulos, medio iuramento reſpondendorum fieri debent, vt
dixi, ſuprà Obſer. 79. eaſque claras certaſque eſſe oportere conſtat, ideò enim † 2
comparatæ ſunt, vt per eas aduerſarius
ab onere probandi releuetur, &c. vt dixi
ſu. d. Obſer. 79. ergò purè & ſimpliciter,
per verbum Credo, vel non Credo, fieri
debent, per text. in l. 2. §. quod obſeruari.
C. de iureiur. prop. calum. gloſſ. ibid. in

 verbo

verbo, exiſtimat. ſimiliter Bart. num. 22.
idq́ue, vt ſit certus aduerſarius, quid ſit
probandum, aliâs pro non datis haben-
tur, & iudicis interlocutione nouæ re-
3 ſponſiones iniungūtur: cùm paria † ſint
non reſpondere, vel obſcurè reſpōdere,
text. not. in l. de ætate. §. nihil intereſt. ff.
de interrog. actio. Bart. ibid. nu. 1. tex. in l.
certum. ff. de confeſſ. & in l. Titiæ texto-
res. ff. de leg. 1. Iaſ. ibid. nu. 2. facit tex in l.
3. §. ſi duobus. ff. de adimen. legat. Mantua
4 ſingu. 203. incip. ſolet dici, vbi ait † reſpon
ſionē habere tres qualitates, 1. vt ſit perti-
nens, 2. abſoluta, 3. clara, per allegata ibid.
Ordinatio. part. 3. titul. 15. §. 4. quæ ſimpli-
cem, nulla adiecta appendice, reſponſio-
5 nem requirit: quemadmodum † obſcu-
rum dictum teſtis, pro nō dato habetur,
ideoq́ue à iudice ex officio pro declara-
tione dicti ſui repeti poſſit, text. in c. cùm
clamor. de teſtib. Felin. ibid. num. 1. & 2.
6 Simpliciter † fieri dicitur, cui nihil eſt
additum, quod eſt ſine plica, vt Dd. dicūt,
Barto. in l. 1. num. 4. ff. de vulg. & pupill.
ſub. Alexand. ibid. num. 2. per illum text.
gloſſ. in c. ſæpè. in verb. ſimpliciter. ff. de
verbo ſignific. Bart. in l. 1. §. ſi quis ſimpli-
citer. ff. de verb. oblig. Iaſ. ibid. num. 8. Et
communiter Dd. Bald. in l. 1. num. 1. C.
de ædific. actio. Hinc eſt quòd in Came-
7 ra non admittatur illa † vulgaris reſpon-
ſio, Non credo vt ponitur, quia incerta
eſt, vide Ferrar. in forma excipiendi con-
tra poſitio. in verb. Primò quòd, num. 6.
Sed neque illa reſponſio ſufficiens eſt, ſi
8 quis reſpondeat poſitionem † eſſe facti
alieni, & ideò non reſponſalem, vt Pra-
ctici loquuntur, Ordinat. d. §. 4. licèt de
iure communi valeat, vt notat gloſſ. ma-
gna in c. 2. de confeſſ. lib 6. quia facti alie-
ni probabilis eſt ignorantia, text. in l. fi-
nal. ff. pro ſuo gloſſ. magna in c. 1. de con-
9 feſſ. in 6. de ſuo † enim facto, non alie-
10 no articulare debet: ſed † cùm ignorat
factum alienum, abſque periurio, poſiti-
onem negare poteſt, text. in d. l. fina. Id-
q́ue in Camera receptum, vt ambages
euitentur, & litibus finis imponatur: vbi
etiam regulariter aliæ reſponſiones de
iure communi ſufficientes, ob eandem
cauſam non admittuntur: putà poſitio-
11 nem † eſſe multiplicem, generalem, ne-
gatiuam, obſcuram, dubiam, impoſſibi-
lem, captioſam, criminalem, de quibus

in d. glo. c. 2. de confeſſ. in 6. in verb. ratio-
nabili, & ibid communiter Canoniſt. &
gloſſ in d. l. 2. §. quod obſeruari. C. de iu.
prop. calum. in verb. exiſtimat. & ibid.
plenè Bart. nu. 21. idem in repet. l. vbicun-
que. nu. 13. ff. de interrog. acti. Lanfr. in c.
quoniā contrà, de probat. cap. de reſpon-
ſio. nu. 13. Spec. tit. de poſit. §. Septimò, per
totum: nam huiuſmodi reſpōſionibus
partes malitioſè lites extrahere conſue-
uerunt. Debet tamen iudex ea in re cir-
cumſpectus eſſe, nè † pars præiudiciali a- 12
liqua reſponſione grauetur, quo caſu e-
tiam ad ius commune recurrendum, &
pars ad reſpondendum non compellen-
da: putà, ſi adeò ſit poſitio captioſa, quòd
ex reſponſione periurium ſequeretur, id
quod exemplo declarat Spec. titu. de po-
ſit. §. Septimò, num. 20. 27. & 34. Regula-
riter verò ſola † poſitio iuris in Camera 13
reſponſione non indiget: vnde ſi poſi-
tio fundata ſit ſuper iure communi, va-
let reſponſio, poſitionem eſſe iuris: quia
cùm ius certum ſit, non opus habet pro-
batione, ergò nec reſponſione, text. in l.
ornamentorum. ff. de aur. & argen. leg.
glo. in d. c. 2. Bald. pulchrè in l. ea quidem.
C. de accuſ. Bar. in d. l. 2. §. quòd obſeruari,
num. 29. Ferra. in d. for. excip. contra po-
ſit. in verb. potiùs in iure, num. 2. Specul.
d. §. Septimò, nu. 29. Fallit † in poſitio- 14
ne fundata ſuper conſuetudine: nam et-
ſi ius ſit municipale eius loci, vbi viget,
tamen cùm in facto conſiſtat, text in c. 1.
de conſtit. in 6. probari & per conſequēs
pars tali poſitioni reſpondere debet, vt
præclarè not. Bart. in d. §. quod obſerua-
ri. vbi omninò vide. Ferrar. loco citato,
nu. 3. Prætereà, † ſi poſitio plura capitula 15
contineret, diſtincta reſponſio admitti-
tur, & partim cōfiteri, partim negari po-
teſt, vt notat Spec. d §. ſeptimò, num. 24.
Bart. in l. Aurelius. §. idem quæſijt, nu. 1. ff.
de lib. cau. Alexan. conſil. 132. num. 21. vo-
lum. 5. incip. perlectis. Quid autem ſi † 16
poſitio partim vera, & partim falſa ſit,
an tota abſque periurio negari poſſit?
Exempli gratia: aliquis ponit viginti ſibi
deberi, cùm tantùm decem debeantur.
gloſſ. in d. c. 2. de confeſſ. lib. 6. concludit
hoc fieri poſſe, quam ſequuntur Spec. tit.
de lit. conteſt. §. 1. num. 3. Caſtr. in l. 1. §. ſi
ſtipulanti, nu. 5. ff. de verb. obliga. Iaſ. ibid.
num. 10. communem dicens per ratio-
nem,

nem, quòd narrata poſitionis próut nar-
rantur, negari cenſeantur, ita, vt non ſit
habenda talis reſponſio pro ſimplici re-
ſponſione. facit ad hoc optimè text. in
l. ſi is qni ducenta. §. vtrùm. ff. de reb. dub.
gloſſ. in c. 2. de teſt. libr. 6. in verb. ſigilla-
tim. Breuiter diſtinguendum, vtrùm po-
ſitio contineat quantitatem, an verò
qualitatem. Primo caſu, † poſitio par-
17 tim falſa, & partim vera, abſq; metu per-
iurij, ſimpliciter negari non poſſet, quia
in iudicio inrerrogatio de toto intelligi-
tur de qualibet eius parte: & eodem mo-
do reſponſio de toto de qualibet eius
parte facta cenſetur, quia pars in toto
eſt, text. in l. in toto, la. 2. ff. de regul. iur. &
in l. ſi quis cùm totum. ff. de except. rei iu-
dic. text. in l. pupillus. §. final. ff. de verbo.
ſignific. vbi negans rem eſſe ſuam, vide-
tur negare etiam ſibi communem eſſe,
text. in l. qui ſolidum. in princi. ff. de leg.
2. Bartol. pulchrè in d. l. 1. §. ſi ſtipulanti,
num. 2. & in d. l. ſi quis cùm totum, nu. 1.
Panorm. in c. 1. num. 15. de plus petit. Eru-
18 diti † Aduocati, ad tollendas omnas dif-
ficultates, poſitionibus certam quantita-
tem continentibus clauſulam adijcere
conſueuerunt: Si reus non credit articu-
latam ſummam, reſpondeat de quanta
credat: nam tunc ſimpliciter negatiuè
reſpondens non poteſt à periurio excu-
ſari, id quod Caſtr. & Iaſ. loco citato pa-
19 riter notant. Secundo caſu, † tota poſitio
rectè negatur. Exempli gratia, ſi ponatur
Titium promiſiſſe purè, cùm ſub condi-
tione, vel in diem promiſſum ſit: quia
debitor conditionalis propriè debitor
non eſt, & ſic alia res & aliud factum po-
ſitum eſt. Barto. & Panorm. vbi ſuprà. la-
tiſſimè Couarr. de hac quæſtione in v-
tramque partem libr. 1. reſolutio. cap. 2.
20 num. 5. Præterea an illa † reſponſio, Non
credo poſitionem, vel articulum, niſi
probetur, ſimplex certaq; ſit, dubitatum
memini: ſed maioribus votis ex doctri-
na Bald. in c. cùm acceſſiſſent, num. 7. de
conſtitut. concluſum fuit, huiuſmodi
reſponſionem non ſolùm ſufficientem,
21 verùm etiam reſpondenti admodum †
præiudicialem eſſe: nam per eam, proba-
to poſteà articulo, geminata probatio,
putà confeſſionis & teſtium inducitur:
22 cuius geminatæ † probationis effectus
eſt, quòd victus appellare nequeat, quia
confeſſus in iudicio, non appellat, tex. in
l. 2. & in l. abſtinēdum. C. quorum appel.
non recip. ita Bald. loco allegato, dicens,
imperitos Aduocatos ignorare quid ſit
reſponſio, Non credo niſi probetur, cu-
ius ſententiam tanquàm ſingularem re-
fert, & ſequitur Iaſon. in l. actione, nu. 3.
C. de tranſact. Petrus Gerardus ſing. 46.
per tot. incip. de dictione, vbi dicit illud
nunquàm obliuioni tradendum. & Zaſ.
in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, num. 14. ff. de
verb. oblig. eaque fundatur ſuper virtute
dictionis † Niſi, quæ oratione negatiua 23
præcedente, ſemper aliquid ponit & af-
firmat, vt prolixè tradit Bart. in l. ſi eum.
§. fina. num. 4. cum ſequ. ff. ſi quis caut.
Bald. & Iaſ. vbi ſuprà. Dd. in actione. C.
de tranſact. & in c. peccatum, de regu. iur.
in 6. Deci. conſ. 32. num. 1. incip. pro ve-
ra reſolutione, & conſil. 595. num. 2. in-
cip. pro reſolutione. Hinc eſt, quòd tali-
bus verbis: Non habebo aliam vxorem
niſi te, matrimonium de præſenti con-
trahatur, tametſi verba ſint futuri tem-
poris, habitum & non actum importan-
tia: nam dictio illa, niſi, in oratione ne-
gatiua vim affirmandi habet. de qua
quæſtione vide Specul. de ſponſalib. §. 1.
num. 4. Panormit. in c. ex parte, num. 8.
eod. titu. Illam quoque † reſponſionem 24
ſufficientem eſſe receptum eſt, Credo
próut in tali inſtrumento continetur,
quādo poſitio inſtrumenti mentionem
facit, aliàs ſecùs: & huiuſmodi reſpon-
ſio, vel affirmatiua, vel negatiua erit iu-
xta tenorem inſtrumenti, ad quod fit re-
latio, facit tex. in l. fi. C. de falſ. cauſ. adiect.
lega vel fideicommiſſ. & in l. ait prætor.
§. final. ff. de re iudic. Guido deciſ. 314. per
totam. Spec. tit. de teſt. §. qualiter, num. 5.
Philip. Franc. in c. 1. num. 13. de confeſſ.
libr. 6. nam † relatum cum omnibus ſuis 25
qualitatibus referenti ineſſe cēſetur, text.
in l. aſſe toto. ff. de hæredib. inſtitu. & in
l. Theopompus. ff. de dot. præleg. text. in
l. ſi ita ſcripſero. ff. de condit. & demon-
ſtrat. Dec. conſ. 339. num. 9. incip. in Incly-
ta ciuitate, & conſil. 687. num. 3. incip. vi-
ſis & diligenter. Et illud quod ex rela-
tione colligitur, verè & propriè eſſe di-
citur, Deci. d. conſil. 687. Bald. conſ. 212.
in princip. volum. 5. & paria ſunt † ex- 26
preſſe exprimere, vel per relationem, per
iura allegata, Guido d. deciſ. 334. in fine,

quod verum eſt,quando de relato appa.
ret,alias referens nullū eſt, text.in Auth.
ſi quis in aliquo.C. de edend. text.not.in
l.teſtamento.ff. de condit.& demonſtra.
Roland.conſil.19. num.5.volu.3.incip.in
cauſa agitanda, & conſi.8. num.20. cum
ſequ.eod.volu.incip. præſuppoſito. Sed
27 illa † reſponſio reprobata eſt: Non cre-
do,niſi inſtrumentum appareat,quia ad.
uerſarium ab onere probandi non rele.
uat.Ferra.in d.for. excep.contra poſitio.
in ver.primo quod,num.5.Gab.Saray.ad
Mattheſ.ſing.37.nu.1. vbi plures allegat,
licèt Mattheſ. ibid. contrarium conclu.
dat, vide allegationes Saray. in vtramq;
partem.Bar.in d.l.de ætate.§.nihil inter.
eſt.ff.de interrog.act.

DE IVRAMENTO CALVMNIAE.

OBSERVATIO LXXXIII.

Quòd iuramnntum calumniæ requirat ſpeciale mandatum.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum calumniæ per procuratorem præſtari poteſt.*
2 *Mandatum ſpeciale requirit.*
3 *Mandatum ad cauſas ſimpliciter datum intelligitur de iuſtis cauſis.*
4 *Mandata generalia ad cauſas futuras valent.*
5 *Iuramentum fidelitatis per procuratorem præſtari poteſt.*

OLIM dubitabatur
1 vtrùm † iuramentū
calumniæ per pro.
curatorem præſta.
ri poſſet?Sed hodiè
res expedita eſt, ꝙ
ſic, per text. in c. fi.
na. de iuramen. ca.
lum.in 6. gloſ.ibid.
in verbo,iuramētum,in fine,& text.in c.
penult.eod.titul.gloſſ. ibid.in verbo,per
procuratorem. Barto.in l.2.§. ſin autem,
nu.1.C. eo.tit. quemadmodum quotidiè
huiuſmodi iuramenta per procuratores
in animàm domini in Camera præſtan.
tur:ſed ad hoc nō ſufficit generale man.
2 datum, verùm † ſpeciale requiritur, ein
beſonder gewaldt vnd befelch/ text. in d. c.
fin.adeò,vt talis conſtitutio non valeat:
Conſtituo Titium procuratorem meū
ad iurādum in omni cauſa: ſed huius iu-
ramenti nuncupatim mētio fieri debet,
per rationem, quòd in generali manda.
to ad iurandum non veniat delictum,&
generalitas illa de iuſtis cauſis intelligen.
da ſit, facit tex.in l. ſi ꝓcurator.ff.de con.
dict.indebit. vnde ſi procurator, vigore
talis generalis mandati de iurando, in
cauſa iniuſta pro domino iuramentum
calumniæ præſtaret, dominus non obli.
garetur, & per conſequens in periurium
non incideret: ſed pro non iurato habe.
retur, vt tradit Bartol. in l. qui bona.§. ſi
alieno.ff. de damno infect, & ibid. latè
Alexand. num.8.cum ſequen. Bart. in d.
l.2.§.ſin autem,num.2.cum ſequen.Caſt.
ibid. eod. num. dicens, illud perpetuò
menti tenendum, quia per hoc multi
proceſſus infringi poſſent. Et licèt Bart.
atque Caſtren.vbi ſupr.velint cauſæ quo.
que ſuper qua iurandum de calumnia,in
mandato mentionem fieri debere, per
rationem prædictam,quòd † mandatum 3
ad iurandum de calumnia ſimpliciter
datum,intelligēdum foret de iuſtis cau.
ſis,& ita dominum non obligaret ratio.
ne periurij, text.in l.ſi quis mihi bona.§.
ſed vtrum. ff. de acquirend. hæred. De
quo pleniùs idem Bart.in d.l.qui bona.§.
ſi alieno,nu.4.cum ſequen. Alexan.ibid.
vbi omninò vide: Tamen hoc tam ſtri.
ctè non obſeruatur in Camera,quia ſuffi.
cit ibi,ſi in mandato Procuratorio men.
tio tantùm fiat de præſtando iuramen.
to calumniæ,quatenus opus ſit,licèt cau.
ſa in qua illud præſtandum, non expri.
matur: admittuntur enim † generalia 4
mandata ad præſentes & futuras cauſas,
mandata cum ſignatura vocant, & eo.
rum virtute, ſi expreſſe mentionem fa.
ciunt de iuramento calumniæ, tale iura.
mentum in omnibus futuris cauſis per
procuratores taliter conſtitutos præſtari
poterit, & ipſemet Bart. in d.§. ſi alieno,
num.5. atteſtatur ita ſe habere commu.
nem obſeruantiam, & ab ea non eſſe re.
cedendum, quod eſt in praxi diligenter
obſeruandum. vide ibid. Alexand. num.
45. vbi quoque dicit, iuramentum † fide. 5
litatis per procuratorem præſtari poſſe,
per iura allegata ibid. Sicut quotidiè re.
nouationes inueſtiturarum per procu.
ratores expediuntur, qui iurant in ani.
mam

mam principalis, per tex. in c. 1. §. nomina, de pace conſtant. Bald. ibid. num. 2. c. optatum, in fin. diſtinct. 100. gloſ. in c. tibi domino, in verbo, & iurare, diſtin. 63. vbi forma iuramenti præſcribitur.

OBSERVATIO LXXXIIII.

Iuramentum calumniæ exactum & non præſtitum, an proceſſum vitiet.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum calumniæ an ſit de ſubſtantia iudicij.*
2 *Expreſſe non poteſt remitti, ſed benè tacitè.*
3 *Iuramentum calumniæ exactum, & non præſtitũ, an vitiet proceſſum in Camera.*
4 *Nullitates proceſſus Ordinatio non attendit.*
5 *Caſus in quibus iuramẽtum calumniæ exactum recuſari poſsit.*
6 *In Camera hoc iuramentum exactum omitti non poteſt.*
7 *Iuramentum calumniæ in ſcriptura exactum & nõ præſtitum.*

1 ETSI iuramentum † calumniæ ab alterutra parte exactum, de ſubſtãtia iudicij ſit: adeò, vt eius
omiſſio vitiet proceſſum, & ſententiam latam nullã reddat, tex. in l. 2. §. ſed quia veremur. C. de iureiu. propter calũ. Bart. ibi. nu. 3. Canoniſt. in c. 1. ext. eo. pleniſſ. Soc. in c. fi. eo. tit. Canoniſt. in c. 1. eo. titu. in 6. tex. in l. iuſiurandũ & ad pecunias, §. qui iuſiurandum, ff. de iureiur. Alex. & alij in l. qui bona, § ſi alieno, ff. de dam. infec. Roland. conſil. 71. nu. 7. vol. 1. incip. viſo proceſſu. Secùs ſi nõ exactũ, & ſic tacitè † remiſſum ſit, licèt expreſsè partiũ
2 conſenſu remitti nequeat, tex. in d. c. 1. de iuram. calum. in 6. Socin. in d. c. fi. nu. 40. Maran. par. 6. tit. de iuram. nu. 2. gloſſ. in d. §. qui iuſiurandum, in verbo, exigatur. tamen hoc in Camera nõ procedit: quia licèt in prima, vel ſecunda inſtãtia iuramentum † calumniæ à parte exactũ, ſed præſtitum non ſit, attamen proceſſus ob
3 id non annullatur: ſed eo non obſtante, in cauſa principali pronunciatur, maximè eo caſu, quo pars quæ tale iuramentũ exegit, iudice ad vlteriora procedente, non appellauit, ſed cauſam ad concluſionem vſq; proſequuta ſit. Et hoc vigore
4 Ordinat. quę † nullitates proceſſus, ſi aliàs ex actis de meritis cauſæ iudici plenè conſtet, non attendit, per notata ſuprà, Obſeruat. 42. & vide ad hoc Vant. titul. quib. mod. ſent. null. repar. poſſ. num. 125. & num. 129. Socin. in d. c. final. nume. 41. cum ſequen. Quanquàm verò hæc nullitas maxima ſit, propter expreſſam pœnam iuris, & ius parti exigẽti quæſitum, d. l. 2. §. quòd ſi actor. d. c. fin. §. fin. tamen
cùm multi ſint † caſus, quibus hoc iura- 5
mentum exactum recuſari poſſit, quos notat Socin. d. c. fin. nume. 49. Iaſred. deciſ. 38. pręſtat etiam hoc caſu, vt litibus finis imponatur, omiſſa hac nullitate ſuper meritis pronunciare, per vulgaria. Quibus accedat, quòd Camera ſit Conſiſtorium ſummi Principis, & quòd reſcriptum principis de non præſtando iuramentum calumniæ valeat, vt notaui infrà, Obſeru. ſeq. Ità factum in cauſa Hasgenerck/ contra Henrich von Kinſpach/ 17. Septemb. anno 65. & in cauſa Philippi à Staffel/ contra Iacobum Goler von Renſperg/ vbi bis fuit exactum iuramentum calumniæ Idem obſeruatum in cauſa Iacobi Alterman/ contra Hannſen Weghern. Meminiſſe tamen oportet, iuramentum calumniæ à parte in iudi-
cio † Cameræ petitum omitti non poſ- 6
ſe, nam etſi nullitates primarum, & ſecundarum inſtantiarum ibi non attendantur: tamen legitimus proceſſus, etſi ſummum ſit conſiſtorium, & ordo iudiciarius, requiritur: vnde ſi iuramento calumniæ exacto, eoque non præſtito à partibus hinc inde in cauſa concluſum ſit, ex officio facta concluſio reſcinditur, & parti, vt petitum iuramentum, ſub pœna legali præſter, per interlocutoriam iniungitur, vt in cauſa Walbeck/ contra Beuren/ das abgepfendte graß belangende. Nam iudex ex officio, non tamen ad partis inſtantiam, etiam poſt concluſionem in cauſa, iuramentum calumnię exigere poteſt, glo. in c. ex literis, in verbo, occultata, de iureiuran. Alex. in d. l. qui bona, §. ſi alieno, nu. 14. Roland. d. conſi. 71. nu. 32. vol. 1. facit tex. in c. 1. de iuram. calum. in 6. Bal. in l. 1. C. eod. tit. Gabriel. Saray. ad Matheſ. ſing. 64. nu. 3. & d. ſing. 65. num. 4. vbi omninò vide. Et ſic obſeruandũ, quòd in Camera iuramentũ calumnię exactum, abſq; pœna legali omitti, vel recuſari non poſſit.

Sed

Sed quid ſi non viua voce in Iudicio, ve-
7 rùm in aliqua † ſcriptura, iudicialiter ex-
hibita, putà in duplicis, vel exceptioni-
bus iuramentum calumniæ exactum ſit,
& pars altera id non animaduertens
non iurauerit, an locum habeat pœna
non iurantis, vel iudicium nullum red-
datur? Et quamuis Imol. in d.l. qui bona.
§. ſi alieno. ff. de damn. infect. & Matthe.
d. ſing. 64. concludant, quòd ſic: ego ta-
men Socini opinionem in d.c. fin. num.
53. de iuram. calum. tanquàm æquiorem
amplector, iudicium, & proceſſum ob id
non vitiari: quia abeſt dolus, & malitia
non iurantis: quin potius malitia aduer-
ſarij in eo verſatur, quòd in loco non
conſueto tale iuramentum, ad decipien-
dum incautum aduerſarium, & non a-
pertè viua voce ſtatim poſt factam ne-
gatiuam litis conteſtationem, exegerit,
vndè propria malitia ei patrocinari nõ
debet, text. in c. ad noſtram. §. 1. de empt.
& vendit. & in c. ſedes. §. fin. de reſcript.
tex. in c. ex literis, §. fin. de dol. & contu.
& in l. in fundo, §. conſtituimus, ff. de rei
vendic. & ita in Camera quandoque ma-
ioribus votis obſeruatum memini, vide
Socin. loco citato.

OBSERVATIO LXXXV.

Iuramentum calumniæ an conſuetudine vel ſtatuto remitti poßit.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum calumniæ quandò præſtandum.*
2 *Expreſſe remitti non poteſt.*
3 *Conſuetudo remittens iuramentum calumniæ an valeat.*
4 *Iuramentum calumniæ cur introductum.*
5 *Lex occaſionem periurij dare non debet.*
6 *Conſuetudo immemorialis vim priuilegij & reſcripti habet. & nu. 8.*
7 *Conſuetudo & obſeruantia longißima veritati æquiparantur.*
8 *Princeps iuramentum calumniæ tollere poteſt.*

IVramentum calumniæ regula-
1 riter poſt † litis conteſtationem
præſtandum, quia ad totam can-
ſam pertinet: cauſa verò poſt litis conte-
ſtationem propriè in iudicium deducta
eſſe cenſetur, vt notaui ſuprà Obſeru. 74.
per allegata ibid. etſi ante litis conteſta-
tionem quandoq; præſtari debeat, putà,
ſuper exceptione dilatoria, per text. in c.
fi. de iuram. calum. vbi prolixè Soci. nu.
26. & nu. 49. c. vnico. de lit. cõteſt. c. dudũ.
el. 2. de elect. Bar. in l. 2. C. d. tit. nu. 3. & in
repet. l. vbicunq;. nu. 18. ff. de interrogat.
actio. Et præſtari debet, nõ ſolùm in pri-
ma Inſtãtia, ſed etiã in cauſa appellatio-
nis, per tex. in c. 2. de iuram. calum. in 6.
& licèt tacitè remitti poſſit, quod fit eo
ipſo, quãdò à † parte altera non exigitur, 2
tex. in c. 1. §. propter, de iuram. calum. in
6. & in l. iuſiurandũ, & ad pecunias, §. qui
iuſiurandũ, ff. de Iniur. tamen expreſſè
hoc fieri nequit, tex. in d.l. 2. §. ſed quia
veremur, C. de iureiur. prop. calum. dan-
do. quia tale pactũ calũnijs viã aperiret,
& ſic per conſequens turpitudinẽ conti-
neret, vnde reprobatũ eſt, per text. in l. ſi
vnus. §. illud. & §. pacta. ff. de pact. Socin.
in c. cæterũ. nu. 11. de iuram. calum. idem
in d.c. fi. nu. 10. vbi cõmunem dicit. Imò
non valet conſuetudo, vel ſtatutum, iu-
ramentũ † calumniæ remittens, per tex. 3
expreſſum in d.c. cæterùm. & tex. in c. cõ-
ſtitutus. de fideiuſ. glo. in d.c. 1. §. propter,
in verbo, tacitè, de iuram. calũ. in 6. Mat-
theſ. ſingu. 65. incip. Nota quòd. Roland.
cõſi. 71. num. 10. vol. 1. incip. viſo pceſſu.
Rario, quia † Iuramentũ calumniæ fauo- 4
re publico, vt fraudes euitentur, & nè ve-
ritas occultetur, introductum eſt, d.l. 2 §.
ſed quia veremur. C. de iure. propter ca-
lum. Igitur conſuetudo contrariũ diſpo-
nens, tanquã publico fauori derogãs, ir-
rationabilis cenſenda. Sed præclarè no-
tat Socin. in d.c. cæterùm nu. 8. talẽ con-
ſuetudinem, ob hominum peruerſita-
tem valere poſſe, eò quòd hac noſtra æ-
tate magis de calumnia committenda,
quàm euitanda iurent litigantes: nam
tanta facilitate, & leuitate hoc iuramen-
tum paſſim in iudicijs, tam à partibus,
quàm earum procuratoribus præſtatur,
vt planè in contemptum abierit Iura-
menti religio, id quòd Bal. quoq; anno-
tauit, in l. ſi poſt perfectum. nu. 1. C. de e-
uict. vbi dicit iuramentum calumniæ ho-
diè ne obolo quidem æſtimari, quia facti
ſumus contemptores Dei, & religionis.
refert Marant. part. 6. tit. de iuramẽ. nu.
11. Gabriel Saray ad Mattheſi. ſingul. 64.
num. 10. facit ad hoc tex. in l. quæ ſub cõ-
ditione, ff. de condit. inſtitutio. vbi di-
citur, quod faciles ſint nonnulli ho-
minum

minnm ad iuſiurandum contemptu re.
ligionis. Proindè ad euitanda tor periu.
ria, huiuſmodi conſuetudo, tanquàm ra
tioni conſentanea, ſubſiſtere poſſet: nam
5 † lex occaſionem periurij non dare, imò
vbi ſubeſt periculum periurij, inramen.
tũ prohibere debet, per text. in l. 2. §. quo.
rum. C. de indic. viduita. toll. vbi tollitur
iuramentum mulierum, de non repeien
dis nuptijs, quia plerunque illud violare
conſueuerunt. Ad idem eſt tex. in c. cleri.
cos. de cohab. cleric. & mulier. Socin. in
d. c. cæterùm. vbi concludit, conſuetudi.
nem tollentem iuramentum calumnię,
in dubio eſſe contra rationem, & proin.
dè allegantem eius rationem probare eã
oportere, putà, quòd tacito populi con.
ſenſu, ad euitanda periuria introducta
ſit, iuxta notata Dd. in l. de quibus. ff. de
legib. & in c. fin. ext. de conſue. Quod ma
6 ximè procedere exiſtimo, in † conſuetu.
dine hominum memoriam excedente,
nam illa vim priuilegij habet, text. in l. 1.
§. fina. ff. de aqua plu. arcend. tex. in l. hoc
iure. §. ductus. ff. de aqua quotid. & æſti. &
in c. 1. de præſcrip. lib. 6. in fin. gloſſ. ſing.
ibid. in verbo, memoria, text. in l. 1. C. de
7 ſeruit. & aqua gloſſ. notab. ibid. dicens †
conſuetudinem & longiſſimam obſer.
uantiam veritati æquipararari, Alex. conſ.
24. nu. 14. cum ſeq. vol. 5. incip. pondera.
tis his, & conſi. 6. num. 1. vol. 1. incip. viſo
themate. Curt. iun. conſi. 206. nu. 38. cum
ſequ. vol. 3. incip. anno domini. Prætereà
cerium, & communis opinio eſt, Princi.
8 pem † reſcripto ſuo iuramentum calum.
niæ tollere poſſe, cùm ſit iuris poſitiui,
argu. l. princeps. ff. de legi. & l. digna vox.
C. eod. tit. vtrobiq; Dd. ergo etiam con.
ſuetudine immemoriali hoc introduci
poteſt, cũ illa habet vim reſcripti, & pri.
uilegij, per iura allegata, præſertim ſi ſub.
ſit iuſta conſuetudinis, putà, euitandi pe.
riurij cauſa. Vide de hoc prolixiùs Socin.
In d. c. cæterùm. nu. 9.

OBSERVATIO LXXXVI.

Pœna non iurantis de calumnia, an committatur ipſo iure, & an ad hæredes tranſeat.

SVMMARIA.

1 *Pœna non iurantis de calumnia non committitur ipſo iure, ſed requiritur ſententia declaratoria.*
2 *Iurare de calumnia iuſſus ſi ſit in mora, an eam purgare poſſit.*
3 *Mora purgari poteſt in pœnis legalibus ante ſententiam.*
4 *Contumacia non iurantis de calumnia ficta eſt.*
5 *Canon latæ aut ferendæ ſententiæ quomodo cognoſcatur, remiſſiuè.*
6 *Pœna non iurantis an ad heredem tranſeat.*
7 *Pœna quandò ad heredem tranſeat vel non tranſeat.*

QVæſitum, vtrùm pœna non iuran.
tis de calumnia ipſo iure commit.
tatur, ita vt non ſit opus aliqua ſenten.
tia declaratoria? Concluſum † quòd non: 1
Reus iurare iuſſus, ſi nolit iurare, non ſta
tim incidit in pœnam non iurantis, ſed
in primis per ſententiam iudicis diffini.
tiuam, actori, iuxta libelli petitionem,
condemnari debet: quia reus pro confeſ.
ſo habetur, text. in l. 2. §. quòd ſi actor. C.
de iureiur. propter calu. & in c. fi. §. fi. ext.
eod. & in confeſſum non ſunt aliæ par.
tes iudicis, niſi in condemnando, text. in
l. vnica. C. de confeſſ. glo. notab. ibidem,
in verbo ſoluere, actor verò ſi contumax
ſit in iurando, ferenda eſt abſolutoria
ſententia: nam reus ab inſtituta actione
abſolui debet, d. c. fin. §. final. & d. l. 2. §.
quòd ſi actor. Quòd autem declaratoria
ſententia requiratur, eſt text. in d. l. 2. §.
quòd ſi actor, ponderando verbum, ca.
dat, quod eſt futuri temporis, & non in.
ducit canonem latæ ſententiæ, gloſſ ibi.
in verbo, cadat. Barto. ibid. num. 1. Caſtr.
num. 2. text. in §. ſi autem abeſſe, verſicul.
illo videlicet. Auth. vt litigan. iurent in
exord. litis. text. in c. fina. §. fin. de iura. ca.
lum. gloſſ. ibid. in verbo, pœna. Soc. ibid.
num. 35. & nu. 39. vbi communem dicit,
tex. in Auth. principales, §. ſi quis autem,
C. de iureiur. propter calum. dan. vbi ex.
preſsè habetur, quòd ſententià declara.
toria opus ſit. Et ita in Camera obſerua.
tur; nam ſi ſententia interlocutoria e.
uentualis, qua iniungitur parti, vt peti.
tum iuramentum calumniæ intrà cer.
tum tempus, ſub pœna non iurantis, pręſ.
ſtet, purificata ſit: tunc ſubſequitur diffi.
nitiua declaratoria, quæ eſt quóad acto.
rem contumacem abſolutoria: quóad
reum verò condemnatoria, ſecundùm
notata In d. c. fin. §. final. Sed quid ſi pars,
purificata iam † euentuali ſententia, an. 2
te declaratoriam ſententiam motam
purgare,

purgare, iuramentumque petitum præ-
ſtare velit, an admitti debeat? Cyn. in d. §.
quòd ſi actor, tenet quòd ſic. Caſtren. ibi.
num. 2. in fin. dicit, moræ purgationem
admitti, ſi res ſit integra, & ius rei non ſit
effectum deterius, text. in l. etſi poſt tres.
ff. ſi quis cautionib. & per regulam, quòd
3 in pœnis † legalibus mora purgari poſſit
ante ſententiam, tex. in l. qui cùm natu
maior. §. accuſaſſe. ff. de bon. liber. & in l.
in ſeruitutem. §. petijſſe, ff. eod. tit. tex. in
l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de Inoffic.
teſt. & in l. alia cauſa. C. de his quib. vt in-
dig. Socin. in d. c. final. numer. 38. de iu-
ram. calum. concludit ſimpliciter & in-
diſtinctè, moram purgari poſſe, retenta
opinione, quòd pœna iſta ipſo iure non
irrogetur. Idem Socin. reg. 209. in 2. fall.
dicit, moram purgari poſſe vſque ad ſen-
tentiam condemnatoriam, vel declara-
toriam, per iura allegata, cuius opinionẽ
4 veram eſſe puto: quia hæc † contumacia
in non iurando ficta tantum eſt, & non
vera, Caſtr. in d. §. quòd ſi actor. nume. 2.
Lanfranc. in c. quoniam contrà. cap 6.
num. 15. Præterea ius aduerſarij non eſt
factum deterius, eò quòd pœna non iu-
rantis ſententiam declaratoriam requi-
rat, vt iam dictum eſt: ergò mora purgari
5 poteſt, d. l. etſi poſt tres. De modo † co-
gnoſcendi canonem latæ vel ferendæ
ſententiæ, vide Panorm. in c. ſi diligenti,
de for. compet. Felin. ibid. numer. 34. latè
Tiraqu. in l. ſi vnquam, in verbo, reuer-
tatur, num. 205. C. de reuoc. donat. glo. in
l. in criminali, in verbo, habeatur, C. de
iuriſd. om. iudic. vide in tracta. fractæ pa-
cis, libr. 2. c. 3. per multa allegata ibid. An
6 autem iſta pœna † nõ iurantis de calum-
nia contra hæredem tranſeat, caſu, quo
recuſans iurare ante declaratoriam ſen-
tentiã deceſſiſſet, ita vt hæres, virtute ta-
citæ, vel fictæ confeſſionis poſſet cõdem-
nari, aut à iudicio repelli, probabiliter
dubitari poſſet. Sed breuiter dicendum,
quòd non, per regulam generalem, quòd
7 pœna † nunquàm ad hæredes tranſeat,
vbicunque ex diſpoſitione legis, vel ſta-
tuti, ob contumaciam quis pro confeſſo
habetur, per tex. in l. eius qui delatorem.
ff. de iure fiſc. & ibid. Bar. num. 1. Idem in
d. § quòd ſi actor. num. 6. Caſt. ibid. num.
2. dicens, illud perpetuò menti tenendũ.
Lanfran. in d. c. quoniam cõtra. apoſtill.
ad Bart. in d. l. eius qui delatorem. Aliàs
regulariter pœna à lege ipſo iure impo-
ſita ad hæredes tranſit, tex. in l. commiſ-
ſa. ff. de publica. & vectig. & in l. 1. §. an bo-
na. ff. de iur. fiſci. tex. in l. in hæredem. ff.
de calumniatorib. & in l. Caius. ff. de S.C.
Syllan. Dd. in c. fin. de præſcrip. & in d. l.
commiſſa. tex. in l. 3. §. quod autẽ. ff. quòd
quiſq; iur. gloſſ. ſing. ibid. in verbo, hære-
di. & Iaſ. nu. 2. vbi dicit ita omnes tenere,
Bart. in l. ſi quis iniquum. §. quod autem,
num. 1. ff. quod quiſque iur. Iul. Clarus in
pract. crim. §. fin. quæſt. 31. nu. 1. vbi com-
munem dicit. Ang. in l. 1. C. ne ex delict.
defunct.

OBSERVATIO LXXXVII.

Pœna non iurantis de malitia.

SVMMARIA.

1 *Arbitraria pœna quandò locum non habeat.*
2 *Pœna non iurantis de malitia quæ ſit.*
3 *Iuramentum malitiæ an poſſit reiterari.*
4 *An publicatis atteſtationibus liceat excipere contra teſtes.*
5 *Camera non obſeruat rigorem, c. præſentium, de teſtibus.*
6 *In conſiſtorijs principum apices & ſubtilitates iuris non attenduntur.*

QVæſitum, quæ ſit pœna non iuran-
tis de malitia, cùm nulla in iure ex-
preſſa reperiatur: nam licèt in c. penult.
§ fin. de iuram. calum. huius iuramenti
de malitia mentio fiat: tamen nulla pœ-
na exprimitur, quæ quidem certa, & ex-
preſſa eſt in iuramento calumniæ, tex in
c. fi. §. fin. d. tit. & in l. 2. §. quòd ſi actor. C.
eod. titul. attamen illa pœna ad hoc iu-
ramentum malitiæ referri nequit, cùm
pœnæ ſint reſtringendæ, c. In pœnis, de
reg. Iur. in 6. cum ſimilibus. Quidam exi-
ſtimabant pœnam hanc eſſe † arbitrari- 1
am, per regulam: Quoties pœna certa à
lege non eſt expreſſa & determinata, tũc
officio iudicis arbitrariam, ſiue extraor-
dinariam imponendam eſſe, tex. in l. 1.
§. expilatores. ff. de effracto. Bart. ibid. in
prin. text. in l. hodiè. & in l. ſanctio legũ.
ff. de pœnis, tex. in c. de cauſis. §. fi. de offi.
deleg. Antho. de Butr. ibid. num. 10. glo.
in l. nemo martyres, in verbo, diſtrahat,
de ſacroſan. eccleſ. & in Clem. 1. In ver.
arbitrium. de accuſ. Alex. conſil. 13. num.
15. volum. 7. incip. attentis his quæ in the-
mate.

mate. Alij putabant, quòd reſpectu illius
2 articuli, ſuper quo pars petit † iurari de
malitia, recuſans habeatur pro confeſſo:
& quòd articuli actoris, vel exceptiones
Rei, non debeant recipi, neque à iudice
attendi, etiamſi releuantes ſint, ſi de malitia per ſententiam iurare iuſſus, nolit
iurare, facit tex. in c. fin. de confeſſ. in 6. &
in l. ſancimus. C. de iudic. vbi dicitur con
tumaci audientiam denegandam eſſe, &
hanc opinionem optimis rationibus
comprobat Socin. in d. c. fi. nume. 54. vbi
dicit ſe iſtam quæſtionem apud Dd. non
legiſſe, quam partem Domini quoque
ex authoritate Socini ſequuti ſunt in
cauſa Virmund/contra Virmund. Illud
quoque obiter hîc obſeruandum, hoc
3 † iuramentum malitiæ toties præſtari,
quoties præſumptio eſt contra aliquem
quòd malitioſè aliquid proponat, veluti in eo, qui poſt publicationem atteſtationum excipit cõtra perſonas teſtium,
cùm anteà non ſit proteſtatus, quòd ſuo
loco & tempore excipere vellet, per text.
in c. præſentium. de teſtib. Specul. titu. de
iuram. calum. §. 1. nu. 6. cum ſequ. nam ta-
4 lis † proteſtatio publicationem præcedere debet: aliàs non auditur volens poſteà
contrà perſonas teſtium excipere, niſi
priùs iurauerit, quòd malitioſè hoc non
faciat, vel docere poſſit, ſe demum poſt
publicationem de teſtium qualitatibus
certiorem factum, d. c. præſentium. Henning. in ſua praxi, par. 1. rub. 20. num. 4. li-
5 cèt † ſolennitas d. c. præſentium in Camera non obſeruetur, quia etiam omiſſa tali proteſtatione, exceptiones poſt
publicationem Rotuli ſiue examinis tã
contra dicta, quàm perſonas teſtium ad-
6 mittuntur: nam † in Conſiſtorio principis de talibus ſubtilitatibus & apicibus
iuris non curatur, per ea quæ dixi ſuprà
Obſeru. 42. Porrò differentias inter iuramentum calumniæ & malitiæ, pulchrè
collegit Spec. vbi ſupr, Card. in Clem. ſæpè. §. 1. nu. 8. de verb. ſig.

OBSERVATIO LXXXVIII.

Procurator ex officio datus, an cogendus ſit præſtare iuramentum calumniæ.

SVMMARIA.

1 *Procurator in animam propriam iurare debet.*
2 *Vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*
3 *Iuramentum calumniæ exactum eſt de ſubſtantia iudicij.*
4 *Iuſſus magiſtratus vel iudicis excuſat.*
5 *Aduocatus vaſallus non poteſt contra dominum patrocinium ſuſcipere, ſecus ſi iuſſu iudicis hoc faciat.*
6 *Aduocatus contra donatorem operam ſuam alteri locare non debet.*
7 *Doctor habens ſalarium à ciuitate, ſimiliter.*
8 *Procuratores & aduocati contra ſuos dominos, niſi compulſi à ſuperiore, aut obtenta venia cauſas non defendunt.*
9 *Procurator ex officio datus iurare debet de calumnia, quò ad proceſſum.*
10 *Calumnia committitur tribus modis.*
11 *Cautela pro procuratoribus ex officio datis.*
12 *Vtile per inutile quando non vitiatur.*

QVæritur, vtrùm procurator ex officio à iudice parti datus, ſi iuramentum calumniæ ab aduerſario exactum præſtare nolit, ſententia iudicis
compellendus ſit ad præſtationem? Videtur dicendum quòd ſic, quia indiſtin-
ctè iure cautum eſt, procuratorem † non 1
tantùm in animam domini, ſed etiam
propriam iurare debere, text. in c. 2. §.
procuratores, de iuram. calum. in 6. & in
l. 2. C. de iureiu. prop. calum. dan. gloſſ. in
Auth. principalis. C. eod. tit. Quod etiam
Ordinationi Cameræ Imperialis conſentaneum eſt, vt patet ex formula iuramenti, par. 1. tit. 65. licèt in alijs iuramẽtis ſufficiat iurare in animam domini, vt notat Philip. Fran. in c. appellationis. num.
2. & 5. de iuram. calum. in 6. Ergo de iure
non eſt diſtinguendum, vtrùm propria
ſponte ſuſceperit mandatum, an verò ex
officio datus ſit: quia vbi † lex non diſtin- 2
guit, nec nos diſtinguere debemus. vulg.
l. de precio. ff. de publicia. in rem actio.
Et hæc maximè procedunt, ſi litem cum
aduerſario ſuper exhibito libello conteſtatus ſit, & ſic in iudicio quaſi contraxe-
rit, ita vt † exactum iuramentum recuſa- 3
re nequeat, cùm tali caſu ſit de ſubſtantia iudicij, Dd. in d. l. 2. & locis ſup. alleg.
vide ſuprà, Obſer. 84. Sed iſtis nõ obſtantibus, exiſtimarem, procuratorem ex officio datum, ad iurandum de calumnia,
quóad cauſam principalem compelli
non poſſe: quia nihil ei imputari poteſt,
qui iudicis mandato & decreto morem
gerit. non videtur calumniari, qui † iuſ- 4
ſui magiſtratus obtemperat, cùm habeat parere neceſsè, text. in c. quòd quis,

de reg.iur. in 6.& in l.nõ videntur.§. qui
iuſſu.& in l.velle,ff.eo.tit.eſt enim datus
procurator ex officio, vt parti nndũ mi-
niſterium præſter, non vr conſcientiam
ſuam lædat. Et aliàs iudicis iuſſus excu-
ſat,tex.in l. quanquam.ff.de aqu.plu. arc.
& in l.ſi ſtipnlatus. §. lancem. ff. de ſolu-
tio.text.in l.ſed ſi pecunia. §.1. ff. de reb.
eorum qui.ſub tutel. text.notab. in l. ait
prætor.§.permittitiur etiam.ff.de mino-
rib.25.annis.gloſ.ibid.in verbo, impntan
dum,tex.in l.ſi quis.ff.de S.C.Syllania.&
in l.ſi quis id.§. doli mali. ff. de iuriſdict.
5 om.iudic. Quemadmodum in ſimili,†
aduocatus vaſallus, ſi per iudicem com-
pellatur patrocinium aduerſus dominũ
ſuum ſuſcipere, excuſatur: ſecùs ſi ſua
ſponte hoc faciat, nam tunc tanquàm
contra dominum militans, eumq; non
defendendo,feudo priuari poſſet, vt te-
net Andr.de Iſer.in c.1.§. ſed & qui dela-
ta,tit.quæ ſit prima cauſa beneficij amit.
Grammat. deciſi.80.per totam, vbi plu-
res ad hoc allegat. Afflict.deciſ.265.num.
45. vbi hanc dat rationem: quia inquit,
vaſallus dominum defendere tenetur in
prælio campeſtri,tex.in c.1.quib.mo.feu.
amitt.ſed iudicium dicitur iudiciale cer-
tamẽ,tex. not.in aduocati.C.de aduo.di-
uerſ.iudic. ergo etiã in iudiciali certami-
ne dominum defendere, nõ oppugnare
debet,Guid. deciſi.351.nu.5.Specul.tit. de
aduocato.§.1.num.23.Panor.in c.cùm ſa-
cerdotes,nu.2.cum ſequ.de poſtulan. vbi
6 dicit per illum text. Si † aduocatus vel
ptocurator donatarij cõtra donatorem
patrocinium,& operam pręſtet,quòd ab
ipſis tanquàm ingratis donatio reuocari
7 poſſit. Eadem ratione,† Doctor habens à
ciuitate ex publico ſalarium, non debet
contra ciuitatem patrocinium ſuſcipe-
re: aliàs tãquàm ingratus & indignus of-
ficio remoueri poſſet,Spec.tit. de fendis.
§.quoniam,num.33.Barto.in l.2.C.de ad-
uocat.diuer.iud.nu.2.per illum tex. Ta-
metſi Panor.in d.c.cùm ſacerdotes,nu.3.
aliter ſentiat. Atq; iſta omnia locum nõ
habẽt, ſi iudicis authoritate, vt dictũ eſt,
operam ſuam alijs præſtent, per iura al-
legata: Coacta enim voluntas excuſatio-
nem meretur,tex.in d.l.velle,&in d.l.ait
prætor.§.permittitur, vbi gloſſ.in verbo,
8 imputãdum. Hinc † eſt quòd eruditi ad-
uocati & procuratores nunquã ſua ſpon-
te contra principẽ vel dominum terri-
torij,wider jhre Landsfürſten oder Herrẽ/
cauſas defendendas ſuſcipiant, niſi hoc
fiat bona eorum venia, vel ad hoc ſupe-
rioris iuſſu compellantur, text. in l. nec
quicquàm.§.ſi.ff.de offic. proconſ. & le-
ga.& in l.1.§.ait prætor. el. 1. ff.de poſtul.
tex.in c.1.de offic.indic.gloſſ.ibid. in ver-
bo , implorando. Et in Camera Impe-
riali,ſi partes commodè alios procurato
res vel aduocatos habere poſſunt, man-
datum procuratorium cõtra dominum
directum, aut principem ſuum ſuſcipere
non coguntur,per iura allegata. Sed vt
ad propoſitum redeam,ſupradictam opi
nionem, quòd procurator ex officio da-
tus non ſit cogendus præſtare iuramen-
tum calumniæ,procedere exiſtimo,quó-
ad merita ſiue iuſtitiam vel iniuſtitiam
cauſæ, ne iuſſus iudicis illi ſit offenſioni
& fraudi,tex.in l.ſed ſi quis,ff.quemadm.
teſtamen.aperian.ſecùs quóad alia huius
† iuramenti requiſita,ad proceſſnm iudi- 9
ciarium tantùm pertinentia, de quibus
gloſſ.in c.1.de iuramen.calum. in verbo,
calumniæ,Dd.ibid.Gabr.Saray. ad Mat-
theſ.ſingul.64.nume.6.Socin. in c.final.
num. 5.eod. titul.nam reſpectu illorum
iurare debet, videlicet quòd cauſam ca-
lumnioſè extrahere nolit, petendo ſu-
perfluas & calumnioſas dilationes:nam
iſta cùm nudum officium & miniſteri-
um procuratoris concernant , meritò
præſtare cogitur:quia non ſolùm calum
niari dicitur,qui cauſam iniuſtam defen
dit, ſed etiam qui eam indebitè differt,
tex.in l.quiſquis,§.prætereà.C.de poſtul.
& in l.properãdum.§.illo proculdubio.
C. de iudic. gloſſ. in d.c.1.Bald. in l. non
ignorat.nume.1.C.de fruct.& lit. expenſ.
vbi per illum text. dicit † triplicem eſſe 10
calumniam.Primò,in differendo.Secun
dò, in contumacia. Tertiò, in defectu
probationis: ponderat ad hoc verba tex.
in d.l.non ignorat.ibid. dilatio abfuerit,
& probauerit. Itaque ad † cautelam pro- 11
curatoribus ex officio datis, ſi in animã
propriam iurare nolint, conſulerem, vt
à iudice remiſſionem iuramenti petant,
hoc pacto: Domine Iudèx,iuramentum
calumniæ ex parte aduerſa exactũ , quó-
ad merita cauſæ propter conſcientiam
mihi remitti peto : In reliquis verò ad
officium procuratoris pertinentibus iu-

rare paratus ſum. Cui petitioni, cùm ſit
rationi & æquitati conſentanea, iudex
meritò locum dare debet, eò quòd hoc
iuramentum plura capitula contineat,
vt notatur per Spec.tit.de iuram. calum.
§.nunc dicamus.in princ.Maran.part.6.
tit.de iuramento,nu.10.Socin.in d.c.fin.
num.5.cum ſeq.de iuram.calum. & hoc
pacto ſeparationem accipiat nõ incom-
12 modam.Facit quod † vtile per inutile nõ
debeat vitiari, ſi vtile ab inutili ſeparati-
onem commodam recipere poſſit, Dd.
in c.vtile,de reg.iur.in 6.

OBSERVATIO LXXXIX.

Contumacia procuratoris non iurantis de calumnia, an noceat Domino.

SVMMARIA.

1 *Procurator tenetur iurare de calumnia in animam propriam.*
2 *Pœna procuratoris non iurantis de calumnia quæ ſit.*
3 *Contumacia procuratoris an noceat domino, & numer. 5.*
4 *Procurator nolens iurare an pœna pecuniaria poſſit puniri.*

1 PROcurator † habens ſpeciale
mandatum ad præſtandum iu-
ramentum calumniæ, non ſolũ
in domini,ſed etiam propriam animam
iurare debet,per tex.in l.2.in princ. C. de
iur.propter calum.text.in c.2.§. procura-
tores,cod.tit.lib.6.gloſ.ibid.in ver.ab ip-
ſis.gloſſ. in Authent.principales, in ver-
bo,migrauerit,C.dicto titul.Caſtr.in d.l.
2.ſin autem,nume.3.Rot.deciſi.1. & 2.de
iuramen.calum.in nouis.Ratio, quia &
ipſe perinde atque dominus, extrahen-
do nimirum proceſſum, vel iniuſtam
cauſam ſciens prudensque defendendo,
calumniari poſſet,tex. in l.rem non no-
uam.§.patroni autem.C.de iudic.Bar.in
l.non ſolum.nu.5.ff.de procurato. Quid
autem ſi iurare nolit in animam propri-
am, an ipſius contumacia nocebit Do-
mino,ita vt pœna iuris, videlicet, l. 2. §.
quòd ſi actor.C.de iureiur. prop. calum.
dando,et c.fin.§.fin.de iuram.calum.lo-
cum habeat? Certè in iure quòad pro-
2 curatorem, nllla † in ſpecie pœna non
iurantis expreſſa aut definita eſt, vndè
Dd.circa hanc quæſtionem variant. Do-
mini de Rota.d.deciſi.1. tenent pœnam,
d.§.fin.locum habere,etiam in procura-
tore nolente iurare.Anthon. de Butr. in
d.c.fi.nu.28.in fi.exiſtimat hanc quæſtio-
nem deciſam eſſe,per text.in c.fi.de con-
feſſ.libr.6.& per notata in c. 1. vt lit.non
conteſtata. ſed nihil in ſpecie affirmat,
verùm ex d.c.fin.non obſcurè, quid ſen-
tiat colligitur, videlicet contumaciã p-
curatoris nocere domino. Id quod Soci-
nus in d.c.fi.num.10.ſequi videtur,quod
hac ratione confirmari poſſet,quia cùm
lex vult, vt procurator etiam iuret de ca-
lumnia in animam propriam, per iura
allegata:per conſequens velle videtur, ſi
non iuret, quod incidat in pœnam non
iurantis: nam niſi ita intelligantur illa
iura, iuramentum calumniæ nullum ef-
fectum produceret, & lex non rebus ſed
verbis poſita eſſet,contra tex.in l.fi.C.de
vſur.& in l.2.§.fin.in fi.C. communia de
legà.Prçtereà notum eſt † contumaciam 3
procuratoris domino nocere, maximè
in ijs quę pertinent ad iudicij proceſſum,
text. in l.ſi procuratot. C. de procurato-
rib.& in l.ſi remunerandi, §. 1. ff. mand.
Bart.in l.vnica.§.ſi procurator,num.1.ff.
ſi quis ius dicen.non obtemp.gloſſ. ſing.
ibid.in verbo,procuratoris. Canoniſt.in
c.1.vt lit. nõ conteſt,Salic.verò in l.cum
qui.C.de procura.num.6. putat procura-
tori nolenti iurare audientiam denegan
dam, ſicut aduocato non iuranti,text.in
l.rem non nouam.C.de iudic. In Came-
ra obſeruatum memini: contumaciam
procuratoris † nolentis iurare in animã 4
proptiam, pœna tantùm pecuniaria pu-
nitam fuiſſe. quia etſi procurator rectè
& probè faciat,ſi recuſet iurare, quandò
intelligit in quacunq; parte iudicij prin-
cipalem ſuum cauſam fouere iniquam.
Rot.d.deciſ.1.de iur. calum. tamen quia
temerè litem conteſtatus,& ſic dominus
litis factus eſt, text.in c.1.§.1. de procura-
torib.libr.6.tex.in l.procuratorib. & in l.
nulla dubitatio.C.eo. tit. meritò eius ne-
gligentia aliqua pœna coërcetur. Quò † 5
pertinet doctrina Barto.in d.l.vnica,§. ſi
procurator. quòd contumacia procura-
toris,in his quę ſunt parui prçiudicij,no-
ceat domino: ſecùs in his q̃ ſunt magni
præiudicij,d.§.ſi procuratot. Idem tenet
gl.ſing.in d.c.1.vt lit.nõ conteſt. in verb.
procuratores. Philipp. Franc. in c. cum

poſitionibus,num.3.de iurciur. Bar.in l. cettum.§. ſed an ipſós,nu. 2. de confeſſ. vbi tractant de contumacia procuratoris,quando noceat Domino. Pœnam autem non iutantis magni eſſe præiudicij, patet ex d.c. fi. vndè apparet Saliceti opinionem benigniorem eſſe, tametſi prima de iuris rigore verior ſit.

OBSERVATIO XC.

Procurator fiſcalis an de calumnia iurare teneatur.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum calumniæ exactum eſt de ſubſtantia proceſſus.*
2 *Fiſcus non eſt priuilegiatus,niſi in caſibus expreſſis.*
3 *Iuramentum calumniæ fiſcus de iure communi præſtare tenetur: ſecùs de conſuetudine, nu. 6.*
4 *Fallit in Camera.*
5 *Officij neceſſitas excuſat à calumnia.*
6 *Perſonæ qualitas præſumptionem calumniæ excludit.*

1 IVramentum † calumniæ à parte
exactum omninò præſtari oportere notum eſt, quia hoc caſu, ex communi Dd. opinione, dicitur eſſe de ſubſtantia iudicij: adeò vt omiſſum vitiet totum proceſſum, & ſententiam latam nullam reddat, tex. in l.2.§. ſed quia veremur, C. de iureiur. propter calum. Bar.ibid.nu.3. Canoniſt.in c.1.& in c. fin. ext.eod. Maranta par. 6.tit.de iuramẽto, num.2. Quid igitur ſi pars aduerſa exigat iuramentum dandorum, vel calumniæ à procuratore fiſci, an ipſe iurare teneatur? Quid obſtat? nam ſingulariter rece-
2 ptum eſt, fiſcum † tantùm priuilegiatum
eſſe in caſibus in iure expreſſis: in non expreſſis iuris communis diſpoſitionem locum habere, per tex. in l.fin.C. de vſur. fiſcalib. libr. 10. Plat.ibid.num.1.tex. in l. iuſtas.C. de iure fiſci, eod.libr. & in l.1 C. de petit.hæredit.gloſſ.ibid. in verb.pertinet, tex. in l.idem iuris.ff. de compenſat. & gloſſ. in l.item veniunt.§. & in priuatorum.in ver.in publica.ff.eod.tit.Iſern. & Afflict. in c.1.§.in quibuſdam, de ſtatrib.de no.benefic. inueſtit. Deci.conſil. 331.numer.3.incip. accuratè & diligenter.
3 Sed † iuramentum calumniæ nominatim fiſco à lege remiſſum eſſe nuſquàm reperitur: ergò includitur ſub regula, quòd in caſibus omiſſis iure priuatorum vti, & per conſequens iuramentum calumniæ exactum præſtare debeat: quod enim expreſsè non mutatur, quare ſtare prohibetur, text. in l. ſancimus, C.de teſtam.& in l.præcipimus.§. fin. in fi.C.de appell.& ita concludunt cõmuniter Dd. in locis allegatis, per text.in l.vnica.C.de
conducto.& procu.lib.11.Sed aliter † Ca- 4
mera obſeruat, quæ in cauſis fiſcalibus non cogit fiſcum præſtare iuramentum calumniæ à parte aduerſa exactum: ſed eo omiſſo ad vlteriora procedit: Cæſaris enim & Imperij nomine, ex generali mandato legis, & conſtitutionis Imperij, cauſas peragit, & in iudicium deducit, tex. in l.1.ff. de offic. procurat. Cæſar. igitur talibus iuramẽtis, ob maieſtatẽ mandantis grauari non debet. Et aliàs calum-
niari non præſumitur is, quẽ † officij ne- 5
ceſſitas excuſat, per tex. in l. poſt legatum. §. aduocatum ff. de his quib. vt indig. tex. in l.cùm quædam.C. de adminiſtr. tuto. tex. in l.2.C. qui accu. non poſſ. item qualitas perſonæ præſumptionem calumniæ excludit, Alex. in l. properandum. §. ſin autẽ alterutra.C. de iudi. Deci.conſi. 175.
nu.5.incip.in cauſa falſitatis. Et † licèt de 6
iure verius ſit, fiſcum iuramentũ calumniæ præſtare debere: tamen hoc conſuetudine non obſeruari atteſtãtur Dd. vbi ſupt. Porrò de varijs priuilegijs fiſci, vide tit.ff. de iure fiſci, & C.eod.lib.10.& tit.C. de priuileg. fiſci: ampliſſimè verò Afflic. in d.c.1.num.15.vſq; ad nu. 106. vbi 91. & Caſt, in l.1.C.de priuil. fiſc. vbi 31. priuilegia fiſcalia recenſent. Forma pronũciandi tatione iuramenti talis eſt. **In der exemption ſachen/ꝛc. iſt der Fiſcal des Juramento calumniæ, fürgewendter einreden vnd begeren vnuerhindert/ hiemit erlaſſen.** hoc eſt: In cauſa exemptionis &c. fiſcali, iuramẽtum calumniæ, exceptionibus & petitione non obſtantibus, remittimus.

DE DILATIONIBVS ET COMMISSARIIS.

OBSERVATIO XCI.

De dilationibus probatorijs concedendis.

SVMMARIA.

1 *Omnis dilatio probatoria eſt peremptoria.*
2 *Prorogatio prima aut ſecunda dilationis an concedenda.*

3 Multi-

3 *Multitudo teſtium refrenanda.*
4 *Secundà, tertia, aut quarta dilatio quandò concedenda.*
5 *Impedimentum ad ſecundam, vel tertiam dilationem obtinendam, an iuramento probari poſſit.*
6 *Quarta dilationis ſolennitas quæ ſit, & an partium conſenſu remitti poſſit.*
7 *Probationum facultas ampliari non coangustari debet.*
8 *Prima dilatio quando reintegranda.*
9 *Inſtantia quandò parti non currat.*
10 *Appellationis tempora quandò non currant.*
11 *In conſiſtorio principis plures dilationes dantur.*
12 *Noua dilatio ratione articuli incidentis cōcedenda.*
13 *Dilationum tempora.*
14 *In iudicijs æqualitas ſeruanda.*
15 *In criminalibus quot dilationes concedi debeant.*
16 *Quarta dilatio prorogari debet.*
17 *Lex rebus, non verbis poſita eſt.*
18 *Heredi aut ſucceſſori nulla malitia extrahendi proceſſum imputatur.*
Iuramentum ex parte iurantis non eſt ad heredes tranſitorium.
19 *Quartà dilatio requirit ſpeciale mandatum ad iurandum.*
20 *Prorogatio dilationis quandò concedenda.*
21 *Prorogatio quid ſit.*
22 *Tempus prorogatum an idem dicatur.*

1 REGulariter omnis
† dilatio probato-
ria in cauſis ciuili-
bus perēptoria eſt,
ptoindè niſi ſemel
dari debet, tex. in l.
oratione, & in l. fi.
ff. de fer. & dilat.
Bald. ibid. nu. 1. l. 1.
C. de dilat. Dd. communiter ibid. Cano-
niſt. ad rub. ext. eod. & Spec. plenè eo. tit.
de dilat. Fel. in c. paſtoralis, de except. nu.
2. pulchrè Bar. in l. ceſſante. C. quomo. &
quand. iud. Salic. in l. ſi eà. C. qui accuſ. nō
poſſ. Matan. par. 6. de dilat. mihi fol. 413.
2 Sed quid ſi petatur† primæ dilatiōis pro-
rogatio, an concedenda? Minimè, quia
ſupereſt ſecunda & tertia, immò quarta,
quando de iuſto impedimēto conſtat, vt
mox dicetur. Et ita in Camera obſerua-
tur, quæ neq; ſecundā aut tertiam proro-
gat, cùm materia dilationū ſit amputan-
da, tex. in l. 2. in prin. C. de tempo. appell.
glo. in d. l. fi. in prin. & ad extraordinariū
remediū prorogationis nō eſt veniendū,
quādiu ſupereſt ordinariū remediū, text.
in l. in cauſæ cognitione, la. 2. ff. de mino.
Si enim ſingularum dilationum proro-
gationes concederentur, iam in effectu
actor, vel reus, non tres, ſed ſex & plures
dilationes eſſet habiturus contra æquita-
tem, & ius cōmune, adeoq; cum magno
præiudicio partis aduerſæ. Imò ſi in pri-
ma dilatione multi teſtes productì, & ex-
aminati eſſent, etiam ſecunda & tertia
dilatio prorſus denegari poſſet, per tex. in
c. de teſtib. ext. de teſtib. gl. in. in c. in cau-
ſis, in productionem, eo. tit. quia † multi- 3
tudo teſtium refrenāda, vt inquit text. in
c. ſignificauerunt, ext. de teſtib. & tex. no.
in l. 1. §. fi. ff. eod. tit. vbi dicitur, ſuperfluā
teſtium multitudinem ad vexandos ho-
mines pertinere, & ideò neceſſarium tan
tùm numerum euocandū eſſe. Fallit iſta
concluſio: Primò, ſi probare debenti e-
merſerit inopinatè, & ſine ſua culpa iu-
ſtum aliquod impedimentum: quo caſu,
non ſolùm † ſecunda & tertia, ſed etiam 4
quarta dilatio, cum ſolennitate legali, à
iudice dari poteſt, d. l. oratione, text. in
Auth. de teſtib. §. quia verò, & in Auth. at
qui ſemel. C. de probatio. vbi latè Barto.
tex. in d. c. in cauſis, & in d. c. ſignificaue-
runt, & in c. penul. ext. de teſtib. Bal. in l. ſi
quis teſtibus. C. eo. tit. At de tali impedi-
mēto iudex inprimis cognoſcere debet,
an ſit legitimum: aliàs ſecunda vel tertia
dilatio, eſſent ipſo iure nullæ, & per con-
ſequens proceſſus nullus, per text. in d. l.
fin. ff. de fer. Iaſ. ibid. num. 27. Ratio, quia
cùm omnis dilatio ſit peremptoria, vt
dictum eſt, non debet alia dari abſq; cau-
ſę cognitione, nè lites fiant immortales,
& cauſa plus æquo extrahatur, argumen.
l. properandam. C. de iudic. c. finem liti-
bus, de dolo & contumac. Caſtr. in d. l. 1.
C. de dilat. Lanfranc. in c. quoniam con-
tra, ext. de probat. Ang. in §. ſi minus, In-
ſtit. de action. vbi omninò vide. Et tale
† impedimentum iuramēto petentis ſe- 5
cundam vel tertiam dilationem, proba-
ri poteſt, d. c. paſtoralis. Lanfran. d. c. quo-
niam contra. Quarta dilatio nunquàm
conceditur, niſi cum ſolennitate legali,
quæ eſt, vt eam petens primò iuret, quòd
non malitioſè & doloſè talem productio-
nem expoſcat, iuxta formam d. Auth.
de teſtib. §. quia verò, d. c. in cauſis. d. c. ſi-
gnificauerunt. & d. c. pen. de teſtib. vbiq;
gloſ. & Dd. qua ſolennitate iuris ſeruata,
ſi non decernatur, licita eſt appellatio, d.
c. ſignificauerunt. Huiuſmodi † tamē ſo- 6
lennitas legalis partium cōſenſu omitti

 poteſt

poteſt,ſi pars aduerſa remittat iuramen-
tum,datur quarta dilatio ſine ſolennita-
te legali, vt notat Felin. in d.c.in cauſis.
numer.4.de teſtib. Panorm. ibid.quem-
admodum in ſimili, Iuramētum teſti re-
mitti poteſt, tex. in c.tuis quæſtionibus,
ext.de teſtib.glo.ſing.ibid.In Camera,ſe-
cunda & tertia dilatio. quando de impe-
dimento per literas Cōmiſſarij, vel aliàs
conſtat:putà, quòd ob multitudinem te-
ſtium,vel eorum abſentiam, aut contu-
maciam,vel aduerſam Commiſſarij va-
letudinem,examen intra tempus primæ
dilationis cōmodè expediri non potue-
rit,abſq; difficultate conceduntur,quan-
doque etiam pro arbitrio iudicis, conſi-
derata tantùm perſonarū,& cauſæ quali-
tate,quę loco cauſę cognitionis habetur.
Nunquàm tamen pro tribunali extem-
porè, ſecunda vel tertia dilatio concedi-
tur,quia aliqualis cauſę cognitio in con-
cedenda ſecunda, vel tertia dilatione re-
quiritur,tex.in d.l.oratiōe, & ideò ex in-
teruallo viſis & examinatis hinc inde
partium allegationibus,per interlocuto-
riam,aut decernitur, aut denegatur: po-
ſtremùm nunquàm factū memini, cum
7 † probationum facultas non anguſtari,
ſed ampliari debeat, nè veritas occulte-
tur,tex.in l.quondā,in fi. C. de hæreticis.
tex.in l.generaliter.§. neceſſitate.C.de re-
bus cred.& iureiur.tex.in c.quoniam fre-
quenter.§.1.vt lit.non conteſt.& in c.fin.
14.q.2.& in d.c.ſignificauerunt,de teſtib.
gl.in c.1.in ver.octo dierum,de exceptio.
Secundò fallit, ſi facto Commiſſarij,vel
partis aduerſæ producēs impediatur exa-
men in prima dilatione inchoare,aut p-
ficere, putà ſi Commiſſarius nolit com-
miſſionis officium ſuſcipere,aut pars ad-
uerſa ſubterfugia quęrat,vel exceptiones
coram Commiſſario ad impediendum
examen opponat: quo caſu, non ſecun-
8 da dilatio dari, ſed prima † reintegrari
debet,vt ſingulariter notat Afflict.deciſ.
20.nu.6.quem omninò vide,quia eſt ſin-
gularis.Alexand. præclarè conſil.72.nu.
1.volu.3.incip. Videtur prima conſidera-
tione.Maran.d.titul.de dilat.par.6.num.
8.facit ad hoc tex.in Auth.ſed et lis,C.de
temp.appell. & in Auth.ſi appellatione,
C.eo.tit.gloſſ.not.ibid.in verbo,nullum
præiudicium,tex.in l.petēdæ.C.de temp.
in integ.reſt.& in l.intra vtile,in prin. ff.
de minorib.tex.in l.cōtra maiores.C. de
inoffi.teſtam.Et regulariter, vbicunq; al-
teruter litigantium per ſubterfugia cau-
ſam extrahit,non † currit inſtantia alteri 9
parti,quæ culpa vacat, per iura allegata,
glo.in c.venerabilis,in gl.magna,extr.de
iudic.Alex.d.conſi.72.nume.1.Similiter
quando ſtat per † iudicem,quo minus in 10
cauſa appellationis procedatur, tempo-
ra appellationis ipſo iure non currunt;
tex.in d.Auth.ſi appellatione,& in d.Au
then. ſed & lis,tex.in Auth. de appell. &
intra quę tempo.§.ad hæc ſancimus,glo.
ibid.in verbo,ſi quando, tex. in Auth.vt
ſponſal.largit.§.hoc quoq; ſancimus,gl.
ibid.in verbo,præiudicium, vel ſaltē da-
tur reſtitutio aduerſus lapſum fatalium,
tex.in c.ex ratione,de appellation. gloſſ.
ibid.in verbo,impotentiā, tex.in l.ſed &
ſi.§.ait prætor.ff.ex quib.cauſ.maio.gl.in
d.Auth.vt ſpōſal.larg. §.hoc quoq;, & in
Auth.ei qui.C. de temp.appell.in verbo,
manet ſentētia.Alex.d.conſ.72.nu.3.& 4.
Tertiò fallit in † conſiſtorio ſummi prin 11
cipis, vbi plures dilationes dari poſſunt,
l.in offerendis,C.de appel.Bart ibid.Ma-
ran.vbi ſup.nu.7.Quartò fallit,in articu-
lo incidenti,vel de nouo emergēti: quia
noua † dilatio, ratione iſtius articuli in- 12
cidentis, peti poteſt, & concedi debet,
d.c.paſtoralis,de excep. p regulam, quòd
ea,quæ de nouo emergūt,nouo opus ha-
bent remedio,text.in l.de ætate. §.ex cau-
ſa.ff.de interrog.act.Maran. loco citato,
nu.11.vbi plures limitationes annotauit,
vt ibi per eum. Porrò,etſi de iure cōmu-
ni tempora † dilationum, pro diſtantia 13
locorum, & perſonarum qualitate mo-
deranda,& regulariter tres menſes,quan
doq; ſex,ad ſummū verò nouem, indul-
gendi ſint, per text. in d. l. 1. C. de dilat.
tamen in Camera huiuſmodi tempora
arbitraria ſunt, & iudicis arbitrio com-
mittuntur, quòd etiam de iure commu-
ni permittitur,vt notat Specul. tit. de ci-
tat.§.nunc de temporum,in fin.& §. fin.
in fi.tex.in c.quoad conſultationem, de
ſen.& re iud.& in c.oblatæ,§.licet,de ap-
pellatio.tex.in l.2.§.vtrū aūt, ff. quemad.
teſta.aperian.tex.in d.l.oratione, & in d.
l.1.C.de dilatio.Maran.d.tit.de dilat.par.
6.nu.15.Afflict.in c.1. num.21. circa fin.ex
quib.cauſ.feud.amit. vbi infinitos caſus
notat,in quib⁹ iudicis arbitriū verſatur,
quem

quem ad hoc omninò vide. Aequalitas
tamen inter actorem & reum ſeruanda,
vt quantum temporis actori cõceſſum,
tantundem & reo, ſi petat, concedatur,
cuius partes etiam ſunt fauorabiliores.
tex.in c.non licet.de reg.iur.in 6. & in l.
14 fauorabiliores,ff.eod.titu.& aliâs in † iu-
dicijs æqualitas ſeruanda, per text. aureis
ſcribendum literis in c.1.de ſent.& re iu-
dic.in 6.tex.in c.nouit,§.cæterum,de iu-
dic.& in c.cùm inter, de except.text.in l.
fin.C.de fruct.& lit. expen.Hippol. ſing.
168.num.1.incip.æqualitas. Iudiciũ enim
claudicare nõ debet, text.in d.c.cũ inter,
15 glo.ibid.in verb.iudicare, etſi in † crimi-
nalibus inęqualitas permittatur,quia ac-
cuſatori duę,reo verò tres dilationes cõ-
cedi debent,tex.in d.l.fin.ff.de ferijs,glo.
& Bart.ibid.num. 15. Quod initiò dictũ
eſt,dilationes non debere prorogari,fal-
16 lit in † quarta dilatione probatoria:quia
illa cum eadem ſolennitate iuris ex legi-
tima cauſa prorogari poteſt,Alex.Caſtr.
& alij in d.l.oratione, ff.de ferijs, & in l.
fi.ff.eod.tit. quod nonnunquàm in Ca-
mera factum memini. Iudex tamen nõ
debet eſſe facilis in prorog anda quarta
17 dilatione,nè fraus fiat † legi,quæ nõ ver-
bis,ſed rebus poſita eſſe debet,tex. in l.fi.
C.de vſufr.& in l.2.C.cõmunia de legat.
néue in effectu quinta dilatio permitta
tur,quæ de iure,nè ex diuina quidem iuſ-
ſione cõcedi poſſet, vt inquit text. in d.
Auth.at qui ſemel,C.de probat. Et ideo
mortuo principali poſt præſtitum iura-
mentum ſuper obtinenda quarta dila-
tione,eius hęredi in Camera,nõ quinta,
ſed noua dilatio datur, ſi examen intra
tẽpus quartæ dilationis viuo adhuc prin
cipali abſolutũ non fuit:idq; etiam abſq;
18 nouo iuramento,quia † ſucceſſori nulla
mora, aut malitia extrahẽdi proceſſum
imputari poteſt, Dd.in d.l.oratiõe.Spec.
tit. de teſt. §. qualiter aũt: iuramentum
enim cum ſit ex parte iurantis perſona-
le,morte eius finitur, neque ad hæredes
tranſit,tex.in c.veritatis, de iureiur. Dd.
ibid. Scire quoque oportet,quòd non ſo-
lùm ad petendam quartam dilationem,
ſed etiam eius prorogationem, & qui-
19 dem multò magis ſpeciale † mandatum
ad iurandum requiritur: cùm propter
præſumptionem,quæ militat contrà pe-
tentem prorogationem quartæ dilatio-
nis,gloſſ.d.c.pen.de teſtib. in verb. iura-
mento: tum etiam, quia in omni iura-
mento præſtando ſpeciali mãdato opus
eſt,tex.in Clem.non poteſt,de procurat.
& in c.fin. de iuram. calumn. in 6. Phi-
lip. Franc. ibid.& tale iuramentum eſt
veritatis,nõ credulitatis,d.c. penul.cum
gloſſ.ibid. Et ita Camera obſeruat, etſi
in vtranque partem extent præiudicia,
videlicet,ſufficere generale mandatum,
de iurãdo quodcunq; licitum iuramen-
tum, per text.in c.ad agendũ, de procu-
ratorib.libr.6. Fallit præterea in dilatio-
nibus & terminis iudicij à iudice præfi-
xis: putà ad conteſtandam litem, vel re-
ſpondendum libello, quia huiuſmodi
† dilationes ex cauſa prorogari poſſunt, 20
prout quotidiè in praxi obſeruatur, dũ-
modò intrà terminum prorogatio pe-
tatur: quia effluxo termino, quod non
eſt, prorogari non poteſt, text. in l. ſed
etſi manente,ff. de preca.& in l.bonorũ,
ff.rem rat.haber. Bald. in l. pacta nouiſ-
ſima.C.eod. nume.9. ſed nouus termi-
nus petendus eſſet, prorogatio † enim 21
nihil aliud eſt, niſi dilationis labentis
nondùm lapſæ extenſio, & dicitur eadẽ
dilatio cum prima,tex.in d.l.ſed etſi ma-
nente.& in d.l bonorum.Bald.in repet.
l.Aemilius ff.de minorib.Alexand.in l.
4.ff.de damn.infect.Marant. part. 4. di-
ſtinct.12.nume. 2. mihi fol.225. Dd.in l.
cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo.ff.de
verbor.obligat.Antho.de Butr.in c.prę-
tereà in fine,de dilat.Felin.præclarè in d.
c.de cauſis, nume.1.cum ſeq. de offic. &
poteſt.iud.deleg. vbi plenè docet, quan-
do prorogatum tempus idem dicatur.
Singulariter † obſeruãdum tempus pro- 22
rogatum nõ dici idem tempus, quando
de præiudicio tertij agitur: vnde ſi credi-
tor debitori ſuo tempus ſolutionis pro-
rogauit,fideiuſſor finito primo tempo-
re liberatur, ſi non interuenerit nouus
cõſenſus fideiuſſoris, per text.in l.ſi cum
Hermes,C.locati; Dd.in c. conſtitutus,
de fideiuſſ.Ang.in l.ſi vnus,§.ſi cum reo,
ff.de pact.Barto.in l.Lucius, la.2.§. Pau-
lus,ff.de adminiſtr.tuto. Felin.in d.c.de
cauſis,num.3.facit text.in l.Labeo ait, a-
liâs incipit,ſi àrbiter,§.fi.ff. de arbitr.tex.
in l.item quęritur,§.qui impleto,ff.loca-
ti. vide infrà,libr.2.Obſer.30.vbi hoc li-
mitatur.

OBSERVATIO XCII.

De teſtium productione ad perpetuam rei memoriam.

SVMMARIA.

1 *Lite nõ conteſtata produci teſtes nõ poſſunt regulariter.*
2 *Teſtes ad perpetuam rei memoriam lite non conteſtata recipi poſſunt.*
3 *Differentia vtrùm actor vel futurus reus teſtes ad perpetuam memoriam producunt.*
4 *Actor intra annum agere debet.*
5 *Qui annus eſt vtilis.*
6 *Contra non agentem intra annum militat præſumptio fraudis.*
7 *Qui dicantur ſenes.*
8 *Reus futurus indiſtinctè teſtes ad perpetuam memoriam producere poteſt.*
9 *Ratio diuerſitatis.*
Temporalia ad agendum, ſunt ad excipiẽdum perpetua. ibid.
10 *Limitatio quoad Reum.*
11 *Exceptio non numeratæ pecuniæ competit per modum actionis.*
12 *Actor quando ante litem conteſtatam teſtes ad perpetuam rei memoriam examinari petere poſſet.*
13 *In criminalibus teſtes ad perpetuam rei memoriam parte altera abſente quando examinari poſſent, & nu. 15.*
14 *Fauor in executionibus pœnarum ceſſat.*

1 LIte † non conteſtata regulariter
non admittuntur teſtes, niſi in
caſibus ſpecialibus, notatis in c.
quoniam frequenter. vt lit. non conteſt.
& ibid. glo. in verb. regulariter. Lanfrã.
in repet. c. quoniã cõtra, de probat. cap.
8. num. 34. per totum, Spec. tit. de teſte. §.
nunc tractemus. Ferrat. in form. capitulorum,
quando teſtes producuntur ad
æternam rei memoriam. Eſt alius ſingu-
2 laris text. quando † teſtes ad perpetuam
rei memoriam recipi poſſint, in c. ſignificauit,
de teſtib. quæ tamen receptio teſtium,
ex d. c. ſignificauit, multis modis
differt ab ea, de qua loquitur, d. c. quoniã
frequẽter, quas differentias notauit gloſ.
in d. c. ſignificauit, in verb. teſtes, eaſque
examinat ibid. Panor. nu. 3. Bart. in l. 4. §.
prætor. ff. de dam. infect. In hac receptione
teſtium ad perpetuã rei memoriã, obſeruanda
eſt † differentia inter actorem,
3 & reum, ad hoc enim, vt actor eam obtinere
poſſet, tria requiruntur : primò,
quòd teſtes ſint ſenes: ſecundò valetudinarij,
ita vt mortis ſubſit periculum: tertiò,
aut diù abfuturi, per text. in d. c. quoniam
frequenter, & in Auth. ſed & ſi
quis, C. de teſtib. quia mors, & lõga abſentia
æquiparãtur, per tex. in c. præſentata,
de teſtib. Feli. ibid. nu. 2. tex. & Dd. in c. a.
de procuratorib. in 6. & in d. c. quoniam
frequẽter. Proindè in ſupplicatione pro
cõmiſſione ad perpetuã rei memoriam,
iſta requiſita coniunctim, aut ſigillatim
exprimenda, & articuli ſuper quibus teſtes
examinandi, vnà cum deſignatione
teſtium, & eorum ætate exhibendi ſunt
ad hoc vt iudex cognoſcat, ex narratis
ſupplicationis, vtrũ ſuppicans futurus ſit
actor, vel reus, & an periculũ ob ætatem,
vel diuturnã & inopinatam abſentiã teſtiũ
ſit in mora: itẽ an articuli tales ſint
qui ad probandum admitti debeãt. Ita
Camera obſeruat. Conceſſa aũt cõmiſſione,
& teſtibus ritè examinatis, quarto lo-
co neceſſe eſt, vt actor † intra annũ actio- 4
nẽ inſtituat, tex. in d. c. quoniã frequẽter.
Panor. ibid. nu. 7. Soci. nu. 11. qui quidem
† annus ab initio vtilis eſt: hoc eſt, non 5
currit, niſi à tempore, quo potuit agere,
gloſſ. in d. c. quoniam frequẽter. in verb.
infra annum. Panor. ibid. Alciat. in tractat.
præſumptio. in princip. §. 2. nume. 13.
vbi dicit, quòd contrà actorem † non a- 6
gentem intra annum ſit præſumptio iuris,
& de iure, examinationem in fraudẽ
ad perpetuam rei memoriam factã, per
tex. in d. c. quoniam. glo. ibid. in verbo,
in fraudem. Qui autem † dicantur ſenes 7
Dd. variant: ſed communiter placuit, illud
arbitrio iudicis relinquendum, vt
notant Ioan. And. & Panor. in d. c. quoniam
frequenter, nume. 18. In Camera
quinquagenarij pro ſenibus reputantur,
& pro teſtibus ad perpetuam rei memoriam
admittuntur: qui infra quinquaginta
annos ſunt, plerunque reijciuntur:
tametſi tempore peſtis ſenij ratio
non tam accurata habeatur, quandò
miſta ſenum ac iuuenum denſantur funera:
ob neceſſitatem enim præſentem
à regulis iuris communis rectè diſceditur,
per inta in ſeq. Obſeru. allegata. Et
tempus peſtis dicitur tempus mortis,
quo ſoluuntur omnia iura, tam ratione
cõtractuum quàm iudiciorũ, & vltimarum
voluntatũ, vt latè proſequitur Ripa
in ſuo tractatu de peſte, Dd. in l. ſi in lege.
§. ſi domus. ff. locati, & in l. fi. C. de teſtam.

8 ſtam. Quod ad reum † attinet, is indiſ-
ferenter, & ſine diſcrimine ætatis, vale-
tudinis, aut abſentiæ, non modò leues,
aut valetudinarios, ſed quoslibet produ-
9 cere poterit. Ratio † diuerſitatis eſt, quia
in ipſius poteſtate non eſt poſitū, quādò
conueniatur, & ratione iſtius incertitu-
dinis, ne ei probationes pereant, huiuſ-
modi receptio teſtium indiſtinctè valet,
text. notab. in l. in lege Aquilia, la. 1. ff. ad
l. Aquil. text. in §. & hic verò. Auth. de te-
ſtib. glo. ibid. in verbo, præſentem. glo. in
l. curent, ff de teſtib. in verbo, curent, in
fine, tex. in l. purè, §. fin. ff. de dol. mal. &
met. excep. glo. in d. c. ſignificauerunt, in
verb. teſtes. Panor. ibid. num. 3. Idē in d. c.
quoniam frequenter, nu. 7. in fi. Lanfrāc.
in d. c. quoniam contra, de proba. cap. 8.
nume. 34. per regulam quod temporalia
ad agendum, perpetua ſint, ad excipien-
dum, tex. in d. l. pure. §. fin. Caſtr. in l. nam
poſtea, §. ſi minor, ff. de iureiur. Felin. in
c. ſi autem, nume. 5. de reſcript. Quòd ta-
10 men ſingulariter † limitatur, vt nō pro-
cedat, ſi exceptio reo competat per mo-
11 dum actionis: veluti in † exceptione de
non numerata pecunia, quia tunc idem
eſt, quod in actore, vt ſcilicet intra annū
agere debeat, cùm ſit in poteſtate Rei, ꝙ
eam opponat, tex. in Auth. hanc aūt que-
relam, C. de non num. pec. ſecùs ſi exce-
ptio non habeat vim actionis, vt eſt pro-
priè natura omniū exceptionū. Ita Feli.
in d. c. ſi autem, & Lanfranc. in d. c. quo-
12 niam contra, cap. 8. vbi dicit, etiā † actorē
ante litis conteſtationem teſtes ad perpe
tuā rei memoriam producere poſſe, ſi
reus cōpareat, & exceptionē litis conte-
ſtationē impedientē opponat: quia cùm
talis exceptio inducat morā, perindè eſt,
ac ſi actor non haberet poteſtatem agen
di: Et hoc maximè in Camera obtinet,
vbi ob multitudinem cauſarum, deciſio
ſuper huiuſmodi exceptionibus ad ali-
quot annos extrahi poſſet. In criminali-
13 bus † parte altera abſente, teſtes ad perpe
tuā rei memoriā acceptari non poſſunt,
etiāſi de eorū morte vel diuturna abſen-
tia timeatur, vt tenēt Dd. cōmuniter in l.
abſentē. C. de accuſ. glo. in c. veritatis, de
dol. & contu. in verb. probatum. Panor.
prolixè ibid. nu. 20. cum ſeq. vbi omninò
vide. Iul. Clar. in pract. crimin. §. fi. quæſt.
44. circa princ. Antho. Gomeſ. varia. re-
ſolu. lib. 3. c. 1. Ratio, quia in criminalib.
probationes debent eſſe liquidæ, tex. in l. 14
fi. C. de probat. cum ſimilibus. Item † in
executionibus pœnarum ceſſat fauor,
tex. in l. auxilium, in prin. ff. de mino. 25.
ann. glo. ibid. in verbo, pœnarum: Intel- 15
lige † prædicta procedere in criminali-
bus ex parte accuſatoris, ſecùs eſt ex par-
te Rei, cui examinare licet teſtes ad per-
petuam rei memoriam fauore innocen
tiæ, videlicèt quòd tēpore delicti abſens,
vel minor fuerit, vel aliâs delictum tale
ſit quod nō mereatur pœnā, Antho. Go-
meſ. vbi ſuprà, nume. 20. allegat Bald. in
Auth. ſed & ſi quis ab aliquo, C. de teſtib.
& in d. c. quoniam frequenter.

OBSERVATIO XCIII.

A quo iudice petenda ſit commiſsio ad perpetuam rei memoriam.

SVMMARIA.

1 *Commiſsio ad perpetuam rei memoriam à quo iudice petenda.*
2 *Auſträg / non habent locum in commiſsionibus ad perpetuam rei memoriam.*
3 *Periculum quando eſt in mora, receditur à regulis iuris communis.*
4 *Teſtis grauiter ægrotās poteſt à iudice incompetente examinari.*
5 *Examen ad perpetuam rei memoriam ad Camerā tranſmittendum.*
6 *Publicatio teſtium ad perpetuam rei memoriam receptorum quando fiat.*
7 *Acta probatoria non dicuntur ante cœptū iudiciū.*

AD obtinendam † commiſſionē 1
ad perpetuam rei memoriā, iu-
dex cauſæ principalis, ſiue peta-
tur à Reo, ſiue ab actore, adiri debet. Pa-
nor. in c. quintauallis. nu. 39. in fi. de iure-
iur. Idem in c. ſi quis contra, nu. 3. de for.
compet. & in repet. eiuſdem, nu. 3. Idem
in c. ſignificauit, nu. 10. de teſtib. & ibid.
communiter Dd. Franc. ad rubri. de ap-
pell. numer. 45. Hinc dubitari poſſet, ſi à
perſonis immediatè Imperio ſubiectis
talis commiſſio ad perpetuam rei me-
moriam petatur: an coram commiſ-
ſarijs vigore Ordinationis, & ſic coram
iudicibus primæ inſtantiæ, putâ coram
† Auſträg / poſtulari debeat? Minimè, ꝗa 2
de ſtylo Cameræ, in petenda commiſ-
ſione ad perpetuam rei memoriam, pri-
uilegium primæ inſtantię non habet lo-
cum:

cum: idque indiſtinctè obtinet, tam in
futuro actore, quàm Reo, ſed tali caſu,
immediatè ſuperior omnium adeun-
dus eſt, hoc eſt Camera, ſeruata tamen
differētia inter actorem & reum, quóad
actionem inſtituendam intrà annum, vt
ſupr. Obſerua. præcedenti notatur: Ra-
tio, quia cum periculum ſit in mora, ſo-
lennitas, quæ ſecundùm Ordinationem
in requirendo, & nominando iudice re-
quiritur, part. 2. titu. 2. 3. 4. & 5. non poſſet
abſque præiudicio alterutrius partis ob-
3 ſeruari. Quò pertinet, quòd à † regulis iu-
ris communis recedatur, vbicunque pe-
riculum eſt in mora, per text. in l. de pu-
pillo. §. ſi quis riuos. ff. de nou. oper. nūc.
Roma. ibid. nu. 1. & Alex. ſimiliter, nu. 1.
tex. in l. ſi quis filio exhæredato. §. hi aūt,
in fine, ff. de iniuſt. rup. & irr. fac. teſt. tex.
in l. Diuus. §. fin ff. de pet. hær. & in l. 1. ff.
de dam. infect. vbi dicitur in rebus cele-
ritatem deſiderantibus, periculoſam eſſe
dilationem. gl. in l. fi. in verb. fideiuſſio-
4 nis. C. de ferijs. Hinc eſt, ꝙ receptio † te-
ſtiū, corā incōpetenti iudice facta, etiam
parte altera nō citáta valeat, ſi hoc præ-
ſens neceſſitas, putà periculū mortis te-
ſtis, poſtulet, per text. in l. fi. C. de teſtib.
Bart. in l. admonendi, nu. 41. ff. de iureiu.
Iaſ. ibid. in reper. nu. 183. cū ſeq. Alex. in l.
hac cōſultiſſima. §. ſi qs aūt, nu. 3. C. de te-
ſtam. Felin. in c. 2. nu. 13. de teſtib. Marant.
part. 6. tit. de citat. nu. 29. idque pluribus
exemplis comprobari poteſt, vt in noui
operis nūciatione, tex. in d. l. de pupillo,
§. meminiſſe, & ibid. Dd. in materia l. æ-
quiſſimum, ff. de vſufr. vide inf. Obſ. 102.
Illud porrò hîc obſeruandum venit,
5 quòd abſoluto † examine Commiſſari-
us à Camera deputatus, examen ſub ſuo
ſigillo obſignatum, ad Camerā trāſmit-
tere debeat, vt tantiſper ibidem ab acto-
rum magiſtris ſiue actuarijs cōſeruetur,
donec lite corā iudicibus priuilegiatis,
hoc eſt Auſträg/cœpta, ad petitionē par-
tis producentis, iterùm à iudice Cameræ
qui commiſſionē decreuit, repetatur: ad
eum nimirùm effectum, vt ſuo loco, &
tempore in prima inſtantia exhibeatur,
& publicetur. Procuratores Cameræ hu-
iuſmodi examina iudicialiter, vel etiam
extraiudicialiter producere cōſueuerūt
adiuncta petitione, vt ab actorum magi-
ſtris, ſiue actuarijs, inter acta iudicij, ad fu
turā neceſſitatē diligēter adſeruentur, &
cuſtodiātur: tutius tamē, vt hoc iudicia-
liter fiat. Vtrunq; Camera obſeruat. Præ-
tereà memoria tenendū, quòd huiuſmo
di examē ad perpetuā fidem, quóad effe-
ctū iuris, nō intelligatur ante litis conte-
ſtationē receptum: nā publicatio † teſtiū 6
tunc demùm fit, quādò iudicium coram
ordinario iudice inchoatum, & lis ſuper
cauſa principali conteſtata eſt. Sententia
enim ex † actis probatorijs, lite non con 7
teſtata in cauſa principali ferri nequit,
ita notat gloſſ. in d. c. quoniam frequen-
ter, in verb. timetur. Panor. ibid. nu. 7. in
fin. Lanfranc. in c. quoniam contra. c. 8.
num. 34. de probat. Ratio, quia antè litis
conteſtationem iudicium propriè cœ-
ptum non dicitur, per notata ſupr. eod.
Obſerua. 74. cum Obſer. ſeq.

OBSERVATIO XCIIII.

Quomodo commiſsio ad perpetuam rei memoriam decernenda, & an citatio partis requiratur.

SVMMARIA.

1 *Commiſsio in optima forma non decernenda, ſcilicet ad perpetuam rei memoriam.*
2 *Inſtrumentorum exemplatio quomodò facienda.*
3 *In decernenda commiſsione ad perpetuam rei memoriam, certa dilatio dari non debet.*
4 *An partis citatio requiratur in hac commiſsione.*
5 *Effectus citationis partis aduerſæ ad videndum iurare teſtes.*

COmmiſſio † ad perpetuā rei me- 1
moriam, in optima & meliori
forma, nimirū ad tranſumenda
inſtrumēta, brieffliche vrkhunden auffzu-
nhemen/&c. in Camera non decernitur,
ſed tātùm in cōmuni forma, hoc eſt, ad
recipiendū & examinandum teſtes, & rē
controuerſam oculis ſubijciendam. Ra-
tio deſumitur ex c. quoniam frequenter.
vt lit. non conteſt. quòd videlicet huiuſ-
modi commiſſiones decerni nō debeāt,
niſi vel ob ætatem, vel valetudinem ad-
uerſam, aut diuturnam abſentiam teſti-
um, vt ſup. Obſerua. 92. dictum eſt: ſed in
recipiendis & tranſumendis inſtrumen-
tis nullum ſubeſt periculum interitus:
diligenter enim cuſtodiri debent, & po-
ſtulante neceſſitate quādocunq; produci
poſſunt. argum. l. cæteræ, §. fin. cum l. ſeq.
ff. famil. erciſcund. Prætereà in caſu
ceſſita-

2 neceſſiatis inſtrumentorum † exẽplatio
legitimè fieri poteſt, nimirum parte, cu-
ius intereſt, ad hoc legitimè citata, per
notata Dd. in Auth. ſi quis in aliquo. C.
de eden. Iaſ. ibi. nu. 5. Canoniſt. cõmuni-
ter in c. fi. de fid. inſtru. Feli. ibid. nu. 6. cũ
ſeq. vbi ſex caſus refert, quibus nõ eſt ne-
ceſſaria partis citatio. Rota deciſ. 1. circ.
fi. eod. tit. in nouis. Panor. pulchrè in c.
Albericus. nu. 5. de teſtib. Spec. de Inſt. e-
dit. §. 3. Alex. conſi. 112. nu. 1. vol. 4. incip.
in cauſa & lite, vbi docent, quid requira-
tur ad hoc, vt exemplum fidem faciat.
Proindè Iudex in decernendis huiuſmo
di commiſſionibus ad perpetuã rei me-
moriam circumſpectus eſſe debet, ne eas
in meliori forma, hoc eſt, tam ad recipi-
endos teſtes, quàm inſtrumentorũ exem
pla decernat, licèt partes hoc plerunqne
petant. Prætereà obſeruandum, quòd in
huiuſmodi commiſſionibus ad perpe-
3 tuam rei memoriam, nulla certa † dila-
tio probandi ſupplicanti detur, eò quòd
dilationem iuris habeat, nimirùm ſi ſit
futurus actor, annum, tex. in d. c. quoniã
frequenter: ſi verò reus, quòd pro ſuo ar-
bitrio qnandocunq; velit teſtes produ-
cere poſſit: quòd ſi interim moriãtur te-
ſtes, mora ipſi imputabitur, per vulgata.
Deniq; ad euitandũ nullitatẽ certa dila-
tio dari nõ poteſt, quid enim ſi intrà ter-
minum examen abſolui nequeat? neque
enim hoc caſu ſecunda vel tertia dilatio
dari conſueuit, & ita Camera obſeruat.
4 An autẽ † pars aduerſa, cõtra quam pro-
ducũtur teſtes, citari debeat ad videndũ
iurare teſtes, & dandum interrogatoria,
dubitari ſolet. Dicendum breuiter, quòd
ſic regulariter, ſi non ſit periculum in
mora, vt latiùs declarat Soci. in d. c. quo-
niam frequenter, num. 11. verſ. Primò re-
quiritur, quem ad hoc omninò vide. idẽ
in tract. citatio. art. 7. num. 16. Similiter
Panor. in d. c. Albericus. num. 3. cum alle
gatis ibi, Lanfranc. in c. quoniam cõtra.
de probat. c. 8. num. 35. Port. communi. o-
pinionum. lib. 1. cõcluſ. 43. in 26. amplia-
5 tione. Imò vt citatio † partis, ad videndũ
iurare teſtes, examen præcedat, magnum
habet effectum, vt tradit Socin. d. c. quo-
niam frequenter. num. 11. verſ. ſecundò
requiritur: videlicet, quòd tali caſu poſſit
produci examen ad perpetuam rei me-
moriam ab actore, etiamſi poſt annum
actionem inſtituat, quia ceſſat ratio pro-
hibitionis, quæ traditur in d. c. quoniam
frequenter.

OBSERVATIO CXV.

De Interrogatorijs.

SVMMARIA.

1 Interrogatoria inutilia reijcienda.
2 Interrogatoria ſunt quadruplicia.
3 Effectus interrogatoriorum.
4 Vnde ſumenda.
5 Teſtis extra articulum deponens non probat.
6 Copia interrogatoriorum parti aduerſæ nõ danda.
*7 Examen an valeat ſi teſtis non rogetur ſuper inter-
rogatorijs.*
*8 Iudex non datis interrogatorijs tamen ſuper omni-
bus circumſtantijs interrogare debet.*
*9 Interrogatoriorum exhibitio voluntatis nõ neceſſi-
tatis eſt.*

IN conficiendis interrogatorijs
grauiſſimè ab aduocatis pecca-
tur, dum in generalibus interro
gatorijs, non ſine maximo partis produ-
centis ſumptu, & iudicis ſummo tædio,
aliquot paginas inutiliter cõplent. Vndè
commiſſarius examinis circumſpectus 1
eſſe, & † inutilia interrogatoria tã gene-
ralia quã ſpecialia ex officio reijcere de-
bet, iuxta notata Spec. in titu. de teſt. §. iã
de interrogatorijs. nu. 3. vbi pleniſſimè,
glo. elegãs in c. præſentiũ. §. teſtes etiã, in
verbo interrogatoria: de teſtib. libr. 6. vbi
docet quomodo debeãt concipi interro
gatoria, & ibid. Canoniſt. Bald. in l. teſti- 2
um. nu. 11. C. eod. tit. vbi notat † interro-
gatoria in quadruplici eſſe differentia,
quædã ſubſtantialia, quædam cohæren-
tialia, quædam ad cautelã, & quædam in-
utilia, de quibus vt ibi per eum. Effectus
† eorũ eſt, vt teſtes ad variationẽ & con- 3
traria inducantur, Marant. in locis infrà 4
citatis. Regulariter aũt ex ipſis † articulis
formanda ſunt interrogatoria, ſiue ro-
gationes: quia extra articulum interro-
gati teſtes nullã fidem facerent, eò quòd
non iurati deponerent, text. in c. de teſti-
bus, ext. de teſtib. gloſ. ibid. in verbo, non
iurati. & Panorm. num. 1. glo. in d. c. præ-
ſentium. Iaſ. in l. ſi duo patroni. §. idem
Iulianus, num. 26. cum ſeq. ff. de iureiur.
vbi omninò vide, quandò † teſtis dicatur 5
deponere extra articulum, & ad iudicis
officium pertinet, accuratè dicta teſtium
exami-

examinare, vtrùm ad propoſitum, vel
extra propoſitum deponant. text. in c. cũ
cauſam, de teſtib. text. not. in l. 3. ff. eod.
titul. Bald. in l. teſtium nnmer. 6. C. eod.
vbi hoc declarat. Profectò plurimũ mo-
menti, & artificij poſitũ eſt in ipſis inter-
rogatorijs, nonnunquã plus incõmodãt
quã cõmodant ipſi exhibenti: quia ex de-
poſitionibus teſtium ad interrogatoria
quandoq; fundatur & probatur intentio
producentis. Proindè diligens & erudi-
tus aduocatus, in cõficiendis interroga-
torijs accuratè omnes cauſæ principalis
circumſtantias expẽdere debet, ne inter-
rogatoria cõficiat ſuper eo quod proba-
rum magis parti ſuæ nocere, quã prodeſ-
6 ſe poſſit. Copia † aũt interrogatoriorũ,
ſecundùm veram & communem con-
cluſionem, parti aduerſæ danda nõ eſt:
idq; nè malignandi detur occaſio, eò ꝙ
producens teſtes poſſet eos ſuper huiuſ-
modi interrogatorijs inſtruere, & verſa-
re teſtes, vt cum Quintilia. loquar, atque
ſic falſitati anſam præbere, ſed cõmiſſa-
rius, vel iudex ex officio, illa examinare,
& impertinentia, vt dixi, reſecare poteſt,
glo. in d. c. præſentium, §. reſtes etiam, in
verb. interrogatoria. Inno. in c. per tuas.
num. 2. & ibid. Feli. nu. 3. & communiter
Canoniſt. eod. tit. Maran. par. 6. tit. de in-
terrogatione, num. 18. cum ſeq. mihi fol.
406. Idem tit. de interrogatotiorum pro
ductione, mihi fol. 455. Copia verò arti-
culorum parti cõtra quã producũtur te-
ſtes omninò dari debet, Innoc. & alij vbi
ſupra. Quid autem ſi commiſſarius do-
7 lo, culpa, vel negligentia, teſtem † ſuper
interrogatorijs nõ examinauerit, an exa-
men erit nullum? Minimè, ſed ad partis
poſtulationem, teſtis ſuper interrogato-
rijs omiſſis, etiam poſt publicationem
atteſtationum repeti poteſt, per tex. In c.
per tuas, de teſtib. gloſſ. ibid. in verbo, au-
diendum, tex. in c. cauſam quæ, el. 2. eod.
tit. gloſſ. ibid. in verbo, alijs, Specul. loco
citato. Alexan. conſil. 72. nu. 9. volum. 2.
inci. Viſis, & opportunè diſcuſſis. Schurf.
cõſi. 86. nu. 2. cent. 2. incip. Ad clarè oſtẽ-
dendum. Maran. vtrobique in locis alle-
gatis, quod eſt ſingulariter obſeruãdum.
8 Non † datis intettogatorijs, iudex ſiue
commiſſarius ex officio prudẽter de ſin-
gulis circunſtantijs, de cauſis ſcientiæ, de
loco, tempore, viſu, auditu, ſcientia, cre-
dulitate, fama, & certitudine inquirere,
& cuncta plenè conſcribi curare de-
bet, per text. notab. in c. cum cauſam,
de teſtib. gloſſ. ſing. ibid. in verbo, de cau-
ſis, & verbo, tempore, vbi hi verſus no-
tantur.

Auditus, viſus, perſona, ſcientia, cauſa
Fama, locus, tempus, ac certum, credulitasq́,
Dum teſtes recipit, iudex hæc cuncta notabit.

Vide alios verſus in glo. c. 2. in verbo, vi-
liſſimi, eod. titul. & text. ſing. in d. l. 3. ff.
eod. & obſerua, quod † interrogatorio- 9
rum exhibitio non ſit neceſſitatis, ſed
voluntatis: citatur is contra quem teſtes
producuntur, ad vidẽdum iurare teſtes,
& ad dandum interrogatoria ſua, poteſt
ergo ſi vult iuramento teſtium intereſſe
& exhibere interrogatoria, ſi nihil horũ
facit, commiſſarius nihilominus teſtes
recipere, & eos parte citata abſente exa-
minare, & ex officio interrogationes ꝓ-
ponere poteſt, Caſtr. ſing. in l. vnica. §. is
videtur, nu. 4. in fin. ff. ſi quis ius dic. non
obtemp. Alex. ibid. nu. 7. ſecùs eſſet ſi ob
egitimum impedimentum comparere
in termino præfixo non poſſet, per no-
tata infrà, Obſer. ſeq.

OBSERVATIO XCVI.

Examen teſtium an alteri iudici committi poſſit.

SVMMARIA.

1 *Commiſſarij quomodo in Camera deputentur, & qui dicantur confidentes.*
2 *Commiſſio in communi vel optima forma quæ dicatur.*
3 *Commiſſio in optima forma quandò decernenda.*
4 *Pars aduerſa ad extractionem inſtrumentorũ &c. citanda.*
5 *Articuli probatorij commiſſario tranſmittendi.*
6 *Pars producens etiam citatur ad videndum produci & audiendum iurare teſtes.*
7 *Pars producens directorium & deſignationem exhibere debet, ſuper quibus teſtes examinandi.*
8 *Parte aduerſa citata legitimè impedita, examẽ differtur, alioquin nullum.*
9 *Rotulus à commiſſario obſignatus iudici tranſmitti debet.*
10 *In criminalibus receptio teſtium committi non poteſt.*
11 *Fallit in cauſis fractæ pacis.*

IVdex poteſt cõmittere examinationẽ
abſentium teſtium iudici illius terri-
torij, ſub quo teſtes degunt, & mandare
parti.

partibus,quòd coram eo comparcant:&
hoc ſiue teſtes ab actore,vel reo , ad pro-
bationẽ poſitionalium vel defenſiona-
lium,aut alicuius inſtrumenti reproba-
tionem producãtur,per tex in l. iudices,
& ibid.Bald.in prin.C.de fid.inſtr.tex.in
Auth.de teſtib.§.& quoniam ſcimus. In
1 Camera † commiſſarij à partibus nomi-
nantur,nominati plerunque deputãtur,
vel in eorum locũ, ſi ex iuſtis cauſis ſuſ-
pecti allegantur, nec idonei iterùm no-
minentur, ex officio alij conceduntur,
cum poteſtate adiungendi notarium nõ
ſuſpectum,per tex.notabilem.in c.ſtatu-
tum.§.inſuper.§.aſſeſſorem, de reſcript.
in 6.vbi glo.de confidentib.in verbo,ſu-
ſpectum,& tex.in eod.c.ſtatutum, §. no-
tarium.In Italia hinc inde à partibus dã-
tur confidentes, hoc eſt, ab vtraque par-
te nominantur commiſſarij non ſuſpe-
cti,in ſchedula quadam,quæ neutri parti
communicatur,ſi partes in eoſdem Cõ-
miſſarios concurrunt , & conſentiunt,
res expedita eſt:hoc eſt dantur illi Com-
miſſarij,qui vtrique parti ſunt confiden-
tes,hoc eſt,in quos ſimul concurrunt,&
conſentiunt,de quibus cõfidentibus vi-
de Fel.in c.ſuper quæſtionum.num.11.de
offi.& poteſt.iudic.deleg.poſt gloſſ.ibid.
in verbo,verum,per illum tex.Spec.titu.
de requiſit.conſilij. §.1. verſ. ſcias igitur.
Verũ illa practica in Camera non obſer-
uatur:ſed oppoſitis exceptionibus legiti-
mis contra nominatos Commiſſarios,
per interlocutoriam imponitur neceſſi-
tas nominandi alios Commiſſarios, vel
vt dixi,ex officio nõ ſuſpecti dãtur, quia
ius in inuitum redditur,tex.in l.inter ſti-
pulantem,§.1.ff.de verbor.oblig.gloſ.in
d.c.ſuper quæſtionum,§. verum. Com-
2 miſſiones † verò vt plurimùm in cõmu-
ni forma,purà ad recipiendos teſtes tan-
tùm , raròin optima forma, videlicet,
brieſſlich vrkhunden auffzunhemen/ id eſt,
ad recipienda,& tranſumẽda inſtrumẽ-
ta decernuntur,quia inſtrumenta in Ca-
mera iudicialiter in vim probatiõis pro-
duci debẽt, ſub communi autem forma
ocularis inſpectio comprehenditur:hoc
eſt, vt Commiſſarius,ſi negotij qualitas
hoc requirat,rem oculis ſubijciat, & in
rem præſentem eat,iuxta tex.in l.ſi irru-
ptione,§.ad officium,ff.fini. regund.tex.
in l.1.C.de Cano.frumenta. vrb. Romæ
lib.11.quòd tamẽ nominatim in ſentẽtia
exprimi ſolet.In optima & pleniore for-
ma cõmiſſiones † tunc demùm ſunt de- 3
cernẽdæ,quoties periculũ ſubeſt in trãſ-
miſſione inſtrumentorum: qualia ſunt,
quæ in archiuis inter monumenta pub-
lica aſſeruantur,itẽ teſtamenta ampliſſi-
marũ hæreditatum, quorum originalia
ſine periculo tranſmitti nõ poſſent. Idẽ
etiam obtinet in priuatorum inſtrumẽ-
tis tempore belli, quandò itinera ad lo-
cum iudicij tuta nõ ſunt.d.l. iudices. Vbi
Bald. hoc notat in princip. & † tunc de- 4
bet quoque pars aduerſa citari ad vidẽ-
dum produci huiuſmodi inſtrumenta,
per notata Bart.in l.item illa. ff. de con-
ſtit.pecun.Felj.in c.2.nu. 31. de teſtib. Ar-
ticuli † ſuper quibus teſtes examinandi 5
ſunt,vnà cum commiſſione Commiſſa-
rio trãſmittuntur,qui poſteà partem ad-
uerſam,ad dandum ſua interrogatoria,
ſi velit,& ad vidẽdum iurare teſtes, præ-
tereà ipſos teſtes ad teſtimonium per-
hibẽdum citare,& de facta legitima exe-
cutione citationis apud acta probatoria
fidem facere debet,tex.in d.c.2.de teſtib.
gloſſ.ibid.in verb.audire, & in verb. ad-
monendus.Panor. ibid. nu. 10. ſimiliter
Feli.nu.31.cum ſeq.glo.in c.2.in verb.in-
terrogatoria,eod.tit.in 6.quam omninò
vide,& tex.in l.ſi quandò.C.eo.tit.& d.l.
iudices.Alex.in l.vnica.§. is videtur. nu.
7.ff.ſi quis ius dicen. non obtemp. Cita-
tur etiam † pars producens teſtes, ad vi- 6
dendũ recipi,& iurare teſtes, **Baiden thei-
len wirdt der verhoirs tagh verkundiget/** &
ſic vtraq; parte præſente teſtes iurare de-
bẽt,per tex,in d.l.iudices.gl.ibid.in verb.
depoſitionibus,tex. in d.c.2. de teſtib. gl.
ibid.in verb.audire,Feli.nu.3.Panor.&a-
lij ibid. Item pars † producens debet ex- 7
hibere directorium ſiue deſignationem
articulorum , ſuper quibus ſingulos te-
ſtes examinari cupit,gloſſ.notab.in d. c.
2.in verb.nomina,de teſt.in 6.Quòd † ſi 8
pars aduerſa citata ad videndum iurare
teſtes, ex neceſſaria cauſa venire neque-
at,idque doceat, examen in aliud tem-
pus extrahi debet:id niſi fiat,receptio te-
ſtium , & eorum teſtimonia non vale-
bunt,Felin.in d.c.2.nume.3.poſt gloſſ.in
verbo,audire. Goden in ſua pract. rubr.
17.nume.6.facit text.in l.quæſitum.ff.de
re iudic. Si verò teſtes ritè citati contu-

O maci-

macitet comparere nolint, mãdatis pœ-
nalibus coërceri poſſunt, tex in l. ſi quan
dò. C. de teſtib. & not. titu. extr. de teſtib.
cog. Examinatis autem ritè & ſigillatim.
C. nam ita examinati debent, nõ in tur-
ba, tex. in c. venerabili, de teſtib. gloſſ. ibi.
in verbo, ſigillatim, & in d. c. 2. eod. tit. in
verbo, venire, facit tex. in l. nullum, C.
eod. tit. de teſtibus; iiſdemq́; ſilentiũ im-
9 poſitis, Commiſſarius † rotulum, ſiue at-
teſtationes partibus nõ communicare:
ſed ſuo ſigillo obſignatum ad commit-
tentem tranſmittere debet, tex. in c. cùm
clamor. ext. de teſtib. tex. in c. cõſtitutus,
§. fi. de fideiuſſorib. Tancred. lib. 3. titu. de
teſtib. produc. in princ. facit tex. in l. cùm
ab initio. ff. quemadmodũ teſtam. aper.
corã quo poſtea ad inſtantiã partium pu
blicatio facienda eſt, d. l. iudices, vbi Bal.
& Ang. in d. §. & quoniã. ſcimus. Suptadi
ćta aũt cõcluſio, ꝙ examen alteri cõmit-
ti poſſit, tantùm in cauſis ciuilibus obti-
10 net: ſecùs eſt in † criminalibus, in quibus
teſtium receptio cõmitti nequit, per tex.
notabilem in Auth. apud eloquentiſſi-
mum, C. de fid. inſtru. & tex. in l. 3 §. idem
Diuus. ff. de teſtib. ibi, nam ipſos interro-
gare ſoleo; tex. in c. teſtes. §. de his etiam,
3. q. 9. Dd. in c. cùm cauſam. de teſtib. Feli.
ibid. nu. 21. cum ſequen. vbi hoc quinque
modis limitat, tex. in Clem. vnica, de of-
fi. iudi. deleg. glo. ibi in verb. ciuili. d. §. &
quoniã. Auth. de teſtib. glo. in c. 2. in ver-
bo, prohibẽte, de iud. in 6. Rom. ſing. 397.
nu. 2. incip. perſonæ egregiæ. Sed Bald. in
d. Auth. apud eloquentiſſimũ. nu. 1. exi-
ſtimat etiã in criminalibus commiſſio-
nem fieri poſſe publicæ vtilitatis gratia,
nè delićta maneant impunita. Cuius opi
nionem Camera quotidiè, in decernen-
11 dis commiſſionibus, in cauſis † fractæ pa
cis ſequitur, quas criminales eſſe cõſtat:
cùm eo iudicio condemnatus vitã cum
fortunis amittat, & omnium offenſioni
impunè exponatur, vt in tractatu de pa-
ce publica prolixiùs dićtum eſt.

OBSERVATIO XCVII.

An Commiſſarius Principis vices ſuas alteri ſubdelegare poßit.

SVMMARIA.

1 *Nudus miniſter ſubdelegare non poteſt.*
Commiſſarius examinis conſenſu partium ſubdelegare poteſt. ibid.
2 *Actus per alium explicari non poteſt, quando induſtria perſonæ electa eſt.*
3 *Inter artifices magna eſt differentia.*
4 *Doctor an per ſubſtitutum legere poßit.*
5 *Cauſa commiſſa cum clauſula, Conſcientiam tuam grauamus: an cenſeatur electa induſtria perſonæ.*
6 *Et quid ſi in reſcripto dictum ſit, Per te cognoſcas.*
7 *Delegatus ſubdelegare non poteſt.*
8 *Fallit in delegato Principis.*
9 *Delegatus Principis maior eſt quolibet ordinario.*
10 *Differentia Commiſſariorum in recipiendis & examinandis teſtibus.*
11 *Ordinarius delegare poteſt cùm poteſtate ſubdelegandi.*
12 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum ſubdelegare poteſt.*
13 *De vicarijs Principis & Epiſcopi.*
Delegatus ſimpliciter, nõ ad futuras, ſed ad præſentes & lites certas dicitur delegatus. ibid.
14 *Principis delegatus an cauſas criminales ſubdelegare poßit.*
15 *Commißio cauſarum vſq; ad ſententiam diffinitiuam excluſiuè valet.*
16 *Iudex ordinarius poteſt proceſſum reſeruata ſibi ſententia committere.*

CVI commiſſa eſt teſtiũ exami-
natio, eã alteri ſubdelegare, &
cõmittere nõ poteſt, niſi parti-
um cõſenſu & volũtate hoc fi-
at, tex. in c. fi. §. 1. de offi. deleg. gloſſ. ibi. in
verbo, vt perſonaliter. gl. in Clem. vnica.
in notabilib. & verbo, iudices. eod. tit. vbi
Zabarel. in §. fin. nu. 6. cũ ſeq & commu-
niter Dd. Spec. titu. de teſt. §. qualiter au-
tem, nume. 24. & in §. nunc tractandum.
nu. 21. in fi. eod. titu. Panor. in c. cùm Ber-
toldus, nume. 27. de ſent. & re iudic. vbi
concludunt, quandò † nudum miniſte- 1
rium eſt commiſſum, quòd tunc Cõmiſ-
ſarius ſubdelegare non poſſit, tex. in d. c.
fin. §. fin. de offic. iud. deleg. cùm in hoc
perſonæ induſtria electa ſit, text. in d. c.
fin. §. is autem, in fine. Et regulariter † a- 2
ctus per alium explicari nõ poteſt, quo-
ries induſtria perſonæ electa eſt, text. val-
dè ſingularis in l. inter artifices. ff. de ſo-
lutionib. text. in l. vnica. §. ſin verò talis.
C. de caduc. toll. text. & gloſſ. in d. c. fin.
Felin. ampliſſimè ibid. & cõmuniter Dd.
tex. in l. ſeruus ſi hæredi, in fi. ff. de ſtatu
libe. Hinc eſt, quòd iuſſus à teſtatore, vel
quolibet alio ædificare domum, vel ta-
bulam pingere ſuis manibus, non poſſit
hoc alteri demandare: eſt enim inter

† arti-

artifices longa differentia, & ingenij, &
naturæ,& doctrinæ , & inſtitutionis, Ita
tex.in d.l.inter artifices,&d.l.vnica.§.ſin
verò talis , ſicut de claris pictoribus præ.
clarè ſcribit Quintil.libr.12.cap.12. Hinc
4 quoq; eſt ꝙ † Doctor habens ex publico
ſalarium,vicaria opera vti, & per ſubſti.
tutum legere non poſſit,vt notat Bar. in
l.nemo eſt qui neſciat. nu.5.ff. de duob.
Reis. Afflict.deciſ.226.nu.2.Marcus Mā.
tua ſing.32.nu.1.Iaſ.in l.1. nu.12.ff. de of.
fic.eius cui mand. eſt iuriſdict. niſi con.
ſuetudine aliter receptum ſit, vel ſubſti.
tutus parem eruditionis opinionem &
commendationem apud omnes habe.
at,Dd.vbi ſupr.ob infirmitatem quoque
per ſubſtitutum docere poſſet, per nota.
ta Iaſ.in d.l.1.num.79.vbi dicit quòd ra.
tione infirmitatis poſſit quis per ſubſti.
tutum ſeruire,tex.in c. ſi pro debilitate,
de offic. deleg. plura exempla vide apud
Felin.in d.c.final. An autem induſtria
perſonæ electa videatur, ſi facta ſit dele
5 gatio cum † clauſula illa : Cauſam tibi
committimus,in qua conſcientiam tu.
am oneramus,vide Imol.Feli.& Panor.
in d.c.fin.de offic.deleg.gloſſ. in c. ſtatu.
tum.§.aſſeſſorem,in verbo,relinquatur,
de reſcrip.In 6.Bal.in d.c. ſi pro debilita.
te.Iaſ.in l.à.iudice.nu. 11. in quinta limi.
tatione.C.de iud.idem in d.l.1.nume.12.
& 29.ff de offic.eius, vbique concludūt,
vigore talis clauſulæ induſtriam perſo.
næ electam eſſe, & ſubdelegationem lo.
cum non habere : etſi nonnulli aliter
ſentiant,próut refert Iaſ.vbi ſuprà.Si ve.
6 rò in † reſcripto Principis ſimpliciter
dicatur : Per te cognoſcas , non cenſeri
electam induſtriam perſonę,communi.
ter placuit,Iaſ.in d.l.1.nu.30. Sed quid ſi
delegatio facta ſit cum clauſula, quæ ſo.
let communiter inſeri delegationibus
& cōmiſſionibus , videlicet, Committi.
mus tibi cauſam talem,de tua prudentia
plenè confidentes,an cenſeatur tali caſu
induſtria perſonæ electa. Quod magis
placet,per notata Felin.In d.c.ſi.de offic.
iudic.deleg.vbi vide pleniùs,quandò di.
catur electa induſtria perſonæ,& quibus
argumentis id cognoſcatur. In Camera
ſubdelegationes quæ fiunt à Commiſſa.
rijs ad examinationē teſtiū datis, admiſ.
ſas memini,vt in cauſa Tubingen/cōtra
7 Abbatem in Fultenbach: nam licèt † de.
legatus ab ordinario regulariter ſubdele
gare non poſſit,cùm non habeat propri.
am iuriſdictionem,ſed mandatam:& ſic
alieno beneficio vtatur , text. in l.more
maiorum,cum l.ſeq.ff.de iuriſdic.omn.
iud.text.in d.l.à iudice. vbi latè Iaſ. nu.3.
cum ſeq. hanc regulam cum ſuis ampli.
ationibus & limitationib.egregiè decla.
rat:tamen hoc non procedit in † delega 8
to ſummi Principis,nam is ſubdelegare
poreſt pro ſuo arbitrio,etiā inuitis parti.
bus,p tex.in c.ſuper quæſtionū.§.ſi verò,
de offi.deleg.tex.in c.cū cauſam.§. man.
damus.de appel.glo.ibid.in verbo, dele.
gatus.text.in d.l.à.iudice. Iaſ.ibid.nu.11.
vbi omninò vide ampliationes, & limi.
tationes,tex.in d.c.fin.de offi.deleg. Ra.
tio,quia † delegatus Principis in cauſa ſi. 9
bi commiſſa maior eſt quolibet ordina.
rio,text.in c.paſtoralis.§.prætereà,de of.
fic.iud.ordina.& in c.ſanè. el.2. de offic.
deleg.& in d.c. fin. §. fin. At ordinarium
ſubdelegare poſſe notum eſt , text. In l.
vnica.C.qui pro ſua iuriſdict.& d. l. mo.
re maiorum.Iaſ.ibid.nume. 1. ergò mul.
tò fortiùs delegatus Principis , cùm ma.
ior ſit quolibet ordinario , ſubdelegare
poteſt,Iaſ.in d.l.à iudice. nume. 11. Bald.
& alij ibid. Sed Cameram ſummi Prin.
cipis,videlicet Imperatoris,iudicium eſ.
ſe conſtat , vndè delegatus eius rectè
ſubdelegat:niſi,vt dictum eſt,ſpecialiter
electa ſit Induſtria perſonæ , text. in d.
Clem.1.de offic.deleg. & in d.c. fin. §. 1.
eod. titul. vbi latiſſimè Felin.Panorm.in
d.c.cùm Bertoldus,vbi dicit,quòd Com.
miſſarius deputatus à Pontifice ad exa.
minandos teſtes, poſſit vices ſuas alteri
delegare,per tex.In d.Clemen. 1. vbi ele.
gans gloſſ. diſtinguens inter † recepto. 10
rem,& examinatorem teſtium:quòd re.
ceptor ſubdelegare poſſit, cùm habeat
iuriſdictionem in recipiendis teſtibus,
citationibus decernendis, ad teſtimoni.
um perhibendum , & dandum interro.
gatoria, deferendo iuramentum, teſtes
contumaces & inciuiles puniendo , cæ.
teraque omnia expediendo , quæ ad exa.
minationē pertinēt,tex.in l.nullū,in fin.
C.de teſtib.examinator verò ſubdelega.
re nequeat,cùm nullā iuriſdictionem ha
beat : ſed tantùm nudum miniſterium
examinandi teſtes, poſtquàm à delegato
citati ſunt,& iuramentum iam præſtite.

runt. per tex. notab. in d. c. fin. §. 1. & §. fi.
de offi. deleg. vbi dicitur eũ cui nudũ mi-
niſterium cõmittitur, vices ſuas alteri
cõmittere non poſſe. Et quotidiè vide-
mus Imperatorẽ dare iudices, & cõmit-
tere cauſas Principibus, & Statibus Impe
rij, qui poſteà per ſuos ſubdelegatos putà
Conſiliarios, mandatã iuriſdictionẽ ex-
11 ercent: Poteſt etiam quilibet † ordinari-
us delegate cauſam cum poteſtate & fa-
cultate ſubdelegandi, argumento. l. non
diſtinguemus. §. quæſitum. ad fi. ff. de ar-
bitr. gloſſ. notab. in c. is cui. in verbo, per
aliũ. de offi. deleg. in 6. Imol. in d. Clem.
vnica. eo. tit. vbi communem dicit, Bart.
in d. l. more maiorum. Iaſ. in d. l. à iudi-
ce. num. 8. in tertia limitatione, vbi dicit
veram eſſe limitationem, quòd delega-
to poſſit concedi facultas ſubdelegandi.
vide glo. in d. c. ſtatutũ. §. portò. in verb.
12 transfert totã. de offi. deleg. Prẹtereà † de-
legatus ad vniuerſitatẽ cauſarum rectè
ſubdelegare poteſt: quia talis delegatus
habetur pro ordinario, tex. in l. cùm prẹ-
tor. §. 1. ff. de iud. glo. in d. c. cùm cauſam.
& d. c. ſuper quæſtionum. §. ſi verò. gl. in
d. l. à iudice. Iaſ. ibid. nu. 8. vbi dicit, dele-
gatum ad vniuerſitatem cauſarum eum
dici, cui ſub nomine territorij fit delega-
tio, cui oẽs cauſæ territorij alicuius de-
mãdantur, Bart. Bal. & Salic. in l. 1. ff. quis
& à quo appelletur. Imperator plerumq;
13 in Italia † vicarios conſtituit, ob loci di-
ſtantiam, qui iuriſdictionẽ vniuerſalem
habẽt ad omnes cauſas, præſentes & futu
ras: & conſueuit etiam huiuſmodi dele-
gationes facere ad vniuerſitatem cauſa-
rum, ratione alicuius territorij, ne ſubdi-
ti magnis ſumptibus extra prouinciam
euocentur. Et de vicarijs Principum &
Epiſcoporum, atq; eorum poteſtate vi-
de omninò Iacob. de S. Georg. in verbis:
vicariusq; perpetuus. Dd. in Clem. etſi
principalis. de reſcrip. & tex. in c. ad hæc.
& in c. ſuã nobis. de officio vicarij. gloſſ.
ibid. in verbo irritum. Poſſunt aũt huiuſ-
modi delegati vniuerſitatem cauſarum
ſubdelegare vnam cauſam, ſed non to-
tam vniuerſitatem, vt tenet gloſſ. in d. c.
cùm cauſam, & Iaſ. in d. l. à iudice. vbi vi-
de. Quòd ad ſimplicem Delegatum atti-
net, putà qui ad certas cauſas datur, me-
moria tenendum, non dari reſcriptum,
neq; Commiſſionem decerni ad lites fu
turas & adhuc incertas, ſed tantũ ad prẹ-
ſentes certas, de quibus iam cõtrouerſia
mouetur, per tex. not. in c. fin. de reſcrip.
glo. ibid. in verbo, ad futuras, & pulchrè
Felin. ibid. num. 16. Curt. Iunior, conſil.
195. nu. 15. vol. 3. incip. præſupponitur: ſi-
cut nec iuramentum, neque renũciatio
ad futura extenduntur, text in c. veniẽs,
de iureiur. & in l. fin. C. de non nume. pe-
cu. cum ſimilibus, idq́ue in multis alijs ca
ſibus obtinet, quos refert Felin. in d. c. fi.
Et ideo delegatio vel commiſſio ad fu-
turas lites, & adhuc incertas, petentibus
vel ſupplicantibus denegari debẽt, quia
id ſuper quo agẽdum eſt, debet prius eſſe
in rerum natura, per text. elegantem in
l. quidam referunt, §. 1. ff. de iur. codicill.
gloſſ. in d. c. fin. de reſcript. quæ ad hoc
plura allegat, & facit text. expreſſus in
l. item eorum, §. ſed ſi ita, ff. quod cuiuſ-
que vniuer. nomi. vbi dicitur ipſo iure
non valere decretum datum ſuper ea re,
quæ adhuc in controuerſia non eſt. Ad
idem facit text. in c. ad audientiam, el. 2.
de eccleſ. ædific. vbi collegio quod non-
dũ eſt, non datur priuilegiũ, glo. ibid. in
verbo, non poſſumus. facit tex. in l. 1. §. 1.
ff. cõmu. prẹd. Non enim ante ratio quẹ-
renda, quam perſona, tex. in d. l. quidam
referunt, §. 1. tex. in c. ad diſſoluendum, §.
1. de deſponſ. impub. gloſſ. ibid. in verbo,
accuſari. Et hæc diligẽter in praxi obſer-
uanda ſunt. An aũt delegatus † Principis 14
poſſit cauſas meri vel mixti Imperij ſub-
delegare putà cauſam homicidij, valdè
apud interpretes controuerſum eſt. Cõ-
munis opinio eſt quòd ſic, per text. in l.
vnica, C. qui pro ſua iuriſdict. ibi, nullo
perſonarum, cauſarúm ve habito tracta-
tu, glo. ſingularis ibid. in verbo, iudican-
das: vbi Bart. Bald. Ang. & Caſtr. & com-
muniter Dd. idem tenẽt, Iaſ. in d. l. 1. nu.
63. cum ſequen. de offic. eius cui mand.
eſt iuriſd. vbi in vtramque partem pro-
lixè diſputat, & multorum authoritates
allegat, concludendo pro hac parte affir
matiua, Barto. latè ibid. Iaſ. in d. l. à iudi-
ce. num. 11. in quarta limitatione. Impe-
rator quoque in grauioribus cauſis ſolet
iudices dare, & cauſas † committere ad 15
inſtruendum tantùm proceſſum, & pro-
cedendum coram iudice delegato, vſq;
ad ſententiam diffinitiuam excluſiuè:
Poteſt † enim quilibet iudex ordinarius, 16
publi-

publicis occupationibus impeditus, de-
legare proceſſum, reſeruata ſibi ſenten-
tia, text. in Auth. ad hæc. C. de iudic. Iaſ.
ibid. nu. 1. text. in l. placet. la. 1. C. de peda-
ne. iudicib: vide gloſſ. in d. c. ſuper quæ-
ſtionum. in verbo, in princ. d. c. ſi pro
debilitate. de offic. deleg. & Iaſ. in. d. l. 1.
nume. 77. cum ſequ. quem omnino vide,
an propter infirmitatem, vel diurnam
abſentiam cauſæ delegari poſſint, & cō-
muniter Dd. ibid. quia materia iſta eſt
ampliſſima.

OBSERVATIO XCVIII.

*Commiſſarius inferioris iudicis an te-
ſtem immediatè Imperio ſubiectum
examinare poſſit.*

SVMMARIA.

1 *Mandatum pœnale contra teſtem.*
2 *Commiſſarius Cameræ.*

QVandò deputatur Commiſſarius
ab inferiore iudice, ad examinan-
dum teſtes, ſi in numero teſtium aliquis
ſit immediatè Imperio ſubiectus, qui
citatus comparere nolit, Commiſſarius
non poteſt teſtem ad perhibendum te-
ſtimonium compellere, idque propter
defectum iuriſdictionis, & poteſtatis:
quia inferior iudex, qui Commiſſarium
dedit, iuriſdictionem in teſtem non ha-
bet, & ſic impunè ei non paretur, per tex.
in l. fin. ff. de iuriſdict. omn. iud. Quare ta-
li caſu Commiſſarius, vel ipſa pars pro-
ducens teſtes, Cameram tanquā ſuperio-
rem iudicem adire, & per viam ſupplica-
1 tionis † mandatum pœnale contra ta-
lem teſtem ad teſtificandum petere de-
bet, quod ibidem decernitur. Inſcriptio,
ſiue titulus ſupplicationis huiuſmodi eſ-
ſe ſolet: Supplicatio, pro mandato pœ-
nali, ad præſtandum iuramentum, & te-
ſtificandum. Decretū hoc modo cōcipi-
tur, Seindt gebott / vnnd befelchs brieff /
in conſueta forma erkhendt / id eſt, man-
data, & compulſoriales in conſueta for-
ma decernimus. Ita factum in cauſa Ni-
colai Stadtler / contra Nicolaum Jaxt-
heim / 19. Febr. anno 57. Item in cauſa An-
næ Riethеim / contra Hieronymū Fuchſ-
tern / vbi ipſa pars ſupplicârat pro man-
dato pœnali, 3. Iulij, anno 61. Similiter
factum in cauſa Iohannis Proſſen / con-
tra Philippum à Gemmingen / 7. Sep-
tembr. anno 64. Quandoque in hoc ca-
ſu, partes pro noua cōmiſſione ad exami-
nandos teſtes immediatè Imperio ſub-
iectos, ſupplicant, & mea quidem opini-
one non malè. Illud extra omnem dubi-
tationem eſt, Commiſſarium † à Came- 2
ra datum, non ſolùm teſtes immediatè,
ſed etiā mediatè Imperio ſubiectos exa-
minare poſſe: quia huiuſmodi commiſ-
ſiones ſub nomine & ſigillo Cæſaris de-
cernuntur, qui ſuperiorem nō habet, &
cuius iuriſdictioni omnes ſubiecti ſunt,
per tex. in l. deprecatio, ff. ad l. Rhod. de
iactu. & in l. benè à Zenone, C. de qua-
drien. præſcript. licèt à nonnullis Statibus
quandoq; contradictum ſit. Quomodò
autem teſtes ad perhibendum teſtimo-
nium compelli poſſint, vide infr. eod.
Obſeruat. 100.

OBSERVATIO XCIX.

*Teſtium productio ſumptibus produ-
ducentis facienda.*

SVMMARIA.

1 *Sumptus præſtare debet is, cuius gratia actus cele-
bratur.*
2 *Teſtes quales expenſas habere debent.*
3 *Cautela pro teſtibus vt ſumptus petant.*
4 *Teſtium qualitas conſideranda in præſtandis ſum-
ptibus.*
Nobilis equo, non ruſticus, vicitur. ibid.
5 *Temporis ratio nulla habetur quoad teſtes.*
6 *Teſtes gratis veritati aſſiſtere debent.*
7 *Teſtes vltra quindecim dies non ſunt detinendi.*
8 *Operarum & diurnæ mercedis ratio habenda.*
Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.
9 *Operæ diurnæ in fructu ſunt.*
10 *Actus pro vtilitate vtriuſque ſi geratur, ſumptus ex
æquo faciendi.*

COmmunis eſt cōclnſio, teſtium
productionē ſumptibus produ-
centis fieri debere, ſiuè ab acto-
re ad probādum articulos poſitionales,
ſiue reo ad defenſionaliū probationem
producātur, per text. in l. quoniam liberi
C. de teſtib. & in l. eos. 1. §. ſi quid autē. in
fi. C. de appellat. & in c. ſtatutū. §. pro fe-
rendo. & §. inſuper. de reſcrip. in 6. vtro-
biquе. gloſſ. in verb. moderatas, & verbi
expenſas. Anchar. ibid. nume. 5. Eſt enim
regulare, cum † ſumptus præſtare teneri, 1
cuius gratia actus celebratur, tex. in l. ſed,

etſi.§.1.ff.ad exhib. quos quidem ſum-
ptus victus victori refundere cogitur: ni-
ſi ex iuſta cauſa litigandi compenſatio
expenſarum facta ſit,l. properandum.§.
ſiue autem alterutra.C.de iud.vbi com-
muniter Dd. Et ſiquidem extra locum
2 habitationis teſtes † peregrè euocentur,
viaticum neceſſarium,nulla habita rati-
one vel deductione ſumptuum, quos a-
liâs domi feciſſent, producens ſuppedi-
tabit,per text.in d.§.pro ferendo, & d.§.
inſuper.gloſſ.Anchar.& alij ibid. id niſi
fecerit,citati teſtes comparere non tenẽ-
tur,d.§.pro ferendo. vbi gloſſ. not.in d.
verb.expenſas.dicens per illum tex. pro-
ducentem ſumptus & expenſas abitio-
nis,moræ,ſtationis,& reditus,apud iudi-
cem deponere debere, id quod Anchar.
ibid.num.3.& in d.§.inſuper, nu.5. quoq;
3 annotauit,& eſt pro † cautela diligenter
in praxi notandum. Modus tamen ex-
penſarum obſeruandus, & perſonarum
4 differentiæ,& † qualitates conſiderandæ
ſunt: vtrũ nobilis,an plebeius,an ruſticus
in teſtem producatur. Ruſticus equo vti
non debet,& ſi vtatur,ſumptus pręſtan-
di non ſunt,per gloſſ.ſing.in l.idemq́;.§.
idem Labeo.ff.mand.in verb.cum opor
tere.Bart.in l.1.§.ſi pupillus.num.2.ff.de
tut.& rat.diſtrah. Felin.in c.cum omnes
num.32.de conſtitutio. Tiraq. d Nobili-
tate.cap.20.num.77.Sic contra Nobilis
non tenetur ire pedes, Bal.in l. liberti li-
bertæq́;.C.de oper.libert.nu.13.Tiraq.vbi
5 ſupr.Sed nec † tẽporis,aut emolumento-
rũ;quibus quis ob abſentiã caret,ratio ha-
benda,ſecundũ Bald.in l.fi.num.12.C.de
fruct.& lit.expẽſ.Franc.in d.§.pro ferẽdo
6 nu.4.quia † teſtis ob teſtimoniũ non lu-
crũ quærere, ſed gratis veritati adſiſtere
debet,tex. not.in c. nõ ſanè,14.q.5.Guid.
deciſ.68.num. 5. incip. dominus Petrus.
Cauere tamẽ iudex, vel Cõmiſſarius de-
bet,nè teſtes vltra definitũ à iure tẽpus,
7 putà quindecim † dies in loco examinis
detineat: aliâs etiã venia nõ petita diſce-
dere,& domũ redire poſſunt,per tex.in l.
ſi quandò.C.de teſtib. Anch. in d.§. pro
ferẽdo.nu.3.licèt antè illud tẽpus abſq; li-
centia impunè hoc facere nequeant.tex.
in d.l.ſi quando,§.ſed cum oportet. Sed
8 † quid ſi teſtis mercenarius ex operis di-
urnis,ſe, vxorem, & liberos alens,pere-
grè euocetur, an ne præter expenſas eti-
am harum operarũ, & diurnæ mercedis
ratio haberi debeat? Aequiſſimũ hoc eſſe
puto,nam etſi teſtimonium teſti nõ de-
beat eſſe lucro, & emolumento: attamẽ
operarum intermiſſio ob vtilitatem al-
terius,non debet etiã ei eſſe fraudi, & no
cumento, facit tex.in l.Iulianus, §. idem
Iulianus,& in l.prætereà,ff.de rei vendi.
nè ex officio ſuo damnum iniquè patia-
tur,quòd fieri nõ debet,tex.in l. ſi ſeruus
communis,§.quod vero,verſ.Idque eui-
dentius,ff.de fur.& in d.l. ſi quando, §.
ſed cum oportet, & in l. ſed & ſi quis. ff.
quemad. teſta.aperian.& hoc expreſsè te-
net Guido d.deciſ.68.nu.6.vbi dicit ita in
Curia Delphinali obſeruari,quod habet
ſummam rationẽ: quia † huiuſmodi o- 9
peræ diurnæ quaſi in fructu ſunt , ergo
meritò conſiderari debẽt,facit text. in l.
venationẽ.ff.de vſur.text.in l. in homi-
nis.ff.de operis ſeruo.vbi dicitur, in ho-
minis vſufructu operæ ſunt,&ob operas
mercedes,tex.in l.fructus.ff.eod.tit. Por-
rò † ſi actus geratur pro vtilitate vtriuſq; 10
partis,tũc ſumptus ex æquo faciẽdi ſunt,
per tex.in d.c.ſtatutũ,§.prouiſurus, & §.
aſſeſſorẽ,in fin.gloſſ.ibid.in verbo, com
muniter,& tex.in l.4.§.1.ff.fi. reg. Barto.
ſing.in l.ſi poſtulauerit, nu.2.ff. ad l. Iul.
de adul.vbi caſum in iudice ponit, qui
viſis vtriuſq; partis allegationibus, quę-
ſtionem dubiam ſapienti conſulendam
committit, huiuſmodi enim conſulta-
tio,quia vtilitatem communem concer
nit,ſumptu quoq; communi fieri debet.
d.l.4.§.1.ff.fini.regund.

OBSERVATIO C.

De teſtibus ad perhibendum teſtimo-nium cogendis.

SVMMARIA.

1 Veritatem occultans mortaliter peccat.
2 Teſtimonium perhibere eſt publicum munus.
3 Iurans nolle ſe teſtimoniũ perhibere nõ obligatur: imò propria auctoritate contrauenire poteſt.
4 Iurans nõ reuelare ſecreta, ſi in teſtem producatur an cogi poſſit dicere veritatem.
5 Iuramentum non extenditur ad incognita.
6 Secreta reuelans contra iuramentum quãdò periurus efficiatur.
7 Falſi pœna quandò locum habeat.
8 Sacerdos in teſtem productus an ſecreta cõfeſſionis propalare poſſit.
9 Idem in laico, quia nec ille confeſſionem temporé neceſſitatis factam ſibi reuelat.

9 Teſtes

9 Teſtes ad deponendum citari debent.
10 Praſtica citandi teſtes.
11 Commiſſarius eſt miniſter committentis.
12 Teſtis contumax banniri per Commiſſarium non poteſt.
13 Commiſſarius mulctam non imponit.
14 Perſonæ priuilegiatæ à teſtimonio perhibendo excuſantur.
15 Fallit quandò alij teſtes haberi non poſſunt.
16 Clerici quandò in cauſis laicorum teſtes eſſe debeant.
17 Proxeneta an poſſit compelli ad teſtimonium perhibendum.
18 Teſtis inhabilis partium conſenſu productus fidem facit.
19 Proxeneta ab vna parte in teſtem productus an ſit admittendus.
20 Teſtes in criminalibus an compelli poſſint.
21 Teſtis an per ſcripturam deponere poſſit.
22 Nobiles in Auſtria & Bauaria ſine iuramento corporali deponunt.

EX commnni Dd. ſententia, teſtes
vtroq; iure ad perhibendum te-
ſtimonium pœnalibus manda-
tis compelli poſſunt, per iudicem videli-
cet ordinarium, vel eius commiſſarinm,
tex. in l. ſi quandò. C. de teſtib. cum Auth.
ſeq. & tot. tit. extr. de teſtib. cogend. idque
ob publicam vtilitatem receptum eſt, nè
1 veritas † occultetur, tex. in c. quanquàm.
14. q. 2. quã occultare, eſt mortale pecca-
tum committere, tex. in c. quiſquis. 11. q 3.
& in c. 1. de teſtib. cog. gloſſ. ibid. in verbo,
occultent: Similiter Panorm. nu. 1. gloſſ.
ſingul. in c. dilectorum. in verb. crimini-
bus. eod. tit. Panor. ibid. nu. 3. gloſſ. in c.
intimauit, in verbo, iuramento, de teſtib.
& in c. conſtitutis, el. 1. in verb. non tene-
2 ri. eo. tit. Quibus accedat, quòd † teſtimo-
ninm perhibere munus publicum ſit, ad
quod etiam inuitus quis compellitur. Pa-
nor. in d. c. intimauit. nu. 3. Idem ad rubr.
de teſtib. cogen. vbi hoc declarat dicens,
quòd officium teſtis ſit in ſe publicum,
tex. in l. 1. ff. de teſtib. ſed teſtis non fert te-
ſtimonium, tanquàm habens officium
publicum. Idem tenet Innoc. in c. nihil.
ad fi. de elect. Amplia hanc concluſionẽ,
3 vt procedat etiã eo caſu, quo quis † iuraſ-
ſet, nolle ſe teſtimoniũ perhibere: quia
tale iuramentum ſine peccato obſeruari
non poſſet, cùm celans veritatem peccet
mortaliter: per iura allegata: & ideò tan-
quàm temerarium, illicitum, & contra
bonos mores præſtitum, non eſt obliga-
torium, nec infamiam non ſeruanti ir-
rogat, & poteſt iurans propria authori-
tate contrauenire, per tex. in c. peruenit,
el. 1. de teſtib. cog. gloſſ. ibid. in verb. iura-
mento. Panor. nu. 2. in fin. tex. in d. c. inti-
mauit. de teſtib. vbi notab. gloſſ. in verb.
Iuramento. & Panor. nu. 3. & elegans A-
poſtilla, quòd à tali iuramento abſoluti-
onem petere non teneatur, Felin. in d. c.
intimauit. nu. 5. in fi. ad idem eſt tex. in d.
c. conſtitutis. el. 1. eo. tit. de teſtib. gl. ibid.
in verb. non teneri. dicens, tale iuramen-
tum ipſo iure nullum, etſi videatur tale
eſſe, quod ſine ſalutis æternæ interitu ſer-
nari poſſit. Panor. ibid. nu. 2. Spec. titul. de
teſt. §. 1. Hinc eſt quòd † iurans non reue- 4
lare ſecreta, ſi in teſtem producatur, non
obſtante iuramento veritatem dicere te-
neatur, nec reuelando incidit in periuri-
um: immò non ſeruando iuramentum,
præſumitur pœnituiſſe de peccato quod
temerario iuramẽto commiſit. Ita ſe ha-
bet communis Dd. opinio in d. c. conſti-
tutis. el. 1. gloſſ. ibid. in verbo, non teneri.
Panor. nu. 2. Felin. in d. c. intimauit, in fi.
Panor. ibid. nu. 3. per illum tex. gloſſ. in c.
ego N. extr. de iureiur. in verb. nulli pan-
dam. Innoc. in c. qualiter. el. 1. de accuſ.
Panor. ibid. nume. 7. Idem Panorm. in c.
ſi ſacerdos. num. 7. de offic. iud. ord. & in
c. 1. de teſtib. cog. Bald. & Ang. in l. fina. ff.
qui ſatiſd. cog. Iaſ. ibid. num. 20. Foller. in
pract. crimin. cap. 8. in verb. teſtibus dili-
genter examinatis. nu. 27. Rom. ſing. 512.
incip. iurat qui eſt. Hippol. ſingu. 424. in-
cip. Accipe. Ratio eſt peccatum mortale,
quod committitur tacendo veritatem:
glo. & Dd. vbi ſupr. Præterea facit alia ra-
tio: quia iurans non reuelare ſecreta: aut
cogitauit hunc caſum tempore iuramẽ-
ti, quòd nimirum teſtis ſit futurus ſuper
negotio iuratæ fidei ſuæ concredito, &
tunc huiuſmodi iuramẽtum eſſet teme-
rarium, d. c. peruenit. el. 1. & d. c. intima-
uit: aut non cogitauit, & † iuramentum 5
non extenditur ad caſum dicendi teſti-
moninm veritatis, tex. in c. humanæ au-
res. 22. q. 5. tex. not. in c. 1. de iureiur. lib. 6.
Innoc. Panor. Fel. Hippol. & alij vbi ſup.
Regulare enim eſt, iuramentum non ex-
tendi ad ea, de quibus tempore interpoſi-
ti iuramenti non fuit cogitatum, text. in
c. veniens. de iureiur. gl. ibid. in verb. pre-
ſciuiſſet. Dec. conſ. 350. num. 6. incip. viſis
allegationibus. Guid. deciſ. 199. n. 3. Pano.

in c.1.num.21.de iud. Et ſecundum hanc
opinionem fuit iudicatum in Camera;
in cauſa Braunſchweig cõtra Sachſen/
Anhaldt/& conſortes: item Teutſchmei-
6 ſter contra Hailbrun. Sed † extra caſum
illum, quo quis in teſtem producitur, iu-
rans non reuelare ſecreta: ſi contrà facit,
periurus efficitur, per text. in §. in Chriſti
nomine. de pace conſtant. gloſſ. ibid. in
verb. credentias. Bal. ſimiliter, nu. 2. idem
in l. nullum. nu. 5. C. de teſtib. & in c. 1. nu.
4. de nou. for. fidel. Apoſtilla ad Pano. in
d. c. intimauit. Imò ſi iuratum non ſit, ta-
men nefariè & improbè facit, qui ſecre-
ta propalat, adeoq; actione in factum ad
intereſſe, vel iniuriarum conueniri po-
terit, per tex. in l. ſi quis teſtamentum. §.
ſed etſi quis. ff. ad l. Aquil. quandoq; etiã
falſi tenetur, per tex. in l. 1. §. is qui. ff. ad l.
Cornel. de falſ. Angel. in tracta. de male-
fic. in verb. falſarium, vbi omninò vide.
7 Et obiter in materia † falſi obſeruandũ,
neminem falſitatis pœna puniri poſſe,
quando commiſſa falſitas alteri non ſit
nocumento, vel damno, aut eſſe poſſit.
Ang. in d. tract. in verb. falſario. verſicul.
quæro quot modis. num. 3. vbi dicit, illud
perpetuò menti tenẽdum, allegat ad hoc
text. in l. damus. C. ad l. Cornel. de falſ.
gloſſ. ibid. in verb. priuatus. Salicet. ſimi-
liter, num. 2. in fin. Bald. in l. falſos. nu. 1.
C. eod. titul. præclarè hoc explicat Socin.
ſenior. conſil. 54. numer. 4. cum ſequent.
volum. 1. incip. Poſt reditum. qui plures
allegat, & quatuor caſus ponit, quem ad
8 hoc omninò vide. Quid autem ſi † ſacer-
dos in teſtem producatur, an compelli
poſſit, vt ſecreta confeſſionis reuelet? Mi-
nimè, ne à Pontifice quidem, ſecundum
Panorm. in c. dilectis. nume. 1. de exceſ.
ſib. prælat. Felin. in d. c. intimauit. nume.
6. Ratio, quia illa non vt homo, ſed DEI
Vicarius ſcire intelligitur. proindè in-
terrogatus, ſine mendacio rectè reſpon-
det de ſua ignorantia: nam vt homo &
teſtis ignorat factum ſuper quo interro-
gatur, per text. in c. omnis vtriuſq; ſexus.
de pœnit. & remiſſ. tex. in d. c. ſi ſacerdos.
in d. c. qualiter vtrobiq;. Panorm. & com-
muniter Dd. plenè Ang. in tracta. maleſi.
in verb. Et hay tradito. verſicu. quæro an
ſacerdos. vbi omninò vide, an crimẽ læ-
ſæ maieſtatis manifeſtari poſſit. Archi-
dia. pulchrè in c. ſacerdos. num. 2. & 6. de
pœnit. diſtinct. 6. Amplia † hanc doctri- 8
nam vt procedat etiam in confeſſione
laico tempore neceſſitatis facta, quo ca-
ſu perindè laicus, atque ſacerdos ſecreta
confeſſionis reuelare non debet, etiam-
ſi in teſtem producatur, quia ob extre-
mam neceſſitatem loco ſacerdotis eſt,
tex. in c. ſanctum, de conſecrat. diſtinct. 4.
glo. in c. paſtoralis. in verb. præterquàm,
de offic. iud. ordinat. Iaſ. in l. 1. num. 75. ff.
de offic. eius cui mand. eſt iuriſdic. Felin.
in d. c. intimauit. nu. 6. de teſtib. vbi om-
ninò vide. Fallit, ſi confeſſus producat ſa-
cerdotem in teſtem, vt voluit Panorm.
in d. c. dilectis. plures limitationes vide
apud Ang. & Archidiac. in locis citatis.
Porrò eatenus † teſtes ad dicendum te- 9
ſtimonium cogi poſſunt, ſi prius legiti-
mè citati & moniti, teſtificari nolint,
aut omninò non cõpareant. Nam mo-
nitio præcedere debet, per tex. in c. 1. & c.
ſuper te. de teſtib. cog. gl. ibi. in verb. non
cogendi. Panor. in d. c. dilectis. nu. 3. circa
finem. Ita ſe habet communis † practica, 10
& eruditi Commiſſarij ſic obſeruant: nã
primò teſtes ad certum tempus & locum
citant, quòd ſi citati in termino præfixo
non compareant, iterum ſub pœna ali-
qua pecuniaria citantur, in quam duran-
te contumacia, per † Commiſſarios de- 11
clarantur: quod facere poſſunt, quia ſunt
miniſtri committentis, eumq́ue repræ-
ſentant, text. in c. ſanè, el. 2. de offic. iudic.
deleg. gloſſ. ibid. in verbo, vices tene. in l.
1. §. final. ff. de offic. eius cui mand. eſt iu-
riſd. Bald. in Authen. apud eloquentiſſi-
mum. nume. 1. C. de fid. inſtrum. l. 11. C. de
offi. procu. Cæſar. Et iudices, quoad rece-
ptionem teſtium, dicuntur, Clem. vnic.
de offi. deleg. Panor. in c. 1. nu. 1. de teſtib.
cog. Vndè ipſis omnia, ſine quibus actus
recipiendi teſtes explicari non poteſt, cõ-
ceſſa eſſe intelliguntur, tex. in l. 2. ff. de iu-
riſd. omn. iud. tex. in c. præterea, & in c. pru-
dentiã. de offi. deleg. gl. in c. cùm cauſam,
in verb. compellas. de teſtib. Facta autem
declaratione pœnæ, vlterius non pro-
gredi, ſed committentem conſulere de-
bent. In Camera ad partis producentis,
vel Commiſſarij inſtantiam & ſupplica-
tionem, contra teſtem refractarium, &
iam in pœnam pecuniariam declaratũ,
decernuntur mandata ſub pœna Banni,
in forma conſueta, vt intra terminum
mandato

mandato inſertum ſe coram Commiſ-
ſario ſiſtat, & teſtimoniū perhibeat, eo-
12 que in† contumacia perſeuerante, ad pœ
nam Banni in Camera proceditur, & ibi-
dem ſententia declaratoria profertur,
13 quia † Commiſſarius Bannum irrogare
nequit, text. in l. nulli, C. de ſent. & inter.
loc. omn. iud. Bal. in l. 1. C. quom. & quan.
iud. Felin. in c. 1. nu. 16. de offic. iud. deleg.
An autem mulctam imponere poſſit?
regulariter non poteſt, vt notatur per Fe-
lin. in d. c. præterea. nume. 2. cum ſequ. &
in c. de cauſis. nu. 9. de offic. iudic. delega.
Limita hanc concluſionem: Primò, vt
14 non procedat in † perſonis priuilegiatis,
quæ regulariter non compelluntur ad
perhibendum teſtimonium, text. in l. in-
uiti. ff. de teſtib. & in c. ſi teſtes. §. item le-
ge Iulia publicorum iudiciorum. 4. q. 3.
vbi recenſentur perſonę priuilegiatæ, gl.
in c. ſi qui teſtium. in verb. valetudinarij.
ext. de teſtib. volentes tamen admittun-
tur. glo. in d. l. inuiti. in verb. non licet. in
fi. gl. in d. § item lege. in verb. ne inuito.
Imò quandoq; inuiti compelluntur: pu-
15 tà, ſi ob defectum † aliorum teſtium ve-
ritas aliter indagari nequeat, quo caſu,
fauore eruendæ veritatis, eorum priuile-
gium ceſſat. cùm publica vtilitas, quæ in
veritatis teſtimonio verſatur, priuato ſa
uori meritò præponderare debeat, gl. in
d. c. ſi qui teſtium gl. in d. l. inuiti. in verb.
non licet. Panor. in d. c. 1. nu. 4. & num. 7.
de teſtib. cog. Idem in d. c. ſuper eo. nu. 4.
& in d. c. ſi qui teſtium. nu. 7. Quod etiam
16 in † Clericis receptum eſt, qui etſi in cau-
ſis laicorum, ad perhibendum teſtimo-
nium compelli nequeant, tamen defici-
entibus aliundè probationibus, ceſſat eo-
rum prærogatiua, d. c. quanquàm. gloſ. in
d. c. ſuper eo. in verb. non cogendi. & co-
ram ſuo iudice eccleſiaſtico, teſtimoni-
um dicere debent, d. c. quanquàm. vbi
glo. in verb. coram ſe, vel etiā coram ſe-
culari: cum ſuperioris tamen licētia, AL-
beri. in l. iuriſiurandi. nu. 4. C. de teſtib. p
allegata ibid. Cui autem probatio eius
quod alij teſtes haberi non poſſint, in-
cumbat, vide Panor. in d. c. ſuper eod. nu.
17 4. Secundò limitatur hæc concluſio in †
proxeneta, qui ſuper celebrato cōtractu,
cuius ipſe proxeneta fuit, teſtimoniū di-
cere inuitus cōpelli nequit, niſi vtriuſq;
partis conſenſu in teſtem producatur:
quo caſu inuitus compelli poteſt, text. in
§ quoniā verò. Auth. de teſtib. Ang. ple-
nè ibid. gl. in c. 1. in verb. ciuiliter in 6 gl.
in c. dilectorum. in verb. ſuper criminib.
de teſtib. cog. Panorm. ibid. nu. 3. iuncta
Apoſtilla. Bart. in l. deferre. nu. 2. in fi. ff.
de iur. fiſc. Fel. in c. cùm à nobis. in fin. de
teſt. Alex. conſ. 13. num. 14. vol. 1. Incip. Ex
his quæ. idem conſ. 128. nu. 1. vol. 2. incip.
Ponderatis narratis. & conſi. 154. num. 5.
volum. 5. incip. Viſo themate. Et ſic no-
tandum † teſtem inhabilem, ſed à parti- 18
bus rogatum, fidem facere, quia rogatio
eſt approbatio, glo. ſingul. in §. & licet. in
verb. & ſupplicijs. Auth. de teſtib. glo. in l.
inuiti. la. 1. in verb. non licet. in fin. ff. eo.
titul. Bald. in l. parentes. nu. 1. C. eod. Hip-
pol. ſing. 92. in princ. An autem † proxe- 19
neta, altera parte tantùm conſentiente,
teſtis eſſe poſſit, apud Dd. cōtrouertitur.
Accur. in d. §. quoniam. in verb prohibi-
tione: exiſtimat volentem poſſe, nolen-
tem verò compelli non poſſe. ſequitur
Bal. in l. omnibus. C. de teſtib. num. 4. di-
cens, ita ſe habere veritatem. Panorm. in
d. c. dilectorum. nume. 3. Ang. in d. §. quo-
niam. Sed magis communis opinio eſt
in contrarium, proxenetam nō poſſe ad
teſtimonium perhibendum compelli,
niſi de conſenſu vtriuſq; partis: quia ra-
tio prohibitionis, quæ verſatur circa ſpē
lucri & commodi, etiā eo caſu obtinet,
quo alterius tantùm partis conſenſus ac-
cedit: pulchrè hoc declarat Alex d. conſ.
13. vbi magis communem dicit, & d. cōſi.
128. eandem partem tenet glo. in §. in ijs.
de inſtrn. cautela. & fide. in verb. nume-
rationem. gloſſ. in c. fin. de teſtib. in verb.
in teſtem. Bar. in d. l. omnibus. num. 7. &
alij citati. per Alex. vbi ſup. Prædicta om-
nia procedunt in cauſis ciuilibus. An au-
tem in † criminalibus teſtes quoq; cōpel- 20
li poſſint ad perhibendum teſtimoniū?
vide diſtinctionem gloſſ. in d. c. dilecto-
rum. in verb. ſuper criminalibus. Panor.
ibid. num. 3. in fin. vbi per multas diſtin-
ctiones hoc decidit, & Panor. in d. c. ſu-
per eo. num. 3. de teſtib. cogend. Socin. d.
reg. 417. An † autem teſtis poſſit depone- 21
re per ſcripturam, vide omninò Felin. in
c. de teſtibus, num. 7. de teſtibus. vbi tenet
quòd non: ſed limitat quinque modis, &
multis in locis conſuetudine ita receptū
eſt, præſertim in regno Bohemiæ, & vi-
cinis

22 cinis proníncijs. Item † in Auſtria & Ba-
naria, vbi hoc nobilibus permiſſum eſt,
vt ſine cotporali iuramento per ſcriptu-
ram obſignatam deponãt, vti prolixiùs
notaui Obſer. ſequen.

OBSERVATIO CI.

De iuramento teſtium.

SVMMARIA.

1 *Teſtis non iuratus fidem non facit.*
Forma iuramenti, ibid. remiſſiuè.
2 *Iuramentum teſtium eſt veritatis.*
3 *Remitti poteſt per producentem.*
4 *Iuramentum calumniæ quare expreſsè remitti non poſsit.*
5 *Iuramentum teſtis à partibus remiſſum, iudex deferre nihilominus poteſt.*
6 *Iuramentum in matrimonialibus remitti teſti non poteſt.*
7 *Atteſtationes inualidæ partium conſenſu robur non accipiunt.*
8 *Publicatis atteſtationibus de conſenſu partium, noui teſtes produci poſſunt.*
9 *Teſtis ſi prius deponat, & poſteà iuret, an probet.*
10 *Pacta incontinenti appoſita inſunt contractui.*
11 *Cõſuetudine an ſtatuto vtrùm induci poſſet, vt credatur teſtibus iniuratis.*
12 *Diſpenſatio Pontificis vt teſti iniurato credatur, an valeat.*
13 *Auctoris ſententia vtrùm pacto vel conſuetudine induci poſſit, vt teſtibus iniuratis credatur.*
14 *Ex priuilegio quibus conceſſum, vt in ſcriptis etiam iniurati deponant.*
15 *Teſtes an ſub iuramento principi præſtito deponant.*

1 NOtum eſt, teſtem † iniuratũ nul-
lam fidem facere, tota enim ſub-
ſtantia depoſitionis teſtium con
ſiſtit in iuramento, tex. in l. iuriſiurandi.
C. de teſtib. text. in c. quoties. & in c. licet.
el. 2. §. teſtes, ext. eo. gl. ibid. & vtrobique
vide formam iuramenti teſtium, tex. in
c. tuis quæſtionibus. & in c. nuper. de teſt.
vbi dicitur teſti iniurato non adhiberi
fidem, quantumcunq; religioſo, in præ-
iudicium alterius: idque omnium maxi-
mè in cauſis criminalibus obtinet, & de-
bent teſtes iurare partibus præſentibus,
tex. in l. iudices. C. de fide inſtrum. gloſſ.
ibid. in verbo, depoſitionibus, tex. in c. 2.
eod. titul. gloſ. ibid. in verbo, audire, vide
ſup. Obſer. 96. Maran. par. 6. tit. de teſtium
productione. numer. 1. Et hoc iuramen-
2 tum † teſtium, non eſt calumniæ, ſed ve-
ritatis: iurent enim ſe veritatem inter-
rogati ad articulos probatorios, dicerẽ
velle, d. c. quoties. & d. c. licèt. el. 2. §. teſtes.
tex. notab. in c. hortamur. 3. q. 9. Panorm.
in c. 1. nume. 6. de iuram. calum. Quomo-
do Epiſcopus in teſtem nominatus, iu-
rare debeat, vide text. in c. fi. de iura. calu.
gloſſ. ibid. in verbo, per te ipſum, & text.
in Authen. de ſanctiſſ. Epiſco. §. nulli ve-
rò, & in l. nec honore, cum Auth. ſed iu-
dex. C. de Epiſ. & cler. Poteſt autem hoc
iuramentum partium voluntate & con-
ſenſu remitti, & ſolet plerumq; talis re-
miſſio fieri teſtibus illuſtribus, aut in ali-
qua dignitate, vel officio publico conſti-
tutis, per tex. in d. c. tuis quæſtionib. & ibi.
elegãs gl. in ver. remittatur, ext. de teſtib.
gl. in l. 1. §. 1. in verb. ſentẽtia, & ibi. Bal. ff.
de ferijs. gloſſ. in d. l. iuriſiurandi. Caſtr.
ibid. nu. 2. Ratio, cur remiſſio iuramenti
fieri poſſit, eſt, † quia iuramentum teſtis 3
reſpicit fauorẽ partis, contra quam pro-
ducitur, vt ſcilicet veritatem dicat, nec
eſt ſubſtantialis ſolennitas, ideò valet re-
nunciatio, per text. in c. 2. de ſponſalib.
Panor. in c. 1. de inreiur. nu. 4. Felin. ibid.
2. Dd. in l. ſi quis in conſcribendo. C. de
pact. & in c. ſi diligenti, de form. comp.
Alex. in d. l. 1. nu. 17. cum ſeq. ff. de fer. Se-
cùs ſi reſpiciat vtilitatem publicã, vt iu-
ramentum † calumniæ, quòd tacitè qui- 4
dem, ſed nõ expreſsè remitti poteſt, text.
in c. 1. §. 1. de iuram. calum. in 6. Soci. in c.
fin. num. 40. eod. titul. gloſſ. in d. l. 1. §. 1. ff.
de ferijs. Maran. par. 6 titul. de iuram nu.
2. Ratio, quia iuramentum calumniæ
concernit non ſolùm vtilitatem partis
aduerſæ: ſed etiam commoditatem iu-
dicis, & vtilitatem publicam, nè per ca-
lumniam fruſtrà defatigentur iudices,
& lites in infinitum multiplicentur. Ita
notat ſingulariter Alex. in d. l. 1. nume. 18.
gloſſ. in d. c. tuis. Iudex † tamen, non ob- 5
ſtante renunciatione partium, teſti iura-
mẽtum deferre poteſt, ſi ita ei videatur:
niſi remiſſio facta ſit, etiam iudicis au-
thoritate. Alexand. in d. l. 1. allegat Bald.
ibid. & Specul. in titul. de teſt. §. ſequi-
tur. vel agatur de præiudicio publico, ſiue
animarum, vt in cauſa † matrimoniali,
Felin. in d. c. tuis quæſtionibus. numer. 4. 6
& in c. inrauit. nu. 2. de probat. & ideò re-
miſſo inramento in cauſa matrimonia-
li, iudex ex officio iuramentũ à teſtibus
recipere debet. Felin. vbi ſup. quod eſt no-
tatu

tatu dignum. Sunt etiã alij caſus quibus
creditur teſti iniurato, quos not. Hippol.
ſing. 434. incip. aliàs tibi dixi. & ſing 466.
incip. notiſſimum. Iaſ. in reper. l. admo-
nendi. ff. de iureiur. Ex hac remiſſione iu-
7 ramenti à partibus facta infertur, † quòd
atteſtationes inualidæ, partium conſen-
ſu robur accipiant, facit tex. in l. final. ibi,
hoc obſeruari. C. de teſtib. quod intelli-
gendum procedere, ſi teſtes recepti ſint
coram iudice competenti: ſecùs ſi iudex
fuerit incompetens, quia tunc conſenſu
partium non conualeſcunt, niſi iuriſdi-
ctio illius iudicis partium conſenſu eſ-
ſet prorogabilis in illa cauſa, ſuper qua
teſtes producti ſunt, ita Alexand. in d. l. 1.
nu. 20. de ferijs, per allegata ibid. Eadem
8 ratione publicatis † atteſtationibus, licèt
ſuper iiſdem, vel directò contrarijs arti-
culis ex partium conſenſu nouos teſtes
producere, c. præſentata. de teſtibus. Dd.
in c. fraternitatis. eod. titul. Alexand. d. l.
1. nu. 22. & teſtes inhabiles partium con-
ſenſu habilitantur, vt notaui ſuprà, eod.
9 Obſeruatione proxima. Sed quid ſi † te-
ſtis priùs deponat ſuper Articulo, & po-
ſteà iuret, an eius depoſitio tanquàm iu-
rata fidem faciet? Videtur dicendum
quòd non, per tex. in d. l. iuriſiurandi. ibi,
priuſquàm perhibeant teſtimonium, &
in c. de teſtibus. extr. de teſtib. Felin. ibid.
num. 5. text. in c. hortamur. 3. q. 9. vnde pa-
tet iuramẽtum teſtium depoſitionẽ præ-
cedere debere, & non ſubſequi, quod eti-
am affirmat ibid. Salic. nu. 3. Ratio, quia
anteà iurans, religione iuramenti non
præſumitur falſum dicere: ſed poſteà iuſ-
ſus iurare, ob verecundiam & metum in-
famiæ contrarium dicere non audet, Sa-
lic. vbi ſuprà. Panorm. & Felin. in d. c. de
teſtibus. numer. 6. quem omninò vide.
Breuiter in Camera receptum eſt, huiuſ-
modi depoſitionem ante iuramentum
factam, eatenus valere, ſi incontinenti
poſt dictum ſequatur iuramentum, quia
tunc dictum teſtis cenſetur iuramento
informatum ex vulgari regula, quòd ea
quæ in continenti fiunt, inſint, & ſic non
eſt nuda teſtificatio, ſed veſtita religione
iuriſiurandi, argumen. l. penult. C. de in-
ſtit. & ſubſtit. & l. iuriſgentium. §. quini-
10 mò. ff. de pact. quòd † pacta incontinen-
ti appoſita inſunt bonæ fidei contracti-
bus: ſecùs ſi ex interuallo apponantur,
per multa iura allegata in gloſſ. d. §. quin
imò. & ibi communiter Dd. Præterea ex
natura relationis videtur dictum repeti-
tum cum iuramento, facit text. in l. hæc
ſententia. la. 1. C. de ſenten. quæ ſine cert.
quan. ſecùs ſi ex interuallo iuramentum
præſtaretur: quo caſu, depoſitio teſtis tan-
quàm iniurata nullam fidem faceret, per
iura ſup. allegata. ita quoque concludunt
Bald. Alber. & Caſtr. in d. l. iuriſiurandi.
Felin. in d. c. de teſtib. facit ad hoc doctri-
na Bart. in l. vt iuriſiurandi. nume. 2. ff. de
operis libert. quod donatio filiofam. fa-
cta à patre valeat, ſi ſtatim poſt donatio-
nem ſequatur emancipatio: quia ob mo-
dicum temporis interuallũ donatio ad
ordinem iuris reducitur, & emãcipatio-
nis tempore facta eſſe cenſetur. Feli. vbi
ſup. dicens, præpoſterationem ſolennita-
tis ſubſtantialis non vitiare actum, quan
do ex ipſa præpoſteratione non ceſſat
cauſa, ob quam diſpoſitio inducitur, ſe-
cùs ſi cauſa ceſſaret. Canoniſt. in d. c. vt
circa. §. 1. de elec. in 6. Bal. in l. nõ enim a-
liter. in prima lectura, nu. 5. ff. de adop. &
ita in cauſa quadam 14. Octob. anno 60.
factum memini. Porrò an ſtatuto vel cõ-
ſuetudine † recipi ac induci poſſit, vt in- 11
iuratis teſtibus fides adhibenda ſit, vide
Felin. in d. c. tuis quæſtionibus. numer. 2.
Roma. conſil. 110. incip. viſo puncto. Pro
parte affirmatiua facit, quòd argumentũ
à pacto ad ſtatutum affirmatiuè valeat:
vtputà, quod poteſt fieri pacto, idem &
ſtatuto fieri permittitur, tex. in l. final. C.
de fideiuſſ. tex. in l. non impoſſibile. ff. de
pact. quia eſt argumentum à minori ad
maius. Felin. loco citato nihil in hac
quæſtione decidit, ſed lectorem in du-
bio relinquit, inclinat tamen magis in
partem negatiuam, non valere huiuſ-
modi ſtatutum, vel conſuetudinem,
magnamque eſſe hoc caſu inter pactum
& ſtatutum diſſimilitudinem, & ſic pa-
rificationem non habere locum, ſecun-
dum Domic. in c. 2. de conſuetud. libr. 6.
Sed † idem Felin. in c. conſtitutis. nu. 16. 12
de reſcript. cathegoricè concludit non
valere diſpenſationem Pontificis, vt te-
ſti iniurato fides adhibenda ſit, ſtatu-
tum & diſpoſitionem talem eſſe contra
ius Diuinum & Naturale, quia Geneſis
cap. 31. legitur, quod Iacob voluerit teſti-
monium ſoceri ſui Labam iuramento
confir.

confirmari, Felln.ſequitur,& refert pro
ſingulari dicto Hippol.ſing.214.num.4.
incip. ad validitatem. & dicunt eſſe ſtu-
pendam deciſionem Auguſtini de An-
chano, in libro de poteſtate Eccleſiaſti-
13 ca,quæſtione 55. articulo vltimo. Ego †
exiſtimo huiuſmodi ſtatuta & conſuetu-
dines eatenus valere, ſi tantùm ad perſo-
nas integritate vitæ conſpicuas, illuſtres
& nobiles, & non ad quemlibet priua-
tum promiſcuè teferantur, & ſummum
Principem poſſe conſtituere, vt huiuſ-
modi teſtibus iniuratis plenè credatur,
quia in iſtis ceſſat præſumptio fraudis,&
14 ſubornationis,aut periurij: & † ita in re-
gno Bohemiæ, & in Archiducatu Au-
ſtriæ ex ſingulari priuilegio,& longa ob-
ſeruantia teceptum eſt: nam nobiles &
illuſtres perſonæ non tenentur perſona-
liter comparere ad perhibendum teſti-
monium: ſed per ſcripturam ſub fide ſua
abſque cotporali iuramento deponuut,
& depoſitionem obſignatam iudici exa-
minis tranſmittuut, **vnder jren handt-
ſchrifften/vnd pitſchafften.** Quod etiam
in Bauaria, & alijs locis receptum eſt, &
eornm ſigilla & propriæ manus ſubſcri-
ptio loco iuramenti eſt. Quò pertinet,
quod Interpoſitio fidei iuramento com-
paretur, per notata infrà, lib. 2. Obſer. 59.
15 Vidi etiã † examinari teſtes illuſtres ſub
iuramento illo, quò iam anteà Principi
ſuo, cui inſeruiebant, adſtricti fuerunt,
(**bei dem äid / damit ſie jren herren zuge-
than**)non recepto aliquo nouo & ſpecia-
li iuramento, idq́; ſufficere puto in cau-
ſis Aulicorum,& inter perſouas Aulicas,
aliàs ſecùs: nam talis relatio iuramenti
non debet per iudicem admitti, niſi liti-
gatoribus conſentientibus.

OBSERVATIO CII.

Teſtis infirmus an à Iudice incompeten-te examinari poßit.

SVMMARIA.

1 *Teſtes non citata parte aduerſa recepti non pro-bant.*
2 *Pars aduerſa citari debet ad dandum interrogato-ria.*
3 *Impedita venire, an excuſetur.*
4 *Teſtis ægrotans poteſt examinari, parte aduerſa non citata.*
5 *Item teſtis ſubitò in longinquas partes abiturus.*
6 *Periculum ſi ſit in mora, receditur à Regulis iu-ris.*
7 *Tempus non patitur quandoque plenius deliberandi conſilium.*
8 *Neceßitas non habet legem.*
9 *Teſtes minus idonei recipiuntur, quandò veritas a-liter haberi non poteſt.*
10 *Mandata ſine clauſula decernit Camera cùm peri-culum ſubeſt.*
11 *Laicus poteſt clericum debitorem de fuga ſuſpectum capere.*
12 *Laicus in neceßitate præſentis periculi mortis poteſt confeßionem audire.*
13 *Neceßitas non excuſat à delicto.*
14 *Teſtis in articulo mortis deponere poteſt.*

EXplorati iutis eſt, teſtium † depo- 1
ſitionem nullius eſſe momenti,
nullamq́ue fidem facere, ſi pars
aduerſa, cõtra quam producuntur, non
fuerit legitimè citata ad dandum inter-
rogatoria, & videndum iurare eos, per
text. in c. 2. de teſtib. & gloſſ. notab. ibid.
in verbo, audire, text. in l. iudices. C. de fi-
de inſtrumen. & in l. generaliter. §. his de
præſentibus. C. de reb. cred. & iureiur. tex.
in Auth. de teſtib. §. & hic verò. gloſſ. ibi.
in verb. præſentem. Parte autem citata
non comparente, teſtes nihilominus re-
cipiũtur, & eorũ depoſitiones plenã fidẽ
faciunt: nam † citatio illa ad vtilitatem 2
& commodum partis aduerſæ compa-
rata eſt, ad dandum nimirum iuterroga-
toria, ad opponendas exceptiones con-
tra teſtium receptionem, & ad vidẽdum
eos iurare: itaque ſi ad hoc legitimè vo-
cata & citata comparere nolit, ſibi cul-
pam imputare debet, vt notat gloſſ. in d.
c. 2. in verb. noluerint. Panorm. ibid. nu.
10. per tex. in l. ſi quando. §. ſed cùm opor-
tet. C. eod. titul. & d. §. his de præſentibus.
Alexand. in l. vnica. §. is videtur. numer.
7. ff. ſi quis ius dic. Caſtr. ibid. numer. 4. in
fin. ſecùs eſſet, ſi ex neceſſaria & legitima
cauſa † impedita venire non potuit: 3
nam probato impedimento, receptio
teſtium, & per conſequens eorum depo-
ſitio non valet, per tex. in d. c. 2. glo. ibid.
in verb. ineuitabili. Panor. ſimiliter nu.
11. Henning. in ſua pract. rubr. 17. num. 6.
tex. in c. cùm Bertoldus, de ſent. & re iud.
gl. ibid. in verbo, iuſtam cauſam. tex. in l.
ſi finita §. ſi fortè. ff. de damn. infect. facit
tex. in l. quæſitum. ff. de re iud. Fallit autẽ
hęc cõcluſio in multis caſib. quibus non
eſt

eſt opus aliqua citatione partis aduerſæ,
ad videndum examinari teſtes, quos re-
fert Feli lariſſimè in d.c.2. de teſtib. refe-
rens 13. limitationes. Soci.reg.406.incip.
Teſtiũ depoſitiones: vbi nouem fallen-
tias ponit, ſed omnium præcipua eſt, &
4 memoriæ commendanda, quòd teſtis †
graui morbo decumbens, ita vt vitæ ſub-
ſit periculũ, poſſit à iudice incompeten-
te, imò ſolo Notario, parte aduerſa non
citata, examinari: Ratio euidens eſt, quia
periculum quod in mora verſatur dila-
tionem nullam patitur: ſi enim produ-
cens tantiſper expectare deberet, donec
iudex competens eum examinaret, vel
commiſſionem decerneret, interim ille
vitam cum morte commutaret, & ſic
actor probationem indebitè amitteret,
per rationem c. quoniam frequenter.
vt lit. non conteſta. & per text. in l. final.
C. de teſtib. vbi creditur atteſtationibus
quibus aliâs nõ crederetur propter mor-
tem teſtis. Et grauis infirmitas æquipara-
tur morti, Dd. in l. ſi quis in graui. ff. de S.
C. Syllania. Roland. conſ. 37. nu. 21. cum
ſeq. vol. 3. incip. prima conſideratione, &
aliâs teſtis infirmus non euocari, ſed do-
mi ſuæ examinari debet, text. in c. ſi quis
teſtium. de teſtib. Item infirmitas & cau-
ſa abſentiæ æquiparantur, text. not. in l. ſi
longius. ff. de iudic. text. in l. aut ſi valetu-
dinem. ff. de procurat. & in l. licet. ff. de
recep. arbitr. Iaſ. in l. 1. num. 77. ff. de offic.
eius cui mand. eſt iuriſd. vbi omninò vi-
de: & ratione infirmitatis poteſt quis per
ſubſtitutum ſeruire, text. in c. ſi pro debi-
litate. de offic. deleg. Iaſ. in d. l. 1. num. 79.
tex. in l. 1. §. quod ſi morbo. C. de præpoſi-
tis agẽtium in reb. lib. 12. Dd. in d. c. quo-
niam frequenter, vt lite non conteſtata.
vbi dicunt, quòd longinqua profectio, &
diuturna abſentia morti comparetur. vi-
de infrà libr. 2. Obſeruat. 43. Et licèt teſtis
eo modo examinatus nõ ſit omni exce-
ptione maior, hoc eſt, non perindè pro-
bet atque legitimè receptus: tamen cum
alijs adminiculis actori ad victoriam
prodeſſe poterit: facit præſumptionem
talem, quæ alijs adiuta adminiculis, ple-
nam inducat probationem. Hæc eſt ſin-
gularis limitatio ad hanc concluſio-
nem, quam tenet Bartol. in l. admonen-
di, num. 41. ff. de iureiur. pulchrè ibid. Iaſ.
in repetit. num. 183. cum ſequent. Alexan.
in l. hac conſultiſſima §. ſi quis autem,
num. 3. C. de teſtam. Felin. in d. c. 2. num.
13. vbi multa ad hoc allegat. Rom. in re-
petit. l. ſi verò. §. de viro. num. 89. ff. ſolut.
matrim. Innoc. in c. Albericus, in prin-
cip. de teſtib. Idem pulchrè in c. ſignifica-
uit. in fin. eod. tit. Maran. par. 6. titu. de ci-
ratio. num. 29. vbique dicunt valere exa-
men parte altera non citata, ſi de morte
ſubſit periculum, vel præter opinionem
diuturna † abſentia teſtis metuenda ſit: 5
putà, ſi in longinquas regiones ſubitò ꝓ-
fecturus ſit. Quò pertinet, quòd à regulis
iuris † communis recedi poſſit, quoties 6
periculum eſt in mora, text. in l. de pupil-
lo. §. ſi quis riuos. ff. de no. oper. nunc.
Alex. ibid. num. 1. tex. in l. 1. ff. dam. infect.
gl. in l. fi. C. de ferijs. in verb. fideiuſſionis.
text. in l. 1. ff. de exercit. act. vbi dicitur, in-
terdum locũ, vel † tempus non pati ple- 7
nius deliberãdi conſilium, & glo. ibid. in
verbo, locus: dicit, per illum text. notan-
dum, quòd ex tempore & loco iura va-
ria ſtatuãtur, facit l. 1. §. meritò. ff. depoſit.
præclarè de mutatione temporum Gel-
li: nocti. Attica. libr. 20. cap. 1. & neceſſita-
tem non † habere legem, notum eſt, tex. 8
in c. 2. §. fin. de obſeruatio. ieiunio. & in
c. quanto, de conſuetud. text. in c. licet, de
ferijs, & in c. fi. eo. tit. text. in l. item quam-
uis ff. com. diuid. gloſſ. ibid. in verb. ne-
ceſſitatem. text. in l. aliquandò. ff. de of-
fic. procon. glo. in l. vnic. ff. de offi. Con-
ſul. in verbo, expedire. Hinc eſt, quòd te-
ſtes domeſtici † & familiares, item ſub- 9
diti recipi poſſint, ſi aliter veritas haberi
nequeat: de quo tamen conſtare debet,
quòd videlicet alij teſtes haberi nõ poſ-
ſint, vt pulchrè notat Antho. de Butrio
c. tertio loco, de probat. Alex. conſil. 64.
num. 5. volum. 1. incip. Viſo themate &
dubijs. Idem conſil. 152. num. 11. incip. Vi-
ſo proceſſu cauſæ. Hippol. ſingu. 73. nu. 2.
incip. Plures ſunt. vbi omninò vide de-
clarationem & intellectum illius regu-
læ, quòd teſtes minus idonei admittan-
tur, quandò veritas aliter haberi non po-
teſt, Salic. in l. ea quidem. C. de accuſ. Ex
eodem fonte deſcendit, quòd propter
periculum moræ & mortis, teſtes ſenes
& valetudinarij ante litis conteſtationẽ
recipi poſſint, d. c. quoniam frequenter.
vt lit. nõ conteſt. Dd. ibid. Item ꝙ † man- 10
data ſine clauſula decerni nequeãt, in caſi-

bus, In quib⁹ eſt periculũ in mora, vt no-
tant Dd. in d. l. de pupillo. §. meminiſſe.
& in d. §. ſi quis riuos. Præterea quòd iu-
dicium die feriata ſubſtat, ſi agatur de re-
bus tempore perituris, tex. in l. 1. §. fi. cum
11 l. ſeq. ff. de fer. Et † laicus poteſt capere cle-
ricum debitorẽ de fuga ſuſpectum, ad ef-
fectum, vt eũ iudici eccleſiaſtico præſen-
ter, Bal. in c. cùm non ab homine. de iud.
Pan. ibid. Iaſ. in d. l. 1 nu. 71. ff. de offi. eius
12 cui mand. eſt iuriſd. Item in † caſu neceſ-
ſitatis laicus poteſt audire confeſſionẽ &
abſoluere, per tex. in c. ſanctũ eſt, de con-
ſecrat. diſtin. 4. Feli. In c. intimauit, nu. 6.
de teſtib. glo. in c. paſtoralis. in verb. præ-
terquam. de offic. iudic. ordina. Iaſ. in d. l.
1. nu. 75. & generaliter quæ permittantur
ex cauſa neceſſitatis, vide omninò per gl.
in c. ſicut. in verb. fame. 32. q. 4. glo. in c. fi.
in verb. percipiet. 24. q. 2. gloſſ. not. in c.
querelam. in verb. non neceſſitate. de iu-
13 reiur. Dd. ibid. Neceſſitas † enim legem
non habet, texr. in d. c. quanto. de con-
ſuetud. cum alijs iuribus ſuprà allegatis.
Sed propter neceſſitatem delinquere nõ
oportet, text. in l. palam. §. non eſt igno-
ſcendum. ff. de ritu nuptia. gloſſ. in c. ſi
quis in verb. pœniteat. de furt. vbi text.
an propter neceſſitatem liceat furari. &
text. in c. diſcipulos. de conſecra. diſtinct.
5. gloſſ. notab. ibid. in verb. fame. Dd. in l.
2. §. cùm in eadem. ff. ad l. Rhod. de ia-
ctu vbi Angel. notat, an milites tempore
belli ex neceſſitate commeatum deprę-
dari poſſint. Canoniſt. in c. 1. de empt. &
14 vendit. Porrò † teſtem in mortis arti-
culo conſtitutum examinari poſſe com-
muniter placuit, quia cùm teſtamentum
condere poſſit, per text. in l. Pamphilo. §.
propoſitum. ff. de leg 3. tex. in l. quoniam
indignum. & in l. iubemus. C. de teſtam.
ergo & teſtimonium dicere poteſt: cùm
non ſit minus de rebus ſuis teſtamento
diſponere, quàm perhibere teſtimoniũ
de eo quod vidit, vel audiuit, text. in c. ex-
hibita. de homicid. Bald. in c. 1. vaſalli:
num. 6. de pace conſtant.

OBSERVATIO CIII.

Teſtes in momentaneo iudicio recepti, an fidem faciant in ordinario iudicio.

SVMMARIA.

1 *Inſtantia perempta, acta probatoria non pereunt.*
2 *Teſtes in prima inſtantia recepti, an fidem faciant in ſecunda inſtantia.*
3 *Teſtes in ſummario iudicio producti, an fidem faciãt in ordinario.*
4 *Et quid de teſtibus ſuper momentaneo iudicio productis.*
5 *Publicatio teſtium an ſit de ſubſtantia iudicij.*
6 *Teſtes corã arbitris productis & examinatis, quando non reproducantur, & dicta fidem faciant.*
7 *Repetitio teſtium quando locum habeat.*
8 *Articulorum multitudo in Camera quando rejicia-tur.*

COmmunis eſt Doctorũ opinio,
quòd † perempta inſtantia, acta 1
probatoria non pereant, & ideò
in ſecunda Inſtanria plenam fidem faci-
ant, tex. in l. fina. C. de re iudic. gloſſ. ibid.
in verbo, firmitatẽ. Bar. & Dd. ibid. Spec.
titu. de iudi. deleg. §. reſtat. Alexan. plenè
in l. 2. num. 22. cum ſeqn. & ibid. commu-
niter Dd. C. de edend. Bart. præclarè in l.
cum lite, nu. 3 cum ſeq. ff. iudic. ſolui. Bal.
in l. cùm anteà, circa finem. C. de arbitr.
Panorm. in c. cùm cauſam. el. 1. de teſtib.
Anthon. de Butrio in c. Albericus. eod.
rjt. Maran. par. 5. num. 55. vbi communem
dicit. Alexan. conſil. 61. num. 8. & 10. volu.
2. incip. Viſo proceſſu cauſæ. Teſtes † igi-
tur in prima inſtantia recepti fidem fa- 2
ciunt in ſecunda inſtantia, per text. in c.
præſentata. de teſtib. gloſſ. ibid. in verbo,
acta. Hanc communẽ opinionem limi-
tant, vt procedat, ſi atteſtationes in pri-
ma inſtantia publicatæ ſint: ſecùs ſi non
fuiſſent publicatæ, Alexan. in d. l. 2. nu. 23.
Barto. in d. l. cum lite. Maran. loco citato
per text. in d. l. fina. quæ incipit geſta. Se-
cundò limitatur, vt procedat in iudicio
ordinario, & nõ in ſummario: quia † te- 3
ſtes in ſummario iudicio producti, non
faciunt fidem in ordinario iudicio, text.
in c. veniens, el. 2. de teſtib. Felin. ibid. nu.
19. tex. in l. penul. ff. de his qui ſunt ſui vel
alien. iur. gloſſ. ibid. in verbo, alimento-
rum. ſimiliter Bald. in 2. lectur. nu. 1. Alex.
in d. l. 2 nu. 23. Iſtis præmiſſis videndum,
an in iudicio † momentaneæ poſſeſſio- 4
nis teſtes recepti faciant fidem in ordi-
nario iudicio poſſeſſorio. Non videtur:
primò, quia proceſſus ex cõſtitutione li-
tigioſæ poſſeſſionis eſt omninò ſumma-
rius, in quo velo leuato, abſque tela iudi-
ciaria proceditur, iuxta Clemen. ſæpè, de
verb.

verb.ſignifica. & text. in l. ſi coloni.C.de
agric.& cenſit. lib.10.ibi, celeri reforma.
tione ſuccurri. deindè, quòd in hoc pro.
ceſſu atteſtationes nõ publicentur, vt di.
xi ſup.Obſeruat.6. Caſtr. tamen conſil.3.
volu.2.cocludit, etiam in ſummario iu.
dicio poſt publicationem atteſtationes
fidem facere in alio iudicio: quia inter
eaſdem perſonas, & quaſi in eadem lite,
licèt ad diuerſum effectum, producũtur,
per notata in d.l.fi.incip.geſta.Dd.in d.l.
2.C.de eden.nec obſtat ſecũda limitatio,
quia illa ꝓcedit, ſi in ſummario iudicio
ſummariè teſtes eſſent recepti, putà par.
te abſente, vel non in ſufficienti nume.
ro: ſecùs ſi ritè, & tanq̃ in plenario iudi.
cio producti & examinati fuiſſent. ita
Caſtr.d.conſi.3.num.3. & licèt nonnulli
aliter ſentiant, tamen hæc opinio verior
eſt, quam tenet etiam Antho.de Butrio
in c.fraternitatis.de teſtibus. Alex.in d.l.
2.nu.29.vbi plures allegat. Et in eandem
opinionem ego deſcendo: vnde conclu.
do, teſtes ſuper momentanea poſſeſſio.
ne productos, in ordinario iudicio fidẽ
facere, quia ritè producuntur & parte al.
tera vocata ad dandum interrogatoria,
examinantur: cur igitur fidem non fa.
cerent in alio iudicio, cùm non ſit pec.
catum in examine: nec obſtat omiſſa
5 publicatio: Primò, quòd publicatio † te.
ſtium non ſit de ſubſtantia iudicij, vndè
eius omiſſio non vitiat proceſſum, Bart.
in l.prolatam, num.5.C. de ſent.& inter.
lo.om.iudic.licèt gloſſ.ibid. in verb.ſoli.
tum.aliter teneat. Panorm.in c.cum I.&
M.num.10.de re iudic. Felin.ibid.num.1.
Affict.in c.1.§. item ſi vaſallus, nu.13.de
contro.inueſt. Marant.part.4. diſtinct.9.
nu.22. vbi magis communem dicit. In.
no.in d.c.Albericus, nu.4.de teſtib.vbi di
cit fidem adhiberi atteſtationibus abſq;
publicatione: nam ex quo acta ſcripta
ſunt per tabellionem, creditur ijs inter
eaſdem perſonas ſine alia publicatione:
alijs verò neq; proſunt, neque obſunt, ita
Inno.Panor.& Marant.vbi ſuprà.dicunt
publicationem eſſe de iuſtitia, & non de
ſubſtantia proceſſus, quia valet proceſ.
ſus ſine examinatione teſtiũ. Et ego me.
mini in quadam cauſa publicationem
teſtium à parte expreſſè petitam, in Ca.
mera denegatam fuiſſe. Secundò con.
firmo hanc opinionem, quia ex ſenten.
tia Bar.in d.l.cum lite, num.5. publicatio
in ordinario iudicio fieri poteſt, licèt a.
liter diſtinguat Alex. in d.l.2. & Marant.
d.part.5. num. 56. vbi concludunt teſtes
ſuperſtites in nouo iudicio repetendos
eſſe, mortuos autem plenam fidem fa.
cere: quod etiam tenet gloſſ. in d.l. pe.
nult.in verb. alimentorum.ff. de his qui
ſunt ſui, vel alie.iur. nam fides ex mor.
te teſtis augetur, quia quilibet præſumi.
tur memor ſalutis, & propriam ſalutem
alieno commodo anteponere, text.in l.
fina.§.fin.C.ad l.Iul.repet. Dd.in l.ſi quis
in graui.§. ſi quis moriens.ff. de S.C. Syl.
lan.vide latius infrà, lib.2.Obſer.43.Hinc
eſt, † quòd teſtes coram arbitris recepti, 6
fidem faciant in iudicio ordinario, ſi te.
ſtes mortui ſint: quòd ſi adhuc ſuper.
ſint, eſt in arbitrio eius, contra quem
producti ſunt, an velit atteſtationes co.
ram arbitro factas recipere, an verò te.
ſtes de integro examinari, per text. no.
tab. in c. præſentata. de teſtib. gloſſ.ibid.
In verbo, acta. Felin. ſimiliter nume.7.
text.in l.fin.C. eod. titul. Aliud eſt in te.
ſtibus receptis coram arbitratore, quia
proceſſus arbitratoris non habet aliquã
formam iudicij, Felin.in d.c.præſentata,
nu.12.Panor. & alij ibid. & in c. quinta.
uallis, de iureiu. Quod ad † repetitionem 7
teſtium attinet, dubium non eſt, quin in
ordinario iudicio repeti poſſint: quare
regulariter nondum publicatis atteſta.
rionibus, repetitio teſtium locum habet,
non ſolùm vt corrigant teſtimonia, ſed
etiam vt addant, tex.in c.præterea, de te.
ſtibus cogen. Felin.ibid.num. 4.glo.ſina.
in c.cùm cauſam.de teſtib.Felin.ibid.nu.
4.gloſ.fi.in c.cùm cauſam.de teſtib.Feli,
in c.per tuas.eo.tit.gloſſ.in §.quando ve.
rò.in verbo, non habebit.Auth.de teſtib.
Dd.in d.c.fraternitatis. & per hanc repe.
titionem teſtium magis conſultum erit
poſſeſſori in interdicto Vti poſſidetis,
quia non ſolùm priores teſtes in iudicio
momentaneo productos repetere, ſed
etiam alios producere poteſt: nam in
Camera † in iudicio momentaneo, non 8
admittitur multitudo articulorum &
teſtium, ne in infinitum & immenſum
extrahatur proceſſus, fiatque ex ſumma.
rio ordinarium iudicium poſſeſſorium,
& periculum armorum inualeſcat. Vn.
dè tali caſu, quando multi articuli & te.

ſtes dantur atque nominantur, ſic pro-
nunciari ſolet: Seindt N. vnd N. articu-
len vnd zeugen hiemit zugelaſſen / die vbri-
ge als vnnotürfftig / nach geſtalt dieſer
ſachen aberkhendt. Hoc eſt: In cauſa mo-
mentaneæ poſſeſſionis N. & N. articu-
los & teſtes ad probandum admittimus,
reliquos verò tanquàm pro huius cauſæ
qualitate ſuperfluos, reijcimus. Quò per-
tinet, quod etiam in ordinarijs iudicijs
iudex ex officio teſtium multitudinem
ad breuiorem numerum reducere poſ-
ſit, per texr. in c. ſignificauerunt. extr. de
teſtib. gloſſ. in Clem. vnica. in verb. iudi-
ces. de offic. deleg.

OBSERVATIO CIIII.

De relatione teſtis ad primam depo-ſitionem.

SVMMARIA.

1 *Cautela deponendi pro teſte repetito.*
2 *Hominis memoria labilis eſt.*
3 *Alia cautela pro teſte repetito.*
4 *Teſtis coram arbitro productus & repetitus non po-teſt ſe referre ad primum dictum.*
5 *Notario vtrium credatur ſi ſcribat. teſtis depoſuit, vt primus vel ſecundus, &c.*
6 *Notarij culpantur nimia extenſionis, indebitæ repe-titionis.*
7 *Teſtis poſt depoſitionem extra iudicium aliter depo-nens, an priorem euertat.*
8 *Teſtis dicto extraiudicialiter ante examen, an verò examinis tempore facto potior fides adhibeatur.*
9 *Teſtis depoſitionem ſincerè annotatam eſſe præſu-mitur.*

QVidam in quadam cauſa ante
1 aliquor annos in teſtem † pro-
ductus & examinatus erat: po-
ſtea corã Iudice appellationis repetitus,
retulit ſe ad primam depoſitionem, hoc
pacto: Teſtimoniũ reddo, & dico in hac
cauſâ ſuper articulato facto, próut mihi
modo illud in memoriã recurrit: quòd
ſi in prima depoſitione appareat aliter
me ibi dixiſſe quàm nunc dico, volo hoc
repetitum reſtimoniũ, ad primam teſti-
ficationem reduci & referri. Salutaris eſt
huiuſmodi formula relationis ad euitan
dum periurium, quã tradit Bart. in l. eos,
nu. 6. C. ad l. Corn. de falſ. Salic. ibid. nu. 9.
Anchar. in Clem. fin. num. 12. cum ſequ.
de teſtib. Salic. in l. iuriſiurandi. C. de te-
ſtib. Felin. in c. cùm in tua. num. 1. exr. eo.
Anth. de Butr. Panor. & alij ibid. Bal. in l.
fin. incip. geſta. C. de re iudic. Barto. in l.
iubemus. §. ſed ne aliqua. C. de teſtamen.
per illum text. Hominis † enim memo- 2
ria labilis eſt, tex. in l. peregrè. ff. de acqui.
poſſeſſ. & in facto antiquo ignorantia
propria excuſat, Bart. in l. ſi res obligata.
ff. de leg. 1. Iaſ. ibid. num. 35. cum ſequ. vbi
omninò vide materiam ignorantiæ in
facto proprio, quando ſit tolerabilis, &
excuſationem admittat, & quod in facto
iurato ignorantia non excuſet, etiamſi
antiquum ſit. facit texr. in l. magnam. C.
de contrahen. & commit. ſtipul. Bald. in
c. 1. nu. 1. de form. fidelit. Iaſ. in d. l. ſi res,
num. 36. Et quoniam teſtes cum iuramen
to veritatis recipiuntur, texr. in c. horra-
mur, 3. q. 9. & in c. quoties de teſtib. Panor.
in c. 1. nu. 6. de iuram. calum. meritò ſe ad
primam teſtificationem referre poſſunt.
Si autem relatio ſimpliciter fiat ad pri-
mam depoſitionem: veluti, reſtimoniũ
reddo in hac cauſa, perindè atque in pri-
mo examine reddidi, & iudex talem re-
lationẽ admittere nolit, ſed ob iuramen-
tum præſtitum, teſtem vt ad ſingulos ar-
ticulos ex integro reſpondeat, ſolicitè
vrgeat, eo caſu † hac cautela & ſecurita- 3
te vti poterit, vt nimirum à iudice petat
exhibitionem primi Rotuli ſiue exami-
nis, vt ex eo euitandi periurij cauſa, de
veritate dicenda ſe informare poſſit, ne
ſit ſibi in aliquo cõtrarius, & periurium
committat: cùm hominis memoria, vt
dictum, labilis ſit. Quæ quidem cautela,
& petitio teſtis repetiti, non ſolùm locũ
habebit ante, ſed etiam poſt publicatio-
nem primi Rotuli: nam quóad teſtem,
teſtimonium eius non eſt arcanum &
ſecretum, ſed ſemper publicũ fuit, quem-
admodum in iudice inquirente conſti-
tutum eſt, qui teſtem confusè & obſcurè
deponentem, ex officio repetere poteſt,
tex. in c. cùm clamor. de teſtib. vbi gloſſ.
in verbo, confusè. Panor. & alij ibid. Feli.
in d. c. cùm in tua. nu. 1. Bart. in d. l. eos, nu.
6. Salic. & Ancha. vbi ſup. Fallit † in teſte 4
coram arbitro receptio, quia repetitus co
ram iudice ordinario, non poteſt ſe re-
ferre ad primam depoſitionem, per text.
ſing. in l. fin. C. de teſtib. Salic. ibid. vbi ra-
tionem tradit Felin. in d. c. cùm in tua.
nu. 1. An † autem Notario examinis cre- 5
dendum referenti ad poſteriorum teſti-
um dicta ad præcedentium teſtimonia:
vtputà ſi ſcripſerit, quod ſecundus & ter-
tius

tius teſtes deponunt ad talem articulum
per omuia vt primus, vel præcedens te-
ſtis? In Camera memini ſæpè huiuſmo-
di examiua recepta fuiſſe,ſed imperitè et
malè faciunt Notarij examinis, quod cũ
periculo partium & cauſæ controuerſæ
ſtudeant breuitati, quia licèt teſtes in di-
cto conuenire videantur: tamen circun-
ſtantiæ & qualitates varietatem adferre
poſſunt, quæ multũ ad iudicis Informa-
tionem conferunt, quod Felin. in locis
citatis, & alij quos allegat, pariter nota-
6 runt. Alij verò † Notarij & Commiſſarij
multò magis culpandi ſunt, qui non bre-
uitati ſtudẽt, ſed inutilibus, & ad cauſam
nihil facientibus repetitionibus ita Ro-
tulum lucri ſui gratia extendunt, vt in
immenſum excreſcat volumen, magno
producentis ſumptu, & ſumma iudicis
moleſtia, quod ſæpè in Camera expertus
7 ſum. Sed † quid ſi teſtis poſt iuratam de-
poſitionem coram iudice, vel commiſ-
ſario examinis factam, extraiudicialiter
coutrarium adfirmet, an ſecũda atteſta-
tio priorem ſubuertet? Minimè, etiãſi ta-
lis atteſtatio in mortis articulo facta ſit,
per tex. in c. ſicut uobis. de teſtib. Fel. ibid.
nu. 1. Dd. In c. per tuas. de probat. Bar. in d.
l. eos ff. ad l. Corn. de falſis. & iu l. ſi quis
in graui. §. 1. ff. de his quib. vt indig. aufer.
hæred. & S. C. Syllania. Alex. conſil. 124.
nu. 6. vol. 6. incip. quoniam abundè. Bald.
in Auth. ſi dicatur. C. de teſtib. per illum
tex. Felin. in d c. cùm in tua, uu. 6. vbi hoc
8 declarat. Quid † ſi econtrariò teſtis pri-
uatim, & extra examen, factum in iudi-
cio deductum, verũ eſſe fateatur, poſteà
verò in examine aliter deponat, an pri-
ma confeſſio poſteriori præferetur? Ne-
quaquàm, quia illa ſimplex, altera iura-
9 ta, & pro iudice † præſumptio eſt, atteſta-
tionem probè & ſincerè conſcriptam eſ-
ſe, text. In c. quoniam coutra, de probat.
Dd. ibid. text. in c. bonæ memoriæ, el. 1. §.
nos igitur, de elect. & iu c. præſentia, de
renunciat. text. in c. ſicut. §. fin. de ſenten.
& re iud. Alex. conſ. 22. nu. 1. vol. 2. incip.
viſo proceſſu. & conſi. 105. nu. 1. & 2. vol. 5.
incip. ponderatis narratis, vtrobiq; com
munem dicit pro proceſſu iudicis præ-
ſumi. item illa priuata, & fortè captandæ
beneuolẽtiæ ergo, altera iudicialis & ne-
ceſſaria eſt, ad quam inuitus quis com-
pelli poteſt, tot. tit. extra de teſtib. cogen.
vide Bart. in d. l. eos. Felin. in d. c. cùm in
tua. de teſtib.

OBSERVATIO CV.
De publicatione teſtium.

SVMMARIA.

1 *Publicatio teſtium an ſit de ſubſtantia proceſſus.*
2 *Publicatis atteſtationibus an alij teſtes produci poſ-ſint.*
3 *Publicatio ſola non excludit receptionem aliorum teſtium.*
4 *Inſtrumenta poſt publicationem rectè producuntur.*
5 *In cauſa matrimoniali idem obtinet.*
6 *Sententia in cauſa matrimoniali quando in rem iu-dicatam tranſeat.*
7 *Teſtes in cauſa matrimoniali poſt publicationẽ pro-duci non poſſunt, quando non agitur de vinculo ma-trimonij.*
8 *Reprobatio teſtium etiam publicatis atteſtationibus licita.*
Ratio iſtius. Ibid.
9 *Teſtium dicta nouis probationibus cõfirmari poſſunt.*
10 *Principis reſcripto noui teſtes poſt publicationẽ ad-mittuntur.*
11 *Iudex teſtes repetere poteſt.*
12 *Teſtes non ritè recepti repeti poſſunt.*
13 *Paria ſunt non fieri, vel minus ritè fieri.*
14 *Item non eſſe, & non apparere.*
15 *Conſuetudine recipi poteſt, vt teſtes publicatis atte-ſtationibus recipi poſſint.*
16 *Exceptio peremptoria poſt dedicita teſtium dicta obijci & probari poteſt.*
17 *Publicatis teſtium dictis contra perſonas & dicta te-ſtium excipere licet.*

PVblicationem † teſtium nõ eſ- 1
ſe de ſubſtantia proceſſus, con- 2
tra Accurſ. in l. prolatam. C. de
ſent. & interlo. om. iud. cõmu-
niter receptum eſt: ideoq; ſententiam, eà
omiſſa vel denegata, ſi appellatũ non ſit,
valere, vt notat gloſ. ſing. in c. ſi §. ceſſan-
te. in verbo, iudicijs. de hæret. lib. 6. Inno.
in c. Albericus, nu. 4. de teſtib. Bart. Bald.
& alij in d. l. prolatam. Afflict. in c. 1. §. itẽ
ſi vaſallus, nu. 4. de coutro. inueſtit. And.
Barbat. in c. cùm olim, nu. 12. de offic. de-
leg. Felin. in c. licèt cauſam, nu. 26. de pro-
bat. Marant. par. 4. diſtin. 9. nu. 22. vbi ma-
gis communem dicit, Pannor. in c. cum I.
& A. nu. 10. cum ſeq. de ſeuten. & re iudi.
vbi dicit, publicationem teſtium, potius
de iuſtitia, quàm ſubſtautia proceſſus eſ-
ſe, omiſſam ius litigatoris lædere, non
ordinem iudiciarium peruertere. Guido
deciſ. 586. vbi dicit ita in Curia Roma-
na, & Parlamento Pariſienſi obſeruari.

Proindè, ſi à denegata publicatione non
appelletur, ſententiam contra ius partis
latam tranſire in rem iudicatam, per no.
tata in l.cū prolatis.ff.de re indi Iaſ.ibid.
num.12.l.præſes.ff.eod.titu. Zaſ.ibid.nu.
2 2.gloſſ.in d.c.fina.§. ceſſante. Effectus †
publicationis eſt, vt ſuper ijſdem, vel di.
rectò contrarijs articulis, in eadem, vel
alia inſtantia, ijdem vel alij teſtes produ.
ci nequeant, text. in c. cùm veniſſent, de
teſtib. Ratio eſt, timor ſubornationis,
tex.in c.fraternitatis. vbi cōmuniter Ca.
noniſt.de teſtib. & tex. in Clem.fin.eod.
tit.l.per hanc.C. de temp.appell. & ibid:
Bar.& alij, tex.in Authen.at qui ſemel.C.
de ptobat.& in Auth.de teſtib.§.quia ve.
rò. Spec.tit.de teſt.§.ſatis vtiliter. Socin.
in fallē.reg.403. Philip.Port.lib.1.cōmu.
opin.conclu.19. Sed talis effectus qui lo.
co concluſionis erit, in multis caſibus nō
obtinet, quos notant, Panor. in d. c. fra.
ternitatis.nu.4.cum ſequ. Socin.loco al.
legato. & Port. d. concluſ.39. vbi 70. fal.
lentias ponit. Quoniam verò materia
iſta quotidiana, & vſu frequētiſſima eſt,
paucas hic annotabo. Primò fallit, ſi fa.
cta publicatione pars nondum copiam
atteſtationum habuerit, aut habita co.
pia, reſtificata non didicerit: putà, quia
obſignatæ adhuc ſint atteſtationes. Quo
caſu cùm ceſſet ratio legis prohibitiua,
putà timor ſubornationis, alij teſtes pro.
duci poterunt, etiamſi altera pars didice.
3 rit teſtificata, nam † ſola publicatio non
excludit aliquem à facultate alios teſtes
producendi, ſed ſcientia dictorum, per
text. in d. Auth. de teſtibus. §. quia verò.
glo.in d.Clem.fi. in ver.publicatis.gloſſ.
in c.conſtitutis.el.2.in verb.induxit.extr.
de teſtib.Specul.vbi ſuprà, nu.9. Socin.in
loco allegato. fallen. 23. Philip. Port. d.
concluſ.39. in 4. limitatione. Bald. in d.
Authen.at qui ſemel.num.5.Alexan.pul.
chrè conſil.84.num.5. incip.conſideratis
his.volum.4.Et hanc doctrinam Came.
ra ſequitur: licèt nonnulli ſint qui con.
trarium teneant, quos citat Port.d con.
cluſ.39.in 4.limit. Imò alij teſtes admit.
tuntur, etiā eo caſu, quo quis legiſſet at.
teſtationem perfunctoriè tantùm, & nō
plenè, neque accuratè, vt not.Barto.in d.
Auth.at qui ſemel. nu.19. per illum text.
ponderando verbum, percunctatus: quia
niſi tota atteſtatione cōpleta, non poteſt
ſcire effectum eius, argu. l. incinile.ff. de
legib.ita Bal.ibid.nu.5.Caſtr.nu.5.Sali.nu.
10.Socin.d.reg 403. in 16.fallen. Felin.&
alij in d.c. fraternitatis. Port.d. concluſi.
39.in 44.limit. Idem eſt ſi ab ipſis teſtibus
audiuiſſet quid depoſuerint, quia plerun
que gratificādi ſtudio, aliud partibus re.
uelant, & aliud depoſuerunt: ita Dd.in
locis ſuprà citatis. Secundò fallit, quóad
productionem inſtrumentorum, † quæ 4
poſt publicationem atteſtationum vſq;
ad cauſæ concluſionem rectè exhiberi, &
quatenus opus, teſtibus probari poſſunt:
quia nullus ratione inſtrumentorū ſub.
ornationis timor ſubeſt, tex.in c.cùm di.
lectus.de fid. inſtrum. gloſſ.ibid.in verb.
poſt publicationē, & in c.ſeries, in verbo,
inſtrumētum, in fine de teſtib.& in l.offi.
cium.ff. de rei vendi.in verbo, exceptio.
nem.Soci.d.reg.403.in 31.fallen.Bal.in l.
ampliorem.num.5.C.de appel. vbi dicit,
ad comprobationem inſtrumenti, nota.
rium & teſtes, etiam poſt factam publica.
tionem, examinari poſſe. Idem in l.ſiqui.
dem.nu.2.C.de excep.Salic.in d. Auth.at
qui ſemel.num.6. Alexan.conſ.46.num.
18.vol.6.incip. Viſo & oportunè diſcuſ.
ſo.& conſ.213.nu.18.volu.2.incip. viſo &
oportunè. Philip.Port.d.concl.39.fall.31.
Tertiò, ſingulariter fallit in † cauſa ma. 5
trimoniali: quia ſi ſentētia in cauſa ma.
trimoniali non tranſit in rem iudicatā,
text.in c.lator.de ſent. & re iud.glo.ibid.
in verb.permanere. & Panor.nu.9. text.
in c.tenor.& in c.conſanguinei. eod. tit.
multò minùs impeditur quis, publicatis
atteſtationibus alios teſtes ſuper ijſdem,
vel directò contrarijs articulis produce.
re, text.in d.c.ſeries. & ibi gloſ.in verbo,
iuri contraria, text.in c.ex tenore, & in c.
cùm in tua.de teſtib. Panor.in c.2. nu.12.
de cōſang.& affi.idem in c.iurauit.nu.4.
cum ſequ.de prob.& in d.c.fraternitatis.
Soci.d.reg.403. fall.15.Iaſ.conſ.15.per to.
tum.volu.3.incip.ſpeciale prima fronte:
vbi communem dicit Port.d. conclu.39.
fal.23. Feli.in d.c.iurauit.nu.2.vbi pro re.
gula tradit, quòd vbicunque vitium non
poteſt à partibus remitti, tunc publica.
tio teſtium, vel ſententia non obſtat, eò
quod non ſit poſitum in poteſtate partiū
tacitè, vel expreſſè confirmare illud, in
quo ſubeſt peccatum, & quod iure diui.
no prohibitum eſt, per iura allegata.

Hanc

Hanc limitationem intellige procedere
in eo,qui,matrimonium contractum eſ-
ſe aſſerit,nam in eius præiudicium pub-
licatio non obſtat:ſecùs eſt in eo qui con
tradicit matrimonio, vt ſingulariter &
prolixius explicat Panor. in d.c. iurauit.
6 nu.6.ſicut etiam † ſententia in cauſa ma-
trimoniali tranſit in rem iudicatã,ſi ab
ea debito tẽpore non appelletur,quando
nullo impedimento Canonico obſtãte,
ſententia ꝓ matrimonio fertur, gl. in d.
c.lator.Panor.ibid.nu.9.& d.c.iuranit. a-
liud ſi ſentẽtia eſſet contra matrimoniũ,
quia tũc ꝓpter peccatum nunq̃ tranſit in
7 rem iudicatã,Iaſ.d.conſ. 5.Prætereà † in-
tellige hãc limitationẽ procedere,quãdo
eſt quæſtio de vinculo matrimonij, ſecùs
ſi de legitimo proceſſu quæratur:nã tunc
etiam in cauſa matrimonij ſcientia teſti-
moniorũ,aliorum teſtium productionẽ
impedit. Ratio, quia diſputatio proceſ-
ſus nõ concernit factum animarũ, & ſic
ceſſante fauore matrimonij obtinet re-
gula d.c.fraternitatis.glo.ſingula. In d.c.
conſtitutis.el.2.in verb.ſuper proceſſum.
Feli.ibid.nu.1. Imol. & Panor. ſimiliter.
Eſt inſignis limitatio ad d.c.ſeries. & d.c.
8 cùm in tua. Quartò fallit,quóad † repro-
bationem teſtium: vt,ſi quis velit proba-
re teſtem muneribꝰ corruptum,teſtimo-
nium falſum perhibuiſſe, qa ſicut nõ va-
let ſententia venalis, text.in l.venales.C.
quan.prouoc.non eſt neceſ. ita nec cor-
rupta teſtis depoſitio, text. in c. ſicut no-
bis,de teſtib.& in l. ſi quis teſtibus.C.eod.
aut ſi aliàs docere velit de inhabilitate
teſtis , ipſum videlicet eſſe periurum,
ignominioſum,infamem,falſarium,ho-
micidam,&c.quæ inhabilitas, ſiue quali-
tas teſtis cõſideratur tempore recepti iu-
ramenti, qualis nimirũ eo tempore fue-
rit,quo in teſtem productus,& iuramen-
tum præſtitit, nõ qualis poſtea extiterit,
text.in l.3. in princip.ff. de teſtib.& in l.3.
§.duæ autẽ ſunt cauſæ.ff. de Carbo.edict.
gloſſ.ibid. in verbo, non eandem. Alex.
conſil.5.num.9.vol.1.incip.viſo proceſſu
cauſæ. Ratio cur poſt publicationem re-
probatio teſtium fieri poſſit, eſt, quia re-
probatio eſt diuerſus & nouus articulus,
ſuper quo teſtes non ſunt recepti, vnde
publicatio nihil obſtat,per tex.in d.l.ſi qs.
teſtib. & text. notab. in c. licet dilectus.
eo.tit.gloſſ.ibid. in verbo,quos.& glo.in
d.Auth. at qui ſemel, in verb.productio-
ne.pulchrè Bartol.ibid.num.25. Caſtren.
nu.4. quorum diſtinctiones in hac ma-
teria reprobatoria teſtium omninò vi-
de, Antho. de Butrio in d.c. fraternita-
tis.num.16. Socin. d.regul.403.fallent.13.
cum ſequen. Philip. Port. d. concluſ. 39.
in 6. limitat.libr.1. Felin. ampliſſimè de
materia falſorum teſtium.in c.licet cau-
ſam.nu.24.cum ſeq. de probat. text.in d.
c.ſicut nobis,de teſtib.& in d.c.ex tenore.
eo.tit. Quintò fallit,quando producun-
tur † teſtes ad confirmandam priorem 9
probationem:veluti,ſi quis duobus teſti-
bus probâſſet certa die, & certo loco,vi-
neam ſe emiſſe:aduerſarius verò contra-
rium probauerit, ea die emptorẽ ibi loci
non fuiſſe, quo caſu alios teſtes produ-
cere licitum eſt,ad confirmandum prius
teſtimonium, videlicet,quòd ea die præ-
ſens fuerit,& vineã ibi loci emerit, Butr.
in d.c.fraternitatis.nu.16. idem in d.c. cũ
clamor,nu.5. Felin.ibid. num.3. & com-
muniter Canoniſtæ. Port.d.conclu.39.in
7.limit.Salic.in l.per hanc.nu.2.in fin.C.
de temp.appel.vbi omninò vide.idem in
d.Auth.atqui ſemel.num.11. Ratio,quia
iſta probatio eſt diuerſa à prima. d.l.ſi qs
teſtibus. Sextò fallit, ſi † Princeps ſuo 10
reſcripto , cum clauſula non obſtante
publicatione, vel ex certa ſcientia, alio-
rum teſtium productionẽ permitteret,
Spec.d.titul. de teſt §. ſatis vtiliter.num.
6.Socin.d.regul.403.fallen.32. Port.loco
allegato,fallen.16. Septimò, fallit in cri-
minalibus, per notata infrà eod. Obſer.
107. Octauò, fallit in † iudice,qui ex offi- 11
cio teſtes repetere poteſt, non obſtante
publicatione,per allegata infrà,d. Obſer.
107.Port.d.conclu.39.in 26. limitatione,
vbi multa allegat. Nonò fallit,ſi † teſtes 11
non ſint legitimè & ritè recepti: putà à
iudice incompetente, vel lite non con-
teſtata,aut ſuper interrogatorijs nõ exa-
minati,per tex.in c.per tuas:de teſti.text.
in Clem.2.eod.titu.gloſſ.ibid. in verb.ri-
tè, Bart.in d. Auth. At qui ſemel,num.34.
Caſtr.ibid.nu.13.Bald.nu.1.in 8.fallen. Sa-
lic. in d.l. per hanc. num. 2. in fi. Port.d.
concl.39.in 1.& 2.liml.Ratio;quia † paria 13
ſunt,non fieri,vel minùs ritè fieri, tex.in
l.hæc conditio.ff. de condit.& demonſt.
& in l.quoties.ff.qui ſatiſd.cog.gloſ.vni-
ca ibid.text.in l.1.ff.ſi quis in ius vocat. &

in l.4.§.condemnatum.ff. de re iudic. Et
non pręſtat impedimentum, quod de iu-
re effectum non ſortitur, tex.in c.nō præ-
ſtat, de regu.iur.lib.6. Idem ſi præcipitan-
ter publicatio facta ſit, Bald.in d.Auth.at
qui ſemel.nu.1. vbi omninò vide. Deci-
mò fallit, ſi atteſtationes ſint deperditæ,
Bart.in d. Auth.atqui ſemel.nu.35. Caſtr.
ibid.nu.13. Spec.d.tit. de reſt.§. ſatis vtili-
ter.num.3. & num.12. vbi omninò vide.
Bald.in d.l. per hanc.nu.16. Port.in 25 li-
14 mit. Ratio, quia paria † ſunt, non eſſe, &
non apparere, text.in c.fina.de probat.&
in l.duo ſunt Titij.ff.de teſtam.tutel.text.
in l.in lege.ff. de contrah. empt. & in l.ſi
fuerit.ff.de reb.dub. Vndecimò fallit, ſi
partium conſenſu, publicatis atteſtatio-
nibus, alij teſtes producerentur, argu.l.ſi
quis in conſcribendo.C. de pact. Bart. in
d.Auth.atqui ſemel.nu.38. Bal.ibid.nu.1.
in 4.fallen. idem in d.l. per hanc.num.6.
Port.d.conclu.39.fallen.24. Intellige hāc
fallentiam procedere quóad priuatam
vtilitatē: ſecùs ſi obſtat publica vtilitas,
Socin.d. concl.403.fall.4. Duodecimò
15 fallit, ſi † conſuetudine aliter receptum
ſit. vide ad hoc Port. d. conclu. 39. fallen.
37. Socin.d.reg.403.fall.12. Decimotertiò
16 fallit, quóad † exceptionem pereinpto-
riam, quæ publicatis atteſtationibus op-
poni & ꝓbari poteſt, veluti exceptio prę-
ſcriptionis pácti de non petendo rei iu-
dicatæ, reprobatio teſtium, & ſimiles ex-
ceptiones. Ratio, quia huiuſmodi exce-
ptiones ſunt noui articuli, ideoque aper-
tis teſtimonijs rectè opponi & probari
poſſunt, etiā in cauſa appellationis, per
tex.in d.c.ex tenore.de teſtib.gloſ.notab.
in c.de teſtibus. in verb. publicatæ.eo.tit.
text.in c.finem litibus. de dol. & contu.
d.l.ſi quis teſtibus.C.de teſtib. Plures hu-
ius regulæ limitationes vide apud Dd.in
d.c.fraternitatis. & d.Auth.atqui ſemel.
17 Port.d.conclu.34. Publicatis † atteſtatio-
nibus partes poſſunt ſcripto, tam contra
perſonas teſtium, quàm eorum depoſi-
tiones excipere, & ſimul intentionem
ſuam ex dictis teſtium comprobare, vul-
gariter Beweiſung ſchrifft appellāt, quo
facto, in cauſa concluditur. ita commu-
niter in Camera, & alijs iudicijs obſer-
uatur, vide ſuprà, Obſer.87. in fine. quod
practica c. præſentium. de teſtib. in Ca-
mera non obſeruetur.

OBSERVATIO CVI.

De editione inſtrumentorum & literarum.

SVMMARIA.

1 *Editionem inſtrumentorum ab alio exigens, de ſuo intereſſe docere debet.*
2 *Qua actione editio facienda.*
3 *Summaria cognitio duplex.*
4 *Inſtrumenta communia edenda.*
5 *Qua actione teſtamentum exhibendum.*
6 *Notarij prothocollum partibus edendum.*
7 *Inſtrumentum à Notario redemptum an ſit edendum.*
8 *Statuta edenda ſunt.*
9 *Statutum iuri communi conforme, non edendum.*
10 *Iudici totum inſtrumentum edi debet: parti verò copia clauſula controuerſa.*
11 *Fiſcus poteſt petere editionem inſtrumentorum etiā à reo, licèt ſua non teneatur edere.*
12 *Vſurarius tenetur edere rationes.*
13 *Fraudes in ſuis contractibus committere ſolitos, edere cogendos.*
14 *Scriptura publica quando edenda.*

EDitio inſtrumentorum vel qua-
rumlibet literarū, ſi à tertia per-
ſona, putà Notario vel Merca-
tore, aut alia extranea perſona petatur,
an concedenda & decernenda ſit dubi-
tari ſolet. Communis eſt cōcluſio quòd
editio inſtrumentorum non ſit illi de-
cernenda, qui non mandauit per ſe vel
per alium, nec ſucceſſit in ius mandātis,
inſtrumentum confici, per text.in l.quæ-
dam §.fin. & in l. ſi quis ex argentarijs §.
pertinere.ff.de eden. Fell.in c.1. num.14.
Panormit. & alij ibid de probat. pulchrè
Schurff, conſ.83.cent.2.per totum.incip.
Super propoſita quæſtione, quem omni-
nò vide. Vndè infertur, quòd nec argen-
tarius, nec quilibet alius conficiēs ratio-
nem vel ſcripturam, teneatur illam ede-
re ei, cuius mandato non fuit facta, Bart.
in l.fin.ff.de tabu.exhib.num.3. vbi dicit,
quòd petēti † exhibitionem tabularum, 1
vel inſtrumentorum à Notario obijci
poſſit exceptio, Tua non intereſt, Non
es ille de quo inſtrumētum mentionem
facit. Ita communiter concludunt Ca-
noniſt.in d.c.1. Schurff.d.conſil.85. Ferra.
in form. peten. inſtrum. cop. num. 3. in
verb. cum anno. Dd. in l.1.§. editiones.
ff.de eden. Fallit iſta concluſio. Primò, ſi
interſit eius, qui petit editionem † inſtru- 2
menti, vel literarum: quo caſu, vel per e-
dictum de edendo, aut ſubſidiaria actio-
ne in

ne in factum editionem instrumenti pe tere poteſt, licèt ſe mandante tale inſtru mentum non ſit factum,tex. in d.l. quæ. dam.§.fin.& in l.is apud quem, C. eod. tex.in l.3. §. ſciendum & §. interdictum. in fi.ff.ad exhiben.Bart.in d.l.1.§. editio. nes.nu.3.Schurff.d.conſi.85.nu.3. & nu.5. Ratio,quia inſtrumentum eſt pars pro. bationis: & quemadmodum teſtis cogi. tur dicere teſtimoniũ pro tertio. text. in l.ſi quãdò.C.de teſtib.ita quoq; inſtrumẽ. tum tertio,quãdò ſua intereſt,edendum eſt,per iura allegata. Debet aũt de prætẽ. ſo intereſſe, iudici ſummariè conſtare, nec ſoli aſſertioni petẽtis editionẽ inſtru menti creditur, text. expreſſus in d.l.3.§. ſummatim,ff.ad exhib. & in d. l. quædã,

3 §.fi.Summaria † cognitio in iure dupli. citer accipitur: vno modo ratione ordi. nis,quandò proceditur de plano , vt in executione,l.à Diuo Pio.§.ſi ſuper.ff. de re iud.alio modo reſpectu probationũ, quandò ſemiplenæ ꝓbationes, præſum. ptiones & indicia ſufficiunt: præſertim ſi agatur de re modici præiudicij , vt hîc, quandò de editione agitur,glo.notab.in d.l.3.§.ſciendũ. in verb. ſummatim. Bal. ibid.num.1.quem omninò ad hoc vide. Bar.in extrauag.ad reprimendũ,in verb. ſummariè,& in verbo,de plano.vbi tra. ctat quomodo dicatur ſummaria , vel plenaria cognitio. Hinc eſt quòd in Ca. mera, quandò compulſoriales petuntur contra tertium,ad edendum inſtrumen ta,parti petenti inprimis iniungatur, vt intereſſe ſuum in ſpecie deducat, & pro. bet. Præterea ſi in Camera quis actorum copias, in cauſa inter alios vertente vel iam deciſa poſtulet , huiuſmodi copiæ non conceduntur , niſi inprimis de ſuo intereſſe doceat:nam neque iuris, neque æquitatis ratio permittit, vt alienorum inſtrumentorum poteſtas alteri fieri de. beat,tex.in l. qui accuſare.& in l.fi. C. de eden.vtrobiq; Dd. Probato aũt intereſſe, rectè editio iniungitur, putà, ſi probatũ ſit inſtrumenta quæ à tertio petuntur,eſ.

4 ſe † communia:quo caſu,cum die & cõ. ſule edi debent,d.l.1.§.editiones. glo.ibi. in verb die & conſule.Bartol.ibid.num. 4.vt ſunt teſtamenta inter hæredes & legatarios, quorum nomine compara.

5 ta † ſunt duo edicta: primum de tab. ex. hib.alterum,teſtam.quemadm. aper. il. lud contra eum qui negat ſe teſtamen. tum habere, vel ſe nõ poſſe exhibere aſ. ſerit,locum habet:hoc verò, cõtra eum qui non diffitetur tabulas teſtamenti a. pud ſe extare, quo caſu compelli poteſt, vt aperiat,tot.titu. ff.& C. quemadmod. teſtamen.aperian.& tot.titul. ff. & C.de tab.exhib.Rofred.ad Rub.de tab. exhib. in ſecundo requiſito, vbi cautelã tradit de vtroq; edicto. Eodem modo protho. collũ † Tabellarij, ſiue Notarij partibus 6 cõtrahentibus cõmune eſſe debet. Proin de ſi Notarius requiſitus nolit exhibere prothocollum,mandatis pœnalibus, ad inſtantiam alterutrius partis, ad hoc cõ. pelli poteſt,per tex.in l. argentarius.ff.de eden.Iaſ.ibid. num.1. nam Notarius qui non edit,eſt in dolo præſumpto,tex.in l. vbi exigitur.ff.d.tit. Iaſ. in d. l. argentari. us.§.cùm autem.nume. 1. & ad intereſſe tenetur.d.§.cùm autem. vbi Bart.Caſtrẽ., Iaſ. & alij. Aliud eſt in † inſtrumento, 7 quod altera pars contrahentium ſibi à Notario ſuo ære confici curauit, quia il. lud ei,cum quo contraxit, edere non te. netur:cùm ſit proprium ipſius redimen. tis,& non commune, licèt alterius vtili. tatem quoque contineat, per text.in d.l. qui accuſare. Alexand.ibid.num.2.Caſt. num.2.Iaſ. num.2.Bart.in d.l.1.§. editio. nes.num.4. vbi dicit, quòd inſtrumenta communia reſpectu dominij debent edi , vt inſtrumenta hæreditaria inter duos hæredes: ſecus ſi inſtrumenta ſint quòad dominiũ propria , vtilitate verò communia, veluti inſtrumentum à No. tario proprio partis ære redemptum. Idem Bario.in d.l.fin.num.4. C. de edẽ. in prima lectu.Bald.ibid.nume.3.Secun. dò fallit , ſi petatur à magiſtratu editio 8 † alicuius ſtatuti , ab vna parte in iudi. cio allegati, ab altera verò negati: quia ta le ſtatutum cùm ſit publicum,& ius pro. priũ illius loci, vbi illud ſeruatur, text.in § ius aũt.Inſtit.de iur.natu.gent.& ciuil. & in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur.id. cò omnibus ſubditis eius loci cõmune, & per cõſequens nemini denegandũ eſt: & tali caſu parti petẽti in Camera cõpul. ſoriales decernũtur. Edi autem non de. bet totus ſtatutorum liber , ſed capitulũ allegatum, per text. in d. l. argentarius. verſicul.edi autem.vbi Bart.nume.1. Iaſ. & alij. Bart. præclarè ad rub.ff.de no.ope.

9 nun.nume.7.Iaſ.ibid.numc.8. Quòd † ſi
ſtatutum iuri communi conſentaneum
ſit, non eſt opus aliqua editione , Felin.
in c.contingit.num.2.de fid.inſtrum. Pa
nor.in c.paſtoralis,eod.tit.Bartol.in d.l.
omnes populi, ad finem. ff. de iuſtit. &
iur. Quid in alijs inſtrumentis, priuilegi-
is, ſcripturis, & libris obtineat , vide text.
& Dd.in d. c. contingit, text.notab.in c.
cùm perſonæ, de priuileg.libr.6.glo.ibid.
in verbo, integraliter. Bartol. Alexand.
Iaſ.& Dd.ad d.rubr.ff.de oper.noui nũc.
Bartol.in d.l.argentarius. §.edi.nume. 1.
10 Breuiter † iudici totum inſtrumentum
edendum eſt, nec ſufficit partem eius, de
qua quæſtio eſt, edere: ſi verò parti inſtru
mentum edendum, totum quidem iudi-
ci edi debet, ſed parti copia tantùm eius
capituli danda, quæ ad cauſam facit, re-
ſtituto originali inſtrumento, prout in
Camera quotidiè obſeruatur, Bart. pul-
chrè ad d.rubric. ff. de nou. oper. nunc.
nume.7.Iaſ.ibid. nume.8. Tertiò fallit
11 in procuratore † fiſci, in cauſis exempti-
onum, & contributionum imperij: quia
priuilegiorum & inſtrumentorum edi-
tionem, non ſolùm à tertijs, verùm eti-
am ab ipſis Reis conuentis , ad proban-
dam ſuam intentionem contra alios,
vel contra reos conuentos poſtulare po
teſt, & ad eum effectum dantur ei quo-
que compulſoriales in Camera, contra
diſpoſitionem iuris communis, in d.l.
qui accuſare.cum ſimilibus: idq́ue ſpeci-
ali fauore fiſci & reipublicæ, per tex.in l.
in fraudẽ.§.ex his bonis.ff.de iur. fiſ.tex.
in l.ne quiſquàm, gloſſ.1.ibid.ff. de eden.
Alex.in d.l.qui accuſare,& d.l.fi. C. eod.
tit.Soc.reg. 112. fall.3. Sed illud procedit
in cauſis ciuilibus, non autem criminali-
bus, text.in l.2.§.item Diui fratres, ff. de
iur.fiſci, gloſſ.ibid.in verbo, agatur, text.
in l.de minore, §.tormenta , ff. de quæſt.
Bald.in d.l.fi.C.de edend.Soci.vbi ſuprà,
Alex.cõſi.132.nu.5.vol.1. incip. viſa facti
narratione. Ipſe verò fiſcus contra ſe nõ
tenetur edere inſtrumenta ſua, quod in-
tellige prout declarat gloſſ.magna in d.
§.ex his bonis, Alex.in d.l.is apud quem.
12 Quartò, fallit in † vſurarijs, qui tenentur
codicẽ rationũ edere, tex.in Clem.1.§.cę-
terũ.de vſuris.glo.ibid.in verb. cenſura,
quæ hoc extendit ad Iudæos. Card. ibid.
Bal.in d.l.quædã.nu.1.ff. de eden.Feli. in
d.c.1.nu.19.cũ ſeq.de probat.vbi hoc † tex- 13
tendit ad ſimiles perſonas, fraudes in cõ-
tractibus cõmittere ſolitas, vt ſunt publi-
cani, caupones, ſtabularij, ita dicit ſingu-
lariter tenere Bal.in l.diſſolutæ. C.de cõ-
dict.ex lege.facit ad hoc tex.in l. quantæ
audaciæ.ff.de public. & vectigalib. Quin-
tò fallit in † ſcriptura Banni, vel alterius 14
actus, ad vindictã publicam ſpectãtis: ta-
lis enim ſcriptura cuilibet edẽda eſt, quia
largo modo cuiuslibet intereſt eam edi,
Bal.ad rub.C.de fid.inſtr.Schürff. d.cõſi.
85.nu.4.Bar.in d.l.1.§.editiones. de eden.
num.3. vbi dicit, quòd executionis copia
danda ſit cuilibet, cuius intereſt, Felin.in
d.c.1.nu.18.de prob.vbi dicit huiuſmodi
publicas ſcripturas afficere perſonas, &
ideò ius facere quóad oẽs, allegat ad hoc
tex.in l.ex ea cauſa.ff.de poſtul.

OBSERVATIO CVII.

De concluſione cauſæ.

SVMMARIA.

1 Concluſio cauſæ non eſt de ſubſtantia proceſſus.
2 Fallit in Camera.
3 Quandò dicatur in cauſa concluſum.
4 Poſt concluſionem non admittuntur probationes.
5 Fallit quoad iudicem.
6 Iudex poſt concluſionem poſitiones facere poteſt.
7 Quomodò paria ſint, concluſum in cauſa, & ſententiam eſſe latam.
Iudicis officium eſt latiſſimum. ibid.
8 Iudex poſt concluſionẽ partib. dubia mouere poteſt.
9 Concluſio cũ oblatione, Si quid facti &c. vtilis eſt.
10 Probationes nouæ poſt concluſionem admittuntur.
11 In criminalibus nunquàm concluditur.
12 Sicut nec in matrimoniali cauſa.
13 Allegationes iuris poſt concluſionẽ exhiberi poſſunt.
14 Inſtrumentum iudicialiter exhibitum & parti non communicatum non probat.
15 Concluſio in Camera non fit cum clauſula reſeruatoria.
16 Concluſio & ſententia in quibus parificentur, remiſſiuè.

ETSI concluſio † cauſæ nõ ſit de 1
ſubſtantia proceſſus, ita vt abſq;
vitio nullitatis omitti poſſit, vt
tenet gloſſ.in Clem. ſæpè §. ſententiam.
in verb.concluſione.de verb. ſig. Zabar.
ibid.in §.Et quia.nu.20.Rota deciſ.1.nu.
1.tit.de teſtib.in nouis.Panor.in c.cùm I.
& A.nu.12.de re iud.Maran.par.4.diſt.9.
vbi dicunt concluſionem etiam in cau-
ſis ordinarijs, magis de conſuetudine,
quàm

quàm ſubſtantia proceſſus eſſe:tamen in
2 † Camera nulla ſententia publicatur, nè interlocutoria quidem, niſi in cauſa legitimè concluſum ſit, parte verò alterutra concludere nolēte, iudex ea inuita in contumaciā cauſam ex officio pro concluſa acceptare, & in principali pronunciare poterit, per text. in Auth. iubemus. C.de iudicijs.glo.in Clem. Sæpè. in verb. concluſione.de verb.ſign. & gloſſ.in d.§. ſententiam. pulchrè Iaſ.in l. admonendi.nu.52.ff.de iureiur.Spec.tit.de renunc. & concluſ.nume.1. quod tamen eatenus verum eſt, quatenus parti ad concludendum ſufficientes dilationes cōceſſæ ſint.
3 tex.in d.Authen.iubemus.In † cauſa verò concluſum dicitur, quandò vtrinque probationibus & allegationibus renunciatur, tex.in c.paſtoralis.de cauſ.poſſeſſ. & propriet.Inno.ibid.num.1.Spec. loco citato.nu.3.gl.in c.cùm dilectus. in verb. concluſum.de fid.Inſtru.Zabar.in d.§.& quia.nu.20, Iaſ.in d.l.admonendi.nu.52. Alex.conſ.182.nu.7.vol.6.incip. In cauſa
4 & lite.Hinc pro regula traditur, poſt † cōcluſionem in cauſa, probationes facti, item inſtrumēta, produci non poſſe, nec producta admitti debere, per text.in d. c. cùm dilectus.vbi plenè Felin.per totum. Iaſ.in d.l.admonendi.nu. 61. quæ regula multas patitur exceptiones, quarum aliquas ſubijciā. Primò non procedit hæc
5 regula in iudice: quia quóad † iudicem, nunquàm in cauſa concluditur, & ideò ex officio concluſionem reſcindere, vlterioremque probationem partibus iniungere poteſt, text.in c.cùm Ioannes.de fid.inſtr.gl. ibid.in verbo, poſtquā, ſimiliter.Fel.nu.12.idem in d.c.cùm dilectus. nu.13.eo.tit.Iaſ.in d.l.admonendi.nu.62. prónt quotidiè in Camera obſeruatur. Alex.in l.4.§.hoc autē iudicium. nu. 14. & nu. 18.cum ſeq ff.de dam.infec.vbi dicit, iura prohibentia poſt concluſionem fieri probationes, intelligēda quóad partem, non quóad iudicē. Vnde infertur,
6 iudicem † ex officio poſt concluſionē in cauſa, partem interrogare poſſe, non ſolùm ad declarationem retrò actitatorū, ſed etiam ad fundandam de nouo intentionem partis, & ſic in vim nouæ probationis, per text.in d.c. cùm Ioannes. vbi ſingulariter Fel.nu.11.l.generaliter. C.de rebus credit.l.vbicunque.ff. de interrog. act.Bar.ibid.nu.7.dicens, iudicem quandocunque, etiam poſt concluſionem in cauſa, poſitiones facere poſſe.gloſſ.in l.3. ff.de teſtib. in ver. inimicitiæ, quæ dicit, quòd iudex poſſit ſe informare de qualitate teſtis, & glo.in l.1.§. ſi præſes curatores.in verb.de nominib.ff. de magiſt.cōueni.Bar.in d.§.hoc autem iudiciū.nu.7. Ex hoc limitatur regula illa, quòd paria
† ſint, concluſum in cauſa, vel ſententiā 7
eſſe prolatam, text.in l.ſi rem.§ ſi.ff.de euictio. & in l.quamuis indubitati. C. ad l.Iul.de adult. Iaſ.in l.naturaliter §.nihil commune.nu.112.ff.de acq.poſſ. Bart.in l.ſi mater.§.eandem.nu.5.ff.de excep. rei iudic. quia illa parificatio procedit quóad partem, cui ex concluſione manus ligatę ſunt: ſecùs, quóad iudicem, cuius officium, facta concluſione, non conquieſcit, per gloſſ.notab.in di Clem. ſæpè. in verb.interrogabit.Iaſ.in repet.d.l.admonendi.nu.51.& nu.62.eſt enim iudicis officium latiſſimum, tex.in l.1.ff. de iuriſd. om.iudi.& quia veritas ſæpius examinata, magis ſplendeſcit in lucē, tex.in c gtaue,35.q 9.gl.in d.c.cùm Iohannes, in verbo, poſtquam. Imò generaliter, in ciuili-
bus † iudex poſt concluſionē, vſq; ad ſen- 8
tentiam diffinitiuam incluſiuè, partibus dubia circa merita cauſæ mouere, & eorum reſolutionem petere poteſt.gl.in §. quia verò.Auth. de teſtib.Iaſ. in d. l. admonendi.nu.63.vbi plura allegat, vt notant Dd.in d.c.paſtoralis, & in d. c.cùm Ioannes.Hippol.ſing.155.nu.1.vbi hoc limitat, vt ibi per eum. An autem iudex in criminalibus, ex officio inducere poſſit nouas probationes, vide Bart.in d.l.4.§. hoc autē iudicium.nu.7.cum ſequ.ff.de dam.infec. Secundò fallit hæc regula, Si fiat per partē vel eius procuratorē cōcluſio in cauſ?, cum clauſula oblationis, Si quid facti, &c. qua eruditi Aduocati, & Procuratores vti cōſueuerunt: cuius clau-
ſulæ vigore ſæpè † cōcluſiones in Came- 9
ra reſcindūtur, & vlterior probatio facti, quod in actis allegatū, ſed ſufficienter ꝓbatū nō eſt, iniūgitur: quia virtute dictæ clauſulę iudicis officiū imploratū cenſetur, vnde illud meritò impartiti debet, ꝑ notata Dd. in l. vnica. C. vt quæ deſunt
Aduoc. Tertiò fallit, propter † ꝓbationes 10
poſt concluſionem de nouo repertas, ꝑ tex.elegantē, in c.paſtoralis, de exceptio.
vbi

vbi plures caſus recenſentur, quē ad hoc
vide omninò. Bart.in l.municipiorum.
num.5.ff.de opt.leg.Iaſ.in d.l.admonen-
di.num.50.& 54. Felin. in d. c. cùm dile-
ctus.nn.16.cum ſequen.Hippol. in pract.
crim.§.ſequens. num. 45. nam hoc caſu
iudex ad partis ſupplicationem, cauſa
cognita, concluſionem reſcindere, & no-
uas probationes, putà inſtrumenta, alia-
que iura de nouo reperta, admittere de-
bet, per iura allegata. Quartò fallit in cau
ſis criminalibus, in quibus quóad reum
11 nunquàm in † cauſa concluditur: idque
fauore defenſionis receptum eſt: poteſt
enim reus defenſiones ſuas, non ſolùm
ante publicationem teſtium, ſed etiam
publicatis iam atteſtationibus, adeoque
poſt concluſionem, quandocunque pro-
ponere, per text. ſingularem in l.vnius §.
cogniturum. ff. de quæſtion. ponderan-
do verba, quocunque tempore. Bar.ibid.
num.3.Bal.in l.ſi accuſatoribus.num. 19.
C de accuſa. Iaſ.in repet.d.l.admonendi.
num.61.latè Hippol.in l.1.§.fi.num.63.ff.
de quæſt.Bart.ibid.nu.4.Port.lib.1. com-
mu.opin.concluſ.39.fall.33. vbi omninò
vide. Baro.in Auth.At qui ſemel.C.pro-
12 bat.nnm.14. Quintò fallit in † cauſa ma-
trimonij, quæ cùm ardua ſit, probatio-
neſque liquidiſſimas requirat, criminali
comparatur, vt notat Alex.in l.3.num. 1.
cum ſequ.ff.de iureiur. idem conſil. 143.
num. 4.volum.2. incip. quoniam abun-
dè.Zaſ.conſil.3.num. 27.volum.2.incip.
Caſus talis. vndè non obſtante concluſi-
one, aut publicatione teſtium, nouę pro-
bationes fieri poſſunt: quia ſententia in
cauſa matrimonij, maximè contra ma-
trimonium lata, nunquàm in rem iudi-
catam rtanſit, per tex.in c.lator.vbi gloſ.
in verb. permanete. de re iudic.c. tenor.
& c.conſanguinei. eo.tit.vbique Panor.
Idem in c.ex literis.num.12.de conſang.
& affin.vide ſup.Obſeru.105.Sextò fallit,
13 quóad † allegationes & informationes
iuris, putà conſilia Dd.quę etiā poſt con-
cluſionem exhiberi poſſunt: legū enim
& iurium allegatio nunquàm prohibita
eſt.Bald.in Auth.iubemus.C.de iudic.&
in d.l.quamuis indubitati,num.3.C.ad l:
Iul.de adulter.Felin.in d.c.cùm dilectus.
num.25.Rom.conſi. 176.num.9.Iaſ.in d.
l.admonendi.nu.64. Hac fallentia Ad-
uocati ad cautelam in Camera vti con-
ſueuerunt, cuius vtilitas in eo verſatur,
vt anſa diſputandi, & litem extrahendi
parti aduerſę pręcidatur: nam huiuſmo-
di allegationes, pro informatione iudi-
cis tantùm exhibentur: quæ tamen parū,
aut nihil proſunt, ſi factum, ex quo ius o-
ritur, tex.in l.ſi ex plagis.§.in diuo.ff.ad l.
Aquil. non ſit antea in actis ſufficienter
deductum, & probatum: nam huiuſmo-
di ſcripturæ extraiudiciales, parte altera
non audita, pars actorum non ſunt, &
ideò fidem, quatenus factum in actis nō
deductum concernunt, nullam faciunt,
text.in l.acta.ff.de re iudic.& in c. quoni-
am contrà.de probat.Guid.deciſ.241.in-
cip.an aliqua.Alex.conſi.64.num.8. vol.
3.incip.etſi celeberrime.tex.in c.chartæ.3.
q.9.text.in l.iudices.C.de fid.inſtru. quia
iudex ſecundùm allegata, & probata iu-
dicare debet, tex.in l.illicitas.§.veritas.ff.
de offi.præſid.Imò † inſtrumentum iudi- 14
cialiter exhibitum non probat, ſi parti
aduerſæ ritè citatę non ſit facta commu-
nicatio, cum termino conſueto ad re-
ſpondendum, vel contradicendum, tex.
in d.l.iudices, Bald.ibid.Hippol. ſing.81.
incip.aduertas ad vnū.vbi plures ad hoc
allegat.Idem in d.§.ſequēs.num.27.cum
ſeq. vbi omninò vide plures ad hanc cō-
cluſionem limitationes. Septimò, fallit
quóad recognitionem ſigillorum: nam
poteſt fieri probatio poſt concluſionem
cauſæ, vt notat Afflict. in c.1.num. 44.ſi
de inneſt. inter dominum & vaſallum,
&c.Rot.deciſi.2.titul.de teſtib. in nouis.
Octauò † fallit, ſi facta ſit concluſio, cum 15
clauſula, Salua productione ſcripturarū.
Afflict.in d.c.1. vbi omninò vide, an ſcri-
ptura priuata poſt concluſionem exhi-
bita ad probandum admitti debeat. In
Camera nunquàm fit concluſio cum ta-
li clauſula reſeruatoria: & ſi fieret, non
attenderetur, quia ſcripturas, ſi quas pro-
ducere velit, iuxta Ordinationis præſcri-
ptum, ſuo ordine & loco exhibere, &
producere debet. Plures limitationes † 16
vide per Fel. in d. c. cùm dilectus, per to-
tum, & ibid. pulchrè à nu.1. vſq; ad num.
10. incluſiuè, recenſet caſus, in quibus
concluſio & ſententia parificari poſſint.
Hippol.in practic.crim.§.ſequens.num.
14.cum ſequ.

OBSERVATIO CVIII.

Iuramentum neceſſarium an iudex ex officio poſt concluſionem cauſæ, parte non petente, deferre poßit.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum neceſſarium ante concluſionem petendum.*
2 *Concluſio claudit os parti.*
3 *Iudex an ex officio, parte non petente, iuramentum ſuppletorium deferre poßit.*
4 *Quando poſt concluſionem deferri poßit iuramentũ neceſſarium.*
5 *Iudex cuncta rimari debet.*
6 *Iudici multa permiſſa quæ partibus prohibita ſunt.*
7 *Clauſula ſalutaris in libello adiecta quid operetur.*
8 *Citatio an requiratur in iuramento neceſſario.*
9 *Iuramentum neceſſarium an in cauſa appellationis præſtari poßit.*
10 *Cauſa cognitionem requirit.*
11 *In cauſis arduis & magnis non admittitur iuramentum neceſſarium.*
12 *In criminalibus nõ admittitur iuramentũ in litem.*
13 *Probationes imperfectæ non coniunguntur in criminalibus.*

COmmunis opinio eſt, partem poſt
concluſionem in cauſa non poſſe à
1 iudice petere, vt ſibi † iuramentum ne-
ceſſarium, vel ſuppletorium probatio-
nis, in euentum, quatenus intentionem
ſuam plenè non probaſſet, deferat: quia
iuramentũ neceſſarium, eſt ſpecies pro-
2 bationis: ſed facta vtrinq; † concluſione,
probationibus omnibus renunciatum,
& partibus os clauſum eſt, vt dicunt Dd.
per tex. in c. cùm Iohannes, et c. cùm di-
lectus, de fid. inſtru. Felin. ibid. nu. 5. latiſ-
ſimè de effectu concluſionis. Hippol. in
pract. crim. §. ſequens, nu. 14. cum multis
ſequentib. vide ſupr. Obſeruat. prox. Igi-
tur poſt concluſionem talis petitio locũ
non habet. Bart. in l. admonendi, nu. 60.
ff. de iureiur. quem Dd. communiter ſe-
quuntur. Et licèt Salic. in l. in bonæfidei.
C. de reb. cred. contrarium teneat: videli-
cet, partem etiam poſt concluſionem in
cauſa iuramentum neceſſarium petere
poſſe, idq; rationibus nõ leuibus confir-
met: tamẽ communis, vt dixi, eſt in con-
trarium, atteſtante: Iaſ. in d. l. admonen-
di. nu. 318. Publicatis enim atteſtationib9
pars ſcire poteſt, vel debet (quæ paria
ſunt, tex. in l. quod te. ff. ſi cer. pet.) vtrùm
intentionem vel defenſionẽ ſuam plenè
probauerit: ſi de eo dubitat, iudicis im-
plorato officio, iuramentum ſibi deferri
poſtulare debet. d. c. cùm dilectus. ad hoc
vide omninò Bald. in l. 2. nu. 1. ff. de iure-
iur. id ſi facere negligat, in mora eſſe in-
telligitur, quæ ei prodeſſe non debet. Sed
dubitatum fuit, an † iudex ex officio, tam
ante, quàm poſt concluſionem cauſæ, iu- 3
ramentũ neceſſarium parti deferre poſ-
ſit, variant in eo Dd. quoq; opiniones, &
magis communis videtur, eum hoc fa-
cere non poſſe: cùm nemini officium ſu-
um, præſertim ad priuatam partis vtilita-
tem, impartiri debeat, niſi imploratum
ſit, vulgata l. 4. §. hoc autem iudicium. ff.
de damn. infect. iuraq; vigilantibus non
dormiẽtibus ſcripta ſint, l. pupillus, in fi-
ne. ff. quę in frau. cred. & in l. qui autem. §.
ſciendum. ff. eod. titul. Imputet ergò ſibi
pars, quòd in proceſſu cauſæ, præſertim
poſt didicita teſtificata, ſibi iuramentum
deferri non curauerit, per doctrinam
Bart. in d. l. admonendi, num. 60. Iaſ. ibid.
num. 316. communem dicit. Capic. deciſ.
35. num. 1. ſimiliter communem eſſe atte-
ſtatur, ſequitur Hippol. in l. maritus, nu.
20. cum ſequ. ff. de quæſtio. idem in d. §.
ſequens, num. 48. Bald. in c. 1. §. item va-
ſallus, num. 8. de contro. inueſti. idem in
d. l. in bonæfidei. nu. 10. Roma. conſi. 255.
nu. 5. incip. Quóad primum. Bal. in d. l. 2.
nu. 1. circa prin. ff. de iureiur. & in l. gene-
raliter, nu. 2. in fi. C. eod. tit. vbiq; dicunt,
hoc iuramentum locum habere vſq; ad
concluſionem, & à parte in proceſſu pe-
tendum, aliàs deferendũ non eſſe. Quan-
doque tamen obtinet, etiam poſt † con- 4
cluſionem, videlicet non ad faciendam
probationem, ſed declarationem retro-
actorum, ita ſingulariter dicit, Bald. in d.
l. in bonæfidei. & d. l. 2. Iaſ. in d. l. admo-
nẽdi, nu. 318. Sed benignior & ęquior opi-
nio eſt, iudicem non ſolùm ante, ſed eti-
am poſt cõcluſionem in cauſa iuramen-
tum neceſſarium, parte non petente de-
ferre poſſe. Ratio, quia † iudex cuncta ri- 5
mari, & pro habenda veritate modis om-
nibus laborare debet, tex. in c. iudicãtem.
30. q. 5. & in c. cùm cauſam, de teſtib. text.
in l. iudices. C. de iudicijs. adeoq; ante cõ-
cluſionem, proceſſu nõdum examinato,
ſcire nequit, an opus ſit in ſupplemẽtum
plenę probationis deferre iuramentum:
Iudici in cauſa nunquam concluditur,

d.c.cùm Iohannes. Iaſ. in d.l.admonen-
di.nu.62.Bal.in d.l.2.num.1.vide ſup.Ob-
ſeruat. 107. ſed poteſt quandocunque æ-
quitate poſtulante, ad eruendam verita-
tem, partem in iure interrogare, tex.in l.
vbicunque.ff.de interrog.act. Panor. Fe-
lin.& alij in d.c.cùm Iohannes:ergo eti-
am iuramentum deferre poterit, vt veri-
6 tate cognita iuſtè iudicet: multa enim †
iudici permiſſa, quæ partibus prohibita
ſunt.Sententia interlocutoria,quóad iu-
dicem,regulariter non tranſit in rem iu-
dicatam, ſecùs quóad partem,ſi ab ea nõ
appelletur, Bart.& Dd.in l. quod iuſſit.ff.
de re iud.plura exempla vide d.Obſerua.
proxim.& Hippol.in d.§.ſequens. Hanc
partem tenet Anthon. de Butrio in c.1.
nu.13.de iud.Alex.conſi.53.num.5.volu.1.
incip.In cauſa vertente.Panor.in c.fin.§.
ſanè.nu.15.de iureiur. vbi dicit, iudicem
non ſolùm ex officio iuramentum ne-
ceſſariũ parti deferre poſſe, ſed hoc planè
facere debere. Idem latiſſimè docet Sali.
in d.l.in bonæfidei.nu.29.C. de reb. cred.
per illum tex. ponderãdo verbum opor-
tet,& text. in d.c.fin §.ſanè,ibi,poteſt.fa-
cit text.in d.l.vbicunque. & d.c. cùm Io-
hannes. Et ſecundum hanc opinionem
in Camera, in quadam graui cauſa iudi-
catum memini,in qua poſt cõcluſionem
Aſſeſſores actori ſemiplenè probanti ex
officio iuramentum neceſſarium detu-
lerunt. Non obſtat d.l.4.§. hoc iudici-
um.quia ſatis eſt partem initio,& in pro-
ceſſu cauſæ, imploraſſe officium iudi-
cis pro adminiſtratione iuſtitiæ, inſer-
7 ta libello † clauſula ſalutari, quæ com-
muniter adijci conſueuit: Peto mihi ius
& iuſtitiam adminiſtrari: nam eius vir-
tute,pars iudicem interpellâſſe cenſetur,
adeò,vt ſupplere & officium ſuum aliter
non petitum impartiri poſſit, vt præcla-
rè docet Iaſ.in §.omnium, nu.147. Inſti.
de actio.Ang.ibid.num.7. Panorm. in c.
cùm dilectus, num.52. de ord. cog.Idem
in c.1.nu.2.de offic deleg.vtrobiq; Cano-
niſt.Feli.in c. licèt Heli.nu.44.de Symo.
Iaſ. in l. naturaliter. §. nihil commune,
nu.191.ff.de acq.poſſ.Natta conſil.532.nu.
32.vol.3.incip.fundamentum Magnifici.
8 Citari † tamen debet pars aduerſa, ad vi-
dendum deferri iuramentum neceſſari-
um,aliâs non valeret, quia cauſæ cogni-
tio, & per conſequẽs partis aduerſæ præ-
ſentia requiritur,per text.In d.l.In bonæ-
fidei.ibi:cauſa cognita. Angel.ibid.Alex.
conſi.122.nu.13.vol.2.incip. Viſo proceſ-
ſu.Capic.d.deci.35.nu 3.Hippol.in d.l.ma-
ritus.nu.18.ff.de quæſt. Bal. in c.1. num.8.
de controu. inueſt. Quod tamen in Ca-
mera non obſeruatur: quia cùm pars ad-
uerſa ſit præſens per procuratorem, qui
ad totam cauſam (quod neceſſè eſt, quia
mandata procuratorum ad vnicum actũ
in Camera nõ recipiuntur) legitimè con-
ſtitutus eſt,alia citatio non requiritur,id-
q́ne procedit tam ante, quàm poſt con-
cluſionem:ſi in cauſa concluſum,reſcin-
ditur concluſio, & iuramentum ex offi-
cio parti ſemiplenè probanti iniungitur.
Quid ſi in prima inſtantia iuramentum
† neceſſarium à parte petitum non ſit,an 9
in cauſa appellationis illud peti, & præ-
ſtari poſſit? Bald.in d.c.1.§. item ſi vaſal-
lus,nu 8. concludit quòd ſic,ſequitur Ca-
pic d.deciſ.35. nu.4. Iaſ.in d.l.admonẽdi,
num.318. Ratio,quia in cauſa appellatio-
nis omnes errores purgari poſſunt, qui
cauſas cauſæ concernunt,ita Dd.in locis
allegatis,per text.in l.creditor §.iuſſus:ff.
de appellar.& in l.per hanc.C.de temp.
appellat. text. in d.c. cùm Iohannes, de
fid. inſtrumen. Felin. ibid. num.7.cum
ſequen. vbi vide ampliationes & limita-
tiones. Quid autem,quóad delationem
huius iuramenti, in cauſæ † cognitionẽ 10
venire debeat, vide omninò Bald.in d.l.
in bonæfidei.num 10.C. de reb.cred. Pa-
nor.in d.c.fina.§.ſanè.num.9.de iureiur.
vbi dicunt, quatuor eſſe conſideranda,
conditionem perſonæ, naturam cauſæ,
quantitatem rerum,& qualitatem facto-
rum. Regulariter in † magnis & arduis 11
cauſis, iuramentum neceſſarium non
defertur, propter ſuſpicionem periurij,
ratiõe magni commodi, niſi plus quàm
ſemiplenè probatum ſit, Dd. in d. l. ad-
monendi. & d.l. in bonæfidei. Alexand.
conſil.74.num.5.volum.1.incip. Viſo te-
ſtamento. idem conſil.186. num.6. vo-
lum.7.incip. Viſo proceſſu cauſæ Curt.
Iunior conſi.287.num.36.volum.3.incip.
præſupponitur.Hippol.ſing.27.Hinc † eſt 12
quòd in cauſis criminalibus non defera-
tur iuramentum in litem, vt cõmuniter
concludunt Dd.in d l.admonendi,gloſ.
ſingularis,& approbata in l.3.in verbo,a-
gatur.ff.de iureiur. Alex. & alij ibid.neq;
† imper-

13 † imperfectæ ꝓbationes ſimul iūctæ per-
fectā probationem efficiant, Dd. vbi ſup.
Deci. conſ. 429. nu. 8. cum ſeq. incip. licèt
in cauſis. & cōſ. 615. nu. 8. cū ſeq. incip. viſa
inquiſitione. Alex. conſi. 15. nu. 6. vol. 1. in-
cip. viſo proceſſu, & conſ. 143. nu. 4. volu.
2. incip. quoniā abundè. gloſ. in c. veniēs,
el. 1. de teſtib. in verbo, illorum. Salic. in
l. fi. C. de probat. & ſic obſeruandum l. ſi
quādo. C. vnde vi non habere locum in
criminalibus. Dec. conſ. 429. & d. cōſ. 615.

DE SENTENTIIS ET EARVM EXECVTIONE.

OBSERVATIO CIX.

Citatio ad audiendam ſententiam diffinitiuam, an ſit neceſſaria.

SVMMARIA.

1 *Sententia diffinitiua citata parte proferri debet.*
2 *An idem in interlocutoria obtineat.*
3 *In Camera non requiritur citatio ad audiēdam ſententiam.*
Sufficit enim partes per procuratores cōparere. Ibid.
Præſens in iudicio regulariter citandus non eſt. Ibid.
4 *Sententia in mortuum lata an valeat.*
5 *Sententia quando in heredes transferenda.*
6 *Citatio ad reaſſumendā cauſam, quando neceſſaria.*
7 *Sententia in procuratorē dominum litis ferri poteſt.*
8 *Partes ad audiendum laudum arbitratoris citandi.*

REGVlariter partes
ad audiēdam ſen-
tentiam diffinitiuā
de iure communi
citari debent. Sen-
1 tentia enim † diffi-
nitiua ferenda eſt
partibus verè, vel
per interpretatio-
nem præſentibus: aliàs, vſqueadeò nulla
eſt, vt etiam pro abſente lata non valeat,
per tex. in l. ea quæ. C. quom. & quan. iud.
glo. ibid. in verb. aduerſus. Bart. ſimiliter
nu. 1. & cōmuniter Dd. Canoniſt. in Clē.
paſtoralis. de re iud. per illum tex. & text.
in c. 1. in fine, de cauſ. poſſ. & proprie. Fe-
lin. in c. cōſuluit, nu. 8. de offic. iud. deleg.
Dd. in l. de vnoquoq; ff. eod. tit. Per inter-
pretationē pars præſens eſſe dicitur, ſi ſit
verè vel fictè contumax, tex. in l. in cauſæ
cognitione. §. cauſa. ff. de mino. 25. annis
gloſſ. ibid. in verbo, per contumaciam,
text. in d. l. de vnoquoque, gloſſ. ibid. in
verbo, præſentibus. gloſſ. in l. ex conſen-
ſu. §. fin. ff. de appella. in verb. non rectè.
& glo. notab. in l. fin. in ver. appellare. ff.
de reſtit. in integr. vtrobique de vera &
ficta contumacia: quo caſu in contuma-
ciam citati non comparentis, pronun-
ciatur quod iuris eſt, quia cōtumacis ab-
ſentia, Dei præſentia ſuppletur, per text.
in l. properandum. §. ſin autem reus. C. de
iudic. Barto. in d. l. ea quæ, num. 2. Ange.
in d. l. de vnoquoque, num. 3. Fallit hæc
conclusio, Primò in ſententia † interlo- 2
cutoria, in fauorem abſentis lata, vel ſi
contra eum prolata, modici præiudicij
ſit, quo caſu, valet ſententia interlocuto-
ria, abſque citatione partis publicata, per
text. notab. in l. ille à quo. ff. ad S.C. Tre-
bell. Alexan. pulchrè in l. quod iuſſit, nu.
35. ff. de re iudic. Secùs ſi magnum abſen-
ti grauamē adferret, quia tunc cauſæ co-
gnitione, & per conſequens partis cita-
tione opus foret, text. in l. à procedente.
C. de dilatio. & in d. l. in cauſæ cognitio-
ne. §. cauſa. text. in l. nec quicquam. §. vbi
decretum. ff de offic. proconſ. Bart. ibid.
num. 1, Bald. in l. 1. num. 9. C. de ſent. ex
breuic. recit. idem in l. tres denunciatio-
nes, num. 6. C. quom. & quand. iud. Imol.
in l. ſi opus. num. 2. ff. de no. oper. nunc.
Alexand. in d. l. quod iuſſit. Vant. de nul-
lit. ex defect. citat. num. 56. Secundò fal-
lit in iudicio † Cameræ Imperialis, vbi 3
citatio ad audiendam ſententiam, tam
in diffinitiuis, quàm interlocutorijs, non
requiritur: verùm ſufficit partes ſemel
ad totam cauſam legitimè & perempto-
riè citatas fuiſſe, quemadmodum etiam
mandata procuratorum ibi ad vnicum
actum non admittuntur, ſed ad totam
cauſam exhibenda ſunt. Proinde facta
hinc inde concluſione, abſque noua ci-
tatione, ſententia in cauſa principali dif-
finitiuè, vel ſuper articulo concluſo, in-
terlocutoriè profertur, quia ſufficit par-
tes per ſuos procuratores præſentes eſſe,
text. in c. 1. & in c. accedens, de procurat.
text. in c. cùm dilecti, de dol. & contuma.
Præſens autem regulariter citari non de-
bet, text. in d. l. de vnoquoque. Feli. in c. 1.
num. 18. cum ſequ. de iudic. & in c. illud,
nu. 5. & nu. 8. de præſcrip. vbi communem
dicit. Quò pertinent notata Afflict. deciſ.
283. nu. 6. citationē ad audiendam ſenten

 tiam

tiam poſt concluſionẽ cauſæ eſſe iuris po
ſitiui, nec defenſionem partibus tollere,
ideoq́; à principe eam omitti poſſe, per
tex. in c. in cauſis. in fi. de re iud. Iaſ. in l. 1.
nu. 8. ff. de cõſtit princip. vide Spec. tit. de
citatione §. viſo. num. 5. Antho. de Butr.
in c. cõſuluit. nu. 29. de offi. deleg. Hæc ta-
men limitatio non procedit, ſi alterutra
pars poſt concluſionem cauſę moriatur,
quo caſu hæres eius, non quidẽ ad reaſſu-
mendam cauſam, ſed audiẽdam ſenten-
tiam, parte hoc petente, & mortẽ aduer-
ſarij in iudicio allegante citatur: id ſi fa-
ctum nõ ſit, diffinitiuè abſq; citatione hę-
4 redũ pronunciatur: quia de † morte par-
tis iudici cõſtare debet, vt iudici: hoc eſt,
ex allegatione iudiciali, nec ſufficit iudi-
cem ſcire mortem partis, vt priuatũ, ſed
neceſſe eſt eum hoc ſcire, vt iudicẽ, Guid.
deciſ. 86. nu. 2. ꝑ notata Dd. in d. l. vnic. C.
vt quæ deſunt aduo. & text. in l. 4. § hoc
autẽ iudicium. ff. de dam. infec. Ita ſingu-
lariter limitatur l. in ſumma. §. fi. ff. de re
iud. cum ſimilib. ꝙ ſententia cõtra mor-
tuum lata nõ valeat, quia procedit, quan-
do iudici, vt iudici de morte partis con-
ſtaret: quando verò poſt publicatã demũ
ſententiam mors partis in iudicio alle-
5 gatur, ſententia † per interlocutoriam in
hæredes transfertur, vti ſæpiſſimè in Ca-
mera factum memini. Quòd ſi ante con-
cluſionem in cauſa, altera partiũ in fata
cõcedat, tunc implorato iudicis officio,
6 citatio † ad reaſſumendam cauſam in eo
ſtatu, in quo relicta eſt, contra hæredes
decernitur, etiamſi procurator defun-
cti, lite iam conteſtata, dominus litis fa-
ctus ſit, tex. in c. 1. §. 1. de procura. in 6. & in
l. nulla dubitatio. C. eod. tit. Ita hactenus
eſt obſeruatum. Melius autem meo qui-
dem iudicio foret, magisq́; litigantibus
7 expediret, ſi contra † procuratorem, tan-
quam dominum litis & inſtantiæ, vſque
ad cõcluſionem procederetur, & in eum
ſententia conceptis verbis publicaretur:
hoc enim de iure fieri poſſe notum eſt,
per text. in d. l. nulla dubitatio. C. de pro-
curato. & in d. c. 1. §. 1. eod. titu. in 6. Fran.
ibid. num. 1. licèt executio facienda ſit
contra hæredes, per text. in l. Plautius. ff.
de procurat. Hac via & ratione, mul-
torum hæredum malitijs & tergiuerſa-
tionibus obuiaretur, qui rerum contro-
uerſarum poſſeſſores, & cauſæ ſuæ diffi-
dentes, de induſtria litem extrahunt, ſeq́;
maximo partis aduerſæ malo ad cauſam
legitimare nolunt: quo fit, vt ad multos
annos in pũcto legitimationis cauſa in-
deciſa pendeat, & ad diffinitiuam, ob de-
fectum mandati procuratorij peruenire
non poſſit, quod omnium maximè in-
telligunt illi, qui lites in Camera habent.
Porrò † an partes citari debeant ad audi-
endum laudum arbitratoris, quæſtio eſt
admodum dubia. Communis eſt quòd
ſic, prout latè in vtramque partem refert
Iaſ. in l. ſi quis arbitratu nu. 21. ff. de verb.
obli. concludendo opus eſſe citatione, cũ
octo limitationibus. Canoniſtę vero ali-
ter ſentiunt, in c. quintauallis, de iureiur.
quorum opinionem veram eſſe puto.

OBSERVATIO CX.

De ſententia reformatoria.

SVMMARIA.

1 *Sententia quando reformari poſſit.*
2 *Tot ſunt ſententiæ quot ſunt diuerſæ ſpecies.*
3 *Idem in ſtipulationibus ac legatis annuis.*
4 *Cauſa coniuncta & cauſæ diuiſæ quæ dicantur.*
5 *Intellectus l. in hoc iudicio. ff. fam. ercis.*
6 *Expenſæ à ſententia reformatoria an compenſari debeant.*

QVamuis ſentẽtia indiuidua ſit,
ita vt pro parte valere nequeat,
text. in l. in hoc iudicio. ff. fam.
ercis. Bart. ibid. nu. 1. Idem in l. 1.
C. ſi aduer. rem iudic. vbi pulchrè docet,
nu. 2. cum ſeq. quẽ ad hoc omninò vide.
latiſſimè Felin. in c. cùm inter, nu. 6. cum
ſeq. de ſenten. & re iud. tamen iudex ſen-
tentiã † ſeparabilia & diuerſa continen- 1
tem capitula, partim confirmare, partim
reformare poteſt, etiãſi hoc à parte nec
allegatum vel petitum ſit, text. ſingul. in
l. quædã mulier. ff. fam. ercis. tex. in l. etiã
ſi patre §. 1. ff. de minorib. 25. ann. gloſſ.
notabilis ibid. in verbo, audiendus, tex. in
c. fi. ff. de iur. patrona. Bart. ibid. num. 1. c.
Raynutius. c. Raynaldus. de teſta. Bal. in
l. vnica. C. ne lic. in vna eadem cauſ. ter.
prouo. nu. 9. Bart. in l. 1. §. libelli. ff. de ap-
pellat. & in l. Aurelius. § idem quæſijt ff.
de liber. legat. & in d. l. 1. C. ſi aduer. rem
iud. Roma. conſ. 281. quia † tot cenſentur 2
eſſe ſententiæ, quot ſunt capitula, & di-
uerſæ ſpecies, tex. & glo. in d. l. etiamſi pa-
tre. gloſſ. notab. in d. l. in hoc iudicio. in
verb.

verb.non valere. Panor. in d. c. Raynal.
dus,nu.6.7.& 10. Felin.in d.c. cùm inter,
& in c. cùm Iohannes, num. 13. & nu.30.
de fid.inſtru. Ferra.in form.ſent.in cauſ.
appellatio.in verb.cauſis. num 4.quem-
3 admodum † in ſtipulationibus quoque
receptum, quia tot ſunt ſtipulationes,
quot ſunt facta,vel ſpecies, text.in l.ſcire
debemus.ff.de verb.obli. & in annuis le.
gatis tot cenſentur eſſe legata, quot ſunt
anni, text. in l. ſi in ſingulos, & in l.cùm
in annos.ff.de annuis leg.glo.in d.l.etiã,
§.1. in verbo, audiendus, vbi vide quæ
4 dicãtur † cauſæ coniunctæ,& quę diſiun.
ctæ, quod prolixius per exempla explicat
Feli.in d.c.cũ inter,nu.7. Breuiter cõiun.
cta dicuntur, quæ ex conſequentia facto.
rum,ſeparationẽ non recipiunt: diſiun.
cta vel diuerſa, quando ex diuerſitate fa.
ctorum recipiũt ſeparationem, Bart.Bal.
& Dd.in l.per hanc.C. de tempo.appell.
Feli.vbi ſup.Bart.in d.l.Aurelius §.idem
qua ſijr. Bald. in l.eos.§.1.C.de appellar.
5 Procedit ergo † regula d. l. in hoc iudi.
cio,quãdo libellus vnũ factum, quod ſe.
parationẽ non recipit,continet: quo ca.
ſu ſentẽtia ſuper illo facto lata reforma.
ri non poterit, ſed in totum aut confir.
mari aut retractari debet, cùm ſit indiui.
dua: aliâs ſententia erit nulla, Bart.Fer.
rar.Felin. & Dd. vbi ſuprà. ſecùs ſi plura
facta, plura capitula diſiũcta libellus con
tineat. Forma pronunciandi eſt, vt iudex
appellationis pronunciet, in tali articu.
lo benè,in altero malè iudicatum: item
ſi totus fundus rei vendicatione petitus
ſit,& conuentus partem tantũ poſſideat,
valet ſententia pro illa parte tantùm, vt
docet Barto.in d.l.1.C.ſi aduerſ.rem iud.
idem in l.ſi conſtante.§.fina.num.5.ff.ſo.
lut.matrim. Et iudex appellationis infir.
mans ſentẽtiam in vno articulo, in alijs
cõfirmare cenſetur, Rota decıſ.22.de ap.
pella.in antiq.incip.notabilis.Felin.In d.
c.cùm inter.num.13.in 7.fallen. facit tex.
in l.tribunus.§.1.ff.de mili.teſtam. In Ca.
6 mera,quando † ſententia à qua reforma.
tur, expenſæ compenſantur, eò quòd v.
terque victus & victor ſit, facit text. in l.
qui ſolidum.ff. de leg.2. Bart. & alij ibid.
& in Auth. nouo iure, aliâs incipit,poſt
iuſiurandum.C.de iudic. Bart.ibid.nu.2.
text.in §.oportet, Auth. de iudicib.& in
l.generaliter.§. his de præſentibus.C. de
reb.cred.gloſſ. notab. ibid. in verbo, diſ.
pendij. Ang.in l.properandum.§.ſin au.
tem alterutra, num.6.C.de iudicijs,Iaſon
ibid.nu.15.Bald.& Salic.ſimiliter.Innoc.
in c.finem litibus,num.4.in fi. de dol. &
contum.Alexand.conſi.54.num.12.in fi.
volum.5. incip. Viſo proceſſu. Gabriel
Saray.ad Mathes.ſing.3.nu.8.quem om.
ninò vide.& ſing.82.nu.6.inci. nota pra.
cticam. Plures limitationes ad d.l.in hoc
iudicio, tradit Barto.in d.l.1.C.ſi aduerſ.
rem iudi.& d.l. ſi conſtante.§.fina.& alij
Dd.in locis ſuprà allegatis,pręſertim Fe.
lin.in d.c.cùm ſuper,num.6.cum ſeq.vbi
14.limitationes notat.

OBSERVATIO CXI.

Sententia an in dominum vel procuratorem ferenda ſit.

SVMMARIA.

1. *Cum procuratore per litem conteſtationem in iudicio quaſi contrahitur.*
2. *In Camera cauſæ agitari debent per procuratores, & tamen ſententia in dominum fertur.*
3. *Sententia in cauſis iniuriarum in procuratorem fertur.*
4. *Illuſtres perſonæ cauſas neceſſario agitare debent per procuratores.*

OBſeruandum quòd l.1.C. de ſen.
ten.& interloc.om.iudic. in Ca.
mera locum non habeat. Licèt
enim de iure communi ſentẽtia in pro.
curatorem neceſſariò ferenda ſit, quan.
do videlicet iudicium agitatum eſt cum
procuratore legitimè cõſtituto, abſente
domino,tex.in d.l.1.Barto & communi.
ter Dd.ibid.glo.in c.querelam.in verbo,
œconomi, de elect. Innoc. ibid.num.7.
Antho.de Burrio nu.4. Panorm. nu.50.
cum ſeq.Ang.conſ 98.per totum. Ratio,
quia initium obligationis † ex procura. 1
toris perſona ſumitur,& cum eo in iudi.
cio quaſi contrahitur.tex.in l.quæcunq;.
ff.de actio.& oblig. ipſeque per litis con.
teſtationẽ dominus litis efficitur, ideoq;
meritò verba ſententiæ in perſonam ſu.
am cõcipi debent, tex.in l.ſi procurator.
§.1.ff.de do.mali,& met.excep.& in l.nul
la dubitatio.C.eo.tex.in c.1.§.1.ext.eo. in
6.Antho.de Butrio in d.c.querelã,nu.45.
Specu.titul.de ſenten. §. qualiter autem,
nu.6. Licèt,inquam, ita iure cautum ſit:
tamen hoc in Camera † non procedit, 2
quia ibi cauſæ non aliter agitãtur, quàm

per procutatores,& tamen ſētētiæ con-
cipiuntur in perſonam domini indiſtin-
ctè, ſiue dominus nunquam in iudicio
præſens fuiſſet, ſiue initio litis cōparuiſ-
ſet,litemq́; conteſtatus eſſet. Imò in Ca-
mera ex Ordinationis præſcripto,part.1.
titu.25. cauſæ non aliter agitari poſſunt,
quàm per procuratores: quod tamen in
cauſis iniuriarum, ad euitandam infa-
3 miam, non obſeruatur, in quibus † ſen-
tentia in procuratorem fertur, idque in
arbitrio iudicis,ex qualitate & atrocitate
iniuriarum,poſitum eſt. Vide infrà, lib.
2.Obſeruat.100. Prætereà de iure Cano-
nico legalis illa ſubtilitas non attendi-
tur,per tex.in c.licet,de probat.gloſſ.ſin-
gularis,in c.ſuſcitata,in verbo,monaſte-
rium, de in integr.reſtit.Guido deciſ.431.
incip. debet de iure. vbi pro hac opinio-
ne Canoniſtarum cōcludit: nam in qui-
buſdam cauſis,putà matrimonialibus &
criminalibus,ſentētia neceſſariò in prin-
cipalem ferri debet, gloſſ.in d. c. quere-
4 lam. Item † illuſtres perſonæ nō poſſunt
intereſſe iudicio, ſed neceſſario per pro-
curatorem cauſas agitare debēt ſub pœ-
na amiſſionis cauſæ,per text.in l penult.
iuncta Auth.hoc ius.C. de procur. Iaſ.in
l.1.nu.93.verſic.circa prædicta.ff. de offic.
eius cui mand. eſt iuriſd. At in Camera
vt plurimum illuſtrium perſonarū cau-
ſas agitari notiſſimum eſt.

OBSERVATIO CXII.

Sententia in cauſa matrimonij an tranſeat in rem iudicatam.

SVMMARIA.

1 *Regulariter quòd non, fallit nu.5.*
2 *Sententia lata pro matrimonio, ſi obſtat impedimentum gradus, non tranſit in rem iudicatam.*
3 *Conſuetudo inducens peccatum, non valet.*
4 *Matrimonij impedimentum quilibet probare poteſt.*
5 *Sententia quādo tranſeat in rem iudicatam in cauſa matrimonij. & nu.7.*
6 *Publicatio teſtium an impediat productionem aliorum teſtium in cauſa matrimonij.*
7 *Regula, quando matrimonium tranſeat in rem iudicatam.*
8 *De probationib. requiſitis in matrimonio, remiſſiuè.*
9 *Impugnans matrimonium non debet facilè audiri.*
10 *In cauſa matrimoniali non licet tertiò appellare.*
11 *Sententia matrimonij quomodò dicatur tranſire in rem iudicatam.*
12 *Nati ex matrimonio putatiuo an efficiantur legitimi.*
13 *Quandò de commodo naſcituri agitur tempus conceptionis ſpectatur.*
14 *Filij nati pendente lite ſuper matrimonio, an ſint legitimè nati.*
15 *Lite pendente ſuper ſponſa duorum, ſequeſtranda ſponſa.*
16 *Sententiæ ſequeſtrationis ſponſæ, forma.*
17 *Cauſæ matrimoniales non deuoluuntur ad Cameram.*

REgulariter ſententia † in cauſa 1
matrimonij non tranſit in rem
iudicatam, ſed reuocatur quan-
docunque error detectus fuerit. tex.in c.
lator,de re iudic.glo.ibid.in verb.perma-
nere.Caſtr.conſ.354.nu.2.volum 1.incip.
Videretur. Dd.in locis infrà citãdis. Sed
vt hoc exactius declaretur: diſtinguendū
eſt, vtrùm ſententia lata ſit contra ma-
trimonium, an verò pro matrimonio.
Primo caſu,nunquàm, vt dictū eſt, tran-
ſit in rem iudicatam,per tex.in d.c.lator,
gloſſ. ibid. in verb. permanere, text. in c.
tenor,& in c.conſanguinei, eod tit. vbi-
que Panorm. Idem in c. ex literis, nu. 12.
de conſang.& affi.gloſ.notab.in c.1.vt li-
te nō conteſt.in verb.ſeruetur,quę refert
ſpecialia in cauſis matrimonij, quam ad
hoc omninò vide.Fel.ibid.nu.2.vbi mul-
ta priuilegia matrimonij recenſet. Idem
Felin.ad rub.de ſponſali.nu.4. Mattheſi.
in l.3.nu.3.C. ſi ex falſ.inſtrum. Secundo
caſu ſubdiſtinguendum, vtrùm † ſenten- 2
tia lata ſit pro matrimonio,quod tamen
obſtante aliquo impedimento Canoni-
co,vtputà quia in gradu prohibito con-
tractum,ſubſiſtere non poteſt: & tunc ſi-
militer non tranſit in rem iudicatam,d.
c.conſanguinei,& d.c.tenor. Ratio iſto-
rum duorum caſuum eſt, quòd nullum
vinculum, ſeu † cōſuetudo, vel ſenten- 3
tia poſſit peccatorem in peccato ſuo de-
fendere,propter animę periculum: dein-
de quia perinde fauorabile eſt,diſſoluere
matrimonium contra legem Dei con-
tractum, atque legitimum confirmare.
Ita Panorm. in d.c. tenor. num.6. & d.c.
conſanguinei,num.7. Itaque pars victa,
non obſtante ſententia, quandocunque
poteſt docere de impedimento,quo pro-
bato,ſententia retractari debet: eò quòd
non tranſiuerit, propter animæ pericu-
lum, in rem iudicatam. Quod vſque
adeò verum eſt, vt non ſolùm † pars ipſa 4
de impedimento docere poſſit quando-
cunq;, ſed etiam quilibet de populo,tex.
in c.videtur,& in c.ſi.q matri.accuſ.poſſ.
Panor.

Panorm. in c. iurauit, num. 2. de pro-
bat. Felin. in d. rubr. de ſponſalibus, num.
12. licèt aliâs actio popularis cõſumatur
vno agente, l. eum qui. §. in popularibus.
ff. de iureiur. Panorm. & Felin. vbi ſupr.
Hoſt. in c. cum Inhibitio. de clandeſt. de-
ſponſ. Panorm. ibid. num. 10. Aut ſenten-
5 tia † fertur pro matrimonio, nullo ſub-
ſiſtente impedimento, & tunc tranſit in
rem iudicatam, ſi ab ea debito tempore
non fuerit appellatum. Ratio, quia eius
obſeruantia non nutrit peccatum, & per
lapſum decendij, videtur non appellans
de nouo in matrimonium tacitè con-
ſentire, ita gloſſ. in d. c. lator. Panor. ibid.
num. 9. per text. not. in c. quod ad conſul-
tationem. de ſent. & re iudic. faciunt no-
tata in c. ſpecies, de teſtib. gloſſ. ibid. in
verb. iure contraria, & notata Bart. in l. 3.
ff. de iureiur. num. 2. Alex. & Salicet. ibid.
Eadem diſtinctio obſeruanda eſt, quóad
6 † publicationem teſtium, vtrùm in cau-
ſa matrimoniali, poſt publicationem
noui teſtes ſuper ijſdem vel directò con-
trarijs articulis produci poſſint: quia eo
caſu, quo ſentẽtia non tranſierit in rem
iudicatam, licitum eſt non ſolùm poſt
publicationem, ſed etiam concluſionem
in cauſa alios teſtes producere, Felin. in
d. c. 1. nu. 2. vt lite non conteſt. & ad rubr.
de ſponſalib. nu. 5. altero verò caſu pro-
hibitum hoc eſſet, Panorm. in d. c. ex lite-
ris, & d. c. iurauit, num. 2. & 5. vbi hanc re-
gulam tradit: quòd vbicunque vitium
7 ſententiæ, tam in ſponſalibus, quàm †
matrimonio, poſſet per partes, contra
quas fertur, remitti, tunc ſententia tran-
ſit in rem iudicatam, & obſtabit publica-
tio teſtium, per rationem, quòd tranſitus
in rem iudicatam deſcendat ex partium
approbatione, text. in d. c. quod ad con-
ſultationem: ſi verò vitium per partes
non poſſet remitti: putà, ſi matrimoni-
um contractum ſit in gradu prohibito,
tunc propter peccatum & periculum a-
nimæ, nec ſententia tranſit in rem iudi-
catam, nec obſtat publicatio teſtium,
per text. in c. ſicut, & in c. ſeries, & in c. ex
tenore, ext. de teſtib. d. c. lator, & d. c. con-
ſanguinei, Felin. in d. c. ſeries, num. 5. vbi
dicit, in cauſis matrimonialib9 plus mo-
menti habere rationem peccati, quàm
8 ſubornationis ſuſpicionem. De † proba-
tionibus in cauſa matrimonij faciendis
vide Decl. conſil. 163. per totum, incip. In
cauſa matrimonij. Illud tamen obſer-
uandum, quòd † impugnans duas ſenten- 9
tias conformes in cauſa matrimoniali,
non ſit niſi cum exacta cauſæ cognitio-
ne audiendus, vt notat Panorm. in c. fra-
ternitatis, num. 21. de frigid. & malefi. vbi
etiã dicit, quòd in † cauſa matrimoniali 10
tertiò appellare non liceat, licèt de iniu-
ſtitia ſententiæ per modum querelæ co-
gnoſci poſſit. Inno. in d. c. tenor, in princ.
vbi dicit non eſſe admittẽdum eum, qui
ſententiam in cauſa matrimonij latam
oppugnare vult, niſi iuſta cauſa moueat
iudicem, vt ipſum audiat, neq; iudicem
oportere eſſe facilem ad audiendũ. Præ-
tereà iſta doctrina, quòd in cauſis † ma- 11
trimonialibus ſententia non tranſeat in
rem iudicatam, ita accipienda eſt, vt pro-
cedat, quóad hoc, vt non poſſit probari
contrarium, quia illud quandocunq; fie-
ri poteſt: nam in cauſa matrimoniali nõ
currit præſcriptio, vt dicit gloſ. in d. c. la-
tor, in verbo, permanere: ſed poſt latam
ſententiam, ſi ab ea debito tempore le-
gitimè non appelletur, præſumptio eſt
pro ſententia, quòd ritè prolata ſit, text.
in d. c. quóad conſultationem, & in c. in
præſentia de renunciat. tex. in c. ſicut no-
bis, in fine, de ſent. & re iud. cũ ſimilibus,
& quóad illud tempus deſertæ appella-
tionis, dicitur in rem iudicatam trãſire:
niſi enim ita intelligatur, ſequeretur ab-
ſurdum, quòd videlicet ſententia in cau-
ſa matrimoniali nunquàm mereretur
executionem, & ſic tale iudicium eſſet
eluſorium, contra tex. in l. ſi prætor. ff. de
iudi. & in l. fin. §. vbi aurẽ, ibi, ne ludibrio
leges. C. de bon. quæ liber. ita ſingulari-
ter conſuluit Caſtr. d. conſil. 354. num. 2.
Imol. in d. c. tenor. vnde eſt, quòd † nu- 12
ptijs ſubſecutis poſt ſententiam pro ma-
trimonio latam, nati ex tali matrimo-
nio, legitimi & naturales ſint: quia con-
iuges ſunt in bona fide, propter præſum-
ptionem quæ militat pro ſententia, per
iura allegata, & text. in c. 2. qui filij ſint le-
giti. Et aliâs propter ignorantiam eti-
am vnius coniugis, filij nati ex illegiti-
mo & putatiuo matrimonio cenſentur
legitimi, quóad vtrunque, text. notab. in
d. c. 2. qui filij ſint legitimi, gloſſ. ibid. in
verb. concepti. Panorm. num. 1. cum ſeq.
text. in c. ex tenore, eod. titul. vbi caſus.

Si coniugatus viuente prima contrahat
matrimonium in facie Eccleſiæ, cum ſe-
cunda hoc ignorante: tunc proles nata
ex tali matrimonio eſt legitima. Panor.
& communiter Dd. ibid. dummodò ta-
lis Ignorantia adſit, non ſolùm tempo-
re contracti matrimonij, verùm etiam
tempore conceptionis, d. c. ex tenore,
gloſſ. ibid. in verb. legitimum. Ratio
13 huius eſt, quòd quoties de † commodo
partus tractatur, tempus cõceptionis ſpe-
ctari debet, quia rali caſu conceptus pro
nato habetur, tex. in l. qui in vtero, la. 1. ff.
de ſtatu. hom. & in §. cùm autem, Inſt. de
tutelis, tex. in l. quod dicimus. ff. de verb.
ſignifi. & in l. 2. §. in filijs, cum §. ſeq ff. de
decurionib. gloſſ d. c. 2. in verb. concepti.
14 Panorm. ibid. num. 3. Et pendente † lite
ſuper impedimento, filij nati etiam poſt
litem conteſtatã dicuntur legitimi: tum
quia ſatis eſt eos ante ſententiam diuor-
tij conceptos: rum etiam quòd litis pen-
dentia non impediat cohabitationem,
neqne copulam coniugalem, per text. in
c. 2. vt lit. pend. Panorm. in d. c. 2. nnm. 4.
qui filij ſint legitimi. Caſtr. d. conſil. 354.
num. 1. vbi dicit, mulierem quæ ſepara-
ta fuit per ſententiam à primo viro, præ-
textu frigiditatis, poſſe pendente appel-
latione alteri nubere, & filios interea ex
ea procreatos, legitimos dici, per notata
15 in d. c. fraterniratis. Obſerua † obiter, ꝙ
pendẽte lite ſuper ſponſa duorum, puel-
la ſequeſtrari, & copula interdici debeat,
per text. in c. 2. & in c. tua fraternitas. de
ſponſa duor. tex. in c. tenor. §. fin. de iudi.
gloſſ. notab. ibld. in verbo, accedat, Nat-
ta conſil. 250. nu. 9. part. 2. incip. ſuperio-
ribus diebus. Ita olim 20. Decembris, an-
no 35. in Camera ſeqneſtrationem puel-
læ factam inuenio inter Georgiũ Ganſ-
horn / contra Hanſſen Mayer / vbi filia
dicti Mayers nomine Sabina fuit lite
pendẽte apud honeſtam matronam ſe-
queſtrata. Pronunciatum hoc pacto: In
16 † ſachen ꝛc. iſt erkhendt das gemelte Sabina
bey einer ehrlichen / nhamhafften / vnd an-
ſehenlichen frawen (dern ſich baide thail in
zeit 4. wochen den negſten vergleichen ſol-
len) ſequeſtriert ſein / vnd bey derſelben biß
zu außfhurung furghenommer rechtferti-
gung / eherlich erzogen / auch ohn allen arg-
won / vnd geferlichen zugangk / vertrawt /
vnd enthalten werden ſoll / vnnd do ſich die
parthien der frawen halben in gemelter zeit
nit khunnen vergleichen / das als dan N.
Biſchoff / die gedachte Sabina / obberurter
maſſen / zu einer eherlichrn nhamhafften
frawẽ alſo wie gemeldt / vertrewlich zuent-
halten / verſehen / vnd verordnen / derhalben
auch Mandat / vnnd ſequeſter erkhendt ſein
ſollen. Latinè: In cauſa &c. pronuncia-
mus & decernimus, quòd dicta Sabina
apud honeſtam, celebrem, & inſiguem
matronam, ex voluntate vtriuſq; partis
intra quatuor ſeptimanas proximas eli-
gendam, ſequeſtrari, & apud eãdem vſq;
ad finem litis honeſtè educari, & abſque
omni ſuſpicione, & fraudulento acceſ-
ſu, in cuſtodia eſſe, atque commorari de-
beat, & ſi partes intra præfixum tempus
de eligenda matrona non conuenerint,
quòd tunc N. Epiſcopus præfatam Sabi-
nam alicui honeſtæ, & pudicæ matronæ,
modo prædicto, concredere, & in cuſto-
diam tradere, & deſuper mandatum, &
ſequeſtratio decreta eſſe debeant. Iſta qa
ſunt ſingularia, hnc adſcribere volui. Sci-
re † tamen oportet cauſas matrimonia- 17
les ad Cameram non pertinere, & me-
mini in cauſa quadam matrimoniali ad
Cameram appellatum, ſed appellatio-
nem nõ admiſſam fuiſſe, vide infrà, lib.
2. Obſeruat. 45. in fine.

OBSERVATIO CXIII.

De executione, executorialibus, & mandatis executorialium.

SVMMARIA.

1 *Executoriales an ſine clauſula iuſtificatoria decernantur.*
2 *Sententia nulla non meretur executionem.*
3 *Acta notorium inducunt.*
4 *Citatio an requiratur in executionis proceſſu.*
5 *Exceptiones quæ impediant executionem.*
6 *Exceptiones peremptoriæ an in executione opponi poſſint.*
7 *Coram quo iudice exceptiones impedientes executionem proponendæ.*
8 *Executor ſuper quibus exceptionibus cognoſcere poſſit vel non poſſit.*
9 *Executio an requirat nouum proceſſum.*
10 *Executionis proceſſus ſummarius.*
11 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non ſuſpendunt executionem.*
12 *Tertius executionem impedire poteſt.*
13 *Executoriales quid differant à mandato executoriali.*
14 *Executio ſententiæ ad quem ſpectet.*
15 *Proceſſus in puncto executorialium qualis.*

16 Rev

16 *Res iudicata non debet carere effectu.*
Creſcente contumacia creſcit & pœna. ibid.
17 *Executoriales an contra heredes decerni poßint.*
Iudicati actio heredi & in heredē datur. ibid.
18 *Abſolutoria ſententia an opus habeat executoria-libus.*

POſtquam ſententia in rem iudi-
catam tranſiuit, rectè ad execu-
tionem proceditur, tex. in c. cū
aliquibus, de ſent. & re iudic. & in l. 2. C.
de execut. rei iud. cum ſimilibus, idq; fit
In Camera aut per viam executorialiū,
aut mandatorum executorialium. Et hu-
1 iuſmodi † execuroriales, & mandata ex-
ecutorialia in Camera, ſine clauſula iu-
ſtificatoria decernuntur, quia res iudica-
ta pro veritate habetur, tex. in l. ingeniū,
ff. de ſtatu homi. & in l. res iudicata, ff. de
reg. iur. idq; fit cum termino ſex ſepti-
manarum, & trium dierum, & annexa
citatione ad docēdum de paritione, vel
videndum ſe declarari in pœnam execu-
torialium, aut allegandum cauſas cur ta-
lis declaratio fieri non debeat: text. in c.
veniens, §. fin. de accuſat. gloſſ. in c. vnic.
de ſagitrarijs, in verbo, ſub anathemate,
Bart. in l. vnic. nume. 13. C. ſi quis ius dic.
nō obtempe. Alex. ibid. nu. 20. vide ſupr.
Obſerua. 15. & ſic in effectu habēt annexā
elauſulam iuſtificatoriam. Id autem ea
ratione fit, quia contra exequutionem
multa obijci poſſunt, quæ eam impedi-
ant: velutl exceptio nullitatis notoriæ:
2 nam † ſententia nulla, non dicitur ſen-
tentia, per text. in l. 4. §. condemnatum.
ff. de re iud. Iaſ. ibid. nume. 2. & commu-
niter Dd. text. in l ſi feriatis, ff. de ferijs,
tex. in l. ſi prætor, §. Marcellus, ff. de iudi.
ideoque executionem non meretur: vt-
putà, ſi contra non citatum prolata ſit,
3 idque cōſtet ex † actis, quæ inter eaſdem
partes notorium inducunt, nec vllam
extrinſecam probationem exigunt, text.
in c. fin. de cohab. cleric. cum ſimilibus:
vt præclarè docet Bart. in d. §. condem-
natum. num. 2. cum ſeq. Iaſ. ibi. nu. 7. cū
ſeq. quem ad hoc omninò vide, quandò
nimirùm exceptio nullitatis impediat
executionem. Item ſi ſentētia lata ſit die
feriata, tex. in l. fi. C. de ferijs, vel iuris or-
dine nō ſeruato, tex. in l. prolatam. C. de
ſenten. & interloc. omn. iud. aut à iudice
incompetente, tex. in l. fi. C. ſi à nō com-
pet. iud. Alex. in l. à Diuo Pio. §. in vēdi-
tionē. ff. de re iud. num. 3. vbi in vtranque
partem diſputat, an in † executione ſen- 4
tentiæ partis citatio requiratur: & con-
cludit tutius, & communem eſſe, vt cite-
tur: quod tamen Camera non obſer-
uat: ſed executoriales legitimè parti in-
ſinuatæ loco citationis ſunt, quibus pa-
rere, aut cauſas cur hoc facere nō tenea-
tur, intra præfixum tempus allegare de-
bet. Regulariter verò omnis † exceptio, 5
quæ poſt ſententiam, ſed nō contra ſen-
tentiā opponitur: hoc eſt, quæ non repu-
gnat ſentētiæ, executionē impedire potē-
rit, per tex. notabilē in l. 1. C. de re iudi. &
ibi cōmuniter Dd. text. in l. 1. C de iur. &
fac. ignor. pulchrè Bar. ibid. nu. 2. cū ſeq.
vbi exēpla ponit, tex. in l. ſi fullo. ff. de cō-
dict. ſine cauſa, & in l. eleganter. §. ſi quis
poſt. ff. de condict. indeb. Bart. in l. fi. C. ſi
ex falſ. inſtru. vel teſtim. nu 1. Spec. tit de
executio. ſent. §. fin. nu. 11. iunct apoſtil.
ibid. idq; procedit etiā in † exceptionib9 6
peremptorijs, non quidē regulariter, ob-
ſtante l. peremptorias. C. ſent. reſcin. nō
poſſ. Sed in certis quibuſdā caſibus, quos
refert glo. fi. in d. l. 1. C. de iur. & fac. igno.
Bart. ibid. & Spec. tit. de excep. & replic.
§. dicto. nu. 14. vbi nouē caſus recēſet, in
quibus exceptio peremptoria executio-
nē impediat. Et huiuſmodi exceptiones
contra executionem, non coram † exe- 7
cutore, ſed coram competēte iudice, qui
ſententiam tulit, proponēdæ ſunt, Spec.
d. tit. de execut. ſen. §. fin. nu. 11. & ſiquidē
coram executore proponantur, ille eas,
ſi non malitiosè hoc à parte fiat, ad ſupe-
riorem remittere, eiusque reſolutionē
expectare, & interim in exequēdo ſuper-
ſedere debet, per texr. in c. de cætero. de
re iud. Panorm. pulchrè ibid. nu. 8. cum
ſeq idem in c. paſtoralis. §. quia verò. nu.
3. in fi. de offi. deleg. Bartol. In l. ſi prætor.
nume. 1. per illum text. ff. de iudic. Vant.
titul. coram quo iud. null. propo. poſſ.
num. 22. vbi plures allegat. Ratio, quia
nudus † executor nullā habet iuriſdicti- 8
onē, & ideò ſuper exceptionibus propo-
ſitis cognoſcere nō poteſt, per tex. not. in
l. ſi vt proponis. & in l. executorē. C. de
execut. rei iudic. Panor. in d. c. de cætero.
& d. c. paſtoralis. §. quia verò. vtrobique
docet de poteſtate executorū, quot mo-
dis accipiantur, & quandò iuriſdictionē
habeant. Dic breuiter, quòd executor ſu-
per

per exceptionibus merita cauſæ concer-
nentibus non poſſit cognoſcere, d.l. ſi vt
proponis, & in d l. executorem, ſed eas
ad priorem iudicem remittere debeat:
ſecùs ſi nõ oppugnent ſententiam, & ta-
les ſint, quę poſt ſentẽtiam opponi poſ-
ſint, non contra ſententiam, vt exceptio
compẽſationis, & ſimiles, ſicut paulò an-
tè dixi, nã ſuper illis executor cognoſce-
re & pronũciare poteſt: ſi verò exceptio-
nes non concernãt merita cauſæ, ſed ſen
tentiam nullitatis arguant, tanquam ex
falſis inſtrumentis latam, vel alio modo
nullã, tunc de huiuſmodi exceptionibus
nullitatis executor etiã cognoſcere po-
teſt: & ſi quidẽ appareat illas obſtare exe-
cutioni, remittet cauſam ad iudicẽ prio-
rem: ſin minus, putà ꝙ nõ obſtẽt execu-
tioni, tunc ijs non attentis ad executio-
nem procedere poteſt, per text. notab. in
l. penul. in fine. ff. de cõfeſſ. tex. in l. 2. C.
ad l. Cornel. de falſ. tex. in d.c. de cætero,
vbi ſedes ordinaria. Feli. ibid. nu. 2. & cõ-
muniter Dd. Bart. in d.l. à Diuo Pio. ff. de
re iud. Bal. in l. etſi cognitio, nu. 1. C. ſi cõ-
tra ius vel vtil. pub. Salic. ibid. num. 7. Iaſ.
nu. 1. & 4. Hæc obiter annotaſſe ſufficiat,
vide pleniſſimè ꝑ Dd. in locis citatis. An
aũt in puncto executorialiũ, vel in cauſa
9 † executiõis, ſuper propoſitis exceptioni-
bus nouus proceſſus requiratur: hoc eſt,
an opus ſit nouo libello, & noua litis cõ-
teſtatione, vide Dd. in l. properandũ. ff.
de iud. Canoniſt. in c. 1. de libel. oblat. Cõ-
muniter diſtinguũt, vtrùm agatur actio-
ne iudicati, ſiue in factũ ex re iudicata, an
verò officio iudicis: vt primo caſu libel-
lo & litis cõteſtatione opus ſit, quia actio
libellũ requirit, tex. in l. 1. ff. de eden. alte-
ro verò nõ, ſed per nudũ iudicis officiũ,
vt executionẽ faciat, exceptionibus non
obſtãtibus procedi poſſit, Bar. in l. intrà.
nu. 1. ff. de re iudi. latè Ang. in repetit. l. 1.
nu. 26. cum ſeq. C. de iudic. quem ad hoc
omninò vide. Ferrar. in form. execu. ſen
ten. in verb. fin. In Camera tamẽ de ſim-
plici & plano, abſq; libello & litis conte-
10 ſtatione proceditur: ſufficit † ſummaria
propoſitio, & petitio pro faciẽda execu-
tione: quia executionis proceſſus ſum-
marius eſſe, & proindè maturè expedi-
ri debet;, vt concludunt Dd. vbi ſupr.
per text. in d.l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper re-
bus. Barto. ibid. num. 1. & in d.l. fin. num.
1. in fin. C. ſi ex falſ. inſtrum. gloſſ. in l. qui
de inofficioſo, in verbo, exercere, ff. de
inoffi. teſtam. Bal. in repet. l. tale pactũ. §.
qui ꝓuocauit. ff. de pact. Feli. in d.c. 1. nu.
7. de libel. oblat. Iaſ. in d.l. 4. §. cõdemna-
tũ. nu. 2. & 8. Nõ obſtat d.l. 1. ff. de eden. ꝙ
in actione requiratur libellus, quia pro-
cedit in actione deſcendente ex facto nõ
deciſo per ſentẽtiam: idq; omnium ma-
ximè obtinet in executione ſententiæ li-
quidæ, Felin. in d.c. 1. Socin. & alij ibid.
Hinc eſt, quòd executio non ſuſpẽdatur
per exceptionem requirentem altiorem
indaginem, tex. in c. literas, de reſtit. ſpo-
liat, tex. notab. in l. 3. §. ibid. ff. ad exhib. &
in l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ibi, ſi
cognitio prolixiorem tractatũ habeat,
ff ad Treb. Bart. in d.l. fi. plenè Iaſ. in d §.
cõdemnatum, diſputat de nullitate † re- 11
quirente altiorem indaginem, quod ea
non impediat executionem. Et Antho.
de Butr. in d.c. 1. de libell. oblat. nume. 9.
verſ. concludo, prolixè quoque aſſerit, in
executionis proceſſu nullo opus eſſe li-
bello, ſiue agatur actione in factum, ſiue
officio iudicis: ſed ſummariam & qualẽ-
cunq; petitionẽ ſufficere, quẽ ſequuntur
Alex. in d.l. intra. nu. 6. & Zaſ. ibid. num.
10. dicẽs, de conſuetudine ita obſeruari:
abſurdum enim fore, ſi poſt ſententiam
diffinitiuam alia eſſet ferenda ſententia,
& proceſſum in infinitũ extrahi, litemq;
ex lite oriri debere, contra l. terminato.
C. de fruct. & lit. expenſ. & pro illa opi-
nione optimè facit text. in l. minor an-
nis 25. cui fideicommiſſum, ff. de mino-
rib. idque maximè procedit, ſi à iudice
qui ſententiã tulit, & merita cauſæ com-
perta habet, executio petatur, & idem ſit
contradictor, ſicut præclarè perſequitur
Antho. de Butrio in d.c. 1. numer. 9. vbi
omninò vide. Quandoque tamen in
Camera libellus admittitur, & lis ſuper
eo conteſtatur: vtputà, ſi † tertius inter- 12
ueniat, & executionem pro ſuo intereſ-
ſe impugnet, quod facere poteſt, vt ple-
nè notant Dd. in l. ſæpè. ff. de re iudic. &
Canoniſt. in c. cùm ſuper. ext. eod. titu. ſi
tamen malitioſè eum hoc facere iudex
animaduertat, eius contradictionem vel
appellationem curare non debet, vt eſt
glo. ſing. in c. ſuper eo, de offic. deleg. in
verb. tenebit. Panorm. ibid. num. 6. Iaſ.
in d.l. 4. §. condemnatum, num. 11. quod
eſt

eſt in praxi accuratè obſeruandum. Præ-
tereà in materia executionis meminiſſe
oportet, ex vſu & praxi Cameræ differen
13 tiam eſſe inter † executoriales, & man-
datum executoriale: Executoriales de-
cernuntur, quoties executio ſentẽtiæ im-
mediatè ad Cameram ſpectat: vtpurà, ſi
ſententia à qua in Camera confirmata
ſit, ſi pronunciatum ſit in cauſa appella-
tionis benè iudicatũ, malè appellatum:
quo caſu, ex recepta & communi Dd.
opinione, executio tam cauſæ principa-
lis, quàm expenſarum omnium inſtan-
14 tiarum, ad † confirmantem, non ad iu-
dicem à quo, pertinet, per tex. in l. præci-
pimus. §. in his. C. de appell. & in l. fin. in
fin. C. de iudic. Bartol. in d. l. à Diuo Pio.
num. 15. Bal. in l. eos, num. 6. C. de appell.
Ferrar. in form. ſenten. in cauſa appel. in
verb. cauſis, num. 2. cum ſequen. Rota de-
ciſi. 46. incip. nota, de ſent. & re iudic. in
antiqu. Felin. in c. paſtoralis, nume. 14. de
offic. iud. deleg. Ordinat. part. 3. titul. 50. §.
5. cum ſequen. Mandatum verò executo-
riale tunc demùm conceditur, quandò
executio ſententię ad iudicem à quo ſpe-
ctat: veluti, ſi iudex appellationis pronũ-
ciat appellationẽ deſertam, vel vigore
priuilegij, aut ex alia cauſa non deuolu-
tam: quo caſu ex prima ſententia actio
tantùm oritur, & ideò iudici à quo, exe-
cutio meritò competit, per tex. in c. cùm
in eccleſia, de appellat. & in l. final. ibi,
tanquàm ab initio. iuncta Auth. ei qui.
C. de tempo. appel. Bald. in d. l. eos, num.
6. Philipp. Franc. in c. ex ratione, numer.
95. de appell. Ferrar. vbi ſuprà. & Ordina.
15 loco citato. Tali itaque caſu, ſi iudex † à
quo, legitimè interpellatus differat, aut
deneget executionem, Camera tãquàm
ſuperior iudex aditur, ibique parti victri-
ci mandatum executoriale, contra iudi-
cem à quo, vt ſententiam ſuam executi-
oni mandet, ſub pœna pecuniaria con-
ceditur: cui mandato, ſi intrà præfixum
tempus non pareatur, ad pœnam man-
dato executoriali inſertam proceditur,
& arctius mandatum ſub pœna banni
decernitur, victusq́; ſi obſtinatè ſit contu
max, ob contumaciam in bannum de-
claratur: ſententia enim quæ in rem iu-
dicatam tranſiuit, legitimè exequi debet,
16 nè † res iudicata effectu careat, tex. in c.
cũ aliquibus. extr. de re iudi. Ordin. tit. 48.
§. 1. par. 3. Et inferiorem iudicem ſuperio-
ris auxilium pro faciẽda executione im-
plorare poſſe notum eſt, tex. in l. à Diuo
Pio. §. ſententiam Romæ. ff. de re iudic.
& in l. Epiſcopale. C. de Epiſcop. audien.
tex. in c. Principes. 23. q. 5. & vna iuriſdi-
ctio per aliam adiuuari debet, tex. in c. cũ
ad verum, 96. diſt. & per notata infr. eod.
Obſer. 115. Idem modus procedendi quó-
ad executoriales arctiores obſeruatur: nã
ſi ſimplicibus executorialibus nõ parea-
tur, arctiores ſub pœna banni decernun-
tur, & ad declarationem banni in contu-
maciam proceditur, creſcente enim con
tumacia, pœna quoq; creſcere debet, tex.
in c. 2. de teſtib. cog. gl. ibid. in verbo, de-
poſitionis. Iuſtũ equidem eſt, vt in eum
iura inſurgant, qui ius, iudicem, & partes
eludit, tex. in c. cordi §. fin. in fine, de ap-
pellatio. Sed quid ſi poſt decretas † exe- 17
cutoriales ſimplices pars principalis mo-
riatur ante paritionem, an contra eius
hæredes arctiores decerni poſſint? Maxi-
mè, non tamen ſub pœna banni, quia
nulla adhuc eſt contumacia hæredis, ſed
pecuniaria pœna, idque in ſententià di-
ſertè exprimendum: vt in cauſa Palatini
Vuolfgangi, contra Cruſels. Idem obti-
net in mandato executoriali. Iudicati e-
nim actio perpetua eſt, & rei perſecutio-
nem continet, daturq́; hęredi, & in hęre-
dem, tex. in c. quia, de iudicijs, & in l ora-
tione. §. fi. ff. de ferijs, tex. not. in l. miles.
§ fi. ff. de re iudic. & in l. ex contractu. ff.
eod. tit. vbiq; probatur, ius exequendi ſen
tentiam trãſire contra eum, qui in locũ
cõdemnati ſuccedit, item executionem
ſententiæ latę contra defunctum, contra
eius hæredẽ exequi poſſe, ſaltem eo prius
citato, facit tex. in l. quod ipſis. ff. de reg.
iur. Dd. in d. c. quia. Alexan. in d. l. à Diuo
Pio. §. in venditione. nume. 34. Roland.
conſi. 20. num. 2. cum ſeqn. & nu. 8. vol. 1.
incip. in præſenti, vbi communem dicit.
Poſtremò obſeruandum, quòd † abſolu- 18
toria ſententia nõ habeat opus executo-
rialibus: illa enim ſtatim ſecum liberati-
onem & executionem trahit, abſque ali-
quo nouo facto iudicis, quia ſeipſam ex-
equitur, cũ abſolutus exceptione rei iu-
dicatę tutus ſit, tot. tit. ff. de excep. rei iud.
Innoc. in c. cùm noſtris. nu. 3. verſic. & ex
his. de conceſſ. præben. gloſſ. in c. paſtora-
lis, in verbo, cùm executionem, de appel.
Dd.

Dd.ibid. Natta conſil.524.numer.25.vo-
lum.3.incip.in cauſa D.Hectoris.Bart.In
l.metum.§.ſed quod prætor. nume. a. ff.
de re iudic. Zaſ. pulchrè ibid.num.7.per
tex.in l.1.§. debitor. ff. vt in poſſ. lega.
quem ad hoc ſingulariter inducit Zaſ.
quod ab eruditis iudicibus diligẽter ob-
ſeruandum eſt: nam imperiti iudices in-
diſtinctè executoriales petenti victori
decernunt. Et memini hac ratione vi-
ctori executoriales in Camera denega-
tas fuiſſe.

OBSERVATIO CXIIII.

Pœnam fiſco vel parti adiudicatam an Iudex remittere poſſit.

SVMMARIA.

1 *Ius quæſitum parti iudex remittere non poteſt.*
2 *Reſtitutio tantum reddit quantum abſtulit læſio.*
3 *Reſtitutio aduerſus ſententiam diffinitiuã ab eodem iudice fieri poteſt.*
4 *Princeps ius ſibi quæſitum remittere poteſt.*
5 *Fiſci ius faciliùs quàm priuatorum remittitur.*
6 *Principem decet clementia.*
7 *Damna ſubditorum ob pacem publicam princeps remittere poteſt.*

QVidam ob contumaciam in pœ-
nam ſimplicium executorialinm
declaratus, tam fiſco, quàm parti appli-
candam, prout communiter in Camera
fieri conſueuit, implorando iudicis of-
ficinm, petijt ſibi ex certis cauſis pœnam
illam remitti, offerendo expenſas con-
tumaciæ : quæſitum fuit, vtrùm iudex
hoc facere poſſit, parte altera contradi-
cente? Concluſum quòd non, quóad par-
1 tem : quia † iudex non poteſt remittere
ius parti per ſentẽtiam quæſitum, text.in
l.etſi poſt tres.ff.ſi quis caut.& in l.2.C.de
in ius vocan.gloſſ.ſingul. ibid.in verbo,
concedi.Bald.ibid.num.3.Iaſ.nume.1. &
communiter Dd. Bartol. in l.1.ff.ſi quis
ius dic.non obtemp. in fine. niſi fiat per
viam reſtitutionis in integrum, vtputa,
ſi iuſtas cauſas abſentiæ & reſtitutionis
allegauerit : quia tunc etſi parti ius quæ-
ſitum ſit ex ſententia, tamen officium
iudicis quóad reſtituendum nihilomi-
nùs ſupereſt, text. in l. quòd ſi minor. §.
reſtitutio.& §.final.ff.de minor.Philipp.
Franc.in c.ex ratione.nume.57.de appel-
lat. Et conceſſa reſtitutione omnia cen-
ſentur in priſtinum ſtatum reintegra-
ta: quia tantùm tribuit † reſtitutio, quan- 2
tum abſtulit læſio, d. l. quòd ſi minor.§.
reſtitutio, tex.in l.1.& in l.final.C.de ſen.
paſſ. Atque noti iuris eſt, reſtitutionem
quoque aduerſus ſententiam diffiniti-
uam † ab eodem iudice, qui eam tulit, fi- 3
eri poſſe, tot.titul.C. ſi aduerſ.rem iudic.
reſtit.poſtul.text.ſingul.in c.ſuſcitata. &
ibid.Panorm. nume. 10.de reſtitu. In in-
tegrum, tex.in c.ex literis.eod. titul.text.
in l. in cauſæ cognitione.2.ff.de minor.
gloſſ.ibid.in verb.ſententiam. Sed prin-
ceps † poteſt per reſcriptum ius ſibi quæ- 4
ſitum, putà pœnam corporalem vel pe-
cuniariam applicandam fiſco remitte-
re, gloſſ.& Iaſ.& Dd.in d.l.2. Quod ad fi-
ſcum attinet, in Camera iudex ratione
pœnæ partes ad fiſcum remittit, vt cum
eo componant, qui plerunque nomine
Imperatoris de iure ſuo aliquid remit-
tere, pœnamque mitigare conſueuit: id-
que pro qualitate cauſæ, magnitudine &
atrocitate delicti, putà in cauſis fractæ pa-
cis: faciliùs enim † ius fiſci, quàm priua- 5
torum remittitur, text. in l.non puro. ff.
de iur.fiſ.& d.l.2.C.de in ius voc.gloſſ.in
l.quicunq;.C.de ſer.fugit.in verb. vel vi-
ginti.Bal.ibid.num.27.vbi ex hoc infert,
quòd compoſitiones dominorum non
officiãt iuribus ſubditorũ, niſi ſint com-
poſitiones vniuerſorum, per notata Dd.
in c.in noſtra, de iniurijs, Dd.in c.1.§.ſi-
militer poteſt, de Capitan.qui Curi.ven.
Et mitius cũ fiſco, quàm priuatis, quem-
admodum cum lege quoque, quàm ho-
mine agitur, tex.in §.oportet. Authen.de
iudicib.gloſſ.ibid.in verbo, neque vide-
ri, text.in l.Celſus.ff.de recep.arbit.Salic.
in d.l.quicũq;. Quò ptinet, quòd † princi- 6
pẽ decet clemẽtia, & humanitas, tex.nor.
in l.Imperialis, C.de nupt.& in l.fi. C.de
don.int.vir.& vxor.maximè quandò de
lucro captando certatur. Porrò de iudice
nulla eſt dubitatio, quin reſpectu ſui pœ-
nam impoſitam parti, vel mitigare, vel
prorſus remittere poſſit, prout quotidiè
in Camera accidit, per no.Bar.in d.l.1.in
fi.ff.ſi quis ius dic.glo.In d.l.2.C.de in ius
voc.Dd.vbi ſup.Fallit quoq;, ſi princeps
ius parti quæſitum, publicæ vtilitatis gra-
tia remitteret, per notata Bartoli & alio-
rum, in l.1.C.ſi contra ius vel vtil.public.
Iaſ.in d.l.2.nu.14.C.de in ius vocã. Vt ſi † 7
damna ſubditis illata ob pacem facien-
dam

dam remitteret, quia talis remiſſio etiã in foro conſcientiæ valet, Iaſ. in d.l.2.nu. 14.cum ſeq. quem ad hoc omninò vide, & infr. lib.2. Obſer.56.cum ſeq.

OBSERVATIO CXV.

Brachium ſeculare pro executione quando inuocari poſſit.

SVMMARIA.

1 *Iudex ſecularis excommunicari poteſt, ſi deneget brachium ſeculare.*
2 *Vna iuriſdictio per aliam adiuuari debet.*
3 *Brachium ſeculare quando locum habeat.*
4 *Exceptiones contra brachium ſeculare, quando & quæ opponi poſſint, & nu.6.*
5 *Iudex ſecularis brachium aut auxilium ſuum iudici eccleſiaſtico, ne quidem Pontifici impartiri debet, ſi ſententia ſit nulla.*
7 *Brachium ſeculare contra clericos, quandò locum habeat.*
8 *In exequendis ſententijs par poteſtas eccleſiaſtici & ſecularis iudicis.*
9 *Brachium ſeculare an immediatè in Camera inuocari poſſit.*
10 *Iudex delegatus an brachium implorare poſſit.*

IVdicem Eccleſiaſticum pro executione ſententiæ ſuæ in cauſis ciuilibus in iuris ſubſidium brachium (vt vocant) ſeculare inuocare, a-
1 deoque † iudicem ſecularem, ſi auxilium petitum deneget, excommunicari poſſe, explorati iuris eſt, per tex. in c.1. de offic. iud.ord. gloſſ. ibid. in verb. publicum. Panorm. ſimiliter, nu.5. & 11. & communiter Canoniſt. tex. in c.quoniam.d.tit. & in c.adminiſtrarores, 23. q.5. tex. in c.ſtatuimus.§.fi.de maledi. & tex.notab. in l. 2. C.de his qui latron. vel alijs criminibus reos occulta. pulchrè Oldra. conſil. 89.per totum. incip. Epiſcopus inuocat. Afflict. in conſtitu.Sicil. ad proëm.num. 54.cum ſequ. Maran. diſp. 1.num.26.vna
2 † enim iuriſdictio per aliam adiuuanda eſt, per tex. in d.c.quoniam.& d.l. 2.gloſſ. in d.c.ſtatuimus.§ fi. in verbo, poteſtatẽ. Dd. vbi ſup. Proindè etiam iudex eccleſiaſticus ſeculari iudici, poſtulante neceſſitate, contra clericum contumacem officium ſuum impartiri debet, vt notat gloſſ. in d.c.1. Panorm. ibid. nume.10. vbi tamen differẽtiam ponit inter iudicem eccleſiaſticum & ſecularem. Procedit autem iſta doctrina tunc demùm, quandò iudex eccleſiaſticus pro executione ſuæ ſentẽtiæ omnia fecit, quæ facere potuit: putà, ſi victus eccleſiaſticas cenſuras flocci pendet, eoſque obſtinatè contem-
nat: imploratio enim † brachij ſecularis 3
omnium vltimum, adeoque extremum remedium eſſe debet, per tex. in c. cùm non ab homine, de iudicijs, ibi, cùm Eccleſia non habeat vltra, tex. in d.c.1. ibi, cùm opus fuerit, & d. c. quoniam ibi, ſi neceſſè fuerit. Oldr.d. conſil. 89. nume.3. Natta præclarè conſ.529.num.36.volum. 3.incip. iudex eccleſiaſticus. Roland. conſil.37.nume.5.volum.1.incip. omiſſo, vbi omninò vide. Maran. d. diſpu.1.num.26. ſic impedito tunc demùm non currit tempus præfixum, vel ei reſtitutio datur, ſi fecit quicquid facere potuit, Bartol. in l.2.§.quod diximus.ff.ſi quis caut. nume. 2. Baldus in l.properandum.§. ſin autem vtraque, num.2.C.de iudic. Afflict. deciſ. 30.nume.4. In Camera, quando iudex eccleſiaſticus implorat brachium ſeculare, hoc eſt, Cæſaris, contra partẽ victam, & contumacem, mandata executorialia ſine clauſula, ſub pecuniaria, rarò banni pœna decernuntur, & propter annexam citationem ad docendum de paritione,
vt ſuprà, Obſerua.113. dixi, legitimæ † ex- 4
ceptiones cõtra inuocationem brachij, & obtenta mandata executorialia, in termino reproductionis admittuntur, præſertim litis pendentiæ & nullitatis: videlicet à ſententia iudicis Eccleſiaſtici, cuius executio petitur, ritè & debito tempore appellatum, & proindè pendente appellatione nihil innouãdum eſſe, vel per eccleſiaſticum iudicem nulliter proceſſum & iudicatum: quia ſententia nulla non meretur executionem, tex. in l.ſi feriatis, ff. de ferijs, tex. in l.ſi prætor, §. Marcellus.ff.de iudi.& in l.4. §.condemnatum.ff.de re iudic. De qua nullitate iudex ſecularis, antequam ad pœnam procedat, primùm cognoſcere debet, vt præclarè docet Panor. in d.c. 1. de offi. iudic. ord. nu.10.cum ſeq. quem ad hoc omninò vide. Oldr. Afflict. Natta, Roland. & Maran. ſimiliter in locis allegatis. Ita obſeruatum in cauſa Einkirn / contra Nordlingen/3.Decemb. Anno 65. vbi pœna executorialiũ banni erat, & exceptiones litis pendentiæ, & nullitatis, ad pro-
bandũ admiſſæ fuerũt: nam † ſi ſententia 5

ſit nulla, idque ex actis appareat, iudex ſe-
cularis nullo modo brachium vel auxi-
lium ſuum iudici eccleſiaſtico impartiri
debet, ne Pontifici quidem, per tex. in c.
ſi quando, de reſcrip. vbi tex. inquit, pati-
enter ſuſtinebimus, ſi non feceris, quod
praua nobis fuerit inſinuatione ſugge-
ſtum: quemadmodum regulariter execu-
tor poteſt admittere exceptiones nulli-
tatis, & comperta nullitate executionem
ſuſpendere, vti notaui ſuprà, d. Obſer. 113.
Natta d. conſil. 529. nu. 3. & nu. 6. Anth. de
Butr. in d. c. 1. de offi. iud. ordin. vbi dicit,
6 brachium † ſeculare contra ſententiam
eccleſiaſticam non poſſe admittere alias
exceptiones, niſi eas, quas quilibet execu-
tor admittere poteſt, de quibus in c. de cę-
tero, de re iud. refert Natta conſi 529. nu.
6. vbi dicit in inuocatione brachij ſecula
ris opus eſſe citatione partis aduerſæ. Il-
lud obiter memoria tenendum, brachi-
7 um † ſeculare contra clericos inuocari
poſſe, in caſibus, de quibus in c. principes,
23. q 5. glo. ibid. in verbo, intra eccleſiā, &
in c. perpendimus. de ſenten. excommu.
Soc. reg. 52. fall. 12. Et de modo proceden
di, vide omninò Panor. in d. c. 1. de offic.
iud ord. Ang. conſ. 276. incip. punctus eſt
8 talis. vbi dicit, in exequendis † ſententijs
parem eſſe poteſtatem vtriuſque iudicis:
nam ſicut iudices ſeculares debent eccle-
ſiaſticis in executionibus auxilio & ſub-
ſidio eſſe, ita viciſſim eccleſiaſtici ſecula-
ribus, Inno. & alij in d. c. 1. de offi. iud. or-
din. Natta d. conſi. 529. nu. 8. An aūt omiſ-
9 ſo medio iudice, brachiū † ſeculare im-
mediatè in Camera inuocari poſſit, de
eo fuit aliquādo dubitatū, ſed multa ex-
tant præiudicia, hoc fieri poſſe, vt in cau-
ſa Alerſpach/ contra Alerſpach/ anno 52.
Creueldi, contra Collegiatam Eccleſiam
S. Cuniberti Coloniæ, 28. Maij. Anno 33.
& in cauſa Kauff/ contra Dettleutn/ 28.
Nouemb. anno 65. in quib. omnibus mā-
datum executoriale decretum fuit in Ca-
mera, per inuocationem brachij, tametſi
partes immediatè Cameræ non ſubeſ-
10 ſent. Vtrùm † autem iudex delegatus poſ-
ſit brachium ſeculare inuocare pro exe-
cutione ſententiæ, vide Felin. in c. ſignifi-
caſti, num. 2. de offi. iud. deleg. Nattam d.
conſi. 529. nume. 37. cum ſequ. Roland. d.
conſi. 37. nu. 2. cum ſequ. vtrobiq; dicunt,
brachium non habere locum in delega-
to, niſi prius iudici ſeculari fidem faciat
de delegatione, & ſic de ſua competētia,
per tex. in l. in criminali. C. de iuriſd. om.
iud. Bald. & Sali. ibid. Archid. in c. admi-
niſtratores. 23. q. 5.

OBSERVATIO CXVI.

Cautio de non moleſtando in futurum, in libello et ſententia omiſſa, an in executione peti poſſit.

SVMMARIA.

1 *Sententia eſt ſtricti iuris.*
2 *Sententiæ verba intelligenda prǒut ſonant.*
3 *Iudex ſententiam interpretari, ſed non emendare poteſt.*
4 *Cautio de non moleſtando poſt ſententiam exigi poteſt.*
5 *Taciti & expreſſi par virtus eſt.*
6 *Sententia recipit interpretationem à iure.*
7 *Euictio venit ex natura contractus.*
8 *Declaratio ſententiæ in Camera, an locum habeat.*

IN interdicto retinendę poſſeſ-
ſionis cautio de non moleſtan-
do in futurum, in libello à par-
te non petita, & in ſententia omiſſa fuit:
quærebatur, vtrùm adhuc in executione
à victore exigi poſſit? Et prima quidem
fronte videbatur dicendum, quòd non:
quia † ſententia eſt ſtricti iuris, tex. in l. 1. 1
C. ſi plur. vna ſent. & ibid. Bar. nu. 2. & nō
probat; niſi illud, quod ex verbis eius de
neceſſitate infertur, tex. in l. ſi iudex. ff. de
his qui ſunt ſui vel alien. iur. tex. in l. 2. C.
de ord. cog. cum uor. ibid. text. in l. Diui
fratres. ff. de lib. cauſa. & in l. ſi à te. 6. fi. ff.
de excep. rei iudi. Alexand. conſi. 174. nu.
2. volum. 2. incip. oportunè conſideratis.
Idem conſi. 84. num. 3. volum. 3. incip. In
cauſa quæ vertitur, & conſil. 108. num. 2.
volum. 5. incip. viſo proceſſu. Dec. conſi.
43. numer. 4. incip. & pro tenui, vbi dicit,
quòd † ſententiæ verba intelligenda ſint 2
prǒut ſonant. Roland. conſil. 79. nume.
10. cum ſequen. vulum. 3. incip. in pręſen-
ti. Et Bart. in d. l. 1. dicit verba ſentētiæ in-
telligi debere ſecundùm ſe, & ſecundùm
quòd ipſa importanr, non per relationē
ad libellum, niſi ad eum expreſsè ſe refe-
rant. Quibus accedat, quòd † iudex poſt- 3
quàm ſemel pronūciauit, functus ſit offi-
cio ſuo, tex. in l. iudex. ff. de re iud. cum ſi-
milib⁹. Et quamuis regulariter iudex or-
dinarius ſententiam ſuam interpretari

poſſit,

poſſit,tex.in l,ab executore.ff. de appell.
Bat.& Dd.communiter ibi. quia qui de.
clarat,nihil noui dat, ſed damin confir.
mat & explicat,tex.not.in c.cùm dilecta.
§.nuper autem,de confir. vtili vel inuti.
li,& in c.quia intẽtionis,de priuileg. tex.
in l.hæredes palam..§.1.ff. de teſtam.tex.
in l.ſi donatæ,§.1.ff.de donat.inter vir.&
vxo. emendare tamen vel ſupplere non
poteſt,tex.in l.2.C.de ſenten. ex breuicu.
recitan. Bart.ibid.& in d.l.ab executore.
Iſtis tamen non obſtantibus,concluſum
4 fuit, quòd huiuſmodi † cautio in libello
& ſententia omiſſa,adhuc in executione
exigi poſſet , & à victo præſtari debeat.
Ratio,quia venit ex ipſa actionis natura,
per tex.in l.vnic.C.vti poſſid.ſecundùm
intellectum Vltramontanorum, vti te.
fert Bar.in l.1.§.interdictum, num. 10.ff.
eod.titul.tex.in l.3.§.in hoc interdicto.ff.
de itin.actuq; priuato. gloſſ. ſing. ibid.in
verbo,quanti, text. in l.penult.ff. de aqu.
quotid.Bar.in l.ſi duo.§.fin.num.1.ff.vti
poſſid.Ferra.in form.libel.pro turb.poſſ.
in fi.Schurff.conſ.77.nu.5.cen.1.Ergo pa
rum refert, vtrùm cautio illa in libello
petita,aut in ſentẽtia expreſſa ſit, necne:
cùm ſit de natura,vt dictum eſt,actionis,
5 & ei quaſi tacitè inſit. Taciti † autẽ & ex.
preſſi regulariter parem eſſe virtutẽ con.
ſtat, per tex. in l. cùm quid,ff. ſi cer.pet.
Bar.ibid . num. 2.& num.9.ſimiliter. Iaſ.
num.5.cum ſequ. vbi hoc ſeptem modis
limitat.Afflict.de ſucceſſ.feud. c.1.nu.21.
Curt.Iunior conſ.189.nu.22.vol.3. incip.
pro intelligentia:& qua ratione quid ex.
preſſè fieri nõ poteſt , eadem ratione nec
tacitè, Dd.in d.l.cùm quid. Et niſi ad eum
modum cautio omiſſa in executione pe.
ti & adhuc inſtaurari vel reparari poſ.
ſet,ſententia foret quodammodo eluſo.
ria, quia victori non eſſet ſatis proſpe.
ctum ratione tantùm præteritæ & præ.
ſentis turbationis, niſi etiam ei cautum
ſit de futura turbatione : quòd videlicet
aduerſarius in futurum eum moleſtare
6 nolit. Nõ obſtat,quòd † ſententia ſit ſtri.
cti iuris,quia nihilominus à iure cõmu.
ni recipere debet interpretationẽ, l. mi.
les.§.decem.ff de re iud. Dec.conſ.65. nu.
2. Anchar.conſ.6.num.7.vbi dicit, quòd
verba ſententiæ ſimpliciter prolata refe.
renda ſint ad intellectũ iuris communis,
à quo recipiunt modificationem, ſecun.
dùm ſubiectam materiam, de qua in ſen
tentia continetur. Sic quoq; non obſtat
d.l.iudex, quia ſententia relinquitur ſuæ
validitati, nihil immutatur, aut corrigi.
tur, ſed hoc quod ex natura actionis ve.
nit,victori conceditur quemadmodũ in
ſimili,in † euictione conſtitutum eſt,quę 7
ex natura contractus debetur, etſi de ea
nulla facta ſit mentio,tex.in l. non dubi.
tatur.C. de euict. & in l.ſi in venditione.
ff.eo. Ita iudicatum fuit in cauſa Burgg-
grauen der Burg Fridtburg / contra die
Hannawiſche Vormunder/7.Iulij,Anno
68. Nota † quóad interpretationem ſen.
tentię,quod licèt illam iudex ordinarius 8
facere poſſit, d.l.ab executore,tamẽ hoc
in Camera meo tempore nũquam factũ
memini,etſi ſępè petitum ſit ne detur oc.
caſio cauillationibus, & nouis diſputati.
onibus:tum etiam, quia ſentẽtia ex actis
recipit interpretationem,quę notorium
inducunt per vulgaria, vnde petitio pro
declaratione vel interpretatione ſenten.
tiæ reijci ſolet. Extat præiudicium anti.
quum declaratoriæ ſententiæ in cau.
ſa Johan Paſtor/cõtra die Stadt Gulich/
27. Februarij anno 50.& meo tempore e.
tiam in cauſa executionis declarationẽ
ſententiæ factam memini. Et fieri poſſe
concludo,cùm ſit iuri conſentaneum.

OBSERVATIO CXVII.

Executio an fieri poſſit in re feudali.

SVMMARIA.

1 Pignus iudiciale an in feudo contrahi poſſit.
2 Executio in defectum aliorum bonorum fieri poteſt, in feudalibus.
3 Soluto iure datoris ſoluitur ius accipientis.
4 Fallit, ſi pecunia ad vtilitatem domini conuerſa ſit.
5 Secundum decretum an ſuper re feudali interponi poſſit.
6 Vaſallus poſt immiſſionem creditoris adhuc ſeruire tenetur.
7 Commoditas feudi in dotem dari & alienari poteſt.
8 Clericorum redditus in cauſam iudicati capi poſſint.
9 Clericis tamen eſt prouidendum ne egeant, ſed vt ſe ſuſtentare valeant.

QVæſitum, vtrùm bona feudalia in
defectum aliorum bonorum, putà
propriorum, ſiue allodialiũ, in cauſam

 iudi.

iudicari, abſque domini conſenſu capi
1 poſſint? an † pignus iudiciale de feudo
contrahi queat? Videbatur dicendum
quòd non: cùm omnis alienatio, vel pi-
gnoris obligatio in re feudali prohibita
ſit, tex. in c. Imperialem, de prohib. feud.
alien. per Freder. vbi latiſſimè Feudiſtæ,
cum concordantibus. Contrarium fuit
2 concluſum, nimirū quòd † victor in poſ-
ſeſſionem bonorum feudalium, in defe-
ctum aliorū bonorum in ſubſidiū mitti,
& fructus atque redditus ex ijs percipere
poſſit, per tex. quem ad hoc Dd. commu-
niter allegant, in l. commodis. ff. de re iu-
3 dic. gloſſ. ibid. in verbo, Interdici, præcla-
re ibid. Iaſ. Zaſ. & alij. tex. in l. ſtipendia. C.
de execut. rei iudic. gloſſ. fin. ibid. Iſer. in
c. 1. §. quid ergo. de inueſt. de re alien. fac.
nu. 4. cum ſequen. Aluaro. ibid. num. 3.
Curt. in tract. feud. par. 4. nu. 39. Bar. Alex.
& alij, in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff.
de dam. infect. quæ quidem immiſſio &
executio tam diu effectum habet, quam-
diu durat ius vaſalli, nam nihil iuris, quó
ad feudum in ipſum creditorem tranſ-
fertur: vnde vaſallo debitore mortuo, ta
metſi ex fructibus perceptis, creditori ple-
nè non ſit ſatisfactum, feudum iterùm
ad dominum, vel agnatos, pro ſui natu-
ra redit, quibus vaſallus debitor præiudi-
3 care non potuit: ſoluto † enim iure dato-
ris reſoluitur quoq; ius accipientis, tex.
in l. lex vectigali fundo. ff. de pign. & hy-
poth. & in c. 1. §. fi. ſi de inueſtit. feudi con
tro. fuer. gloſſ. fin. ibid. tex. in c. nuper. de
donat. inter virum & vxor. & in l. peto.
§. prædium. ff. de leg. 2. Iacob. de S. Georg.
in verb. Comes de Vilaris. num. 3. Quod
4 tamen non procederet, ſi creditor, vel †
victor miſſus in poſſeſſionem, ex cauſa
iudicati docere velit, creditum in vtilita-
tem domini, vel agnatorum verſum eſ-
ſe, putà pro maritanda filia, vel re feuda-
li melioranda, nam tali caſu, quamuis
feudum ad dominum, vel agnatos de-
uolueretur, tamen ius creditoris miſſi in
poſſeſſionem feudalium rerum, pro exe-
cutione rei iudicatæ nihilominus dura-
bit. Ita pulchrè tradit Iſern. & Aluar. in
locis allegatis, Bartol. in d. l. ſi finita. §. ſi
de vectigalib. num. 5. in fin. ff. de dam. in-
fect. Alex. ibid. nu. 18. Spec. in tit. de execu.
ſen. §. ſequitur. verſic. quod ſi debitor, &
tit. de primo & ſecundo decret. §. reſtat.

Aluaro. in c. 1. §. 1. num. 16. de prohib. feu.
alien. per Freder. An autem † ſecundum 5
decretum ſuper re feudali interponi poſ-
ſit, vide per Spec. vbi ſupr. & maximè per
Iſern. in d. §. quid ergò. Bar & Alex. loco
citato. Curt. d. par. 4. num. 102. latè Tiraq.
gloſſ. 7. §. 1. nu. 47. & 49 per infinita alle-
gata, quem ad hoc omninò vide. Com-
munis, & vera opinio eſt, feuda antiqua
ex pacto & prouidentia, pro æris alie-
ni diſſolutione, neque diſtrahi, neq; ven-
di, aut creditoribus in ſolutum dari, ſed
tantùm fructus, & commoditates in cau-
ſam iudicati capi poſſe, per Dd in d. c. Im
perialem, & in d. l. ſi finita § ſi de vecti-
galibus. Iaſ. Zaſ. & alij, in d. l. commodis,
niſi aliter conſuetudine receptum ſit,
Bald. in d c. imperialem. num. 10. de pro-
hib. feud. alien. per Frederi. Deci. pulchrè
conſil. 445. nu. 24. cum ſeq. incip. in caſu
ad me. Chaſſe. in conſuetud. Burgun. tit.
de feu §. 8. gl. 1. nu. 42. Conſuetudo enim
in feudis principem locum obtinet, tex.
not. in c. 1. §. in iudicio, de feudi cogni. &
in c. 1 §. hoc quoque, de his qui feud. dare
poſſ. gloſ. ibid. in verbo, à ſucceſſione. In-
terim autem, quo creditor miſſus † eſt in 6
poſſeſſionem, vaſallus nihilominus ſer-
uitia debita domino ſuo præſtare tene-
tur, & non creditor, in quem ſolummo-
dò cōmoditas, & vtilitas rei feudalis trā-
ſit, tex. in d. l. commodis. ff. de re iudi. Iaſ.
ibid. nu. 2. Bar. in d l. ſi finita. §. ſi de vecti-
galibus. Iacob. de S. Georg. & Dd. vbi ſup.
Iaſ. in l. filiusfa. §. Diui. n. 22. ff. de leg. 1. in
ſecunda lectura. Non obſtat ratio dubi-
tandi: quia procedit in voluntaria pigno
ris conſtitutione: ſecùs eſt in neceſſaria,
tex. not. in d. l. peto, §. prædium, & in l. ſe-
natus, in princ. ff. de leg. 1. vbi prolixè Iaſ.
tex. in l. 1. ff. de fund. dota. & in l. alienati-
ones. ff. fa. erciſc. Aluaro. in d. §. 1. de pro-
hib. feud. alie. per Freder. Præterea † non 7
ipſa res feudalis diſtrahitur, ſed tantùm
commoditas, & fructus feudales in cau-
ſam iudicati capiūtur, per iura allegata,
commoditas enim rei feudalis alienari,
& in dotem dari poteſt, Dd. in d. c. Impe-
rialem, Bart. in l. ſi is qui. num. 2. ff. de pi-
gnorib. Natta conſi. 573. num. 5. volu. 3. in-
cip. iſta domina Bartholomea, vide in
tract. pacis publicæ, lib. 2. cap. 17 Ad idem
facit, quòd licet † clericorum redditus 8
non poſſunt ex conuentione obligari: ta
men

men, in ſubſidium, hoc eſt, in defectum aliorum bonorum, in cauſam iudicati capi poſſunt, tex.notab.in c.2.de fideiuſſ. gloſſ.ibid.in verb.redditibus.& ſic executio quoq; fieri poteſt in fructibus beneficiorum, non etiam vt ipſum beneficium Eccleſiaſticum alienetur, idq; tantùm ad vitam debitoris, per tex.in d.c.2. Panor. ibid. Philip.Fran. in c.reprehenſibilis, de appel.Iaſ.in d.l.commodis.nu.2. & in l. filiusfa.§.Diui, in 2.lectu.nu.26. ff. de leg. 1.Bal.Salic.& Dd.in d.l.ſtipendia.Panor. & Cano.in c.olim.el.2. de reſti. ſpol.quæ
9 quidem † executio in fructibus beneficiorum Eccleſiaſticorum, ita fieri debet, vt aliquid Clericis reſeruetur, vnde ſe ſuſtẽtare queant, aliàs Eccleſiæ deſeruire per inopiam non poſſent: itaq; in fructibus beneficiorum executio facienda eſt, deductio ne Clerici egeant, arg.tex.in l.miles.ff.de re iudic.glo. ibid. in verbo, facere poteſt, quę illũ text.extendit etiam ad milites cœleſtis militiæ, argu.tex. in l.ſacroſanctæ.C.de epiſc.& cler.Iaſ.& alij in d.l.commodis.ff. de re iudi.vbi omninò vide.

OBSERVATIO CXVIII.

Executio contra poſſeſſorem rei litigioſæ abſque nouo proceſſu fieri poteſt.

SVMMARIA.

1 *Executio fieri non poteſt contra non citatum, neque condemnatum.*
2 *Fallit in emptore rei litigioſa.*
3 *Ignorantia an in emptorem rei litigioſa excuſet.*
4 *Res quandò efficiatur litigioſa.*
5 *Poſſeſſio controuerſa an reddat litigioſam.*
6 *Priuilegium ſuper re litigioſa impetratum non valet.*

1 QVamnis † executio regulariter contra tertium non citatum, neq; in iudicio nominatum, aut condemnatum fieri nequeat, tex.in l.rei iudicatæ, & in l. cùm quæritur, cum l.ſequ.ff.de excep. rei iudic.tex.in l.ſæpè.§.ſi ſuper.ff. de re iud. Zaſ.ibid.Bal.conſi.149. par.3. per totum. Caſtr.conſi.87.num.3.par.1.ne Imperiali quidem reſcripto, tex.not.in l.fi. C. ſi per vim vel alio modo.Alex.conſi.5. num.1. vol.2.quia res inter alios acta, tertiò non vocato minimè nocere debet, tot.tit.C. res inter alios acta, tex.in l.2.C.quib. res iudic.non noce. & in d.l.ſæpe:item ſententia eſt ſtricti iuris, nec vltra perſonas in iudicio nominatas extenditur, tex.in l.1. C.ſi plur.vna ſen.condem.ſunt.& in l.2. C.de ordin.cognit. Tamen hoc ſingulariter fallit, in eo qui † rẽ litigioſam emit, 2
præſertim in actione reali. Nam cõdemnato principali, qui rem lite pendente alienauit, executio ſententiæ contra poſſeſſorem, nullo inſtituto nouo proceſſu, fieri poterit: cùm alienatio rei litigioſæ ipſo iure ſit prohibita, & iniquum foret tali caſu actorem diuerſis defatigari iudicijs, tot.tit.in Auth. de litigioſ. & ibid. prolixè Ang.tex.in l.fin.iuncta Authen. nunc ſi hæres.C.eod.tit.plenè Bar.in rep. l.creditores. C. de pignorib. & hypoth. Panor.in c.fin.num.8. de alieni.iud.mutandi cauſa facta. Ferra. in form. actio. realis, in verb.tenet & poſſidet.Couar.latiſſimè.pract.quæſt.cap.15.nu. 6. cum ſeq. Et quamuis Ang.in d.Auth.de litig.nu.5. diſtinguat inter eum, qui ſciens prudenſque rem litigioſam accipit, & eum qui ignoranter: tamen Bar.& aliorum in locis ſuprà citatis ſentẽtia verior eſt, vt indiſtinctè hoc procedat, cũ text. ſit expreſſus in d.l.fi. vitium litigioſi etiam ignorantem afficere. Ipſo enim iure, vt dixi, rei litigioſæ alienatio, aut pignoris obligatio non ſubſiſtit, tex.in l.1.§.quid ergò. ff.quæ res pig.vel hypoth.oblig. nõ poſſ. Bart. & alij vbi ſuprà, tametſi † ignoran- 3
tia poſſet accipientem à pœna, d.l.fin.C. de litig. excuſare, ſecundùm Couar.vbi ſup.nu.7.Iura enim vigilantibus ſcripta ſunt, text.in l.pupillus, §.fi. quæ in fraud. credito. & in l.qui autem, §.ſciẽdum eſt, ff.eod. tit. Prædicta quoq; obtinent in actione perſonali, quandò actio perſonalis deducitur in iudicium, ad dominium rei obtinendum: putà actione ex empto, próut prolixiùs examinat, & proſequitur Couar.loco citato. Efficitur autem † res 4
litigioſa in actione reali, ſtatim poſt emiſſam & inſinuatam citationem: in eo omnes Dd. conueniunt, atteſtante Couar.loco allegato, per Authen. litigioſa. C.de litig. In perſonali verò poſt litis cõteſtationem, per text.in l.2.C.d.tit.Salic. ibid.gloſſ.in l.quanquàm.§.2.in verb.iudicium.ff.de aqu.pl.arc.quod tamen pugna non caret. vide Couar. vbi ſuprà, & Dd.in d.Auth.litigioſa. Dicitur autem

5 res † litigioſa, de cuius dominio cauſa
mouetur, inter poſſeſſorem & petitorem
iudicaria cõuentione, ita tex. in d. Auth.
litigioſa, & ſic controuerſia ſuper poſ-
ſeſſione orta, non facit rem litigioſam,
gloſſ. in c.1. de confir. vtili vel inutili. in
verbo, litigioſę. Dd. ibid. Natta conſ. 2. n.
2. in fin. vol. 1. incip. circa primum. Et pri-
6 uilegium † ſuper rebus litigioſis impetra-
tum non valet, text. in c. cauſam quæ. de
teſtib. tex. in c. 1. & c. fin. vt lit. pen. glo. ib.
in verbo, indulgentia. & gloſſ. in d. c. 1. de
confir. vtil.

DE APPELLATIONIBVS, REDVCTIONIBVS, COMPVLSORIALIBVS, ATTENTATIS, ET Inhibitionibus.

OBSERVATIO CXIX.

Cauſæ appellationum quomodò in Camera recipiantur.

SVMMARIA.

1 *Formalia appellationis in quibus conſiſtant.*
2 *Appellationes gradatim facienda, & quare. Iuriſdictiones confundi non debent, ibid.*
3 *Inſtrumẽtum notorij chartaceum an fidem faciat.*
4 *Conſuetudo facit Authenticum quòd aliàs authenticum non erat.*
5 *Appellatio in termino legis, vel hominis introducenda.*
6 *Citatio periculo partis quandò decernenda.*
7 *Citatio periculo partis in Camera decernitur, cùm iuriſdictio diſputari poſſit, aliàs ſi de incompetentia conſtet, nequaquam.*
8 *Materialia appellationis.*
9 *Exceptiones peremptoriæ nõ impediunt litis ingreſſum.*

OMNES cauſæ ad Cameram Imperialem, vel per ſimplicis quærelæ, aut appellatiõis viam deuoluuntur. De cauſis ſimplicis querelæ dictum eſt ſup. eod. Obſeru. 1. cum ſequentibus. Quod ad cauſas appellationum attinet, in decernendis proceſſibus, putà citatione, inhibitione, & compulſorialibus, Iudex duo potiſſimùm conſiderare debet. Primò formalia, deindè materialia appellationis. Forma-
lia † in eo conſiſtunt: vtrùm debito tem- 1
pore, putà intrà decem dies, ſiue decendium, an ab interlocutoria in ſcriptis, grauaminibus nuncupatim inſertis, à diffinitiua verò incontinenti, viua voce, ex interuallo verò in ſcriptis appellatũ, item an ſolennitas & forma appellandi ex ſtatuto requiſita, obſeruata ſit, nec nè, vide infra eod. Obſeruatio. 124. Prætereà ſi ab interlocutoria appellatum, an ſimplex & mera ſit interlocutoria, an verò vim habeat diffinitiuæ: ſi ſimplex, an appellabilis, nec nè. Si appellabilis, citatio rectè decernitur, ſed non inhibitio, per notata infrà eod. Obſeru. 130. Sin minus, petiti proceſſus, hoc eſt, citatio & compulſoriales probè denegantur. Quod ſi interlocutoria vim diffinitiuæ habeat, non ſolùm citatio, & compulſoriales, ſed etiam inhibitio concedi debet. Ratio, quia talis interlocutoria, quóad formam appellandi, per omnia diffinitiuæ comparatur, per iura d. Obſeruat. 130. allegata. Prætereà circa formalia appella-
tionis obſeruandum: vtrùm † appellatio 2
gradatim facta ſit, nam omiſſo medio iudice, ad ſuperiorem de iure ciuili appellari non licet, text. in l. Imperatores. ff. de appellat. text. in c. dilecti. el. 3. extr. eod. gloſſ. ibid. in verbo, poſt huiuſmodi, quod in terris Imperij ſequimur, Ordinat. part. 2. titul. 29. §. 1. quia iuriſdictiones non debẽt confundi, text. in l. nemo. C. de iuriſd. om. iud. gloſſ. ibid. in verbo, auxilium, tex. in c. puenit, 11. q. 1. text. in §. nulla. Auth. de defenſo. ciuit. Guid. deci. 436. nu. 3. quem omninò vide. Natta cõſi. 271. nu. 1. & 2. volum. 2. incip. concurro. etſi de iure Canonico, omiſſo medio ad ſuperiorẽ interpoſita appellatio valeat, tex. in Metropolitanum. 2. q. 7. Imol. in d. l. Imperatores. Si tamen Iudex mediatus iuſtitiam denegaret, aut aliàs ex iuſtis cauſis ſuſpectus eſſet, vel cauſam ſua ſponte ad ſuperiorem remitteret, aut inhabilis eſſet, iſtis caſibus, omiſſo medio iudice, Camera cauſam appellationis recipere poteſt, vide plenè Felin. in c. ſuper quæſtionum. §. porrò: nume. 14. de offic. & poteſt. iud. deleg. quibus caſibus omiſſo medio, ad ſuperiorem appellare liceat. De denegata iuſtitia, vide ſupr. eod. Obſeru. 28. Remiſſiones verò cauſarum appellationum ad Cameram ſępè fiunt. præter-

præſertim ex partibus Septentriouali,
3 bus. Animaduertendum inſuper, an † in-
ſtrumentum appellationis ſit chartace-
um, ſiue papyraceum, an verò ex mem-
brana: ſi chartaceum, regulariter fidem
non facit, quia ex conſtitutione Diui Im
peratoris Maximiliani primi, Anno
1512. in Comitijs Colonienſibus promul
gata, inſtrumẽta Notariorũ ex membra-
na confici debent, niſi aliter conſuetudi-
ne receptum ſit: nam huiuſmodi conſue
tudines valent, & in Camera attendun-
tur, cùm ſint iuri communi conſenta-
neæ, per notata Specul. in titul. de inſtru-
men. edit. §. reſtat. nu. 38. & §. inſtrumen-
tum. nu. 21. eod. tit. Panor. in c. cùm dile-
cto. nume. 9. de confirma. vtil. vel inutil.
4 quò † pertinet quòd conſuetudo faciat
aliquod inſtrumentũ authẽticum, quòd
aliàs non eſſet authẽticum, tex. in c. cùm
dilectus, de fid. inſtr. glo. ibid. in verb. ap-
probata. Franciſ. Marc quæſt. 369. num. 1.
5 Dd. in c. 2. de prob. Ad hæc † circa forma-
lia conſiderandum quoq;, an appellatio
in termino legis vel hominis commo-
dè introduci poſſit: nam ſi appellans, ne-
gligens fuerit in extrahẽdis maturè pro-
ceſſibus, nimiumq; ſe arctârit, ita vt cita-
tus tempore excluſus nõ poſſit commo-
dè in termino præfixo comparere, nec
citationis reproductio debito tempore
fieri, iudex appellationis nihil decernet:
quia iura vigilãtibus ſcripta ſunt, text. in
l. pupillus, §. fin ff. quę in fraud. cred. & in
l. qui autem, §. ſciendum eſt, ff. eod. tit. Et
paria ſunt, aliquid nõ fieri, vel minus ri-
tè fieri. p tex. in l. 1. §. & quidẽ. ff. quod cu-
iuſ. vniuer. nom. tex. in l. 2. §. ſi quis. ff. qui
ſatiſd. cog. cũ ſimilib. Vant. de nullit. ex
defect. citat. nu. 25. Afflict. deciſ. 182. nu. 4.
In dubio tamen, putà, ſi tantùm adhuc
temporis ſuperſit, quod probabiliter ex-
ecutiones, & reproductiones citationũ
6 † in tempore fieri poſſint, iudex partis
periculo proceſſus decernet, hoc pacto,
iſt citatio, doch periculo partis erkhendt/
hoc eſt, citationem petitam periculo
7 partis decernimus. Et ita in Camera †
obſeruatur, non ſolùm in cauſis appel-
lationum, ſed etiam in cauſis ſimplicis
querelę, & in omnibus caſibus, in quibus
iuriſdictio Cameræ probabiliter in du-
biũ reuocari poſſet: maximè ſi ſupplicãs
ſuo periculo pceſſus ſibi decerni petat, q
eſt ſingulariter obſeruandũ. Sed ſi noto-
rium ſit iudici iuriſdictionem ſuam nõ
eſſe fundatam, nihil, nè periculo quidẽ
partis decernet, ne fruſtrà ſe & partẽ ad-
uerſam inutilibus ſumptibus iniquè fa-
tiget, per iura ſup. Obſerua. 11. allegata. gl.
not. in c. ſi duobus. de appell. in verbo,
niſi cognouerit. Felin. ibid. nu. 6. vbi om-
ninò vide. Quod ad materialia appella-
tionis attinet, illud maximè ſpectandũ,
an ſumma Ordinationi Cameræ, aut
priuilegio de non appellãdo ſit confor-
mis, quia infrà ſummam Ordinationis,
vel priuilegij, regulariter appellationes
non recipiũtur, vide infr. eod. Obſer. 123.
Merita verò † cauſę principalis, quę pro- 8
priè ad materiam appellationis perti-
nent, ante litis conteſtationem, in con-
trouerſiam, vel dubium reuocari, & per
conſequens, in recipienda appellatione
attendi non debent: nam vtrùm appel-
latio ſit friuola, nec ne, merita cõcernit,
& in calculo ferendæ ſententiæ diſcuti-
endum. Hinc eſt, quòd regulariter † exce- 9
ptiones peremptoriæ, ſeu defenſiones
negocium principale concernentes, nõ
impediant litis ingreſſum, putà litis con
teſtationem, tex. in c. 1. de lit. conteſtat. in
6. vbi pleniſſimè Philip. Franc. nu. 18. cũ
ſeq. tex. in l. peremptorias. C. ſent. reſcin.
non poſſe. Ordinatio Cameræ, tit. 27. §. 1.
pat. 3. Batt. in l. nam & poſteà. nu. 2. ff. de
iureiur. Felin. in c. exceptionem. nu. 34.
de excep. Socin. præclarè in c. 1. nu. 15. cũ
ſeq. de lit. conteſt.

OBSERVATIO CXX.

An à Principe vel Comite Imperij extraiudicialiter grauante ad Cameram appelletur.

SVMMARIA.

1 *Extraiudicialis appellatio duplex.*
2 *A grauamine extraiudiciali appellare licet.*
3 *Appellatio extraiudicialis quandò interponenda.*
4 *Extraiudicialis appellatio eſt prouocatio ad cauſã.*
5 *Inhibitio in appellatione extraiudiciali non decernenda.*

DVbitatum, vtrùm ſubditus, vel
alius quiſpiã à principe aliquo
extraiudicialiter grauatus im-
mediate ad Cameram appellare poſſet?
Diſtinguendum, vtrùm princeps graua-
uit appellantem, tanquàm ordinarius iu-

dex eius loci extraiudicialiter, ad alteri-
us partis inſtantiam, an verò grauauit
eum, tanquàm pars, vtputà ſi cum prin-
cipe aliquid negocij habeat, & is ei gra-
1 uamen inferat. Dupliciter † enim extra-
iudicialis appellatio conſideratur. Pri-
mò, quando non appellatur à iudice, ſed
à parte extra iudicium, per tex. in c. bonæ
memoriæ. extr. de appell. Secundò, quan
dò appellatur à iudice extraiudicialiter
procedente. Philip. Franc. in d. c. bonæ
memoriæ. num. 17. Maran. par. 6. titul. de
appel. nu. 267. Primo caſu appellatio ad
Cameram immediatè ſpectat, cùm prin
ceps tanquàm magiſtratus, vel ordinari-
us eius loci, ſuo quodámodò functus ſit
officio, licitumq́ue ſit, præſertim de iure
2 Canonico, à † grauamine extraiudiciali
ad ſuperiorem appellare, tex. in c. cõcer-
tationi. de appel. in 6. & in d. c. bonę me-
moriæ. vbi Panorm. Philip. Franc. latiſ-
ſimè & communiter Dd. Bart. in l. final.
nume. 4. & 5. ff. de appell. recip. text. in c.
cùm ſit Romana. de appell. quæ quidem
3 † extraiudicialis appellatio intrà decen-
dium à die illati grauaminis interponi,
tex. in d. c. concertationi. & intrà termi-
nùm iuris, vel hominis, introduci de-
bet: aliâs efficitur deſerta, perindè ac iu-
dicialis appellatio, text. in Clem. ſicut, de
appell. Franc. in d. c. bonæ memoriæ. nu.
24. Natta conſil. 606. num. 5. volum. 3. in-
cip. approbo concluſionem. Secundò
caſu appellatio non pertinet ad Came-
ram: ſed grauatus, ſi vult, debet princi-
pem in prima inſtantia coràm ſuo iudi-
ce conuenire, hoc eſt, coràm iudicibus
Ordinationis (vermög der Auſträg) nè p
huiuſmodi extraiudicialem appellatio-
nem fraus fiat priuilegio primæ inſtan-
tiæ. Et ad hunc caſum ſpectat, quod dici-
4 tur appellationem † extraiudicialem ni-
hil aliud eſſe, quàm prouocationem ad
cauſam, vimq́ue conuentionis habere,
per text. in d. c. cùm ſit Romana. §. ſi ve-
rò. glo. in d. c. concertationi. in verb. gra-
uatum. Panormi. in c. cùm inter. nume.
17. de except. Idem in c. dilecti. num. 4. de
maio. & obed. Innoc. in c. cùm ſuper. nu.
5. in fin. de ſenten. & re iudi. vbi dicit, or-
dinarium iudicem, non appellationis,
adeundum, quandò à grauamine extra-
iudiciali appellatum eſt. Panormit. in c.
dilecti filij, nume. 7. de appella. dicit, per-
pétuò notandum, quòd extra iudicium
non poſſum appellare, niſi ad illum ſu-
periorem, quem poſſum adire per viam
querelæ, citra communem appellatio-
nem, eò quòd appellatio extraiudicialis
nihil aliud ſit, quàm quædam prouoca-
tio ad cauſam, per iura ſuprà allegata.
Debet ergò appellans hoc ſecundo caſu
ordinarium iudicẽ ipſius Principis ad-
ire, eumq́ue coram iudicibus priuilegia-
tis conuenire, nè fraus fiat Ordinationi:
ita factum in cauſa Conſulum ciuitatis
Stettin/ contra Ducem Pomeraniæ, 21.
Aprilis, Anno 63. Item in cauſa Culem-
berg/ contra Ducem Iuliacenſem, An-
no 67. Et in cauſa Teutſchmaiſter/ con-
tra Heſſum, 22. Auguſti. Anno eodem.
Obſeruandum quoque † inhibitionem 5
non eſſe decernendam in appellatione
extraiudiciali: quia cùm ſit tantùm pro-
uocatio ad cauſam, non ſuſpendit præ-
terita, ſed tantùm futura reſpicit, nè in-
debitè moleſtetur, Natta d. conſil. 606.
num. 14. Panor. in d. c. dilecti. nume. 4. de
maior. & obed. vbi omninò vide, quo-
modò attentata poſt appellationem ex-
traiudicialem reuocanda. Et ita Camera
Imperialis ſeruat.

OBSERVATIO CXXI.

An à Commiſſarijs Cæſaris ad Cameram appellari poſſit.

SVMMARIA.

1 *Caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni iuris communis.*
2 *A delegato ad delegantem appellandum.*
3 *Camera cum Cæſare habet concurrentem iuriſdictionem.*

CErtum & indubitatum eſt, quòd à
ſententia Commiſſariorum Cæſa-
ris, vigore ordinationis, hoc eſt, ſecun-
dùm priuilegium primæ inſtantiæ, putà
der Auſträg datorum, immediatè ad Ca-
meram appellari poſſit, ita diſponente
Ordinatione, part. 2. titu. 6. Sed an idem
obtineat in Commiſſarijs, qui ad inſtan-
tiam partium, etiam priuatorum homi
num, per meram delegationem à Cæſa-
re dati ſunt, dubitatum fuit. Concluſum
quòd non. Cùm enim † caſus ille in Or- 1
dinatione non ſit expreſſus, diſpoſitioni
iuris cõmunis relinquitur, tex. in l. ſi cũ
dotem. in princip. ff. ſolut. matri. & in l.
quic-

quicquid aſtringendæ. ff. de verb. oblig. tex. in l. cōmodiſſime, ff. de lib. & poſth. & in l. ſi extraneus, ff. de condic. cauſ. data, cauſ. non ſecu. Barto. in l. omnes populi. num. 60. ff. de iuſtit. & iur. Ange. cōſil. 92. num. 2. Ordinat. part. 3. tit. fin. §. 1. Quare tali caſu appellatio ad Imperatorem, tanquàm delegãtem deuoluitur:
2 nam iuris eſt, quòd à † delegato ad delegãtem, vel eius ſucceſſorem in officio appellandum ſit, per text. in l. Papinianus, §. hæc ſi appellatio. C. de appel. Salic. nu. 4. l. vnica. C. qui pro ſua iuriſdict. gloſſ. ibid. in verb. final. text. in c. ſuper quæſtionum. §. porrò. gloſſ. ibid. in verbo, nō ad eum, & §. fin. cùm gloſſ. in verbo, ſi non poteſt, de offic. deleg. vbi omninò vide Felin. num. 12. cum ſeq. qui hoc latè declarat, quomodò & quando à delegato ad delegantem appellari poſſit. Et hac ratione cum appellatum eſſet à Cōmiſſarijs talibus ad Cameram, proceſſus denegati fuerant, vt in cauſa Michaëlis Boſch / contra Ioannem Perfert / 18. Auguſti, Anno 65. Quidam tamen proceſſus decernendos eſſe putabant, eò quòd
3 † Cameram cum Cæſare concurrentem iuriſdictionem habeat, & ſic præuentioni locus ſit, per text in c. cùm plures. de offi. deleg. & in l. ſi quis poſteà. ff. de indic. vtrobique Dd. Et ita quoque decreti ſunt proceſſus in cauſa Haller / cōtra Leipzig / 25. Auguſti, Anno 67. & in puncto deuolutionis cauſa in Camera, exceptionibus incompetentiæ non obſtantibus, retenta fuit. Inter vtramque opinionem parùm intereſt: nam etſi ad Imperatorem appelletur, & appellatio in aula ſuæ Maieſtatis recipiatur, tamen poteſt Imperator, & plerunque fieri ſolet, cauſam appellationis vna cum actis & actitatis coram Commiſſarijs primæ inſtantiæ productis ad Cameram Imperialem remittere: idque ob prædictam rationem. quòd iuriſdictio Cæſaris & Cameræ Imperialis quóad iuſtitiæ adminiſtrationem ex voluntate ſuæ Maieſtatis & contractu Statuum Imperij, concurrens ſit.

OBSERVATIO CXXII.

Tertius quomodò pro ſuo intereſſe appellare poſſit.

SVMMARIA.

1 *Tertius quandò non teneatur appellare.*
2 *Decretum pro vno creditore latum alijs prodeſt.*
3 *Appellatus licèt non appellet poteſt tamen ſimul cū appellante ſuam appellationem proſequi, & iura nō deducta deducere, etiamſi appellans deſiſtat.*
4 *Limitatio regulæ prædictæ.*
5 *Tertius an intra decendium appellare & grauamina exprimere teneatur.*
6 *Appellatio tertij iudicialis eſt.*
7 *Victoria tertij an proſit victo.*
8 *Sententia quandò tertius interuenit, quomodò proferenda.*

QVõd ad appellationem tertij, attinet; tres caſus diſtinguendi ſunt. Primus, ſi † ab alio interpoſitam appel- 1 lationem proſequi velit, & tunc admittendus eſt ad proſecutionē, etiamſi ipſe non appellauerit, tex. in l. à ſententia. §. idem reſcripſit ff. de appellationibus, & in l. ab executore, §. alio. ff. eod. tit. tex. in c. cū ſuper. de offi. deleg. Felin. ibid. nu. 1. Panor. in c. cùm ſuper. nu. 4. & nu. 27. de re iud. Couar. pract. quæſt. c. 15. nu. 1. Ratio, quia per appellationem principalis iam ſuſpenſa eſt ſententia, & omnibus quibus grauamen illatum, via aperta, ita vt non ſit opus alia appellatione. Bald. in Authent. hodie. num. 6. C. de appellat. per text. in l. poſt mortem. §. ſi ff. de bon. poſſeſſ. contra tab. text. in l. cùm vnus. ff. de bon. author. iud. poſſid. vbi primùm † decretum interpoſitum, ad petitionem 2 vnius creditoris, alijs creditoribus quoque prodeſt, vt notat ibid. Bartol. num. 1. vide ſupr. Obſeru. 69. cum ſequen. Amplia hoc vt procedat, non ſolùm quóad tertium, ſed etiam quóad ipſum appellatum, qui † poteſt etiam adhærere appel- 3 lationi appellantis, & deducere iura ſua antea non deducta, perindè ac ſi ipſemet initio debito tempore appellaſſet, idque procedit, etiamſi appellans interpoſitã appellationem poſteà non proſequatur, quia appellatus pro ſuo intereſſe eam proſequi poteſt, cùm appellatio ſit communis vtrique parti: nam appellatio ſuſpendit ſententiam, tam quóad appellatum, quàm quóad ipſum appellantem, ita vt vtrique parti licitum ſit beneficio l. per hanc. C. de tempor. appellat. non deducta deducere, & non probata probare. Quod aliquoties quóad

appel-

appellatum in Camera factum memini.
4 Intellige hanc † ampliationē procede-
re, quandò cauſa appellationis coram iu
dice appellationis per appellantē intro-
ducta eſt, per tex. in d. l. per hanc, & tex. in
l. ampliorē. C. de appellat. Philip. Franc.
in c. directè, ext. eo. tit. Rota deciſ. 23. nu.
1. de iudic. in nouis, incip. ſi diffinitiua,
Fel. in c. fi. nu. 1. de mut. pet. vbi hoc duo-
bus modis limitat. Panor. in c. ſignifica-
uerant, de exceptionib. gloſſ. ſing. in §. ſi
verò neuter, in verbo, occurrit, Auth. de
his quæ ingred. ad appellatio. quæ gloſſ.
vult quòd etiam appellatus in cauſa ap-
pellationis plura petere poſſit; dūmodò
illa ſint connexa cauſæ principali, refert
Fel. in d. c. fi. & in c. cùm Iohannes. nu. 17.
de fid. inſtru. Secundus caſus eſt, ſi tertius
alterius appellationi pro ſuo intereſſe
adhærere velit: quo caſu neceſsè eſt, vt
intra decendium ratam habeat appella-
tionem per alium interpoſitam. Appel-
5 lare quidem † intra decendium non te-
netur interueniens, ſed tamen intra il-
lud tempus alterius appellationi adhæ-
rere, & interpoſitam appellationem ra-
tam habere debet, tex. in c. vt circa. de e-
lect. lib. 6. gloſſ. ſing. ibid. in verb. adhęrē-
tes. in fin. tex. in c. non ſolent. 2. q. 6. gloſ.
ibid. in verb. mox. text. notab. in l. bono-
rum. ff. rem ratam haberi, glo. in c. cōcer-
tationi. in verb. grauatum, in fin. de ap-
pellat. in 6. Alex. conſi. 135. vol. 2. Vant. de
nullit. tit. qui poſſ. dic. de nullit. num. 26.
Bal. in d. Auth. hodie. nu. 6. Felin. in d. c.
cùm ſuper. nu. 11. Idem in c. veniens. 2. de
teſtib. nu. 6. cum ſequ. vtrobiq; hoc decla-
rat, & reſtringit, vt ibi per eū. Tertius ca-
ſus eſt, ſi ipſe pro ſuo intereſſe, à ſentētia
cōtra principalem lata principaliter ap-
pellet: & tunc requiritur, nō ſolùm vt in-
trà decendium appellationem interpo-
nat, ſed etiam nuncupatim grauamina,
& cauſas exprimat, cur ſua interſit appel
lare à tali ſententia: idque procedit, eti-
amſi à diffinitiua contra alium lata ap-
pelletur, tametſi aliâs in appellatione à
diffinitiua cauſæ expreſſio non requira-
tur. text. in l. 2. ff. de appellat. Ratio diffe-
rentiæ eſt, quia vbi appellatio interponi-
tur contra regulas iuris, propter præſum
ptionem doli non aliter admittēda eſt,
quàm ſi expreſſa cauſa iuſtificetur: ſed
appellatio tertij fit contrà regulas iuris,
quia regulariter non licèt appellare à
ſententia inter alios lata, ergò admitti
non debet, niſi expreſſa cauſa, per text. in
d. c. non ſolent. & in c. ſuper eo, de offic.
deleg. Panorm. in d. c. cùm ſuper. num. 5.
Felin. ibid. num. 1. Innoc. in d. c. veniens.
2. de teſtib. in princip. Felin. ibid. num. 13.
Couar. vbi ſupr. num. 1. Bald. in Auth. ho-
die. num. 6. Vant. loco citato. nu. 23. Bar-
to. in l. à ſententia. in fi. ff. de appella. per
illum text. ibi, niſi ex iuſta cauſa. & per
tex. in d. c. cùm ſuper. ibi, rationabiliter.
& in l. 1. ff. de appel. recipiend. Scire quo-
que oportet † appellationē tertij non eſ- 6
ſe extraiudicialem, ſed iudicialem, vt no-
tat Innoc. in d. c. cùm ſuper. nu. 5. in fin.
Panorm. ibid. num. 15. Butr. nume. 21. per
text. in d. l. à ſententia. ff. de appellat. An
aūt † victoria tertij appellantis pro ſuo 7
intereſſe, proſit principali iam antea vi-
cto? Dicendum regulariter quòd ſic, per
tex. in l. 1. & in l. 2. C. ſi vnus ex pluribus,
tex. in c. vna ſententia. ext. de appellat.
Bart. in d. l. à ſententia. Panormit. in d. c.
cùm ſuper. nu. 10. cum ſeq Felin. nu. 6. cū
ſeq. vbi hoc octo modis limitat, vt ibi p
eum. Quomodo verò † ſententia conci- 8
pienda & proferenda ſit quandò tertius
ad cauſam interuenerit diſtinguere o-
portet, vtrū tertius adſiſtat tantùm cau-
ſæ, an verò principaliter pro ſuo intereſ-
ſe interueniat: Primo caſu ſententia in
perſonam tertij non proferenda, vt pro-
lixiùs explicat Innoc. in d. c. cùm ſuper.
num 3. & num. 7. Antho. de Butrio. ibid.
num. 20. Panor. nu. 8. Bal. in d. Auth. ho-
die. nu. 6. Altero verò caſu, quandò ter-
tius principaliter interuenit pro ſuo in-
tereſſe, & cauſam proſequitur, verba ſen-
tentiæ ad tertium dirigenda ſunt, & pro-
nunciandum ſecundùm formam peti-
tionis, Anthon. de Butr. vbi ſupr. nume.
20. in fin. & ita pronunciatum in Ca-
mera, in cauſa Iacobi Tubingers/contra
Abbatem Fultenbach. 11. Februarij. An-
no 69. qui a ſententia contra fideiuſſorē
ſuum lata, pro intereſſe ad Cameram
principaliter appellârat, & libello exhi-
bito, liteque ſuper eo conteſtata cauſam
appellationis, remoto fideiuſſore, ad cō-
cluſionem ritè deduxerat, vndè meritò
ſententia in perſonam principaliter
interuenientis concepta & publicata
fuit.

OBSER-

OBSERVATIO CXXIII.

Appellationes infra ſummam Ordinationis vel priuilegiorum in Camera non recipiuntur.

SVMMARIA.

1 *Summa Ordinationis qualis ſit.*
2 *Exceptio ſummæ incompetentis an poſt litis conteſtationem opponi poſſit.*
3 *Nullitas ex capite iuriſdictionis ſtatuto excludente omnes nullitates non comprehenditur.*
4 *Summa Ordinationis quandò non ſit attendenda.*
5 *Fama hominis ineſtimabilis.*
6 *Crudelis dicitur qui famam negligit.*
7 *Iuramentum ſuper ſumma appellationis quãdò deferendum.*
8 *Iuramenta quæ in hæredem tranſeant.*
9 *Forma ſententiæ non deuolutionis ratione ſummæ.*
10 *Differentia ſententiæ non deuolutionis & non proſecutionis & num.ſeq.*

IN Camera Imperiall appella-
tiones regulariter non recipiun-
tur, ſi ſumma appellationis ſit
intra 30. florenos Rhenenſes, Ità diſpo-
1 nente † Ordinatione, titul. 28. §. 4. par. 2.
quæ ſumma poſteà in Comitijs Spirẽſib.
ann. 70. fol. 19. ad 150. florenos extẽſa eſt.
Idem obtinet in ſummis priuilegiorum
de nõ appellando, Statibus & ciuitatibus
Imperij conceſſorũ, q a appellatio nõ de-
noluitur ad Cameram, ſi ſumma nõ ſit
priuilegio conſormis, d. tit. 28. §. 4. in fin.
Proindè appellans in ſupplicatione ſem
per diſertis verbis hanc qualitatem nar-
rare debet, videlicet ſummam litigio-
ſam Ordinationi vel priuilegio conſor-
mem eſſe. Quid autẽ ſi appellans in pun-
2 cto deuolutionis non oppoſuerit † exce-
ptionem ſummæ incompetentis, ſed li-
tem conteſtatus ſit, an poſt litis cõteſta-
tionem eam opponere poſſit? Maximè,
cùm ſit nullitas ex defectu iuriſdictio-
nis, quam ipſe iudex ex officio etiã par-
te non opponente attendere debet: quia
nullitas iuriſdictionis perpetuò oppo-
ni poteſt, etiam poſt tres ſententias con-
formes, & reddit ſententiã ipſo iure nul-
lam, tex. in l. 1. §. hæc autẽ verba. ff. quod
quiſque iur. & in l. 1. C. de pedan. iudicib.
tex. in c. at ſi clerici, de iudicijs. gloſſ. ſing.
In Clem. 1. §. fin. in verbo, non obſtante,
de ſequeſtra. poſſeſſ. Decl conſil. 520. nu.
12. incip. in cauſa Piſtoriẽſi, & conſi. 681.
num. 24. incip. viſo puncto, Alex. conſil.
77. nu. 11. vol. 2. incip. in cauſa & lite. Nec
poteſt † ſtatuto excludi, etiãſi verbis ge- 3
neralibus ſtatuto omnes nullitates tol-
lerentur, Alex. d. cõſi. 77. nu. 9. per allega-
ta ibid. Et ità in Camera quandoq; obſer
uatum memini. In hac aũt ſumma Or-
dinationis & priuilegiorum quóad fun-
dandã iuriſdictionem, petitionem libel-
li, quantum petitũ, nõ quantũ debeatur,
vel adiudicatũ ſit in prima inſtantia cõ-
ſiderare oportet, tex. in l. cùm quædã pu-
ella. ff. de iuriſdict. omn. iud. Bald. in l. ſi
per illum. in fin ff. ne quis eum qui in ius
vocat. vt plenius dixi ſup. Obſer. 31. Poſ-
ſunt aũt diuerſæ ſummæ coniungi, & cẽ-
ſus ſiue penſiones ceſſæ, cum forte pro
fundãda iuriſdictione cumulati, tex. in l.
ſi idẽ cum eodẽ. ff. de iuriſd. om. iud. & in
l. fi. §. fi. C. de appell. In quibuſdã tamẽ ca-
ſibus, harum † ſummarum In recipiẽdis 4
appellationibus ratio non habetur: &
Primò in actione iniuriarũ, ſiue actum
ſit ad reclamationẽ, ſiue ad ſatisſactio-
nem, vel æſtimationem iniuriæ, quia fa-
ma hominis † omnium rerum precio- 5
ſiſſima & inæſtimabilis eſt, tex. in l. ſi in
duabus, ff. de reg. iur. facit text. in l. ex hac
lege. ff. ſi quadru. paup. feciſſ. dic. grauior-
q́ue oculorum amiſſione habetur, tex. in
l. infamia, C. de decurio. libr. 10. Et † cru- 6
delis dicitur qui famam negligit, text. in
c. non ſunt audiendi, 11. quæſt. 3. & in c.
nolo. 12. quæſt. 1. Imò cauſa vitæ, & ho-
neſtatis à pari procedũt, tex. In l. iuſta. ff.
de manu. vindic. tex. in l. iſti quidẽ. ff. qđ
met. cauſ. gloſſ. ibid. in verb. infamiæ.
Iaſ. in l. vt vim. ff. de iuſtit. & iur. num. 36.
Idem in l. admonendi. nu. 228. ff. de iure-
iu. & nõnulli etiam mortem turpitudi-
ni anteponendam cẽſent, Lucas de pen-
na. in l. 1. C. de capitatio. ciuium cenſib.
eximenda, libr. 11. Secundò fallit in con-
trouerſijs ſuper annuis redditibus, cenſi-
bus, Iure decimarum, ſeruitutibus, & iu-
riſdictionibus, alijsq́ue iuribus incorpo-
ralibus, quæ variam pro cuiuslibet affe-
ctione æſtimationem recipiunt. Huiuſ-
modi tamen iura limitationem & cer-
tam æſtimationem acceperunt ex receſ-
ſu Imperij, in dictis Comitijs Spirẽſibus
promulgato, vbi vide. Tertiò fallit, ſi
reus immediatè forum in prima inſtan-
tia ſortiatur in Camera, quia tunc per

viam

vlam ſimplicis querelæ, cauſa ibidem re-
cipi & agitari debet, quãtacunq; ſit ſum-
ma controuerſa, etiam minima, quia A-
ctor forum Rei ſequi tenetur, vulg. l. fin.
C. vbi in rem act. cum ſimilibus. Quoti-
es autem in puncto deuolutionis dubi-
tatur, verùm ſumma Ordinationi, vel
priuilegio ſit conformis, tunc in Came-
7 ra appellanti † iuramentum defertur,
ſub hac forma, vt iuret, malle ſe carere
tanta ſumma, quàm ab interpoſita ap-
pellatione deſiſtere, iuxt. notata gloſſ. in
l. ſi per alium. §. fi. in verbo, hoc iudiciũ,
ff. ne quis eum, qui in ius voc. Bald. ibid.
in fin. quod iuramentum etiam hæredi
deferri poterit, Roma. in l. ait prætor. 1.
8 §. iurari. ff. de iureiur. nu. 18. nam † iuſiu-
randum quod à lege, vel iudice defertur,
etiam in hæredes tranſit, & eo caſu quo
defunctus iuramentum præſtare teneba-
tur, hæres à ſimili iuramento non libe-
ratur, Dec. in l. edita. C. de edendo. Af-
flict. deciſ. 169. nnm. 8. incip. in dicta cau-
ſa, Dd. in l. ait prætor. la. 2. ff. de iureiur.
Rom. conſi. 290. Bal. in c. fi. de offi deleg.
ſecùs eſt in iuramento voluntario, quod
eſt perſonale, & morte iurãtis extingui-
tur, tex. in c. veritatis. ext. de iureiur. For-
ma ſententiæ ſuper non deuoluta appel-
latione ad Camerã ratione ſummæ Or-
dinationis, vel priuilegij talis eſt, † In
ſachen A. appellanten eins / wider B. ap-
pellanten anders theils / iſt erkhendt / das
ſolch ſache durch furgenomene appellation
an diß Kaiſerlich Cammergericht nit er-
wachſen / ſonder an richter voriger inſtanz
zu remittieren vnnd weiſen ſey / als wir ſie
auch hiemit remittieren / weiſen / vnnd ge-
dachten Appellanten in die gerichts köſten /
derhalben an dieſem Kaiſerlichen Cam-
mergericht auffgelauffen / nach rechtlicher
ermeſſigung zu entrichten / vnnd zubezalen
fellig erthailen. Latinè, In cauſa A. appel-
lantis ex vna, contra B. appellatum ex al-
tera partibus, decernimus & pronuncia-
mus, hanc cauſam per interpoſitam ap-
pellationem ad Cameram non deuolu-
tam, ſed ad iudicem prioris inſtantiæ re-
mittendam eſſe, prout eam remittimus,
dictumq; appellãtem in expenſis in hoc
iudicio factis, ſaluo noſtro iudiciali mo-
deramine, condemnantes. Ex hac ſen-
10 tentia † notanda eſt differentia inter
ſententiam deuolutionis, & ſenten-
tiam deſertæ appellationis: In iſta fit ex-
preſſè remiſſio ad iudicem à quo, quia
fundata eſt iuriſdictio Cameræ per ap-
pellationem ritè interpoſitam, ſi nõ ob-
ſtaret ſumma priuilegij, vel Ordinatio-
nis: ideoq; poſtquàm in puncto deuolu-
tionis ex parte appellati ſufficiẽter pro-
batum eſt, ſummã Ordinationi, vel pri-
uilegio non eſſe conſentaneam, neceſſe
eſt, cauſam ob non deuolutam appella-
tionem ad iudicem à quo, expreſſè re-
mittere. In altera verò, putà in ſententia
deſertæ appellationis, non fit remiſſio
ad iudicẽ à quo, quia ipſo iure ad eũ redit
cauſa, tex. in Clem. ſi appellationem, de
appellat. Dd. in Auth. hodie, C. eod. titu.
text. in c. reprehẽſibilis. extr. eod. Franc.
ibid. nu. 15. & in c. ex ratione. nu. 74. eod.
tit. vide omninò infrà, eod. Obſerua. 138.
vbi formã ſententiæ ſuper deſerta appel-
latione poſui. Item aliud † diſcrimen eſt
inter pronunciationẽ vtriuſq; ſentẽtiæ,
quia in ſententia deſertionis iudex pro-
nunciat cauſam nõ eſſe in Camera acce-
ptatã (nit angenomen.) In ſententia verò
deuolutionis pnunciat cauſam non de-
uolutã (nit erwachſen) vti ex formulis p̃-
ſcriptis conſtat. Et licèt res in effectu eo-
dem recidat, & non de verbis, ſed rebus
potiùs diſputandũ ſit, tex. in l. Labeo, §.
ſed de his, ff. de ſuppellec. legat. & in l. 3. §.
conditio. ff. de adimend. vel transfer. leg.
cum ſimilibus. tamen huius differentiæ
& obſeruationis lectorem obiter admo-
nere volui.

OBSERVATIO CXXIIII.

Appellandi ſolennitate omiſſà, an appellatio ſubſiſtat.

SVMMARIA.

1 *Forma legis vel ſtatuti ſeruanda.*
2 *Forma dat eſſe rei.*
3 *Forma duplex, ſubſtantialis & accidentalis.*
4 *Forma non ſeruata quando actum vitiet.*
5 *Qualitas requiſita quando ſit de ſubſtantia actus.*

IN multis Imperij ciuitatibus ex
ſtatuto vel priuilegio nõ admit
tuntur appellationes, niſi quędã
ſolẽnia prius præſtentur: nimirũ, vt pe-
cuniã aliquã deponant appellãtes, iurẽt-
que calumnioſè appellationẽ nõ inter-
poſitã eſſe. Quid ergo ſi aliquis nõ obſer-
uauerit ea ſolennia corã iudice à quo, an
appel-

appellatio, aliâs ritè & debito tẽpore in-
terpoſita, ob id inualida & deſerta effici-
etur? Memini in puncto deuolutionis
hoc aliquoties diſputatũ fuiſſe. Et quidẽ
prima fronte videtur dicendũ quòd ſic,
1 per vulgaria, † q̃ forma legis vel ſtatuti
non ſeruata, nõ valeat actus: quia forma
2 † eſt, quæ dat eſſe rei, tex. in c. quia ꝓpter.
de elect. tex. in l. cùm hi. in princ. & in §. ſi
prætor. ff. de trãſact. tex. in l. Iulianus. §.
ſed & ſi quis. ff. ad exhibẽd. Bal. in l. cùm
quis. nu. 4. C. de iur. & fac. ignor. Soci. ſe-
nior conſi. 33. nu. 6. vol. 1. pulchrè Bald. in
rubr. C. de reſcin. vendit. per totam, vbi
hoc exẽplis & legibus confirmat. Sed iſta
dubitandi ratione non obſtante, cõtra-
riũ in Camera receptum: valẽt enim ap-
pellationes, & recipiuntur ibi, etiamſi nõ
ſit coram iudice à quo, ſtatuto, vel priui-
legio ſatisfactum: ſufficit, ſi appellãs of-
ferat in Camera Imperiali ſe ſatisfactu-
rum ſtatuto vel priuilegio. Et ſic omiſſa
illa ſolennitas in Camera inſtaurari po-
teſt: Ratio eſt, quia huiuſmodi qualitas
vel ſolennitas non eſt de ſubſtantia ap-
pellationis, cùm poſſit poſt interpoſitã
appellationem fieri: valet quidem appel
latio, ſed vti ea non poterit appellãs, niſi
prius ſatisfactum ſit ſtatuto vel priuile-
gio, quoniam, vt dictũ, talis ſolennitas
3 non eſt de forma † ſubſtantiali appella-
tionis, ſed forma accidentali, quæ adue-
nit rei exiſtenti in actu, per ea quæ notãt
Dd. in c. cùm conſuetudinis. de conſue-
tud. Bart. in l. ſi ita quis. §. ea lege. num. 6.
ff. de verb. oblig. gloſ. in l. vniuerſa. C. de
precib. Imp. offer. in verb. prębeatur. Bal.
pulchrè ibid. num. 2. Idem ad rubr. C. de
reſcind. vend. nu. 2. & 3. Felin. in c. 1. nu. 1.
in fin. cum ſeq. de teſtib. vbi multa alle-
gat. gl. in c. vxoratus. in verb. nullatenus.
de conuerſat. coniugat. Nam ſecundùm
communem opinionem ad hoc, vt for-
4 ma † non ſeruata actus corruat, diſtin-
guendum eſt, verùm lex, vel ſtatutum re-
quirat formam tempore contractus vel
actus: & tunc non ſeruata forma, vel
ſolennitate requiſita, actus vel contra-
ctus ipſo iure non ſubſiſtit, tex. in Auth.
hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccle.
ibi, aliter enim, tex. in l. cùm hi. §. ſi præ-
tor, ff. de tranſact. text. in l. hac cõſultiſſi-
ma. C. de teſtam. & in l. non dubiũ. C. de
legib. an verò formam requirat poſt cõ-
tractũ, vel alium actum iam perfectum:
quo caſu actus vel cõtractus non eſt nul-
lus: ſed effectum nõ habet, niſi forma ad-
impleta, prout hoc exẽplo declarat Bal.
in d. l. vniuerſa. nimirum in ſtatuto exi-
gente certam gabellam de contractu ce-
lebrato. Statutum (inquit) vult, quòd de
contractu celebrato ſolui debeat gabella
aliâs non valeat, certè ſi non ſoluatur ga
bella, valet quidem contractus, ſed ob-
ſtat exceptio. Et ibidem omninò vide de
differentia formæ ſubſtantialis & acci-
dentalis, quia ſunt notatu digna. Et Dd.
in locis citatis communiter concludũt,
qualitatem † requiſitam, ſi poſt actum 5
interuenire poſſit, non eſſe de ſubſtantia
actus, latiſſimè Felin. in c. quoniam fre-
quenter. nu. 3. verſi. tu verò. vt lit. non cõ-
teſt. vbi plenè docet quæ dicatur ſubſtan-
tialis ſolennitas, & quandò eius omiſſio
vitiet actum, & vtrùm tempore contra-
ctus, an vero poſt contractum adhiberi
debeat, ac poſſit. Quia igitur in propoſi-
to ſolennitas ſtatuti non requiritur in
ipſo actu appellandi, & ſic non ſit de
forma ſubſtantiali, quæ dat eſſe rei: ſed
accidentali, ad confirmationem rei iam
in eſſe productæ pertinente, meritò ap-
pellationem ritè interpoſitam non vi-
tiat, ſed tantùm effectum & ꝓſequutio-
nem eius impedit. Prædicta omniũ ma-
ximè procedunt, ſi appellans non inter-
pelletur, vt præſtet huiuſmodi ſolennia,
per ea quæ latè deducit Iaſ. in l. vniuerſa.
num. 2. C. de precib. Imp. offer. vbi dicit,
quòd lex loquens per verbũ præciſum,
debeat intelligi, ſi petatur. Item quòd ſta
tuta requirentia ad celebrationem actus
alicuius fideiuſſorem, tunc demũ obti-
neãt, ſi fideiuſſor petitus ſit à parte: aliâs
actus, etiam abſque fideiuſſore celebra-
tus valebit, per allegata ibidem. Plura e-
iuſdem generis exempla vide infrà, libr.
2. Obſeruat. 46. & apud Iaſ. in d. l. vni-
uerſa.

OBSERVATIO CXXV.

An dominus pro ſubdito ſuo agere, & appellare poſſit.

SVMMARIA.

1 *Dominus pro ſubditis abſq; mandato quandò agere nequeat.*
2. *Subditos eſſe locupletes intereſt dominorum.*

3 *Tranſactiones dominorum non debent ſubditis nocere.*
4 *Quandò factum ſubditorum tangit dominum principaliter, tum dominus pro ſubditis ſine mãdato rectè agit.*
5 *Dominus iniuriarum agit pro iniuria ſeruo illata.*
6 *Item Epiſcopus, Abbas, & ciuitas, pro Clerico, Monacho, vel ciue.*
7 *Dominus quandò pro ſubdito appellare poſſit.*

1 QVandò quæritur, vtrũ † Domi-
nus pro ſubdiris ſuis agere, vel
eos in iudicio abſq; mãdato de-
fendere poſſit, diſtinguendũ e-
rit hnc pacto: aut agit dominus ꝓ ſubdi-
tis, vel eos defendir principaliter ad vti-
litatẽ & cõmodum ſubditorũ, ità vt ius
ex actione inſtituta, vel defenſione ſuſce
pta ipſis tantùm quæratur, & tũc non po
teſt agere abſq; mandato, per tex. in c. au
thoritate. §. inhibemus. de priuilegijs in
6. ibi, tantùm ad ipſos homines, glo. ſin-
gularis. Ibid. in verb. pertinent. Anchar.
ibid. nu. 2. Panor. in c. licèt cauſam. de ꝓ-
bat. nu. 13. Feli. ibid. nu. 12. pulchrè Innoc.
in c. dilectis filijs. nu. 2. de appel. Philip.
Fran. ibid. nu. 4. Rot. pulchrè deciſione
de iudic. in nouis. Bal. in c. 1. §. iniuria, nu.
5. de pac. iura. firm. quibus locis dicũt, do-
minum nõ poſſe agere pro ſubditis abſ-
que mãdato, ſi cauſa & cõtrouerſia ipſos
ſolummodò ſubditos concernat, quia
nemo alienæ litis idoneus defenſor ſine
ſatisdatione intelligitur, text. in §. ſi ve-
rò. Inſtit. de ſatisdat. & in l. qui proprio.
§. qui alium. ff. de procu. tex. in l. in eo qđ
plus. §. 1. ff. de reg. iur. Exempli gratia: ſi
furtũ ſubditis factũ, vel iniuria ad contu-
meliam ipſorum tantũ illata ſit: quo ca-
ſu, ſibi imputare debẽt, quòd res ſuas tam
negligenter cuſtodierint, quòd iniuriam
illam ipſimet competentibus iuris reme
dijs nõ ſint proſequuti, glo. in d. c. autho-
ritate §. inhibemus. Nec obſtat quòd in-
2 terſit † dominorum ſubditos habere lo-
cupletes, tex. in Auth. vt iudices ſine quo-
que ſuffragio. §. cogitatio. Panor. in d. c.
licèt tamen, quia hoc intereſſe hîc non
conſideratur: magna enim ex illa agen-
di vel defendendi licentia & poteſtate
abſurditas ſequeretur: quia ſi dominus
haberet poteſtatem agendi pro ſubditis
abſque mandato, iure ſuo, & motu pro-
prio, idque tantùm ratione iuriſdictio-
nis: eadem ratione ius ſubditorũ pacto
de non petẽdo remittere poſſet, cũ vni-
cuiq; permiſſum ſit iuri ſuo renunciare,
per vulgaria, quod foret abſurdum, glo.
in d. §. inhibemus. Rot. d. deciſ. 19. tranſa-
ctiones enim dominorũ † non debẽt, aut 3
poſſunt iuribus ſubditorum officere, niſi
pacis publicæ gratia initæ ſint, text. in l.
conuentionum, ff. de pact. Bal. in l. quicũ-
que. C. de ſeruis fugit. nu. 27. Et hactenus
de primò diſtinctionis membro. Alterũ
eſt, aut dominus agit nomine ſubditorũ
eò quòd ipſius, etſi non principaliter, ta-
men in conſequentiam & aliquo modo
intereſt: putà, ſi quis à ſubditis meis colle-
ctas indebitè exigat vel eos in cultura a-
grorum meorum iniquè turbet, mole-
ſtet, aut ſpoliet, vel ipſis ad cõtumeliam
domini iniuriam faciat, & tũc rectè abſ-
que mandato ꝓ ſubditis agit: † quia fa- 4
ctum ſubditorum tangit dominum, ipſe
dominus turbari, iniuria affici & ſpolia-
ri videtur, tex. in l. vim facit, ff. de vi, & vi
arm. & ideò ei cõpetit actio de dolo, vel
vtile interdictum Vti poſſidetis, vel Re-
cuperandæ poſſeſſionis, gl. in d. §. inhibe-
mus. Inno. in d. c. dilectis filijs. Panormi.
ibid. nu. 6. Anch. in Clem. 1. de reſcri. nu.
3. 5. & 11. vel actio iniuriarũ, per text. in §.
ſeruis aũt. Inſt. de iniur. Ang. ibid. in prin.
tex. in l. itẽ apud Labeonẽ. §. ſi quis ſic fe-
cit. & §. penul. & §. fi. ff. eod. vbi dicitur, ꝙ
actio † iniuriarũ domino cõpetat, ſi ſer- 5
uo eius iniuria in cõtumeliam domini
facta ſit. & idem tradit Bar. in l. 1. §. item
ait. nu. 1. ff. d. titu. & ibid. Apoſtil. dicit, ꝙ
idem receptũ ſit in † clerico, monacho, 6
ciue vel vaſallo, quorum nomine Epi-
ſcopus, Abbas, ciuitas, dominus iniuria-
rum agere poſſunt, Philip. Franc. in d. c.
dilectis filijs. nu. 5. Inno. ibid. nu. 2. per il-
lum tex. Bald. in d. c. 1. §. iniuria, num. 5. de
pac. iuram. firm. Et vigore huius ſecundi
membri diſtinctionis, multi quotidiè ꝓ-
ceſſus, tam mandata, quàm citationes,
dominis † in cauſis ſubditorum in Ca- 7
mera decernuntur, videlicet mãdata de
reſtituendo, de non turbando, de rela-
xando, & citationes ſuper iniurijs ſubdi-
tis in contumeliam dominorum factis.
Et prædicta diſtinctio non ſolùm habet
locum in cauſis ſimplicis querelæ, verũ
etiam in cauſis appellationum: nam ſi
quilibet tertius appellare poteſt pro ſuo
intereſſe, tex. in c. cùm ſuper. de re iud. &
in l.

in l.ſæpè.ff.eod.tit.& vtrobique Dd.vid. ſuprà,eod.Obſer.122.ergo & domino in-tereſſe habenti hoc permiſſum erit, tex. in d.c.dilectis filijs.Innoc.ibid.num.2.& Phil.Franc.num.5.Spec.in titu.de appel. §.1.num.15 Alex.& alij in d.l. ſæpè & Canoniſt.in d.c.cùm ſuper.vide ſeq. concl. Guid.deciſ.464.per totam.incip.Vtrùm pro iniuria.

OBSERVATIO CXXVI.

Domini appellatio an proſit ſubditis.

SVMMARIA.

1 *Quod ſic.*
2 *Dominus interueniens pro ſuo intereſſe, an ſubditos excludere poſſit.*
3 *Appellatio vnius quando proſit alijs.*

Subditi cuiuſdã Domini in iudicio Rotvvilenſi in ius vocati,per dominum vigore ſui priuilegij auocati fuerunt, quòd videlicet priuilegio Cæſareo exempti eſſent à iuriſdictione iudicij Rotvvilenſis, iuxta text.in c.cum tempore,de arbitr.& Dd. in l. ſi quis in conſcribendo. C.de pact. iudices non obſtãte allegato,& inſinuato priuilegio, ſe competentes pronunciant, appellauit ſolus dominus abſque ſubditis ad Cameram, ibique citationem & inhibitionem impetrauit, re. productis proceſſibus poſt factam executionem,iudices à quibus, non obſtante inhibitione,contra ſubditos in cauſa principali in contumaciam procedunt. Itaque dominus propter talia attentata pendente appellatione facta, petit illos in pœnam inhibitionis declarari. Iudices excipiunt non eſſe appellatũ per ſubditos,ſed tantùm per dominum, & ſic ſententiam,quóad illos,in rem iudicatã tranſijſſe, & non iniuria ad vlteriora in contumaciam proceſſum.Quæſitum,an appellatio domini hoc caſu proſit ſubditis non appellantibus, ità quòd attentata ſint ipſo iure nulla, & ante omnia
1 reuocanda? Concluſum quòd † ſic:Cauſa enim priuilegij,etſi principaliter concernat dominum,tamen ſecundariò reſpicit etiam fauorem ſubditorum, ne à iuriſdictione domini eximantur,nec ad alia Tribunalia indebitè trahantur magnis ſumptibus.Imò † dominus interue- 2
niens videtur omnẽ defenſionẽ in ſe recepiſſe,remotis planè ſubditis: quod facere poteſt,quãdo de ſuo præiudicio vel fauore principaliter agitur, vt in noſtra hypotheſi,p tex.in l.ſæpè.de re iudi. Dd. in c.cũ ſuper.eod.tit.tex. in l. principaliorẽ.C.de liber.exhib.& in l.Titia. ff. ſol. matri.tex.in c.fi. de empt. & vend. Bart. in l.ſi pluſorio.§.1.nu.2. ff. de appel. d. c. cũ tẽpore.& Dd.in d.l.ſi quis in conſcribendo.vide ſuprà,Obſeru.40. Et ſic ſententia cõpetentiæ, non contra ſubditos, ſed magis contra dominum lata fuit, qui pro ſuo intereſſe principaliter interuenit,auocando ſuos ſubditos: quia ipſius intereſt ſubditos ſuos ab alio non iudicari,Socin.in c.ſignificaſti.num.44. de foro compet. meritò ergo appellatione pendente cum domino, ſententia competentiæ non poteſt tranſire in rem iudicatam,contra ſubditos non appellantes, præſertim ſi ſententia lata ſit contra ſubditos,& dominum tanquàm conſortem litis: quo caſu † certum eſt 3
vnius appellationem prodeſſe alijs non appellantibus, quandò videlicet cauſa eſt communis,& vna eademq; omnium defenſio,toto titul.C.ſi vnus ex pluribus appel.& text.ſing. in l. ſi qui ſeparatim. §.fi.de appel.Secùs ſi diuerſæ ſint cauſæ, cùm ſeparatorum ſeparata ſit ratio, d.§. fin.Fuit itaq; pronunciatum, iniuſtè attentatum,& quòd illa ante omnia forẽt reuocãda, mandatumq; iudicibus à quibus,vt pendente appellatione in Camera, nihil porrò contra ſubditos attentarent,idq; ſub pœna inhibitionis mãdato inſerta.Ita factum in cauſa Ioannis Cõradi Schwartzen/contra Vitum Eyſſlein/ 28.Iunij,anno 65.&in cauſa Marchionis Georgij Frederici, contra Hanſen Benſelen/23.Februarij,anno 64.quod eſt memorabile præiudicium, pronunciatum, malè iudicatũ,& benè appellatum, cauſaque ad ipſum Marchionem appellantem pro ſuo intereſſe, remoto principali,tanquàm iudicem ordinarium ſubditi ſui remiſſa.

OBSERVATIO CXXVII.

Cauſa nullitatis an deuoluat cauſam principalem,& quis ſit Iudex nullitatis.

SVMMARIA.

1 *Nullitas deuoluit cauſam principalem.*
2 *Nullitas in cauſa appellationis incidenter venit.*
3 *Sententia nulla quandò confirmari non poſſit.*
4 *Appellatio ab interlocutoria nō deuoluit nullitatem.*
5 *Quis ſit iudex nullitatis.*
6 *Delegatus non habet executionem.*
7 *Nullitas coram iudice appellationis proponi poteſt.*
8 *Nullitas vſque ad triginta annos proponi poteſt.*
9 *Citatio ſuper nullitate quandò decernenda.*
10 *Inhibitio in cauſa nullitatis deneganda.*

COmmunis eſt Dd. concluſio,
1 cauſam nullitatis † principali-
ter intentatā, totā cauſam, &
principale negociū ad iudicē
nullitatis deuoluere: ita vt ſuper meritis
cognoſcere, & ſententiā reformare, vel
cōfirmare etiā ex noua cauſa & nouis ꝓ-
bationibus poſſit, per tex. in l. abſentē. C.
de accuſat. & in l. 1. verſi. ſed & ſi huius. ff.
quæ ſent. ſine appel. reſcind. Barto. in l. 1.
nu. 13. & 17. C. quand. ꝓuoc. nō eſt neceſ-
ſe. vbi omninò vide. Idē Bart. in l. ſi vt ꝓ-
ponis. 1. nu. 4. C. quomod. & quand. iud.
& in l. ſi expreſſim. num. 15. ff. de appellat.
Fel. in c. per tuas. nu. 8. de ſent. excommu.
pulchrè Alex. conſi. 53. in princ. vol. 5. in-
cip. Quæritur an ſtante. idem conſil. 79.
num. 1. vol. 2. incip. Proſpectis verbis, vbi
communē dicit. & conſi. 67. per totū. vo-
lum. 6. incip. Viſo themate. Zaſ. in l. cùm
quærebatur. num. 5. ff. de re iudic. Philip.
Franc. in c. dilecto. nu. 80. de appel. Vant.
tit. quib. mod. ſent. nul. repat. poſ. nu. 132.
Idem titu. corā quo null. prop. poſ. nu. 12.
Sic cauſa appellationis deuoluit quoque
nullitatem, Dd. vbi ſup. adeò vt iudex ex
officio eam attēdere debeat, licèt ab ap-
2 pellante allegata nō ſit, qa in † cauſa ap-
pellationis nullitas venit incidēter, etiā
ſi de ea nulla ſit facta mētio, tex. in l. quæ-
dam mulier. ff. fam. erciſc. præclarè Bart.
in d. l. 1. nu. 9. & 11. C. quan. prouoc. nō eſt
neceſſ. Vant. d. titu. corā quo nul. propo.
poſ. nu. 4. & 7. Limita hāc concluſionē:
Primò, vt procedat in ſententia nulla,
errore non expreſſo, quo caſu iudex ſen-
3 tentiam † nullā confirmare poteſt: quia
ſecunda, non prima ſententia conſide-
ratur, per iura allegata: ſecùs ſi error in
ſentētia expreſſus ſit, nam tunc iudex ap-
pellationis ideò confirmare non poteſt
ſententiā primā, quia ſecunda ſententia
confirmatoria primæ, eodē morbo &
eodem vitio nullitatis laboraret, d. l. 1. ff.
quæ ſent. ſine appellat. reſcind. vt notāt
Bart. & cōmuniter Dd. in l. 1. C. de erro.
calcu. Bart. in d. l. 1. nu. 9. & 21. C. quan. ꝓ-
uoc. non eſt neceſſ. Alex. d. cōſi. 79. nu. 4.
vbi omninò vide. & d. conſi. 67. circa fin.
Inno. in c. 1. de confir. vtil. vel inutil. Se-
cundò limitatur, vt non ꝓcedat in ſen-
tētia ex defectu ineptitudinis libelli nul-
la, qa iudex nullitatis vel appellationis
talem ſententiā reformare non poſſet:
ſed neceſſariò ſuper nullitate ꝓnuncia-
re debet, tex. not. in c. cū dilecti. de empt.
& vend. Franc. in d. c. dilecto. nu. 78. Alex.
d. conſil. 79. nu. 3. vol. 2. Bald. in l. actori.
nu. 3. C. de reb. cred. vide ſupr. Obſeruat.
66. Tertiò limitatur, † quòd videlicet cau- 4
ſa appellationis deuoluat quoque nulli-
tatem, vt ꝓcedat in appellatione à ſentē-
tia diffinitiua, non autem in interlocu-
toria, quia illa tantùm grauamen in ap-
pellatione expreſſum deuoluit, non au-
tem nullitatem, per notata in c. vt debi-
tus. & in c. Romana de appellat. Bald. in
d. l. 1. nu. 14. C. quan. prouoc. non eſt ne-
ceſſ. Vant d. tit. corā quo null. prop. poſſ.
num. 7. Porrò quod ad iudicem † nulli- 5
tatis attinet, diſtinguere oportet inter iu-
dicem delegatum & ordinariū: Primo
caſu, ſuperior, videlicet delegans, ſuper
nullitate cognoſcere debet: quia delega-
tus poſtquàm pronunciauit ſententiam,
ſiue benè, ſiue malè, functus eſt officio
ſuo, & eius † iuriſdictio finita eſt, text. in 6
d. l. ſi vt proponis, 1. & in c. in literis, & in
c. quærenti, de offi. deleg. Panor. ibid. nu.
8. Idem in c. ſi quis cōtra clericum. de fo-
ro compet. Bart. in l. à Diuo Pio. nu. 14.
ff. de re iudi. Idem in c. ſi expreſſim. Frāc.
in d. c. dilecto, nu. 64. Feli. in d. c. in literis
num. 4. & in c. ſignificaſti. nume. 1. eod.
tit. vbi omninò vide. Vant. d. titu. coram
quo iudi. null. prop. poſſ. nu. 7. & 14. Se-
cundò caſu, etſi Dd. varient, communis
tamen opinio eſt, ꝙ ſit in arbitrio & op-
tione grauati, vtrū nullitatem corā eo-
dem iudice deducere velit, an verò corā
iudice appellationis, per tex. in l. ſi accu-
ſatoribus. C. de accuſat. glo. ibid. in verb.
eundem. & tex. in d. l. abſentē. C. eod. tit.
Felin. in d. c. per tuas. nu. 8. de ſen. excom.
idem in d. c. in literis. Imol. in l. Iudex. ff.
de re iudic. & Franc. vbi ſuprà. Bart. in d.

l. ſi

l.ſi expreſſim.nu.14.Cardina.in c.1.nu.9.
de re iudic. Hodie tamẽ ex vſu fori vbiq;
7 ferè obtinuit, quòd iudex † appellatiõis,
& ſic ſuperior ſuper nullitate principali-
ter cognoſcenda adeatur, præſertim ſi
nullitas ex malitia, vel iniuria aut turpi-
tudine iudicis proueniret, quo caſu ini-
quum foret, vt ipſe ſuæ turpitudinis &
iniquitatis cognitor exiſteret: & aliâs
grauatus ad iudicẽ grauantẽ remitti non
debet, per tex. in l.eos, C.de appellat. d.c.
per tuas. Felin. in d.c. in literis. & in d. c. ꝑ
tuas. Vant. loco citato, vbi plures allegat.
8 Poteſt autem † nullitas deduci vſq; ad tri
ginta annos, ſecundùm cõmunem & in
Camera receptã opinionem, quia eſt di-
uerſa & ſeparata à cauſa appellationis,
tex. in c. inter cæteras, de ſent. & re iud. &
per allegata infrà eod. Obſeru. 135. & ideò
fatalia appellationis non imponunt fi-
nem nullitati, ita tenet Bald. in c. ſanci-
mus. 2. num. 9. tit. quo tẽp. miles. in vſib.
feu. Afflic. ibid. nu. 52. Zabarel. in Clem. 1.
de ſent. & re iud. nu. 12. Zaſ. in l. cũ quære
batur. nu. 11. ff. eod. tit. Salic. in l. ſi præſes.
nu. 6. in fi. C. quom. & quãd. iud. Maran.
par. 6. tit. de ſent. nu. 154. Hac cautela Ad-
uocati & Procuratores Cameræ vti con
ſueuerũt, quãdò à ſentẽtia debito tẽpore
non eſt appellatũ, aut aliâs ſumma Ordi-
nationi vel priuilegio cõformis nõ eſt,
quia tunc excluſi à via appellationis, ra-
tione iniquitatis ſentẽtię, ſuper nullitate
principaliter intentanda, ſupplicẽ libel-
lum ꝓ citatione exhibere ſolẽt. Ad hoc
9 aũt vt huiuſmodi † citatio decernatur,
neceſſe eſt in ſupplicatione vel in inſtru
mento nullitatis nominatim cauſas nul
litatis exprimere, ad quod iudex diligen-
ter animaduertere debet, iuxt. d.c. vt de-
bitus. de appel. c. 1. eod. titu. in 6. Ferr. in
form. appellat. ab interlocut. in verb. cau
10 ſis. in princ. Inhibitio tamẽ † vnà cũ cita-
tione ſuper nullitate petita, cõcedi non
debet, quia ſententia iam in rem iudica-
tã tranſiuit, cuius executio nullitatis prę-
textu, impediri nequit, etiamſi ſupplicãs
alleget notoriã nullitatẽ: quia hoc caſu,
cùm ſit præſumptio pro ſententia, text.
in c. in præſentia, de renuntiat. & in c. ſi-
cut, §. fin. de ſent. & re iud. text. in c. bonę,
el. 1. §. nos igitur, de electio. nudis narra-
tis ſupplicantis non creditur, vt notaui
infrà eod. Obſer. 144. Licèt attentata in
proceſſu nullitatis poſt ſententiam etiã
reuocari poſſint, vt voluit Bart. in d.l.1.
num. 18. C. quan. prouoc. non eſt neceſſ.
Alex. conſi. 2. nu. 15. vol. 3. incip. Conſide-
ratis his, vbi omninò vide.

OBSERVATIO CXXVIII.

Grauamina appellationis quandò admittenda.

SVMMARIA.

1 *Appellationis remedium ſaluberrimum.*
2 *Abuſus beneficÿ appellationis.*
3 *Fatalia & tempus inſtantiæ non currũt in Camera.*
4 *Cautela pro appellato, vt cauſa appellationis citò expediatur.*
5 *Grauamina appellationis quandò non ſunt admittenda.*
6 *Semel interrogatum nõ debet amplius interrogari.*
7 *Articuli noui impertinentes non ſunt ad probandũ admittendi.*
8 *Articulus in prima inſtantia omiſſus in cauſa appellationis quandò admittendus.*
9 *Forma reiectionis libelli appellatorÿ, & cauſæ pro concluſa habitæ.*

QVamuis † appellationis remedium 1
ſit ſaluberrimũ, adeoq; ſpecies de-
fenſionis, quæ nemini denegari debet,
tex. in l.1. ff. de appellat. ideoq; compara-
ta, vt nõ deducta & probata deducantur
& probentur, tex. in l. per hãc. C. de temp.
appel. & in l.eos. 1. §. ſi quid autem. C. de
appell. tex. in c. cùm Iohannes. de fid. in-
ſtrum. Feli. latè ibid. num. 17. cum ſeq. ta-
men † appellantes ſępiſſimè eo beneficio 2
peſſimè ad calumniam abutuntur, vt ni-
mitũ aduerſariũ multis ſumptibus, diu
multumq; vexẽt, tex. in §. 1. Authẽ. de ijs
qui ingred. ad appel. litesq; in infinitum
extrahant, idq; potiſſimũ poſſeſſores re-
rũ controuerſarũ facere conſueuerunt,
cùm malitiosè ſciant † fatalia proſequẽ- 3
dę appellationis in Camera, anno vel bi-
ennio non circumſcribi, prout aliâs iu-
ris eſt, text. in c. cum ſit Romana, de ap-
pel. & in d. Auth. de his qui ingred. ad ap-
pellan. text. in l. fin. §. illud etiam. C. de
tempor. appellat. quemadmodum ne-
que tempus inſtantiæ, putà triennij, in
cauſis ſimplicis querelæ ibi locũ habet,
contra l. properandum. C. de iudic. Qua-
propter pro litigatoribus iuſtam cau-
ſam fouentibus † notabilis cautela eſt, 4
vt coram iudice primæ inſtantiæ cau-

 ſam

ſam accuratè inſtruant, pleneque iura
ſua deducant: quo facto ſi alteruter liti-
gantium à ſententia lata appellet, & po-
ſteà in grauaminibus (quæ ſunt imme-
diata cauſa appellationis, tex. in c. vt de-
bitus, de appellat. Panor. in c. cùm ceſſan
te. num. 2. eod. tit.) coram iudice appella-
tionis omnia priora, putà allegata iam
anteà in prima inſtantia repetat, & arti-
culatim deducat: operæpreciũ eſt, vt ap-
pellatus ſtatim poſt factã litis conteſta-
tionem, nullã data reſpõſione, ſuper nõ
admiſſione grauaminum appellationis,
eò quòd nihil noui contineãt, per gene-
ralia concludat, referendo ſe ad acta, quę
inter eaſdẽ partes notorium inducunt, p
vulgaria: Nam tunc iudex, cauſa cogni-
5 ta, talia † grauamina, neque ad reſpon-
dendum, neque probandum admittere,
ſed cauſam ex officio pro concluſa acce-
ptare, & diffinitiuè pronunciare debet
quod iuris eſt: prout quotidiè in Camera
obſeruatur, per tex. in l. ampliorẽ. § in re-
futatorijs. C. de appella. Ordinat. par. 3. ti-
tu. 33. §. penul. quia appellationis remedi-
um, non ad defenſionem iniquitatis, ſed
ad præſidium innocẽtiæ inſtitutum eſt,
tex. notab. in c. cum ſpeciali §. porrò. de
appella. tex. in c. ad noſtram. vbi gloſſ. in
verbo, in ſua. eod. tit. tex. in l. præfecti eti-
am prætorio. ff. de minorib. Præterea ꝙ
6 ſemel capitulatũ ſiue † interrogatũ, non
eſt vlterius capitulandũ vel interrogan-
dum, Bald. in d. §. in refutatorijs, vbi ex
hoc infert, non poſſe haberi ꝓ confeſſo
eum, qui ijſdẽ articulis de nouo in ſecun
da inſtantia productis reſpondere non
vult, eò quod per primã reſponſionẽ, ad
eoſdẽ articulos, in prima inſtantia datã,
ſatisfactũ ſit legis mandato, & ꝙ huiuſ-
modi articuli captioſi eſſe videãtur, ꝑp-
ter metũ ꝑiurij, ſi fortè aliter, q̃ priùs re-
ſpõderet, vt notat glo. ſing. in l. 2. §. ꝙ ob-
ſeruari. in ver. exiſtimat. C. de iureiu. ꝑp.
calũ. Bal. ibi. nu. 15. vbi aliã quoq; rationẽ
reddit: qa, inquit, dicere poteſt, ſemel eſſe
reſponſum, quemadmodum in ſimili
facit Scæuola I.C. in l. fundi Trebatiani,
in fin. ff. de vſu & vſufruct. leg. Præterea
7 etſi appellãs aliquid † noui in libello ap-
pellationis poneret, quod tamen imper-
tinens ad cauſam eſſet, vtputà in quo ſen
tentia à qua nõ faceret præiudiciũ, & pa-
reret exceptionẽ rei iudicatæ. tamen hu-
iuſmodi libellus ad probandum admit-
ti non debet, quia probatus non releua-
ret ꝓbantem, vulgata l. ad ꝓbationem,
la. 1. C. de probat. glo. Bart. Alberi. Caſtr.
& Dd. in d. l. per hanc. C. de temporib. ap
pellat. Aliâs dubiũ non eſt, qnin † articu- 8
lus in prima inſtantia omiſſus, in cauſa
appellationis reintegrari, & ꝓbari poſ-
ſit, dummodò nouus iſte articulus à ve-
teribus dependeat, & talis ſit, in quo ſen-
tentia à qua faceret præiudiciũ, & pare-
ret exceptionem rei iudicatę: d. l. p hanc.
gloſſ. Bart. Albet. Caſtr. & alij ibid. Felin.
in d. c. cùm Iohannes. Ordinat. part. 3. d.
titul. 33. §. 1. & 3. ibi, noch weitter darthun/
vnd beweiſen/ Canoniſt. in d. c. fraterni-
tatis. Philip. Franc. in c. fin. num. 14. de te-
ſtib. Cæterùm, ſi libellus appellationis
per omnia conueniat cũ libello, & actis
primæ inſtantiæ, cauſamq; non plenius
inſtruat, ſed ſit mera repetitio priorum
articulorum, tunc ex Ordinatione, & de
iure communi libellus appellationis re-
ijci, & cauſa pro concluſa acceptata, dif-
finitiuè ꝓnunciari debet quod iuris eſt.
Forma † pronunciandi talis eſt, In ſa- 9
chẽ A. Appellantẽ eins/wider B. Appella-
ten anderßtheils/ ſeind die grauamina N.
tag einkhommen / als vnerheblich (oder
vberflüſſig) nit/ ſonder die ſach von ampts
wegen fur beſchloſſen angenomen/ darauff
vnnd allein furpringen nach zu recht er-
khendt/daß durch Richter voriger inſtantz
woll geurtheilt/ vbel dauon appelliert/ die
gerichtscoſten derwegen an dieſem Kaiſer-
lichen Cammergericht auffgelauffen / auß
bewegenden vrſachen gegen ein ander com
penſirendt/vnd vergleichendt. Latinè, In
cauſa A. Appellãtis ex vna, contra B. Ap-
pellatum ex altera partibus, grauamina
tali die exhibita, tanquàm irrelauantia
(vel ſuperflua) nõ admittimus, ſed cauſã
ꝓ cõcluſa ex officio acceptam⁹, viſiſq; a-
ctis, & actitatis ꝓnunciamus, benè iudi-
catũ, malè appellatũ, cõpenſatis expenſis
in Camera factis. Nota quòd regulariter
appellans ſuccumbens, ex ijſdem actis e-
tiam in expenſis cõdemnari debeat, per
vulgaria, quòd in hac formula ſentẽtiæ,
ex certa cauſa factum non eſt.

OBSERVATIO CXXIX.

Appellatio ab interlocutoria quandò licita ſit.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Interlocutoria quandò dicatur appellabilis.*
2 *Interlocutoria quæ ſit.*

AB interlocutoria de iure ciuili non appellatur, niſi tale grauamen contineat, quod per appellationem à diffinitiua reparari nō poſſit, tex. in l. ante diffinitiuæ tempus. C. quor. appel. non recip. & in l. 2. C. de epiſc. audien. pulchrè Bart. in l. poſt ſententiam. num. 3. C. de ſent. & interlo. omn. iud. Idem prolixè in l. ante ſententiam, nu. 12. & nu. 26. ff. de appel. recip. vbi tradit hanc regulam, quòd quandò per appellationem à diffinitiua non poteſt † reparari grauamen perfectè, quin
1 aliquale præiudicium faciat, quòd tunc poſſit ab omni interlocutoria appellari. Adſtipulatur Ordinat. par. 2. tit. 29 §. 4. & titul. 28. §. fin. De iure verò Canonico ab omni grauamine appellare licet, text. in c. ſuper eod. el. a. de appel. Felin. ad rubr. extr. de ſent. de re iud. nu. 1. In Camera in decernendis proceſſibus, aut recipienda appellatione ab interlocutoria ius Ciuile ſequimur: idque eo potiſſimùm fine, vt multorum malitijs & calumnijs obuietur, qui à quocunque prætenſo grauamine, à quocunque interlocutoria appellare ſolēt, vt cauſam principalem in infinitum extrahant, & aduerſarios maximis ſumptibus defatigent. Ideò non decernuntur citationes ad proſequendam appellationem, niſi interlocutoria de iure Ciuili ſit appellabilis, ſecundùm regulam Bart. in d. l. ante ſententiam, & iura allegata. Vt autem ſciamus, à quibus interlocutorijs de iure Ciuili, ante & poſt litis cōteſtationem appellare poſſimus, conſulendus eſt in primis Bar. in d. l. ante ſentētiam. nu. 12. cum ſequ. vbi multos caſus recenſet. Bald. in d. l. 2. C. de epiſco. audien. per tot. Felin. in d. rubr. de re iudic. per totum. Philip. Franc. latiſſimè, quem omninò vide in c. cùm ceſſante. de appel. Guid. deciſi. 75. per totam. Maran. par. 6. tit. de ſententia, per totum, vbi ampliſſimè. Dicitur † autem interlocutoria
2 ſententia illa, quæ inter principium & finem cauſæ, ſuper aliquo incidenti, vel emergenti profertur, gloſſ. in Clem. 1. in verb. diffinitiua. de ſequeſt. poſſ. & fruct. Fran. in d. c. cum ceſſante. nu. 36. facit tex. in l. ex ſtipulatione. C. de ſent. & interlo. om. iud. Maran. d. part. 6. titul. de ſenten. nu. 2. Alex. ad rubri. ff. de re iud. & reſpectu ſui articuli quem definit, etiam diffinitiua dici poteſt, vt notat Felin. in d. rubric. de re iudic. num. 2.

OBSERVATIO CXXX.

De appellatione ab interlocutoria ſimplici, vel vim diffinitiuæ habente.

SVMMARIA.

1 *Appellatio ab interlocutoria quomodò interponenda.*
2 *Grauamen in appellatione ab interlocutoria, an relatiuè ad acta allegari poſſet.*
3 *Appellatio ab interlocutoria ex ijſdem actis iuſtificari debet.*
4 *Conſuetudo quòd ab interlocutoria incontinenti, à diffinitiua ex interuallo, viua voce appellari poſſit, valet.*
5 *Interlocutoria habens vim diffinitiuæ æquiparatur diffinitiuæ.*
6 *Interlocutoria quandò dicatur habere vim diffinitiuæ.*
7 *Inhibitio in appellatione ab interlocutoria non decernenda.*
8 *Sententia reuocatoria attentatorum qualis ſit. Item ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij, ibid.*
9 *Sententia competentiæ vel incompetentiæ, qualis.*
10 *Appellationes in Camera recipiuntur quæ interpoſita ſunt ſuper competentia vel incompetentia, etiā viua voce incontinenti facta.*

MVltum intereſt, quóad interponendam appellationē, aliosq; iuris effectus, de quib⁹ infr. an ſententia interlocutoria, à qua appellatum eſt, ſimplex ſit, an verò vim habeat diffinitiuæ: ſi ſimplex, † appellabilis tamen, iuxta notata ſup. Obſer. prox. tunc 1
in ſcriptis appellatio interponi, & cauſa grauaminis inſtrumento appellationis in ſpecie inſeri debet, aliàs non valeret appellatio, ſiue incontinenti, ſiue ex interuallo interponatur, text. in c. vt debitus. & in c. cùm cauſam, in fin. vbi elegās gloſſ. in verbo, dummodò, de appel. text. in c. cordi. eod. tit. in 6. & in Clem. appellanti. eod. tit. Bart. in l. eius qui. nu. 2. & 8. ff. de appel. recip. Philip. Franc. in c. non ſolùm num. 3. de appel. in 6. Maran. part. 6. eod. tit. nu. 125. & nu. 130. Rota deciſ. 1. vt lit. pend. in nouis. Roma. conſi. 41. idque vſq; adeò † verum eſt, vt non ſufficiat cau 2
ſam exprimere per relationem ad acta:

niſi relatio facta ſit ad acta, exprimendo
ſpecialiter in qua parte actorum hoc di-
catur, quia illa relatio ſpecialis, habetur
perindè, ac ſi nominatim fuiſſet expreſſa
cauſa. Eſt ſingularis doctrina Bald. in l.
minoribus. nu. 5. cum ſequ. C. de his qui-
bus vt indig. quam extollit Ang. in §. ſin
minus. Inſtit. de actionibus. Deci. conſi.
687. nu. 4. incip. viſis & diligenter. Felin.
in c. translato, nume. 4. in fine, de conſti-
tutio. Ang. in l. prętor ait, ff. de noui ope.
nunciat. Curt. iunior conſi. 191. nu. 8. vol.
3. incip. habita diligenti. vbique dicunt,
appellantem ab interlocutoria, ſatis ſi-
gillatim cauſam grauaminis exprimere,
ſi illa ex verbis neceſſariò ſubintelliga-
tur, licèt in indiuiduo non exprimatur,
quod diligenter notãdum dicunt ad in-
tellectum, d. Clem. appellanti. vide om-
ninò Bal. in d. l. minorib. Ratio cur in ap
pellatione ab interlocutoria cauſa graua
minis nuncupatim exprimi debeat, eſt,
3 quia in † interlocutorijs appellatio ex pri
oribus, ſiue ijſdem actis iuſtificari debet,
tex. in d. c. vt debitus, & in d. Clem. appel-
lanti. regula enim & beneficium l. per hãc
C. de tempor. appel. ſcilicet, non deducta
deducam, non probata probabo, non ha
bet locũ in ſimplici interlocutoria, text.
in d. c. cordi. gl. in d. c. cùm cauſam. Bart.
in d. l. eius qui. & d. l. per hanc. Roman. d.
conſ. 41. Maran. vbi ſupr. nu. 10. Fallit ſi a-
liter conſuetudine vel ſtatuto receptum
ſit, putà, quòd ab † interlocutoria viua
4 voce in continenti appellari poſſit. Nam
huiuſmodi cõſuetudines, & ſtatuta, tan-
quàm iuri Ciuili conſentanea, valent, vt
expreſsè tenet Ferrarien. in form. appel.
ab interlocutoria. in verb. cauſis. nu. 4. in
fi. Ang. conſi. 267. nu. 1. circ. fin. incip. Cõ-
ſtitutio. refert pro ſingulari Philip. Fran.
in d. c. vt debitus, de appel. nu. 17. per rati-
onem, quòd ſolennitas appellandi ſit iu-
ris poſitiui, ac proindè contrario iure, pu
tà ſtatuto, vel conſuetudine tolli poſſit.
Et ita Camera obſeruat, licèt Bal. in l. pro-
gramma. nu. 4. C. comminat. epiſt. in v-
tranq; partem diſputet, & in effectu hu-
iuſmodi conſuetudinem non valere cõ-
cludat. Eadem ratione valet conſuetu-
do, quòd à diffinitiua ex interuallo, viua
voce appellari poſſit: & in Camera ap-
pellationes recipiuntur, ſi de tali con-
ſuetudine per documentum Magiſtra-
tus eius loci, vel aliàs notoriè conſtet:
immò exiſtimò in obtinenda citatione
nudam conſuetudinis allegationem ſuf-
ficere: quia de eius veritate poſteà in pun
cto competentię vel deuolutionis diſpu-
tari poterit, & ſic parti aduerſæ nullum
fit præiudicium. Huc pertinet, quòd nar-
rata ſupplicantis fundent iuriſdictio-
nem Cameræ, per notata ſuprà, Obſerua-
tione 31. Sin verò † interlocutoria vim 5
diffinitiuæ habeat, tunc non ſolùm quò-
ad formam & effectum interponendæ
appellationis, verùm etiam quóad alios
iuris effectus veræ diffinitiuæ per omnia
æquiparatur. Paria enim ſunt, ſententi-
am eſſe diffinitiuam, vel habere vim dif-
finitiuæ, gloſſ. in c. fin. de elect. in 6. in ver
bo, inanes. Bald. in d. l. minoribus. nume.
8. Alexand. conſi. 182. num. 1. volum. 6. in-
cip. In cauſa & lite. Quemadmodum igi-
tur à diffinitiua incontinenti viua voce:
ex interuallo verò in ſcriptis, ſine expreſ-
ſione grauaminum appellari debet, text.
in l. 1. §. fina. cum l. ſequen. ff. de appella-
tion. text. in l. litigatoribus. vbi gloſſ. in
verbo, ilicò. Barto. & Dd. C. eod. Franc. in
d. c. vt debitus. numer. 15. Ferrar. in form.
appellar. à diffinit. ſentent. in verb. in his
ſcriptis. in princip. Ita quoque ab inter-
locutoria vim diffinitiuæ habente ap-
pellari poteſt, Franc. in d. c. non ſolùm.
numer. 3. & d. c. vt debitus. numer. 25. Ma-
rant. vbi ſupr. Ordinat. part. 2. titul. 29. §. 3.
Præterea ſicut diffinitiua reuocari non
poteſt, ita nec interlocutoria, habens
vim diffinitiuæ, ita gloſſ. in d. c. fin. de e-
lect. in 6. Zaſ. in l. quod iuſſit. nume. 28. ff.
de re iudic. Alexand. & communiter
Dd. pleniſſimè. ibid. Dicitur † autem in- 6
terlocutoria tunc vim diffinitiuæ habe-
re, quandò per illam non diffinitur in-
tegrè cauſa principalis, ſed per indire-
ctum tangitur & definitur articulus, qui
ad diffinitiuam ſpectat, per text. in l. in-
tra vtile. ff. de minor. 25. ann. Bartol. ibid.
numer. 1. gloſſ. in Clem. fin. in verbo, re-
pulſione, in fine, de appellat. Maran. par.
6. titu. de ſententia num. 42. cum ſequen.
mihi fol. 517. Zaſ. in d. l. quòd iuſſit. vbi
hoc exemplo declarat, Felin. pulchrè ad
Rubric. de re iudica. numero 3. cum ſe-
quent. Gabriel Saray ad Mattheſil. ſing.
39. Franc. ad longum in c. cùm ceſſante:
de appellation. numero 9. cum ſequent.

vbi

vbi exactè docent, quandò Interlocuto-
ria habeat vim diffinitiuæ, & ex quibus
id cognoſci poſſit, Bar. in d.l. quòd iuſſit.
dicit, quòd omnis interlocutoria dica-
tur habere vim diffinitiuæ, quandò per
illam exſpirat iudicis officium. refert &
ſequitur Philip. Franc. in d.c. cùm ceſſan-
te. nume. 9. de appel. Iſtis duobus modis
ſententia interlocutoria vim diffinitiuæ
obtinet: adde pro tertio modo, ſi poſt in-
terlocutoriam non ſperatur alia ſenten-
tia, vt in abſolutione ab obſeruatione iu-
dicij: aut pro quarto modo, quando in-
terlocutoria continet aliquid dari, vel fi-
eri, Maran. loco citato, vbi vide per alle-
gata ibid. Iudex igitur appellationis in
decernenda citatione, & inhibitione, di-
ligenter animaduertere debet, an ſenten-
tia à qua appellatum, ſit ſimplex interlo-
cutoria, appellabilis tamē, hoc eſt, an in-
ferat tale grauamen, quod per appellati-
onem à diffinitiua reparari non poſſit,
tex. in l. ante diffinitiuæ tempus. C. quor.
appel. non recip. Bar. in l. poſt ſententiā.
num. 3. C. de ſen. & in interloc. omn. iud.
vide ſuprà, Obſer. proxim. an verò ſit in-
terlocutoria habens vim diffinitiuę: Pri-
mo caſu, ante omnia inſtrumentum ap-
pellationis diligenter perlegere, & accu-
ratè obſeruare debet, an ritè appellatum
ſit, putà in ſcriptis, an cauſæ grauaminū
ſint expreſſæ, quia in interlocutorijs ap-
pellatio, vt initio dictum, ex ijſdem actis
verificari debet, tex. in d. c. vt debitus, &
in d.c. appellanti. & ſiquidem nihil in ap
pellatione interpoſita deſiderat, citatio-
7 nem, non tamen † inhibitionem decer-
net, quia quóad inhibitionem in primis
de veritate grauaminis conſtare debet,
Dd. in d. c. non ſolùm. Henning. in ſua
pract. par. 3. tit. 30. Vide infrà eod. Obſer.
144. Poſteriori verò caſu, quandò videli-
cet, interlocutoria vim diffinitiuę habet,
tunc ſi in formalibus nullus ſit defectus,
& iuriſdictio Cameræ aliàs, non obſtan-
te aliquo priuilegio, fundata ſit. ſtatim v-
nà cum citatione, inhibitio etiam con-
cedi poteſt. Dd. in d.c. non ſolùm, & ple-
niùs notaui infrà, d. Obſeru. 144. quia ta-
lis interlocutoria per omnia, vt dixi, dif-
finitiuæ comparatur, per iura allegata.
8 Sententia † reuocatoria attentatorum,
eſt interlocutoria, habens vim diffiniti-
uæ. Felin. ad rubric. de re iudic. nume. 12.
Item ſententia abſolutoria ab obſerua-
tione iudicij lata ſuper inepto libello eſt
interlocutoria, habēs vim diffinitiuæ, vt
docet Socin. In d.c. dilecti. nume. 11. de li-
bell. oblat. Et hoc in Camera receptum
eſt, vide Marant. part. 5. titul. de appellat.
num. 50. & d. titul. de ſenten. num. 33. Bal.
in Authen. ſed & ſi quis. num. 8. verſicul.
item illa ſemper. C. de ſecund. nupt. Præ-
tereà ſententia competētiæ † eſt ſimplex 9
interlocutoria, appellabilis tamen, quia
adfert grauamen, quod per appellationē
à diffinitiua reparari non poſſit, tex. in c.
ſignificante. de reſcrip. & in d.l. ante diffi
nitiuæ, gloſſ. ab omnibus approbata. in
Authen. habita, in verbo, final. C. ne fil.
pro patre. Bar. in l. 2. nu. 10. ff. ſi quis in ius
voca. non ierit. Alberic. ibid. num. 8. & 12.
Fulgoſ. nu. 12. Iaſ. nu. 38. Philip. Fran in c.
cùm ceſſante, de appella. Ferrar. in form.
ſenten. interloc. ſuper incompet. num. 2.
Sed ſententia incompetentiæ eſt diffini-
tiua, vel interlocutoria, habens vim diffi
nitiuæ, quia non ſperatur alia ſententia:
Iudex enim eo ipſo, quo ſe incompeten-
tem pronunciat, omnem iuriſdictionē,
quóad illam cauſam à ſe abdicat. pul-
chrè Bartol. in l. 2. num. 13. ff. de appellat.
recip. & in d.l. 2. nume. 10. ff. ſi quis in ius
vocat. & in l. poſt ſententiam. nu. 3. C. de
ſentent. & interloc. omn. iudic. Salic. ibi.
num. 10. Ferrar. vbi ſuprà. Panorm. ad d.
Rubric. de re iudic. nume. 8. Franc. in d.c.
cùm ceſſante. In Camera † tamen in re-
cipiendis appellationibus ſuper compe- 10
tentia, vel incompetentia iſta differen-
tia tam accuratè non ſeruatur, ſed indi-
ſtinctè appellationes viua voce inconti-
nenti factæ recipiuntur: licèt Guid. deciſ.
10. concludat, vtroq; caſu eſſe interlocu-
toriam ſententiam. vide infrà eod. Ob-
ſeruat. 132. an ſententia impoſitionis per-
petui ſilentij habeat vim diffiniuæ: item
de ſententia deſertionis vide infrà eod.
Obſeruat. 138.

OBSERVATIO CXXXI.

*Iudex appellationis, ſententiam inter-
locutoriam confirmando, vel re-
formando, an cauſam prin-
cipalem remittere
teneatur.*

SVMMARIA.

1 *Remiſſio quandò locum non habeat.*
2 *Iudex qui ſemel grauauit, præſumitur in poſterum ſemper grauare velle.*
3 *An remiſſio expreſſè in ſententia facienda.*
4 *Iudex deferendo abdicat ſe ad omnem iuriſdictionem.*
5 *Remiſſiones in Camera expreſſè fiunt.*
6 *Forma pronunciandi.*

QVandò à ſententia interlocutotia
appellatur, & iudex appellationis
pronunciat, benè appellatum, malè iudi-
catum, tunc tota cauſa ad iudicem appel
1 lationis deuoluitur, nec locum † habet
remiſſio, ſed ipſemet porrò de cauſa prin
cipali cognoſcere debet, per text. in c. vt
debitus .in fin. de appel. gloſſ. notabilis
ibid. in verbo, alioqui. ſimiliter Philip.
Franc. num. 46. & num. 49. Bar. in l. eos.
1. nu. 10. C. de appel. Ratio, quia ad eum
2 qui † ſemel grauauit cauſa remitti non
debet, cum præſumatur in poſterum etiã
grauare velle, per tex. in d. l. eos. Bal. ibid.
Franc. vbi ſuprà. Si verò pronunciat be-
nè iudicatum, malè appellatũ, tunc cauſa
ad iudicem à quo remitti, & appellans in
expenſas condemnari debet, d. c. vt debi-
tus. Sed in hoc poſteriori caſu incidit
dubitatio, an neceſſitas remittendi in-
3 cumbat iudici appellationis, an † expreſ-
ſis, diſertis, & conceptis verbis remittere
teneatur? Diſtinguendum vtrùm iudex à
quo detulerit appellationi, an verò non
4 detulerit: Primo caſu, quia † deferendo
abdicauit à ſe omnem iuriſdictionem,
ita quòd tota cauſa ad iudicem appella-
tionis deuoluatur, tex. in c. cum appella-
tionibus, de apel. in 6. poteſt remittere, ſi
velit, ſed non tenetur: ſi remittere volu-
erit, iam opus erit expreſſa remiſſione,
propter defectum iuriſdictionis: nam vt
dictum eſt, iudex à quo, deferendo appel-
lationi abdicauit à ſe omnem iuriſdicti-
onem, igitur vt ea reuiuiſcat & reſuſcite-
tur, expreſſe remiſſio per iudicem appel-
lationis fieri debet. Secundo verò caſu,
quandò videlicèt appellationi nõ eſt de-
latum, expreſſa remiſſione non eſt opus,
quia eo ipſo quòd iudex appellationis
pnunciat malè appellatum, benè iudica-
tum, facultas cognoſcendi de cauſa prin
cipali ad iudicẽ à quo, reuertitur, per tex.
in d. l. eos. 1. in princip. Franc. in d. c. vt
debitus. num. 47. Sed in Camera † remiſ- 5
ſiones ſemper expreſsè fiunt, quandò ni-
mirum ſententia à qua confirmatur, &
appellationi non eſt delatũ. Forma ſen-
tentiæ talis eſt: Pronunciamus † benè iu- 6
dicatum, & malè appellatum, vnd dz ſol
che ſach/an richter voriger inſtãtz zu remit
tieren vnd zu weiſen ſey/ als wir ſie auch
hiemit remittieren vnd weiſen. Id eſt, &
quod cauſa ad iudicem prioris inſtantiæ
remittẽda ſit, quemadmodum eam hac
noſtra ſententia remittimus, cum refuſi-
one expenſarum, per d. c. vt debitus. Afl.
deciſ. 42. nu. 2. Quòd ſi retractetur ſenten
tia iudicis à quo, pronunciari ſolet, malè
iudicatum, & benè appellatum eſſe, vnd
wöllen die partheyen ein ander ſpruch vnd
forderũg nicht erlaſſen/ daß ſolches an dieſ
ſem Kayſerlichen Cammergericht gehört
werden/ vnnd ferner darauff ergehn ſolle
was recht iſt. Hoc eſt, & quatenùs litiga-
tores ab actione deſiſtere nolint, quòd
hoc in Camera Imperiali audiri, & deſu-
per fieri debeat, quod iuris eſt. Et hoc ca-
ſu expenſæ plerunq; compenſari ſolent,
eò quòd appellatus ſententiam iudicis à
quo, pro ſe & ſic iuſtam litigãdi cauſam
habuerit, vt pleniùs notaui infrà, eod.
Obſer. vlt. per iur. ibid. allegata.

OBSERVATIO CXXXII.

Appellatio vel reuiſio à ſententia impoſitionis ſilentij, an admittenda ſit.

SVMMARIA.

1 *Appellari poteſt à ſententia impoſitionis perpetui ſilentij.*
2 *Ab interlocutoria appellatur, poſtquàm non ſperatur alia diffinitiua.*
3 *Interlocutoria habens vim diffinitiuæ æquiparatur ſententiæ diffinitiuæ.*
4 *Ab omni interlocutoria appellari poteſt quæ infert grauamen, quod per appellationem à diffinitiua reparari non poſſet.*
5 *Sententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij qualis ſit.*
6 *Einacitatio an inducat veram contumaciam.*
7 *Verus contumax non appellat.*
8 *Ex vera contumacia oritur duplex exceptio.*
9 *Reuiſio locum habet in materia, l. diffamari.*

COmmunis Dd. opinio eſt, in
materia l. diffamari, C. de inge-
nu. manu. à † ſententia impoſi- 1
ſitionis

tionis perpetui ſilentij appellari poſſe:&
ſi non appelletur, ſententiam tranſire in
rem iudicatã, per text. in l. Titia. ff. de ac-
cuſat. Bar. ibid. num. 3. cum ſeq. licèt gloſ.
ibid. variè ſentiat, idem tenet Bald. in d.
l. diffamari. nume. 7. Ratio, quia huiuſ
modi ſententia adfert diffamatori ple-
num præiudicium, vnde ex quorundam
opinione diffinitiua eſt, vel ſaltem inter-
locutoria habens vim diffinitiuæ: quia
eſt ſententia abſolutoria ab obſeruatio-
ne iudicij, imponens finem controuer-
ſiæ, ita vt ampliùs agere nequeat, vide
Gabrielium libr. 2. titul. de actionibus,
concluſion. 6. in 14. ampliat. Maran. par-
te 6. titul. de ſentent. numer. 34. Bald. &
Salicet. in d. l. diffamari. Siue igitur ſit
vera diffinitiua, ſiue interlocutoria ha-
bens vim diffinitiuæ, perindè eſt. Nam
2 ab † interlocutoria, poſtquàm non ſpera-
tur alia diffinitiua, appellari poſſe no-
rum eſt, text. in d. l. Titia. & in l. ait præ-
tor. §. permittitur. ff. de minoribus. text.
in l. intrà vtile. ff. eod. titul. & ibid. Barto.
text. in l. poſt ſententiam. C. de ſentent.
& interloc. omn. iudic. & paria ſunt, ſen-
3 tentiam † eſſe diffinitiuam, vel habere
vim diffinitiuæ: & ideò quóad effectus
iuris per omnia diffinitiuæ æquiparatur.
gloſſ. in c. final. in verbo, inane. de elect.
lib. 6. Philip. Fran. in c. non ſolùm. num.
3. de appell. eod. libr. Alexand. conſil. 182.
numer. 1. volum. 6. incip. In cauſa & li-
te. Matant. part. 6. nume. 125. & nume. 130.
titul. de appellat. Zaſ. in l. quod iuſſit. nu.
28. ff. de re iudic. Et regulariter, quandò
4 per † ſententiam interlocutoriam infer-
tur tale grauamen, quod per appellatio-
nem à diffinitiua reparari nequeat, tunc
licita eſt appellatio, text. in l. ante diffini-
tiuæ. C. quorum appell. non recip. Barto.
in d. l. poſt ſententiam. nume. 3. Franc. in
c. cùm ceſſante. nume. 9. cum ſequent. de
appellat. vbi exactè docet, quandò inter-
locutoria habeat vim diffinitiuæ, & ex
quibus id cognoſci poſſit, vide quoque
Felin. ad Rubr. de re iudic. numer. 3. cum
ſequen. & ſuprà, Obſerua. 130. Prætereà
5 etſi † ſententia abſolutoria ab obſerua-
tione iudicij regulariter interlocutoria
ſit, cùm non definiat totum negotium
principale, ſed remaneat facultas iterũ
agendi, gloſſ. in l. harum actionum, in
verbo, abſoluetur. ff. ſi ſeru. vendic. Bald.
ibid. in fine. Caſtr. ſimiliter, nume. 2. Iaſ.
in l. iuſiurandum & ad pecunias. §. cùm
res. num. 2. ff. de iureiur. tamen hoc non
procedit, ſi abſolutoria, vt dixi, imponit
finem controuerſiæ: quia tunc erit diffi-
nitiua, vel interlocutoria habens vim
diffinitiuæ, & per conſequens appellatio
admitti debet, vt pulchrè declarat in ter-
minis Bartol. in d. l. Titia. numer. 4. Iaſ.
in l. properandum §. & ſiquidem. nume.
17. C. de iudic. & in d. §. cùm res. nume. 2.
Bartol. in l. infamem. nume. 11. ff. de pub-
lic. iudic. Felin. in c. cùm te à B. numer. 5.
de re iudic. & hæc ſine dubio procedunt,
ſi diffamans citatus in iudicio compa-
reat. Sed quid ſi in contumaciam non
comparentis Iudex perpetuum ſilenti-
um impoſuerit, an appellationi deferen-
dum erit? Non videtur, quia antequàm
in iudicio diffamatorio ſententia abſo-
lutoria, vel impoſitionis perpetui ſilen-
tij proferatur, bina citatione opus eſt, vt
dixi ſuprà, Obſeruat. 12. per alleg. ibid. ar
bis † citatus pro vero contumace haben- 6
dus eſt: quia ob repetitam citationem,
ignorantiam emiſſæ citationis allegare
nequit, per notata Dd. in l. final. ff. de in
integrum reſtitu. Imol. in l. ex conſenſu.
§. cum qui. ff. de appellat. Alexand. in d. l.
properandum. §. ſin autem reus, ergo ap-
pellare non poterit, quia † verus contu- 7
max non appell. tex. in l. 1. C quor. appel.
non recip. gloſ. ibid. in verbo, per contu-
maciam, tex in l. ex conſenſu. §. fin. ff. de
appel. gl. not ibid. in verbo, nõ rectè. Bar.
Imol. & alij ibid. glo. ſing. in Clem. vnic.
de dolo & contuma. in verbo, manifeſtè.
tex. in l. contumacia. ff. de re iudic. gloſſ.
ibid. in verbo, litis damno, text. in l. &
poſt edictum. §. final. ff. de iudici. & in d.
l. properãdum. §. ſin autem ex geſtis. Sed
magis eſt, vt appellatio recipiatur: quia
licèt verus contumax in non venien-
do, regulariter non appellet: per iura al-
legata. tamen hoc non procedit in vero
contumace in nõ agendo. ita Bald. in d. l.
diffamari. n. 7. quod nota dignum putat.
per tex. in l. fi. § iuſſus. ff. de appel. gl. ibid.
in verb. appellãdi, & in d. l. 1. C. quor. ap-
pel. non recip. Rationẽ differẽtię tradit,
quoniã, inquit, cõtumax in nõ agẽdo, vi-
detur diffidere iuri ſuo, nõ tamẽ renun-
ciare: ſed cõtumax in nõ veniẽdo iuriſdi
ctionẽ iudicis contẽnit, gloſſ. in d. Clem.
vnica,

vnica, quam omninò vide, tex. not. in d.
l. contumacia. gloſſ. in d. l. & poſt edictũ.
§. final. in verbo, audiendum. Bar. & Dd.
ibid. Cùm igitur diffamator pro actore
habetur, vt dixi ſuprà, Obſeruatione no-
na, conſequens eſt, cum à ſententia abſo-
lutoria ab obſeruatione iudicij in con-
tumaciam lata, appellare poſſe, niſi eſſet
manifeſtus, & expreſſus contumax: Id-
que iudici ex relatione nuncij conſtaret:
vtputà, ſi dixiſſet ſe nolle venire, neque
diffamationis cauſas proponere: quo ca-
ſu, putarem talem contumacem non eſ-
8 ſe audiendum: nam ex † vera & expreſſa
contumacia oritur contra cõtumacem
duplex exceptio: videlicet declinatoria,
& peremptoria, quas exceptiones appel-
latus contumaci obijcere poteſt, vt pul-
chrè tradit Bald. in l. diffamati. nume. 7.
cum ſequen. quem adhoc omninò vi-
de. & gloſſ. in d. Clem. vnica, de dolo &
contumacia. vbi omninò vide de tripli-
ci contumacia, gloſſ. in c. 1. de milit. va-
ſall. qui contu. eſt, in verbo, tertiam vo-
cationem, & ibid. communiter Feudiſtę,
gloſſ. notabilis in d. l. contumacia. Quod
9 ad ſupplicationem, ſiue † reuiſionem at-
tinet, vtrùm illa in Camera in cauſis dif-
famationum locum habeat, hoc ex præ-
dictis deciſum eſt: nam ſi recipitur appel-
latio, cur nõ admitteretur reuiſio? dum-
modò ritè, & debito tempore petatur, at-
que proponatur, iuxta Ordinationis prę-
ſcriptum: quia cùm reuiſio in cauſis dif-
famationum non ſit expreſsè prohibita,
meritò diſpoſitioni iuris communis re-
linquitur, l. quicquid aſtringendæ. ff. de
verb. oblig. cum ſimilibus.

OBSERVATIO CXXXIII.

Maritus an pro vxore ſine mandato agere, & appellare poſſit.

SVMMARIA.

1 *Maritus cauens de rato, pro vxore ſine mandato agere poteſt.*
2 *Coniunctæ perſonæ agunt ſine mandato.*
Amicus an ſine mandato pro amico agat.
3 *Maritus quomodo procuratorem conſtituat in cauſa vxoris ſuæ.*
4 *Inſtrumenta ad cauſam pertinentia arguunt conſenſum vxoris.*
5 *Vxor habet triplicia bona.*
6 *Maritus ſicut lucratur fructus bonorũ dotalitiorũ, an eodem modo paraphernalium et receptitiorum.*
7 *Maritus eſt dominus rerum dotalium.*
8 *Vxor an pro marito agere & appellare poſſit.*
9 *Carcer eſt ſpecies ſeruitutis.*
10 *Vxor mandato de relaxando marito in Camera obtinere poteſt.*

MAritus † tanquàm coniuncta per- 1
ſona, & legitimus adminiſtra-
tor rerum vxoris, atque curator
coniugalis, vulgariter Ehevogt/ in iudi-
cio, nomine vxoris abſq; ſpeciali man-
dato, dummodò de rato caueat, agere, li-
temque proſequi, & à ſententia iudicis
primæ inſtantiæ, ad ſuperiorem appella-
re poteſt, tex. eſt in l. maritus. C. de proc.
Bar. Bald. Alex. & communiter Dd. ibid.
hoc enim regulariter in † coniunctis per- 2
ſonis, den verſipten/ receptum eſt, vt pro
coniuncto ſine mandato admittantur,
cum cautione rati, tex. in l. ſed & hæ per-
ſonæ. de procura. & in l. exigendi. C. eod.
Iaſ. ibid. nu. 3. cum ſeq. & nu. 9. vbi hoc 17.
modis limitat. vt ibi per eum. Felin. in c.
coram. de offi. deleg. nu. 3. colligens quin-
que limitationes. Nonnulli etiam tantũ
tribuunt amicitię, vt etiam amicum, pro
amico ſine mandato cum cautione rati
admittant, Iaſ. & alij in d. l. exigendi. Sed
hoc in Camera non eſt receptum, vt ple-
nius notaui in tracta. Fract. Pacis, libr. 2.
cap. 10. Forma † autem conſtituendi pro- 3
curatorem talis plerunque eſſe ſolet:
Ego Titius, tanquàm legitimus admini-
ſtrator, & curator Seiæ vxoris meæ, in
cauſa tali, contra talem conſtituo Caiũ
procuratorem cum clauſulis conſuetis,
Et huiuſmodi forma conſtitutionis, in
Camera admittitur, tametſi tutius ſit, vt
de conſenſu quoque vxoris expreſsè, vel
tacitè appareat, qui quidem conſenſus
ex eo tacitè euincitur, ſi vxor marito a-
genti, vel litem proſequenti, inſtrumen-
ta † ad cauſam pertinentia tradiderit. 4
nam ſi apud acta talia inſtrumenta repe-
riantur, in vim probationis, aut ad ali-
um effectum producta, de conſenſu vxo-
ris dubitare non oportet: quia de iure
communi, ex inſtrumẽtorum traditio-
ne mandatum de agendo colligitur, per
tex. notab. in l. fina. in princip. C. de pact.
conuen. gloſſ. ibid. in verbo, ratihabitio-
ne. Bart. in d. l. maritus. numer. 3. vbi dicit
illud menti tenendum. idem in l. vulgò.
nume. 4. ff. de adminiſtr. tut. Bald. in l. 1.
nu. 11. C. de procura. Innoc. in d. c. coràm.
Felin.

Felin.ibid.nu.9.& communiter Cano-
niſt.Rom.conſi.446.num.10.adeò,vt e-
tiam non opus ſit tali caſu cauere de ra-
to,cùm cautio illa per mandatum expi-
ret,vt notat Bald.in l.1.num.6.C.de pro-
curat. Et ita communiter concludunt
Dd.in locis allegatis, extendentes hoc
ad procuratorem non habentem man-
datum à domino, ſed tãtùm inſtrumen-
ta ad cauſam pertinentia. Qua tamen in
re diſtinguendum,vt ibi per eos. Prædi-
cta, quòd ſcilicet maritus nomine vxo-
ris agere poſſit abſque mandaro,præſtita
cautione, accipienda & intelligenda
ſunt, in bonis receptitijs, aut etiam ali-
undè vxori, conſtante matrimonio ob-
5 uenientibus: vxor † enim triplicis gene-
ris bona habet, recepticia, dotalicia, &
paraphernalia,de quibus Bartol.Bald. &
alij in d.l.maritus.pulchrè Dec.conſi.521.
nu.1.incip.conſultus ab illuſtri. Alexan.
conſil.42.nu.2.vol.1.incip.ſuper præmiſ-
ſo.& conſi.63.num.7.incip. ſuper primo
dubio.volum.2.Bal.conſi.276.nu.4.vol.
3.incip. verba ſtaturorum. & conſil.478.
num.1.volum.5.incip. quædam ſunt res.
6 vbique, præſertim apud Bald. vide † an
maritus faciat fructus ſuos ex bonis re-
cepricijs & paraphernalibus,nam de fru-
ctibus dotis non eſt dubium, quin illos
pro onerib⁹ matrimonij ſuos faciat,tex.
in l.dotis fructus ff.de iur.dot.& in l.pro
oneribus.C.eo.cum ſimilibus. Sed vt ad
propoſitum reuertar, quod ad bona do-
talicia attinet,dubiũm non eſt,quin ma-
ritus,non ſolùm abſque mandaro,ſed e-
tiam ſine cautione de rato agere poſſit:
7 quia ſuper proprio iure agit,cùm ſit † do-
minus rerum dotalium:ita vt earum no
mine ſibi, non vxori rei vẽdicatio com-
petat.text.in l.doce ancillã.C.de rei ven-
di.glo.ibid.in verbo, nequiuiſſe,tex.in l.
quoties.C.de iur.dot. Bart.& Bald.in d.l.
maritus.Similiter quóad bona paraphet
nalia, poteſt maritus ꝓcuraror eſſe vxo-
ris,etiamſi non caueat de rato, per text.
in d.l.fi.C.de pact.conuent. Et ita limi-
tatur d.l.maritus, vt ſcilicet procedat in
bonis recepticijs, quorum nomine ma-
ritus pro vxore, abſque mandato, cum
cautione tamẽ de rato, rectè agit. In alijs
verò caſibus, etiam abſque mandato &
cautione admitti debet, ſecundum Bart.
Bald.& Dd.in d.l.maritus. per iura ſupr.
allegata. An verò † vxor pro marito ab- 8
ſente agere & appellare poſſit text.eſt in
l.quia abſente.C. de procura. quòd non.
Fallit ſi pro libertate mariti agat, text.
not.in l.3 ff. de liberali cauſa. Et in Ca-
mera vxor pro liberando marito capti-
uo,tanquàm coniuncta perſona admit-
titur,d.l.3. quia † carcer eſt ſpecies ſerui- 9
tutis,text.in l.2.ff. de libero hom. exhib.
tex.in l.Titio.§.Titio.2.ff.de condi.& de-
monſt.Bar.in l.frater à fratre.nu.56.ff.de
condict.indeb. Vnde maritũ ex carcere,
tanquàm ſeruitute, in libertatem vendi-
care, & ad hoc † mandata cum clauſula 10
iuſtificatoria, vel ſine clauſula, pro facti
qualitate, ad relaxandum maritum pe-
tere, & obtinere poteſt. vide Rotam de-
ciſ.16. per totam.titu. de procuratoribus,
in nouis. & text. in d.l.3.ff. de liber.cau-
ſa.& in l.fœminas ff. de procuratoribus,
tex.in l.1.ff.de appella.recip. & omninò,
in l.1.§. fina. de poſtu. text. in l. ſeruus.ff.
de bonor.poſſeſſ.

OBSERVATIO CXXXIIII.

De actorum editione, & compulſorialibus.

SVMMARIA.

Acta iudex edere tenetur cuilibet intereſſe habenti, tam criminalia quàm ciuilia, & ad hoc compelli poteſt.
2 *Compulſoriales cum citatione decernuntur.*
3 *Compulſoriales non habent clauſulam.*
4 *Arctiores compulſoriales quando decernendæ.*
5 *Arctiores compulſoriales ſunt modici præiudicij.*
6 *Forma pronunciandi in mandatis executorialibus, & ſimilibus.*
7 *Inhibitio non habet clauſulam iuſtificatoriam.*
8 *Inhibitio arctior quando decernenda.*
9 *Cur euentualis pœna declaratio non habeat locum in compulſorialibus & inhibitione.*
10 *Mulcta impoſitio citationem requirit.*
11 *Compulſoriales in multis caſibus decerni poſſunt.*
12 *Acta integrè edenda.*
13 *Fidem faciunt ſine teſtibus.*
14 *Iudex punitur, ſi Acta ſua negligentia manca ſint.*
15 *Quod in Actis non reperitur, omiſſum eſſe cenſetur.*
16 *Acta faciunt notorium.*
17 *Iuramento iudicis quòad editionem actorum ſtatur.*
18 *In breuioribus cauſis acta ſcripturam non requirunt.*
19 *An coram arbitris ſine ſcriptura procedi poſſit.*
20 *Acta deperdita an teſtibus probentur, remiſſiuè.*

21 *Actis mancis & imperfectis exiſtentibus aut deperditis, de nouo in Camera agitur.*
22 *Acta originalia iudicio adſecta ſunt.*
23 *Per litis conteſtationem in iudicio quaſi contrahitur.*
24 *Inſtrumēta originalia iudicialiter exhibita an parti reſtituenda ſint.*
25 *Acta falſificans cauſa cadit: ſecùs ſi teſtes vel inſtrumenta.*

1 IVdex † à quo, actorum copiam
ſub ſuo ſigillo iudiciali appellan
ti edere tenetur, text. in l. is apud
quem. Bart. ibid. num. 1. & communiter
Dd. C. de eden. quòd ſi dare recuſet, man
datis pœnalib⁹ per iudicē appellationis,
vt edat, cōpelli poteſt, per tex. in d. l. apud
quem. vbi hoc expreſſe not. Bart. num. 2.
Iaſ. ſimiliter nu. 9. Felin. in c. 1. num. 18. de
probat. vbi dicit acta iudicij, cuicunque,
cuius intereſt, officio iudicis edenda, ſiue
ſint ciuilia ſiue criminalia, quod tamen
declarationē recipit, vt ibi per eum. Huiuſmodi mandata in praxi Compulſoriales vocamus, de quibus compulſorialib. tradit Ordin. par. 2. tit. 31. §. 1. & part. 3.
tit. 31. §. 1. cum ſeq. Et in Camera vnà cùm
2 † citatione communiter decernuntur.
3 Obſeruandum etiam huiuſmodi † compulſorialia mādata clauſulam iuſtificatoriam annexam non habere: Ratio, quia iudex de iure acta edere tenetur, d. l. is apud quem. & ſic præceptum valet, per ea quæ dicta ſunt ſuprà Obſeru. 13. Mandatur iudici ſub pœna pecuniaria ſine clauſula, vt intrà certum terminum acta edat: ſi contumax eſt, non ſtatim fit declaratio pœnæ, neque arctiores compulſoriales: putà ſub pœna Bāni (Scherffere zwangs brieue) decernuntur, ſed in ſcriptis, vel viua voce, petitio imprimis ab appellante, pro arctioribus compulſorialibus, & citatione, ad videndum ſe incidiſſe in pœnas ſimplicium compulſorialium, iudicialiter exhiberi, aut fieri debet: quemadmodum in mandatis ſine clauſula ſimiliter requiritur, licèt hoc hodie ex Conſtitutione Imperij Spiræ, Anno 70. promulgata, mutatum ſit, vt notaui ſuprà, Obſeruatione 13. & Obſeruat. 15. per text. in c. veniens, §. fin. de accuſatio. ibi, citationem & purgationem, gloſſ. in c. vnico, de ſagittarijs, in verbo, ſub anathemate, Iaſ. in l. ad diem, nu. 3. ff. de verb. oblig. Bart. in l. vnic. num. 13. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. Ratio, quia præceptū iudicis pœnale non ſtatim continet condemnationem, ſed tantū comminationem de condemnādo, ſi præcepto nō pareatur, & ideo noua citatione opus eſt ad vidēdum ſe declarari in pœnam comminatam, vel allegādum cauſas cur in eā declarari nō debeat, glo. Bar. Iaſ. vbi ſuprà. Et ita in praxi obſeruatur.
Ad hanc igitur petitionē decernuntur † 4
arctiores cōpulſoriales, ſi de legitima requiſitione, & inſinuatiōe ſimpliciū compulſorialium, fides facta ſit, quib⁹ arctioribus citatio contra iudicē à quo, ad videndum ſe incidiſſe in pœnas ſimpliciū, vel allegādum cauſas iuſtas, cur hoc fieri non debeat, inſeritur, & prætereà iterum mādatur ei, vt facta legitima requiſitione acta pro debita mercede edat, ad cuitandam comminatam pœnā Banni. Vnde reproductis in termino arctioribus, iudex à quo, cauſas impedimenti & moræ, cur hactenus acta nō ediderit, allegare, pœnamq́; ſimplicium compulſorialium, edēdo acta, euitare poterit. Ex quib⁹
perſpicuum eſt, arctiores † compulſoria- 5
les parui eſſe præiudicij, cùm in termino earum poſſit fieri adhuc editio & pœna euitari. Conſtat etiam non rectè ſtatim euentualiter condemnari iudicem in pœnas ſimplicium, & arctiores in euentum decerni hoc modo: præfigimus N. iudic. terminum 14. dierum: ad edendum acta, ea comminatione, niſi ita egerit, Das er jetzt alsdan / vnnd dan als jetzt / in die peen bemelten Compulſorialen eins uerleibt / hiemit declarirt / ferner Proceß / auch erkhendt / &c. hoc eſt, quod nūc próut ex tunc, & tunc próut ex nunc, in pœnas dictarum compulſorialium declaratus, & vlteriores proceſſus (intellige arctiores compulſoriales ſub pœna Banni) decreti eſſe debeant. Sed talis pronuncian-
di † forma rectè in cauſis pignoratio- 6
num in puncto mādati: item in mandatis executorialibus, ſimiliter mādatis de relaxādo, & reſtituendo, aut amplius nō turbando obſeruatur: ſed non in mandatis compulſorialium vel inhibitionū: nam quæ initio de compulſorialibus di-
cta ſunt, eadem quoque obtinent in † in- 7
hibitione ſimplici, quę ſimiliter non habet clauſulam iuſtificatoriam: quia iuris, quòd appellatione legitimè interpoſita,

poſita, iudex nihil attentare debet, tex. in c. non ſolùm, de appellat. Dd. ibid. & tot. titu. ff. nihil innon appellat. pend. & no-
8 na petitio requiritur pro † arctiori inhibitione, & citatione, ad videndum, per
9 omnia, vt ſuprà in † compulſorialibus ſimplicibus dictum eſt. per iura allegata. Rationem differentiæ hãc eſſe exiſtimo, quia mãdatum pignorationis habet annexam citationem ad docendũ de paritione, vel ad videndum ſe declarari in pœnã comminatam. Reliqua mandata de relaxando, reſtituendo, amplius non turbando, clauſulam iuſtificatoriam inſertam habent, & ſic in contumaciã non comparentis, euentualis ſententia, & arctiora mãdata ſub pœna Bãni, iuxta ſtylum Cameræ rectè decerni poſſunt. At mandata ſimplicium compulſorialium vel inhibitionum nullam habent annexam clauſulam iuſtificatoriã, ſed à præcepto incipiunt: neq; enim iudex à quo, citatur pro editione actorum, aut vt nihil appellatione pendente attentet: ſed mandat ſimpliciter Imperator, vt ad inſtãtiam partis acta edat, vt nihil poſt interpoſitam appellationem attẽtet, quod vtrumq; de iure, vt dictum eſt, facere tenetur: condemnari tamen non poteſt in
10 † pœnã, inauditus, & non citatus. Et ideò non euenutalis pœnæ declaratio ſtatim fieri, ſed citatio ad videndum præcedere debet, quæ ad impoſitionem mulctæ requiritur, d. c. veniens. § fi. glo. in d. c. vnic. de ſagittarijs. Bart. in d. l. vnica. C. ſi quis ius dic. non obtemper. num. 13. Alex. ibid. nu. 10. & cõmuniter Dd. Idem in l. filiuſf. fam. §. Diui. ff. de leg. 1. nu. 30. per l. 1. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. & l. 1. §. 1. ff. ſi quis in ius voc. Et talis proceſſus quòad impoſitionem pœnę, etiam in mandatis ſine clauſula, in caſibus quibus talia mandata decerni poſſunt, olim obſeruabatur: nunc verò ex receſſu Spirenſ. de anno 70. aliter conſtitutũ eſt, vt dixi ſupr. d.
11 Obſer. 15. Præterea, quod ad † compulſoriales attinet, obſeruandum quoq;, illas non ſolùm pro edendis actis, ſed etiam cauſis priuatorum, pro edendis rationibus, inſtrumentis, & miſſiuis, inueſtituris, & ſtatutis ciuitatum, decerni poſſe, prout notãt Dd. in d. l. is apud quem. Canoniſt. in d. c. 1. de prob. & Dd. in l. 1. §. editiones. ff. de eden. Bart. ibi. nu. 2. glo. ibid. in verb. die & cõſule. & in Camera quoque decernuntur ſine clauſula iuſtificatoria, vt in cauſa Wernher Simmerer/ contra Wormbs/ 16. Ianuarij, Anno 66. & alijs quamplurimis cauſis: quod tamẽ mirum videri poſſet, cùm diuerſa ſit ratio harum compulſorialium, & earum quæ ad editionem actorum, vel inhibitionem ſpectant, nam, vt initio dixi, iudex acta edere tenetur, item poſt interpoſitam appellationem à diffinitiua, attentare non debet, d. c. non ſolũ, ſed inſtrumentorum, rationum, literarum, & ſtatutorum editio, præſertim contra tertium, aliã habet conſiderationem, Dd. in d. l. 1. §. editiones. Schurff. conſ. 85. centu. 2. per totum. Sed quia arctioribus citatio inſeritur, in idẽ in effectu recidit, an ſimplices compulſoriales clauſulã iuſtificatoriam habeant, nec nè. Integrè † autem 12
acta edenda, & proindè plenè accuratè q; per notariũ iudicij, vt veritas habeatur, & falſitas euitetur, conſcribenda ſunt, prout de iure requiritur, p text. in c. quoniam contra. de probat. Panorm. ibid. & Lanfranc. num. 12 latè Gabriel Saray. ad Matthe ſ. ſing. 1. plenè Felin. in c. 2. de probat. Nam acta, tanquàm ſcripturæ publicę, plenam † fidem abſq; teſtibus faciunt. 13
Maran. part. 6. tit. de act. edit. nu. 23. Bal. in l. geſta. nu. 3. C. de re iud. Bar. in l. emancipatione. C. de fid. inſtru. Quòd ſi negligentia † iudicis, vel notarij acta manca 14
& imperfecta ſint, integreq; edi non poſſint: iudex parti ad intereſſe tenebitur, p text. in d. c. quoniam contrà. in fin. gloſſ. ibi. in ver. negligentiam. facit tex. notab. in l. ſancimus. C. de indi. & tex. in l. ſi quãdo. C. de teſtibus. In Camera huiuſmodi negligẽtia pœna arbitraria coërcetur, vt factum in cauſa Michaëlis Roſenberger/ contra Laurentiũ Roslern/ 29. Nouemb. Anno 60. vbi iudex à quo, quia dicta teſtium negligenter conſcripta erant, Procuratori fiſci, in duas auri puri marcas condemnatus fuit. Alleganti autẽ actorum defectum, & reſtaurationem petenti, probatio incumbit, probatur autem defectus per inſpectionem actorum: nam † editis actis, quod in ijs ſcriptum 15
non reperitur, omiſſum eſſe, adeoq; nunquàm interueniſſe intelligitur. Vnde ſi in actis non conſtet de libello, litis conteſtatiõe, & alijs ad proceſſum pertinentibus,

tibus, eorum omiſſio eò ipſo ſufficien-
ter probata eſt, per text. in d.c. quoniam
contra. Panor. & Felin. ibid. Canoniſt. in
c. Albericus, de teſtib. Bald. in Auth. quæ
ſupplicatio. C. de precib. Imp. offer. De-
ci. conſil. 483. num. 4. & 6. incip. pro re-
ſolutione, vbi dicit negatiuam probari
ex eo quod in proceſſu illud de quo quæ-
ritur, non reperiatur, facit text. in l. final.
C. de reb. credit. Bartol. ibid. text. in l. 2. C.
de erro. aduoca. glo. ibid. in verbo, inter-
ceſſiſſe, Gabriel Saray. vbi ſuprà. Hinc il-
lud vulgatum, acta † facere notorium in-
16 ter eaſdem partes, tex. in c. fin. de cohab.
cleric. Iaſ. in l. eius qui in prouincia, nu.
53. ff. ſi cert. peta. vbi communem dicit.
idem in l. ait Prætor. §. ſi damnetur. nu.
2. ff. de iureiur. Habet ergo iudex præſum-
ptionem pro ſe, donec & quouſque con-
trarium, putà defectus aliquis probetur.
text. in c. in præſentia, de renunciat. & in
c. ſicut. §. fin. de ſent. & re iudic. & in d.c.
17 quoniam cõtra. Et in dubio † iudicis iu-
ramento, acta integrè edita eſſe ſtatur: vt
in cauſa Naſſaw/ contra Ducem Lotha-
ringiæ, 20. Iunij, Anno 41. vbi delatum
fuit iudici iuramentum, & eo præſtito,
pronũciatum ad vlteriorem editionem
actorum eum non teneri. Das er auff er-
ſtatten aidt ferner acta zu ediren nit ſchul-
dig. Quod autem dictum eſt, acta dili-
genter conſcribenda eſſe, de maioribus
cauſis accipiendum eſt: nam in † breuio-
18 ribus ſcriptura non requiritur, per tex. in
Auth. niſi breues. C. de ſenten. ex breuic.
recit. Bart. ibid. nu. 2. cum ſequen. Idem in
l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacroſ. eccleſ. &
pleniùs in l. ſi ſeruus cõmunis. ff. de ſtip.
ſeruo. Guid. deciſ. 564. num. 3. quem vide.
Gabr. Saray. vbi ſupr. quem ſimiliter ad
hoc omninò vide, ſed ſtatur nudæ aſſer-
tioni iudicis. Si enim nuncii relatio fidẽ
facit, text. in l. apparitores. C. de exacto.
tribut. lib. 10. plenè Spec. tit. de citatione,
§. ſequitur, num. 6. Philip. Franc. latiſſi-
mè in c. cùm parati. num. 9. de appell. cur
non æquè iudici credendum in cauſis
breuioribus, maximè ſi inter viles per-
ſonas lis agitetur, d. Authen. niſi breues.
vbi Barto. hoc inducit ad compromiſſa,
19 quæ ea conditione fiunt, vt † coram ar-
bitris in ſcriptis, vel ſine ſcriptis procedi
poſſit, quia inquit, per hoc videntur par-
tes velle, vt nudæ relationi arbitri cre-
dendum ſit, & dicit hoc perpetuò menti
tenendũ. Refert tanquàm ſingulare Lan
fran. in d.c. quoniam contra num. 26 in
princ. An autem † acta deperdita teſtibus 20
probari poſſint, vide diſtinctionẽ Baldi
in l. ne in arbitris C. de recept. arbit. & in
d. l. emancipatione. num. 1. Barto. ibid. in
princ Marant. d. titu. de act. edit. num. 24.
Lanfranc. in d. c. quoniam contra, nu. 12.
de probatio. quæ cõmuniter recepta eſt.
In † Camera amiſſis actis prioris inſtan- 21
tiæ, aut ita imperfectis & mancis exiſten-
tibus, vt ſuper iis iudex certam ſententi-
am proferre nequeat, cauſa ex officio
pro concluſa acceptari, & actori primæ
inſtantiæ iniungi ſolet, vt in Camera de
integro agat p notata Bart. in l. 1. C. vnde
vi. Prætereà quæ de actorum editione
dicta, intelligenda ſunt de Actorum co-
piis: nam † acta originalia iudicio affecta 22
ſunt, & proindè edi non debent, ſed ad
ipſum originale, ſi de fide exempli dubi-
tatio ſuboriatur, recurrendum eſt, per
text. expreſſum in d. c. quoniam contrà,
de probat. Imol. ibid. nu 9. Panor. nu. 4.
Lanfran. num. 12. tex. in l. eos. § ſuper his,
glo. & Bar. ibid. C. de appell. tex. in l. quo-
niam, & in l. à proconſulibus. C. eod. titu.
Feli. in d. c. 2. de probat. Dd. in d. l. is apud
quem. C. de eden. Ferra. in form. pet. cop.
inſtru. in prin. Et ita Camera obſeruat, ſi
actorum reſtitutio, etiam cauſa tranſa-
cta petatur: non enim originalia, ſed
copia ſub Cæſaris ſigillo, ex Cancella-
ria datur. Memini tamen acta originalia
partibus reſtituta, vt in cauſa Teckelburg
contra Oſnaburg. Sed hoc factũ ex vtri-
uſque partis conſenſu, & quia res adhuc
quodammodò integra erat, eò quòd à
partibus hinc inde in Camera nihil iu-
dicialiter actum, vel exhibitum eſſet, lis † 23
non conteſtata, & ſic nondum quaſi con
tractum, quia per litis cõteſtationem in
iudicio quaſi contrahitur, Bar. in l. edita.
nu. 9. in fi. C. de edend. gloſſ. ſing. in l. 2. §.
fin. ff. de prætor. ſtip. in verbo fin. Ang. &
Dd. ibid. Felin. in c. quamuis. num 6. de
re iudic. Idem in rubr. ſuper d. titu. nu. 23.
Adde ad hanc materiam diſtinctionem
Specu. in titu. de inſtrum. edit. §. nunc di-
camus, nume. 12. vbi ſic diſtinguit ſuper
inſtrumẽto, vel alia ſcriptura in iudicio
producta. Aut, inquit, inſtrumentum ex-
hibitum eſt ſpeciale ad cauſam illã pen-
dentem

dentem in iudicio, & parti petenti non
debet reſtitui, quia originalia debent pe-
nes iudicem remanere tex. in d. c. quoniã
contra, de proba. Spec. tit. de teſt. §. pub-
licatis. num. 1. vbi rationem dat, nè ſcili-
cet falſum fabricari poſſit. Aut eſt gene-
rale inſtrumẽtum, etiam ad alias cauſas,
24 & tunc debet † originale reſtitui, copia
apud acta & penes iudicem remanente,
vt eo in alijs caſibus vti poſſit. Quę copia
debet per Scribam, vel Notarium iudicij
exemplari, hoc eſt, cum originali con-
ferri, an per omnia cum eo concordet,
de quo fidẽ facere debet ſua ſubſcriptio-
ne & atteſtatione: eo facto, copia petin-
dè probat, atque ipſum originale, vt pul-
chrè docet Spec. in d. tit. de inſtru. edit. §.
oſtenſo. nu. 32. verſ. ſimiliq; modo. & in
d. §. nunc dicamus. nu. 9. cum ſeq. vbi om
ninò circa materiam tranſumpti vide.
& tex. in Auth. ſi quis in aliquo. C. de edẽ.
tex. in c. 1. & in c. fi. ext. de fid. inſtru. vbiq;
pleniſſimè Dd. Alex. conſil. 112. nu. 1. vol.
4. Panorm. in c. Albericus, num. 5. de te-
ſtib. vbi omninò vide. & Iaſ. in d. Auth.
ſi quis in aliquo. nu. 5. Et hoc quotidiè in
25 Camera obſeruatur. Porrò † ſi pars acta
falſauerit, cauſa cadere debet, tex. expreſ-
ſus in l. in fraudem, §. quoties. ff. de iu. fiſ.
gloſſ. ibid. in verbo, cadat. Felin. in c. cùm
venerabilis, nu. 19. cum ſeq. de excep. vbi
communẽ dicit, licèt aliter ibid. ſentiat
Panor. Secùs ſi teſtes corruperit, aut in-
ſtrumenta falſauerit, quia tunc nõ amiſ-
ſione cauſæ, ſed aliter puniendus eſt, tex.
in l. Diuus. ff. de re iudic. l. qui nomine. ff.
ad l. Corn. de falſ. & tot. tit. C. ſi ex falſ. in-
ſtru. Bartol. in d. l. in fraudem. §. quoties.
Feli. in d. c. cùm venerabilis.

OBSERVATIO CXXXV.

Appellatione remota an nullitas ſublata cenſeatur.

SVMMARIA.

1. *Priuilegia cum effectu accipienda.*
2. *Vna via non debet concedi, quod alia eſt prohibitum.*
3. *Nullitas deuoluit iniquitatem.*
4. *Appellatio & nullitas ſunt diuerſa remedia.*
5. *In poſſeſſorio ſuper nullitate agi poteſt.*
6. *Deſerta appellatione non deſeritur nullitas.*
7. *Clauſula, remota appellatione, non tollit nullitatem.*
8. *Nullitas an priuilegio vel ſtatuto tolli poſſit.*
9. *Partes expreſſè renunciare nullitatibus poſſunt.*
10. *Appellationi partes renunciare poſſunt.*
11. *Sublata appellatione non cenſetur ſublata nullitas.*
12. *Statuto appellationes tolli poſſunt, quod tamen Camera non attendit.*
13. *Appellatione remota non tollitur remiſſio.*

SI ſumma à qua appellatum eſt,
priuilegio de nõ appellãdo con-
formis non ſit, appellationes in
Camera ob defectum iuriſdictionis non
recipiuntur. Quęſitum ergo, ſi quis omiſ-
ſo appellationis beneficio, de nullitate
ſententiæ principaliter agere velit, an nè
citatio ſuper nullitate remota appella-
tione decerni debeat? Videbatur dicen-
dum quòd non: quia † priuilegia de non 1
appellando cum effectu accipienda, &
ita intelligenda ſunt, ne fiant eluſoria,
tex. in c. ſi ciuitas, de ſent. excom. lib. 6. &
in c. inter dilectos. §. cæterum, gloſſ. ibid.
in verbo, valete, de fid. inſtru. Pariſ. con-
ſil. 70. num. 4. vol. 1. Sed ſi remota appel-
latiõe nullitatis proceſſus admitteretur,
iam in effectu huiuſmodi priuilegium
de non appellando infrà certam ſum-
mam, eluſorium foret, & vna † via con- 2
cederetur, quod alia prohibitũ eſſet, con
tra regulam c. cùm quid vna. de reg. iur.
in 6. text. in l. ſcire oportet. §. 1. ff. de tuto-
rib. & curatorib. datis ab his. Conſidera-
tur etiam, quòd † nullitatis proceſſus cau- 3
ſam principalem ad iudicem nullitatis
deuoluat, text. in l. abſentem. C. de accuſ.
Bar. in l. ſi expreſſim, num. 15. ff. de appell.
Philip. Franc. in c. dilecto, num 80. de ap-
pel. vide plenè ſupr. Obſer. 127. Sed ijs nõ
obſtãtibus contrarium fuit concluſum:
videlicet non attento priuilegio citatio-
nem ſuper nullitate principaliter dedu-
cenda, abſque inhibitione decerni poſſe.
Ratio, quia appellatio † & nullitas diuer- 4
ſa, & ſeparata ſunt iuris remedia: & ideò
vno ſublato, aliud adhuc ſupereſt, tex. in
c. inter cæteras, extr. de ſent. & re iudi. Ca-
noniſt. ibi. tex. in c. licet, in fine, de ſentẽ.
excom. & in l. ſi domus. ff. de ſeruit. vrba.
prædio. Bar. ibid. in prin. facit tex. in l. Di-
uus. ff. de teſt. mil. l. vnica. C. de momen.
poſſeſſ. & ibi Dd. tradunt quòd in † poſſeſ- 5
ſorio de nullitate, remota appellatione,
dici poſſit, refert Alex. conſi. 200. nu. 12.
volu. 2. incip. viſo & diſcuſſo, & conſil. 2.
nu. 12. vol. 3 incip. Conſideratis his. Bart.
& Dd. in d. l. ſi expreſſim, glo. in c. ex con-

queſtione. in verb. poſt appellationem,
de reſt.ſpo. Barr. in l.2.§.prætor,nu.1.& 2.
ff.qui ſatiſd.cog. Philip.Fran. ad lõgum,
in d.c.dilecto, nu.110.cum ſeq.& nu.167.
Idem in c. concertationi.nu.5. de appell.
in 6.per illum rext.Hippol.ſing.592.nu.2.
incip.nullitas,idem in practica crimina-
li prolixè,§.oportunè,num.51.cum ſeq.&
in repet.l. vnica,nu.196.C.de rapt.virg.&
ſing.88. Guid.deciſ.38.nu.1.iunct.apoſtill.
Deci.conſ.533.nu.2.incip.iuridicas.Natta
conſi.217.nu.4. volum.1.incip.ægrotaui.
Vant. per multa allegata, titu.quis poſſ.
dic.de null.ſen.nu.33. cum ſeq. vbique di-
6 cunt remota vel † deſerta appellatione
non intelligi remotam, vel deſertã nul-
litarẽ, adeoq; reſcriptum Principis,cum
7 † clauſula,remota appellatione,non tol-
lere nullitatis quæſtionem, tex.in d.c.in-
ter cæteras. Dd.in c.paſtoralis,de appell.
vbi latiſſimè de clauſula illa, & eius effe-
ctu. Philip.Franc. Imol.in l.1. nu.12.cum
ſeq.ff.à quib.appell.non licet. Hippol.in
d.l.vnica,num.196. & ſing.592.nu.2.gloſſ.
in c. ex conqueſtione, in verbo, poſt ap-
pellationem,de reſtit.ſpol.Barto.in l.1.§.
prætor, nu.1. & 2.ff. qui ſatiſd.cog. Vant.
tit.quis poſſit dice.de nullit.num.33.cum
ſeq. Phil.Franc.in c.concertationi.nu.5.
de appellat. Vital.de Campa.in clauſula,
remota appellatione,nu.2.& 3. Non ob-
ſtat ratio dubitãdi, nam priuilegium ob
nullitatis proceſſum eluſorium non effi-
citur, quia ſententia quæ in rem iudica-
tam tranſit, ſtatim executioni mãdatur,
quam nullitatis exceptio, vel proceſſus
non impedit, niſi euidens & notoria fo-
ret, text.in l. fina.C. ſi ex falſ. inſtrum. &
in l. ſi prætor.§.Marcellus.ff. de iudi. Ca-
noniſt. in Clem.1. de ſenten. & re iudic.
& ſic priuilegium hoc operatur, quòd
executio incontinenti, nõ attento nul-
litatis proceſſu fieri poſſit. Ita remota ap
pellatione,ratione priuilegij, citatio ſu-
per nullitate principaliter deducẽda,de-
creta eſt, in cauſa hæredum Muſzgens/
contra Iohannem à Datt/ 3. Septembr.
8 Anno 68.Sed nunquid expreſſe † ſtatuto,
vel priuilegio nullitas quoq; tolli poſſit?
Dicendum quòd ſic, regulariter, nam in
multis caſibus hoc fieri nequit, quos no-
tat Fran.in d.c.dilecto, nu.125. cum ſequ.
Vant.d.tit.qui poſſ.dic. de null. nu.37. &
nu.55. vt in nullitatibus ex defectu citatio-
nis, vel iuriſdictionis,& inepti libelli,quę
ſtatuto tolli non poſſunt, gloſſ.in Clem.
1.§.fin.in verb. non obſtante. de ſequeſt.
poſſ.Fran.& Van. vbi ſup.Hippol.ſing.75.
per multa allegata. Et ideò conſultũ eſt,
vt impetrãtes huiuſmodi priuilegia ſibi
quoq; in hũc caſum nullitatis proſpiciãt
& ab Imperatore nõ ſolùm iniquitatis,
ſed etiam nullitatis ratiõe priuilegia de
nõ appellando, ſub certa ſumma,impe-
trent : poſſe † autẽ partes etiam nullitati- 9
bus renunciare,& expreſſe conuenire,ne
illæ opponantur, vide text. in l. tale pa-
ctum.§. qui prouocauit.ff. de pact. Ang.
ibid. Feli.in c.de cauſis,nu.7.de offi.iudi.
deleg. vbi hoc quatuor modis limitat,ſi-
cut † & appellationi renunciare poſſunt, 10
per tex.in l.fi.§.fin.C.de temp.appel.text.
in d.l.tale pactum.§.qui prouocauit;tex.
in l.ſi quis libellos.C. de appellat. & in c.
ſolicitudinẽ,§.fin.ext.eod. Philip.Franc.
ibid.Marant.par.6.tit.de appel. num.330.
Sed remota † appellatione pacto,nõ cen- 11
ſetur ſublata nullitas, vt refert Guid.ſing.
634.Incip.ſi remota. Ang.in l.1.ff.à quib.
appell.non lice. An † autem ſtatuto ap- 12
pellatio remoueri poſſit, variãt Dd. opi-
niones, in l. omnes populi.ff. de iuſtit.&
iut. Dec.conſ.533.nu.2.incip.iuridicas pu-
to,concludit valere ſtatutum:& talia ſta-
tuta in quibuſdã locis Germaniæ extant,
ſed Camera non obſtantibus huiuſmo-
di ſtatutis appellationes recipit,quod ſæ-
pius factum memini, per doctrinã Bart.
in d.l.omnes populi,nu.24. vbi tenet ta-
lia ſtatuta non valere, quia defenſionem
auferunt. Item † obſeruandum,quòd re- 13
mota appellatione,non tollatur reuiſio,
tex.in l.quę ſupplicatio.C.de precib.Imp.
offer.gloſ.notab.in c. ex literis,in verbo,
ſupplicauit,de in integ.reſtit. Dec.d.con-
ſil.533.vbi communem dicit. Alex.conſi.
88.num.2.volum.4.incip.in cauſa domi-
næ. Bald.& Salic.in d.l.fin.C. de tempo-
rib.appellat.

OBSERVATIO CXXXVI.

Appellationis cauſa omiſſa, an iudex in principali procedere poſsit.

SVMMARIA.

1 *An iudex inuito appellante in principali procedere poſſit.*

2 Appel-

2 *Appellans appellando aſſerit appellationem ſuam legitimam eſſe.*
3 *Cautela pro appellato contra appellãtem litem protrahentem.*

QVæſitum, vtrùm index omiſſo ap-
pellationis articulo, ad petitionem
1 appellati, inuito & contradicente † ap-
pellante in cauſa principali procedere,
& diffinitiuè pronunciare poſſit? Con-
cluſum quòd ſic, per tex. in c. cordi. de ap-
pel. in 6. Ioan. Andr. ibid. nnm. 6. Ancha.
ſimiliter, num. 7. Philip. Franc. in c. vt de-
bitus, num. 49. & num. 51. Panorm. ibid.
nnm. 35. de appellat. recip. Ioan. Monach.
in c. cupientes. num. 21. de elect. in 6. Ro-
ta deciſ. 71. incip. ſciendum, de appellat.
in antiq. Ratio, quia in eo, quod primò
cognoſcatur ſuper articulo appellatio-
nis verſatur fauor ſolius appellati, cui
2 fauori ſi renunciet, non poteſt † appel-
lans cõqueri, quia appellationem ſuam
aſſerit legitimam, & per conſeqnens, to-
tam cauſam ad iudicem appellationis
deuolutam. Nam ſi iudex pronuntiat ſe-
cundum petitionem appellãtis, benè ap-
pellatum, malè iudicatũ, cauſam non re-
mittit, ſed ipſe demùm incipit de cauſa
principali cognoſcere, text. in d. c. vt de-
bitus. Si igitur appellatus renunciat ſuo
fauori, & appellans aſſerit appellationẽ
interpoſitam eſſe legitimam: conſenta-
neum erit, iudicem inuito appellante,
omiſſo appellationis articulo, in princi-
pali pronunciare poſſe. Nec poteſt appel
lans litis pendentiã coram iudice à quo,
allegare, cùm ipſe appellando eius iuriſ-
dictionem declinet, text. in c. ſi à iudice.
de appel. in 6. pulchrè Philip. Fran. in d. c.
vt debitus, & alij Dd. in locis allegatis.
Bart. in l. eius qui, num. 10. ff. de appell. re-
3 cipien. Et hæc eſt ſalutaris doctrina, & †
cautela pro appellatis contra appellan-
tes, qui plerumque malitioſè à quocunq;
grauamine, à quacunque interlocutoria
appellare ſolent, vt cauſam principalem
in infinitum protrahant, & appellatos
miſerè, immẽſisq; ſumptibus defatigent.
Cautela ergo eſt, vt appellati coram iu-
dice appellationis renunciẽt puncto ap-
pellationis, petantq; appellantem com-
pelli, vt in principali, omiſſo puncto ap-
pellationis à ſentẽtia interlocutoria pro-
cedat: cui petitioni, cùm ea ſit æquitati &
iuri conformis, index, maximè ſi tergi-
uerſationem appellantis animaduert...,
locum dare debet. Et ita factum in cauſ.
Stolberg / contra Vlman Bocklin / 22.
Septemb. Anno 65. & in cauſa Gumper-
gerg / contra Wolff Seyfriden / 7. Iul.,
Anno 67. & in cauſa Wolff Haller / con-
tra Die Statt Leipzig / 25. Auguſti, Anno
67. item in cauſa Brunckhorſt / cõtra El-
uerich / & in alijs quamplurimis cauſis.
De remiſſione cauſæ ad iudicem prioris
inſtantiæ vide ſuprà, Obſer. 131.

OBSERVATIO CXXXVII.

Appellatione deſerta, an iudex appellationis in cauſa principali, & ſuper expenſis pronunciare poßit.

SVMMARIA.

1 *Iudex ex officio ſuper deſertione pronunciare poteſt.*
2 *Deſerta appellatione quando in principali cauſa iudex pronunciare poßit.*
3 *Officium iudicis durat etiam appellatione deſerta.*
4 *Expenſæ deſertionis à quo tempore veniant.*
5 *Contumax in expenſis condemnandus.*
6 *Expenſæ deſertionis an poſt latam ſententiam peti poßint.*
7 *Deſerta appellatione an appellans in pœnas temerè litigantiu condemnari poßit.*

APpellatione deſerta, iudex appella-
tionis ſuper principali cauſa, etiam
partium accedente conſenſu, cognoſce-
re & pronunciare non poteſt: quia ipſo
iure reuoluitur iuriſdictio ad iudicem à
quo, per text in Clem. ſi appellationem,
de appellat Canoniſt. communiter ibi.
tex. in l. 2. §. fin. C. de temp. appell. l. eos. C.
de appell. Bald. ibi. num. 5. Idem in Auth.
hodiè, num. 4. C. eod. titu. Ceſſante igitur
iuriſdictione, ceſſat officium iudicis, &
ſecunda ſententia, tanquam ab incom-
petente iudice, propter deſertionem, &
ſic ob defectum iuriſdictionis prolata,
non valeret. Debet ergo † iudex appella- 1
tionis, etiam ex officio, parte non oppo-
nente, ſuper deſertione pronunciare, tex.
in d. Clem. ſi appellationẽ, & in d. l. 2. §. fi.
C. de temp. appel. Philip. Fran. in c. ex ra-
tione, num. 68. & nu. 72. de appel Maran.
part. 6. num. 398. in fin. eo. tit. Bouerius in
ſingula. in verbo, deſertio. Limitatur iſta
obſeruatio ſingulariter, vt non † proce- 2
dat, ſi ſententia à qua appellatum, con-
firmanda eſſet: putà, quando de iniuſtitia

appellantis ex actis prioribus conſtaret,
& à parte aduerſa deſertio non ſit alle-
gata: quo caſu iudex appellatiõis poteſt,
ſi vult, deſertione non attenta, in princi-
pali cauſa pronunciare, & ſententiam à
qua, confirmare, próut notat Rota deciſ.
14. de appella. in nouis. incip. licèt appel-
latio. Franc. in d. c. ex ratione, num. 72. in
fi. Ratio, quia poſtquàm ſententia ob de-
ſertionem in rem iudicatam tranſiuit,
text. in c. cùm ſit Romana, & in c. perſo-
nas, & in c. reprehenſibilis, de appella. iu-
dex appellationis non malè facit, ſi con-
firmet ſententiam, iam indè à tempore
deſertionis ipſo iure confirmatam. Imò
expedit appellato propter reſtitutionis
beneficiũ, vt in cauſa principali pronun
cietur: nam appellans poſt deſertionem
iudicis officiũ implorate, & ex legitimis
impedimentis reſtitutionem aduerſus
lapſum fatalium petere, atque hoc pacto
executionem ſententiæ principalis im-
3 pedire & differre poſſet. Licèt enim † de-
ſerta appellatione, iuriſdictio ilicò ad iu-
dicem à quo reuertatur, d. Clem. ſi appel-
lationem, tamen officium iudicis appel-
lationis, quóad reſtitutionem adhuc ſu-
pereſt, is enim de reſtitutione fataliũ co-
gnoſcere, & pronunciare poteſt, tex. in l.
quòd ſi minor. §. fin. ff. de minorib. Bart.
in l. 2. C. vt intr. cert. temp. Fran. in d. c. ex
ratione, nu. 57. vbi omninò vide, & infr.
eo. Obſer. 143. Et ita Camera obſeruat, vt
in cauſa Pfefferin/ contra Gtunnig/ 19.
Ianuarij, Anno 43. Item in cauſa Hecker/
contra Rechberg/ 26. Auguſti, Anno 51.
& in cauſa Comitis Theodorici à Man-
derſcheidt/ contra Philippum à Reiffen-
berg/ Anno 62. & hæc ſunt obſeruatione
digniſſima. Secundò limitatur, quóad
ſententiam deſertionis, & condemna-
tionem expenſarum: quia iudex appella-
tionis iuriſdictionem habet in cogno-
ſcẽdo, an ſua ſit iuriſdictio, & vtrùm ap-
pellatio ſit deſerta, text. in l. 2. §. ſed etſi
dubitetur. ff. de iudic. & in l. ſi quis ex a-
liena. ff. eod. item ſuper expenſis fruſtra-
tionis, text. in d. c. reprehenſibilis, Franc.
ibid. num. 15. text. in c. ſæpè, eod. titul. &
ibid. Franc. nu. 45. tex. in c. 1. eod. titu. in 6.
Felin. in c. 1. nu. 6. de iudicijs. Zabarel. in d.
Clemen. ſi appellationem, num. 5. in fin.
Franc. in d. c. ex ratione, nu. 74. Nec ob-
ſtat, quòd appellatione deſerta, inſtantia
cauſæ appellationis perempta ſit, Auth.
ei qui. C. de temp. appell. d. Clem. ſi appel
lationem. quia etiam inſtãtia perempta,
iudicis officium in pronunciando, &
condemnãdo partem in expenſis ſuper-
eſt, Dd. in locis allegat. Et huiuſmodi † 4
expenſæ conſiderantur à die interpoſitæ
appellationis, quia ab eo tempore appel-
lans proceſſum retardare & differre in-
cipit: vnde deſerta appellatione, tanquã
contumax omninò in expenſis condem
nãdus eſt, tex. expreſſus. in d. c. reprehen-
ſibilis, Franc. ibid. nu. 15. text. in d. c. ſæpè,
eo. tit. Fran. prolixè ibi. nu. 74. text. in c. 1.
de appella. in 6. & in c. ex parte, el. 2. de re-
ſcrip. Deſertor enim appellationis cõtu-
max in non veniendo dicitur, ꝑ notata
infr. Obſer. ſeq. atqui † contumax ſemper 5
in expenſis condemnandus eſt, text. in l.
properandum. §. & ſiquidẽ. C. de iud. quæ
quidem condemnatio expẽſarum, quan-
doq; per iudicem à quo, fieri poteſt: putà
eo caſu, quo appellãs appellationem in-
terpoſitam non proſequitur, tex. in d. c. 1.
de appell. in 6. gloſſ. ibi. in verb. condem-
nandus: appellatione verò coram iudice
appellationis introducta, ab eodem con
demnatio expenſarum fieri debet. Sed
quid ſi iudex in ſententia deſertionis ex-
penſarum condemnationẽ omiſerit, an
nè ex interuallo ad inſtantiam partis ad-
uerſæ condemnatio earũ fieri poſſit? Vi-
detur dicendum quòd non, quia lata ſen
tentia, iudicis officium etiã quóad expen
ſas exſpirat, tex. in l. terminato. C. de fruc.
& lit. expenſ. cum ſimilib. Contrarium
quóad expenſas deſertionis verum eſt:
illæ enim etiam ex interuallo diu † poſt 6
ſententiam peti poſſunt, cùm non iudi-
cis officio (de quibus dicta l. terminato,
loquitur) ſed iure actionis, nimirum con
dictione, ex d. c. reprehenſibilis veniant,
quo caſu expenſæ peti poſſunt quando-
cunq;, etiam diu poſt publicatam ſenten-
tiam, gloſſ. ſing. in l. 3. §. ſi tem. ff. de leg. 3.
in verb. ſortaſſis. Bart. ibid. num. 2. Franc.
in d. c. ex ratione. num. 77. idem in d. c.
ſæpè. num. 46. An autem iudex appella-
tionis, deſerta † appellatione, in pœnas 7
temerè litigantis appellantem condem-
nare poſſit? Puto quòd non: quia defici-
ente iuriſdictione de meritis cognoſcere,
non poteſt, ſententia enim à qua, in rem
iudicatam tranſiuit, tex. in d. c. perſonas.
de ap.

de appel.& in d. c.reprehẽſibilis cum ſimilib.proindè iudex appellatiõis,ob defectũ iuriſdictionis nihil immutare poteſt.Memini tamẽ ſemel contrarium in Camera obſeruatum fuiſſe,per text.in c. ſuper eo,de crim.falſ.glo.not.in c.fin.in verbo,expenſis,de reſcrip.Feli.in c.1.nu. 6.eod.tit. vide ſuprà,Obſer.34.

OBSERVATIO CXXXVIII.

Sententia deſertionis qualis ſit.

SVMMARIA.

1 *Sententia deſertionis diffinitiua an interlocutoria ſit.& nu.3.*
2 *Sententia deſertionis dicitur confirmatoria prima.*
4 *Sententia deſertionis eſt appellabilis.*
5 *Forma ſententiæ deſertionis.*
6 *Appellans deſerta appellatione in expenſis condemnandus.*
7 *In ſententia ſuper deſertione lata non eſt neceſſaria clauſula remiſſoria.*
8 *Appellatione deſerta executio ad iudicem à quo,ſpectat.*

1 COntrouerti † ſolet, vtrùm ſentẽtia lata ſuper deſertione ſit diffinitiua,vel interlocutoria. Communis, & vera cõcluſio eſt,quã etiã Camera ſequitur: ſentẽtiam deſertions tũc interlocutoriam eſſe, ſi ab interlocutoria appellatio interpoſita,eaq; deſerta pronunciata ſit.Ratio, quia iſto caſu cognitio cauſæ principalis adhuc ſupereſt: vndè cùm ex tali deſertione nõ imponatur finis cauſæ principali, rectè ſentẽtia illa ſuper deſertione lata, interlocutoria dicitur.glo.in Clem. 1.in verb. diffinitiua, de ſequeſtrat.poſſ.&fruc.Feli.ad rubr.de ſent.& re iudi.nu.2.Franc.in c.cũ ceſſante,nu.36.de appel.facit tex.in l.ex ſtipulatione,C.de ſent.& interlo.om.iudi. Diffinitiua verò erit, ſi appellatio à diffinitiua interpoſita, deſerta pronuncietur: eo enim caſu, ſententia deſertionis negotium principale diffinit,cùm nihil ſuperſit amplius, quã vt ſentẽtia à qua executioni mandetur, per tex.in l. ſi præſes, C.quom.& quãdò.iud.glo.ſingula. ibid. in verb.adiutore.Bald.ſimiliter, nu.3.dicens,illam gloſſ.eſſe vnicã in iure, quòd
2 † ſentẽtia deſertionis dicatur confirmatoria primæ, Dd.communiter in d.l. ſi præſes.Bald. in l.2. C.de epiſcop. audient.numer.20.Philip. Franc.in c.ex ratione,num.80. cum ſequ.de appel.Guid. deciſ.11.nume.1.& deciſ.12.num.4.Idem deciſ.220. num.4. vbi dicit ſupradictam diſtinctionẽ à dominis Parlamenti approbatã fuiſſe.Franciſ.Marc.quæſt.1. nu. 5.part.1. Effectus huius diſtinctionis eſt, quòd primo caſu appellans à ſententia deſertionis in ſcriptis, quemadmodum regulariter in appellatione ab interlocutoria requiritur,appellare debeat, per tex. in c.cordi.de appel.libr.6.& not. Bart.in l.eius qui.ff.de appellat.num.2. cum ſeq. Altero verò caſu, ſufficiat viuo vocis oraculo,tex.in l.2.ff.de appell. vel in ſcriptis ex interuallo appellare,text.in l.1.in fi.cum l.ſeq.ff.eod.tit. & in l. litigatorib. gloſſ.ibid.in verbo,illicò,& Dd.ibid. C. eod. Bouerius † in ſingularibus ſuis, in 3
verbo, deſertio, præclarè dicit pronunciationem ſuper deſertione appellationis habere vim diffinitiuæ quóad litem decidendam: ſed vim interlocutoriæ, quóad executionem faciendam, quia deſerta appellatione executio non ſpectat ad iudicem appellationis, ſed ad iudicẽ à quo,tex.in l.fi.& in Authen. ei. C. de tempo.appellat. Franc.in c. ex ratione,nume.95. de appellat. Bald. in l.eos, num.6.C.eod.titul. Ordinat.par.3.tit.50. §.5.cum ſeq.Clem.fin.de appel.glo.ibid. in verbo,diffinitiua, & hoc eſt ſingulariter obſeruandum.Porrò licet quoq; controuertatur: vtrùm à † ſentẽtia deſertio- 4
nis appellari poſſit,eò quòd deſertor appellationis ſit verus contumax in non veniendo,contumax autem non appellet,tex.in l.1.C.quor.appel.nõ recip. Bal. in d.l.2.Franc.in d.c.ex ratione, nume. 80.Apoſtil.ad d.deciſ.Guid.12.tamen in contrarium communis eſt opinio. videlicet ſententiam deſertionis appellabilem eſſe, quod etiã Camera obſeruat, per notata Dd.vbi ſuprà Et ſic prædicta diſtinctio in praxi memoriæ commendanda eſt.Forma † pronunciandi ſuper 5
deſertione talis eſt. In angemaſter appellation ſachen M.appellanten wider N. appellaten/iſt ſolch ſach/als deſert/an dieſem Kaiſerlichen Camergericht nit angenommen/vñ erkhendt/das gedachter appellant/ jme dem appellaten/ die gerichts coſten/ derhalben an dieſem Kayſerlichen Camergericht auffgelauffen/nach rechtlicher meſſigung/ zu entrichten vnd zubezalen ſchul-

dig

dig ſey. Latinè : In prætenſa appellatio-
nis cauſa M.appellantis ex vna , contra
N. appellatum , ex altera partibus , cau-
ſam tãqnam deſertam , in hoc Imperia-
li Indicio non acceptamus, dictumqne
appellantem in expenſis , ſaluo noſtro
indiciali moderamlne,condemnamus.
6 Duo ex hac ſententia notanda,primò, †
quòd appellans deſerta appellatiõe con-
demnandus ſit in expenſis,per iura ſup.
Obſeruat.proxi. allegata , ita quòd nul-
la iuſta cauſa eum ab expenſis excuſet.
Philip.Franc.in c.ex ratione , nu. 74. de
appellat.& in c.reprehenſibilis , num.15.
7 eod.titu.per illum text. Deinde † obſer-
uandum,quòd deſerta appellatione cau
ſa expreſsè per ſententiam non remitta-
tur ad iudicem à quo , eò quòd Ipſo iure
iuriſdictio ad eũ ſit reuoluta,tex. in Clẽ.
ſi appellationem,de appell. Dd.in Auth.
hodie.C.eod.titu. Etſi hoc quandoque
in Camera fieri ſoleat,in quo nihil pec-
catur,quia abundans cautela nõ nocet,
tex.in l.non ſolent,ff.de reg.iur.tex.in l.
teſtamentum,C.de teſtam.gloſſ. ibid. in
verbo,cautela.ſed tamen non eſt neceſſe
nuncupatim remittere.Fotmam ſenten
tiæ non deuolutæ appellationis, & quid
ab iſta differat,vide ſuprà,Obſer.124. Et
8 † quòd deſerta appellatiõe executio pri-
oris ſententiæ non ad Cameram,ſed Iu
dicem à quo pertineat , vide ſuprà,Ob-
ſerua.103.

OBSERVATIO CXXXIX.

De fatalibus interponendæ appellationis.

SVMMARIA.

1 Fatalia ſunt triplicia.
2 Appellatio intra decendium fieri debet.
3 Etiam in cauſis feudalibus.
4 Et in ſupplicationibus.
5 Decendium currit de momento in momentum.
6 Decendium an prorogari poßit.
7 Decendij requiſita.
8 Currit à tempore ſcientiæ.
9 Procurator an appellare teneatur.
10 Dominus quandò à tempore ſcientiæ appellare poßit.
11 Procurator an appellationem proſequi teneatur.
12 Vno concesſo alia cenſentur prohibita.
13 Decendium non currit quandò grauamen habet ſucceßiuam cauſam.
14 Fallit ſi appelletur à præterito grauamine.
15 Omiſſa Apoſtolorum petitio in Camera non obſtat.

APpellationum † fatalia in triplici 1
ſunt differentia,quædam ad inter-
ponendam, quædam ad introducẽdam
coram indice appellationis, alia ad fini-
endam appellationem ſpectanr. Etſi au-
tem iſta materia trita & vulgaris ſit : ta-
men quia admodum vtilis & quotidia-
na in praxi,operæprecium me facturum
exiſtimo,ſi ſingularia quædam de ſingu-
lis annotauero. Et primò de fatalibus in-
terponendę appellationis dicam. Notiſ-
ſimi autem iuris eſt omnem appellatio-
nem ſiue iudicialem,ſiue extraiudicialẽ,
à diffinitiua, vel interlocutoria † intra 2
decendium à die latæ ſententiæ, vel gra-
uaminis interponi debere : id niſi fiat,
ſententiam in rẽ iudicatã tranſire, & ap-
pellationẽ deſertam eſſe,tex.in Auth ho
diè.C.de appell. vbl cõmuniter Dd. texr.
in c.quóad conſultationẽ , de ſent. & re
iudi.tex.in c.ſignificauerũt,de teſtib.glo.
ibi.in verb.dies,tex.in c.cũ dilectus , §.fi.
de electio.& in c.cõcertationi.de appell.
in 6.& in l.fin.§ illud etiã, C. de tempo.
appell.Maran.pat.6.tit de appel. nu. 202.
Ordinat.par.2.tit.29.§.2. Et hoc quoq; in
† cauſis feudalibus obtinet , nam ius cõ- 3
mune ſequimur,ſi de iure feudali cõtra-
rium non reperiatur deciſum,per tex.in
c.1.§.ſtrenuus.de feud.cognit. Ita cõmu-
niter concludunt Feudiſtæ, in c. fin. quo
temp.mil.Curt.in tract.feud.part. 7. nu.
33.Prætereà non ſolũ in appellationibus,
ſed etiam † ſupplicationibus decendium 4
locum habet,tex.in Auth.quæ ſupplica-
tio.C.de prec.Imp.offeren.glo.in d.c.ſi-
gnificauerunt. Ex ordinatione tamẽ Ca-
meræ,petenti reuiſionem actorum con-
tra ſententiam latam non currit decen-
dium,ſed certa forma,& tempora peten
di reuiſionem præſcribuntur,quę ad vn-
guem ſeruanda ſunt,vt habetur in Ordi-
nat.par.3.tit.53. Currit aũt decendium de
iure communi ſtatim à die latæ ſenten-
tiæ,adeoq; † de momento in momentũ, 5
tex.in d.Auth. hodiè.& in d.c.quóad cõ-
ſultationem,glo.in Clem. ſicut appella-
tionem,de appell.in verb.à die,Marant.
vbi ſup.nu.203.ita quod etiam feriæ ſo-
lennes includantur,tex.in l. 1. C. de feri-
is,& in l.ſiue pars,§. feriæ, C. de dilatio-
nibus. Quapropter conſultum eſt vt No-
tarius in inſtrumento appellationis nõ
ſolùm diem , ſed etiam horam diei ap-

pella-

pellationis apponat, ad hoc, vt ritè cognoſcatur, an decendium effluxum ſit: nam prima dies appellationis non computatur rota, ſed momentum, hora & pũctus illius diei, qui ad decimum diem eiuſdem puncti referri debet: vnde eueniri poteſt, quòd decima dies in decimã deſinat, vti pręclarè notat Spec. tit. de ap. pel. §. reſtat, n. 3. & Fel. in d. c. quóad cõſultationem, nu. 26. & ſic hoc caſu ſine dubio dies termini computatur in termino. quod in praxi à iudicibus diligenter obſeruandum, ne impingant, tametſi talis error imperitiæ magis quàm negligentiæ imputari poſſet, tex. in l. regula, §. ſi quis ius ignorat, in fin. ff. de iur. & fact. ignoran. adeoque turpe ſit Iuriſconſulto, ignorare ius in quo verſatur, tex. in l. 2. §. Seruius autem. ff. de orig. iur. An au-
6 tem† decendium expreſſo partium conſenſu, putà compromiſſo, aut iudicis pmiſſione prorogari poſſit? Communis opinio eſt, non poſſe, gloſſ. communiter approbata, in c. cùm ſit Romana. in verbo, reciſius. de appell. gloſſ. in Authen. offeratur, in verbo, viginti, C. de lit. conteſt. Philip. Franc. in c. ex ratione, nume. 2. de appell. Guid. deciſi. 115. & deciſi. 240. Iaſr. deciſi. 475. adſtipulatur Ordinat. d.
7 titul. 29. §. 2. Ad hoc tamen † vt decendij tempus currat, duo ſunt neceſſaria. Primò, quòd victus ſciat ſententiam prolatam. Secundò, vt ſciat cõtra ſe, vel ad ſuum præiudicium prolatam, gloſſ. ſing. in d. c. concertationi. in verb. ſciuerit. vbi hoc pulchrè exẽplo declarat. Fel. in d. c. quóad conſultationem. Eſt enim à principio vtile, & in progreſſu continuum, vndè non currit, niſi à tempore ſcientię, quandò videlicet ſcit ſententiam eſſe latam, & contra ſe latam, per tex. in d. c. concertationi. Bal. in d. Auth. hodiè, nu. 4. Caſtr. ibid. nu. 2. Spec. tit. de appel. §. reſtat. nu. 1. Rota deciſi. 27. eod. titul. in antiq. Guid. deciſi. 436. num. 88. Fran. in d. c. ex ratione, nu 2. Maran. loco citato, idq́; etiam in hærede appellãtis obtinet: quia hæredi non currit tempus interponendæ vel proſequendæ appellationis, niſi à die notitiæ, ſiue defunctus appellauerit, ſiue ante appellationem mortuus ſit, per tex. ſingul. in l. final. C. ſi pend. appella. Fran. in d. c. ex ratione, num. 94. vbi omninò vide, quia ſunt ſingularia ac vtilia.

Et hæc eſt prima limitatio ad hanc conclusionem, quod decendium non † currat, niſi à tempore ſcientiæ. Circa hoc ta- 8
men, an & quãdo decendij tempus à tempore ſcĩetiæ currere incipiat, diſtinguendum eſt: vtrùm dominus procuratorem apud acta habuerit, an verò non habuerit. Primo caſu procurator † tam ab in- 9
terlocutoria quàm diffinitiua appellare tenetur, tex. in l. inuitus. C. de procu. gloſ. ibid. in verb. extendere, & Bartol. per totum: aut ſaltem intrà decendium domino non ſolùm ignoranti, ſed etiam ſcienti denunciare, ſententiam contra ipſum latam, tex. in c. non iniuſtè. extr. de procur. gloſſ. elegans ibid. in verb. appellare, ſimiliter Panorm. num. 11. communem dicens. Spec. tit. de appel. §. qualiter, nu. 11. cum ſeq. alterutrum ſi factum non ſit, ſententia tranſit in rem iudicatam, & negligẽtia procuratoris nocet domino, ſi ſit ſoluendo: ſin minus, conſulitur ei beneficio reſtitutionis in integrum. Bal. pulchrè in l. ab eo, nu. 6. C. quo. & quand. iud. vbi omninò vide. & ſup. eod. Obſer. 45. Felin. pulchrè in c. 1. nu. 6. cum ſequ. vt lit. non conteſt. vbi hoc declarat. Secundo caſu † dominus à tempore ſcientiæ 10
rectè appellat intra decẽdium: quia cùm ſit vtile à principio, ignoranti non currit, Dd. in d. Auth. hodiè. Fel. in d. c. quóad conſultationem, num. 31. de re iudic. Iaſr. deciſi. 235. Hanc diſtinctionem Camera in recipiendis aut denegandis appellationibus obſeruat. An autem † in- 11
terpoſitam appellationem procurator proſequi teneatur, vide Bar. in d. l. inuitus, nu. 8. Panor. in d. c. non iniuſtè. nu. 13. Communis eſt opinio, quòd appellationem ab interlocutoria proſequi debeat, ſed non à diffinitiua. Ratio differentiæ, quia interlocutoria ex prioribus actis iuſtificanda, tex. in Clem. appellanti, de appell. Bar. in l. eius qui. ff. eod. tit. Rota deciſi. 1. nu. 2. vt lite pend. in nouis, vbi omninò vide. Sed diffinitiua nouas probationes admittit, cũ ſit diuerſa cauſa à principali, tex. in l. per hãc. C. de temp. appel. c. in appellationis. de iura. calu in 6. Philip. Fran. ibid. nu. 1. Bal. in d. l. inuitus, nu. 6. Alex. conſil. 96. vol. 2. per totum. incip. Viſo proceſſu. quem omninò vide, quóad diuerſitatem cauſæ principalis, & appellationis, vbi hoc exemplis declarat.

Fallit

Fallit in procuratore generali ad omnes
cauſas,futuras & prçſentes:nam is appel-
lationem à diffinitiua proſequi quoque
debet,Panorm.in d.c.non iniuſtè.Ab in-
terlocutoria ſimiliter procurator appel-
lare nõ tenetur,ſi ad vnicum actum tan-
tùm ſit conſtitutus, putà ad recipiẽdum
libellum, vel audiendum ſententiam, p
12 regulam:quòd vno † conceſſo, alia cen-
ſeantur prohibita,tex.in l.maritus. C. de
procurator.Panorm.in d.c. non ininſtè.
Illud porrò pro ſecunda limitatione hu
ius obſeruationis ſingulariter obſeruan-
dum, quòd decendium currat quando
grauamen eſt momentaneum : ſecùs ſi
13 † cauſam continuam & ſucceſſiuam ha-
beat,quia tunc tanquã à præſenti,& con-
tinuo grauamine ſemper appellare po-
teſt.Exemplum in eo,qui carceri manci-
patus eſt, is enim ſemper à præcepto de
capiendo, vel captura ſecuta appellare
poteſt:quia ſemper grauatur,vnde à præ-
ſenti grauamine, etiamſi vltra menſem
incarceratus fuerit, rectè appellat, facit
tex.l.1.§.pen.ff. de vſufr.accreſ.vbiquoti-
diè dicitur conſtitui vſusfructus,propter
continuam & ſucceſſiuam potentiã con
cedentis,facit text.in c.ex parte,el.1.extr.
de appell.Philip.Franc.pulchrè ibi,nu.8.
cum ſeq.Idem in c.ſuper eo.num.4.eod.
tit.Bald.in l.2.C.de Epiſcop.aud. num7.
Spec.titul.de appel.§.reſtat.Maran.part.
6.eod.tit.nu.205.Aliud exemplum in eo,
qui ad locum non tutum citatur, quia
quoties citatur ad locum non tutum, to-
ties appellare poteſt:nam grauamen ha-
bet cauſam continuam,& quoties de no-
uo citatur, de nouo grauatur,ita Fran. in
d.c.ex parte,nu.8.per illum text. Hæc ta-
men limitatio non procedit,Felin. in c.
accedens,el.2.nu.13.vt lit.non conteſtat.
14 Primò,ſi à præterito † grauamine appel-
letur, & cauſa grauaminis de præterito
exprimatur, quia tunc non procederet
appellatio, ſi non ſit intrà decendium à
decreto iudicis interpoſita: proinde cau-
tela eſt pro carceratis,vt de præſenti gra-
uamine appellent,tanquàm continuam
cauſam habente. Secundò nõ procedit,
ſi iudex pronnnciauerit locum tutum
eſſe,vel iuſtè carceratum: hoc caſu intrà
decendium appellãdum, aliàs ſententia
tranſibit in rem iudicatã, vt notat Fran.
in d.c.ex parte.num.9.Marant.loco cita-
to,num.205.in fin.nam ſententia contra
ius partis lata,ſi ab ea nõ appelletur, tran
ſit in rem iudicatam,tex.in l.cum prola-
tis.ff.de iudic.Doct.ibid.Zaſ.in l.præſes,
num.2.ff.eod.tit. Vant. de nullita.ex de-
fectu proceſſus,num.112.& num.118.Ob-
ſeruandum † quoque, quòd licèt de iure 15
communi poſt interpoſitam appellatio-
nem apoſtoli, ſiue literæ dimiſſoriales
intra terminum iuris , putà 30. dierum,
vel hominis, petendi ſint, aliàs appella-
tio deſerta reddatur,tex in Clem. quam-
uis rigor. de appellat. vbi communiter
Canoniſt.Dd. in l. vnica. ff.de libell.di-
miſſo: tamen hoc ex Ordinat. Cameræ,
par.2.tit.30.§.1. non eſt neceſſarium, ſed
valet appellatio, & in Camera recipitur,
etiamſi libellus dimiſſorius,vel apoſtoli
petiti non ſint.

OBSERVATIO CXL.

De fatalibus introducendæ appellationis.

SVMMARIA.

1 *Fatalia introducendæ appellationis quando incipiant currere.*
2 *Duplicia ſunt.*
3 *An prorogari poſſint.*
4 *Quid ſi terminus incidat in ferias.*
Terminus legis, & ſic Ordinatione eſt peremptorius. ibid. & nu.ſeq.
5 *Appellans non debet ſe nimium arctare.*
6 *Non valenti agere non currit præſcriptio.*
7 *Terminus legis quandò prorogari poſſit.*
8 *An compromiſſo vel partium conſenſu prorogentur.*
9 *Tractatus cõcordiæ an impediat curſum fatalium.*
10 *Multa tractantur quæ non perficiuntur.*
11 *Teſtis deponens de tractatu non probat conſummationem actus.*
12 *Tractatus in contractibus non inducit obligationem niſi habito pro conſummato.*

APpellationis introducendę tem
pus, tam in interlocutorijs, quã
diffinitiuis ſentẽtijs præciſè ob-
ſeruari debet:eo enim elapſo,perinde ap
pellatio deſerta efficitur, ac ſi intrà decẽ-
dium interpoſita non fuiſſet,tex. in c.ſæ-
pè.§.ſaluis,de appell.Philip.Fran. ibi.nu.
15.tex.in c.cùm ſit Romana. vbi elegans
gloſſ.in verbo,reciſius. & in c. perſonas.
eod.titul.text. in Clem. ſicut appellatio-
nem,de appellat.& in l.præſes.C. eod.&
in l.tempora.C.de temp.appel.Guid. de-
ciſi.25.& deciſi.336.item deciſ.436.nu.47.
Afflict.

Afflict. deciſ.78. nu.2. Guid. in terminis.
deciſ.213.nu.1.per opt.text.in l.3.§.ſi ad di-
em.ff.de re milita. adeoque iudex parte
etiam non opponente, ſed ex officio ta-
lem deſertionem ex actis apparẽtem at-
tendere, & ſuper ea, propter iuriſdictio-
nis defectum pronũciare debet, d.Clem.
ſicut appellationem,l.2.§.fi.C. de temp.
appell. Fran.in c.ex ratione, nu 68.de ap-
pel.Maran.par 6.nn.398.in fi.eo.ti.Huiuſ-
1 modi autem † fatalia introducendæ ap-
pellatonis, non à die latæ ſententiæ, ſed
à tempore interpoſitę appellationis cur-
rere incipiunt, text.in Auth. ei qui.C. de
tempo. appellat. Dd. ibid. & in d Clem.
ſicut.glo.ibi.in verbo,à die, tex.in Clem.
7 quamuis,eod.tit. ſuntq́; duplicia,legis,&
hominis:legis, quando lex, vel ſtatutum
hominis,ſi iudex à quo,certum introdu-
cendæ appellationis tempus præſcribat:
vtraque eiuſdem ſunt effectus,ſed legis,à
iudice à quo,minui, non prorogari poſ-
ſunt. text.in c.ad hæc,de appellat. Franc.
ibid.num.2.text.in d.c.cùm ſit Romana.
vbi gloſſ.magiſtra.in verb.reciſius.gloſſ.
in d.l. præſes. in verb. præſcriptum: ho-
5 minis verò ab ipſo iudice à quo intrà †
terminum à ſe datum rectè prorogãtur.
Franc.in d.c.perſonas. num.17. Hoc ita
accipiendum puto, vt prorogatio homi-
nis non extendatur vltra terminum le-
gis,idq́; ex Ordinatione Camerę,quo ap-
pellantibus ſex mẽſes ad introducẽdam
appellationem cõceduntur,perſpicuum
eſt.tit.30.§ 1.& §.5.part.2.Terminus ordi-
nationis eſt legis,ſeu iuris,quia à lege Im
perij ſtatutus, intra illum (ſi à iudice à
quo nõ ſit breuior aſſignatus, quod fieri
poteſt per iura allegata,)citatio in Ca-
mera extrahi, & antè eius finẽ reprodu-
ci debet:id niſi fiat, appellatio deſerta ef-
ficitur, & ſup deſertione ex officio pro-
nunciatur, facit text. in l.2.C. de tempo.
4 appella. Quid autem ſi † terminus iuris,
ſiue Ordinationis, videlicet ſex menſiũ,
deſinat aut exſpiret in ferijs, ita vt intro-
ductio appellationis propter incidentes
ferias, ante finem termini fieri nequeat:
an eo caſu appellatio erit deſerta? Fuit
hoc aliquando grauiter diſputatum, &
profectò ſtricto Ordinationis iure, pro
deſertione concludendũ foret: nam Or-
dinatio præcisè intra ſex menſes appel-
lationẽ introduci præcipit: id ſi negliga-
tur,ſtatim lapſo vltimo die, ius parti ad-
uerſæ quæſitũ eſt, tex.in l. ei qui appellat,
C de appell. & in d Clem.ſicut.eod.titu.
Caſt.in l.1.ff.ſi quis caut. Quo pertinet,ꝙ
effluxo termino legali,regulariter morę
purgatio non admittatur,cùm terminus
legis ſit peremptorius, tex.in c.pia,de ex-
cep.in 6.& in l.fi.ff.de decret.ab ordin.fa-
cien. Roland.conſ.21.nu.9.volu 1.incip.
extat ſtatutum, ſed terminus Ordinatio-
nis,eſt legis, ergo moræ purgatio nõ ad-
mittitur.Prætereà tempus feriarum non
eſt iuſtum impedimẽtum, tex.in l.ſed et.
ſi per prætorem.§.ſi feriæ,ff.ex quib.cauſ.
ma.cum ſimilibus, & ideò ſibi appellans
imputare debet, quòd tam diu expecta-
uerit, † & ſe ita arctauerit, vt introductio 5
iuſto tempore fieri nõ potuerit, iuxt.tex.
in l.a.§.ſi quis tamẽ.ff. ſi quis cautio.text.
in d.l.2.§.illud.Bal.ibid.nu.4.C.de temp.
appell.Philip.Fran.in d.c.ex ratione,nu.
55. vbi omninò vide: dicens,quòd appel-
lans ſibi in tempore iuridico proſpicere
debuiſſet:maximè ſi eſſent longæ & diu-
turnę ferię,putà caniculares,Bal.& Fran.
vbi ſupr. facit ad hoc text.in l.ſi quis do-
mum.§.idem quærit.ff.loca.ibi,quia hoc
euenire poſſe proſpicere debuit, gl. ibid.
in verbo, proſpicere, & ferias tempora
prouocationum, & dilationum nõ pro-
rogare notum eſt, tex.in l.1.C.de ferijs,&
in l.ſiue pars §.feriæ.C.de dilatio.text.in
d.l.2 §.fi.C.de tempo.appella gloſſ.ibid.
in verbo,præcedentes. Benigniorem ta-
men opinionem dominos Aſſeſſores ſe-
cutos memini, videlicet, appellationem
propter incidentes ferias non deſertam,
ſed in prima audientia poſt ferias, repro-
ductionem fieri poſſe,per regulam,quòd
non † valenti agere non currat præſcri- 6
ptio, text.in l.1.§. ne autem.C. de annal.
præſcrip.Ital.contrac.roll. tex.in l.1.ff.de
diuer.& tempo.præſcript.faciunt notata
Bart.in tract.de citat.num.11.cum ſeq.id-
q́ue omnium maximè procedit, ſi feriæ
ſint paruæ,aut terminus ſub finem lon-
garum feriarum incideret, per tex.in l.2.
§.fin.ff.ſi quis in ius voc.non ier.& tex.in
l.etſi poſt tres.ff. ſi quis cautio. Prætereà
cum eo caſu locum haberet reſtitutio in
integrum, Bald.in d.l.2.C.de tempo.ap-
pellat. gloſſ. in d.c. ex ratione, in verbo,
impotentiam , Franc. ibid. iudex non
iniquè facit,ſi appellationem, omiſſa re-

ſtitutione,admittat, ad hoc, vt circuitus
euitetur.Bald. in Authen. ſi appellatio-
ne,C. de tempo.appella. num.1. ſecùs eſ-
ſet,ſi ſtatim ab initio feriarum terminus
expiraret: quo caſu, quia nimium ſe ar-
ctauit appellans, & hoc proſpicere po-
tuerit, meritò appellatio deſerta erit,
per text.in d.l. 2.§. illud.C. de tempo.ap-
pella.& in d.l.2.§. ſi quis.ff. ſi quis cautio.
text.in d.l. ſed & ſi per prætorem.§. ſi fe-
riæ.ff. ex quib.cauſ.maio. vbi dicitur, ſo-
lennium feriarum in reſtitutione ratio-
nem non haberi debere, quia proſpicere
eas potuerit & debuerit actor, ne in eas
incidat, ſecùs eſſe quóad ferias repenti-
nas. Licèt autem iudex à quo terminum
7 † legis prorogare non poſſit, vt initio
dictum: tamen iudici appellationis ex
iuſtis cauſis hoc permittitur: putà, ob ni-
miam loci diſtantiam, tex.in d.c.cùm ſit
Romana, facit text.in c.tum ex literis.§.
fi.de in integ.reſt.glo.ſingula.ibid.in ver-
bo,locorum, vel ſi itinera propter inun-
dationes aquarum, aut propter bellum
minus tuta, vel ſi caſus fortuitus aut fa-
talis occurrat.in perſona nuncij,tex.in l.
præſes.C. de appellat. gloſſ.in c.anterio-
rum.§. ad hoc ſancimus. in verb. Impe-
rator.2.q.5. Philip.Franc. in d.c. ex ratio-
ne,num.27.& 54. Iaſ.in l.qui ante Calen-
das,num.9.ff.de verb.oblig. Ordin. part.
2.tit.30.§.2. vide omninò plures caſus in
addi.ad Franc.Cremon.ſing.122. Et hu-
iuſmodi prorogatio eo tempore quo ci-
tatio petitur, aut etiam poſt obtentam
citationem concedi poteſt, dummodò
ſupplicatio pro prorogatione infra tem
pus Ordinationis, videlicet ſex menſium
exhibeatur: nam ijs elapſis, fruſtra eius,
quod non eſt, prorogatio petitur, text.in
l.ſed etſi manente,ff. de precario, & in l.
bonorum.ff.rem rat. haber. & in l. iuriſ-
gentium.§.adeo.ff.de pact. Bal.in l. pacta
nouiſſima,nu.9.C.eod. vide ſupr. Obſer.
91.in fine: nam non entis nullæ ſunt qua-
litates, text.in l. eius qui §. quod ſi ſtipu-
latus.ff. ſi cer.pet.tex.in l.ſi ſeruum.§.1.ff.
de act.empt.Bart.ibid.num.1.Deci.conſi.
583.nu.9.incip.iuridicam eſſe, proindè il-
lo caſu ad reſtitutionis, & ſic extraordi-
narium remedium recurrendum foret.
Prætereà iſta fatalia introducendę appel-
8 lationis, † compromiſſo, vel expreſſo
partium conſenſu prorogari poſſe exi-
ſtimo, tex.in Auth.ſi tamen.C. de temp.
appel.& in Clem.quamdiu.de appell. Po-
teſt enim iuriſdictio Cameræ partium
voluntate prorogari: ſed ſi non ſit com-
promiſſum, aut expreſſè prorogatio fa-
cta, ſed partes ſtent in tractatu concor-
diæ, an durante iſto tractatu tempora in-
troducendæ appellationis currant. Ego
appellantibus conſulerem, vt tutiorem
viam eligerent, & appellationem debito
tempore, pendente † tractatu concordiæ 9
introducerent: quia alind eſt tractatus
concordię, aliud compromiſſum, vel ex-
preſſus partium conſenſus. Multa † di- 10
cuntur, & tractantur, quæ tamen nō per-
ficiuntur. Bal.in l.multum, num.26.Cod.
ſi quis alteri vel ſibi, vbi dicit multa tra-
ctari, quæ non veniunt ad cōcluſionem,
vel finalem effectum, per text. in l. ſi vo-
luntate.C de reſcin.vend. & in l. elegan-
ter.ff.de condict.indeb. tex.in c.1.de reb.
eccleſ.non alien. in 6 text. optimus. in l.
ſciendum.§.dictum ibi. ea autem ſola.ff.
de ædilit.edict. Bal.in l.cùm allegas.nu.8.
C.de vſur. Alex.cōſi.13.nu.17.incip.ex his
quæ, volu.1. & conſi.18 num.2.incip. viſo
proceſſu cauſæ, & conſi.28. nu.3.incip.vi-
ſis & accuratè ponderatis, eo.vol. text.in
c.tua nuper, de his quæ fiunt à prælat. vbi
habetur, quòd tractatus ſeparatus ſit ab
ipſo contractu ibi, tractatu atque conſen-
ſu. Hinc eſt, quòd † teſtis quando depo- 11
nit de tractatu, non probet conſumma-
tionē actus, Bald.in c.fi. de iuram.calum.
Deci.conſil.488.num.9.cum ſeq.incip.in
cauſa & lite, & † tractatus in contracti- 12
bus non inducit obligationem, antequā
tractatus à partibus pro perfecto & abſo-
luto habeatur, per text.in d.c.1.de reb.ec-
cleſ.non alien.tex.notab. in d.l.ſi volun-
tate. Alexand.d.conſil.18. & d. conſil.28.
Quapropter circumſpectus debet eſſe ap-
pellans, vt non obſtāte tractatu concor-
diæ appellationem debito tempore in-
troducat, & proſequatur, nè impingat, &
appellatio deſerta efficiatur.

OBSERVATIO CXLI.

De fatalibus proſequendæ appel-lationis.

SVMMARIA.

1 *Fatalia proſequendæ appellationis quando incipiant currere.*

2 Duran-

2 Durante compromiſſo an currant.
3 Litis pendentia non inducitur coram arbitro.
4 Sententia arbitratoris habet vim tranſactionis.
5 Tempus primæ inſtantiæ non prorogari, & quare.
6 Fatalia appellationis partium conſenſu prorogantur vbi differentia elegans ratio.
7 Fatalia primæ vel ſecundæ inſtantiæ non currunt in Camera.
8 Fatalia proſequendæ appellationis quādo in Camera attendantur.
9 Proteſtatio de non labendis fatalibus pluris facienda.
10 Iudicis mora litigantibus non debet eſſe nociua.

APpellanti ad proſeqnendam & fi.
niendam appellationis cauſam, de
iure communi annus, & ex legitima cau
ſa biennium conceditur : idque proce.
dit tam in appellatione iudiciali, quàm
extraiudiciali, ſiue ſit definitiua, ſiue in.
terlocutoria, quo tempore decurſo, ſi ap.
pellationis cauſa non ſit finita, appella.
tio erit deſerta, & ſententia à qua tran.
ſit in rem iudicatā, text. not. Auth. ei qui
C. de tempor. appel. & in l. fin. §. illud. C.
eod. tit. vtrobiq; Dd. text. in c. oblatæ. §. li.
cet igitur, & in c. cùm ſit Romana, ext. de
appell. Panorm. Philip. Franc. & alij ibid.
tex. in Clem. ſicut. eod tit. Auth. de ijs qui
ingredi. ad appellat. §. 1. vbi gloſſ. in verb.
annum. Franc. in c. ex ratione, num. 5. de
1 appellat. Quando autem † huiuſmodi
appellationis proſequēdæ tempora cur.
rere incipiant, mirificè variant Dd. Ac.
curſ. in d. l. fi. §. illud. in verb. inchoatam,
tres opiniones recenſet. Breuiter com.
munis opinio eſt, quòd à tempore inter.
poſitæ appellationis currant, vt pulchrè
deducit gloſſ. magiſt. in d. Clemen. ſicut.
in verb. à die. vbi omninò vide, Salicet.
in d. l. fina. §. illud. num. 4. vbi commu.
nem. & Bald. in d. l. fin. num. 2. veram di.
cunt. non tamen de momento in mo.
mentum, vt ſupr. Obſeruat. 139. de decen.
dio dictum eſt. quia dies interpoſitæ ap.
pellationis non conſideratur, neq; inter
fatalia computatur, gloſſ. in d. Clemen.
ſicut, Bald. in d. l. fina. num. 2. Franc. in d.
2 c. ex ratione, num. 4. Prætereà non cur.
runt huiuſmodi † fatalia durante com.
promiſſo, per text. in Authen. ſi tamen.
C. de tempo. appella. text. in Clem. quan.
diu. de appellat. licèt pendente compro.
miſſo, poſſet alterutra pars appellatio.
nem proſequi coram iudice appellatio.
nis : quia ꝑ compromiſſum non ſuſpen.
ditur iurisdictio iudicis ordinarij, vel de.
legati: & licèt arbitria ad inſtar iudiciorū
redacta ſint, tex. in l. 1. ff. de recep. arbit. ta.
men coram † arbitris non inducitur litis 3
pendentia: & ſic exceptio litis pendentiæ
coram iudice appellationis opponi non
poteſt, gloſſ. ſingularis in d. Clem. quam.
diu. in verb. cōpromiſſum. Philip. Franc.
in d. c. ex ratione. nu. 29. Bal. in d. Auth ſi
tamen. nu. 2. vbi diſtinguit, verùm laudū
ſit emologatum, an verò non ſit emolo.
gatum. Primo caſu concludit partes ad
iudicem appellationis redire non poſſe.
Ratio, quia tunc ex ſententia, ſiue laudo
arbitri oritur actio & exceptio, text. in l.
cùm anteà. C. de arbitr. Altero, ſoluendo
pœnam poſſe. glo. in d. Clem. quamdiu.
Philip. Franc. in d. c. ex ratione, num. 30.
vbi hoc limitat, vt non procedat, ſi com.
promiſſo adiecta ſit clauſula : Rato ma.
nente pacto, vel quod toties pœna com.
mittatur, quoties contrauentum ſit, text.
in l. cùm proponas. C. de pact. Fallit quo.
que in † arbitratore, cuius ſententia ha. 4
bet vim tranſactionis, tex. in Auth. ſi ve.
rò. C. de iudic. & in tranſactione non ha.
bet locum pœnitentia, tex. in l. quāuis. C.
de tranſact. vide omninò Franc. in d. c.
ex ratione, nu. 33. quò me breuitatis gra.
tia remitto. Poſſunt quoq; iſta fatalia ap.
pellationis nō ſolùm compromiſſo, ſed
etiam expreſſo partium cōſenſu proro.
gari: & licèt circa hoc variè ſentiant Dd.
tamen cùm tex. expreſſum habeamus in
d. Clem. quandiu. vbi gloſſ. in verb. com.
promiſſum, nō inſiſto. An autem † tem. 5
pus primæ inſtantiæ, putà triennij, par.
tium conſenſu prorogari poſſit? Com.
munis opinio eſt, quòd non, ne iuramen
to quidem, neque per viam compromiſ.
ſi, aut pœnæ adiectionem, ſed reciſius
& breuius tempus admitti poteſt, quia
hoc fauorem publicum concernit, vt eo
citius lites finiantur, & moriantur, gloſſ.
in l. properandum, in verbo triennii. C.
de iudic. Barto. Iaſ. & alij ibid. Felin. in c.
venerabilis, num. 13. & num. 15. de iudic.
gloſſ. in l. 2. §. ſed ſi iudex, in verbo, inhi.
bita. ff. eod. plenè Marant. part. 5. rubri. iu.
dicium, lis, inſtantia, nu. 23. & part. 6. ru.
bric. de appellatio. nu. 225. Secùs † eſt, quò 6
ad fatalia appellationis proſequendæ,
quia illa partium conſenſu, vt dixi, laxio.
ra & ampliora eſſe poſſunt, quæ ſenten.

tia in Camera quoque recepta eſt. Ra-
tio differentiæ eſt, quia finita prima in-
ſtantia curſu triennij, ſaluum adhuc re-
manet ius agendi de integro, ſolùm acta
pereunt, ſaluo iure partis: at finita cauſa
appellationis, totum ius appellantis cor-
ruit, & intercidit, tota cauſa perimitur,
& ſententia à qua tranſit in rem iudicatā,
text. in Clem. ſi appellationem, de appel.
prolixè Maranta vbi ſupr. & Felin. in d.
c. venerabilis, num. 15. vbi hoc pluribus
rationibus confirmant: & ideò meritò
curſus iſtorum fatalium conſenſu par-
tium, propter præiudicium irrecupera-
bile prorogari poteſt. Franc. in d. c. ex ra-
tione, num. 19. In Camera Imperiali, ne-
que huiuſmodi fatalia appellatiōis pro-
7 ſequendæ, nec etiam † fatalia primæ in-
ſtantiæ, putà triennij in cauſis ſimplicis
querelæ currunt, & ſic l. properandum.
C. de iudicijs, & d. Auth. ei qui. C. de ap-
pellat. non habet locum in Camera:
idq́ue propter multitudinem cauſarum:
ſed tantùm tempora interponendæ, &
introducendæ appellationis diligenter
attenduntur. Facit, quòd regulariter in
conſiſtorio Principis non currāt fatalia
proſequendæ appellationis, propter ra-
tionem prædictam, per text. in Authen.
ſed & lis. C. de tempo. appell. text. notab.
in c. anteriorum. §. ad hoc ſancimus. 2. q.
6. Archid. ibid. nu. 3. tex. in Auth. de appel.
§. adhæc ſancimus. Afflict. deciſ. 78. num.
4. idem in c. 1. num. 41. quæ ſint regal.
Bart. in l. 1. ff. de libell. dimiſſ. num. 7. Si
tamen huiuſmodi tempora proſequen-
8 dæ † appellationis coram inferioribus
iudicibus non ſint ſeruata, appellatio in
Camera, tanquam deſerta, non recipi-
tur, tex. in d. Auth. ei qui. C. de tempo. ap-
pell. ſed ad iudicem à quo, pro executio-
ne remittitur, quod eſt diligenter obſer-
uandum: quia in Camera iudicatur ſe-
cundum ius commune, etiam quóad
ſolennitates coram iudicibus inferiori-
bus non ſeruatas: tametſi vbique ferè lo-
corum in iudicijs horum fatalium nul-
la ratio habeatur. Quoniam verò ijs in
locis, vbi ius commune adhuc ſeruatur,
rarò intra annum, aut biennium, cauſæ
appellationum, propter impedimenta
iudicum finiri poſſunt: ideò communis
practica obſeruat, vt procuratores co-
ram iudicibus, non ſemel, ſed pluries
de ſua diligentia & † fatalibus non la- 9
pſis, vel labendis proteſtētur: vnica pro-
teſtatio nō ſufficeret, ſed neceſſe eſt eam
aliquoties repetere, gloſſ. ſing. in c. cupi-
entes. §. quòd ſi per viginti, in verbo, pro-
poſita, de elect. in 6. Felin. in c. ex tranſ-
miſſa, num. 5. de præſcript. facit text. in l.
fina. C. de vſur. pupilla. ibi, denunciatio-
nibus frequenter interpoſitis. Alexan. in
l. properandum. §. ſin autem vtraque. C.
de iudic. & in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi
prætori. ff. de oper. no. nunciat. Franc in
d. c. ex ratione, num. 46. etſi Bartol. in l.
morâ, num. 1. ff. de vſur. exiſtimet vni-
cam interpellationem ſufficere, ſed tu-
tius eſt, vt pluries fiat. Imò Bald. in Auth.
ſi appellatione, num. 2. C. de tempo. ap-
pellat. docet, etiam poſt concluſionem
in cauſa, fatalia currere: niſi pars iudicē
pro ſentētia ferenda interpellet, & pro-
teſtationem interponat. ſequitur Phi-
lip. Franc. in d. c. ex ratione, num. 46. cum
ſeq. vbi de hac quæſtione, & tota materia
huius Obſeruationis per diſcurſum am-
pliſſimè tractat. Illud autem iuris expe-
diti eſt, iudicis † moram, litiganribus 10
non eſſe nocumēto, & fatalia proſequen-
dæ appellationis non intercidere neque
circumduci, text. in Authen. ſed & lis. C.
de tempo. appell. & in d. Auth. ſi appella-
tione, text. in d. §. adhoc ſancimus. Vtilis
tamen eſt, etiam hoc caſu moræ frequēs
diligentiæ profeſſio, & proteſtatio de nō
lapſis, neque labendis fatalibus, Dd. vbi
ſuprà. abundans enim cautela non no-
cet, per vulgaria.

OBSERVATIO CXLII.

Pauperi an currant fatalia.

SVMMARIA.

1. *Paupertas excuſat deſertionem.*
2. *Difficultas excuſat à mora.*
3. *Pauperi an currant fatalia interponendæ appellationis. & nu. ſeq.*
4. *Periurium an committat qui non ſoluit in termino ob inopiam.*
5. *Paupertas probari debet.*
6. *Quomodo probetur, & quòd vicinus præſumatur ſcire facta vicini.*
7. *Camera quatenus cauſas pauperum recipiat.*
8. *Pauper quis dicatur.*

PAuperi tam introducēdæ quàm
proſequēdæ appellationis fata-
lia in Camera nō currunt, quia
pauper-

paupertas à tali deſertione excuſat: impoſſibiliũ enim nulla eſt obligatio, text. in l.impoſſibilium.ff.de reg.iuris.Hippo. in pract.crimIn.§. ſequitur. nu.35. vbi di-
1 cit, impoſſibilitatem † & impotentiam excuſare appellãtem à proſecutione appellationis, vt non dicatur deſerta, ſi debito tempore non ſit eam proſecutus, p tex.in l.ſi procuratorem.§.ſi ignorantes. ff.mand.facit ad hoc text. not.in c.licet. de cenſib. Idem Hippo.in l.1.§.præterea, num 87.ff. de quæſtio. vtrobique de ma-
2 teria impoſſibilitatis. Difficultas † enim excuſat à mora,gloſſ.notab.in l.quod te. ff.ſi cert.petatur. Iaſ.ibid.nn.30.ff. ſi cert. pet.& communiter Dd. ceſſante mora, ceſſat culpa. & proinde huiuſmodi fatalia proſequendæ appellationis pauperi ob inopiam meritò non currunt. Et ita ſe habet communis opinio, Bald. in l. 2. §.ſi quis in iudicio,nu.4.ff. ſi quis cautio. Matthesſ.ſing. vltimo,eùm addi. Franciſ. Cremon.ſing.122. vbique referunt quendam pauperem liberatum fuiſſe à pœna furcarum,eò quòd propter paupertatem appellationem debito tempore proſequi non potuiſſet, allegant l. fina. C. de condit. inſert. Hanc opinionem tenet quoque Innoc.in c.ex ratione,num.2.de appell. Panor.ibid.num.2.Feli.in c.ſi qui teſtium. nu.10. de teſtib. Iaſ.in l. inuitus, nu.8.C.de procur.Roland.à Valle,conſi. 87.num.51.volu.2.incip. in propoſita,vbi communẽ dicit. Guid.deciſ.213.nu.3. vbi de introductione appellationis loquitur. Iſtud, quòd videlicet pauperi non currãt fatalia introducendæ, & proſequendæ appellationis, nullam habet difficultatem,etſi Decius conſi.436.num.22.incip. Viſa inſtructione, putet ſecundum annũ fatalem etiam pauperi currere, & ideo opus eſſe reſtitutione, quod etiam alij ſentiunt, vt refert Deci.ibid. Dubitatio verò in eo maior vertitur, vtrùm fata-
3 lia † interponendæ appellationis, & ſic decendium, pauperi currant, Guid.deciſ. 436.num.22. diſtinguit, an appellatio in ſcriptis, putà ab interlocutoria vel diffinitiua ex interuallo, aut viua voce, videlicet à diffinitiua incontinenti, interponenda ſit. Primo caſu, quia ſumptus faciendi,& pro inſtrumento appellationis aliquid expendendum eſſet, paupertatem excuſare: Altero verò, cùm nihil erogandum ſit, à deſertione non excuſare: quò pertinent notata Cremon. d. ſing.122.dicentis, quòd ſtatutum exigens ab appellante certam gabellam, ad hoc, vt non efficiatur appellatio deſerta, locum non habet in paupere,text.in d.c.licèt.de cenſib. Item quòd is qui nõ poteſt
ſoluere † in termino, non ſit periurus, te- 4
net ſingulariter Bal.in c.1.§. porrò, num. 5.quæ fuit prima cauſa benefic. amitt.dicẽs,quòd licèt ſit periurus quòad actum, non eſt tamen quòad reatum, nam inopia excuſationem præſtat, & eſt quędam ſpecies defenſionis, per notata in l.Titius.ff. de procurat. Philip. Franc. in c.reprehenſibilis,nu.16.ext.de appel. Sed Iaſ. in d l.inuitus,num.8. indiſtinctè concludit pauperi decendium currere, eò quòd minima ſit illa impenſa, quæ ad interponendam appellationem ſpectat, cuius opinionem Camera quoque approbauit, vt in cauſa Gerardi Raſch/contra Henricum Steurlender/29. Auguſt. anno 67. Circa hoc tamen diſtinguendum puto, vtrùm paupertas coram iudice primæ inſtantiæ, vel à quo, allegata & probata ſit, an verò demùm poſt latam ſententiam coram iudice appellationis allegetur. Primo caſu, exiſtimo Guido. diſtinctionem benigniorem, & veriorem eſſe, quia iam conſtat iudici,
vt iudici, de † paupertate: & ſic notori- 5
um meritò excuſat deſertionem propter allegatam rationem, quòd impoſſibiliũ nulla ſit obligatio, & quòd difficultas à mora excuſet. Secundo caſu abſque differentia intra decendium appellãdum, aut docendum de paupertate, ſi fieri poſſet: aliàs ſententia tranſibit in rem iudicatam, quia paupertas in facto conſiſtit, facta non præſumuntur, niſi probentur, p text. in l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & poſtlim. reuer. & regulariter allegantĩ paupertatem, incumbit onus probandi, cùm ſit cauſa ſuæ intentionis: maximè ſi miſerabili priuilegio paupertatis vti velit, gloſ.in l.ſi verò.§. qui pro rei.in verb. dubitetur.ff.qui ſatiſd.cog. Bart. pulchrè ibid.nu.6.Alex.nu 9.Bart.in l.ſi conſtãte, nu.10.cum ſeq.ff.ſol.matri.Socin.ſenior conſ.24 nu.42.vol.1. Probatur † autem 6
paupertas vel teſtimonio vicinorũ, quia vicinus præſumitur ſcire facta vicini, tex. in c.paratus.23.q.1. glo.ibid.in verbo, ne.

ſcire,tex.in l.1.in prin.ff. de fluminib.ibi, æſtimatione circumcolentium. tex.in c. quoſdam,de præſumpr. Felin.ibid. nu.1. cum ſeq.& in c.literis, num.2. & nu.5.eo. tit.vbi hoc quatuor modis limitat.Iaſ.in l.1.nu.19.ff.ſi cert.peta.& in l.is poteſt,nu. 71.ff. de acquir. hæred. gloſſ. norab. in l. neq; natales.C. de probario. vel teſtimonio magiſtratus eius loci, vbi domicilium habet,vel iuramento.glo.Barr.& alij in d.§.qui pro rei. Quòd ad fatalia introducendæ vel proſequendæ appellationis attinct, ſola paupertatis allegatio ſufficit, ad impediendum curſum fatalium, quæ poſteà oportunè modis prædictis
7 probari poſſet. In Camera † appellationes in cauſis pauperum non recipiũtur, niſi prius de iuſta cauſa litigandi ex actis ſummariè conſtet, & fides de paupertate fieri debet teſtimonio vicinorum, vel inſtrumento publlco, Felin. in d. c. literis,nu.3.Barto.in l.de ætate.ff.de minorib.25.ann. vtrobique vide,an dictum teſtis concludat & probet, ſi dicat, Scio, quia ſum vicinus, vel cõſanguineus,text. eſt quod ſic,in l.octaui gradus.§.1.ff.vnde cogna.& in l.de tutela.C. de in integr.reſtit.text.in l. ſi filium.C. de liber. cauſ. Illud obiter hîc obſeruãdnm, quòd quamuis paupertatis diffinitio, irẽ vtrùm qualitas dicatur parua vel magna, iudicis arbitrio cõmittatur, vt plenius notat Bart. in d.l.ſi conſtante num.13.cum ſeq.gloſſ. communiter approbata in Authen.præterea.C. vnde vir & vxor,in verbo,locuples,Dd.ibid.nu.15.& conſ.163.nu.5.incip. in cauſa matrimoniali.Soc.ſenior conſ. 121.nu.27.volum.4.Ruin.conſi.55.nu.45. vol.1.Tiraq.in l.ſi vnquàm.verſi. omnia. nu.31.C.de reuoc.donat.tamen commu-
8 nirer placuit cum † pauperem dici qui in bonis non habet quinquaginta florenos. per text. in l.nonnulli.ff.de accuſat. Bar.in l.qui accuſare.num.2.ff.de accuſa. vbi pulchra apoſtilla. quod pauper dicatur qui parum habet,inops qui nihil. vide Alex.in d.l.ſi verò.§.qui pro rei.nu.10. idem pulchrè conſi.37. per totum. vol.7. incip. Conſultus ſum, vbi tradit varijs modis paupertatem conſiderari poſſe,ꝑ notata in l.paupertas.ff.de excuſat.tutor. §.ſed & propter,Inſtit.eod.tit.Bald.Salic. & Dd.in d.Authen.præterea.C.vnde vir & vxor. Differentiam Dd.faciunt inter pauperem,inopem,mendicum, & miſerabilem, vt inops dicatur, qui minus habeat quàm pauper: mendicus qui minus quàm inops: miſerabllis verò, qui nihil in bonis habeat, Iaſ. in d. l. ſi conſtante, nu.144.ff.ſolut.matrim.Ripa ibid.nu 30. Afflict.deciſ.179. Dd. communiter in d. Authen. præterea. De commodis & incommodis paupertatis, vide Bartol.in l. illicitas §.fin.num.2.ff.de offic præſid. & Plate.in l.final.nnm.2.C.de his qui numero liber. vel pauper. excuſar. merue. libr.10. Latiſſimè ibid.Lucas de Penna ꝑ totum. vbi 44.commoda, & 17.incommoda paupertatis enumerat.Guid.d.deciſ.436. & inrer cætera commoda paupertatis refertur, quòd furtum ob famis neceſſitatem commiſſum,excuſetur,tex. in c. ſi quis propter.de furtis. & in c. ſi quis.eo.tit.gloſſ.ibid.in verbo,pœnitear, text. in c. diſcipulos. de conſecrat. diſt.5. gloſſ.notabilis ibid. in verb.fame. Dd in l.2.§.cùm in eadẽ.ff. ad l.Rhod. de iactu. vbi vide, quomodo illud axioma iuris accipiẽdum ſit. Præterea licèt paupertas impediat moram contrahi, vt initio dictum eſt, tamen non impedit obligationem, nec actionis exercitiũ.l.continuus. §. illud.ff. de verbor.obligat. Mattheſ.d. ſing. vltimo.

OBSERVATIO CXLIII.

De reſtitutione in integrum aduerſus lapſum fatalium.

SVMMARIA.

1 *Reſtitutio aduerſus lapſum fatalium coram quo iudice petenda.*
2 *Reſtitutionem aduerſus fatalia petenti quæ probanda.*
3 *Impedimenti allegatio & probatio non ſufficit niſi & probetur extrema diligentia.*
4 *Dies impedimenti non computatur in termino.*
5 *Pendente cauſa reſtitutionis an articuli principales ad probandum admitti poſſint.*
6 *Negligentia procuratoris quòad fatalia, an noceat domino.*
7 *Litis conteſtatione an ſit opus in cauſa reſtitutionis fatalium.*

REſtitutio in integrum aduerſus lapſum fatalium coram iudice ad quem, & non coram iudice à quo, petenda eſt, text.in l.præſes.C.de appellat.Bar.& Dd.ibid. Philip.Franc.in c.

ex ra.

ex tatione.nu.57.eod.tit. Sed † reſtitutio
ad appellandum, caſu, quo nulla fuiſſet
interpoſita appellatio, coram iudice à
quo, poſtulari debet, Baꝛtol.& Dd:in d.l.
præſes.Franc.In d.c. ex ratione. Petenti
2 † autem reſtitutionem in integrum ad-
uerſus lapſum fatalium, incumbit onus
probandi iuſtum Impedimentum, per
tex.in c.ex ratione,ibi, conſtiterit. de ap-
pellat.Franc.ibid.num.10.text.in l.final.
§.illud.C.de temp.appell. & text. notab.
in l. qui commeatus.ff. de re milit.facit
regula.l.in exceptionib.ff.de probat.Nec
ſufficit ſola impedimenti probatio, niſi
etiam probetur,quòd remoto illo impe-
dimento non fuerit in mora, quòd ſe
nimium non arctârit, ſed debitam dili-
gentiam proſequēdi appellationem ad-
hibuerit: aliàs probatio non conclude-
ret, & per conſequeus non releuaret,per
text.in c.in præſentia, de prob. & in d.l.
qui commeatus. Bartol.ibid. Franc.in d.
c.ex ratione.Innocen.in c.tranſmiſſa,de
præſcrip.Felin.ibid.num.1.cum ſeq. Dd.
ibid.vbi dicunt,per illum text. non ſuffi-
3 cere † allegare,& etiam probare impedi-
mentum,niſi ſimul doceatur, allegātem
omnem adhibuiſſe diligentiam expedi-
endi actum, ſed ob impedimētum illud
ſuperueniens remoratum fuiſſe, per tex.
in l.2.§. quod diximus.ff. ſi quis cautio.
vbi dicitur,nō ſufficere probationē tem-
peſtatis, vel vim fluminis, niſi pariter
probetur talem tempeſtatem, vel mag-
nitudinem fluminis impedimento fuiſ-
ſe itineri,vel nauigationi, vtputà ſi pons
ſolutus ſit, vel nauigium ſtetit:ad idē eſt
tex.in l.quib. dieb.ff.de cond.& demōſtr.
ibi, nec per te ſtetit, quo minus agèndo.
4 Bart.ibi.nu.1.dicens per illum tex.diem †
impedimenti non computari in termi-
no,facit quoque tex.in l. ſed & ſi per præ-
torem.§. ſi feriæ.ff. ex quib. cau. maior.
ibi, vt hi dies reſtituantur, quibus actor
agere voluit, & interuentu feriarum im-
peditus eſt,gloſſ.in c.cupientes.§. quòd ſi
per viginti,in verb.propoſita,de elect in
6.text.in d.l.illud.§.fina.C.de tempo.ap-
pell. Bart.in d.l.2.§.quod diximus. Fallit
ſingulariter,ſi notoriū ſit,omnē diligen-
tiā fuiſſe,vel eſſe fruſtratoriam,Feli.in d.
c.ex trāſmiſſa.nu.2.& nu.6. vbi prolixius
de probatione impedimenti vide, & ob-
ſerua impedimentū non ſolùm teſtibus,
verùmetiam iuramento appellātis pro-
bari poſſe. quod intellige procedere in
cauſis parui præiudicij, aliâs ſecùs,vti p-
lixiùs tractat Franc., vbi ſupr. vide præiu-
dicium, & formam ſententiæ, in cauſa
Thiel Hiepen/contra Henricum Rhode/
27.Februar.Anno 68. In Camera ſi tale
impedimentum in ſupplicatione alle-
getur, quòd probatum releuaret, decer-
nitur citatio ad vidēdum ſe reſtitui, qua
reproducta, proceditur † tantùm in cau- 5
ſa reſtitutionis. Vndè ſi appellans exhi-
beat articulos pertinentes ad cauſam ap-
pellationis, eoſque ad probandum ad-
mitti petat,tales articuli non acceptan-
tur, ſed reijciuntur, quia iuriſdictio in
cauſa principali, propter deſertionem,
non eſt fundata,itaque inprimis requiri-
tur,vt reſtitutionis cauſa definiatur,quia
adhuc ſub iudice lis, vtrùm reſtitutio ſit
concedenda vel denegāda, propter con-
tradictionem partis aduerſæ, cui ex de-
ſertione ius quæſitum eſt, quòd illi ſine
legitima cauſa auferri non debet. Sed
quid ſi appellans, pendente cauſa reſti-
tutionis, petat commiſſionem in cauſa
principali, ad perpetuam rei memoriā,
ex diſpoſitione c.quoniam frequenter.
vt lit. non conteſta. an concedi debeat?
Omninò,nè pereāt illi probationes,pro-
pter ætatem & valetudinem aduerſam
teſtium. Præterea quòd ſententia ſuper
reſtitutione, in tanta cauſarum multitu-
dine ad aliquot annos extrahi poſſit: &
ſic non eſt in poteſtate ſua agere in cau-
ſa principali, quando ipſe velit, vt pul-
chrè notat Lanfranc. in d.c. quoniam
frequenter. cap.8. num.34. Ad hæc,talis
commiſſio nullius eſt præiudicij: nam
aut denegatur reſtitutio, & probationes
factæ non proſunt, aut conceditur, &
non fit publicatio teſtium, niſi poſt litis
conteſtationem in cauſa principali, ſuo
loco & tempore. gloſſ in d.c.quoniam
frequenter. in verbo, timetur. Panorm.
ibid.num.7.vide ſupr.Obſeruat.92. Por-
rò ſi appellans facto tertij, vel negligen-
tia † procuratoris ſit impeditus,non ha- 6
bet reſtitutionem in integrum aduerſus
lapſum fatalium, quia ſibi imputare de-
bet, quòd negligentem elegerit procu-
ratorem,tex.in l.ſed & ſi.§.ſi.ff.de inſtito.
act.& in l.cū mādato,in fi.ff.de minorib.
gloſſ.in c.1.2. in verbo,reſtituimus,de in

integ.teſtitu.quem ſi velit, actione man-
dati ad damna & intereſſe cõuenire po-
terit,tex.in l.ſi remunerandi.§.1. & in l.ſi
procuratorem.ff.mand.tex.in l.ſi procu-
rator.C.de procurat. Fallit in procura-
tore, qui non eſſet ſoluendo, nam tunc
reſtitutio concedi poteſt,Franc.in d.c.ex
ratione. num. 40. per notata ſuprà Ob-
ſeruat.45. An autem litis conteſtatio re-
quiratur in cauſa reſtitutiõis ob lapſum
fatalium, quæri poſſet, dicendum quòd
non, quia iſta teſtitutio incidenter peti-
7 tur : quo caſu † ſummaria cognitio, abſ-
que libello & litis conteſtatione, præuia
tamen citatione ad videndum fieri re-
ſtitutionem, ſufficit, vt latè declarat Ro-
ta, deciſ.3. cum longa addit. & deciſ. 4.
per totum.de reſtitut.in integr.in nouis.
Franc. in d.c. ex ratione.nume.58. Aliâs,
quando reſtitutio in integrum principa-
liter deducitur, ordo iuris eſt neceſſari-
us,vt not.in c.2.de offic.iudi.Fran.in d.c.
ex ratione.

OBSERVATIO CXLIIII.

Inhibitio quando decernenda.

SVMMARIA.

1 *Appellatio reducit cauſam ad priorem ſtatum.*
2 *Intellectus l.1.ff.ad S.C.Turpil.*
3 *Iudex deferendo appellationi, abdicat à ſe iuriſdi-ctionem.*
4 *Inhibitio quando locũ habeat in appellatione à ſen-tentia interlocutoria.*
5 *Iudici non fit iniuria ſi ab eius ſententia appelletur.*
6 *Inhibitio in cauſa nullitatis non decernitur.*
7 *Pro iudicis ſententia præſumitur, quòad iuſtitiam & quòad proceſſum.*
8 *Inhibitio non habet locum in appellatione extraiu-diciali.*
9 *Similiter quando tertius appellat pro intereſſe.*
10 *Neque in interdicto retinendæ poſſeßionis.*

IN Camera, quando à ſententia
diffinitiua , vel interlocutoria
vim diffinitiuæ habente (quod
in idem recidit,ꝑ notata ſup. Obſer,130.)
appellatum eſt, inhibitio vnà cùm cita-
tione decernitur, idq́; de iure communi
fieri poſſe notiſſimum eſt, ꝑ tex.in c.non
ſolùm,text.in c.Romana.§, ſi verò. cum
§.ſeq.de appell.in 6.Dd.ibid. Ratio,quia
appellatio à diffinitiua, vel interlocuto-
ria vim diffinitiuæ habẽte, ſtatim deuol-
uit cauſam ad iudicem appellationis,&
1 † reducit ad eum ſtatũ, in quo erat cauſa
principalis poſt litis conteſtationem,per
text.in l.ita demùm.Bartol.ibid.in prin-
cip.Bald.nu.2.C.de procurat. Marant.di-
ſtinct.6.num.16. Et ſecundum commu-
nem Dd. opinionem , appellatio quò-
ad præſentem cauſę ſtatum, planè extin-
guit pronũciatum, licèt quòad futurum
ſtatum , & litis exitum , ſuſpendat tan-
tùm. Ita intelligitur † text. in l.1.§.final. 2
ff.ad S.C.Turpllia. gloſſ.ibid. in verb.ex-
tinguitur.& gloſſ.in c.venientes.de iure-
iurand. in verbo, executioni. Panorm.
ibid. num.6. Anchar. in d.c.non ſolùm.
in princip. Alberic. in l. præcipimus. §.
hæc ſi appellatio.C. de appellat. vbi text.
apertus, quòd appellatio ſuſpendat pro-
nunciatum?ſed illud accipiendum, ſicut
iam dictum eſt,Panorm.in c.final.num.
6.de ſequeſtra.poſſeſſ. Felin.in c. paſtora-
lis.nume.14.de offic. iudic. deleg. Si igi-
tur extinguit pronunciatum,quòad præ-
ſentem cauſæ ſtatum, cur inhibitio ſta-
tim vna cum citatione decerni non poſ-
ſet? appellans à iuriſdictione iudicis, à
quo , per appellationem ſtatim exími-
tur,cenſetur iudex incompetens poſt ap-
pellationem, ita vt attentata per eum in-
continenti ſint reuocanda, d.c. non ſo-
lùm.Anchar.ibid.in princip.tex.in c.pa-
ſtoralis.§ verum quia, & ibid.Franc. nu.
1.de appell.tex.in d.l.1.§.fi.ff.ad S.C.Tur-
pil.& in d.l.præcipimus.§.hæc ſi appella-
tio.Bald.in l.appellatione. num.6.in fin.
eod.titu. Amplia hanc Obſeruationem,
vt procedat,etiam ſi à iudice à quo, dela-
tum ſit appellationi : nam licèt hoc caſu
nulla opus ſit inhibitione, eò quòd † iu- 3
dex deferendo appellationi iuriſdictio-
nem à ſe abdicauerit, text. in c.cùm ap-
pellationibus . de appellat. in 6. tamen
in Camera,ad petitionem partis,nihilo-
minus inhibitio conceditur, abundans
enim cautela non nocet, per text. in l.te-
ſtamentum.C. de teſtam. & in l. non ſo-
lènt.ff.de regu.iur.cum ſimilibus.deinde
expedit hoc appellationi propter appel-
latum, nè ille aliquid pendente appella-
tione attentet,vel innouet.Limita hanc
Obſeruationem, Primò in † appellatio- 4
ne ab interlocutoria ſimplici, appellabi-
li tamen : nam iudex appellationis, vnà
cum citatione inhibitionem decerne-
re non debet: Ratio, quia ei de veritate
grauaminis primùm conſtare oportet,
verùm

vtrùm cauſa ſit deuoluta, nec nè, quam-
diu enim cognoſcit, an appellatio ſit re-
cipienda,an cauſa ſit deuoluta, inhibere
non debet. Proindè ſi à parte aduerſa,in
puncto competentiæ, iuriſdictio iudicis
appellationis in dubium reuocetur, tan-
tiſper non eſt inhibendum,donec inter-
locutione iudicis hoc dubium ſit ſubla-
tum,& pro iuriſdictione pronũciatum,
tex.in d.c.non ſolùm,&in d.c.Romana.
§.ſi verò vocatis.gloſſ.ibid. in verb. præ-
ſumat,& in §.cùm autem, vbi gloſſ. in
verbo,expreſſa, text. in c. vt debitus, de
appellat. Innoc in c.dilectus, el.2.in fin.
de reſcript. Iſta differentia inter appel-
lationem à diffinitiua, vel interlocuto-
ria ſimplici, quóad inhibitionem de-
cernendam, diligenter obſeruanda eſt:
nam primo caſu inhibitio ſtatim & in-
diſtinctè,videlicet vtrùm iudex à quo ad
executionem procedere ſolitus ſit, nec
ne: altero verò,non aliter niſi cauſa co-
5 gnita,concedi debet. Nulla † ſit iudici
iniuria, ſi ab eius ſententia appelletur,
text.in l. & à maioribus. C. de appellat.
niſi ſit omninò friuola appellatio, per
text.in l.final. C. quorum appellat.non
recipiun.Marant.part.6.titul. de appell.
numer. 338. nec ad ignominiam iudicis
ſpectat,ſi ei,lege permittente, canonicè
inhibeatur, tametſi aliâs appellatione
interpoſita, non eſſet quicquã attenta-
turus,facit tex. in l. iniuriarũ actio neq;.
§.is qui.ff.de iniur. Secundò limitatur,
6 in † cauſa nullitatis,quandò ratione nul-
litatis principaliter appellatum eſt: tali
caſu, cum citatione inhibitio decerni
non debet.Ratio,quia poſtquàm ſenten
tia in rem iudicatam tranſiuit, facit ius
inter partes,tex.in c.cum inter,§.fin. de
ſent.& re iudi.Roland.conſi.83.nu.12.cũ
ſeq. vol. 1. incip. videtur prima facie,&
ideo eius executionem nullitatis proceſ-
ſus remorari nõ debet, quia res iudica-
ta pro veritate habetur,tex.in l.ingenuũ,
ff.de ſtatu homi.& in l.res iudicata, ff.de
7 reg.iur. Prætereà pro † ſentẽtia præſumi-
tur,non ſolùm quóad iuſtitiam, ſed eti-
am quóad proceſſum,text.in c.bonæ, el.
1.§. nos igitur, de elect.& in c.in pſentia,
de renuntiat.tex.in c.ſicut,§.fin. de ſent.
& re iudic.Dd.in c.quoniam contra, de
probatio.Alex.cõſi.22.nu.1. vol.2. Incip.
viſo proceſſu,& conſil.105.nu.1.& 2.vol.

5. incip.ponderatis narratis. vtrobiq; cõ-
munem dicit Natta conſi.524.nu.1. vol.
3.Roland.d.conſi.83.nu.14. Hinc cõſtat,
pro iudice & eius proceſſu eſſe præſum-
ptionem iuris tãtiſper,donec de nullita-
te ſententiæ doceatur,& ideo nudis nar-
ratis ſupplicantis,quóad inhibitionẽ de-
cernendam,non ſtatur: idq; pro regula
in Camera obſeruatur,nimirùm inhibi-
tionem in cauſis nullitatum nõ eſſe de-
cernendã, quia nullitas nõ pręſumitur,
niſi probetur. Quòd aũt notoria nulli-
tas executionem impedire poſſit, vide
ſuprà,Obſeruat.113.Tertiò limitatur † in 8
appellatione extraiudiciali. Ratio, quia
appellatio extraiudicialis, cùm ſit tantũ
quædam prouocatio ad cauſam, text.in
c.cum ſit Romana,§.infrà quod, de ap-
pel.glo. ibid.in verbo, non ſolent, non
ſuſpẽdit quod geſtũ, vel factũ eſt de præ-
terito,ſed ſubmittit in futurũ protectio-
ni ſuperioris nè indebitè moleſtetur,tex.
in d.c.cũ ſit Romana,§. infrà, quod. Pa-
nor.in c.dilecti.nu.4.de maior. & obed.
vbi omninò vide,& ſuprà,Obſerua. 120.
Natta conſi.506.nu.14.vol.3.incip.appro
bo concluſionẽ.Panor.& Franc.in c.bo-
næ memoriæ,de appell. Quartò limita-
tur,vt non procedat,quandò † tertius ap 9
pellat p ſuo intereſſe,quia tit.ff.nihil in-
nou.appellat.pẽden. nõ procedit in ter-
tio aliquid innouãte, quia res inter alios
acta.glo.ſingu in l.creditor ff.manda.in
verbo,poſſe,in fi.Feli.in c.cùm ſuper.nu.
11.de re iud.Panor.in c.in literis.de reſti-
tut.ſpoliat.Vant.titu.quis poſſ. dicere de
nullit.nu.20.vbi vide.Quintò limitatur,
vt nõ procedat in interdicto † retinendę 10
poſſeſſionis:nã ſi appellatus,pendẽte ap-
pellatione poſſeſſiõis cõmodo fruatur,
inhibitio ad inſtantiam appellantis con
cedi non debet, quia nemo prohibetur
vti ſua poſſeſſione, etiam appellatione
pendente,tex.not.in c.1.vt lite pend.glo.
ibid.in verbo,crucem,& gloſſ.magna in
d.c.non ſolùm.de appel.in 6.Rot.deciſ.
44.nu.1.& 2.eod.titu.in nouis.Panor.in
d.c.dilecti.nu. 4.Vide plixiùs infrà, Ob-
ſeruat.ſeq.& Obſer.147.

OBSERVATIO CXLV.

*Attentata ſi cauſam principalem con-
cernant,iudex inhibere non debet.*

SVM-

SVMMARIA.

1 *Attentatorum remedium quandò locum non habeat.*
2 *Inhibitio non debet decerni in cauſa poſſeſſoria.*
3 *Nemini iniuriam facit, qui iure ſuo vtitur.*
4 *Appellatus non eſt turbandus in ſua poſſeßione pendente appellatione.*
5 *Sequeſtratio quandò fieri poßit.*

1. ATtentata quoties † cauſam prin
cipalem concernũt, veluti ſi fun
di poſſeſſor, pendente appellati-
one commodo ſuæ poſſeſſionis vtatur,
remedium attẽtatorum eo caſu locum
non habet, proinde neq; inhibitio decer
2 nenda, quia iudex † inhibendo cauſæ
principali, quæ ſuper poſſeſſione aduer-
ſarij conſiſtit, videlicet, vtrùm appella-
tus rem litigioſam rectè poſſideat, nec
nè, præiudicaret: & ſic in effectu talis in-
hibitio vim diffinitiuę haberet, maximè
in interdictis retinẽdæ poſſeſſionis, quã-
dò vterque ſe poſſidere contendit, iuxta
tex. in l. 1. §. ſed ſi inter, ff. vti poſſid. Qua-
re lite ſuper turbata poſſeſſione indeci-
ſa pendẽte, iudex poſſeſſori inhibere nõ
debet, ne cauſæ principali præiudicet,
tex. in c. 2. §. fin. & ibid. glo. in verb. electi-
onẽ. de in integ. reſtit. tex. in c. 1. vt lit. pen
den. in princip. gloſ. magna in c. non ſo-
lùm. de appella. in 6. Ioann. Monach. in
c. cupientes. num. 138. de elect. in 6. Capic.
deciſ. 72. per totam, vtrobique in termi-
nis. Philip. Franc. in c. dilecti. el. 3. nume.
6. eod. tit. Idem pulchrè in c. cùm tenea-
mur. num. 1. & 7. d. tit. per illum text. Zaſ.
conſi. 12. nu. 60. volum. 2. Rot. deciſ. 44.
nu. 1. & 2. de appell. in nouis, vbi dicitur,
quòd nemo teneatur, vel debeat ius ſu-
um dimittere, propter aduerſarij cõtra-
dictionem vel interpoſitam appellatio-
3 nem: cùm † nemini iniuriam faciat, qui
iure ſuo vtitur, tex. in l. nullus videtur. ff.
de reg. iur. cũ ſimilib. Dd. vbi ſupr. præſer
tim Franc. in d. c. cùm teneamur, num. 7.
vbi dicit hoc procedere, etiamſi ſenten
tia à qua haberet executionem paratam,
quia integer debet eſſe ſtatus appellantis,
pendente appellatione. Idem in c. bonæ
memoriæ. nume. 44. in fin. de appel. Pa-
norm. in c. dilecti. num. 4. verſic. Secun-
dò nota, de maior. & obedien. Alberic.
ad l. 1. num. 10. ff. nil innoua. per tex. in l.
illud. ff. de petit. hæred. verſic. nec enim.
Natta conſi. 506. num. 13. volum. 3. incip.
approbo concluſionem. Quapropter cir
cumſpectus debet eſſe iudex, nè temerè
& contra ius, tali caſu contra poſſeſſo-
rem inhibitionem decernat: quia † ap- 4
pellatus non debet priuari commodo
& fructu ſuæ poſſeſſionis, propter inter-
poſitam appellationem, & aduerſarij
contradictionem, vt ſuprà dictum eſt.
Vnde in Camera, ſi inhibitio eo caſu iu-
dicialiter, per viam ſupplicationis peta-
tur, pronunciari ſolet. Iſt dem Suppli-
canten ſein begeren / in der Supplitation
den tag einkhommen beſchehen / hiemit ab-
geſchlagen / vnnd mögen ſonſt die Partheie
en in der Haubtſachen / ob ſie wöllen / für-
derlich volnfharen. Hoc eſt, petitionẽ in
ſupplicatione tali die exhibita factam
denegamus: & poſſunt partes in cauſa
principali, ſi velint, maturè procedere,
idque per rationes, & iura ſuprà allega-
ta. Ita factum in cauſa Memmingen con-
tra Pappenheim / 16. Septembris, Anno,
1559. & in alijs multis cauſis. Imò ſi appel-
lans pendente appellatione, appellatum
ſpoliauerit, cadit appellatione ſua, vt
prolixè notaui infrà, Obſer. ſeq. Fallit ta-
men regula illa, quod appellatione pen-
dente non debeat poſſidens turbari in
ſua poſſeſſione, in eo, qui ſuſpectus eſt
de dilapidatione: vtputà, ſi † vna vice to- 5
tam ſyluam litigioſam excidere, & ligna
vendere vellet: tunc enim fructus & res
ipſæ, non ſolùm in ſecũda, verùmetiam
in prima inſtantia ſequeſtrari poſſent.
Fran. in d. c. cùm teneamur. nu. 10. Dd. in
l. vnica. C. de prohib. pecun. ſequeſt. vide
infrà eod. Obſer. ſeq.

OBSERVATIO CXLVI.

Attentata an cauſam principalem ſuſpendant, & de pœna appellantis pendente appellatione attentantis.

SVMMARIA.

1 *Attentata ante omnia reuocanda.*
2 *Attentata cauſam principalem non ſuſpendunt.*
3 *Libellus attentatorum quandò exhibeatur.*
4 *Notoria attentata ſtatim reuocanda.*
5 *Libellus nõ requiritur in officio iudicis mercenario.*
6 *Cautela pro appellante quòad attentata.*
7 *Iudex ex officio attentata reuocare poteſt.*
Ratio iſtius. ibidem.

8 *In cauſa attentatorum an pronunciari poſſit ante diffinitiuam.*
9 *Intellectus Ordinationis Cameræ quoad attentata.*
10 *Attentata ante concluſionem reuocari peti poſſunt.*
11 *In cauſa attẽtatorum ſuccumbens expenſas & fructus reſtituere debet.*
12 *Attentata appellantis quomodò puniantur.*
13 *Fruſtrà legis auxilium implorat, qui contra legem facit.*
14 *Poſſeſſor ſua poſſeſſione pendente appellatione ſpoliari non debet.*
15 *Cautela pro appellato ſi appellans attentauerit.*
16 *Forma reuocationis attentatorum ſententia.*
17 *Fatalia an pendente iudicio attentatorum currant.*

QVamuis attentata pendente ap
1 pellatione ante † omnia reuo-
canda ſunt, tex. in c. nõ ſolùm.
de appel. in 6. & in Clem. fin. vt
lit. pend. vtrobiq; Canoniſt. tex. l. vnica.
ff. nil inno. appel. pend. Dd. in l. 3. C. de ap
pel. tamen ſi altiorem quæſtionem, & in-
daginem requirant, & in continẽti pro-
2 bari nequeant, cauſa † attẽtatorum prin-
cipalem non ſuſpendere, aut impedire,
ſed vtraque ſimul proſequi dbet, per tex.
in l. ſi conſtiterit. C. fin. regund. & doctri-
nam Bart. in l. naturaliter. §. nihil com-
munẽ. num. 23. ff. de requiren. poſſ. quem
ſequitur Alex. ibid. num. 82. Bald. in d. l. 3.
num. 4. C. de appel. Salic. ibid. num. 8. Af-
flict. deciſ. 131. nu. 2. & licèt Iaſon in §. ni-
hil commune nu. 130. & alij quos allegat
aliter ſentiant, tamen ordinatio Came-
ræ, Barto. & aliorum opinionem appro-
bauit. part. 3. tit. 31. §. 14. Et tali caſu in Ca-
3 mera † libellus attentatorum exhibetur,
& ſuper eo lis conteſtatur : licèt aliàs,
4 quandò † notoria ſunt attentata, nec li-
bello, nec litis conteſtatione opus ſit, ſed
de plano, implorato ad hoc iudicis mer-
cenario officio, procedatur, tex. in c. 1. vt
lit. pend. in 6. Iohan. Monach. in c. cupi-
entes. nume. 136. de elect. in 6. Bald. in l. 3.
num. 2. Salic. ibid. nu. 8. Ioann. And. in d.
c. non ſolùm. num. 1. & 3. Ancha. ibid. in
princip. Philip. Franc. ſimiliter. numer. 5.
idem in c. dilecti. num. 3. de appellat. Ho-
ſtienſ. in tit. vt lit. penden. num. 3. gloſſ. in
d. Clem. fin. Quoties enim aliquid iudi-
5 cis mercenario officio explicatur, † libel-
lus non requiritur, ſed de plano proce-
ditur, vt notant Dd. ad rubric. ff. de inter-
rog. act. Iohan. Monach. Salic. & alij vbi
6 ſupr. Ideò † cautela eſt pro appellante, vt
in caſu notorio, ſuſpenſa cauſa princi-
pali, ante omnia ad reuocationem atten
tatorum agat, hodie conſtat, hodie aga
tur, hodie attentatum, hodie attentata
reuocentur, Dd. in c. non ſolùm, & Ordi-
nat. loco citato. Imò † iudex ex officio, 7
parte non petente, & ſic non iure actio-
nis talia attentata reuocare poſſet. Fran.
in d. c. dilecti. in princ. Vital. de Campa.
in tract. clauſ. in clauſula, nil innouari.
nu. 9. Ratio, quia per attenta plus iudex,
quàm pars offenditur, immò lex prohi-
bens lite pendẽte aliquid innouari, con-
temnitur, tot. tit. extra, vt lite pend. nih.
innoue. & d. l. vnic. ff. nil innoua. meritò
igitur ex officio contra attẽtantem pro-
ceditur, eo quod legem, & iudicẽ potius,
quàm partẽ eludat, text. not. in c. cordi. §.
ſi. de appel. Innoc. in c. bonæ memoriæ,
de appel. & in c. dilecte, de maio. & obed.
Rota deciſ. 2. nu. 1. de reſti. ſpol. in nouis.
Et ita ex officio reuocata ſunt attentata,
in cauſa Gockenhauſen / contra Pfiſter-
feldt. Cæterùm cœpta cauſa principali,
& libello in † cauſa attentatorum exhi- 8
bito, liteq́ue ſuper eo conteſtata, vtraque
cauſa, vt dictum eſt, agitari & proſequi
debet: ſi tamen in cauſa attenatorum,
priusquàm in cauſa principali conclu-
datur, iudex, non expectata concluſione
cauſæ principalis, ſuper attentatis pro-
nunciare poteſt. Ita ſæpè in Camera fa-
ctum memini, per notata Bald. & Salic.
in d. l. 3. Ioann. Andr. in d. c. non ſolùm.
Franc. Ibid. num 6. Guid. deciſ. 436. num.
111. vbiq; concludunt, ante diffinitiuam
attentata reuocari poſſe, etiamſi lis ſu-
per libello attentatorum conteſtata ſit,
quod eſt intelligendum de illis attenta-
tis, quæ à cauſa principali ſeparari poſ-
ſunt: aliàs, quandò talia ſunt attentata,
quæ ſui natura non poſſunt reſcindi, ni-
ſi per diffinitiuam ferendam ſuper ap-
pellatione, eo caſu diffinitiua expectari
debet, vt in caſu l. chirographis. §. 1. ff. de
adminiſtr. tutor. ita hanc doctrinam li-
mitant, Bald. in d. l. 3. numer. 4. C. de ap-
pellat. Salice. ibid. numer. 8. Et hoc pacto
† Ordinationem Cameræ, loco allega- 9
to, intelligendam cenſeo, quæ tantùm
circa proceſſum, videlicet quòd cauſa at-
tentatorum, & principalis ſimul agitari
poſſit, nihil verò de pronunciatione di-
ſponit. Vndè quóad pronunciationem
vel

vel deciſionem attentatorum ante diffi-
nitiuam cauſæ principalis ius commu-
ne ſequendum eſt, argum. l. ſi cùm dotē,
in prin. ff. ſolu. matrimon. & l. quicquid.
aſtringendæ. ff. de verb. oblig. aliàs ſeque-
10 retur, quòd cauſa † attentatorum nullam
haberet prærogatiuam, cùm tamen iure
ſpeciali ante omnia attentata reuocan-
da ſint, per iura allegata. Poſſe autem in
quacunque parte iudicij, ante concluſio-
nem in cauſa, reuocationem attentato-
rum peti, dubium non eſt, vt notat Rota
deciſi. 4. titul. vt lit. pend. in nouis. incip.
attentata, & dec. 27. tit. de appel. in nouis,
incip. licèt pars. vbi rationes aſſignan-
tur. Franc. in d. c. dilecti. nume. 3. Marant.
part. 6. tit. de appellat. num. 395. adeoque
11 victum, non ſolùm † in expenſis, ſed eti-
am ad reſtitutionem fructuum à tempo
re interpoſitæ appellationis perceptorū,
condemnari debere, text. in c. grauis, de
reſtit. ſpoliat. & in d. c. non ſolùm. Inno.
in c. ex parte S. nu. 2. de reſcrip. Hoſt. vbi
ſup. tex. not. in d. c. bonæ memoriæ. extr.
de appell. Franc. ibid. nume. 6. Maran. lo-
co citato. Fiunt autem attentata, vel per
iudicem, aut partem: vtroque caſu ante
omnia reuocanda ſunt, quod prolixè, &
præclarè examinat Iohan. Monach. in d.
c. cupientes. num. 132. cum ſeq. de elect. in
6. vbi omninò vide. Bald. in d. l. 3. & Ca-
noniſt. in d. c. non ſolùm. Innoc. in d. c.
ex parte S. nume. 2. Quóad partem, inter-
12 eſt multum, vtrùm appellans, an verò †
appellatus attentet, aut aliquid innouet:
nam appellans attentando cenſetur re-
nunciare appellationi, facit ſe indignū
beneficio appellationis, & appellationē
deſeruiſſe cenſetur, itaq; ſententia à qua
ſtatim tranſit in rem iudicatam, & iudex
à quo, perindè ac ſi nunquàm appellatū
fuiſſet, ad executionē procedere poteſt, p
tex. in c. an ſit. de appell. Bald. ibid. num.
1. Franc. ſimiliter. num. 2. gloſſ. not. in d.
c. ex parte S. in verb. à ſe factam. Panor.
ibid. num. 6. glo. ſing. in d. c. non ſolùm.
in verb. reducendum. Iohan. Monach.
in d. c. cupientes. num. 139. Bald. pulchrè
in c. ex parte. num. 15. de teſtib. idem in l.
præſcriptione. num. 24. C. ſi contr. ius vel
vtil. public. & in d. l. 3. num. 1. C. de appell.
Mattheſ. ſing. 28. per totum. Iaſ. in d. l. na-
turaliter, §. nihil commune. num. 133. Ma
ran. pulchrè loco allegato. nu. 411. Deci.
conſi. 103. num. 1. incip. in cauſa poſſeſſio-
nis. Ratio duplex: Prima, quia actus con-
trarius litis pendentiæ, inducit iſtam ta-
citam renunciationem, tex. not. in l. ſi fi-
lius. ff. de minor. *Secunda*, quia propria
authoritate ius ſibi ipſi dicēdo, iudicem
contempſiſſe cenſetur, proinde iuris be-
neficio indignius eſt, quia † fruſtrà legis 13
auxilium implorat, qui legis authorita-
tem contemnit, tex. in c. bonę memorię,
el. 1. de elect. & in l. auxilium. §. fi. in fin. ff.
de minoribus 25. annis. Bald. in d. c. an ſit.
nume. 1. idem in d. l. præſcriptione. Mat-
theſ. ſingul. 72. incip. Nota vnam doctri-
nam, in addit. Iaſ. in d. §. nihil commu-
ne. nu. 133. Adde tertiam rationem, quæ
in effectu prioribus cōuenit, quòd atten-
tando ipſemet appellans, tanquàm ſibi
contrarius, non cenſeatur detuliſſe pro-
prię appellationi, vt notat gloſſ. in d. c. ex
parte S. Intellige tamen hanc doctrinam
tunc demùm procedere, quandò attēta-
ta immediatè contraria ſunt appellatio-
ni: vtputà ſi † appellans pendente appel- 14
latione aduerſarium ſua poſſeſſiōe, quæ
in cōtrouerſia vertitur, ſpoliauerit, Dec.
d. conſil. 103. Dd. vbi ſuprà, nemo enim
ob contradictionem vel appellationem
alterius, fructu poſſeſſionis ſuæ carere
debet. Ioan. Monach. d. c. cupientes. nu.
138. vide ſuprà, Obſerua. 144. & infrà, Ob-
ſeruatione ſequen. ſecùs, ſi attentata nō
ſint appellationi contraria, quo caſu re-
uocari debēt. Ita limitāda eſt iſta doctri-
na Bald. in d. l. 3. num. 1. per gloſſ. in d. c.
ex parte S. Ioan. Monach. & alij vbi ſu-
prà: quod eſt ſingulariter notandum.
Proindè † in vſu forenſi, & practica ob- 15
ſeruandum, ſi appellās appellatione pen
dente aliquid innouet, aut in præiudici-
um appellationis attentet, quòd hoc ca-
ſu appellatus, libellum attentatorum ex-
hibere non debeat, ad eum effectum, vt
attentata reuocentur, ſed vt probatis at-
tentatis, iudex appellationis, cauſam tan
quàm deſertam, pro executione ad iudi-
cem à quo, remittat, per iura allegata. Et
ita in Camera obſeruatum memini: &
hæc ſunt in praxi ſingulariter obſeruan-
da. *Si Appellatus, vel Iudex à quo pen-
dente appellatione attentent, pronun-*
ciari ſolet. In † ſachen B. Appellanten/ 16
wider C. Appellaten/ iſt erkhendt/ das ge-
dachten Appellaten/ auch Richter voriger
inſtantz/

ſnſtanß / gedachter maſſen zu attentieren nit gezimpt noch gepurt/ ſonder daran zu uil vnnd vnrecht gethon haben/ vnd derwegen ſolche attentaten zu reuocieren/ vnnd auffzuheben ſeien/ als wir ſie auch hiemit reuociert/auffheben/vnnd das gemelte Appellat/vnnd Richter/ ſich hinfuro dergleichen attentierens enthalten / mit dem anhang/ wa ſie dem alſo nicht nachkommen werden/ daß als dan auff des gegenthails ferner anruffen/ der declaration pœnæ inhibitionis halben/ ergehen ſoll was recht iſt. Darzu berurte Appellaten vnd Richter ſn die gerichts koſten der halben auffgelauffen/jme dem appellanten/ nach rechtlicher ermeſſigung zuentrichten/ vnnd zubezalen fellig erthailen. Latinè, In cauſa B. Appellantis contra C. Appellatum, pronunciamus,& decernimus, quòd dicto Appellato,& iudicibus primæ inſtantiæ taliter attentare non licuerit, ſed in eo nimium, & iniquè fecerint:& ideò huiuſmodi attentata reuocari, & caſſari debeant, próut illa reuocamus,caſſamus, & quòd dicti Appellatus & iudices de cætero à talibus attentatis abſtinere debeant , cum tali comminatione,niſi ita egerint,quòd tunc ad vlteriorem partis inſtantiam,ratione declarationis pœnæ inhibitionis, fieri debeat, quod iuris eſt:ad hæc dictos Appellatum & Iudices appellanti in expenſis (ſaluo noſtro iudiciali moderamine)condemnãtes. Ita pronunciatum in cauſa Hanſſen Conradten von Wilwurdt/contra Vitum Eiſelen. Ex qua ſententia obſeruandum,quòd iudices ſimul cum Appellato, propter attentata, vel innouata , in expenſis condemnantur.

17 Porrò † vtrùm pendente proceſſu attentatorum curſus fatalium impediatur,vide Rot.deciſ.15.incip.fatalia.de appel.in nouis.

OBSERVATIO CXLVII.

Sequeſtratio poſſeſſionis an lite pendente fieri poßit.

SVMMARIA.

1 *Attentare non dicitur qui ius ſuum proſequitur.*
2 *Poſſeſſor pendente appellatione in poſſeßione turbandus non eſt.*
3 *Fallit in ſuſpecto de dilapidatione.*
4 *Fructus ciuiles.*
5 *Dilapidatio probari debet.*
6 *Intellectus ad §.final. l. Imperatores. ff. de appellationibus.*
7 *Sequeſtratio an fieri poßit per iudicem à quo, remiſſiuè.*
8 *Sequeſtratio locum habet, quando quis appellat ab executore.*
9 *Statutum, quòd executio non ſuſpendatur per appellationem, in poſſeſſorio iudicio valet.*
10 *Poſſeſſor condemnatus appellatione pendente poſſeſſor dicitur.*
11 *Condemnatus de crimine, pendente appellatione, nõ dicitur condemnatus.*
12 *Condemnatus de crimine capitali, poteſt pendente appellatione teſtamentum condere.*

AGens interdicto aliquo poſſeſſorio, ſi in iudicio poſſeſſorio succũbat, ſaluo iure petitorij, non poteſt poſteà in iudicio petitorio ſuper attentatis agere, & eorundem reuocationem petere, ſi vincens interim commodo ſuæ poſſeſſionis vtatur, percipiendo fructus, quaſi lite pendente hoc faciat: quia talia attentata cauſam principalem concernunt:quo caſu remedium attentatorum
locum non habet:attentare † enim non 1
dicitur, qui ius ſuum proſequitur, continuando ſcilicet poſſeſſionem, fructusq́; percipiendo, ſed veteri iure vti, per text. notab.in c.1.vt lite penden. Innoc. ibid. text.in c.2.de ſequeſtr. poſſeſſ.iuncta glo. in verbo, ſequeſtrari.& Panorm.ibid.nu. 5.text. in c. cùm teneamur, de appellat. vbi pulchrè Philip.Franc. num.1.7.& ſequen.vide ſuprà, Obſeruatio.144.& ideò non obſtante aliqua appellatione, vel contradictione, poſſeſſor liberè poſſeſſione ſua vti poterit tantiſper, donec ſententia diffinitiua in petitorio proferatur,text. in l.2. C.de probar.& in d. c.1.vt lit. penden.gloſſ.ibid.in verb.crucem.& gloſſ.fin.in c.2.de reſtitut. in integr. non
enim † poſſeſſor in poſſeſſione ſua turba- 2
ri, multò minùs ea priuari debet, ne ex reſcripto quidem Imperiali, text. in d.c. 2.de ſequeſtr.poſſeſſ. Panorm.ibid. num. 5.text.in l.fin. C. ſi per vim , vel alio modo. Alexand.conſ.5.nume.1.volum.2.incip.in cauſa & lite, text.in l.fin. C. de rei vendic.& text.notab.in c. cùm perſonæ. §.quòd ſi tales, de priuileg. in 6. vbi habetur,quòd lite pendente,nemo ſua poſſeſſione priuari, aut in ea turbari debeat, etiamſi quis poſſideat contra ius commune, dummodò talis poſſeſſio adiuta ſit titulo. Refert Schurff.conſ.27.num.5.

X in fin.

in fin. centur. 3. incip. Caſus talis. Fallit
3 primò, ſi poſſeſſor † ſit homo perditæ vi-
tæ, & malæ frugi, ſuſpectus de dilapida-
tione, quòd malè vtatur re litigioſa, ꝙ
iudicium poſſet eſſe fruſtratorium, ex
quo victor in executione nihil, aut pla-
nè deterioratam rem conſequeretur,
ꝑ notata infrà, Obſeruatione proxima:
4 quo caſu fructuum † naturalium, & ciui-
lium, videlicet, penſionum, ſequeſtratio
fieri poterit, per text. in l. Imperatores. §.
fin. ff. de appell. gloſſ. ibid. in verbo, apud
ſequeſtrum, Barto. & Dd. in l. vnica. C. de
prohib. pecun. ſeqneſtr. tex. in d. c. 2. vbi
pulchra gloſſ. in verbo, ſequeſtrari. de ſe-
queſtr. poſſeſſ. & fruct. text. in c. final. eod.
tit. vbique ſingulariter in materia ſeque-
ſtrationis, Panorm. Franc. in d. c. cùm te-
neamur. numer. 12. Guid. deciſi. 246. per
totam, quem omninò vide, vbi præclarè
docet, quatuor interuenire debere, ante-
quàm iudex ad ſequeſtrationem alicu-
ius rei, vel iuris procedat: quę quidem ſe-
queſtratio in caſu prędicto tunc demùm
locum habet, cùm à diffinitiua appella-
tum ſit: ſecùs ſi ab interlocutoria, per ra-
tionem quam ponit Panorm. in d. c. 3.
nu. 10. Prætereà non aliter procedit, niſi
5 † dilapidatio legitimè probetur, non ſuf-
ficit nuda allegatio, ſed probatione opus
eſt: & ideò petens ſequeſtrationem, ar-
ticulos ſuper dilapidatione aduerſarij
poſſidentis rem litigioſam, coram iudi-
ce appellationis exhibere, quibus admiſ-
ſis & probatis, non expectata diffinitiua
ſententia, fieri debet, quod iuris eſt. Et
ita in Camera obſeruatur: præiudicium
eſt in cauſa Drolſhagin / contra curato-
res filiorum Nehrendorffs / & Scabinos
alti iudicij Colonienſis. vide Alexand.
conſil. 163. numer. 1. volum. 6. incip. circa
6 id de quo, vbi dicit † regulam d. l. Impe-
ratores, & d. c. fina. de ſequeſtr. poſſeſſ. lo-
cum habere in cauſa appellationis, quã-
dò petens ſequeſtrationem obtinuit ſen-
tentiã pro ſe, ſecùs ſi peteretur ſequeſtra-
tio in prima inſtãtia, quia tunc inhæren-
dum eſſet regulæ, d. l. vnicę. C. de prohib.
pecu. ſequeſtrat. ita quoq; tenent Iohan.
Andr. Anthon. de Butr. & communiter
Dd. in d. c. fi. de ſequeſtr. poſſ. Salic. in d. l.
7 vnic An † autem ſequeſtratio fieri poſſit
ꝑ iudicem à quo, vide Franc. in d. c. cùm
teneamur, & gloſ. in d. c. 2. in verb. ſeque-
ſtrari, de ſeq. poſſ. vbi plures caſus, in qui-
bus obtinet ſequeſtratio, referuntur. Se-
cundò fallit, ſi ab † executore, qui modũ 8
iudicationis exceſſiſſe dicitur, appellatũ
ſit, iuxta text. in l. ab executione. C. quor.
appel. non recip. quia pendente appella-
tione, res mobiles, vel fructus rerum mo
bilium ſequeſtrari debent text. in d. l. ab
executione. Bat. in l. 2. nu. 8. ff. de appel. rè-
cip. gloſſ. in d. c. fi. de ſequeſtr. poſſ. Tertiò
fallit, ſi ſtatuto receptum, vel priuilegio
conceſſum ſit, quòd in poſſeſſorijs iudi-
cijs appellatio nõ impediat executionẽ:
ſed victor ſtatim poſt definitiuã in poſ-
ſeſſionem rei litigioſæ mittatur, præſtita
idonea cautione de reſtituenda re cum
fructibus, caſu, quo ſententia per iu-
dicem appellationis foret retractanda:
nam talia ſtatuta & priuilegia ſumma ra-
tione nituntur, propter poſſeſſorum ma-
litiam, qui totis viribus eò incumbũt, vt
appellando cauſam in infinitum extra-
hant, liteſq; faciant immortales. Præte-
reà iuri Ciuili conſentanea ſunt, per ea
quæ præclarè tradit Bar. in d. l. 2. nu. 9. vbi
omninò vide. & quòd de iure Ciuili ap-
pellatio regulariter in poſſeſſorio nõ ad-
mittatur, text. in l. vnica. C. ſi de momen.
poſſ. Dd. ibid. Bart. latè in d. l. 2. nu. 3. cum
ſequ. licèt ſecùs ſit de iure Canonico, per
tex. in Clem. vnica. de ſequeſt. poſſ. gloſſ.
ibid. in verbo, poſſeſſorio, gloſſ. in c. cum
ad ſedem. §. nos prioris, in verb. interdi-
ctum, in fin. de reſt. ſpoliat. gloſſ. in c. 1. in
verbo, momenti, de cauſ. poſſ. & proprie.
tex. in c. fin. de iudic. gloſſ. ibid. in verbo,
promulgauit. Marant. 4. diſtinct. 9. n. 44.
Et Bal. in l. 2. nu. 22. C. de epiſc. audien. di-
cit, quòd etſi appellatio in poſſeſſorio
procedat: tamen non impedit executio-
nem, nec iudex inhibere debet. Idem tra-
dit Guid. deciſi. 37. num. 1. & adde notata
Bald. in d. l. vnica. nume. 4. in fin. C. ſi de
mom. poſſ. Sed hodiè aliter iudiciorum
vſus, & practica communiter obſeruat:
nam ceſſante † ſtatuto vel priuilegio, ap- 9
pellationes à ſententijs ſuper poſſeſſo-
rio plenario latis, etiam in Camera reci-
piuntur, & executiones ſuſpenduntur.
Itaq;, vt initio dixi, iudex in decernenda
inhibitione circumſpectus eſſe debet, ne
inhibendo cauſæ principali præiudicet,
quia pendente appellatione nihil debet
innouari, dicta Obſeruat. 144. & † poſſeſ- 10
ſor

ſor condemnatus, pendente appellatio-ne dicitur adhuc poſſeſſor, text.not.in l. ſciendum. §. fundum. ff. qui ſatiſd. cog. Bald. plenè in repet.l. tale pactum.§. qui prouocauit.ff.de pact. Philip.Fran.in c.t. nu.31.de appel. quia appellatio ſuſpendit ſentētiam,& executionem iudicis à quo, tex.in c.paſtoralis,§.verum quia,ff.de ap pell.gloſſ.ibid in verbo,dormitaſſe,text. in c. præcipimus. §. hæc ſi appellatio. C. eod.tit.& in l.1.§.fin.ff. ad S.C. Turpilia.
11 vide ſuprà, Obſeru.144.Hinc eſt, quòd † condemnatus, pendente appellatione non dicitur condemnatus,tex.in l.2.§.fi. ff. de pœn. & condemnatus de crimine famoſo, pendente appellatione non ſit infamis,text.in l.furti. ff. de his qui not.
12 infam.gloſſ.ibid.in verbo, inter. Item † condemnatus de crimine capitali, poteſt pendente appellatione condere teſtamentum,text.in l.ſi quis filio.§. hi autem omnes.ff.de iniuſt. rupt.& irrit.fac. teſta.text.in l.qui latronibus.§.fi.ff.de teſtam. Ita Philip.Franc.in d.c.1.num. 29. cum ſeq.

OBSERVATIO CXLVIII.

Sequeſtratio rei tempore perituræ an lite pendente permitti debeat.

SVMMARIA.

1 *Sequeſtratio lite pendente prohibita.*
2 *Sequeſtratio licita, ſi ſit periculum dilapidationis aut interitus rei.*
Iudicium non debet eſſe eluſorium. ibid.
3 *Res tempore peritura, lite pendente, iudicis authoritate vendi poſſunt.*
4 *Res quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, quæ dicantur.*
5 *Cautione ſequeſtrum tollitur.*
6 *Quid de iuratoria cautione.*
7 *Requiſita ſequeſtrationis, remiſſiuè.*
8 *Voluntaria ſequeſtratio prohibita non eſt.*
9 *Voluntaria ſequeſtratione amittitur poſſeſſio, ſecùs eſt in neceſſaria.*
10 *Areſta conſtitutione Imperij prohibita.*

1 ETSI regulariter omnis † ſequeſtratio lite pendente ante ſententiam vtroque iure prohibita ſit:quia ab executione non oportet iudicium inchoare, & poſſeſſorem, durante lite,commodo ſuæ poſſeſſionis priuare, tex.in l.vnica.C.de prohib. ſequ. pecun. text.not.in c.1.vt lit.pendent.& in c.2.de ſequeſt.poſſ.iunct glo.in verb. ſequeſtrari.Panor.ibid.latiſſimè nume.5.cum ſeq. tex.in c.cùm teneamur.de appell. Franc. ibid.nume.1.& 7.Ferrar.in forma ſequeſtrat. tamen hoc in multis caſibus non obtinet,quos enumerant gloſſ. in d. c.2. de ſequeſtr.poſſ. & Dd. in locis allegatis. Singulariter autem fallit, quandò ſubeſt † timor dilapidationis, vel interitus rei, 2
quæ petitur ſequeſtrari:quo caſu,lite pendente,res immobilis,vel alia quę ſeruando ſeruari poteſt,ſequeſtrari poterit: ne iudicium fiat eluſorium, quod eſſe non debet,tex.in l.ſi prętor.ff.de iudic.& in l. ne arbitris.C.de recep.arbitr.& ne executio reddatur inanis, text.in l. Imperatores,§.fin.ff.de appell.gloſſ.ibid. in verbo, apud ſequeſtrum,tex.in l.ab executione, C.quor.appel.nō recip.& in l. ſi cùm dotem,§.ſi verò dotem.ff.ſol.matri.tex.no, in l.ſi fideiuſſor,§.fi.ff.qui ſatiſd.cog. mobilis verò quæ ætatem & moram litis nō fert,ſed tempore fit † deterior, vel omninò perire poſſet,lite pendente,iudicis implorato officio, vendi, & precium loco 3
rei ſequeſtrari poterit, vt notat Ferra.loco allegato,nu.5. cum ſeq.pulchrè Pano. in d.c.2.27.de ſequeſt.poſſ.per tex.not. in l.litibus.C.de agricol.&cenſit.lib.11.&in l. Diuus.§.fin.ff.de pet.hæred. text.not.l. fi.ff.de requir.reis.facit tex.in l.1.§.ſed excipiuntur.ff.de ferijs,& in l.fin.§.fi.C. de administrat.tuto.Bar.in l.intereſſe.nu.3. ff.de acq.poſſ. quod eſt diligēter in praxi obſeruandum. Et memini in cauſa quadam appellationis, appellato alleganti rei emptæ & litigioſæ interitum, qui ex mora litis euenire poſſet,conceſſum fuiſſe per Iudicem & Aſſeſſores Cameræ, per interlocutoriam, vt merces emptas iudicio peritorum, quanti plurimi venderet, & precium ſub cautione idonea vſque ad finem litis penes ſe reſeruaret, eoque ad vſum & quæſtum ſuum vteretur,& fuit poſt concluſionem cauſæ principalis,interiectis aliquod annis, pro appellato pronunciatum, qui merces emptas dicebat eſſe reprobas, & ideò contra emptorem reum & appellantem, vt eas iterum reciperet, & precium reſtitueret agebat:quod cùm detrectaret venditor, appellatione pendente, emptori licentia vendendi merces ſub cautione, vt dictum,data eſt,per text.notab. in d.l.final,

ff.de requi.reis, & in d.l.litibus, & in d.l.
4 Diuus.§.fin. Propriè † dicuntur res, quæ
ſeruando ſeruari non poſſunt, quæ vltra
triennium in naturali ſua bonitate ſine
corruptione conſeruari nequeunt, gloſſ.
ſingul.In l.1.in verbo, vſucapione, C. ſi
aduerſ. vſucap.Iaſ.in l.1.§. fuit quæſitum.
num.31.cum ſequen.ff.ad S.C.Trebell.in
ſecunda lectura, vbi omninò vide.Regu-
5 lariter † ſequeſtratio in caſibus permiſ-
ſis euitari poteſt, ſi idonea ſatiſdatio præ-
ſtetur de rebus conſeruandis, per text. in
l.fin.C.de ordin. Ferra. vbi ſuprà, immò
6 † iuratoria cautione ſequeſtrum tolli
poſſe probatur, per tex.in c.pen.de dona.
inter virum & vxor.gloſſ.ibid. in verbo,
quàm poteſt, tex.in l.1.§.ſuper.C.de aſſer.
tollend.vbi ſingularis gloſſ. in verbo, iu-
ratoriè. ſed hoc ita accipiēdum eſt, ſi per-
ſona offerens iuratoriam cautionem, vi-
tæ integritate ſit conſpicua, & probatæ
exiſtimationis, ſecùs ſi ſit ſuſpecta, & le-
uitatis opinionem apud omnes habeat,
per doctrinam Bartol.in l. vſufructu. C.
de vſufr.& tex.in l.ſi cui.§.1.ff. de accuſa.
gloſ.ibid.in verbo, admittendum, tex.in
l.3.§.ſi curator.ff.de ſuſpec.tuto.glo.ibid.
in verbo, verſatus, text. in l.cùm hi.§.in
perſona.ff. de pact. in quam ſententiam
Camera Imperialis quoq; deſcendit. De
7 † requiſitis ſequeſtrationis, vide glo.not.
in d.l.ſi fideiuſſor.§.fin.in verbo, officiū.
& Guido deciſ.246. vbi docent, quatuor
interuenire debere ad hoc vt ſequeſtra-
tio à iudice permitti debeat. Tria autem
potiſſimum quem ſuſpectum reddunt,
I.paupertas, II.mali mores, III. improbi-
tas anteactæ vitæ, per notata gloſſ. in d.l.
ſi fideiuſſor, §.fin. cum allegatis ibidem.
Prædicta accipienda ſunt de neceſſaria
ſequeſtratione, quę fit ex cauſis legitimis,
iudicis authoritate, parte inuita: nam il-
la regulariter prohibita eſt iuribus initio
8 allegatis: ſecùs eſt in † voluntaria ſeque-
ſtratione, quæ fit ex voluntate & conſen-
ſu partium, nam illa ſemper licita eſt,
tex.in l.ſi ſolutus. ff.de ſolutio. Bartol.
in l.intereſſe.num.1, ff. de acquiren.poſſ.
9 Ex voluntaria † ſequeſtratione poſſeſſio
rei ſequeſtratæ amittitur, ſecùs eſt in ne-
ceſſaria ſequeſtratione, quia tunc cenſe-
tur cauſa cuſtodiæ facta, niſi aliter de
mente iudicis conſtet, per text.in d.l.in-
tereſſe.Bar.ibi.Panor.in d.c.2.de ſequeſt.
poſſ.Ferr.in loco allegato, in verb. aude-
at.nu.1.Adeò autem † arreſta regulariter 10
prohibita & odioſa ſunt, vt etiā ex Con-
ſtitutione Imperij, in Comitijs Spirenſi-
bus, anno 70.promulgata, poſſint in Ca-
mera mādata ſine clauſula ſub cautione
idonea, de relaxado arreſto, decerni. Ra-
tio, quia huiuſmodi arreſta ſine cogniti-
one cauſæ facta, omni iure, vt initio di-
ctū eſt, reprobata ſunt, & ideò valet præ-
ceptum iudicis de relaxando, vt notant
Dd. in l. de pupillo. §. meminiſſe.ff. de
no.oper.nunc.vide ſup.Obſer.13.

OBSERVATIO CXLIX.

Reductio coram quo Iudice petenda.

SVMMARIA.

1 *A ſententia arbitri regulariter non appellatur.*
2 *Reductionis iudex quis ſit.*
3 *Vir bonus in iure quis dicatur.*
4 *Appellare an liceat à iudice reductionis.*
5 *Appellatio regulariter permiſſa.*

VEra & communis concluſio eſt,
quòd caſu, quo reductio locum
habet (regulariter enim à † ſen- 1
tentia arbitri nō appellatur, tex. in l.1.C.
de recep.arbit.& in l.non diſtinguemus,
§.cùm quidam.ff.eod.titul.) iudex ordi-
narius eius, qui reductionem petit, ade-
undus ſit, adiri debet † iudex partis, qui 2
cauſæ eius, cuius petitur reductio, ſemo-
to compromiſſo ordinarius iudex eſt, per
tex.in l.2.C.vbi & apud quem, cognit.re-
ſtitutio agitan.ſit.c.expoſita. de arbitr.&
non iudex laudātis: vnde ſiuè actor, ſiue
reus conqueratur arbitri iudicium ini-
quum eſſe, eam querelam deferre debet
ad iudicem, coram quo cauſa ipſa foret
alioquin (putà ſi cōpromiſſum non fuiſ-
ſet (examinanda, quia petitio reducendi
eſt prouocatio quędam ad iudicem com-
petentem. Ita concludit Bart.in l.ſocie-
tatem.§.arbitrorum.num.21.ff. pro ſoc.
Panorm.in c.quintauallis.nu.39.de iure-
iur. & in c.cùm dilectus.nume.20.de ar-
bitr.Couar.variar.reſolut. libr.2.cap.12.
num.10.Maran.par.6.tit.de appell.num.
114.Ferr.in form.libel. quo agitur ad poe-
nam compro.in ver.nec reductio, num.
1.& num.5. vbi omninò vide.Alex.conſ.
131.num.1.vol.2.incip. In cauſa vertente,
vbi communem dicit.Et Molin.ibid. aſ-
ſerens

ſerens eam opinionem in practica ſer-
uari,quam etiam Camera ſequitur,mul-
tiſq; prçiudicijs confirmaia eſt:licèt con-
tra Bart.quòd ſcilicèt non coram iudice
partis,ſed laudãtis, ad ſimilitudinem ap-
pellaiionis reductio ſit petenda, conclu-
dant,Ang.in l.ſi ſuſpecta,§.fin.nu.2.ff.de
inoffic.teſta.Roma.conſi.265.per totum.
Afflict.deciſi.51.per totam. Sed commu-
nior eſt in contrarium, quia reductio ſit
ad arbitrium boni viri,d.l.ſocietatem.§.
3 arbitrorum.Vir autem † bonus iudex or-
dinarius de iure appellatur,text. in l. vir
bonus.ff.iudic.ſolui.& in l.quod ſi Ephe-
ſi.§.fi.ff.de eo quod cer.loc.tex. expreſſus
in l.continuus.§.cùm ita.ff.de verbo.ob-
lig.Zaſ.ibid.num.3.tex.in l.cæteræ.§.1.ff.
famil.erciſc.Alex.conſi.12.num.2.vol.2.
incip. Puto de iure. Zaſi. in §.actionum.
nu.58.Inſti.de actionib. Ferra.vbi ſup.er-
gò ad ordinarium reductio facienda.An
4 autem à † iudice reductionis,confirman-
te vel retractante laudum appellari poſ-
ſit,variant mirificè interpretes. Partem
negatiuam tenent Bartol. in l.1.num.17.
ff.de leg.2.Ferrar.loco citato,nume.9.&
plures alij, quos citat Conar. d. cap. 12.
numer.3.per rationem, quòd appellatio
non ſit permiſſa, quoties iudex aliquid,
vt vir bonus arbitratur, ſed reductio ſit
ad virum bonum,hoc eſt,iudicem ordi-
narium : ergò appellatio non habet lo-
cum.Plnres rationes recitat Ferra.vbi ſu-
prà,& Alex.conſil.106.num.1. cum ſequ.
volu.3.Incip.Viſo themate. Sed affirma-
tiuam partē, licitam hoc caſu eſſe appel-
lationem,tenet Bal.in l.vnica.num.7.C.
ne liceat in vna ead.cauſ.ter prouo.quia
5 † regulariter in omnibus cauſis, tam ci-
uilibus, quàm criminalibus, appellatio
permiſſa eſt,niſi expreſsè prohibita repe-
riatur,text.in l. & in maioribus.C.de ap-
pella. ſed non reperitur hoc caſu prohi-
bita appellatio,ergò permiſſa cenſeri de-
bet:cùm exceptio firmet regulam,tex.in
l.nã quod liquidè.§.fin.ff.de penu. legat.
Dd.in l.1.ff.de reg.iur.Prçtereà ſententia
reductionis perindè habetur, acſi à iudi-
ce ordinario lata eſſet,igitur beneficium
appellationis grauato auferri nequit,d.l.
& in maioribus.Bal.in l.vnica. Sequũtur
hanc partem,Alex.in d.conſil.106.num.
7.vbi eam æquiorem,veriorem,&magis
communem dicit.Coua.d.c.12.nu.3.& 5.
vbi hanc quæſtionem eruditè, in vtram-
que partem prolixè diſcutir, & authores
huius opinionis ampliſſimè citat:proin-
de eò lectorem remitto. Et licèt Bar.opi-
nio authorum numero vincat, atteſtan-
te Couar.loco citato, num.3.tamen Bal.
opinionem tanquàm æquiorem , & à
multis probatiſſimis authoribus appro-
batam ſequor. Et Molinæus ad d. conſil.
Alexan.106.ſcribit ita in regno Franciæ
practicari.

OBSERVATIO CL.

Quòd reductio ad arbitrium boni viri vſque ad triginta annos peti, & vtrùm à ſententia arbitri appellari poſſit.

SVMMARIA.

1 *Reductio an intra decendium petenda.*
2 *Reductio ſecũdum communem opinionem intrà 30. annos peti poteſt.*
3 *Reductionis petendæ ius perſonale eſt.*
4 *Differentia inter arbitrum & arbitratorem.*
5 *Quomodò cognoſcatur quòd quis ſit arbiter, vel arbitrator.*
6 *Verba rebus ſeruire debent.*
7 *Iurans ſtare mandato Titij, compromittit in eum arbitratorem.*
8 *A ſententia arbitri regulariter non appellatur.*
9 *Laudum ſi ſit nullum vel leſionem magnam adferat, appellare licet.*
10 *Cautela pro petente reductionem.*
11 *Iniquitas euidens quæ dicatur.*
12 *Stipulatio compromiſſo adiecta, loco pœnæ eſt.*
13 *Compromiſſum nudum & ſimplex an emologetur.*
14 *Clauſula, rato manente pacto, quid operetur in compromiſſo.*
15 *An iuramentum habeat vim clauſulæ, rato manente pacto.*
16 *Pactum de appellando à ſententia arbitri, an valeat.*
17 *Arbitrium viri boni, quale eſſe debeat.*
19 *Clauſula, ſola facti veritate inſpecta procedat quomodo intelligenda.*

Contrauertunt Dd. quamdiu, &
vſque ad qnod tempus rednctio
à lando arbitratoris peti poſſit,
Barto.in l.ſocietatem.§.arbitrorum. nu.
22.ff. pro ſoc.dicit, hanc quæſtionē prin-
cipis deciſionem requirere. Spec.titul.de
arbitr.§.ſequitur.num.24.verſi.ſed inter
quod tempus, refert diuerſas opiniones,
& tandem concludit,tutius eſſe, vt intrà
† decendium reductio petatnr, prónt in 1
appellationibns fieri debet, tex.in Auth.

 hodie.

hodie. C. de appell. eò quòd reductio ſit
ſpecies appellationis, tex. in l. non diſtin-
guemus §. cùm quidam. ff. de arbit. Pro
hac opinione apertè concludit Panor. in
c. quintauallis. num. 16. ext. de iureiur. per
tex. expreſſum, in l. penul. §. ſin autem. C.
de recep. arbi. q̄ licèt loquatur in arbitro,
tamen ad arbitratorem quoq; referri po-
teſt: cùm largo modo arbitrator pro ar-
bitro accipiatur, d. §. arbitrorum. eãdem
opinionem ſequitur etiam Caſtr. in d. l.
ſocietatem. nu. 18. quæ ſi vera eſt, conſen-
taneum erit, arbitramentum taciturni-
tate decem dierum emologari, ita vt la-
pſo decendio, reductioni amplius nõ ſit
locus, refert quoq; varias Dd. ſententias
Ferra. In form. libell. quo agitur ad pœ-
nam compromiſſi, in verb. nec reductio,
nu. 2. Sed vera & magis communis con-
cluſio eſt, quam etiam Camera ſequitur,
2 reductionem † peti poſſe vſque ad 30. an-
nos, ſententiam arbitratoris non tranſi-
re in rem iudicatam, nõ producere effe-
ctum, vel actionem in factum ex re iudi-
cata, niſi poſt lapſum 30. annorum, ſecũ-
dùm Bartol. in d §. arbitrorum. num. 22.
circa fin. Alber. ibid. num. 6. vbi commu-
nem dicit, Bald. in l. fin. num. 6. vbi com-
munem dicit, & in l. final. numer. 16. C.
de contrah. emp. Afflict. deciſ. 132. per to-
tam. Maran. par. 6. tit. de appell. num. 112.
communem dicens. Ang. conſil. 315. per
totum. Dec. conſi. 39. num. 6. incip. iuridi-
cam eſſe arbitror, vbi ſimiliter commu-
nem dicit, per multas allegationes. Soci.
ſen. conſi. 220. nu. 2. Patiſ. conſi. 45. num.
59. vol. 1. incip. ſatis concludenter. Ratio
huius communis concluſionis eſt, quòd
3 ius † petendi reductionem ad arbitrium
boni viri, ſit perſonale, & per conſequẽs
non præſcribatur, niſi ſpacio 30. annorũ.
per tex. in l. ſicut. C. de pręſcrip. 30. vel 40.
annorum, cum ſimilibus. Porrò differen-
4 tias † inter arbitrum, & arbitratorẽ, vide
apud Bart. in d. l. ſocietatẽ. §. arbitrorum.
Panor. in d. c. quintauallis. nume. 8. cum
ſequ. vbi 21. differentias colligit: ſed om-
nium præcipua eſt, quòd arbiter partium
conuentione loco iudicis eligatur, ita vt
coram eo, iuris ordine ſeruato proceda-
tur, tex. in l. 1. ff. de recep. arbitr. gloſſ. ibid.
in verbo, compromiſſum, quam omni-
nò vide, & text. in l. penultim. incip. cùm
anteà, §. ſin autem. & §. altera. C. eod. ar-
bitrator verò, qui nulla iuris ſolennitate
obſeruata, controuerſias amicè ex æquo
& bono definiat. Panorm. In d. c. quinta-
uallis. Hinc eſt quòd arbitramentum di-
catur eſſe quædam tranſactio. tex. in Au-
then. ſi contigerit. C. de iud. Iaſ. in l. ne-
mo poteſt, in prima lectura. nume. 64. ff.
de leg. 1. Ad cognoſcẽdum igitur vtrùm
aliquis ſit aſſumptus tanquàm † arbiter, 5
an verò arbitrator, non vocabuli ſignifi-
catio, ſed modus procedendi ex partium
conuentione conſiderari debet: & ideò
ſi in aliquem compromiſſum ſit, vt arbi-
tratorem ea conditione, vt libellum, re-
ſponſiones, & probationes recipiat; &
iuris ordine ſeruato procedat, hic non
arbitrator, ſed arbiter cenſeri debet, text.
in d. l. 1. & in l. idem Pomponius. aliàs in-
cipit. ſi de meis §. recepiſſe. ff. de recep. ar-
bitr. Contrà, ſi in aliquem compromit-
tatur vt arbitrum, ea lege, vt controuer-
ſiam de plano, ſine longo ſufflamine li-
tis, amicè componat, & ex æquo & bono
decidat, hic etſi arbiter appellatus ſit, nõ
tamen arbiter, ſed arbitrator dici, & ap-
pellari debet: verba † enim rebus, non res
verbis deſeruire debent, tex. ſing. in c. hu-
manæ aures. 22. q 5. & tex. not. in l. 2. § ſed
vt ſubtilitati. C. de conſtitut. pecun. & in
l. cùm de laneonis. §. aſinã. ff. de fun. in- 6
ſtruct. text. in l. Labeo. §. ſed de his. ff. de
ſuppell. leg. & in l. 3. §. conditio. ff. de ad-
im. lega. quod tamen intelligendum eſt,
quando conſtat de intellectu verborum,
aliàs in dubio à verbis recedendum non
eſt, tex. not. in c. ex literis. el. 1. de ſponſa-
lib. glo. ibid. in verbo, intelligẽtiam, text.
in l. 1. §. ſi is qui nauem, verſi. in re igitur.
ff. de exercito. act. text. in l. nõ aliter. ff. de
leg. 3. glo. in d. c. humanę, in verbo, verba.
Appellatio itaq; arbitri, nõ facit arbitrũ,
ſed forma compromiſſi: ita tenent Bart.
in d. l. ſocietatem. §. arbitrorum. num. 12.
Panor. in d. c. quintauallis. Roma. ſingu.
515. per totum. incip. partes, vbi vide, an
† iurans ſtare mandato Titij videatur 7
compromittere in eum, vt arbitratorẽ.
Concludit quòd ſic, per tex. in c. veniens,
de iureiur. Panorm. & alij ibi. Item quod
committens cauſam arbitrio principis
decidendam, vbi plerunque in contro-
uerſijs illuſtrium perſonarum fieri ſo-
let, videatur in principem, vt arbitratorẽ
compromittere, vide Bald. in c. 1. num. 3.
de

de inueſtit.in mari.facta,& quæ infra,in
fine huius Obſer.notantur. Et hæc obſer
uatione digna ſunt quóad ſundandam
iuriſdictionem Cameræ in decernendis
proceſſibus,vt forma & modus compro
mittendi diligenter,& antè omnia excu
tiatur,an nimirum ſint arbitri, vel arbi-
tratores à quorum laudo reductio peti-
8 tur. Nam à † ſententia arbitri regulariter
nõ appellatur,tex.in d.l.1.C.de arbit.& in
l.nõ diſtinguemus,§.cùm quidam.verſi.
& idem,ff.eod. Ratio, quia ex ſententia
arbitri non naſcitur actio, vel exceptio
rei iudicatæ,tex.in l.2.ff. de recep arbitr.
gloſſ.ibid.in verbò,exceptionẽ, quæ hoc
in tribus caſibus limitat,ſed metu pœnæ
parẽdum eſt ſententiæ,ſiue æqua,vel ini-
qua ſit,tex.in l.diem proferre, §. ſtari.ff.
de recept.arbitr. Dd in d.l. 1. Panor. pul-
chrè in c.cùm dilectus.nume.17. extrà de
arbit.& in c.2.nu.14.eod.tit. Maran.par.
6.titul.de appellat.nume.150. cum ſequ.
Barto.in d.§.arbitrorum.num.33. Socin.
9 in fallent.regula 17. Fallit, ſi † laudum
contineat enormiſſimam læſionem,vel
manifeſtam,& euidentem iniquitatem:
quo caſu admittitur appellatio etiamſi
iuratum ſit compromiſſum, per text. in
d. l. nõ diſtinguemus. §. cum quidã arbi-
ter,& in l.arbitrorum.C.eod.Socin.ſeni-
or conſi.24.num.8. volum.1. Deci. cõſil.
533.nume.1.incip. iuridicas puto, vbi di-
cit, nulla verborũ ſubtilitate reductio-
nem excludi poſſe,ſi de magna iniquita-
te & enormi læſione conſtet, & hanc eſ-
ſe communem Dd.opinionem teſtatur,
idem tenet Bald. conſil. 380. per totum,
incip. Præmitto quòd iſta.volum. 1. Ma-
rant.vbi ſuprà.Iaſ. in l. nemo poteſt, in
ſecunda lectura.nume. 84. cum ſequ. ff.
10 de leg.1. Proindè † cautela eſt pro petente
reductionẽ, vt in libello ſupplici pro ob-
tinenda citatione,enormiſſimam læſio-
nem, vel nullitatem manifeſtã alleget,
ſeque ad acta,quę notorium faciũt,inter
eaſdẽ partes,tex.in c.fi.de cohab.cleri.cũ
ſimilibus, referat: quo caſu reductio ad-
mitti, & citatio ad deducendam coram
iudice reductionis enormiſſimam lęſio-
nem vel manifeſtam nullitatem, in du-
bio decerni poterit,ſicut appellatio quo-
que in dubio recipienda eſt, Caſtr.in l.1.
nu.4.ff. ſi quis cautio. Alexand. ibid. nu.
21. Deci.conſi.162.num. 1.in fin. incip.in
ſ.

cauſa quæ agitatur,facit tex.in l.ex his.ff.
quæ in fraud.credit. Et ita in Camera, in
cauſis compromiſſi citationes ſæpiùs
obtentæ ſunt. Quæ autem dicatur † eui- 11
dens iniquitas, certa doctrina dari non
poteſt,ſed ex varijs circumſtãtijs vir bo-
nus, id eſt, iudex per allegata ſupra,Ob-
ſer. proxi.arbitrabitur. Panormit. in d.c.
quintauallis,num.33. in fine. vbi hoc ex-
emplis declarat. Prædicta obtinent in
† compromiſſo pœnali vel ſtipulatione 12
firmato:quo caſu à ſententia arbitri nõ
licèt, vt dixi,appellare: ſed ad pœnam,
vel intereſſe,quod loco pœnæ ſuccedit,
ex ſtipulatione agi poterit, d. l. 2. & d.l.
penult.incip.cùm anteà.C.de recept. ar-
bitr. vbi Bartol. & communiter Dd. &
in d.l.diem proferre.§.fi.ff.eod.titul. Pa-
normit.in c.per tuas, nume. 9. eod.titul.
Ratio,quia prouiſio hominis adijcien-
tis pœnam vel ſtipulationem compro-
miſſo,facit ceſſare prouiſionem d.l.cùm
anteà. Secùs eſt ſi ſimpliciter † nudo pa- 13
cto abſque pœna & ſtipulatione com-
promiſſum ſit:nam tunc ceſſante proui-
ſione hominis obtinet prouiſio d.l.cùm
anteà,& locum habet emologatio taci-
ta, putà per lapſum decendij, vel expreſ-
ſa, vt ſi partes laudo acquieſcant,hoc eſt,
ſententia arbitri tranſit in rem iudicatã,
& oritur actio in factum tanquam ex re
iudicata,d.l.cùm antea. Panormit. in d.
c.per tuas. Marant.titu.de appellatio.nu-
mer. 251. Idem etiam obtinet in com-
promiſſo pœnali, vel ſtipulato,ſi adie-
cta ſit compromiſſo clauſula ſalutaris,
† Rato manente pacto, putà compro- 14
miſſo: quia virtute talis clauſulæ duo
compromiſſa facta eſſe intelliguntur,
vnum pœnale,aliud nudum & ſimplex,
ita quod contradictor & pœnam ſolue-
re,& nihilominus ſententiæ arbitri ſta-
re teneatur, Dd.in d.l.1. ff.de arbitr. Bart.
in l.ait prætor,num.1.ff.de re iudic. Spec.
tit.de arbitr.§ 1. Bald.in l. poſt ſententiã.
C.de ſenten.& interloc.omn. iud. Iaſ.in
d.l.nemo poteſt, nume.83. cum ſequ.vbi
magis communem dicit, quem ad hoc
omninò vide. Et Maranta vbi ſupr. Pa-
nor.in c.2.& in c.cum tempore,de arbit.
An autem † iuramentum compromiſſo 15
adiectum habeat vim clauſulæ,rato ma-
nente pacto,vide Bart. & Dd. in l.ſi quis
maior.C.de tranſact. Iaſ.ibid. numer.22.

Panormit & Maraut. vbi ſupr. vbi concludunt quòd ſic: videlicet in tranſactionibus, ſed non in compromiſſis, ꝓpter Auth. decernit ius, aliâs decernimus, C. de recept. arbit. Canoniſt. in d. c. 2. eod.
16 titul. Vtrùm autem † pacto fieri poſſit, quòd à ſententia arbitri liceat appellare in caſibus in quibus non oritur actio, vide Iaſ. in d. l. nemo poteſt, in prima lectura, num. 66. & in ſecunda lectura, nu. 93. ff. de leg. 1. vtrobique dicit communẽ opinionem eſſe, hoc fieri poſſe, non quidem propriè, ſed impropriè, appellationem capiendo pro quadam reclamatione, d. l. non diſtinguemus. §. cùm quidã ff. de arbitr. Dd. communiter in d. l. nemo poteſt, & in d. l. 1. C. de arbit. Bald. ad rubr. C. de appell. Butr. & Imol. in d. c. quintauallis. Et hæc omnia in praxi diligenter ſunt obſeruanda, quemadmodũ illud quoq; vnicè memoriæ cõmendan-
17 dum, quòd quoties quis aliquid in † arbitrium alterius reijcit, vt ſæpe fieri ſolet inter viros bonos, intelligatur ita reieciſſe, vt arbitrium tale præſtetur, quale viro bono conuenit, quod ſit rationi & iuſtitiæ conſentaneum, non vagum, & indiſcretum, ſed ſine dolo, aut lata culpa, & enormiſſima læſione, per tex. in c. in generali, de reg. iur. in 6. gloſſ. ſing. in Clem. ſæpe, §. non ſic tamen, de verb. ſignific. in verbo, defenſiones, quã omninò vide, & tex. not. in l. ſi libertus, ff. de oper. liberto. vbi Celſus ait, ſi libertus ita iurauerit, dare ſe quot operas patronus arbitratus ſit, non aliter fore ratũ arbitrium Patroni, quam ſi æquũ arbitratus ſit: & fore ea mens eſt perſonarum arbitrio ſubſtituentium, vt quia ſperent eum rectè arbitraturum id faciant: non quia immodicè obligari velint, ad idẽ eſt tex. in l. ſi in lege, ff. locati, Bart. ibid. in princ. tex. in l. ſi ſocietatẽ & in l. ſocietatẽ. ff. ꝓ ſocio. tex. not. in l. creditor, §. Lucius, ff. mand. ibi, quatenus res ex fide agẽda eſſet, mandaſſe, tex. in l. ſi quãdo, C. de inoffi. teſtam. tex. in l. fideicõmiſſa, §. quanquã, ff. de leg. 3. gl. ibid. in verb. virũ, Alex. cõſi. 121. nu. 6. vol. 7. incip. viſo proceſſu.
18 Sic in ſimili † clauſula Reſcripti, Sola facti veritate inſpecta procedas, intelligitur de veritate legibus roborata, per tex. in d. Clem. ſæpe. §. non ſic tamen, gloſ. & Dd. ibid. tex. in l. nemo, C. de ſent. & interloc. omni. iudi. ibi, omnes Iudices noſtros veritatem & legũ, & iuſtitiæ ſequi veſtigia volumus, Bal. pulchrè. ibid. nu. 4. Rota deci. 2. ꝑ totã, de reſcri. in nouis. Felin. in c. 1. nu. 51. de cõſtit. & in c. dilecti, filij, nu. 2. de iud. latè Panor. in c. dilecti. nu. 4. de iudi. Roma. ſing. 792. incip. quid important, apoſtilla ibid. Et hæc diligenter in materia arbitraria, ſiue cõpromiſſi obſeruanda ſunt, licèt Arbitrator, æquitate ſeruata, rigori, & ſeueritati Iuris aliquid detrahere poſſit, tex. not. in c. fin. de tranſact. glo. ibid. in verb. æquitate, quæ hoc declarat. Aequitas autem dicitur rectitudo iudicij, naturalem ſequens rationem, Bald. in l. omnes populi, nu. 20. ff. de iuſtit. & iur. per tex. in l. 1. §. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſ. fuer. & in l. 1. in princip. ff. quod quiſq. iur. tex. in l. bona fides, ff. depoſi. Ergo. Arbitrator ab illa rectitudine iudicij in arbitrando, ſi vir bonus dici, & eſſe velit, recedere non debet.

OBSERVATIO CLI.

De expenſis & earum æſtimatione, ſiue taxatione.

SVMMARIA.

1 *Arrhas & penſiones annuas procuratoribus datas, an victor victori reſtituere teneatur.*
2 *Expenſæ neceſſariæ ſunt in quadruplici differẽtia. nu. 6. & 10.*
3 *Taxa procuratorum Cameræ pro quolibet receſſu.*
4 *Subſtantiales receſſus qui, & qui leuiores.*
5 *Alimenta an appellatione expenſarum veniant.*
6 *Sportulæ quæ dicantur.*
7 *Aſſeſſores Cameræ non habent ſportulas.*
8 *Iudex ordinarius gratis iuſtitiam adminiſtrare debet.*
9 *Iudex ex lite non debet captare prædam.*
10 *Nemo ſuis ſtipendijs militare cogitur.*
11 *Executoribus ſportulæ dantur.*
12 *Iuramentum expenſarum in modica ſumma in Camera victori non defertur.*
13 *Modica in iure non curantur.*
14 *Differentia inter expenſas contumaciæ & expẽſas victoriæ.*
15 *Expenſæ retardatæ litis non reſeruantur ad finem litis.*
16 *Aduocatus in propria cauſa an pro patrocinio ſuo aliquid exigere poſſit.*
17 *Damnum ex perſona artificis proueniens an in condemnationem expenſarum veniat.*
18 *Damnum extra litem circa alias res quandò attendatur.*
19 *Damnum aduocati in propria cauſa quomodò conſiderandum.*
20 *Aduocatus in cauſa cum alio communi gratis nõ debet poſtulare.*

21 Iudex

21 *Iudex in expenſis victum condemnare debet, ſi petita ſint.*
22 *Expenſæ non petitæ ſtatim poſt ſententiam adhuc peti poſſunt.*
23 *Iudex in compenſatione expẽſarum an cauſam exprimere debeat.*
24 *Cauſa, in quibus ſententijs exprimenda, remiſſiuè.*

1 INitio litis † clientes conſueue-
runt eſſe liberales, ſuiſq; aduo-
catis & procuratoribus aliquid
arraru nomine largiter dare, vel annuũ
ſalariũ, pro nauanda opera, durante lite
munificè conſtituere. Poſt diffinitiuã au
tem ſentẽtiam. in ſchedula ſiue deſigna-
tione expenſarũ, inter alias expenſas, lite
durante factas, etiã huiuſmodi arras, &
mulrorũ præteritorum annorũ ſolutas
penſiones ponunt, earumq; reſtitutionẽ.
à parte victa, & in expenſis condemnata
petunt. Fuit ſæpè quæſitũ, an harũ expen-
ſarum ratio in taxatione habenda ſit.
Concluſum, ꝙ nõ: eò quòd ſint delicatæ,
& voluntariæ, quatũ rationẽ iudex habe-
re nõ debet, per tex. notab. in l. inter quos
§. fi. cum l. ſeq. ff. de dam. infect. & in l. ſi
ſeruus, in fine de pig. act. tex. in l. properã
dum. §. ſin aũt ex geſtis. C. de iud. Quid e-
nim ad partẽ victam, ꝙ victor tã effusè,
& ſplẽdidè expenſas fecerit? Itaq; iudicia-
lium & neceſſariarũ, quæ propter ipſam
cauſam factæ ſunt, circa litis inſtructio-
nem & proſecutionem cauſæ ratio tan-
tùm habenda eſt, text. in c. finem litibus,
extr. de dolo & coutum gloſſ. ſing. ibid.
in verbo, expenſas, text. in c. cùm veniſ-
ſent, in fin. de eo qui mittit in poſſ. & in
c. cùm dilecti. § fin. de dolo & contum.
gloſſ. in c. in noſtra, in verbo, damnorũ,
de iniurijs, Authẽ. de iudicib. §. oportet.
Oportet, inquit tex. expenſarũ rationẽ in
dices habere, glo. notab. in §. his qui cau-
ſas, in verbo, diſpoſita, eod. tit. & tex. in d.
l. properandũ, §. ex geſtis, Spec. in §. po-
ſtremò, in tit. de expenſ. latiſſimè Panor.
In d. c. finẽ litibus. Sunt aũt huiuſmodi
2 neceſſariæ, & † iudiciales expenſæ in qua-
druplici differẽtia. Nam quædã ſunt quæ
fiunt in iudicio, putà, ad inſtruendum, vt
dixi, proceſſum, ꝓ opera aduocatiõis in
concipiendo libello, alijſq; ſcripturis, at-
que productis, ad ipſam cauſam pertinẽ-
tibus cõficiendis, quæ quidẽ ſcripturę vel
producta taxari debent ſecundùm quali-
tatem perſonarum, & magnitudinẽ cau-
ſæ: ita tamen, vt non habeatur foliorum
& loquacitatis, an pullatis nugis pagina
turgeſcat, ſed potius doctrinæ & ingenij
ratio, an nimirum pertinentia vel im-
pertinentia ſcripſerit aduocatus, nec ne,
cõſiderari debet, quid ſcripſerit, nõ quã-
tum ſcripſerit: verba non numerari, ſed
res ponderari debẽt. Item expenſæ quæ
dantur procuratoribus in proponendis
& exhibendis partium iuribus, tam ſcri-
pto quàm viuo vocis oraculo conſide-
randæ ſunt. In Camera † more maiorũ, 3
pro quolibet receſſu ſubſtantiali, vt vo-
cant, taxatur procuratoribus dimidiatus
florenus, pro leuioribus verò quarta pars
floreni. Subſtãtiales receſſus ſunt, repro- 4
ductio citationis, ſiue introductio cauſę,
libelli exhibitio, litis conteſtatio, reſpõ-
ſio ad libellum, iuramentum calumniæ,
petitio commiſſariorum pro exami-
nandis teſtibus, publicatio eorundem,
accuſatio contumaciæ, concluſio cauſæ,
& nonnulli alij receſſus qui ad ordinem
iudicij & cauſæ merita pertinent, de
quibus in c. quoniam contra, de proba-
tio. gloſſ. in l. prolatam, in verbo, ſoli-
tum, C. de ſent. & interloc. omni. iudic.
Leuiores receſſus ſunt, petitio termini,
recognitio ſigillorum, petitiones pro ſe-
cunda vel tertia dilatione, pro termino
dando, vel dato prorogando, & ſimiles
qui incidenter proponuntur, vti ex vſu
forenſi conſtat. Harum quoque expenſa-
rum appellatione veniunt expenſæ, quæ
dantur notarijs, vel nuncijs, pro confi-
ciendis inſtrumentis, vel faciendis exe-
cutionibus proceſſuum, text. in l. ſanci-
mus. C. de iudic. & in l. 1. §. in honorarijs.
ff. de var. & extraord. cogn. Specu. d. titu.
de expenſ. §. poſtremò dicendum, num.
21. Item expenſæ quæ fiunt in Cancella-
ria pro redimendis proceſſibus, pro co-
pijs actorum, pro executorialibus, & ali-
is neceſſarijs ſcripturis, ad cauſam prin-
cipalem immediatè pertinẽtibus. Secũ-
do modo expenſæ neceſſariæ & iudicia-
les dicuntur, quæ fiunt pro examine te-
ſtium, tex. not. in l. quoniam. C. de teſtib.
& in l. eos. §. ſi quid autem. in fi. C. de ap-
pel. & in d. l. ſancimus, text. in c. cùm pro
cauſa. de procurat. Panor. in d. c. finem li
tibus. num. 31. vbi vult, quòd etiam † ci- 5
baria harum expenſarum nomine veni-
ant,

ant,detractis ijs quas domi facturus fuiſ-
ſet: niſi domi vixiſſet ex artificio, & ad
hoc eſt gloſſ not.in c.ſtatutū, §. inſuper.
in verb.moderatas,de reſcri.lib.6.tamet-
ſi hoc tam accuratè in Camera non ob-
ſeruetur. Tertio modo expenſæ neceſſa-
6 riæ † & iudiciales dicūtur, quæ iudicibus
dātur, quas ſportulas vocamus (**leg oder gericht gelt**) tex. in Authen.de iudicibus.
7 §.ne aūt.In Camera † Aſſeſſoribus nullæ
dātur ſportulæ,eò quòd ex publico à Sta-
tibus Imperij ſalariū annuum habeant:
& hoc quoque regulariter verum eſt in
8 omni † iudice ordinario, habente ex pu-
blico certum ſalarium,qui iuriſdictionē
nullo pattiū ſumptu exercere,ſed iuſtiti-
am gratis adminiſtrare debet,per tex.ex-
preſſum in Auth.vt iudices ſine quoquo
ſuffrag.§.ſcriptū eſt exemplar. glo. ibid.
in verb.auaritiā,tex.in Auth. vt nulli iu-
di.§.ſi verò cōtigerit,& in Auth.de mād.
prin.§.illud tamē l.plebiſcito.ff. de offic.
pręſid.tex.in l.ſolēt.§.fi.ff.de offi.procōſ.
& leg.tex.in c.ab omni.de vita & honeſt.
cleric gloſſ.ibid.in verb. gratis ſimiliter,
Panor.nu.12.d.c.ſtatutū.§.inſuper.de re-
ſcrip.lib.6.glo.ibi.in verb. graris. Philip.
Franc.nu.11.Spec.tit.de ſalar.iudi.nu.8.&
9 13.per rationem,quòd alienum † iurgiū,
non debet eſſe præda iudicū,per tex. in l.
omnes.C.ad leg.Iul.repet.ſed delègati iu
dices rectè ſportulas à partibus accipiūt,
10 moderatas tamen: quia nemo † ſuis ſti-
pendijs militare cogitur,tex.in c. iā nūc,
§.fin.28.q.1.& in c.cū ex officij,§. nos igi-
tur,in fin.de præſcrip,tex.in c. cū ſit Ro-
mana,de Symonia , & nemo de ſuo be-
neficiū facere cōpellitur , munera enim,
non ſumptus prohibētur , & merces,la-
borū comes eſſe debet,tex.in d. Auth. de
iudicib.§.ne aūt,glo. notab.ibid.in verb.
pedaneis,glo.in d.c.cū ab omni,in verb.
præter expēſas,& in verb.nomine, gloſſ.
ſing.in d.c.ſtatutū,§.inſuper,in verb. mo
deratas,quæ hoc limitat in Delegato ad
vniuerſitatē cauſarū, quod ipſius officiū
debeat eſſe gratuitū ꝑ allegata , ibid. Imò
& ipſi quoq; iudices ordinarij,ſi nō habe-
ant certū ſalariū, licitè aliquid à partibus
accipiūt,glo.in d.l.plebiſcito in verb.po
culentū.Sali.in l.iubemus,num.3.C.ad l.
repet.d.Auth,de iudicib.§.ne autem, vbi
ſportularū modus præſcribitur. Quarti
11 generis † expēſæ ſunt, quæ dātur ipſis exe

cutoribus, quas ſimiliter ſportulas voca-
mus,tot.tit. C.de ſpor.& ſump. in diuer-
ſis iud.faciend. Vide de iſtis quatuor ex-
penſarum ſpeciebus,Spec.in d.tit. de ex-
penſ.§.poſtremò,nu.21.Itaq; ꝓ cōcluſio-
ne obſeruandū, iudicē neceſſarias & iu-
diciales expēſas,nō aūt delicatas & volū-
tarias taxare debere, ne plus æquo partē
victā grauet : itē ratio haberi debet eius
impenſæ,quæ modū probabilē non exce
dit:itē honeſtus modus ſeruādus eſt , nō
immoderata cuiuſq; luxuria ſubſequen-
da,ita tex.in d.l.inter quos. §.fin.cū l.ſeq.
ff.de damn.infect. Fit aūt æſtimatio ex-
pēſarum præuio iuramēto , quod per in-
terlocutoriā victori,facta taxatione , de-
fertur,per tex.in Auth.de iudicib.§.opor
tet.& in d.l.ſancimus, iuncta Auth. poſt
iuſiurandū.C.de iud.tex.in c.fi.ext.de his
quæ vi met.cauſ.glo.ibid.in verb.taxati-
one,Ang.in §.prætereà. Inſtit. de iniuri-
is.Obſeruandū tamē, ꝙ † iuramentū ex- 12
penſarū in Camera in parua ſumma à
parte nō exigatur,putà ſi ſumma taxata
ſit infrà viginti florenos Rhenēſes, quo
caſu iudex ſimpliciter taxat expenſas , &
partē aduerſam ad refuſionē condēnat,
nullo victori delato iuramēto , quia in
modicis ceſſat pręſumptio periurij.Quò
pertinet ꝙ de † modico nō curet prętor, 13
tex.in l.ſcio.ff.de reſt.in integ. glo.ibi.in
verb.ſummā,ſic modicū damnū nō prę-
ſtat colono remiſſionē penſionis, tex.in
l.ſi merces.§.vis maior. ff. locat. Et in a-
lienatione rei eccleſiaſticæ in minimis
non eſt neceſſaria ſolēnitas iuris, de qua
in Auth. hoc ius porrectū , C. de ſacroſ.
eccleſ.tex.in c.ſine exceptione.12.q.2.Al-
ber.Brun.in tract.ſtatutorū.art. 9.nu.96.
cū ſeq.quē ad hoc omninò vide,quia in-
finita exempla cumulauit,in quibus mo
dicum non curetur,aut aliquod præiudi
ciū adferat.vide quoq; glo.in d.l.ſcio.Eſt
quoq; † differētia inter expēſas cōtuma- 14
ciæ,& expenſas ratione victoriæ:priores
debentur actione in factū,tex.in l.vnica.
§.fi.ff.ſi quis ius dicent.nō obtemp.gloſſ.
ibid.in verbo,hoc iudicium, Bart.& Bal.
ſimiliter:poſteriores veniunt officio iu-
dicis,vt notatur in l.terminato.C.de fru
ctib.& lit.expenſ. Secunda differētia eſt,
quòd appellatione expenſarum ratione
contumaciæ, veniant non ſolùm expen
ſæ litis,& retardati proceſſus,verùm etiā
damna

damna,intereſſe,& deteriorationes,glo.
ſolẽnis in l.1.in verbo,tenebitur. ff. de a-
lienat.iud.mut.cauſa fac.Bar.ibid.cũ ma
gna cõmendatione gloſſæ. idẽ Bart. in l.
cum quẽ temerè.ff.de iudi.& in d. l. vni-
ca §.fin.nu.3.Iaſ.in d.l.properandũ.§. ſin
aũt alterutra,nu.13. Boër. deciſ. 52. nu.6.
part.1.ſecùs eſt in expenſis victoriæ, quia
tunc veniunt expenſæ ratione litis tan-
tùm,d.l. ſancimus,cũ ibi notatis.C.de iu
di.Boër.d.deciſ.52.per rotã, vbi omninò
vide.Bart.in d.l.1.nu.1.ff.de alie.iud. mu-
tan. cauſa facta. & in locis ſuprà allega-
tis.Iaſ.in d.§.ſin aũt.vide Dd.in c. finem
litibus.de dolo & contuma. Præterea ex-
15 penſæ † retardati proceſſus nõ reſeruan-
tur ad finẽ litis, ſed in quolibet articulo
qui proceſſum impedit, victori refici de-
bent, nõ expectata diffinitiua ſententia,
tex in l.pen.C.de fruct. & lit. expẽſ. Bart.
ibid.Bal.in l.generaliter.nu.4. C.de reb.
cred.Feli.in c.ſignificantibus, nu.25.de li
bel.oblat. vbi omninò vide. Et ita Came
ra obſeruat,Ordinat.tit.50.§.7.par.3. Illa-
rum aũt expenſarnm ratio tantùm ha-
benda eſt, quæ factæ ſunt ſuper articulo
retardante proceſſum, & nõ ad alios ex-
tenſio fieri debet, quod in taxatione dili
genter eſt obſeruandũ,tex.in c.1.de reſti.
ſpolia.in 6.& in c.1.§.ſi quis,vbi. Ancha.
16 nu.5.de except.eod.lib. An aũt † Aduoca-
tus vel Procurator in propria cauſa , ſi
aduerſarius ei in expenſis cõdemnatus,
aliquid honorarij pro opera nauata , &
tantùm,quantum alij aduocato ſoluere
debuiſſet.exigere poſſit,in Camera ex fa
cto quæſitum memini.Sed placuit eũ ni-
hil eo nomine, ſed tantùm expẽſas litis
exigere poſſe:&ità ab anteceſſoribus me-
is obſeruatum quoquè fuit , vt in cauſa
Schwambach/ contra Licentiatũ Root.
12.Octob.Anno.50.per glo.in l.fi. in ver-
bo,cùm quidã.C.de fruc.& lit. expẽſ quã
ad hoc inducunt cõmuniter Dd.ibi.Bar.
nu.7.Bal.nu.12.Ang.nu.3. Spec.d. titu.de
expenſis,§.poſtremò.num.8.Boër. deciſ.
210.nu.4.Bar.in l.ſtipulatus es.nu.3.ff.de
fideiuſſorib.Iaſ.in d.l.properandũ. §. ſin
aũt alterutra,nu.14.Bar.in l. ꝙ ſi domus,
per illum tex.ff.locati.qui tex.ad hoc op-
17 timè facit. Hæc † tameu cum aliquo mo
deramine & limitatione accipiẽda ſunt,
vt nõ procedãt, ſi aduocatus aliquid per
modũ damni,& intereſſe peteret, quòd
videlicet eã ob cauſam tẽpore excluſus,
alijs operã ſuã locare non potuerit , ſicq;
damnũ ex patrocinio cauſæ propriè paſ-
ſus fuerit, quia officiũ nemini damno-
ſum eſſe debet,tex.in l.ſed ſi quis, ff. quẽ-
ad.teſtam.aper.& in l.ſi quando, §.cũ o-
portet,C.de teſtib.tex.in l.ſi ſeruus com-
munis,§.quod vero,verſ. idq; euidẽtius,
ff.de furt. Et licèt Bal.in d.l.fi.C. de fruct.
& lit.expen. indiſtinctè teneat,nihil pre-
ſtandũ eſſe:tamẽ benignior & ęquior ſen
tẽtia eſt,hoc caſu damnorũ rationẽ ha-
bendã,vt expreſsè tenet Panor. in d.c. fi-
nẽ litibus,de dol.& contu. Iaſ.in d. §. ſin
aũt alterutra.nu.14. Ratio quia † licèt in 18
expẽſis victoriæ, veniant tantùm expẽſæ
circa litẽ factæ,& non damna circa alias
res ipſius victoris,vt ſuprà dixi : tamẽ il-
lud ſingulariter non obtinet , quãdò dã-
num in perſona petentis cõſiſtit, vt ſi ta-
lis ſit ꝑſona , quę ex arte ſua lucrũ ſaciat,
Iaſ. vbi ſup.uu.13.cũ ſeq.dicens, ſi artifex
diu litigauit,& ſic vacauit ab officio & la
bore ſuo , quod iſtius dãni ex ꝑſona ſua,
ratio in condemnatione expenſarũ ha-
benda ſit. Ita tenet Spec. d. tit. de expẽſis.
§.fi.verſ.quid ſi victor artiſex. Antho.de
Butr.in d.c.finẽ litibus.Barto.in l.ſi ꝓcu-
rator.§.ff.rem rat.hab.Caſtr. ibi. & ita in-
telligendus eſt text.in §.hæc autẽ omnia
Inſti.de pœna teme.litig.Circa hãc limi-
tationẽ,meo iudicio, conſiderare debet
† iudex magnitudinẽ cauſæ, & qualitatẽ 19
perſonarũ:& ſiquidẽ cauſa grauis ſit,quę
longa & difficili inſtructione opus ha-
beat, in qua multũ laboris inſumendũ,
& ob eã alia negotia poſtponenda,quod
ex actorũ relatione perſpicuum eſſe po-
terit,tunc rectè huiuſmodi dãna ex per-
ſona ſeruiẽtis prouenientia,in condem-
nationẽ expenſarũ venient , & iudex ea-
rũ rationẽ meritò habere debet : ſi verò
cauſa nõ ſit magni momenti,aut parum
difficilis,ita vt veriſimiliter ob eã nihil
ſit neglectum,ſecùs cẽſendũ eſt, per iura
allegata.Secundò † limitatur, vt non ꝓ- 20
cedat in conſorte litis,ſi aduocatus cum
alio cauſam cõmunẽ habeat , quia quó-
ad illum non tenetur gratis poſtulare &
patrocinium præſtare,& ideo laboris ſui
mercedẽ habere debet, ꝑ iura ſuprà alle
gata,Boër.d.deciſ.210. Porrò regula illa,
† victum victori in expenſis condemnã- 21
dum,ꝓcedit,ſi petitæ ſint à parte expen-

ſæ: ſecùs ſi nõ ſint petitæ, quo caſu poteſt
iudex ſi vult, ex officio cõdẽnare victũ in
expenſis. tex in d. l. properãdum. §. ſin au-
tẽ alterutra. C. de iud. Bar. ibi. Alex. ſimi-
liter. nu. 30. cũ ſeq. Iaſ. latè nu. 27. idẽ in l.
vniuerſa. num. 4. C. de precib. Imp. offer.
Maran. par. 6. tit. de libelli oblatione, nu.
12. pulchrè Panor. in c. ſignificauerũt. nu.
10. de exceptionib. Et ita in Camera ob-
ſeruatur. Dicuntur aũt expẽſę petitæ, ſi li-
bello adiectæ ſint clauſulæ ſalutares: Pe-
to mihi ius, & iuſtitiã miniſtrari, omni
meliori modo: quia tũc pars cẽſetur im-
ploraſſe officium iudicis, nõ ſolũ ſuper
principali, ſed etiã ſuper acceſſorijs, argu.
d. l. fi. C. de fruct. & lit. expen. Dd. in d. §.
ſin aũt alterutra. vbi Iaſ. nu. 30. & nu. 32. di-
22 cit perpetuò menti tenẽdum, ꝙ † expẽſæ
non petitæ poſſint adhuc peti à parte per
totã illã diẽ, qua iudex tulit ſententiã: cũ
per totã illã diẽ poſſit iudex ſupplere ſen
tentiã, tex. in l. Paulus. 1. in fi. ff. de re iud.
glo. in l. terminato. in verbo, quò minus.
C. de fruct. & lit. expenſ. Bar. ibid. ſed hoc
in Camera nõ obſeruatur. Poſtremò etſi
23 de iure † cõmuni in cõpenſatione expẽ-
ſarum iudex cauſam cõpenſandi in ſen-
tẽtia exprimere debeat. tex. in §. oportet.
in Auth. de iudicib. Spec. tit. de expẽſis. §.
poſtremò. circa principiũ. Dd. in d. c. finẽ
litibus. Iaſ. in d. §. ſin aũt. nu. 10. vbi dicit
illud ꝑpetuò notãdũ: tamẽ Camera hoc
quoq; nõ obſeruat, ſed generalibus ver-
bis fit cõpenſatio expenſarũ ob iuſtã cau
ſam litigãdi, putà ex iuſtis cauſis animũ
iudicis mouentibus, auß beweglichẽ vrſa-
chen / facit tex. not. in c. ſicut nobis. §. fin.
24 de ſent. & re iud. In † quibus aũt caſibus
de iure cõmuni cauſæ in ſentẽtia expri-
mẽdæ ſint, vide ꝑ Feli. in c. quóad conſul
tationem, nu. 1. in fine, de re iudi. & in d.
c. ſicut nobis, eod. tit. Dd. in d. l. properan
dum. §. illo proculdubio. Et hæc in mate
ria expenſarũ, quia quotidiana ſunt, ꝓli-
xiùs annotaui: pleniſſimè vero Dd. in d.
l. properandum. §. ſin autẽ alterutra. vbi
vide, & in alijs locis ſuprà citatis.

OBSERVATIO CLII.

Appellatus ſi in cauſa appellationis ſuccumbat, an in expenſis condemnandus ſit.

SVMMARIA.

1 *Victus victori etiam in cauſis criminalibus in expẽſis condemnandus.*
2 *Iudex per calumniã inquirens tenetur parti læſæ.*
3 *Iuſta cauſa litigandi excuſat ab expenſis.*
4 *Appellans indiſtinctè in expenſis condemnandus.*
5 *Quid eſt appellatio.*
6 *Conſilia duorum clariſſimorum Iureconſultorũ pro ſe habens, iuſtam cauſam litigandi habet.*
7 *Triplex pœna temerè litigantium.*
8 *In Camera pœna temerè appellãtis eſt arbitraria.*
9 *Appellatio debet eſſe innocentiæ remedium, non ini quitatis defenſio.*

Reguia, quòd † victus victori in 1
expẽſis condẽnari debeat. tex. in
l. ꝓperandũ. §. ſin aũt alterutra.
C. de iudi. & in c. finẽ litibus. de dolo &
cõtu. glo. ſing. ibid. & cõmuniter Dd. l. eũ
quẽ temerè. ff. de iud. nõ ſolũ procedit in
cauſis ciuilibus, ſed etiã in criminalibus,
ſiue ꝓcedatur per viã accuſationis, ſiue
denũciationis, aut inquiſitionis, per tex.
in d. §. ſin aũt alterutra. Iaſ. ibi. nu. 21. cũ
ſeq. tex. in l. qui crimẽ. C. qui accuſa. non
poſſ. glo. ſing. in c. cùm dilecti. §. fi. in ver
bo, fin. de dol. & cõtu. Bart. in l. 1. ff. ad S.
C. Turpil. & in l. ſi poſtulauerit. ff. ad l.
Iul. de adulte. idq; nõ ſolùm in parte, ſed
etiam in iudice, malè vel calumnioſè in-
quirente procedit: nã eo caſu † iudex ad 2
expenſas & intereſſe parti læſæ tenetur,
adeoq; criminaliter puniri poſſet, tex. in
l. ſęueriter. C. de excuſ. tuto. Bal. ibi. idem
ad rubr. C. de pœna iudicis qui malè iud.
Iaſ. in d. §. ſin aũt, vbi hoc tribus modis li
mitat. Fallit aũt iſta Regula, quãdò quis
iuſtam litigandi cauſam habuit: quo ca- 3
ſu expenſæ cõpenſantur, tex. in l. qui ſo-
lidũ, §. etiam. ff. de leg. 1. tex. in §. oportet.
Auth. de iudicibus. d. §. ſin aũt alterutra,
vbi cõmuniter Dd. & Iaſon. ibid. nu. 8. cũ
ſeq. vbi nouẽ cõcluſionibus oſtẽdit, quã-
dò quis dicatur habere iuſtã cauſam liti-
gandi, & regulã principalẽ cum ſuis am-
pliationibus & limitationibus egregiè
declarat. Sed quoniã ſæpè accidit, ꝙ ap-
pellatus in ſecũda inſtãtia ſuccumbat: ꝙ
videlicet iudex appellationis pronunci-
at, malè iudicatum, & benè appellatum,
das durch Richter voriger Inſtantz vbel ge
urtheilt / vnd wol dauon appelliert ſeye / du
bitari ſolet: vtrùm hoc caſu appellatus
ex regula generali, victus victori &c. in
expenſis quoq; condemnari debeat. De
† appellante non eſt dubium quin indi- 4
ſtinctè condemnandus ſit, d. c. finem liti-
bus. glo. ibi. in verbo, expenſas, text. in c.
ſæpè. §. fi. de appel. & in c. vt debitus. eod.
tit. &

tit.& in l.eos.§. ne temerè. C. eod. titul.
5 Idem nonnulli volunt etiam † in appel-
lato, vt refert Bald. in l. generaliter. §. ſed
iuramento, num. 8. C. de reb. cred. Capel-
la Tholoſ. quæſt. 222. Sed benignior &
magis cõmunis opinio eſt, diſtinguendũ
eſſe, vtrùm appellatus ex iiſdem actis in
cauſa appellationis ſuccumbat: an verò
ex nouis probationib⁹ nouiter deductis
& probatis, beneficio l. per hanc. C. de
temp. appel. Primo caſu concludunt, ap-
pellatum in expenſis condemnandum,
per rationem, quod licèt appellatus ha-
beat ſententiam pro ſe latam, attamen
iuſtam cauſam litigandi non cenſeatur
habuiſſe, quia præſumptio illa iuſtitię, ap
pellationis interpoſitione eliditur, om-
niaque quaſi in priſtinum ſtatum repo-
nuntur, per allegata ſupr. Obſeruat. 144.
ideoque peritiores conſulere, & com-
perta iniuſtitia, ſententiæ & liti renun-
ciare debuiſſet: quod quia prætermi-
ſit, in culpa eſt, per notata Mattheſi.
ſing. 81. nume. 1. incip. nota regulam. Ca-
pella Tholoſ. d. quæſt. 222. glo. in c. igno-
rantia, de reg. iur. in 6. in verbo, ignoran-
tia, dicens, in cauſa principali probabilẽ
errorem ab expenſis excuſare, cùm ſit er-
ror facti, qui in probationibus, & ſic
in facto conſiſtit: ſecùs ſi ſit error iuris,
veluti ſi in cauſa appellationis ex iiſdem
actis ſententia proferatur: nam tunc vi-
ctum etiam in expẽſis condemnandum
eſſe. Altero vero caſu compenſationem
expenſarum faciendam putant, Dd. in
d. l. generaliter. §. ſed iuramento, & §. ſi iu
dex. Panor. in d. c. finem litibus, num. 25.
Iaſ. in d. §. ſin autem alterutra, nu. 23. cum
ſeq. Archi. in c. cordi. de appel. in 6. Ang.
in l. negotiorum, in prin. extr. de appell.
Sed Bald. in d. §. ſed iuramẽto, exiſtimat
relinquendum arbitrio & diſcretioni iu
dicis, vtrùm appellatus habuerit iuſtam
cauſam litigandi, nec nè. Cuius opinio-
nem, vt plurimum Camera ſequitur, &
communiter ſuccumbente appellato, fit
expenſarum compenſatio, adeo vt non
meminerim aliter obſeruatum: tametſi
Salic. in d. §. ſed iuramento, ſecũdum di-
ſtinctionis membrum, cum aliquo mo-
deramine, vt ibi per eum, accipiat. Regu-
lariter enim appellatus iuſtã cauſam liti
gandi habere preſumitur, cùm ſententiã
ꝑ ſe habeat, & ab appellãte citatus cõpa-
rere, ſeq; defendere debeat, ius enim in
inuitum redditur, tex. in l. inter ſtipulan-
tem, §. ſi Stichum, ff. de verb. oblig. gloſſ.
in c. 1. in verbo, interrogatus, de iudicijs.
Iaſ. in d. §. ſin autem, num. 24. & Dd. vbi
ſupr. idq; omniũ maximè ꝓcedit in caſu
& facto, ꝓpter incertũ & dubiũ litis euen
tũ, perplexo & dubio, & in quo ſint pug-
nãtes & alternãtes Dd. opiniões, ꝑ tex. in
l. 1. C. de profeſſorib. qui in vrbe &c. libr.
12. c. 1. de poſtul. prælato. gloſſ. in l. 1. C. de
legib. in verbo, iusq;. Anchar. in Clem. ne 6
Romani, nu. 2. de elec. Marthe. d. ſing. 81.
vbiq; per † iura allegata concludunt iu-
ſtam litigandi cauſam habere eum, qui
conſilia duorum clariſſimorum Docto-
rum pro ſe habet, Dd. in d. l. properandũ
§. ſi autem alterutra. Porrò obiter quoq; 7
in materia expenſarum obſeruandum,
quòd de iure ciuili triplicis † generis pœ-
næ contra temerarios litigatores reperi-
antur: vna 50. librarum auri, text. in l. ab
executione. C. quor. appel. nõ recip. gloſ.
ibi. in verbo, mulctandos. Altera pœna
eſt extraordinaria ad arbitrium iudicis,
iuxta tex. l. eos. §. ne temerè. C. de appell.
glo. ibi. in verbo, pœnam. Tertia pœna
eſt amiſſio cauſæ, & nota infamiæ, tex. in
l. à proconſulibus. C. de appel. Bart. ibid.
& Marant. part. 6. titu. de appel. num. 336.
vbi docent, quandò & in quibus caſibus
huiuſmodi pœnæ locum habeant. De
iure Canonico ſunt mitiores pœnæ, vt
notant Dd. in c. cum appellationibus fri 8
uolis, de appella. in 6. Maranta vbi ſupr.
In Camera † pœna temerè litigantis ar-
bitraria eſt, pro magnitudine cauſæ, &
qualitate perſonæ: & condemnari ſolet
temerarius litigator vltra expenſas, eti-
am procuratori fiſci in aliquot marcas
auri puri, vel argenti. Atque vtinam hoc
ſæpè fieret, vt metu talium pœnarum à 9
temerarijs appellationibus calumniato-
res abſtinerent: appellatio † enim nõ eſt
inuẽta, vt ſit iniquitatis defenſio, ſed in-
nocentiæ remedium, tex. in c. ad noſtrã.
de appel. glo. ibid. in verbo, in ſua nequi-
tia. & tex. in c. cum ſpeciali. §. porrò. eod.
tit. & in l. præfecti etiam prætorio. ff. de
minoribus. 25. annis. gloſſ. in d. c. cum
appellationibus, in verbo, deferen-
dum.

FINIS LIBRI PRIMI.

PRACTICARVM OBSERVATIONVM, TAM AD PROCESSVM IVDICIARIVM, QVAM CAVSARVM DECISIONES PERTINENTIVM, LIBER SECVNDVS, EX POSTREma Authoris recognitione, auctior & caſtigatior.

EDITIO TERTIA.

DE CONTRACTIBVS.

OBSERVATIO I.

De confirmatione Contractuum & Priuilegiorum.

SVMMARIA.

1 *Contractus à iudice confirmari poſſunt.*
2 *Abundans cautela non nocet.*
3 *Confirmans nihil noui dat.*
4 *In loco confirmationis contractus forum quis non ſortitur.*
5 *Confirmatio priuilegiorũ veterũ nihil noui tribuit.*
6 *Iudex ſententiam declarando nihil noui facit.*
7 *Princeps mandans iuſtitiam adminiſtrari nõ facit eum delegatum.*
8 *Confirmationis natura quæ.*
9 *Effectus confirmationis contractuum.*
10 *Iudicis authoritas doli præſumptionem excludit.*
11 *Citari debet pars altera ad videndum actus inter partes habitos confirmari.*
12 *Cõfirmatio Principis ex certa ſciẽtia quid operetur.*
13 *Clauſula ſupplentis defectũ quomodo intelligenda.*
14 *Confirmatio priuilegiorum ſine præiudicio tertij intelligitur.*
Ideoq; in ijſdem citatione partis opus nõ erit. ibid.
15 *Confirmatio priuilegiorũ an probet antiqua priuilegia.*
16 *Confirmans quando aliquid noui dare intelligatur.*
17 *Generalis cõfirmatio Principis quomodò intelligẽda.*
18 *Priuilegium ex falſa cauſa conceſſum non valet, ſicut nec ſententia.*
19 *Confirmatio quandoq; ex natura actus fieri debet.*

Contrahentes à Iu-
dice ordinario eiꝰ
officio implorato,
1 contractus † cõfir-
mationem petere
poſſe, eamq; iudicẽ
præſertim ſi de v-
triuſq; partis con-
ſenſu conſtet denegare non debere cer-
tum eſt, per text. notab. in l. ſi quos ſpon-
tà neos. C. de decur. lib. 10. Bar. ibid. nu. 2.
Plat. ſimiliter, nu. 2. c. fi. extr. de tranſact.
Vital. de Camba. in tractatu clauſula-
rum, in clauſula quatenus ritè & rectè
proceſſerit, nu. 9. cum ſeq. pro ratione fa-
cit. Primò, regula, abundantem † cautelã 2
nõ nocerẽ, tex. in l. teſtamẽtũ. C. de teſta.
glo. ibi. in verb. cautela, text. in l. non ſo-
lent. ff. de reg. iur. & in l. ſi pupilli, §. 1. ff.
de negot. geſt. facit tex. in l. qui extrinſe-
cus. ff. de verb. obli. Deinde alia † regula, 3
videlicet confirmantẽ actũ perfectũ ni-
hil noui dare, ſed vetera iura ſolũmodo
cõfirmare, tex. in c 1. de cõfir. vtil. vel in-
util. glo. notab. ibid. in verb. confirmati-
onem, tex. ſing. in c. cũ dilecta, §. nuper au
tẽ, eod. tit. & in c. quia intẽtionis, de priui
legijs, vbi dicitur. Cum innouatio nec
ius nouũ conferat: nec etiam tollat ve-
tus, te in eo ſtatu eſſe volumus, in quo tẽ-
pore impetratæ innouationis dinoſce-
ris extitiſſe, ad idem eſt tex. in c. quia di-
uerſitatem, de conceſſ. præben. glo. ibid.
in verb. forma communi, tex. in l. ſi do-
natæ, §. 1. ff. de donat. int. vir. & vxor. & in
l. & quia, vbi plene, Bart. ff. de iuriſd. om.
iudi. Felin. in c. ſuper quæſtionum, num.
1. de offic. & poteſt. iud. deleg. Naita cõſi.
279. num. 27. vol. 3. incip. conſiderata di-
ligenter, vbi communem dicit, quòd cõ-
firmatio ſimpliciter facta nõ tribuat no-
uum ius, d. c. 1. & d. c. cùm dilecta. Et talis
confirmatio dicitur fieri in cõmuni for
ma, hoc eſt, in forma priori, nihil addẽ-
do, ni-

do,nihilq́; detrahēdo,tex.in d.c.quia di-
uerſitatē.Natta vbi ſup. quæ cōfirmatio
in forma cōmuni nullius eſt præiudicij,
glo.in d.c.1.in verb.confirmationē. Bar.
quem Dd.communiter ſequuntur, in l.
more maiorum.num.5.ff.de iuriſd. om.
iud.Iaſ.ibi.nu.26.cum ſeq.vbi hanc regu
lā latè explicat.Exempli gratia: notū eſt
4 ratione † cōtractus quem ſortiri forum
in loco contractus,text. in c.fin. de foro
comp.glo.ibid.in verbo, ſeu contractus,
tex.in c.1.§.contrahentes,eod.tit. in 6. &
in l.hæres abſens, §.fin.ff.de iud.at illud
non procedit in loco cōfirmationis cō-
tractus,quia forum ibi non ſortitur, eò
quòd cōfirmatio nihil innouet, per tex.
in l.ſi quis in legatione.ff.de iudi. Iaſ. in
d.l.more maiorum.num.29.dicens, hoc
perpetuò menti tenendum, glo.in d.l. ſi
donatæ §.1.quæ dictam regulam inducit
5 ad confirmationes † priuilegiorum: ni-
mirùm Pōtificem, vel Imperatorem ni-
hil noui dare,ſi vetera priuilegia confir-
ment,& innouent,tex.in d. c. cū dilecta,
§.nuper autem,& in d.c.quia intētionis.
Quo fit, vt huiuſmodi confirmationes
& innouationes priuilegiorum parui
ſint momēti,niſi quia plus ſolet timeri,
quod ſingulariter pollicetur, quā quod
generali ſponſione concluditur, tex.in
c.quanquam,23.diſtinct.gloſſ.in d.c.1.de
confir.vtili vel inutil.Specialis enim cō-
firmatio plus roboris habet,quā genera-
lis,tex.in c.bonæ,d.tit.glo.in c.quanquā,
in verb.plus,quæ plura exempla recēſet.
6 Præterea licèt ſententia diffinitiua reuo-
cari nequeat,tex.in l.iudex, ff.de re iudi.
attamen declarari & interpretari poteſt,
quia iudex declarando nihil noui pro-
nunciat,text.in l.ab executore. ff. de ap-
pel.Bart.ibid.num.5.& in l.2.nu. 4. C.de
ſent.ex breui.recitan. Felin.in d.c. ſuper
7 quæſtionum,num.1.Item † quandò prin
ceps ſcribit Ordinario pro facienda iu-
ſtitia,non facit eum delegatum, ſed Or-
dinarium relinquit, excitādo eius iuriſ-
dictionem, Dd.in l.ius ciuile cum l. ſeq.
ff.de iuſt.& iur.Natta d.conſi.279. num.
8 20.Breuiter, natura † cōfirmationis eſt,
cōfirmato addere robur & firmitatē nō
extendere ad non expreſſa in confirma-
to, vt præclarè ſcribit Bal. in l. aduerſus.
C.ſi aduerſ.rem. iudic. Alexand. conſil.
122.num.21.volum.6.incip.viſo puncto.

neque enim in cauſato plus eſſe debet,
quàm in ipſa cauſa,text.in d.c.cum dile-
cta,ſed vbi cauſa non eſt efficax, neque
cauſatum efficax erit, tex.in l. cum quis
decedens,ff.de leg.3.Bar.ibid. in princip.
& num.4.gloſ.in l.ſi ob turpem,ff.de cō-
dic.ob turp.cauſ.in verb. proxima cauſa
Bal.in l.ſi quis ſub cōditione, nu.1. ff. de
condit. inſtitutio. Meminiſſe tamen o-
portet huiuſmodi † confirmationes cō- 9
tractuum non omninò otioſas eſſe: nā
licèt contractus perfectus, ritè celebra-
tus,& partibus ſuis abſolutus,nulla opus
habeat confirmatione, tamen ex iudicis
authoritate plus roboris accipit, illudq́;
nuncupatim cōfirmatio operatur,quod
dolus ab alterutra partium, vel læſio vl-
tra dimidium iuſti precij ad reſcinden-
dum contractum allegari nequeat, &
ſic beneficiū l.2. C.de reſcin. vend. ceſ-
ſet:prout tenent Bartol. & Plat. in d.l. ſi
quos ſpontaneos.Vital.loco citato, nu.
12.Bart.in l.ſi expreſſim.num. 17.ff.de ap
pel.Innoc.in c.confirmationibus.de cō-
fir.vtil.vel inutil.Iaſ. in d.l. more maio-
rum,nu.41. Bald.in l. aduerſus. C.ſi ad-
uerſus rē iud. & in l.nominationes,C.de
appell.per tex.in l.Aurelius.§. teſtamen-
to.ff.de liber.lega.Authoritas † enim iu- 10
dicis omnē doli præſumptionem exclu-
dit,tex.in c.in præſentia de renuntiat. &
in c.ſicut nobis,§. fin.ff. de ſent. & re iu-
dic. text. in l. 1. C.de præd. & alijs rebus
minor.text.in l. pacta nouiſſima, C. de
pact.tex.in c.bonæ memoriæ, 1. §. porrò
de election.vbi dicitur,quod omnia quę
à iudice acta ſunt,præſumātur ritè cele-
brata eſſe. Præterea nullitatis exceptio-
nem iudicis confirmatio excludit, per
notata Bartol.in d.l.ſi quos ſpontaneos.
& d.l.ſi expreſſim.num.17.Vital. vbi ſup.
nume.12.gloſſ.notab.in d.c.quia diuerſi-
tatem,de conceſſ.præb.in verbo, forma,
quæ tres effectus confirmationis ponit,
text.in d.l.pacta nouiſſima, vbi omninò
vide Iaſ.num.et.5.cum ſequ.ampliantem
dictam regulam,quòd præſentia iudicis
vel eius decretum,dolum & metum ex-
cludat,etiamſi iudex ſit peruerſus, vbi
multos effectus præſentiæ iudicis ponit.
Prædicta procedunt in omnibus nego-
tijs licitis,quorum confirmationes iudi-
cis officio rectè peti poſſunt, Dd vbi ſup.
& non ſolùm in contractibus: verum

etiam in vltimis voluntatibus, ſi omniũ
hæredum conſenſu confirmatio teſta.
menti petatur, vide, tex. in l. teſtamenta.
11 & in l. omnium. C. de teſtam. Quid † au.
tem ſi vna pars actus confirmationẽ pe.
tat, altera parte abſente, an danda ſit con
firmatio? Minimè, ſed citari poteſt pars
aduerſa ad videndum fieri cõfirmatio.
nem, no inaudita lædatur, & actus ipſo
iure nullus ſit, tex. in l. nam ita Diuus, ff.
de adop. Bald. ibid. & in l. de vnoquoq;.
ff. de re iud. tex. not. in l. in concedendo,
ff. de aqua plu. arcen. cum ſimilib. prout
in Camera ſæpè factum memini, quãdò
alterutra pars pro cõfirmatione tranſa.
ctionis, aut teſtamenti ſupplicat: quo ca.
ſu decretum ita cõcipi ſolet. Nach der
ſupplicãt/ob er woll/den gegenthail dar zu
citierẽ laſſen. hoc eſt, ſupplicans, ſi velit,
partẽ aduerſam ad hoc citare poſſet. Por
12 rò ſi † Princeps, cum cauſæ cognitione,
ex certa ſcientia actum aliquem confir.
mat, talis confirmatio ſupplet defectum
ſolenniraris formæ, & perſonæ, vt tenet
Bal. in l. fi. ff. de teſta. tutel. Iaſ. in d. l. mo.
re maiorum. nu. 4. quod eſt intelligendũ
primò de ſummo Principe, deindè quó.
ad defectus iuris ciuilis, nõ autem iuris
naturalis, vel gentium, putà conſenſus,
c. 1. de tranſact. Panor. ibid. nu. 5. & cõmu.
niter Canoniſt. per tex. in Clem. paſtora.
lis, de re iudi. Archidiaco. in c. Cenoma.
nenſem. nume. 1. diſt. 56. Natta conſil. 312.
nu. 57 volu. 3. Ang. in l. adoptio non iure
facta. ff. de adoptio. Alex. d. conſi. 122. nu.
21. In fine. volum. 4. Spec. tit. de legato. §.
nunc oſtendendum. verſic. 18. vbi dicit,
13 quòd † clauſula illa, ſupplentes defectũ,
referatur tantùm ad ſolennitates iuris,
non autem ad defectum inhabilitatis p.
ſonæ, vel alium defectum naturalem, vt
mox prolixiùs dicetur: item cõfirmatio
Principis cum cauſæ cognitione facta
hoc operatur, vt ſolus Princeps, vel eius
delegatus, ſi ea in cõtrouerſiam reuoce.
tur, & falſitatis arguatur, cognitionẽ eius
habeat, tex. in d. c. 1. de cõfir. vtil. vel inu.
til. gl. ibi. in verb. exorta. c. 2. eo. tit. Vital.
vbi ſup. num. 3. vbi plures effectus ponit.
14 Quod ad † cõfirmationes priuilegiorũ
attinet, quoniam confirmans nihil no.
ui dat, vt initio dictum: conſequens eſt
eas nullius eſſe præiudicij, glo. in d. c. 1. de
confir. vtil. vel inutili, quibus etiam clau

ſula, Saluo iure tertij, dem dritten ohne
nachtheil/expreſsè inſeritur, etſi omiſſa
de iure tacitè inſit: nam omnia priuile.
gia ſine præiudicio tertij concedenda, &
conceſſa intelligenda ſunt, tex. in. l. nec
auus. C. de emancip. lib. & in l. 2. §. ſi quid
à Principe. & in §. merito. ff. ne quid in
loc. pub. tex. in c. ſuper eo. de offi. deleg.
Alex. conſi. 2. nu. 13. vol. 1. incip. Viſis co.
dicillis. Iaſ. præclarè in l. fi. num. 20. ff. de
conſt. Princip. vbi multa ad hoc allegat,
quem omninò vide: quod priuilegium
Principis æquitati conformandum ſit,
etiamſi verba non patiantur, & verùm
valeat, ſi expreſsè concedatur in præiudi.
cium tertij, item quòd confirmatio ſem.
per intelligi debeat ſaluo iure alterius,
Iaſ. in l. fi. nu. 13. ff de pact. Affl. in c. ſi quis
inueſtierit, nu. 19. de feud. dat. in vic. leg.
cõmiſſ. vbi multa ad hoc allegat. Sic con
ceſſio feudi, ſiue inueſtituræ ſemper in.
telligitur facta cum clauſula, Saluo iure
alterius, etiãſi hoc in conceſſione vel re.
nouatione expreſsè dictum nõ ſit, tex. in
l. in concedendo. ff. de aq. plu. arc. Afflict.
vbi ſup. nu. 18. tex. in c. 1. per quos fiat in.
ueſtitu. gloſ. ibid. in verbo, iuſta, tex. In c.
2. quo temp. miles, vbi inueſtitura facta
de feudo alterius, pro infecta habetur,
Natta pulchre cõſi. 509 nu. 7. vol. 3. incip.
videtur quod, & cõſi. 636. nu. 18. eod. vol.
incip. multa ſunt, Et ideo huiuſmodi cõ.
firmationes & innouationes priuilegio.
rũ, & inueſtiturarũ abſq; citatione alicu.
ius fieri poſſunt, quia per clauſulã reſer.
uatoriã ius tertij ſaluum permanet, per
iura allegata, Natta. d. conſi. 509. num. 18.
Prætereà in † cõfirmationibus antiquo. 15
rum priuilegiorum Imperator adijcit
communiter clauſulam, Quatenus priui
legiati ſint in poſſeſſione talium priuile.
giorum, per tex. in d. c. cũ dilecta, §. nu.
per autem, de confir. vti. vel inutil. quia
quod non eſt, confirmari nõ poteſt, per
notata in c. cum noſtris. de conceſſ. præ.
bend. tex in l. ſed & ſi manente, ff. de pre.
car. & in l. bonorum, ff. rẽ rat. hab. Alex.
conſi. 155. nu. 2. vol. 6. incip. Videretur in
conſultatione. Sed quid ſi originalia, &
antiqua priuilegia ſint amiſſa, an ad pro.
bationẽ antiquorũ priuilegiorum ſuffi.
ciat producere confirmationẽ inſequen
tium Principũ originalis priuilegij men
tionem tantùm facientium? gloſſ. ordi.
ria, &

ria,& notabilis,in c.ſi Romanorum, 19.
diſtin.in verb.deſunt,tenet quòd ſic, q̄a
relatum eſt in referente cum omnibus
ſuis qualitatibus,tex.in l. Theopompus,
ff.de dote præleg.& in l.hæc ſcriptura.ff.
de cond.& demonſtratio. & in l.aſſe. to-
to,ff.de hæred.inſtitu. cum concordan-
tibus.Vide tamen circa hoc omninò di-
dinctionem Panor. In c. inter dilectos,
num.9.de fid.inſtrum.vbi prolixiùs eam
quæſtionem tractat,nam regulariter re-
latum non aliter eſt in referente, quam
ſi de relato appareat, text.in Authent. ſi
quis in aliquo,C.de eden.tex.not.in l. In
teſtamento,ff.de condit, & demonſtrat.
quo non apparente, confirmatio nō ha-
bet vbi figat pedes,Bald.in l.falſus,num.
3.C.de furt.& ſer.corrup. & in l. ſi dona-
tio.nu.2.C. de donatio.per illum tex.Pa-
not.in d.c.inter dilectos,numer.9.Iaſ.in
l.ſi quis legauerit,nu.2.ff. de leg. 1. Paris.
conſi.133.nu.12.vol.4.incip.in cauſa iſta.
Et de cōſeruatoribus priuilegiorū eorū-
que poteſtate,vide omninò tex.in c.1.iū-
cta glo.ibi.in verb.cōſeruatores, de offi.
iud.deleg.tex.in c.2.& c.fi.eo.titu. Limi-
16 tatur aūt prædicta regula, q† confirmās
nihil noui det.Primò, vt non procedat,
quandò actus nullus à principe ſummo
cōfirmatur:nā eo caſu qui cōfirmat,dat,
ad hoc vt actus potius valeat quā pereat,
tex.in l.adoptio,la.2.ff. de adop. & in §.
fi. Inſt.de tutel.tex.in l. legata inutiliter.
ff.de leg.1.Bar.& Iaſ.in d. l. more maio-
rū.vbi omninò vide.Pariſ.cōſi.19. nu. 15.
vol.1.incip.Si tenem⁹ cōceſſionē. Cano-
niſt.in c.quoniā. ext. de cōſtitu. proinde
attenditur cōfirmans,& nō confirmatū,
& agitur ex ipſo confirmante nō ex cō-
firmato.Bar.in l.ſi quis priore,nu.3. ff.ad
S.C.Trebel.per illum tex.idem in Auth.
ex cauſa,nu.20.C.de liber. præter. Pariſ.
d.cōſi.19.nu.17.Et iſta limitatio accipien
17 da eſt,quādò de mente, voluntate† Prin
cipis,& certa eius ſcientia conſtat, hoc
eſt,quādo ſciebat actū eſſe nullū: aliâs in
dubio & in generali cōfirmatione præ-
ſumitur actū eo modo cōfirmaſſe, quo
poteſt de iure cōmuni, nō autem de ple-
nitudine poteſtatis:eſt ſingulare dictum
Innoc.& Ioan.Andr.in c.dudum.de de-
cim.Natta cōſi.312.nu.56.vol.3.incip. ha-
bita diligenti. Batt. in l. ſi conſtat. ff. de
appel.quia plenitudo poteſtatis in dubio
non præſumitur.Inno.in c.innotuit. de
elect.& in c.innouamus.nu.1.in fi. de cē-
ſib. Affli.in c.1.§.ſimiliter,nu.15. de capi-
ta.qui cur.vendi.Dd.in l.fi.C.ſi cont. ius
vel vtil.pub.& in l. quoties. C. de precib.
Imper.offerend.vide Iaſ.in l. ſi quis ini-
quū,per totā. ff.quod quiſq; iur. q quan-
dò Princeps cōcedit iniquū,præſumatur
hoc feciſſe ad inſtantiā partis, & nō mo-
tu ꝑprio,tex.in c.ſi motu ꝑprio,de preb.
in 6.tex.not.in c.ſi quādo,§ fi.de reſcri,&
in c.fi.eod.tit.in 6.tex.in c. ſup eo, de cri-
mi.falſi,& in c.1.de religio. domib. in 6.
tex.in l.1.C.de petitio. bono.ſublat. & in
l. ex facto, In princ. ff. de vulg. & pupil.
ſubſtit. Proindè ſi priuilegium confir-
mationis ſit ſub & obreptitium , putà
quia ſit confirmatorium alicuius falſi
inſtrumenti, vel alicuius contractus ſi-
mulati,& horū non ſit facta mētio Prin
cipi cōfirmanti,talis cōfirmatio nullius
momēti erit,etiāſi adiectæ ſint clauſulæ.
Quatenus actus valet,confirmamus: ſin
minus,de nouo concedimus:item, Sup-
plentes de plenitudine poteſtatis omnes
defectus,tam iuris,quàm facti,vt præcla-
rè notat Panor.in d.c.Inter dilectos, nu.
8,vbi hoc exēplo declarat, quòd quemad
modum ſententia ex falſo inſtrumento
lata non valet,tex.in l.1.& in l.2. C. ſi ex
falſ.inſtrum.vel teſtib.iudic.ſit,ita † pri- 18
uilegium ex cauſa falſa conceſſum in-
ualidum ſit,l.1.& 2.text.in c.ad noſtram,
& in c.porrecta, de confirmat. vtil. vel
Inutil.Iaſ.in d.l. more maiorum , num.
36. Vital.in d. tractat. clauſ. in clauſula,
quatenùs ritè, nume.5. mihi fol. 15. apo-
ſtilla ad Panorm.in d.c.inter dilectos,Fe
lin.ibid.num.13.cum ſeq. Et paulò ante
dictum eſt quomodò clauſula illa ſup-
plentes defectum, intelligenda ſit. Hæc
ſunt accuratiſſimè obſeruāda, quia quo-
tidiana.Secundò limitatur, quandò quis
confirmat actum imperfectum, quia tūc
confirmando perficit, & per cōſequens
dat,text.in d.c.1.§.fin.de tranſact.gloſſ.
ibid.in verbo,authoritate, tex.in § inte-
rim,Auth.de defenſ.ciuitat.Barto.& Iaſ.
in d.l.more maiorum,ff.de iuriſdic.om.
iud.vt putà, quandò iudex decretum ſu-
per alienatione rerum minoris interpo-
nit,tot.titul. C.de præd.& alijs reb.min.
Bal.in d l.nā ita Diuus, nu.5.ff.de adopt.
dicens, quòd quandò † confirmatio pe- 19

titur In hiſ,quæ ſui natura exigunt con-
firmationem ſuperioris, tunc cõfirma-
tio magis accedit iuſtitiæ quàm gratiæ,
& peti poteſt etiã iudicialiter, refert Vi-
tal loco citato,num.1.cum ſeqnentibus.
Tertiò limitatur ſecundùm Iaſ. in d. l.
more maiorum,nu.34.quandò quis con
firmat actum tanquàm iam antea factũ,
qui reuera nũquàm fuit celebratus, quia
tunc de nouo date cenſetur,per tex.in l.
ſi donatio. C.de donat. Bald. ibid. Vide
quartam limitationem apud Iaſ. in d.l.
more maiorum,vbi communiter Dd.

OBSERVATIO II.

An in cõtractibus ius adimplendi conditionem, item priuilegium immunitatis ad hæredes tranſeat.

SVMMARIA.

1 *Conditio caſualis tranſit ad hæredes.*
2 *Conditio caſualis retrotrahitur.*
3 *Secus in conditione poteſtatiua.*
4 *Pactum de retrouendendo ad hæredes tranſit.*
5 *Diſtractus regulatur ſecundùm naturã contractus.*
6 *Dolus dans cauſam contractui annullat cõtractum.*
7 *Conditio poteſtatiua quandò ad hæredes tranſeat.*
8 *Ius implendi conditionem ad hæredes non tranſit in vltimis voluntatibus.*
9 *Diſpoſitiones conditionales in teſtamentis nõ trãſmittuntur ad hæredes.*
10 *Contractus regulariter ad hæredes tranſeunt.*
11 *Inſtantia tranſit ad hæredem.*
12 *Hæres factum defuncti præſtare cogitur.*
13 *Priuilegium immunitatis an ſit reale vel perſonale.*
14 *Priuilegium immunitatis in dubio ſtrictè intelligendum.*
15 *Contrahens hæredi ſuo proſpicere velle intelligitur.*
16 *Iuriſdictio alicui conceſſa an ad hæredes tranſeat.*
Priuilegium generi & poſteris datum, an ad natos ex fœminis extendendum.
17 *Obligatio facti negatiui, & affirmatiui ad hæredes tranſit.*
18 *Contractus nõ tranſit ad hæredem, ſi natura rei hoc non patiatur, aut ſit electa induſtria perſonæ.*
19 *Induſtria perſonæ quandò electa dicatur, remiſſiuè.*

AN in contractibus ius adimplẽ-
di conditionem tranſeat ad hæ-
redes, Dd.variant. Breuiter ex
mente Bar.in l.ſi decẽ cùm petiero. ff.de
verb.oblig.nu.5.cum ſeq. & in l. cui fun-
dus,ff.de condit.& demonſt.diſtinguen-
dum eſt inter cõditionem caſualẽ,& po-
teſtatiuam,ſiue arbitrariã,ſecundùm Bu
dæum,quæ in poteſtate noſtra,vel in no
1 bis ſita eſt.Primo caſu,conditionis † im-
plementum ad hæredes transfertur, per
tex.in §.ex conditionali. Inſtit.de verbo.
obligat.& in l.ſi quis,ſi Titius conſul,ff.
eod.titu.quæ iura loquuntur de condi-
tione caſuali,quæ pendet ex euentu.Ra-
tio,quia talis conditio per hæredem nõ
impletur,ſed à fortuna,& caſu:ideoque
quandocunque fortuna,vel caſus euene-
rit,hoc ſufficit. Hinc † eſt, quod condi- 2
tio caſualis retrotrahatur, per text. in l.
qui balneum. §. amplius. ff.qui potio.in
pign.hab.text.in l.potior.ff.eod.tit. Iaſ.
in d.l.ſi decem, nu. 12. Altero verò caſu,
facultas † implendi conditionem non 3
tranſit ad hæredes,Dd.in d.l.ſi decem.Et
in eo nulla eſt differentia inter contra-
ctus & vltimas voluntates:quia vtroque
caſu conditio poteſtatiua:quæ ſtatim po
teſtate contrahentis,videlicet, ſi volue-
ro,dabis mihi decem,non tranſit ad hæ-
redes:quia conditio ſoluitur morte, &
cõditiones in forma ſpecifica adimpleri
debent, Dd.in l.Mæuius, ff. de cond. &
demonſt.per illum text.vbi conditio il-
la,ſi dederit Titio,non impletur dando
hæredi Titij,tex.in l.qui hæred.ff.eod. ti-
tu.ita tenet quoque Caſtr. in d.l. ſi decẽ,
num.1.Iaſ. Zaſ.& alij ibid. Salic. in d.l.2.
C.de pact.int.empt.& vend.num. 2. vbi
communiter Dd. Franc. Marcus deciſ.
406. in fin. part. 1. tametſi alij aliter di-
ſtinguant,in d.l.ſi decem.& in d.l.2. in l.
qui Romæ §.Augerius.ff.de verb.oblig.
Limita hanc doctrinam, vt non proce-
dat in conditione poteſtatiua,cuius im-
plementum verſatur circa reſolutiones
contractuum: quia talis conditio pote-
ſtatiua etiam ad hæredes tranſmittitur.
Exemplum in † pacto de retronendẽdo, 4
nã illud ad hæredes quoq; trãſit,licèt hu-
iuſmodi cõditio in poteſtate vẽdẽtis cũ
tali pacto cõſiſtat,per tex.in d. l.2. C. de
pact.int.emp.& vend. Ratio,quia † diſtra 5
ctus iudicantur ſecundũ naturã & ſubſtã-
tiam contractuum, habentq; in ſe vim
relatiuorũ vel cõtrariorũ, vt notatur in
l.de tutela.C.de in integ.reſt.minor.tex.
in l.ab emptione,ff.de pact.tex.in l. 1. C.
quan.lic.ab empt.diſced. Bart.in l. & id.
eò.ff.de cõdic.furt. in prin. Zaſ. in d.l. ſi
decẽ,nu.9.cũ ſeq. Quẽadmodũ igitur cõ-
tractus trãſeũt ad hæredes cõtrahẽtis, ita
quoq; diſtractus:qa cõtrariorũ eadẽ diſci-
plina,tex.in l.1.ff.de his q ſũt ſui vel alie.

iur.

ſtur. cũ ſimilib. Iiſdẽ enim regulis conti-
netur diſtractus, quibus contractus: ma-
ximè quandò eadem eſt ratio in vtroq;,
tex. notab. in l. item veniunt. in prin. iun-
cto §. 1. ff. de petit. hæred. gloſſ. ordinaria,
in l. 3. §. 1. iudicio contrario. ff. de contrar.
tute. & vtili actio. in verbo, ante impen-
ſum. Iaſ. in l. Pomponius, §. prætereà. nu.
3. ff. de acqu. poſſ. & in l. ſiue apud acta. C.
de tranſactio. Dd. in Authen. ſacramẽta
puberum. C. ſi aduer. vendit. vbi pulchrè
6 Iaſ. Hinc eſt, quòd quemadmodum † do-
lus dans cauſam contractui bonæfidei,
ipſo iure contractum annullat, tex. in l. et
eleganter. §. non ſolùm. in fin. ff. de dol.
late ibid. Bar. tex. in l. & Iulianus. §. 1. cum
ſeq. ff. de act. emp. Zaſ. in §. actionum. nu.
44. cum ſeq. Inſt. de actio. Dd. in l. ſi quis
cùm aliter. ff. de verb. oblig. Zaſ. elegan-
ter ibid. Dd. in l. dolum. C de dolo, ita
quoque dolus dans cauſam diſtractui vel
liberationi in contractu bonæfidei im-
pedit diſtractum & liberationem totali-
ter. Bar. in d. l. & eleganter. num. 5. Dd. in
d. l. de tutela. latè Euerhar. in locis legali-
bus in loco à contractu ad diſtractum,
vbi ad hoc multa adducit. Secundò li-
mita, vt non procedat, ſi contractus inci-
piat à diſpoſitione, vt promitto ſtare ſen-
tentiæ arbitri, & ſi non ſtetero, promitto
7 decem pœnæ nomine: hoc caſu † facul-
tas implendi conditionem tranſit ad hę-
redem, ne in pœnam incidat, per tex. in
l. diem. §. 1. de recep. arbi. Ratio, quia cùm
principalis diſpoſitio, quę puta eſt, ad hæ-
redes tranſeat, conditio quoque quæ eſt
acceſſoria ad hæredes tranſibit. l. cùm
principalis. ff. de reg. iur. c. acceſſorium.
eod. titu. in 6. Bartol. in l. cui fundus. ff. de
condit. & demonſtr. Iaſ. in d. l. ſi decem,
num. 13. Zaſ. ibid. num. 10. vide aliam fal-
lentiam per Caſtr. in d. l. ſi decem. in fin.
8 Quod † ad vltimas voluntates attinet,
regulariter ius implendi conditionem
non tranſit ad hæredes, per text. in l. à te-
ſtatore. ff. de condit. & demonſtra. tex. in
9 l. final. ff. de condit. inſtitut. ſicut † nec di-
ſpoſitiones conditionales in vltimis vo-
luntatibus ad hæredes tranſmittuntur,
tex. in l. vnica. §. ſin autem aliquid. C. de
caduc. toll. Iaſ. in d. l. ſi decem, nu. 12. vbi
10 hoc limitat, vt ibi per eum. Porrò † con-
tractus regulariter ad hęredes trãſire du-
bium non eſt, ſiue hæredum mentio fa-
cta ſit in contractu, aut in inſtrumento,
ſiue non, tex. in l. veteris. C. de contrah. &
committ. ſtipul. & in l. viam veritatis. C.
locati. Iaſ. in l. ſi ſic ſtipulatus, nu. 15. ff. de
verb. oblig. adeò vt clauſula notariorũ
de hęredibus contrahentis mentionẽ fa-
ciens ſit ſuperflua, tex. in l. cum qui ita. §.
1. glo. ibid. in verb. pro ſuperuacua. ff. d.
tit. Caſtr. ibid. Bar. in l. ſtipulatio iſta §. ſi
quis ita. ff. eo. tit. quęlibet enim cõuentio
cenſetur eſſe realis, & ſic trãſitoria ad hę-
redes, non autem perſonalis: quia inten-
tio contrahentis in dubio pręſumitur eſ-
ſe talis, vt non ſolùm ſibi, ſed etiam hæ-
redibus ſuis proſpicere velit, tex. in l. iu-
riſgẽtium. §. pactorum. ff. de pact. & in l.
tale pactum. ff. eo. tit. tex. not. in l. ſi pactũ.
ff. de probat. gloſ. ibid. in verbo, probare,
tex. in l. ſi neceſſarias. §. de vendendo. ff.
de pign. actio. Bal. pulchrè. in l. 1. C. quor.
legat. vbi dicit, exceptionem quæ hæredi
obijcitur, quòd non ſit nominatus in in-
ſtrumento, hæredi non obſtare, quia no-
minato Titio cenſetur quoq; hæres eius
nominatus. Ratio, quia hæres intelligi-
tur eadem pſona cum defuncto, tex. in l.
hæredẽ. ff. de reg. iur. & in §. 1. Auth. de iu-
reiu. à morien. pręſt. tex. not in l. poſtulã-
te. ff. ad S.C. Treb. Caſt. ibid. Schurff. cõſi.
49. p. totũ. cen. 1. inci. Prima facie, vbi om
ninò vide. Hinc eſt ꝙ † inſtãtia cœpta cũ 11
defuncto continuetur cum eius hærede,
tex. in l. tam ex contractib. ff. de iudic. gl.
& Dd. ibid. tex. in l. ſi is qui Romæ. ff. eo.
tit. & ꝙ regulariter † factũ defuncti hęres 12
præſtare teneatur. vulg. l. cùm mater. C.
de rei vendic. An aũt † priuilegiũ immu- 13
nitatis à tributis & publicis penſitationi-
bus alicui conceſſum, nulla facta menti-
one hęredum, extendatur quoq; ad eius
hæredes? Diſtinguendum, vtrũ priuilegi-
um immunitatis ſit ex gratia cõceſſum,
an verò ex cõtractu: primo caſu erit pſo-
nale, & ſic ad hæredes nõ porrigitur, tex.
in l. 1. §. fi. & in l. ſemper. §. immunitati. ff.
de iure immun. text. in l. forma §. quan-
quàm. ff. de cẽſib. & in l. in honoribus, §.
vacationum. ff. de iur. immu. tex. in l. pri-
uilegia. ff. de reg. iur. & in l. in omnib. cau
ſis, ff. eod. tit. gloſſ. in c. cùm veniſſent, in
verb. probatum. de inſtitutio. Dd. com-
muniter ibid. & in l. ſordidorum. C. de
excuſa. immu. lib. 10. glo. in l. medicos, in
verb. & filijs. C. de profeſſo. & med. lib. 10.

Bar.in l.1.ff.de conſt.princ. per illum tex.
Dd.in l.quia tale.ff.ſolut.matr. In dubio
14 autem† immunitatis priuilegium perſo-
nale cenſetur,nec ad hætedes trāſit, qnia
eenſetur eſſe ſtrićtl iuris, & ſic non exten
ditur vltrà tem vel perſonam in priuile-
gio nominatam,text.in c. cùm perſonæ.
de priuileg.lib.6.& d.l.priuilegium,cum
ſimilib.Imol.in d.l.quia tale.Alex.conſi.
101.nu.13.vol.1,incip. Viſis inſtrumentis
exemptionis,per iura ſup.allegata. Secū-
15 do caſu erit reale,& ſic tranſit ad † hære-
des,etiamſi de ijs in priuilegio immuni-
tatis nnlla facta ſit mētio:quia hoc venit
ex natura contractus, & præſumpta affe-
ctione contrahētis,&acquirentis,qui na-
turali ratione cogitat etiam prodeſſe ſuo
ſucceſſori,tex.in d.l.ſi pactū.ff.de prob.&
in l.Paulo Callimacho.§.Pomponius.ff.
de leg.3.d.l.viam veritatis.&d.l.iuriſgen
tium §.pactorum.tex.notab.in d.l. ſi ne-
ceſſarias §.de vendendo.ff. de pig. actio.
Barto.in d.l.ſi ſic ſtipnlatus. Iaſ. pulchrè
ibid.num.12.cum ſeq.Bald.in c.1. de iud.
16 vbi dicit: ſi Princeps † concedit alicui no
bili ꝓ certo annuo cenſu iuriſdictionē;
quòd talis conceſſio facta per viam con-
tractus ad hęredes eiuſdem generis & fa-
milię tranſeat,d.l.viam veritatis,cum ſi-
milibus.Bal.in l.vnica.§. libertatibus. C.
de caduc.tollend. Iaſ.in d.l.ſi ſic ſtipula-
tus,nu.16.cū ſeq.Meminiſſe tamen opor-
tet priuilegium immunltatis conceſſum
generi,& poſteris,ad eos,qui ex fœminis
nati ſunt,non pertinere,text.in l.1.§.1. ff.
de iure immunit.glo.ln l. ſi ita ſcriptum
ſit filiabus.ff.de leg.2.in verb. vocabulo,
Dyn.in c.priuilegium,de regul.iur. in 6.
Cyn.in l.fin.ff.de conſtitut. princ. Alex.
conſi.160.nu.1.& nu.4. vol. 2. incip. viſo
themate,Dec.conſil.223.nu.1& nu.4. In-
cip. in caſu propoſito. Secùs eſſe ſi priui-
legium immunitatis conceſſum ſit ali-
cui pro ſe, & deſcendentibus. Ratio di-
uerſitatis eſt, quia primo caſu priuilegiū
ſub nomine poſteritatis conceſſum, re-
fertur tantum ad nomen familiæ, tex.in
l.vacatio.ff.de munerib. & honorib. Fa-
milia verò conſiſtit in natis ex maſculis,
nam qui naſcuntur,patris,non matris fa
miliam ſequuntur,text.in l.familiæ. §. 1.
ff.de verb.ſignific.& in d.l.vacatio.Alte-
ro verò caſu, appellatione deſcendenti-
um, veniant omnes in infinitum, tam
nati ex fœminis,quàm maſculis, text,in
§.1.Authen.de hæred. ab inteſt. venient.
& in l.fin.C.de legit.hæred. quemadmo-
dum etiam appellatione liberorum, v-
triuſque ſexus liberi continentur,text.in
l.cognoſcere.§.liberorum.ff. de verbor.
ſignific.Deci.& Alexand.vbi ſuprà.quos
omninò vide circa intellectum. d.l.1. ff.
de iur.immunita. Prædicta regula, quòd
quælibet conuentio in dubio ſit realis,&
non perſonalis, procedit non ſolùm in
† obligatione facti negatiui, vtputà ſi 17
quis ab alio ſtipuletur, nè ſibi vim inſe-
rat, verùm etiam in obligationibus &
ſtipulationibus facti affirmatiui: vtroq;
caſu ſtipulatio ad hæredes ſtipulatoris
trāſit,licèt de herede nulla ſit facta men-
tio:quia,vt dictum eſt,principalis nō mi-
nus ſuo hæredi,quàm ſibi proſpicere vo-
luiſſe intelligitur,text. in d. l. ſi pactum,
gloſſ.ibid.tex.in d.l.veteris,Bartol.in d.l.
ſi ſic ſtipulatus. vbi omninò vide Iaſ.
cum limitationibus, nume. 6. vſque ad
num. 12. Fallit autem ſi res quæ in † con- 18
tractum, vel ſtipulationem deducitur,
ſui natura non tranſeat ad hæredes: vt-
putà,ſi ſtipulatio interpoſita ſit ſuper iu-
re perſonali, veluti in ſtipulatione vſuſ-
fructus, qui morte vſufructuarij finitur,
tex.in § finitur.Inſtit.de vſufr.& in l.3. §.
morte.ff.quib.mod.vſufruct.amit.tex.in
l.habitatio . ff.de vſu & hab.& in l. ſtipu-
latio iſta.§.ſi quis ita.ff.de verbor. oblig.
gloſſ.& Dd.ln l.ſi domus.§.de euictione.
ff.de leg.1.& in l.qui cōcubinam.§. ſi hæ-
res.ff. de leg.3.Iaſ.in d.l. ſi ſic ſtipulatus.
nu.11. Item ſi † factum cohæreat perſo- 19
næ,& ſit electa induſtria perſonæ, tex. in
l.vnica.§.ne autem.C.de cadue.toll.& in
l.inter artifices.ff.de ſol.tex.in c.fin.§. fi.
de offic.iud.deleg. vbi pleniſſimè Felin.
per totum,quandò dicatur induſtria per-
ſonę electa,& quomodo id cognoſcatur:
item quandò actus per alium explicari
non poſſit. Dd. communiter ibid. Item
fallit ſi aliter inter contrahentes conuen
tum ſit,tex.in l.Aurelio.ff.de liber.leg.&
in l.non ſolùm.§.tale legatum. ff. eod.
titul.gloſſ. in d.l.ſi pactum . ff. de proba-
tionibus.

OBSERVATIO III.

Contractus antichreſeos an ſit vſurarius.

SVMMA-

SVMMARIA.

1 *Antichreſis quomodò contrahatur.*
2 *Differentia inter pignus & antichreſin.*
3 *Antichreſis duplex.*
4 *Fructus ex pignore percepti ſortem extenuant.*
5 *Contractus antichreſeos an ſit vſurarius.*
6 *Emptio fundi contracta cum pacto, vt donec preciũ integrè ſoluatur, fundus pro certa mercede emptori conductus ſit.*

1 ANtichreſis † cõtrahitur, cùm ita
pignori domus vel fundus op-
ponitur, vt in vſuras creditor
fructus pcipiat aut locando, aut ipſe per-
cipiendo habitandoq́, vt inquir Martia.
I.C.in l.ſi is qui bona.§.1.ff. de pignor. &
hypoth. Alcia. diſpunct. lib.2.c.3.dicit an-
tichreſim eſſe pignus quod ita datur, vt
eius vſum & fructũ pro vſuris ſibi com-
puret creditor:putà ſi tradatur alicui do-
mus vel fundus ea conditione, vt eum
pignori habeat donec centum ſoluat, &
vt interim fructus colligat ꝓ vſuris,quaſ
alioquin creditori præſtare debuiſſet,
próut caſus antichreſeos ponuntur, in l.
ſi ea pactione,& in l.ſi ea lege.C. de vſur.
2 Et ſic obſeruanda † differentia inter pi-
gnus & antichreſim, quòd creditor vta-
tur antichreſi,pignore verò non vtatur,
ſed fructus ex re pignorata percepti com
putari debeat in ſortem, per tex.in l.1. &
in l.2.C.de pig.act. Hinc in dubium reuo
catur,an talis cõtractus antichreſeos va-
leat, cùm vſurariam prauitatem ſapere
videatur. Molin.in tract. commerciorũ
& vſurarum,quæſt.35.nu.259.cum ſeq.hãc
3 quæſtionem mouet, & diſtinguit inter †
antichreſim temporariã, quæ ad certum
tempus limitata eſt, & inter perpetuam,
quæ propriè antichreſis dicitur,& ita cõ-
ſtituitur, vt fundus cum fructibus tam
diu ſit apud creditorem,donec à debito-
re redimatur,d.l.ſi is qui.§.1.Primo caſu
cõcludit,valere antichreſin. Exemplum
ponit,nume.262. & inquit illo caſu non
eſſe veram antichreſin. Secundo caſu
concludit,pactum antichreſeos non va-
lere in præiudicium debitoris, nec eum
obligare, quin quandocunque voluerit
fundũ repetere, & à creditore etiam fru-
ctuum rationem exigere poſſit,vt ſi quid
vltra redditum perceperit, aut percipere
potuerit, reddat: ſi enim hoc receptum
eſt in liberali creditore,qui pignore non
vtitur,vt † fructus percepti & qui percipi 4
potuerunt,in ſortem computentur, & ip-
ſam ſortem extenuent, tex.in d.l.1. & in
l.2.C.de pig. act. multò magis locũ habe-
re debet in creditore fœneratitio: quam
diſtinctionẽ latiùs proſequitur Molinæ.
vbi ſup.num.263.dicẽs,In propria & pre-
ciſa antichreſi creditorem pro præteritis
penſionibus non habere retentionem,
quæ tamen aliàs creditori permiſſa eſt,
tex.in l.ſi non ſortem. §. ſi centum.ff.de
condict.indebit.gloſſ.ibid.in verbo,reti-
nebitur. Nonnulli † volunt contractum 5
antichreſeos tunc vſurarium eſſe, quan-
dò creditor ſui tantùm quæſtus & emo-
lumenti gratia eum celebrat: quia cùm
ex re aliena lucrum captet,& quaſi pecu-
niæ ſuæ negociationem exerceat, vſura-
rius eſt: pecunia enim ſui natura ſterilis
eſt, & neq; locari neq; vendi poteſt,quia
permutandi, non locandi cauſa inuen-
ta:qua de re vide prolixiùs infr eod. Ob-
ſerua.7.Si verò iuuandi ſolummodò de-
bitoris cauſa contractum ſit, putant lici-
tum & inculpatum eſſe huiuſmodi con-
tractum antichreſeos,quod non caret ra
tione, quia eo caſu non offenditur dile-
ctio proximi,quæ in materia vſurarum
omnium maximè conſideranda, vt no-
tauì dicta Obſeruat. 7. An † autem con- 6
tractus emptionis & venditionis ſit vſu-
rarius, ſi fundus ea lege vendatur, vt do-
nec precium integrè ſoluatur,certa mer-
cede emptor fundum conductum habe-
at?Minimè,& ideò ſoluto precio merces
accepto ferri non debet, tex.no.in l.ſicut
emptio,cum l.ſequ.ff.loc. Caſtr.ibid.vbi
hoc prolixiùs explicat. Alex. conſil.121.
nu.2.cum ſequ.vol.5.incip.& ponderatis
narratis.Dec.conſ.119.nu.2.incip.Et pro
tenui facultate.

OBSERVATIO IIII.

Pactum vſurarium contractui licito adiectum,an totum contractum vitiet.

SVMMARIA.

1 *Vſurarij contractus per Conſtitutiones Imperij prohibiti.*
2 *Notarius conficiens inſtrumẽtum vſurarium periurus & infamis ſit, & perdit officium.*
3 *Pactum improbatum an vitiet contractum licitum.*

4 Clauſu-

4 *Clauſula, caſſantes, irritantes, quid operetur.*
5 *Forma non ſeruata actus non valet.*
6 *Vtile per inutile non debet vitiari.*
7 *Illicitè adiectum pro non adiecto habetur.*
8 *Inutilis ſtipulatio non vitiat vtilem contractum.*
9 *Vſurarij quartam partem ſortis amittunt.*
10 *Principali contractu nullo, acceſſoria quoque corruunt.*
11 *Contrauenient compromiſſo aut laudo nullo, in pœnam compromiſſi non cadit.*
12 *Ingreſſus religionis an pacto illicito vitietur.*
13 *Matrimonium quandò per pactum vitietur.*
14 *Emphyteuſis perpetua an nulla ſit.*
15 *Conditio impoßibilis in vltimis voluntatibus vitiat diſpoſitionem.*
16 *Conditio impoßibilis ſi per æquipollẽs adimpleri poſſit non vitiat diſpoſitionem.*

1 COnſtitutiones Imperij de † vſu-
rarijs contractibus, in Comitijs
Auguſtanis, Anno 1500. & po-
ſteà Anno 1530. & Anno 48. promulgatę,
contractus vſurarios reprobant, adeoq;
ſupremis, mediis, & infimis iudicibus ſe-
riò mandant, nè ſuper talibus contracti-
bus iudicent, neq; executionem faciant,
imò ipſum vſurarum amiſſione quartæ
2 partis ſortis mulctant, & notarius † con-
ficiens huiuſmodi inſtrumẽta vſuraria,
periurium cõmittit, & ideò infamia no-
tatur, & officio cadit, tex. in l. iubemus, §.
fi. C. de teſtã. tex. in c. 1. § callidus, verſ. ſcri
bat, de proh. feud. alie. per Fred. c. ſi aduer
ſus, de hęret. Fel. ibid. nu. 1. Rom. ſing. 385.
nu. 3. incip. pone quòd. Hippo. ſing. 181. n.
4. incip. mandãs fieri. Vnde quęſitũ fuit,
3 ſi † cõtractui aliàs p ſe licito, purà mutui,
adiectum ſit pactum vſurarium, an totus
cõtractus ob id vitietur, an verò pro par-
te, hoc eſt, an pacta illa improbata con-
tractui licito adiecta, vigore allegatarum
Conſtitutionum totum contractum vi-
tient, an verò vitientur. Quam quæſtio-
nem tractant, gloſſ. in l. 1. §. 1. ff. ſi vſusfru.
petat. in verbo, hoc adiectum, Bal. in l. ſi
paterfa. 1. ff. de adopt. nu. 1. Idem pulchrè
in c. 1. §. nulla. nu. 7. per quos fiat Inueſtit.
Imol. latè in c. cùm Ferrarienſis. nu. 40.
de conſtitut. Iaſ. in Auth. ingreſſi. nu. 30.
cum ſeq. C. de ſacroſ. Eccl. Molin. in trac.
commerc. q. 5. nu 354. cum ſequ. Et prima
facie videbatur dicendum, totum con-
tractum vitiari, ponderando verba di-
ctarum conſtitutionum, ibi, vnwürdig/
krafftloß/vnnd vnbündig/hoc eſt, vt con-
tractus ſit nullius valoris, inefficax, & nõ
obligatorius. Nam de iure communi,
verba illa † caſſantes, irritantes, actum ip- 4
ſo iure non valere deſignant, per tex. in
l. iubemus. 1. §. ſanè. C. de ſacroſ. Eccl. glo.
in Clem. 1. in verb. inhibentes. de iur. pa-
tron. tex. in c. inter cætera. & ibid. gloſ. in
verb. irritum, de præbend. & dignit. Bald.
in l. non dubium. nu. 3. C. de legib. Rom.
ſingu. 1. & 2. Iaſ. in l. ſi quis in conſcriben-
do. num. 17. C. de pact. vbi rationem dat.
quia, inquit, huiuſmodi clauſulæ pro for
ma apponuntur, ergò non † ſeruata for- 5
ma, nõ valet actus, tex. in c. quia propter,
de elect. & in l. cùm hi. §. ſi prætor. ff. de
tranſact. cum ſimilib. Ad horum confir-
mationem pertinet d. l. non dubium. &
Auth. ad hæc. C. de vſur. & ibi. gloſſ. ma-
giſtr. Contrarium tamẽ concluſum fuit,
nimirum pactum vſurarium non † viti- 6
are contractum aliàs per ſe licitum, ſed
vitiari, idque ex ſequentibus rationibus:
quarum prima, quòd vtile per inutile vi-
tiari non debeat, tex. in c. vtile. de reg. iur.
in 6. & in l. 1. §. ſed ſi mihi. ff. de verb. ob-
ligat. maximè, ſi vtile ab inutili ſeparari
poſſit. Dyn. in d. c. vtile, circa medium.
quemadmodum in ſimili, in donatione
ſupra debitam quantitatem abſq; inſinu-
atione facta, receptum & cõſtitutum le-
gitur, in l. ſancimus. C. de donat. Secun-
da ratio, quia in materia vſurarũ, ad hoc
ſunt tex. expreſſi, quòd tantùm † illicitè 7
adiectum pro non adiecto habeatur, tex.
in l. pecunię. & in l. vſuras. & in l. placuit.
ff. de vſur. tex. in l. cùm allegas. & in l. eos.
§. ſi quis autem. C. eod. Molinæ. ibid. tex.
in l. ſi pro mutua. C. ſi cer. pet. & in d. l. 1. §.
ſed ſi mihi. Tertia ratio ex doctrina Barr.
deſumitur, in d. l. ſi quis ita. nu. 8. vbi di-
cit: Si inutilis ſtipulatio interponatur ſu-
per aliquo contractu de ſe obligatorio,
veluti ſuper mutuo, vel emptione, & ven
ditione, tunc † inutilis ſtipulatio non 8
impedit, quò minùs ex vtili contractu a-
ctio oriatur, per text. in l. ſi quis ita ſtipu-
latus. §. Chryſogonus. ff. de verbo. oblig.
Bartol. ibid. numer. 3. Quarta ratio, quia
ponderando verba dictarũ conſtitutio-
num, contractus vtilis, per inutilem pa-
ctionem non reijcitur, neq; irritatur: ſed
tantùm pacta improbata contractui illi-
cito adiecta reijciuntur: ibi, vnziembliche
pacta/ita vt vſurarum nomine, ex illici-
cita & improbata ſtipulatione promiſſa-
rum,

rùm,nulla cõpetat creditori actio. Vl-
9 tima ratio eſt,quòd ex d. conſtitutione †
quarta pars ſortis , loco pœnæ in com-
miſſum cadat, ſi quarta pars odio vſura-
rum amittitur: ergò in reſiduo creditor
actionem & petitionem ſaluam haber,
quod etiam Molin. in ſimili facti ſpecie
comprobat,in tract.de cõmercijs, quæſt.
10.num.158. dicens, creditorem eo caſu,
quandò redditus eſt nullus, putà excedẽs
decimam ſortis partem, ſortem ſuam
non amittere . Non obſtant prædictæ
clauſulæ, ceſſantes, & irritantes, & d.l.
10 non dubium,quia procederent,ſi † prin-
cipalis contractus eſſet illicitus & impro
batus:quo caſu,omnia eius acceſſoria eſ-
ſent nulla,& inutilia,deſtructo enim an-
tecedente,tanquàm fundamento, neceſ-
ſe eſt conſequens collabi,d.l non dubiũ.
d.Authen ad hæc,tex.in l.cùm principa-
lis.ff.de reg.iur.& in c.acceſſorium. eod.
tit.in 6.tex.in l.& quia.ff.de iuriſdic.om.
iudic.& in l.1.& 2.ff.de pecul.leg.text. in
l.3.§ ſi ſeruus.ff.de pecul. Bartol.ibidem,
dicens, per illum textum, quòd contra-
11 ueniens † compromiſſo nullo, vel lau-
do nullo, non incidat in pœnam com-
promiſſi,facit ad hoc tex. notab.in l.fin.
ff.de conſtitu. pecun.tex. in c.2.de preca-
rijs, gloſſ. ibid. in verbo,pœna,vbi dici-
tur, quod ex contractu inualido pœna
adiecta non debeatur, gloſſ. in c. ſignifi-
cantibus,in verbo,per formam, de offic.
iudic.delega pulchrè Alexand.conſil.32.
num.1.& num.7.volum.2.incip.oportu-
nè conſideraio. latiſſimè Iaſ. conſil. 133.
num.20.volum.4.incip. videtur in præ-
miſſa, quem ad hoc omninò vide. Bald.
in d.l.ſi paterfam. Prætereà,pactum iſtud
acceſſorium, ratione vſurarum tãquàm
inutile poteſt à contractu vtili ſeparati,
vt ſuprà dictum: ergò non debet vitiare,
ſed vitiari. Dyn.in d.c. vtile.per iura al-
legata,& text.not.in l.conditiones cõtra
edicta,ff.de condit.inſtitutio.& in l. ſi ita,
§.1.ff.de liber.& poſthu.gloſſ.in d.l.1.§.1.
ff.ſi vſufr. pet. Et hanc partem Domini
Aſſeſſores ſecuti ſunt, in cauſa, Meut-
hard/contra creditores Floren/ vbi con-
cluſum , pactum vſurarium non vitiare
contractum,ſed vitiari, & creditori ſor-
tis petitionem ſaluam, alijsque credito-
ribus tempore poſterioribus pręferendũ
eſſe. vide infrà, Obſeruatione ſequent.

Ad confirmationem prædictorum ad-
de, quòd † pactum prohibens religionis 12
ingreſſum non vitiet, ſed vitietur, in-
greſſusque purè factus eſſe cenſeatur, vt-
putà, ſi ingrediens pacto ſibi bona quæ-
dam reſeruet:quia tale pactum, tãquàm
contra religionis ſubſtantiam appoſi-
tum,pro non adiecto habetur, d.l.1.§. 1.
ff.ſi vſusfruct. peta. cum concordantib.
nam monachus proprium habere non
poteſt, p tex.in c. cùm ad monaſterium.
de ſtat.monach. Et licèt in hoc articulo
variæ & pugnantes ſint gloſſ.& Dd. opi-
niones, tamen communis opinio ſe ita
habet, vt atteſtatur Imol. prolixè in d.c.
cùm M.Ferrarienſ.nu. 40.de conſti. Iaſ.
in l.non ſolùm §.morte.numer.20.ff.de
non.oper. nunc.idem in d. Authen. in-
greſſi num.30.& num.37. vbi quoq; com
munem dicit:ſed eam tribus modis limi
tat gloſſ ibid in verb. dedicant.Bald.in
d.c.1.§.nulla.num.7.per quos fiat inueſti-
tura.idem in l.vnica.§ illo proculdubiò.
num.1.in fin.per illum text. C. de Lat.li-
ber.toll.vbi dicit, religionem abhorrere
pacta ſecularium,& omnem religioſum
emancipatum eſſe à ſæculo temporali.
Aliud tamen eſt in vero † matrimonio, 13
quod pacto contra ſubſtantiam matri-
monij appoſito,vitiatur,per tex in c.fin.
de condit appoſit. rationem diuerſitatis
tradunt Imol. Iaſ. & alij in locis citatis.
Ad confirmationem quoque prædicto-
rum facit tex.in l.cùm precario.ff.de pre-
cat.& text.in l.obligationum ferè. §.pla-
cet.ff.de action.& oblig. videlicet, quòd
pactum contra ſubſtantiam contractus
appoſitum, contractum non vitiet, ſed
vitietur.quæ regula varias tamen Dd.in-
terpretationes,& limitationes recipit,vt
notat Bald.in d.l.ſi paterfamil.la.1 ff. de
adopt.& in d.c.1.§.nulla.num.7.vbi om
ninò vide Bar.Bald.& alij in l. vbi ita do-
natur.ff.de donat.cauſ.mort. gloſſ. ma-
giſt.in l.pacta conuẽta. ff. de contrahen.
empt.in verb.noua emptio.vbi de natu-
ralibus,accidentalibus,& ſubſtantialibus
contractus,de quibus vide etiam Bald.in
l.1.nu.1.C.commod.& in l.ad exactionẽ.
num.3.C.de dot.promiſſ.& nuda pollic.
Sic conceſſio rei Eccleſiaſticæ in † em- 14
phyteuſim,vltra tertiam generationem,
putà in perpetuum , contra conſuetudi-
nem facta, ſecundùm communem opi-

nionem

nionem, non in totum vitiatur, ſed in
parte, quatenus legitimum & cōſuetum
tempus excedit, vt tenet Bal. In Authen.
ſi quas actiones. num.2.C.de ſacroſanct.
eccleſ.Caſtr.in Auth.qui rem.num7.Iaſ.
ibid.num.19.cum ſequ. vbi communem
dicit.C.eod.titul.Roman.in l.1.§.ſi ſtipu.
lanti.ff.de verb.oblig.Raph.Cum.conſi.
100.nu.3.incip.Quædam poſſeſſio. Alex.
conſil.38.nume.5.Incip.Conſideratis his.
volum.2.facit ad hoc tex.notab. in c.di.
lectus,el.1. de præbend.& dignitatib.ibi,
illicito reprobato, quod eſt licitum ap.
probantes.Obſeruandum tamen obiter,
15 quòd in † vltimis voluntatibus conditio
impoſſibilis vitiet diſpoſitionem,&non
vitietur,ſi teſtator putabat illā eſſe poſſi.
bilem, tex.ſing.in l.ſeruo manumiſſo.ff.
de condic.indeb.Barto.Ang.& Caſtren.
ibid.Angel.in l.cùm in ſecundo.ff.de in.
iuſt.rup.Iaſ.in l. huiuſmodi.§.ſi ita num.
16 14.ff.de leg.1.vbi hoc limitat, vt † nō pro.
cedat, ſi conditio impoſſibilis poſſit per
æquipollens adimpleri, per text.in d.§. ſi
ita.Bart.in l.1.ff. de condit.inſtit. Iohan.
de Imol.ibid. vbi docent, quòd quandò
conditio non poteſt adimpleri eo mo.
do quo teſtator voluit, ſufficiat impleri
per cauſam ſimilem,tex.notab.in l lega.
tum.ff.de vſufruct.leg. & in l. paterfam.
ff.de hæred.inſt. Eſt limitatio ſingularis
ad regulam,quòd cōditio adimpleri de.
beat in forma ſpecifica,tex. in l.ſi hæredi
plures.& in l.Mæuius.ff.de condit.& de.
monſtrat. quia procedit, ſi poſſit adim.
pleri formaliter próut teſtator voluit:
aliàs ſufficit virtualiter & in effectu im.
pleri, quantum ad mentem teſtatoris, &
cauſam finalem,per tex.in d.§.ſi ita. vbi
Iaſon nume.8.Barto.in d.l.1.ff.de condi.
inſtit.

OBSERVATIO V.

De vſuris, & vtrùm earum ſtipulatio vitiet contractum principalem.

SVMMARIA.

1 *Vſura in mutuo tantum locum habent propriè.*
2 *Vſura quomodò in alijs contractibus committi poſſit.*
3 *Vſura mentalis.*
4 *Vſura quid ſit.*
5 *Vſura omni iure prohibita.*
6 *Conſtitutio Caroli V. de vſuris.*
7 *Sors non amittitur propter ſtipulationem vſurarū.*
8 *Donatio vltra legitimam ſummam vitiatur in exceſſu tantùm.*
9 *Vtile per inutile non debet vitiari.*
10 *Si in emptione redditumm modus exceditur, reductio fieri debet.*
11 *Penſio iuſta quæ dicatur.*
12 *Creditor non amittit priuilegium temporis propter ſtipulationem vſurarum.*
13 *Pro mutuo hypotheca conſtitui poteſt.*
14 *Contractus principalis ſi non ſubſiſtit, corruunt omnia acceſſoria.*
15 *In mutuo à tempore moræ intereſſe debetur.*
16 *Conuentio de eo quod intereſt contractus tempore facta vſuraria eſt, ſi ſit intereſſe ceſſantis lucri.*
17 *Vſuræ moderatæ in mutuo coactæ peti & recipi poſſunt.*
18 *Ciues tempore belli ad mutuādum Republicæ cogi poſſunt.*
19 *Principes annè Iudæis permittere poſſint vſuras exercere.*

VSuræ † propriè non cadunt, niſi 1
in mutuo, idq́; ſecundùm com.
munem Dd. opinionem, per
text. in c conſuluit,& in c.nauiganti, de
vſur.Panorm.ibid.num.6. & communi.
ter Canoniſtæ,gloſſ. in c. fœneraueris.in
verb.plus.14.q 3.Bald.ad rubr.in prin. C.
de vſur.Molinæ.latè in tracta. de vſur.in
prin.num.4.& 9.Calcan.conſi.85.num.1.
Dominic.Soto latiſſimè in tract. de iuſt.
& iur.libr. 6. quæſtio.1.art.1.& 2. Et hoc
quóad formam contractus: nam quóad
intentionem deprauatam, videlicet lu.
crum mente conceptum, vſura † etiam 2
in alijs contractibus cōmittitur, Dd.men
talem † vſuram appellant. Bal.ad d.rub. 3
num.3.Panorm.ſingulariter in d.c. naui.
ganti.nu.6.Vſura † igitur propriè & for. 4
maliter accipitur pro eo, quod accedit
vltra ſortem in mutuo,tex.in d.c.conſu.
luit,& per tex.not.in c.plerique.14.q.3.&
in l.rogaſti.§.ſi tibi.ff.ſi cert.pet.glo.ibid.
in verbo, condici. Re enim non poteſt
obligatio contrahi,niſi quatenus datum
ſit,tex.in l.ſi tibi.ff de pact. & in §.1.Inſti.
quib. mod.re cōtrahit.oblig. Vnde quic.
quid vltra ſortem accipitur, vſura eſt, &
acceptum extenuat ſortem, text. in d.c.
conſuluit, & in d. c. nauiganti, text.in l.
eos.§.ſi quis autem.C.de vſur. Dd. lucra.
toriam vſuram vocant.Bald.in l.vſuras.
in princip.C.eod.titul.Salic.& Caſt.ibid.
Molinæ.vbi ſuprà,numer.5.Et huiuſmo.
di † vſuræ,omni iure: DIVINO, Exo. 5
di capite 22. Leuitici capite 25. Ezechiel.
cap.

cap.18.Pſalmo 14.Lucę cap.6.CANONI-
CO,toto tit.de vſuris, præſertim in c.qa
in omnibꝰ.& in c.ſuper eo.& in d.c.con-
ſulnit,& in c.quanquam,eo.tit.in 6.& in
Clem.1.eod.titu. ET CIVILI prohibitæ
ſunt,per notata Bart. poſt glo.in l.1.nu.5.
cum ſeq.C.de ſum.tri. & fide Catho.Iaſ.
ibid.nu.47.cum ſeq.& communitet Dd.
Bal.in Auth.ad hæc.nu.3.C.de vſur. pul-
chrè Iohan.Baptiſt. Lupo in tract.ſuo de
vſur.& cōmetcijs illicitis,commētatio.1.
§.3.nu.35.cū ſeq. & nu.65. quē ad hoc om-
ninò vide, idq́; hodie in Imperio omni
caret ſcrupulo, cū lege publica Imperij,
& ſic iure Ciuili,vſurę in mutuo expreſſè
ſub graui pœna, vt dixi ſuptà Obſer.pro-
xi.prohibitæ ſint, putà per conſtitutio-
nem Imperatoris Maximiliani primi,de
Anno 1500.& Imper.Caroli V.de vſura-
rijs cōtractibus,anno 48. Ratio prohibi-
tionis eſt,quia p vſuras charitas & dile-
ctio proximi offenditur,glo.in d.c.ſi fœ-
neraueris,& per iura allegata. Hinc eſt
quòd harum vſurarum,de iure Canoni-
co,& vigore dictarum conſtitutionū Im
perij,in iudicijs nulla ratio habeatur,tex.
in d.Clemen.1.de vſuris. Meminiſſe ta-
men oportet propter illicitam ſtipula-
tionem ſortem principalem nō amitti,
quia pactum vſurarium non vitiat con-
tractum aliâs per ſe licitum:ſed vitiatur,
& pro non adiecto habetur,p tex.notab.
in l. pecuniæ.ff. de vſuris, & in l.1.§. ſed
ſi mihi.ff.de verbor.obligat. gloſſ.in d.l.
eos.§.ſi quis autē,in verbo, de ſuperfluo.
& alijs iuribus ſuprà Obſeruat.proxim.
8 allegatis. Hinc eſt,quòd † donatio exce-
dens ſummam quingentorum ſolidorū,
nō in totum propter exceſſum vitietut,
ſed tātùm illud quod excedit legitimam
ſummam pro non adiecto habetur,text.
9 in l. ſancimus.C.de dona. Vtile † enim
per inutile non debet vitiari, maximè ſi
vtile ab inutili ſeparari poſſit,c.vtile.de
reg.iur.in 6.Dyn.ibid. circa medium. fa-
cit text.in l.cum qui ita.ff.de verbo.obli-
gat.gloſſ.ibid.in verbo, pro ſuperuacua.
10 Hinc eſt quoque, quando emptio † red-
dituum excedit iuſtam penſionem, putà
quincunces, hoc eſt, ſi vltra quinque in
ſingula centena annuatim aliquid acci-
piatur, quòd nō corruat ob id totus con-
tractus emptionis tāquàm vſurarius, ſed
illud quod excedit iuſtam penſionem
reijcitur, & fit reductio ad legitimū mo-
dum vſurarū:ſicut multotiès in Camera
huiuſmodi reductiones factas eſſe me-
mini,facit text.in d.l eos.§.ſi quis autem.
Iuſta autē † penſio de iure communi di-
citur, quando fit emptio reddituum ad 11
rationem viginti pro vno floreno,ita vt
penſio ſpacio viginti annorum ſortem
æquet,tex.in Auth.de non alien.ant per-
mut.reb.eccle.§.quia verò Leonis.verſic.
ſi verò alicuius. gloſſ. ibid. in verb.com-
putati.glo.in Auth.perpetua. in verb.iu-
ſta.C.de ſacroſ.eccleſ.gloſſ.in c.cum cau-
ſa.in verb.ad alium. in fin.extr. de teſtib.
latè Didac.Couar. varia.reſolutio.libr.3.
cap.9. nu.5. vbi communem dicit, quòd
etiam conſtitutionibus Imperij conſen-
taneum eſt: nam illæ approbant tantùm
emptiones reddituum, ad rationē quin-
cuncium, putà viginti pro vno floreno
factas, prout videre eſt in dicta conſtitu-
tione Caroli V. ſub tit. Von Wucherli-
chen contracten/§.pen. Pari ratione † cre- 12
ditor,qui pro ſecuritate crediti ſui hypo
thecam accepit,non amittit prærogatiuā
temporis ob ſtipulationē vſurarum:quia
cùm † contractus mutui inculpatus ſit,
& pro eius ſecuritate hypotheca conſti- 13
tui poſſit, text.in l. diuerſis.C. qui pot. in
pig.hab.Bald.ibid in princ. non debet id
quod vitioſum eſt,putà ſtipulatio vſura-
rum,in cōcurſu creditorum alicui dam-
no eſſe, ſed prior tempore potior iure
erit,text.in c.qui prior. de reg.iur. in 6.cū
concordantib. Ita fuit obſeruatum in
cauſa Meinhard cōtra creditores Floren.
Secùs eſſet quando † contractus princi-
palis nō ſubſiſteret,quia tunc omnia eius 14
acceſſoria corruerēt, tex.in l.non dubiū.
C.de legib. & in l. cùm principalis.ff. de
reg.iur. Alex.conſi.32.nu.1.vol.2.Iaſ.pul-
chrè conſ.133.nu.26.vol.4.incip. Videre-
tur in præmiſſa. Sed quia mutui contra-
ctus licitus eſt, inutilis ſtipulatio putà v-
ſurarum, tantùm reijcitur, & pro nō ad-
lecta habetur,text.in l.conditiones cōtra
edicta.ff. de condit. inſtit. & ſic ſors cre-
ditori ſalua manet, quæ etiā cum legiti-
mo intereſſe,à tempore moræ ſolui de-
bet: nam licèt vſuræ in mutuo ſint pro-
hibitæ, eò quòd gratuitū eſſe debeat, nèc
re contrahatur obligatio, niſi quatenus
datum ſit, vt ſuprà dictū eſt: tamen ſi mu-
tuans ſit in mora reſtituendi pecuniam,

poteſt licitè conuenlri, tam ad intereſſe
lucri ceſſantis, quàm dãmni emergentis,
tex.in c.2.de fideiuſſo. & in l.2.C.de vſur.
text.in d.l.cùm quidã.§.ſi pupillo,& in l.
Iulianus.§.ex vẽdito.ff.de act.emp. tex.in
l.curabit.ff.eo.tit.gloſſ.ſing.in c.conque-
ſtus.in verb.defendo. extr. de vſur.dicẽs,
15 quòd † damna, & intereſſe, etiam ſecun-
dum Canones peti poſſunt à tẽpore mo-
ræ:quia nõ vt vſura, ſed intereſſe & dam-
num petuntur, Panor.ibid. nu.6. dicit il-
lud perpetuò menti tenendum, quòd e-
tiã de iure Canonico peti poſſit aliquid
vltra ſortem ratione intereſſe, non ſo-
lùm damni contingẽtis, ſed etiam lucri
ceſſantis, p iura ibid.allegata. Et ita quo-
que concludit idem Panor.in d. c. naui-
ganti.nume.14. Socin.in 3. reg. fallen.31.
& 33.Innoc.in c.1.num.2.de vſur.pulchrè
Bald.in d.l.2.C.eod.num.1. cum ſeq. vbi
plura exempla ponit, gloſſ.ibid. in verb.
tradita.& in d.l.curabit.in princi.dicens,
tales vſuras vtroque iure permiſſas, ne
quis indebitè cum alterius iactura locu-
pletetur, Deci.d.conſil.119.nu.2.quem ad
hoc omninò vide.gloſ.in d.l.1.in verbo,
Petri.C.de ſumm.trini.& fid.Cathol.Iaſ.
16 ibid.num.50. Prædicta † tamen limitan-
tur, vt non procedant, ſi ab initio con-
tractus, de eo quod intereſt, inter contra-
hentes conuẽtum ſit: nam talis conuen-
tio tempore contractus facta, tanquàm
vſuraria nõ ſubſiſtit, propter fraudis ſu-
ſpicionem, cum intereſſe eo tempore ad-
huc incertum ſit, facit text.in l.cùm quis
decedens,§.codicillis,& §.Titia,ff.de leg.
3.text.in l.qui teſtamentum, ff. de proba-
tio. & per ea, quæ latè ad hoc tradit Soci.
ſen.conſ.179.in princip.verſi. tertia con-
cluſ.volu.2. Innoc. Panor.& alij in c.fin.
de vſur. Feli.in c. cùm venerabilis.num.
7.cum ſeq.& num.9.de except.Idem in c.
cum P.& G.num.1.de offic.deleg.Ancha.
conſil.158.num.2. Hæc limitatio intelli-
genda eſt de intereſſe lucri ceſſantis, &
non de intereſſe damni emergentis, quia
illud etiam initio contractus & ante
moram, expreſſa certa quantitate, in ſti-
pulationem, & pactũ venire poteſt, Do-
minic.Soto lib.6.de iuſtit. & iur. quæſt.1.
art.3.Couar.varia.reſolur.lib.3.cap.4.nu.
5 cum ſequ. latè Iohan. Bapt. Lupo in d.
tract.de vſur.commentario 1.§.6.nu.122.
cum ſequ. Imò etiam de lucro certo cre-
ditor initio cõtractus paciſci poteſt, dũ-
modò poſt moram probet tanti ſua verè
intereſſe, etſi hoc pugna non careat, Ioh.
Baptiſt.Lupo, loco citato, Bald.in l.roga-
ſti.§.ſi tibi, ff.de reb.cred.ſi cer.peta. Præ-
tereà † pro limitatione huius Obſerua- 17
tionis memoria tenẽdum, quòd in mu-
tuo coacto, vſuræ moderatæ licitè exi-
gantur, & recipiantur, quia peccata ex
voluntate procedunt, tex.in c.1.15.q.1.de-
ficiente ergo voluntate, deficit pecca-
tum, & hoc caſu non offenditur dilectio
proximi, neque iuſtitia commutatiua,
ſicut in mutuo voluntario, in quo vſu-
ræ prohibitæ ſunt. Et ideò ſi mandante
Principe, ſubditi mutuum dare cogan-
tur, ſicut aliquoties in Belgia factum me-
mini, licitè vltra ſortem aliquid accipi-
tur, per text. notab. in l. ſi quis nec cau-
ſam.ff.de reb.cred.ſi cert.petat.Caſtr.ſin-
gulariter ibidem, dicens per illum text.
ciues à Principe, vel Repub.mutuum da-
re coactos, vtroque iure inculpatè vſuras
accipere poſſe: refert, & ſequitur Vaſqui.
lib.1.de ſucceſſionibus.§.6.nume.21 cum
ſequen. & libr.1. illuſtri. contro. cap.6.
num. 7. vbi dicit, quòd tempore † ſum- 18
mæ neceſſitatis belli ſæuientis, Magiſtra-
tus ordinarius ciues compellere poſſit
ad pecunias Reipublicæ mutuandas pro
alendis exercitibus, & præſidiarijs mili-
tibus, & quòd ciues eo modo compulſi
vſuras moderatas recipere queant: nam
quoties quis ad mutuandum non mo-
uetur improba ſpe vſuræ percipiendæ,
ſed inuitus & compulſus mutuo dat, tũc
non offenditur charitas, & dilectio pro-
ximi, quæ offenſio eſt cauſa finalis pro-
hibitionis vſurarum, ideoq́ue ſine repre-
henſione & peccato, pro re, qua quis in-
uitus caret, vſus precium probè accipit,
ita tenet etiam Dominicus Soto d.quæ-
ſtio.1.artic.3. in ſecunda concluſione,&
Vaſq.loco citato. An autem † Principes 19
Iudæos recipere, & vſurarum exactio-
nem ipſis permittere poſſint, vide in v-
tranque partem apud Iaſ. in d.l.1.nu.54.
cum ſequen.C.de ſumm.trinit.& fid.ca-
thol. vbi per multas rationes in partem
negatiuam magis inclinat, in quam opi-
nionem & ego deſcendo, cùm ſit pieta-
ti, & vtilitati ſubditorum magis conſen-
tanea.

OBSER-

OBSERVATIO VI.

Damni emergentis & lucri ceſſantis ratio quando habenda.

SVMMARIA.

1 *Damni emergentis & lucri ceſſantis differentia.*
2 *Damnum emergens à tempore moræ debetur.*
3 *Lucrum ceſſans an mercatori debeatur.*
4 *Practica articulandi lucrum ceſſans.*
5 *Lucri ceſſantis æſtimatio.*
6 *Intereſſe damni varijs modis probatur.*

OBſeruãdum aliud eſſe damnum
1 † emergens, aliud verò lucrum
ceſſans: damnum enim emer-
gens dicitur, quoties de vitando damno:
lucrum autem ceſſans, quando de lucro
captando quis certat, vtputà, ſi mercato-
ri pecunia negotiationi expoſita, ſtato
tempore non ſoluatur, & ſic lucrum
quod ex pecunia mutuata augeri pote-
rat, ceſſat ob moram debitoris, per text.
in l.fin.§.ſi quis.in fin.C. de codicillis.&
tex.in l.Proculus. vbi glo.In verb.faciat.
ff.de damn.infect.text.in l.2.C.de vſur.&
tex.no.in l.cùm quidam.§.pupillo.ff.eo.
tit.& per notata Bal.in l.vnica.C.de ſent.
quæ pro eo quod int.num.56. Idem pul-
chrè conſi.182.num.2.vol.1.Ruinus con-
ſil.104.num.6.volu.4.Et licèt Alcia.in l.
cùm prætor.num.2.ff.de verb.ſign. hanc
differentiam per illum tex.reprehendat:
tamen in praxi plurimum habet mo-
menti, præſertim in materia intereſſe,
vt ſcilicet non ſit par ratio vtriuſque in-
tereſſe, damni emergẽtis, & lucri ceſſan-
tis, ſed quòd vtrunque per ſe conſidere-
tur, Bal.d.conſi.182.præclarè Dominicus
Soto Theologus de iuſtitia & iur. libr.6.
quæſt.1.art.3. Regulariter in actione bo-
2 næfidei actor à tempore † moræ intereſ-
ſe damni emergentis ſemper petere po-
teſt, ſed non lucri ceſſantis: quia illud in
iudicijs, præſertim in Camera non con-
ſideratur, vt multis præiudicijs ibidem
cõfirmatum eſt, vt in cauſa Levin à Bu-
ſlaw/ contra Dom. Chriſtophorum Ar-
chiepiſcopum Bremenſem.8.Februa.an-
no 57. Item in cauſa Iohannis Volcker
hæredum, contra Schwartzenburg/ per
tex.in l.ſi ſterilis.§.cùm per venditorem.
ff.de action.emp.gloſſ.ibid.in verb. æſti-
mandum. & gloſſ. in d.l. vnica. in verb.
dupli.glo.in c.conqueſtus.in verb.defen-
do.extr.de vſur.Panorm.ibi.nu.6. Idem
in c.nauiganti.nu.14.eod.titul. Innoc.in
c.1.nu.2.eod.tit. pulchrè Bald.in l.2.C. de
vſur.per totũ.vbi hoc exemplis illuſtrat,
per illum text. & tex.in d.l.cùm quidam.
§.pupillo. Fallit hoc in mercatore qui
ſolitus eſt negociari, cui poſt morã om-
ni iure etiam † lucrum ceſſans adiudica- 3
ri debet, per tex.expreſſum & ſingularem
in l.3.§.fin.ff. de eo quod cert.loco. gloſſ.
not.in l.curabit. in verb. ratio.C. de act.
empt.per illum text. & ibid.Bald.num.1.
& communiter Dd.text.in l.ſocium qui
pro eo, in princip.ff. pro ſocio, text. no-
tab. in l. ſi commiſſa.ff. rem rat.hab. ibi,
quantum mihi abeſt, quantumq; lucra-
ri potui, text.in l.atqui natura.§.non tan-
tùm.ff.de neg.geſt.Natta pulchrè conſil.
370.per totum, volu.2.incip. articulus de
quo agitur, vbi omninò vide, quando lu-
crum mercatori adiudicandum ſit. Iaſ.
in l.1.nu.50.C.de ſum.trin. & fide cathol.
Panor. in c.cùm P.& G. num.2. de offic.
deleg.Felin.ibid.nu.1. & Panor.in c.cùm
venerabilis.nu.16.cum ſeq.de except. Fe-
lin.ibid. nu.7.8. & 9. Cyn. in Authen. ad
hęc, circa medium.C.de vſur.vbi latè Sa-
lic. Alexand.in l.diuortio.nu.25.ff.ſolut.
matrim.Idem conſil.141.nu.2.& 3.incip.
viſo themate.vol.5.Dec.conſil.323.incip.
viſis conſilijs.num.5. pulchrè Socin.ſen.
conſi.179.in princip.verſ. tertia concluſ.
vol.2.Ancha.conſi.150.num.2.Bertrand.
conſil.127.num.4. & 7.volu.8. Ruinus d.
conſi.104.num.3.& 7.Socin.reg.3.fallen.
31.et33.Dominic.Soto loco allegato.Hoc
autem intereſſe † lucri ceſſantis, à merca- 4
tore in primis in libello articulari, &
poſteà probari debet, gloſſ. in d.l.3.§.fin.
in verb.volebat. Alexan.d.conſil.141.vi-
delicet hoc pacto, quòd ſcilicet talis mer
cator cõſueuit facere, vel exercere talem
mercaturam, & quòd tantùm ſolitus ſit
lucrari, vt pulchrè hanc articulandi pra-
cticam docent Caſtr.d.§.fin.num.3.Salic.
ibid.in prin.ſimiliter Iaſ.nu.6. cum ſequ.
quem vide.Bald.& alij in l.rogaſti.§. ſi ti-
bi.ff. ſi cert. peta. quos refert & ſequitur
Bertrand.d.conſi.127.nu.7.Aeſtimatio † 5
verò huius lucri etiam iudicis arbitrio
committitur, per notata Bart.in l.vnica.
C.de colon. Illyrica.lib.11.nu.1.per illum
text.Socin.d.reg.3.fallen.33.cum allegatis
ibid.Natta d.conſi.370.num.6.in fin. Iaſ.

in d.l.3 §.ſin.num.6.Iohan.Bapt.Lupo in
tract. de vſuris, Commentario 1.§.6. nu.
6 127. cum ſequ. Porrò quóad † intereſſe
damni, ſufficit probare damnũ, abſq; eo
quod qs ſolitus ſit negotiari, vt pulchrè
docet Alex.d.conſi.141.num.3. per tex.in
l.nummis,ff. de in lit.iuran.gloſ.ibid. in
verbo,ſua die,& communiter Dd.tex.in
l.liber homo,la 2.§.fin.ff. de verb. oblig.
Iohan.Bap.Lupo vbi ſuprà nu.103.& nu.
116. Probatur autem intereſſe damni va-
rijs modis, vtputà, ſi quis ob nõ ſolutam
ſuo tempore & loco pecuniam, ab alio
mutuum ſub vſuris neceſſariò accipere
coactus ſit, ne pœnam vel damnum in-
curreret,& alijs modis de quibus Alex.d.
conſ.141. & alij vbi ſuprà. vide tracta.de
pignoratio.Obſer.17.& Iaſ.in d.l.1.nu.5.
C.de ſumma trinit.& fide cathol.

OBSERVATIO VII.

De emptione redditũum, an ſit licita.

SVMMARIA.

1 *Vſura eſt quicquid ſorti accedit.*
2 *Pecunia eſt ſterilis, & cur inuenta.*
3 *Fœneratio quid ſit.*
4 *Pecuniæ vſus neque locari, neque vendi poteſt.*
5 *Emptionem redditũum licitam eſſe.*
6 *Redditus non eſt acceſſio ſortis, ſed ſors ipſa.*
7 *Mutui contractus multum differt ab emptione.*
8 *Emptor redditũum precium repetere non poteſt.*
9 *Vendens redditum transfert ius recipiendi redditum.*
10 *Seruitus formalis vendita transfertur in ementem.*
11 *Redditus an ſuper fundo conſtitui debeat.*
12 *Conſtitutio Pij V. ſummi Pontificis ſuper emptione annui redditus.*
13 *Emptio redditũum ſuper incertis fundis adeoq; obligatione ſola perſonali ſuſtinetur.*
14 *Contractus vſurarius eſt, ſi pecunia non alienetur in omne tempus.*
15 *Conſtitutio Caroli V. de emptionibus redditũum.*

COntractus emptionis, cẽſuum, ſiua
annuorum redditũum, licitus ſit
nec ne, putà, vt pro centenis aureis ex
fundo aliquo vel domo, ſingulis annis
ſoluantur cenſus vel penſionis nomine
quinque aurei, dubitari ſolet. Pleriq; exi-
ſtimant, hunc contractum ob id vſura-
rium eſſe: Primò, quia lucrum ſiue red-
ditus ex pecunia proueniens certus ſit,
per not.Bal.in l.vnic.nu.39.C. de his quæ
pœn.nom.in teſtam.Idem in c.1.ſi vaſal.
de ſeud.ab aliquo interpel.nu.7. Salic. in
Authen.ad hæc.C.de vſur.Iaſ.in l.cũctos
populos.in 1.lectura.nu.62.C.de ſum.tri-
nit.& fide Catholic. in ſecunda lectura,
nu.40.cum ſeq. Deinde, quòd quotannis
ſorti ex perceptione redditũum aliquid
accedat: quicquid autem † ſorti accedit, 1
vſura eſt, tex.in c.pleriq;.14.q.3.& in c.na-
uiganti. de vſur. Dd. communiter ibid.
Tertiò, quòd pecunia tanquàm res ſteri-
lis fructum producere nequeat: nam pe-
cunia permutandi, non autem locandi,
aut vendendi cauſa inuenta eſt, tex.in l.1.
ff.de contrah.empt. itaq; vſus eius inter-
uertitur, quãdo ad quæſtum transfertur.
Pecunia medium emptionum & vendi-
tionum, aliarumque commutationum
eſſe debet, non extremũ, hoc eſt, res em-
pta, † quia cùm ſit ſterilis, vt dictũ, contra 2
naturam eſt fructum ab ea exigere, iuxta
Ariſtotelis ſententiã, libr.1.Polit. quod ſi
fiat, vſura committitùr: quia pecunia pa-
rit pecuniam, & † fœneratio nihil aliud 3
eſt, quàm pecuniæ locatio: ſed vſus † pe- 4
cuniæ neque locari, neque vendi poteſt,
cùm non recipiat à re ipſa, & rei proprie-
tate ſeparationem, nemo vti poteſt pe-
cunia, niſi qui eius dominus eſt: quò ſit,
vt pecuniæ vſufructu legato, ſimul pro-
prietas legata cenſeatur, text.in l.1. & in
l.2.ff.de vſufr.ear.rer.quæ vſu conſum.&
in l.ſi tibi vini.ff.eod.titul. text.in §. con-
ſtituitur, Inſtit.de vſufr. Quartò pro hac
opinione facit, quòd vendens annuum
redditum ex fundo ſuo, nihil in emen-
tem transferat, ſed dominus rei perma-
neat. Cùm igitur emptor ex re aliena lu-
crum ſentiat: cõſentaneum eſt eum vſu-
ram cõmittere, p text.in c.1.& 2. de vſur.
text.in c.in ciuitate.et c.fin.eod.titu. Plu-
res rationes adſert Gulielmus Bont. in
tract.de vſur.num.3.cum ſeq. Sed iſtis ra-
tionibus non obſtantibus, communis &
verior opinio eſt in contrarium, huiuſ-
modi nimirum † contractum emptio- 5
nis.cenſuum, ſeu annuorum redditũum
licitum, & non vſurarium eſſe, ſiue red-
ditus conſtituatur in pecunia, ſiue fru-
mento, vel alijs rebus, quod fieri poteſt,
per text.in l.iubemus.2.§.verum.C.de ſa-
croſan.Eccleſ. cùm ſit purus, & inculpa-
tus contractus emptionis & vẽditionis:
nam preciũ interuenit, ſcilicet certa pe-
cuniæ quãtitas & merx, hoc eſt, redditus
annuus,

annuus, quæ ſunt ſubſtãtialia ipſius con-
tractus emptionis & venditionis, text in
l. nec emptio. ff. de contrah. emption. vel
vendit. text. in §. 1. & in §. precium. Inſtit.
eod. titul. Cenſus eſt tes certa, vnde ven-
di poteſt, d. l. nec emptio. Clemen. mo-
naſterium. de reb. Eccleſ. non alien. d. l.
iubemus. 2. §. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.
Authen. de non alienan. aut permu. §. ad
hoc autem. & Authen. vt qui obligatas ſe
hab. perhibent. §. quòd ſi minor. Quam
opinionem ipſe Pontifex approbat, in
c. 1. & 2. de emption. & vendit. in extra-
uag. & ſequuntur Innoc. in d. c. in ciuita-
te, num. 2. vſque ad finem. Panorm. ibid.
num. 7. & 8. & communiter Canoniſt.
Dominic. Soto Theologus eruditiſſi-
mus, libr. 6. de iuſtit & iut. quæſtion. 5. ar-
tic. 1. Bald. pulchrè conſil. 154. num. 1. vol.
2. incip. Inſtumentum. & conſi. 292. per
totum. volum. 5. incip. Quia ex facto. vbi
omninò vide. Calca. conſil. 84. num. 4.
Idem conſi. 85. num. 2. & nu. 10. vbi com-
munem dicit Roma. conſil. 302. num. 1.
incip. Omnipotentis. Anchar. pulchrè
conſil. 30. per totum. incip. Dubitari ſo-
let. Titaqu. de retract. §. 1. gloſſ. 6. num. 15.
per multa allegata. latè & eruditè Co-
uar. vari. reſolut. libr. 3. cap. 7. per totum.
Non obſtant ſuprà allegata in contra-
rium: & primò, quòd redditus ex pecu-
nia proueniens certus ſit, quia redditus
perſoluitur ſingulis annis, non vt lucrũ,
ſed vt merx & res empta, cùm ſit con-
tractus emptionis & venditionis: nam
redditus annuus tam in pecunia, quàm
re emi & vendi poteſt, d. l. iubemus. Bal.
d. conſ. 154. & d. conſ. 292. Sicut etiam do-
nari & legari poſſet, text. in l. in annali-
bus. C. de legat. text. in l. ſi ſeruum. §. ſti-
pulatio. ff. de verb. oblig. & per iura ſupr.
allegata, idque magis perſpicuum erit,
ex ijs quæ ſequuntur. Secundò non ob-
ſtat, quòd ex perceptione reddituũ quot-
annis aliquid ſorti accedat, quia hoc ne-
gatur: nã in contractu emptionis & ven-
ditionis nihil acceſſionis loco venit, ſed
quod vltrò citroq; datur, res eſt primaria
& principalis, precium in pecunia, merx
in redditibus verſatur: proinde quod an-
nuatim ex ipſo cõtractu emptionis per-
6 cipitur, nõ eſt † fructus pecuniæ, neq; ac-
ceſſio aliqua ad ſortem: ſed merx, ſiue res
empta redditus qui percipitur, ſiue ius il-
lud recipiendi annuum redditum, ſors
dicitur, quia res empta cũ omnibus com
moditatibus & vtilitatibus ſuis eſt ſors,
quæ ex ipſo contractu venditionis debe-
tur: quóad venditorem, iuſtum precium
ſors eſt: quò verò ad emptorem, res em-
pta pro ſorte accipitur. Vndè cùm nulla
fiat acceſſio ad ſortem, ſed ipſa ſors, hoc
eſt, res empta percipiatur, contractus in-
culpatus eſt. Vſura propriè nõ commit-
titur, niſi in mutuo, vt ſuprà, eod. Obſer-
uat. 5. dictum eſt, p text. in d. c. ſi nauigan-
ti. vbi ex pecunia, re ſterili, fructus perci-
pitur, & dilectio proximi offenditur. At-
qui inter contractum mutui, & emptio-
nis multum intereſt quóad ſortem: nam
in mutuo pecunia † mutuò data ſalua 7
manet creditori, & repeti poteſt ſecun-
dum conuentionis legem, ſed celebrata
emptione & vẽditione reddituum, ſors
tanquàm precium, in venditorem ilicò
trãsfertur adeò, vt † emptor eam quam- 8
diu redditus ſoluitur, reuocare, & repe-
tere nequeat. Nec obſtat, quòd poſt ali-
quot annorum curricula, putà poſt vi-
ginti annos, redditus excedant precium,
quia ob id contractus non eſt turpis, aut
illiberalis, cùm emptor non ex re aliena,
ſed propria fructum percipiat, & idem
accidere poteſt in emptione prędiorum,
vt videlicet poſt multos annos fructus
percepti, precium emptionis excedant;
& tamen huiuſmodi emptiones prædi-
orum omni iure permiſſas eſſe nemini
dubium eſt. Principium enim non euen-
tus conſiderari debet, ſufficit cõtractum
emptionis reddituum, ex cauſis allega-
tis, initiò neque ex forma, neque ex in-
tentione vſurarium fuiſſe, facit text. no-
tab. in l. oleo. C. de vſur. Bald. d. conſil.
292. Nihil quoq; momenti habet tertia
obiectio, quę ex iam dictis ſatis confuta-
ta eſt. Quibus accedat, quòd ex nuda pe-
cunia non quæritur fructus, ſed compa-
ratur ius recipiendi redditum annuum,
quod ius legitimo precio æſtimari &
vendi poteſt: quemadmodum ius eun-
di per fundum meum, vel ius haurien-
di aquam ex puteo meo, rectè venditur:
non ipſa pecunia, ſed ius recipiendi ſin-
gulis annis pecuniam vel redditum, eſt
res empta: cauſa enim non in pecunia,
ſed in debitoris bonis eſt poſita. Qua-
propter cùm emptor ex re ſua, nimirùm

ex emptis tedditibus,& non èx re aliena,
9 neque ex † ſterili & infœcunda, fructum
percipiat:conſequens eſt eum vſurã non
committere. Non obſtat vltima obie-
ctio,quia falſa eſt:nam vendens redditũ,
transſert ius percipiẽdi illum redditum,
tanquàm rem venditam, in ementem,
quod quidem ius, vti incorporale, ſepa-
ratum eſt ab ipſa pecunia: vndè licèt ven
ditor dominus fundi permaneat:ramen
huius iutis dominus nõ manet, ſed trãſ-
fert illud in ipſum emptorem : quemad-
modum in ſimili, vendens ſeruitutem
eundi per ſundum ſuum, etſi rei, hoc
10 eſt ſundi dominus maneat : ramen † ſer-
uitutis formalis venditæ dominus non
eſt,quamuis cauſalem retineat, & ſic nõ
ex re aliena, ſed propria fructus percipit.
Vide prolixiùs Gulielmum Bont. in ſuo
tractatu de vſur. & alios, in locis ſuprà,
11 allegatis. Nonnulli, eatenùs † emptio-
nem reddituum valere, ſi ad ſundum
certum referatur, eoque perempto vel
imminuto redditum ſimul perire, vel
minui exiſtimant, vt ſic emptor rei em-
ptæ periculum ox natura contractus ſu-
ſtineat,text.in l.1.C. de peric.& commo.
rei vendir. & in §. cùm autem, Inſtit. de
12 empt.& vendit. Secùs putant, ſi † reddi-
tus ſuper incertis ſundis, aut rebus cõſti-
tuatur,vel ad ſolutionem reddituum ſo-
la perſona obligetur, quo caſu illicitum,
& vſurarium eſſe contractũ concludunt,
idq́; ſummi Pontificis Pij V. conſtitutio-
ne,14.Cal. Feb.ann.1568. Romæ promul-
gata comprobari.In qua ſententia eſt In-
noc.in d.c. in ciuitate. & multi alij,quos
13 allega Couar.d.c.7.nu.5. Sed generali †
paſſim cõſuetudine aliter receptum eſt,
valere emptionem annui cenſus,tam ſu-
per incertis, quàm certis fundis, & rebus
contractã, adeoq́; ſola obligatione per-
ſonali conſtitui poſſe : nã in huiuſmodi
emptionibus reddituũ, perſonam quo-
tannis dare, facere teneri, neq; emptorẽ
poſſe per ſe fructus percipere, ideoq́; per-
empto fundo, qui ad maiorẽ emptoris
ſecuritatẽ, acceſſoriè in obligationem &
contractum venit, perſonam adhuc ad
ſolutionẽ redditus obligari, per tex.ſing.
in l.creditor, qui nõ idoneum.ff. de reb.
cred.ſi cer.pet.tex.in l.aduerſus.C.de act.
& oblig.tex.in l.fundus quẽ.ff. de annuis
leg.Couar.præclarè d.c.7.nu.5.cum ſequ.
vbi omninò vide qualis ſit illa hypothe-
ca.quæ deducitur ex cõſtitutione annui
redditus,ſup re aliqua, vel ſundo aliquo
ſuper quo annuus redditus eſt conſtitu-
tus. Et hanc opinionẽ ſequitur Camera.
Illud pugna caret, contractũ † illum eſſe 14
vſurariũ,quando pecunia non alienatur
in omne tẽpus, ſed arbitrio creditòris p-
mittitur, vt eã certo die repetere poſſit,
& interim annua quædã penſio ex pecu-
nia ei ſoluatur : quia eo caſu nõ emptio-
nis,ſed mutui contractus eſt, & proindè
acceſſio ad vſurariam prauitatem conti-
net, Domin. Soto libr.6. de iuſtit. & iur.
quæſt.5.art.3. Couar. variar.reſolut.lib.3.
cap.9.nu.4. Præterea in huiuſmodi em-
ptionibus reddituum, vt conſcientiam
illæſam quis habeat,cauendum, ne fraus
adhibeatur contractui, néue modus in
conſtituendo redditu excedatur : quan-
titas precij eſt argumentum doli, & ſi-
mulatio præſumitur, ſi precium ſit exi-
guum, text. in l. per diuerſas.C.mand. &
in l.cùm hi.§. modus.ff. de tranſact. ibi,
nam etiam ex modo fides tranſactionis
æſtimabitur, gloſſ. in c. ad noſtram. de
empt.& vendir.in verb.dimidiam. Bald.
d.conſil.154.num.3. Calca.d.conſil.85.nu.
9.& 10. Dd.in d.c.in ciuitate. vbi docent,
quomodo fraus in hac emptione reddi-
tuum præſumatur. Imperator Carolus
V.diuæ memoriæ, anno 48. in Auguſta-
nis Comitijs, in Ordinatione politica, † 15
titu. de vſurarijs contractibus ſaluberri-
mè conſtituit, ne in Imperio vltra quin-
cunces, hoc eſt, vltra quinque in ſingula
centena annuatim recipiantur, quod ſu-
pra illam ſummam accipitur, vſurarium
eſt,nec pro ea actio aliqua competit, ſed
fit reductio ad legitimã ſummam,próut
notaui ſuprà,d.Obſeruat.5. Atque ita in
Camera obſeruatur, non adiudicantur
emptori vltra quinq; pro centenario,vi-
gore dictæ conſtitutionis, & etiam iuris
communis,conſiderata quantitate iuſtæ
penſionis, quæ ita accipitur, vt viginti
annorum ſpacio ſortem æquet, per iura
d.Obſeruat.5.allegata. An autem reddi-
tus ad certum tempus ſine crimine &
prauitate vſuraria emi poſſint,vide Co-
uar.d.c.7.num.4.

OBSERVATIO VIII.

De em-

De emptione redditunm ad vitam.

SVMMARIA.

1 *Redditus vitales ſunt liciti.*
2 *Vita hominis incerta.*
3 *Incertitudo facit licitum, quod aliàs eſt illicitum.*
Donatio reciproca inter coniuges. Ibid.
4 *Redditus vitalis conſiſtit etiam in perſonis plurium.*
5 *Conſuetudo regionis vbi redditus emuntur attendi debet.*
6 *Contractus regulantur ſecundum conſuetudinem loci.*

EOdem modo dubitari poſſet, de
1 emptione † redditũ ad vitam
an ſubſiſtat. Sed cõmuniter pla-
cuit talem cõtractum iuſtum & licitum
eſſe, adeoque venditores ad obſeruanti-
am obligari, præſertim ſi fiat ad ratio-
nem vnius, pro decem, vel duodecim ab
vnica perſona mediocris ætatis, putà 30.
annorum. Ratio autem huius obſerua-
tionis fundatur in incertitudine lucri &
2 damni, quia † vita hominis incerta, &
multis caſibus expoſita eſt, adeò vt ne-
mo ſibi craſtinum polliceri poſſit, & ſic
incertum quãdiu emptor victurus, cùm
mors omni ætati cõmunis ſit, nam iuxta
illud Horatianum:

Mixta ſenum ac iuuenum denſantur funera, nullum
Saua caput Proſerpina fugit.

Item lib. 4. Carm. Ode 7.

Quis ſcit an adyciant hodierna craſtina ſumma
Tempora Dy ſuperi?

Et Martialis lib. 1. Epigram. inquit:

Non eſt, crede mihi, ſapientis dicere, viuam.
Sera nimis vita eſt craſtina, viue hodie.

Hanc opinionem tenet Innoc. Panorm. & communiter Canoniſt. in c. in ciuitate. de vſur. vbi ſedes ordinaria. Bald. in l. ſi pater puellæ. in fin. C. de inoffic. teſtam. per illum text. Iaſ. in l. cunctos populos in prima lectura. num. 63. & in 2. lectura. nu. 42. C. de ſumm. Trin. & fid. Cath. Guliel. Bont. in tracta. de vſur. num. 63. cum ſeq. Bald. eleganter. conſil. 292. volu. 5. per totum. incip Quia ex facto ius. Idẽ conſi. 154. nu. 1. & 2. vol. 2. incip. Inſtrumentum. vtrobiq; dicit hunc contractum, neq; ex forma, neq; ex intentione vſurarium eſſe ſed ob incertitudinem aſſimulari emptioni iactus retis, tex. in l. ſi iactum. ff. de act. empt. Idem tenet Roma. conſil. 302. per totum. Curt. iunior conſil. 286. nu. 23. volu. 3. incip. habita diligenti. Molinæ. in tracta. commercio. quæſt. 72. per totum. Didac. Couarr. varia. reſolut. libr. 3. cap. 7. num. 3. circa finem. Alexan. in l. de fideicommiſſo. nu. 2. C. de tranſact. Caſt. ibid. num. 3. vbi dicunt, quòd in foro conſcientię tutus ſit, qui ob vitæ diuturnitatem vltra ſortis quantitatem fructus & cenſum percipit: nã vbi ex aliquo actu quis perindè commodum atque incommodum percipere poteſt, non dicitur lædi, ſi caſu, præter opinionem, incommodũ ſentiat, per text. in d. l. de fideicommiſſo. Dec. conſ. 111. nu. 7. incip. & pro tenui, vbi dicit ratione dubij euentus lucri, & dam-
ni, contractum licitum eſſe, nam ratio-
ne † incertitudinis licitum eſt, quòd aliàs 3
in caſu certo eſſet illicitum, per text. in l. ſi ea pactione. gloſſ. ibid. in verbo, conducta. text. in l. ſi ea lege. & in l. oleo. C. de vſur. Salic. ibid. nu. 1. & d. l. ſi pater puellæ. Alex. & Caſtr. in d. l. de fideicommiſſo. Bald. d. conſi. 292. quém omninò vide, & d. conſil. 154. dicens, quando bona fuit intentio à principio, tunc non euentum, ſed principium conſiderandum, ſeu initium contractus, per text. notab. in l. ſed an vltrò. §. fi. ff. de negoc. geſt. & d. l. oleo. Bald. ibid. num. 1. facit text. elegans in l. ſancimus. §. ſi quis autem. C. de donat. Curt. iunior d. conſi. 285. num. 23. quo fit, vt etiam donatio reciproca in tempus mortis collata inter coniuges valeat, vtputà, quod ſuperſtes præmorienti ſuccedat, idque propter dubium mortis euentum, text. in d. l. ſi pater puellæ, & in l. quod autem. §. ſi vir. & vxor. ff. de donat. int. vir. & vxo. Hippol. ſing. 333. num. 2. incip. pactum, apoſtilla ad Roma ſing. 820. incip prohibiti. Soci. in fallentijs in verbo, donatio inter virum & vxo. in prima fallent. Cyn. Bald. Salic. Iaſ. & alij in d. l. ſi pater puellæ. Ampliatur iſta obſerua-
tio, vt procedat etiamſi non ad vitam † 4
vnius, ſed duorum, putà viri & vxoris, aut etiam plurium, & quidem iuniorũ, redditus vitalis ematur: ſed eo caſu modus in conſtituenda annua penſione ſeruandus, & ratio ætatum habenda eſt, vt in iunioribus, qui per ætatem diu viuere poſſint, maius conſtituatur emptionis precium, putà ad rationem duodecimæ, quàm in ſenibus, quorũ vita iam prope-

modum ad metam decurſa eſt,& qui per
ætatẽ din viuere nõ poſſunt. facit ad hoc
text.elegans in l.hæreditatum.ff.ad l.ſal.
cid.text.in l.cùm hi.§. modus quoque.ff.
de tranſact. vbi dicitur, quòd modus pe.
cuniæ in tranſactione, pro ætate & vale.
tudine eius qui tranſigit arbitrandus ſit,
& quòd aliter cum pueto, aliter cum iu.
uene,& aliter cum ſene tranſigere opor.
teat,eò quod alimenta cum vita finian.
tur,gloſſ.ibid.in verbo,cum iunene. Bal.
in d.l. ſi pater puellæ. dicens, huiuſmodi
redditus taxari debere ſecundum ætates,
quod latiùs proſequitur Molinæus loco
citato, num.480. Couarr.varia.reſolut.
cap.9 num.7.Roma.d.conſi.302. Et talis
redditus vitalis,etiam in plurium perſo.
nis in ſolidum conſtitui poſſet, vt vide.
licet morte vnius non extinguãtur red.
ditus pro parte, ſed vſque ad vltimum
ſuperſtitem duret, vt pulchrè conſuluit
Bald.d.conſil.292. per iura ibid,adducta.
Molinæ.vbi ſupr. Cauendum tamen,ne
interueniat deceptio vltra dimidinm
iuſti precij, vt notat Salic. in d.l. ſi ea pa.
ctione.nume.3.in fin. Iaſ.in d.l. ſi pater
puellæ.num.8. vbi dicit, quòd tali caſu in
foro conſcientiæ ad reſtitutionem tene.
retur. Regulariter in iſtis emptionibus
5 reddituum † ad vitam, cõſuetudines lo.
corum vbi huiuſmodi contractus cele.
brantur,attendi debent, text. in l. ſi fun.
dus.ff.de euictio. Couar. vbi ſuprà: nam
nemini iniuriam facit,qui ſecundũ con.
ſuetudines locorum, vel morem regio.
nis contrahit,cùm contractus initio ſint
voluntatis, text. in l.nec emere.C.de iur.
deliber.cum ſimilibus, & volenti atque
ſcienti non fiat ininria, text.in c. ſcienti,
de regul.iur.in 6.& in l.cum donationis,
C.de tranſact. dummodò abſit fraudis
ſuſpicio, & vſuraria prauitas, iuxta not.
in c.ad noſtrum. de emptio.& venditio.
Canoniſt.in c.nauiganti.de vſur.& aliâs
6 in † contractibus, conſuetudo loci, in
quo contrahitur,attendi debet,text.in l.
ſi fundus.ff.de euict.& in l.ſi publicanus,
§.fi.ff. de public. & vectig. text. in l. ſem.
per in ſtipulationibus.ff.de reg. iur. & in
l.1.ff. de vſuris. Bald. & Dd. in l. cunctos
populos.C.de ſum.trinit. & fide Cathol.
Philip. Port.lib.5.com.opinion.concluſ.
31. Iaſ.in l. certi condictio.§. ſi nummos.
num. 6. ff. ſi cert. petat. vbi dicit, quòd
omnis diſpoſitio, ſiue legalis, ſiue vlti-
marum voluntatum, ſeu contractuum,
à conſuetudine, & ab eo quod fieri ſoli.
tum eſt, interpretationem recipiat. alle.
gat Panorm.in c. certificari. de ſepulr. &
hoc multis exemplis illuſtrat.vid Chaſſ.
in conſuetud. Burgund. rubr. 10. §. 1. in
verb.fin. num.3. & allegata infrà,Obſer.
uatio. 52.

OBSERVATIO IX.

Conſtitutiones Imperatoris Caroli V. ſuper emptionibus reddituum, an ad caſus præteritos extendantur.

SVMMARIA.

1 *Emptio reddituum ad rationem viginti pro vno floreno valet.*
2 *Et infra eam ſummam de iure communi.*
3 *Leges futuris negocijs dant formam.*
4 *Formatum ex ſuperueniente caſu mutandum non eſt.*
5 *Conuentio ſuper redditibus perpetuò præſtandis non valet.*
6 *Conſtitutio quando ad præterita extendatur.*

EX conſtitutionibus Imperij, an.
no trigeſimo, & quadrageſimo
octauo Auguſtæ promulgatis,
emptiones † reddituum ad rationem vi. 1
ginti ꝓ vno floreno,approbantur: quod
ſupra eam pẽſionem accipitur,tanq̃ vſu.
rarium reijcitur, & ꝓ non adiecto habe.
tur, fitq́; reductio ad iuſtam penſionem,
vt dixi ſuprà eodem,Obſeruat. 5. per alle.
gata ibid. Iuſta penſio de iure communi
dicitur, quæ vigeſimo anno ſortem æ.
quat,tex.in Authen.de non alie.aut per.
mut.reb. Eccleſ. §. quia verò Leonis.ver.
ſi verò alicuius. gloſſ. ibid.in verb.com.
putari. Et huiuſmodi reductiones in Ca.
mera ſæpè factas memini. Ex facto autẽ
proponebatur, an dictæ conſtitutiones
Imperij etiam ad caſus præteritos trahi
poſſent: putà, ſi diu ante illas cõſtitutio.
nes emptio reddituum facta ſit ad ratio.
nem quindecimæ, an venditor benefi.
cio illarum conſtitutionum ſe tueri, &
ſolutione quinque florenorum in ſin.
gula centena annuatim, liberari poſſit?
Concluſum fuit quòd non: Primò,quia
contractus ſuper annuo redditu, ad ra.
tionem

2 tionem † quindecim pro centum, de iu-
re communi validus eſt, per text. in l. ſi
quis argentum. §. ſin autem donator.
verſic. in redditibus. C. de donat. Tiraq.
de retract. §. 1. gloſſ. 6. num. 18. cum ſequ.
imò ſummi Pontificis permiſſione, in
c. 1. de empt. & vend. in extrauag. emptio
redditVum valet ad rationẽ vnius flore-
ni pro decem, vndecim, duodecim, vel
tredecim, ſecundum loci receptam con-
ſuetudinem, quæ in huiuſmodi contra-
ctibus omnium maximè ſpectari, & at-
tendi debet, per tex. ſing. in l. 1. ff. de vſur.
& text. in l. & in contraria. ff. eod. titul.
& in l. ſi fundus, ff. de euictio. text. in l. ſi
publicanus, §. fin. ff. de publica. & vectig.
3 Deindè, quia notũ eſt leges † & conſtitu-
tiones futuris negocijs formã dare non
præteritis, tex. in l. leges & cõſtitutiones.
C. de legib. Dd. ibid. tex. in c. fi. ext. de cõ-
ſtit. vbi ampliſſimè Dd. glo. ordinaria, in
c. licèt canon. in verb. de cætero, de elect.
in 6. quoties enim noua conſtitutio ali-
quid circa negocij ordinationẽ, vel con-
tractus diſponit, tunc ſemper mores &
conſuetudines quæ tempore contractus
extiterunt, non quæ poſteà introducun-
tur conſiderari debent, quia futurorum
contrahentes ſcientiã habere nequeunt,
ita præclare docet Bal. in d. l. leges. nu. 2.
gloſſ. in d. c. licèt canon. Bart. in l. omnes
populi. nu. 39. ff. de iuſt. & iur. Anthon. de
Butr. in d. c. fi. nu. 15. de conſtit. Feli. ibid.
nu. 2. vbiq; pulcherrimè docent, quandò
lex noua, vel ſtatutum nouum, ad præte-
rita deciſa, vel pendentia trahatur. Re-
gulariter noua conſtitutio ad deciſa nõ
trahitur, text. in l. cauſas, C. de tranſact.
Vtrum verò teſtamentũ ante nouũ ſta-
tutum, quod certam teſtandi formã re-
quirit conditum valeat, vide Caſtr. in l.
iubemus. nu. 6. C. de teſtam. tenentẽ per
illum tex. illud valere: contrariũ tamen
concludit Iaſ. ibid. nu. 8. Sic in ſolutione
monetæ, valor qui erat contractus tem-
pore, non autem ſolutionis: attendi de-
bet, tex. in c. olim cauſam, de cẽſib. vbi Pa
nor. & communiter Canoniſt. tex. in c.
quarto. §. ſi verò, de iureiu. vide infrà, eod.
Obſeru. 73. Tertio, quia cõtrahẽtibus iam
ius ex contractu præcedente quæſitum eſt,
qui quidem contractus, tã de iure cõmu-
ni, vt paulò ante dictum, quàm de cõſue-
tudine loci, eo tempore licitus & vſita-
tus erat: igitur ex noua & poſteriori cõ-
ſtitutione, hoc ius illis auferri non de-
bet, cùm † formatum ſolenniter, & in 4
eſſe productum ex ſuperueniente caſu
mutandum non ſit, Bald. in d. l. leges &
conſtitutiones. Quartò in poteſtate ven-
ditoris poſitum eſt, ſolutione ſortis, in-
uito emptore liberare ſe ab annua illa
præſtatione, tametſi initiò pacto con-
uentum eſſet, liberationem, vel reluitio-
nem nullo vnquàm tempore fieri debe-
re. huiuſmodi enim † cõuentiones, tan- 5
quàm vſurariæ, dicta conſtitutione Au-
guſtana de anno quadrageſimo octauo,
reprobatæ ſunt. Poſtremò, verba quoq;
dictarum conſtitutionum ſutura tan-
tùm reſpiciunt, id quod verbum, Hinfurter/ id eſt, de cætero, non obſcurè in-
dicat. Quæcunque igitur ante eas conſti-
tutiones legitimè facta ſunt, rata firma-
que permanent atque ſubſiſtunt, quod
prolixiùs oſtendit Molinæ. in tractatu
commerciorum, quæſt. 14. nume. 139. Ita
obſeruatum in cauſa Gotſchalck à Seg-
raidt/ contra Nicolaum. Weſtermann/
Anno 68. Porrò quod ad alios contra-
ctus vſurarios attinet, quorũ ſex in d. cõ-
ſtitutione Imperij, Anno 30. enumeran-
tur, dubiũ non eſt, quin poſteriores con-
ſtitutiones etiã ad præteritos caſus refe-
rãtur: imò nõ opus eſt aliqua noua lege,
quóad huiuſmodi vſurarios contractus:
cùm illi de iure cõmuni, maximè Cano-
nico omninò reprobati ſint, per allegata
in d. Obſerua. 5. adeoq; ex ſæpè allegata
conſtitutione Imperij, de Anno 48. vſu-
rarius, non ſolùm vſuras, ſed etiã quartã
partem ſortis, in pœnã damnati contra-
ctus amittat. Quo pertinet doctrina Dd.
in c. cùm tu. de vſur. conſtitutionem † ad 6
præterita referri, quoties reprobantur ea,
quæ cũ iure diuino, & naturali pugnant,
gloſſ. in d. c. fin. in verbo, ſutura, de con-
ſtitut. Antho. de Butrio. ibid. nu. 14. cum
ſeq. Feli. nu. 4. quẽ omninò vide. apoſtil.
ad Bart. in d. l. oẽs populi. nu. 39. Panor. in
d. c. cùm tu, nu. 3. per illum tex. qui ad hoc
allegari ſolet, quòd cõſtitutio, quãdò eſt
iuris antiqui declaratoria, concernat eti-
am præterita, c. 1. de tranſact. text. in §. 1.
Authen. de filijs ante dotalia inſtru. na-
tis. Et eſt ratio, quòd is qui declarat, nihil
noui det, tex. in l. hæredes palam. ff. de te-
ſtam. vide ſuprà, eod. Obſer. 1.

OBSER.

OBSERVATIO X.

Annui redditus an inter immobilia computentur.

SVMMARIA.

1 *Præſtationes annuæ ſunt in fructu.*
2 *Tempus longum aut perpetuum quomodò in iure accipiatur.*
3 *Redditus ceßi inter bona mobilia referuntur.*
4 *Effectus huius obſeruationis.*
5 *Interdicta non dantur pro rebus mobilibus.*
6 *Poſſeſſor rerum immobilium non ſatisdat.*

EX cõmuni Dd.opinione,annui
redditus,ſi non ſint ad modicũ
tempus conſtituti, inter immo-
bilia computantur,per tex.in l.iubemus
C.de ſacroſanct.Eccleſ. & in Authen.de
non alienan.reb.eccleſ.§ hoc igitur. ver-
ſic.alienationis.text.in Clem.exiui.§. cũ
annui , de verbor. ſigni. pulchra gloſſ.
ibid.in princ.glo.in Authen.vt ij qui ob-
ligatas ſe hab.perhib.§.quoniam autem.
in verb.redditus.Bal.in l. etiam. nu. 8. in
fin.C.de execut.rei iud. vbi hanc dat ra-
1 tionem,quia inquit præſtationes, † quæ
renaſcuntur,& repullulant, ſunt in fru-
ctu,& omne quod eſt in fructu, poſſide-
tur,vel quaſi.Idem Bal. in l. hac edictali.
§.his illud.nu.12.C.vti poſſidet.&in præ-
ludijs feudorum,nu.21.vbi dicit, ꝙ om-
nes res ex quibus fructus percipiũtur, in-
ter immobilia computentur. Molin. in
tract.commer.q.37.nu.237. vbi dicit cõ-
munem eſſe omniũ Dd.opinionem.Af-
flict.in tract.de iure prothomiſeos, §. 1.
num.6.Roma.conſil.302. nume.5.in fin.
Chaſ.latè.rubr.5.§.1.num. 3. cum multis
ſequen.Aluaro.in §.ſi verò pacis.nu.7.de
pace tenen.Bald.in §.1.nu.26.eod.tit.Ti-
raq.in conſuet.Burg.latè.§.1.glo. 6. nu.3.
cum ſeq.per multa allegata.& ibid.nu.9.
ſingulariter hanc concluſionem limi-
tat, vt ibi per eum, quem omninò vide.
2 Decem † annorum tempus in iure no-
ſtro pro longo accipitur,per nota.glo.in
l.de in rem verſo.ff.de vſur.in verb.lon-
go,& gloſſ.in l.ſi filiusfam.C.de pet.hæ-
red.in verb.detinuit,vtrobiq; Dd.Perpe-
tuum verò tempus dicitur, quod eſt tri-
ginta annorum,glo.notab.in §. 1. Inſtit.
de perpet.& temp.act.in verbo,conſtitu-
tionibus,gloſſ.in Auth.ſi quas ruinas, in
verb.dentur.C.de ſacroſanct. eccleſ. Ti-
raq.d.§.1.gloſſ.6.num.9. Felin.in c. ſicut.
num.30.de ſentent.& re iudic. ſed ſuprà
eod.Obſeruat.7. dictum eſt emptionem
reddituum eatenus valere, ſi perpetuò a-
lienata ſit pecunia in venditorem , pro-
indè ad diſtinctionem iſtam tẽporis lon
gi & perpetui,non eſt animaduertendũ.
Limitatur autem iſta cõmunis opinio,
vt procedat quóad redditus nõdum ceſ-
ſos,nam † redditus ceſſi, ſiue penſiones 3
ceſſæ,fructibus à ſolo ſeparatis compa-
rantur,& quemadmodum illi inter mo-
bilia referuntur,ita quoq; penſiones ceſ-
ſæ pro mobilibus habentur, argumento
l.fructus pendentes.ff.de rei vendic. Hãc
diſtinctionem facit Bald.in c.1.nu.25. de
pace tenend.in vſibus feud. Afflict. ibid.
num.13.dicens,illud perpetuò menti te-
nendum,quòd quandò venit dies ſolu-
tionis, penſiones pro rebus mobilibus
habeantur. Idem tenet Aluarotus d. tit.
de pace tenend.§.ſi verò pacis. nu. 6. Ti-
raq.de retract.d.§.1.glo.7.num.37.& nu.
44.Quòd ſi penſiones partim ceſſæ ſint,
partim non,iudicandũ de ijs pro rato tẽ-
poris,p tex.in l.Iulianus.§.ſi fructib.ff.de
actio.empt.& in l.fi. ff.de iur.fiſc.Affli.d.
tit.de pace tenend.Effectus † huius com- 4
munis opinionis in praxi certis caſibus
nõ eſt exiguus, & primò in alienationi-
bus rerũ minorum,quóad interpoſitio-
nem Iudicis decreti,& aliàs ſolennitates
iuris,de quibus tot.titu.ff.de reb.eor. qui
ſub tut.& cura ſunt,ſine decret. non a-
lien.in tot.titu. C. de præd. & alijs rebus
mino.ſine decret.non alien. vide omni-
nò circa has ſolennitates Schurff. conſi.
4.per tot.cen.3. incip.quòd prædicta : nã
redditus annui,tanquàm res immobiles
ſine decreto iudicis alienari nõ poſſunt.
Secundò, in ſtatutis de rebus immobili-
bus diſponentibus, videlicet quòd alter-
utro coniugum mortuo, ſuperſtes con-
iunx lucretur omnia bona mobilia, etiã
in caſu exiſtentium liberorum, vide ſu-
prà,lib.1.Obſeruat.36. Tertiò, in interdi-
cto † Vti poſſidetis,vel Recuperãdæ poſ- 5
ſeſſionis,ad hoc,vt cognoſcatur, an lo-
cum habeat interdictum, quia nullum
interdictũ comparatũ eſt pro re mobili,
ſed tantùm pro immobili,per tex.in l.1. §.il-
lud.ff.de vi & vi armata. gloſſ. Bartol. &
Dd.in l.rem quæ nobis.ff.de acquir.poſ-
ſeſ.Bald.in l.vnic.C.vti poſſid.Quòd au-
tem

tem detrectans ſoluere redditus, conue-
niri poſſit interdicto, Vnde vi, tenet Bal.
in l. ſi quis conductionis. numer. 2. C. lo-
cat. Socin. ſenior, conſ. 187. nu. 15. volum.
2. Specul. titul. de reſtitut. ſpoliat. §. nunc
6 dicamus. nume. 2. Quartò quòad † ſatiſ-
dationem iudicio ſiſti: nam poſſidens
annuos redditus ab onere ſatiſdandi re-
leuatur, vt quilibet alius poſſidens rem
immobilem, tex. in l. ſciendum. ff. qui ſa-
tiſd. cog. Alber. ibid. nume. 12. Tiraq. vbi
ſuprà, numer. 13. & Chaſ. loco citato. In
quibuſdam tamen Germaniæ prouin-
cijs, & Ciuitatibus Imperialibus ſtatuto
receptum eſt, vt redditus redimibiles, vt
vocant, inter mobilia computentur, &
ijs cedant, quibus ex ſtatuto res mobiles
debentur: quæ ſtatuta, & conſuetudines
in ſucceſſionibus ex teſtamento, vel ab
inteſtato accuratè obſeruandæ ſunt, text.
in l. Imperatores. ff. de pollicitation. &
in l. venditor. §. ſi conſtat. ff. commun.
præd. text. in l. an in totum. C. de ædific.
priuat. niſi pactis dotalibus illis deroga-
tum ſit: nam pacta fieri poſſunt, vt red-
ditus redimibiles, non obſtante ſtatuto,
pro immobilibus habeantur, quia hoc
iuri communi conſentaneum eſt, per iu-
ra allegata.

OBSERVATIO XI.

Pecuniæ ad emptionem prædiorum deſtinatæ, item actiones vel nomina debitorum, an cenſeantur res immobiles.

SVMMARIA.

1. *Pecunia pupillaris ad emptionem prædiorum deſtinata, an cenſeatur res immobilis.*
2. *Deſtinatum an pro facto habeatur.*
3. *Pecunia eſt res quæ ſeruando ſeruari non poteſt.*
4. *Bonorum immobilium nomine non venit pecunia ad emptionem prædiorum deſtinata.*
5. *Deſtinatio non ſufficit, vbi facto opus eſt.*
6. *Pecunia à teſtatore deſtinata in emptionem prædiorum, pro re immobili accipitur.*
7. *Pecunia ad cambium collata an ſit immobilis.*
8. *Peculium patrisfamilias an pro immobili reputandum.*
9. *Actiones & nomina debitorum an ſint res mobiles vel immobiles.*
10. *Donatio omnium bonorum non comprehendit nomina debitorum.*
11. *Seruitutes an inter res immobiles referantur.*

PVlchra quæſtio † eſt, vtrùm pe- 1
cunia ad emptionem prædio-
rum deſtinata inter res mobi-
les vel immobiles computari debeat?
Circa quam Dd. opiniones variant. Ra-
phael Fulgoſ. in l. à Diuo Pio. §. fin. ff. de
re iudic. tenet per illum tex. quòd inter im-
mobilia referenda ſit, per tex. ſingularē,
in l. 3. vſuras. verſic. quid ergo. ff. de con-
trat. & vtil. tute. actio. vbi pecunia pupil-
li depoſita ad emptionem prædiorum,
non poteſt alienari ſine decreto iudicis,
ſicut nec aliæ res immobiles. Quò perti-
net, quòd † deſtinatum habeatur pro re 2
perfecta, tex. in l. etſi non ſint. §. infecti. ff.
de aur. & arg. leg. gloſſ. ibid. in verbo, ma
gis facti, tex. in l. fundi. §. fi. ff. de actionib.
empt. gloſſ. in l. final. C. de dot. promiſſ.
in verb. ſi dederit. tex. not. in l. 1. §. cœpiſ-
ſe. ff. de pollicitationib. Hanc opinionē
etiam tenent Franciſ. Cremonenſ. ſing.
60. incip. Pecunia. Rom. ſing. 104. incip.
Tu habes. Idem conſil. 188. incip. In hac
cauſa. nu. 5. Zaſ. in l. ſi certos. nu. 10. ff. de
verb. oblig. & plures alij, quos citat Tira-
quel. de retract. §. 1. gloſſ. 7. num. 106. Alij
exiſtimant, hoc ſpeciale eſſe in pecunia
pupilli, & minoris, per text. in d. §. vſuras.
ſecùs autem in aliorum pecunia, prout
tenet Barbat. in c. 1. numer. 5. de feudis.
Sed communis & verior opinio eſt in
contrarium, huiuſmodi pecuniam ad
prædiorum emptionem deſtinatam, in-
ter mobilia computandam. quia † con- 3
ſtat pecuniæ vſum eſſe fragilem, & ſecun
dum communem opinionem Dd. ijs re-
bus comparari, quę ſeruando ſeruari ne-
queunt, tex. notab. in l. cùm in fundo. §.
ſi fundus communis. ff. de iur. dot. ibi,
ſed ita, vt non vice corporis habeatur, §.
conſtituitur. Inſtitut. de vſufruct. Bartol.
in l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad Trebell. nu. 3.
per glo. ibid. quam ad hoc inducit. Alex.
& alij ſimiliter ibid. Dec. conſ. 409. num.
15. incip. Viſo conſilio. Alexand. conſ. 92.
num. 3. incip. Perſpectis diligenter. vol. 6.
Tiraquel. d. §. 1. gloſſ. 7. num. 105. vbi com
munem dicit, Iaſ. in l. cætera. §. ſed ſi pa-
rauerit. nume. 21. cum ſequen. ff. de leg. 1.
vbi etiam communem dicit: quapropter
minor eam alienare poteſt ſine decreto
iudicis. Prætereà † ſi vigore ſtatuti vlti- 4
mo ſuperſtiti coniugi bona immobilia
debeantur, non habebit pecuniā ad em-
ptionem

ptionem prædiorum deſtinatam, Dd.in
d.§.ſi paruerit : quia conſuetudo vel ſta-
tutum ſunt ſtricti iuris, & verba in ijs ꝓ-
priè accipienda ſunt : proindè appellati-
one immobilium, propriè, pecuniæ ad
emptionem prædiorum deſtinatæ, non
comprehenduntur, quia aliud eſt eſſe ta-
le, & aliud haberi pro tali, l. mercis appel
latione. ff. de verbo. ſignific. vbi aliud eſt,
mercem eſſe, & aliud haberi pro tali, l.
mercis appellatione. ff. de verbor. ſignif.
Iaſ. præclarè in l. ait prætor. §. 1. nu. 2. ff. de
noui oper. nunc. & in d. §. ſed ſi paruerit.
vbi reſpondet ad d. l. 3. §. quid ergo. ff. de
cōtrar. & vtili tutel. act. vbi prolixiùs vi-
de. Non obſtat quòd deſtinatum pro fa-
cto & adimpleto habeatur, quia illud ge-
neraliter non eſt verum: nam multa ani
mo patrisfamil. concipiuntur, quæ tamē
non perficiuntur, & poteſt illa deſtina-
tio de facili immutari. Hinc eſt quòd de-
ſtinata ad ædificium non habeantur pro
affixis ædificio, per tex. ſing. in d. l. cętera.
§. ſed ſi paruerit. ff. de leg. 1. vbi plenè Bar.
& communiter Dd. an & quandò deſti-
natum habeatur pro facto, facit tex. in l.
ſi nondum. C. de furt. vbi ſola deſtinatio
non facit rem ſacram. Regulariter, vbi
5 facto hominis opus eſt, ſola † deſtinatio
non ſufficit: ſecùs ſi intentio perficiat a-
ctum, vt de pertinentijs caſtri dictum eſt,
quia tunc ſola deſtinationis cauſa conſi-
deratur, vt not. Bald. in d. l. ſi nondum. in
fin. per illum text. Iaſ. in d. §. ſed ſi parue-
rit. nu. 20. Alex. d. conſ. 97. nu. 6. vbi dicit:
ſi opus deſtinatum non erat adhuc cœ-
ptum fieri, non habebitur pro facto. Itē,
ad hoc vt deſtinatum habeatur pro fa-
cto, requiritur quod deuentum ſit ad ali-
quod opus non valdè remotum à deſti-
nato, Bar. in d. §. ſed ſi paruerit. Alexand.
d. conſi. 97. num. 7. per text. in l. ligni. §. ſi
lignum. & in l. lana legata. ff. de leg. 3. tex.
in l. ſi cùm fundo. §. ſi fundus cōmunis.
ff. de iure dot. Latè de hac materia deſti-
nationis Felin. in c. cùm adeò. num. 2. de
de reſcrip. Hanc communem opinionē
tenet Bald. in d. §. ſed ſi paruerit, in ptinc.
Alexand. Ang. Imol. & Iaſ. ibid. pulchrè
Socin. Iunior, conſi. 120. num. 17. volum.
1. incip. Circa primam. vbi communem
dicit, & quamplurimi alij, quos refert.
Tiraquel. vbi ſuprà. Limita hanc com-
6 munem concluſionem † in pecunia de-
ſtinata per teſtatorem ad emptionem
prædiorum, nam ea pecunia immobilis
cenſebitur, quia hæres tali diſpoſitioni
contrauenire non poteſt: nam voluntas
teſtatoris pro lege ſeruanda eſt, text. in §.
diſponat. in Authen. de nup. Hanc limi-
tationem tradit Socin. ſenior conſi. 249.
num. 27. volum. 2. Incip. Materia præſen
tis, quæ meo iudicio ſingularis eſt. Sed
quid de pecunia † tranſcripta, ſiue ad cā- 7
bium (vt vocant) collata cenſendum eſt,
Bal. in c. cùm cauſa. num. 4. ext. de re iud.
exiſtimat eam computandam inter im-
mobilia, quod ſequitur Roma. d. ſingu-
la. 104. vide plenè Tiraq. d. §. 1. gl. 7. nu. 113.
Item † quid de peculio patrisfamiliàs, 8
hoc eſt, de ea pecunia quæ pro conſerua-
tione patrimonij repoſita eſt (ſo ein
Haußuatter jm vorrath liggen hatt ſine
quo peculio veteres pecuniam fragilem
eſſe putabant, atteſtante I. C. in l. ſi cho-
rus. §. 1. ff. de leg. 3.) iudicandum? Iaſ. in l. 1.
§. fuit quæſitum. n. 38. in ſecunda lectura,
pro immobili habendum cenſet, quem
ad hoc vide. Porrò quòd † ad actiones & 9
nomina debitorum attinet, an inter res
mobiles vel immobiles computentur,
variè quoque diſputatur: multis placuit
nomina & actiones, neque res mobiles,
neque immobiles eſſe, ſed tertiam quan-
dam & ſeparatam ſpeciem conſtituere,
vt tenet Spec. in tit. de fructibus & inter-
eſſe. §. 1. num. 7. & ibidem Ioan Andr. Pa-
norm. in c. nulli. nu. 9 de reb. Eccleſ. non
alien. Alexand. in l. à Diuo Pio. §. in ven-
ditione. nume. 2. ff. de re iudic. per illum
text. Ang. in d §. 1. inſtit. de inutil. ſtipul.
vbi ex hoc infert: in obligatione omni-
um bonorum mobilium & immobili-
um, non comprehendi nomina & actio-
nes. Hinc eſt quòd velint valere † dona- 10
tionem omnium bonorum, præſentiū
& futurorum, eò quòd in tali vniuerſali
donatione, non veniunt nomina debi-
torum, ſiue iura & actiones, & ita ſuper-
ſit aliquid, ſuper quo donans teſtari poſ-
ſit, Barto. & Iaſ. in l. ſtipulatio hoc modo
concepta. ff. de verb. oblig. circ. fin. Idem
Iaſon conſil. 5. verſic. ſtat ergò. volum. 3.
Anchar. & Imol. ad Rubr. extr. de teſta.
Catell. Cotta in memor. in verbis, bonis
publicatis, & verb. nomina debitorum.
quod ſingulariter notandum exiſtimāt.
Idem tenet Corne. latè conſi. 104. incip.
Circa

Circa primnm. volum.2. & conſil.6. in-
cip. In hac conſultatione.volum. 4. vbi
dicit illud etiam procedere in materia
ſauorabili. Decins conſil.30. num.2.in-
cip. Et pro tenui. & conſil.237.num.1.in-
cip. In caſu propoſito. Alij aliter ſentiũt,
vti videre eſt latiſſimè, per Tiraquel. de
retract.d.§.1 gloſſ.7.in princip. Breuiter,
quicquid rixentur ſubtiliter Dd. verior
eſt eorum opinio, quam etiam Camera
in caſu quodam ſecuta eſt, actiones tum
eſſe res mobiles, ſi ad rem mobilem: im-
mobiles, ſi ad immobilem competant,
gloſſ. in l.1. in verbo, vteris, C. ſi aduerſ.
tranſact. Bart. ibid.nu.4. & Bal.in c.1.nu.
26.de pace tenẽda, in vſib.feudo.gl.vnic.
In l.mouentium.ff.de verbo.ſignifi.facit
tex.in l.quàm Tuberonis.§.in peculio.ff.
de pecul.gloſſ.in Auth.de non alienand.
aut permut..reb. eccleſ. §. vult enim. in
verbo, numeranda. Aluarot.d.titu.de pa-
ce tenenda.§. ſi verò pacis. num.7. Affli-
ctus late in c.2. num.47. de feud.cognit.
Deci.pulchrè conſil.461.num.4. cum ſe-
quent. Socin. ſenior conſil. 175. num. 4.
volum.2. quem omninò vide. ſimiliter
prolixiſſimè Tiraquel.vbi ſuprà, referen-
tem omnium opiniones, & per diſcur-
ſum de varijs rebus & quæſtionibus tra-
ctantem, veluti de piſcinis, columbarijs,
ſeruo aſcriptitio, iumentis & alijs rebus,
vtrùm appellatione mobilium, vel im-
mobilium contineantur. Et hæc perti-
nent ad interpretationem ſtatutorum,
rerum immobilium alienationem pro-
hibentium, & alios effectus, de quibus
ſuprà, Obſeruatiõe proxima dictum eſt.
Poſtremò illud obiter notandum, quòd
11 licèt † ſeruitutes, tanquàm iura incor-
poralia, propriè neque res mobiles ne-
que immobiles dici poſſint, ſed tertiam
quandam, & ſeparatam ſpeciem conſti-
tuant, vt notat Panormit. in d.c. nulli.
num.10. de rebus eccleſ. non alienand.
Philipp. Franc. in c.2. num.4. cum ſequ.
eodem titul. in 6. vbi omninò vide. ta-
men quia rebus immobilibus adhærent,
rectè inter immobilia computantur, per
gloſſ. in l.1. in verb. intelliguntur. C. de
vſucap. transform. Alexand. conſil.211.
incip. Ponderatis verbis ſtatuti. num.5.
volum.6. Anthon. de Butri.& Imol. in
d.c.nulli. Franc.in d.c.2. num.4. Tiraqu.
d.§.1. gloſſ.5. per totam, qui ad hoc alle-
gat text.in l. ſed ſi pecunia.§. ſimili mo-
do.ff.de reb eorum, qui ſub tutela vel cu-
ra ſunt.

OBSERVATIO XII.

Creditor an in re empta ex ſua pecunia alijs creditoribus præferendus ſit.

SVMMARIA.

1 *Mutuum transfert dominium in accipientem.*
2 *Appellatione res mea dominium ſignificatur.*
3 *Creditor in mercibus ex ſua pecunia comparatis quando alijs creditoribus praeferendus ſit.*
4 *Mutuans ad refectionem rei alijs creditoribus præfertur.*
5 *Ius retentionis quando locum habeat.*
6 *Retentio propter melioramenta locum habet.*
7 *Retentio propter immodicas impenſas denegatur.*

QVæritur an in mercibus ex pe-
cunia mutuò data emptis, in
cõcurſu creditorum mercibus
adhuc extãtibus, is qui pecuniã
mutuò dedit, cæteris creditoribus præfe-
rendus ſit, an creditor merces pro ſecuri-
tate mutui retinere poſſit? Dicendum ꝙ
nõ: Ratio in promptu eſt, quia poſtquàm
creditor † mutuò pecuniam dedit, domi- 1
nium eius ſtatim in accipientem tranſtu-
lit, per text. in l.2. §. appellata.ff. ſi cert.
petat. nam mutuum ex tuo meum facit.
d.§.appellata. Pronomen autem † meũ, 2
dominium denotat, text.not.in l.Quin-
tus Mutius, la.2.§.argento.ff. de argen. &
aur.leg. & in l. ſerui electione.§ fin.ff. de
leg.1. text. in l. ſeruos.ff. de leg. 3. & in l.
ſolum.§.meum.ff. de rei vendic. gloſſ.re-
putata ſingul.in c. quo iure. diſtinct.8. in
verb. mea eſt. Bartol in l.1. numer.3.ff.de
ſtat.hom. Anthon.Corſet.in ſuis ſingul.
in verbo, meus. vtrobique vide, an ap-
pellatione rei meæ veniant quoque iu-
ra, & actiones. Igitur res ex pecunia cre-
ditoris empta, debitoris propria eſt, nul-
lamque ea in re prærogatiuam mutuans
ſibi vendicare poteſt, ſed in cõcurſu cre-
ditorum communi iure vti debet, & ſic
qui prior eſt tempore, potior erit iure,
per vulgaria. Probatur iſta deciſio per
tex.ad hoc ſingularem in l. quidam fun-
dum.ff.de in rem verſo. Bart. in l.ſi cùm
dotem.§.fi.nu.10.ff. ſolut.matrim. Alex.
ibid.num.5. Bald in l.fin.num.2.C.com-
mod.idem in l.eum cui. num.1.C.de act.

& obligat. Iaſ. in terminis. in l. creditor
qui ob reſtitutionem, num 5 ff. ſi cert. pe-
tat. Limita hanc deciſionem, vt nō pro-
3 cedat, ſi pecunia † expreſſe ad comparan-
das tales merces mutuò data ſit, quo ca-
ſu qui pecuniam mutuò dedit, cæteris
creditoribus perſonali actione agenti-
bus præferēdus eſt, quia etiam ius tacitæ
hypothecæ in re empta habere cenſetur,
tex. in Auth. quo iure. C. q pot. in pig. hab.
glo. notab. ibid. in verb. perſonalis. Alex.
in d. §. fin. text. in l. quod quis. ff. de priuil.
credi. gloſſ. ibid. communiter approba-
ta, in verb. ob nauem. gloſſ. notab. in l.
priuilegia. in verbo, ex cauſa. ff. eod. titul.
Iaſ. in d. l. creditor. nume. 5. in fin. Barto.
in l. interdum. num. 5. ff. qui pot. in pign.
hab. Quo pertinet, quòd mutuò dans pe-
cuniam ad comparandam militiam, cæ-
teris creditoribus præferatur, text. in Au-
then. de exhib. reis. §. optimum. Bartol.
4 ibid. num. 1. Item is, qui † in reparatio-
nem rei obligatæ pecuniam crēdidit, e-
tiamſi tempore ſit poſterior. text. in d. l.
interdum. gloſſ. ibid. in verbo, priorum.
Bartol. & communiter Dd. ibid. gloſſ. in
d. l. creditor. in verbo, habebit. Zaſ. ibid.
nume. 5. cum ſequent. vbi dicit tria co-
pulatiuè concurrere oportere, ad hoc,
vt beneficium dictæ legis interdum lo-
cum habeat: Primò, vt nominatim in
refectionem ædium mutuò data ſit:
Deindè, vt in alium vſum non conuer-
tatur: Tertiò, vt domus reficienda exi-
ſtat. Secundò limitatur iſta deciſio in
eo, qui rem emptam ſpecialiter ſibi op-
ligari curat tantiſper, donec ei precium
ſoluatur: nam is alijs creditoribus, etiam
anterioribus, in re empta præfertur, per
text. ſingul. in l. licet. C. qui pot. in pign.
hab. gloſſ. ibid. in verb. conuenit. text.
in l. final. iuncta Authen. quod obtinet.
C. de pignor. Roma. conſil. 40. nume. 6.
incip. Viſis ac diſcuſſis. Cæphalus conſil.
131. num. 2. volu. 1. incip. Venditor in re
vendita. Bartol. in d. l. interdum. num. 5.
Cæpolla cautela 124. num. 1. incip. vul-
garis eſt regula, mihi. fol. 39. vbi hanc li-
mitationem ad plures vtiles quæſtio-
nes inducit, vt ibi per eum. Obſerua ta-
men hanc limitationem non procede-
re quóad vxorem habentem legalem, ſi-
ue tacitam hypothecam in omnibus bo-
nis mariti emptoris, per notata Afflict.
deciſ. 306. nu. 5. incip. vir & vxo. Cæphal.
d. conſil. 131. num. 3. cum ſequen. Tertiò
limitatur in alio caſu. quem notaui in-
frà, Obſeruat. 15. vbi vide. Quando au-
tem † vna res pro alia retineri poſſit, vi- 5
de diſtinctionem ſingularem Bald. in d.
l. final. C. commod. Regulariter, ſi res
ad aliqnem cum vitio peruenit, retineri
non poteſt: ſi verò ſine vitio, tunc ſi ſub-
ſit cauſa retinendi rei cohærens, retine-
ri poteſt: putà propter expenſas in re fa-
ctas, vt ſi ſartor veſtem retineat ob non
ſolutam mercedem, Procurator, vel Ad-
uocatus acta, faber equum curatum, &
ſic de ſimilibus, per text. in l. colonus. ff.
de vi & vi armat. gloſſ. ibid. in verb. pro-
pter. text. in l. qui iniuriæ. §. fin. ff. de furt.
gloſſ. in l. ſi quis rem. in verb. non red-
dendi. ff. de acquirend. poſſ. & in l. ſi non
ſortē. §. ſi centum, in verb. retinebitur. ff.
de condic. indeb. Bald. in d. l. ſi. C. cōmod.
vbi plura exempla refert. Sic iura conce-
dunt rei † retentionem tantiſper, do- 6
nec ſoluantur melioramēta in rem vti-
liter facta, tex. in d. l. ſi non ſortē. §. ſi cen-
tum, & in l. ſi neceſſarias. ff. de pignor. act.
tex. in l. quod dicitur. ff. de impenſ. in reb.
dotalib. fact. Quod vſque adeò verum
eſt, vt etiam ſpoliator non teneatur rem
ſpoliatam reſtituere, niſi ſolutis prius
melioramentis, præſertim ſi inconti-
nenti probari poſſint, vt tenet Capicius
deciſ. 17. quem refert & ſequitur Me-
noch. in tractatu recup. poſſeſſ. in 15. re-
medio. nu. 568. cum ſequ. quem omninò
in materia melioramētorum vide, quia
eam perfectè & doctiſſimè per varias
cauſarum ſpecies tradit: & ſingulariter
obſeruandum, melioramenta immodi-
cè facta reſtituenda non eſſe, quia non
dicuntur vtiles impenſæ, quæ tam ma-
gnæ ſunt, vt dominus cogatur habere rē
pro derelicto, ſed in fraudē domini fa-
cta eſſe intelliguntur, per tex. notab. in l.
ſi ſeruos ff. de pignor. actio. tex. ſing. in l.
ſed an vltro. §. 1. ff. de nego. geſt. & in l im
penſæ. §. vtiles. ff. de verbo. ſignific. ibi, ne
cogatur in fundo, aut mancipijs carere,
text. in l. vtiliū. ff. de impen. in reb. dota-
lib. fact. & in l. quòd ſi ſeruus. §. prouidè
ff. de in rem verſo. Tiraq. de retractu con
uentio. § 7. gloſſ. 1. nu. 5. Menoch vbi ſup.
num. 553. cum allegatis ibid. Et iſta dili-
genter obſeruanda ſunt contra poten-
tes hy-

tes hypothecarios, qui dominia poſſi-
dent ſub pacto de reluendo (pfandt inhaber) & rem hypothecatam nouis ædifi-
cijs ita exornant, vt ſumptuum magni-
tudine dominum à reluitione excludere, ſibiq́ue proprietatem dominij retinere ſatagant.

OBSERVATIO XIII.

Venditionis inſtrumentum precij quantitate non expreſſa an probet.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumentum venditionis certum precium continere debet.*
2 *Inſtrumentum non facit præſumi numerationem.*
3 *Facta non præſumuntur.*
4 *Facti vnius poſitio non infert poſitionem alterius facti.*
5 *Probatio non debet eſſe dubia, ſed clara & certa, tã ex parte Rei, quàm actoris.*
6 *Precium in venditione certum eſſe debet.*
7 *Tranſactionis inſtrumentum abſque inſerta cauſa nõ probat.*
8 *Teſtes ignorantes precium, nihil probant.*
9 *Cautio obligatoria ſine expreſſione cauſæ inefficax.*
10 *Limitatio & intellectus c. primi, de pactis.*
11 *Inſtrumentum venditionis precium non continens probat contra tertium.*
12 *Inſtrumentum in genere faciens mentionem de ſolutione precij, an probet.*
13 *Aequipollentium eadem diſciplina.*
14 *Inſtrumentum carens precio, probat ſi non opponatur.*
15 *Inſtrumentum ſi ſit antiquum, omnia præſumuntur ſolenniter acta.*
16 *Inſtrumenti publici requiſita, remiſſiuè.*

1 INſtrumentũ † venditionis ſi nõ
contineat certũ precium, quanti
videlicet res vendita ſit, contra
vẽditorem vel eius hæredem nullam fi-
dem facit, & ad traditionem rei venditæ
emptor ex inſtrumento agere nõ poteſt:
veluti, ſi tenor inſtrumẽti ſimpliciter ta-
lis ſit. Titius vendidit Caio talem domũ,
certè huiuſmodi inſtrumentum nõ pro-
bat. caſu, quo emptor cõtra venditorem
vel eius hæredem ad traditionẽ rei ven-
ditæ agere vellet, ſi non doceatur de nu-
2 meratione precij. Inſtrumentum † enim
non facit præſumi numerationem pre-
cij, cùm ſit ſolennitas extrinſeca, quæ re-
gulariter non præſumitur, tex. in l. ſcien-
dum. & ibid. communiter Dd. ff. de verb.
obligat. † quia in facto conſiſtit, quæ nõ 3
præſumuntur, text. in c. cùm in iure, de
offic. iud. deleg. & in c. 1. de conſtitu. in 6.
text. in l. aſſeueratio. C. de non nu. pecu.
& in l. 1. C. de probatio. text. in l. in bello.
§. factæ. ff. de capt. & poſtlimin. reuerſ.
Item † ad poſitionem vnius facti non ſe- 4
quitur poſitio alterius facti. l. neque nata-
lis. C. de probat. Cyn. in d. l. 1. num. 4. Præ-
tereà cùm in inſtrumento non fiat men-
tio precij, ex imperfecta narratione pro-
batio † redditur dubia, & per conſequẽs, 5
probantẽ non releuat: quia probatio de-
bet eſſe clara & certa, text. in c. in præſen-
tia, de probat. Panor. ibid. nũ. 3. vbi dicit,
quod ſicut probatio ex parte actoris de-
bet cõcludere neceſſariò, per tex. in l. ma-
trem. C. de probat. ita & exceptio ex parte
Rei, tex. in d. c. in præſentia. & in c. auditis
de præſcript. Et quod dicitur probationẽ
dubiam non releuare, procedit ſi ſit du-
bia in ſe, & ex facto ſuo, ſecùs ſi offuſce-
tur ex probatione exceptionis aduerſa-
rij. Panor. hoc prolixius proſequitur in
d. c in præſentia. Imperfecta autem nar-
ratio in præſenti eſt, ſi nulla in inſtrumẽ-
to precij mentio fiat, cùm † in venditio- 6
ne precium debeat eſſe certũ, tex. in §. pre-
cium. Inſt. de emp. & vend. & in l. 2. ff. eo.
tit. Ita tenet Bart. in l admonẽdi. ff. de iu-
reiur. Bal. in l. 1. C. de reb. alien. non alien.
Caſtr. in l. ſi duo patroni. §. Marcellus. ff.
de iureiur. Iaſ. ibid. nu. 4. Alex. eo. nu. Idẽ
conſil. 18. num. 1. volum. 1. incip. viſo pro-
ceſſu cauſæ. vbi latè Molin. Roma. con-
ſil. 305. num. 8. Idem ſing. 749. per totum.
Iaſ. in l. tranſactione. nu. 2. C. de tranſact.
Eodem modo inſtrumentum † tranſa- 7
ctionis generaliter conceptum non pro-
bat, niſi expreſſè contineat quid ex cauſa
tranſactionis datũ, retentúmue vel pro-
miſſum ſit, tex. in l. trãſactio. & in l. ſi ſup.
C. de tranſact. Pariſ. conſ. 32. nu. 18. volu. 1.
inci. potiſſima dubitatio. Vide infrà, Ob-
ſeruat. 71. Similiter † teſtium dicta non 8
probant, ſi de venditione facta deponãt,
& precium ignorent: quia abſque precio
venditio non procedit, quod certum eſ-
ſe debet, d. §. precium. & d. l. 2. Dd. in lo-
cis citatis, Alex. d. conſil. 18. & conſ. 39. nu.
6. vol. 5. incip. vertitur lis, & quæſt. Hippo.
ſing. 38. incip. emptio. Et † cautio obliga- 9
toria, ſine expreſſione cauſæ vtroq; iure
inefficax eſt, etiam ſtipulatione interue-

niente, vtputà Promittis, promitto, & ſi
deſuper inſtrumentum confectum ſit.
Eſt cõmunis opinio per text. in c. ſi cau-
tio. de fide inſtrum. Felin. ibid. nu. 1. cum
ſeq vbi communem dicit, text in l. cùm
de indebito. §. fin. ff. de probatio. Roma.
in l. generaliter. ff. de verb. oblig. Eſt ſin-
10 gularis † limitatio ad c. 1. de pact. quòd
ex pacto nudo de iure Canonico oriatur
actio: quia procedit, ſi promiſſio ſimplex
facta ſit cũ cauſæ expreſſione, aliàs omiſ-
ſa cauſa huiuſmodi promiſſio per erro-
rem facta, & ſic nulla eſſe cẽſetur, idq́; ob
defectũ naturalis cõſenſus, cùm nihil ſit
naturali cõſenſui tam contrariũ, quàm
error, tex. in l. ſi p errorem. ff. de iuriſdic.
om. iudi. Feli. in d. c. ſi cautio. vbi multos
caſus refert, quibus nudæ cautioni credi-
tur. Limita hanc obſeruationẽ ſingula-
riter quatuor modis: Primò, vt non pro-
cedat in materia præſcriptionis, quando
aliquis contra tertiũ ex tali inſtrumento
titulum ſuæ poſſeſſionis probare vult,
quòd videlicet bona fide rem poſſederit,
nimirùm titulo emptionis: nam tali ca-
11 ſu huiuſmodi † inſtrumentum, etiamſi
precium venditionis & emptionis non
contineat ad probandum titulum con-
tra tertium fidem facit, Iaſ. in d. §. Mar-
cellus. Molinæus ad Alexand. d. conſi. 18.
& Roma. d. ſing. 749. in addit. Secun-
12 dò vt non procedat, ſi in † inſtrumento
precij & ſolutionis, ſiue numerationis
in genere mentio facta ſit, hoc pacto.
Notum facimus, quòd Titius vendide-
rit Seio fundum talem pro certo pre-
cio, ipſi venditori benè ſoluto, vmb ein
ſumma gelts ſo dem verkauffer zu danck
entrichtet vnd bezalet / vnd daran er wol be-
nuegt. prout communiter fieri conſue-
uit: nam huiuſmodi inſtrumenta ex ge-
nerali quadam Germaniæ conſuetudine
recepta ſunt, & fidem faciunt, non ſo-
lùm contra tertium ad probandum ti-
tulum, ſed etiam contra ipſum vendito-
rem & eius hæredem, ad faciendam tra-
ditionem rei venditæ, argum. l. certum.
13 ff. ſi cert. pet. Et quòd † æquipollentium
eadem ſit diſciplina & idem iudicium,
tex. in c. tua. de conſang. & affi. gl. ibid. In
verb. æquipollentibus. & in l. ſi mater.
C. de inſtit. & ſubſtit. gloſſ. ibid. in verbo,
ſua cauſa. text. in c. licet, el. 2. §. teſtes au-
tem, de teſtib. & in l. Iulianus ait. ff. de
condit. & demonſtrat. Et hanc limita-
tionem Camera ſæpiùs approbauit. Ter-
tiò limitatur, vt eatenùs procedat, quate-
nus contra inſtrumentum venditionis
ex parte aduerſa exceptũ, & defectus ſo-
lennitatis allegatus eſt: ſecùs † ſi non fue- 14
rit exceptum per vẽditorem vel eius hæ-
redem, quia tunc præſumitur pro inſtru-
mento, ita vt condemnatio ad traditio-
nem ex eo fieri poſſit, Alex. & Roma. in
d. l. ſciendum. Felin. in c. ſicut. de ſentent.
& re iudic. nume. 28. Mattheſi. ſing. 12. in-
cip. Not. quòd. iunc. apoſtil. ibid. Quò
pertinet, quòd in omni materia in qua
iudex poteſt aliquid facere, vel de iure
communi, vel ex forma ſtatutorum, in-
telligitur, ſi petatur à parte, ita Iaſ. in l.
properandum. §. ſin autem alterutra. nu.
31. in fin. C. de iudic. & in l. vniuerſa. C. de
precib. Imper. offer. Vide infrà, eod. Ob-
ſeruat. 46. Quartò limitatur in inſtru-
mento † venditionis peruetuſto & anti- 15
quo: nam ex diuturnitate temporis, &
propter difficilem probationem, omnia
præſumuntur ſolenniter acta, per text. in
l. ſi filius. C. de pet. hæred. gloſſ. communi-
ter approbata in c. peruenit. in verbo, fa-
tigari. ext. de emp. & vend. Felin. in d. c.
licèt. nu. 29. Idem in c. Albericus. nu 3. de
teſtibus. Deci. conſi. 222. num. 9. incip. vi-
ſo puncto. Anchar. conſil. 136. nu. 2. incip.
circa primum. vide infra, d. Obſeruat. 71.
vbi prolixius. Quæ † autem ſint requiſita 16
inſtrumenti publici, vide plenè Barto. in
repetitione, l. ſi quis ex argẽtarijs. §. ſi ini-
tium, nu. 6. cum ſeq. ff. de edendo. Panor.
& Felin. in c. 1. de fid. inſtrum. gloſſ. no-
tab. in l. generali. C. de tabel. lib. 10. in ver-
bo, ſeruituti, quæ octo ſubſtantialia re-
quiſita inſtrumenti ponit. Bald. & Fulgo.
in procem. Cod. Roma. & Imol. ad rubr.
ff. de noui oper. nunc.

OBSERVATIO XIIII.

Venditores vnius rei in ſolidum & pro indiuiſo de euictione obligantur.

SVMMARIA.

1 *Venditores ex natura contractus in ſolidum obligantur.*
2 *Venditionis natura indiuidua.*
3 *Hæredes de euictione fam. erciſ. iudicio tenentur.*
4 *Hæredes venditoris in ſolidum de euictione obligantur.*

5 *Correi habent exceptionem diuiſionis.*
6 *Euictio locum habet etiam inter hæredes.*
7 *Pactionibus debitorum creditoribus non præiudicatur, & quare.*

HAErcdes cuiuſdam viri nobilis
prædium amplū alicui cū mul.
tis latiſundijs & pertinētijs ven.
diderunt, emptor facta & perfecta iam
venditione atq; traditione ſubſequuta,
à ſingulis venditoribus in ſolidum pro
indiuiſo, vna eademque obligatione ſibi
caueri de euictione voluit : quod cùm
venditores amicè requiſiti facere recuſa.
rent, offerrentque cautionem tātùm pro
diuiſo, & partibus virilibus quiſque pro
ſe, res tandem in iudicium deducta eſt,
quæſitumque an venditores ad hoc ob.
1 ligarentur? Concluſum quòd ſic: eò † q
ex natura contractus emptionis & ven.
ditionis venditores in ſolidum de eui.
ctione teneantur : venditio enim in ſoli.
2 dum defendenda † eſt, cùm eius natura
ſit indiuidua, text. notab. in l. cùm ex cau.
ſa. ff. de verb. obligat. text. in l. 2. §. ex his.
ff. eo. l. in executione. §. in ſolidum. ff. d.
3 tit. Ipſi autem † venditores de indemni.
tate inuicem obligantur, familiæ nimi.
rum erciſcundæ iudicio, tex. in l. rem hæ.
reditariam. circa fi. ff. de euictio. d. l. cùm
ex cauſa. & d. l. 2. §. ex his. Vndè nulla ipſis
fit iniuria, neque grauamen aliquod in.
fertur ex eo, quod obligationem pro in.
diuiſo emptori tradere debeant. Idem
4 receptū eſt in † pluribus hæredibus ven.
ditoris, nam & hi in ſolidum emptori
de euictione tenentur, & licet vnicuique
pro parte hæreditaria præſtatio iniunga.
tur: tamē defenſio non diuiditur, ſed be.
nè intereſſe, tex. in l. ſi rem. §. ſi ei qui mi.
hi. ff. de euictio. d. l. in executione. §. in ſo.
lidum. & d. l. cùm ex cauſa. vbi tex. nota.
5 bilis. Quò pertinet quòd plures † correi
in ſolidum condemnati, exceptionē di.
uiſionis, non ſolùm pendente lite, ſed e.
tiam in executione obijcere poſſint, mo.
dò reliqui ſoluēdo ſint. Bar. in Auth. hoc
ita. num. 25. C. de duo. re. Alexand. conſil.
37. num. 10. volu. 2. incip. viſo & oportu.
nè, per text. in l. fideiuſſor. C. de fideiuſſ.
Guid. deciſ. 570. nu. 7. Sic plures manda.
tarij tenentur in ſolidum, ſed lata ſen.
tentia condemnatoria conueniri debēt
pro partibus virilibus, tex. in l. ſi manda.
tum. §. Paulus reſpondit vnum. ff. mand.
quem text. omninò vide. Euictionē por.
rò † etiam inter hæredes, poſt factam di. 6
uiſionem locum habere notum eſt, per
tex. elegantem. in l. ſi familiæ. C. fami. er.
ciſ. gloſſ. magiſtral. ibi. in verb. pro parte.
tex. in l. ſi fratres. in fi. C. communia vtri.
uſq; iudi. Zaſ. in l. qui Romæ. §. fi. num. 15.
ff. de verb. obligat. vbi hoc limitat in tri.
bus caſibus, vt ibi per eum. Obſeruādum
† quoque hîc, quòd pactum plurium de. 7
bitorum, vel hæredum, quòd vnus eo.
rum omnibus creditoribus obligatus, &
ipſis ſoluere debeat, non præiudicet cre.
ditoribus, per text. notab. in l. debitorum
pactionibus. C. de pact. Iaſ. ibid. num. 1. &
nu. 3. Ratio duplex: Prima, quia conuen.
tio inter alios facta alijs neque nocet, ne.
que prodeſt, text. in l. ſi vnus. §. ante om.
nia. ff. de pact. Secundò, quia creditor in.
uitus cogi nō poteſt mutare debitorem,
etiamſi magis idoneus offeratur, tex. in l.
ſi mandato meo. §. item ſi. ff. mand. Iaſ.
in d. l. debitorum. num. 4.

OBSERVATIO XV.

Si emptor ſtatim poſt venditionem bonis cedat, an venditor mercibus adhuc extantibus alijs creditoribus præferendus ſit.

SVMMARIA.

1 *Venditor traditione transfert dominium.*
2 *Prior tempore potior iure.*
3 *Venditor rem pro precio retinere poteſt.*
4 *Fides ſi non ſit habita de precio, non transfertur dominium rei vendita & tradita.*
5 *An §. vendita habeat locum in alijs contractibus.*
6 *Fides de precio quando dicatur habita.*
7 *Re vendita pro precio pignorata venditori, non eſt habita fides de precio.*
8 *Emptor ſi fugam præcogitauit, traditione non fit dominus.*
9 *Dolus dans cauſam fidei venditori non nocet.*
10 *Venditor quando rem vt ſuam, etiamſi tradita ſit, vendicare poſſit.*
11 *Cautela pro venditoribus contra improbos emptores.*

QVæſitum, an venditor, emptore
ſtatim poſt venditionem & tradi.
tionem factam bonis cedente, vel fugi.
tiuo facto in mercibus venditis, atque
adhuc penes emptorem extantibus, cæ.
teris creditoribus præferendus ſit? Con.
cluſum ex communi Dd. ſentētia, quòd

1 non : quia † traditione dominium re-
rum venditarum in emptorem transla-
tum eſt, tex.in l.traditionibus.C.de pact.
& in §.venditæ.Inſtit.de rer.diuiſ.text.in
l.inciuilc.C. de rei vendica.venditor de-
ſijt eſſe dominus poſtquàm tradidit,& fi-
dem habuit de precio,d.§.venditæ.ergo
vendicare rem venditam ampliùs non
poteſt, d. l. inciuile. ſed ſuccedit regula,
2 quòd in concurſu creditorum , † prior
tempore,potior ſit iure, text.in l.potior.
ff.qui pot. in pig. habean. & in c. qui pri-
or.de reg.iur.in 6.cum ſimilib. Probatur
iſta concluſio per text.ſing. in l.procura-
toris.§.planè.verſic.ſed etſi dedi.ff.de tri-
bu.act. text.in l.quidam fundum.ff. de in
rem verſ. gloſſ.ibid. in verb. condemna-
ri. Bartol.in l. ſi cùm dotem.§.fina.num.
10.ff. ſolut.matrim. Alexand.ibid.num.
5. Bald.in l.fin num.2.C. commod. & in
l. in rebus.C. de iur.dot. Iaſ. in terminis,
in l.creditor,num.5.ff.ſi cert.pet. Vendi-
3 tor †rem venditam retinere quidem po-
teſt, donec ſoluatur precium , text. in l.
Iulianus.§.offerri.ff. de actio. empt. & in
l. hæreditatis venditæ. ff. de hæredit. vel
act.vendit.ſed poſtquàm tradidit, fidem-
que de precio habuit,repetitioni, vel ven
dicationi locus non eſt , iurib. allegat.
4 Fallit hæc concluſio , ſi fidem † vendi-
tor de precio non habuerit : quia tunc
rei venditæ & traditæ dominium non
tranſit in emptorem, d. §. venditæ. d. l.
inciuile.tex.in l. quod vendidi.ff.de con-
trahen. emptione. & in d. l. Iulianus. §.
offerri. vndè meritò venditor eam ven-
dicare poterit, & per conſequens omni-
bus alijs creditoribus præferri debet, per
text.in l.ventri §.in bonis.ff. de priuileg.
credit. pulchrè Bald.in d.l.in rebus.C.de
iur.dot.nume.1.& 2. vbi dicit, quòd om-
nis, qui prætendit dominium actu per-
manens, ſit potior quolibet alio credi-
tore debitoris ſui. idem ad Rubric.C. de
contrahen.empt.& vendit. num.13.ſcri-
bit,quod etiam eo caſu quo eſſet tranſ-
latum dominium, venditor habeat ma-
nus iniectionem, ſi non ſoluatur preci-
um, vel pacta non ſeruentur,argum. tex.
in l.Titius.ff. de ſeruis exportan. Et Ac-
curſ.in l. cùm proponas.C. de dolo ma-
5 lo. ad verbum , remanſit, exiſtimat † re-
gulam,d.§. venditæ, locum habere non
ſolùm in contractu emptionis & vendi-
tionis, verùm etiam in alijs contracti-
bus, tam nominatis, quàm innomina-
tis, vt videlicet dominium rei nõ tranſ-
feratur in accipientem, priuſquàm pre-
cium ſolutum fuerit: ſequuntur Accurſ.
Cyn.in l. cùm precibus.C. de rerum per-
mut.Bart.in l.ſi ſeruus.§.locaui.ff.de fur.
num.1.in fin.cum ſeq.Rom.conſi.86.nu.
3.incip. Viſo queſtionis,vbi communem
dicit. Sed hoc non caret pugna,nam ip-
ſemet Accurſ.in l.2.C.de rerum permut.
in verbo, obtinere, in fine. contrarium
tenet,quem ſequuntur ibid. Bald.num.1.
& Salic.in fin. Idem Salic.in d.l.cum pre-
cibus. num.2. vbi rationem diuerſitatis
tradit. Quando autem dicatur vendi-
tor † fidem emptoris ſecutus, tradunt 6
Dd.in d.l.inciuile.& d.§.vēditæ. vbi Fab.
nu.2. dicit, quòd in dubio non videatur
habere fidem de precio, tradendo rem
venditam, gloſſ. in d.l. quod vendidi,in
verb.ſatisfactione. Secundò fallit, ſi † res 7
vendita ſpecialiter ſit venditori obliga-
ta pro precio, per tex.in l.licèt.C.qui pot.
in pig.hab. vt pleniùs notaui ſuprà eod.
Obſeruat. 12. Tertiò ſingulariter fallit
in † emptore doloſo, qui tempore ven- 8
ditionis non erat ſoluendo, & iam an-
teà ceſſionem vel fugam nequiter præ-
cogitauerat: quo caſu etiamſi fides ſit ha-
bita de precio, tamen dominium rerum
venditarum & traditarum non transfer-
tur in emptorē doloſum, eò quòd † do- 9
lus cauſam habendæ fidei dedit, & ſic fi-
des tali caſu habetur pro non habita, &
res non tradita, ſed fraudulenter ablata
cenſetur, per text. ad hoc ſingularem. in
l.ſi quaſi.ff. de pigno. actio. Quapropter
in concurſu † creditorum venditor om- 10
nibus meritò præferendus eſt, & rem vt
ſuam vendicare, non obſtante traditio-
ne poterit, vt tenet Bal. in l. ſi cùm dotē.
§.fin.ff.ſoluto matri.circa fin. Ange.ibid.
& Alexand. num.5. Fab. in d. l. venditæ.
num.1. Cæpolla. cautela 124. nu.1. incip.
Vulgaris eſt regula.mihi fol. 39. faciunt
ad hoc notata Bald.in l.pro debito.C.de
bon.author.iudic. poſſ. num.2. in fin. &
hæc diligenter † obſeruanda ſunt con- 11
tra improbos mercatores, qui mercibus
precioſis cõparatis, de induſtria in frau-
dem creditorum ſolùm vertunt : quia
tali caſu merces venditæ & traditæ, vbi-
que locorum in nundinis, & alijs mer-

catibus

catibus vendicari poterunt, abſque alio-
rum creditorũ impedimento, per ratio-
nem d.l.ſi quaſi. Et pro hac limitatione
in cauſa quadam iudicatum memini.
Vide ſupr.eod.d.Obſeruat.12.

OBSERVATIO XVI.

Pactum retrouenditionis an rem afficiat.

SVMMARIA.

1 *An ex pacto retrouenditionis actio realis naſcatur.*
2 *Res tranſit cum ſua cauſa.*
3 *Quòd ex pacto de retrouendendo actio perſonalis tantùm naſcatur.*
4 *Actio perſonalis non datur contra ſingularem ſucceſſorem.*
5 *In contractibus prohibitio non impedit alienationẽ.*
7 *Sed obligatio ad intereſſe ſuccedit.*
8 *In vltima voluntate ſecùs eſt.*

QVidam prædium aliquod cùm
pacto de retrouendẽdo vendi-
dit,emptor,nõ obſtante tali pa-
cto, poſteà alteri illud rurſum
1 ſimpliciter, & nulla pacti mentione fa-
cta, vendidit. Quæſitum, an primus † ven
ditor poſſit vigore pacti de retrouenden
do,cõtra tertium poſſeſſorẽ agere,& præ-
dium ab eo vendicare? Videbatur dicen-
dum quòd ſic, quia huiuſmodi pactum
rem afficit, & ex eo naſcitur actio realis,
nimirum vtilis rei vendicatio, vt tenet
Caſt.in l.ſi cùm venderet.num.5.ff. de pi-
gnor.act. per illum text. ibi, aut vendica-
re rem.& l.voluntate.§.creditor.ff.quib.
mod. pign. vel hypoth. ſolu. vbi dicit,
quòd per pactum de retrouendendo,do-
minium ipſo iure in venditorem ex ſo-
la oblatione precij, abſque noua tradi-
tione retrotransferatur, facit text.in l.ea
lege. C. de condict. ob cauſ.& text.In l.ſi
creditor.§. fin.ff. de diſtract. pign. Licèt
igitur primus emptor prædium ſub pa-
cto de retrouendendo venditum, alteri
iterum vendat, poteſt nihilominus pri-
mus venditor ſecũdo emptori precium
offerre, & oblatum, ſi non recipiatur,le-
gitimo modo conſignare: quo facto ſta-
tim reſoluitur ſecundus contractus, ita
vt primo venditori actio rei vendicatio-
2 nis competat: quia † prædium non po-
tuit aliter in ſecũdum emptorem tranſ-
ferri, quàm cum ſua cauſa, & ſuo onere,
tex.In l.2. & in l.fin.C. ſine cenſu vel re-
liq.& in l.alienatio.ff. de contrah. empt.
& vẽdit.cum ſimilibus. & ſic primo ven-
ditori meritò competit vtilis actio rei
vendicationis,contra ſingularem ſucceſ-
ſorem. eandem opinionem tenent Soci.
ſenior conſi.80.nu.1.vol.3.Schurff.conſi.
40.cent.2.per totum. Idem conſi.70.nu.
16. cent.1. Ananias in c. conqueſtus. nu.3.
de vſur. Didacus Couarr. varia. reſolut.
lib.3.cap.8.per totum.vbi hanc quæſtionẽ
pro & cõtra latiſſimè diſcutit. Chaſſ.cõſ.
33.nu.15. vbi dicit ita practicatum in Cu-
ria Pariſiẽſi,& plures citat Tiraq.in tract.
de retract.conuentio.§.1.glo.7.nu.6.cum
ſeq. Sed iſtis non obſtantibus, verius eſt
quod contra ſecundum emptorem non
poſſit rei vendicatione agere, eò † quòd 3
ex pacto de retrouendendo ſecundum
magis cõmunem opinionem nõ naſca-
tur actio realis, ſed tantùm perſonalis,
ex empto vel præſcriptis verbis, per text.
expreſſum in l.2.C.de pact.inter empt. &
vendito.text.in l.rebus.C. de rer.permut.
tex.not.in l.ſi ſterilis.§. ſi tibi fundum.ff.
de act.empt.cum ſimilibus : quæ quidem
perſonalis † actio non datur contra ſin- 4
gularem ſucceſſorem, tex.in l.fi.§.fi.ff.de
contrah.empt.gloſſ.ibid.in verbo, nõ eſ-
ſe, text.in l.1.§. ſi hæres.ff. ad Trebell. ibi,
neque enim æris alieni perſonalis actio
fundum ſequitur. Ita tenet & commu-
nem dicit Alex.conſil.10.vol.1. per totũ,
incip. videtur fortaſſe. Curt. ſenior con-
ſil.12.Zaſ.pulchrè conſil.12.num.34.cum
ſeq.vol.1.Chaſſ.ſibi cõtrarius,tit.des ren-
tes vendues §.1.nu.31.& ipſemet Caſtr.in
l.ſi à te.nu.3.C.de pact.inter empt.& ven-
dit. quibus locis vnanimiter concludũt;
ex tali pacto nullum Ius reale, nihilque
iuris in re, ſed ſolummodò actionẽ per-
ſonalem oriri ex empto, vel præſcriptis
verbis, idque pulcherrimis rationibus
oſtendunt. Alex. Curt. & Zaſ. in locis ci-
tatis : quam opinionem etiam Camera
ſecuta eſt. ergo primus venditor, contra
primum emptorem, vel eius hæredes ad
intereſſe, non contra tertium poſſeſſo-
rem, & ſingularem ſucceſſorem rei ven-
dicatione agere potuiſſet: nam † licèt in 5
contractibus prohibitio non impediat
alienationem, quóad tranſlationem do-
minij, text. in l. nemo paciſcendo.ff. de
pact.gloſſ.vnica ibid. tamen eatenus im-

peditur alienatio, vt ſi contra fiat, com-
6 mittatur obligatio ad intereſſe † vel ad
pœnam, ſi adiecta ſit, text. expreſſus in l. ſi
ita quis. §. ea lege ff. de verb. oblig. gl. ibi.
in verbo, intereſt, Barto. & communiter
Dd. ibid. text. in l. fin. C. de reb. alien. non
alienan. gloſſ. ſing. ibid. in verbo, ſanci-
mus. gloſſ. notab. in d. l. ea lege. in verbo,
alienare. vbi omninò vide. Natta con-
ſil. 474. num. 7. volum. 2. incip. De anno.
Guid. deciſ. 569. iuncta notabili apoſtilla
7 ibid. Secùs eſt in prohibitione † aliena-
tionis à teſtatore facta: nam illa etiam
dominij tranſlationem impedit, vt ple-
nè notant Dd. in Authent. res quæ. C.
commu. de leg. & in l. fina. ſed quia no-
ſtra. eod. titu. Tiraquel. d. §. 1. gloſ. 7. num.
10. & 11. tex. in l. filiusfam. §. Diui. ff. de le-
gat. 1. & in l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. gloſ.
in d. l. ea lege. & d. l. fina. C. de reb. alien.
Schurff. conſi. 6. num. 5. cent. 2. Dd. in l. qui
Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. oblig. An
autē actio perſonalis in rem ſcripta rem
afficiat, & poſſeſſorem ſequatur, vide in-
frà, Obſeruat. 19.

OBSERVATIO XVII.

De exceptione precij non ſoluti, an impediat litis ingreſſum, & vtrùm in executione opponi poſſit.

SVMMARIA.

1 *Exceptio peremptoria non impedit litis conteſtationem.*
2 *Exceptio precij non ſoluti impedit litis conteſtationem.*
3 *Nemo ſine actione experiri poteſt.*
4 *Actio ex empto, pretio non ſoluto inefficax eſt.*
5 *Exceptio pretij non ſoluti omiſſa proceſſum firmat.*
6 *Emptor petenti venditori precium moram facere non debet.*
7 *Vſufructuarius an fructus ſuos faciat ante præſtitam cautionem.*
8 *Exceptio pretij non ſoluti an in executione opponi poſſit.*
9 *Exceptio peremptoria an locum habeat poſt ſententiam diffinitiuam.*
10 *Exceptio compenſationis in executione opponi poteſt, & quare.*
11 *Debitum liquidum quod dicatur.*
12 *Venditor ad precium agere nequit, niſi re vendita omnimodò tradita.*
13 *Inſtrumenta rei vendita tradi debent emptori, aliàs ad damna & intereſſe tenebitur.*

VEnditor ab emptore in ius voca-
tus, vt rem venditā traderet, cō-
paruit in termino, & cōtra actio-
nem propoſitam exceptionē perempto-
riam, pretij non ſoluti, oppoſuit. Quære-
batut, vtrū illa † exceptio impedire poſ-
ſet litis conteſtationē? Videbatur dicen- 1
dum quòd nō: Primò, quia exceptio per-
emptoria ante litis conteſtationem non
poteſt regulariter ꝓponi, neq; probari,
text. in c. 1. de litis conteſtation. in 6. gloſ.
ibid. in verbo, peremptoriè. l. perempto-
rias. C. ſent. reſcin. nō poſſ. Deindè quòd
actio nata ſit, etiam pretio non ſoluto:
quia emptio perficitur, ſimul atque de
pretio conuentum eſt, tex. in §. 1. Inſti. de
empt. & vend. Sed iſtis non obſtantibus
contrarium fuit concluſum: nam licèt
iſta † exceptio ſit peremptoria, tamē quia 2
eſt intentionis, videlicet: tibi non com-
petit actio ad rem venditam precio inte-
grè nō ſoluto, rectè litis conteſtationem
impedit, per tex. in l. Iulianus. §. offerri. ff.
de act. empt. Bald. in l. ſi traditio. nu. 3. C.
eod. titul. Ang. in §. æquè. num. 10. Inſt. de
act. Iaſ. in §. actionum. num. 123. cum ſeq.
Inſtit. eod. tit. latè Philip. Franc. in d. c. 1.
nume. 18. cum ſequentib. nemo † enim 3
ſine actione experiri poteſt, text. in l. ſi
pupilli. §. videamus. ff. de nego. geſt. gloſſ.
ibid. in verbo, non habuerit, text. in l.
quoties. §. item ſi temporali. ff. de admi.
& peric. tuto. & curat. & in l. minores qui.
ff. eod. titu. text. in l. ſi quid poſſeſſor. §. il-
lud planè. ff. de petit. hæredit. imò iudex
ex officio agentem ſine actione repelle-
re debet, prout pulchrè deducit Iaſ. in d.
§. offerri. ibi, nondum ex empto. Dd. vbi
ſupr. ergo meritò non eſt audiendus em-
ptor precio nondum ſoluto, & ſi audire-
tur, iudicium eſſet planè nullum. l. 2. ff.
de dot. præleg. Bar. ibid. num. 5 gloſſ. ſing.
in l. vbi pactum. C. de tranſact. in verbo,
pœna, circa medium. Iaſ. ibid. nu. 10. cum
ſequen. & communiter Dd. Alexan. con-
ſil. 136. nu. 9. volu. 2. incip in cauſa & lite
Idem conſi. 166. nu. 4. vol. 6. incip. in cau-
ſa & lite vertente, inter. Et ſic non obſtat
prima ratio dubitandi, quia non proce-
dit illa theorica in exceptionibus perem-
ptorijs, quæ ſunt intentionis, vt latè pro-
ſequitur Franc. in d. c. 1. de lit. conteſta. in
in 6. Socin. in c. 1. nu. 15. cum ſeq. eod titu.
ſimiliter non obſtat ſecunda ratio dubi-
randi,

4 tandi,quia licèt † actio nata ſit pretio nõ
ſoluto, tamen nullus eius actionis effe-
ctus eſt,cùm obſtet agere volenti excep-
tio precij non ſoluti,aut realiter oblati.
Bald.in d.l.ſi traditio.nu.3.Alexan.in l.ſi
duo.§.ſi quis.nu.3.ff.de iureiut. Feli.in c.
ad audientiam de præſcrip.nu.3. Vbi di-
cunt,paria eſſe actionem non eſſe natã,
vel natã,ſed ſine effectu eſſe, per tex.in l.
nihil intereſt,ff.de reg.iur.& in l.Fulcini-
us,§.ſi in diem,verſ.idem erit,ff. quib. ex
cauſ.in poſſ.eat.gloſſ.in d.l.vbi pactum,
in verbo,pœna.nam exceptione oppoſi-
ta,actio perimitur,text.in l.2.ff.de excep.
text.in l.quæcunque. ff. de compenſat.
Decius conſil. 421.nume.12.incip.plenè
5 & ſubtiliter.Sed quid ſi venditor † ad tra
ditionem rei emptæ conuentus, non
opponat initio,neque in proceſſu cauſæ
hanc exceptionem precij non ſoluti:ſed
ſua ſponte litem ſuper libello exhibito
conteſtetur,& ad vlteriora procedat,an
iudicium valebit, ita vt cõdemnatio ad
traditionem rei fieri poſſit? Dicendum
quòd ſic:Ratio prima, quòd iudex iudi-
care debet ſecundum allegata & proba-
ta,tex.in l. illicitas,§. veritas. ff. de offic.
præſid.& ibidem communiter Dd.& in
c.2.de offic.iud.ordin.gloſſ.in c.1.de ſen-
tent.& re iudic.in 6.tex.in l.ſi ſoror.C.de
collat. ibi, examinatis partium allegati-
onibus,glo.in §.1.Inſtit.quibus mod. tu-
tel.fini in verbo,ex habitu. Deindè,quia
ad hoc, vt iudicium procedat, ſufficit
6 quòd emptor petenti † venditori pre-
cium moram non faciat, text. in l. 2. §.
quod ait prætor. ff. quorum legat. Bald.
in l.vnica.numer.3. C. ne lice.in vna ea-
demque cauſa tert.prouoc. idem in l 1.
num.2.in fin.C.de his qui ſub mod.leg.
Iaſ.in d §.actionum numer.123. cum ſe-
quent. Ange.in l. furiſgentium in prin-
cip.ff. de pact. quemadmodum in ſimili
7 in † vſufructuario receptum eſt, qui eti-
am ante præſtitam cautionem,ſi propri-
etarius eam non petierit, fructus ſuos fa-
cit,d §.quod ait prætor. Bartol. in l. vxo-
rem,num.1.ff.de vſuſr. leg. Caſtr.in l.pe-
to.§.fratre hærede.numer. 4. ff. de leg.2.
pulchrè Deci.conſil.607.numer.2. cum
ſequent.incip.viſo puncto.Alexan.con.
ſil.99.num.1.volum.4.incip.Viſis narra-
tis in themate. Et iſte eſt verus intelle-
ctus d.l.Iulian⁹.§.offerri, vt ſcilicet actio
ex empto, exceptione precij non ſo-
luti oppoſita,non competat emptori:ſe-
cùs ſi non opponatur, vt expreſsè te-
net Bald.in d.l.1.Iaſon in d.§.actionum.
numer. 123. An autem iſta † exceptio in 8
iudicio omiſſa,in executione ad impedi-
endam eam opponi poſſit, dubitatum
quoque memini,eò quòd ſit perempto-
ria,quæ regulariter poſt definitiuam nõ
opponitur,tex.in l.peremptorias.C.ſen-
ten.reſcind.non poſſe, & ita concludit,
Bartol.in l.ſi duo.§.ſi quis.numet.3.ff.de
iureiut.ſed magis placuit huiuſmodi ex-
ceptionem precij non ſoluti etiam in
executione opponi poſſe: nam quod de
peremptoria † exceptione dictum eſt, 9
intelligi debet de ea peremptoria, quæ
contra ſententiam opponitur, hoc eſt,
quæ eam oppugnat,nam hoc fieri non
poteſt,d.l.peremptorias: exceptio verò
precij non ſoluti ſententiam non op-
pugnat,neque eam iniquitatis aut iniu-
ſtitiæ arguit,ſed contra actionem oppo-
nitur,& executionẽ reſpicit: & ideò eti-
am in executione admitti debet, tex. in
l.ex diuerſo §.fin.ff.ſolut.matr.glo.ibid.
in verb.in ſolidũ ſimiliter Bart.& Alex.
tex.in l.Neſennius,§.ſi.ff.de re iud.Et ita
concludit cõtra Bar.Salic. in d.§.ſi quis.
nu. 10.Alex.ibid nu.3.cum ſeq vbi cõmu
niorem dicit.Dec.conſil.119. nu.2.incip.
Et pro tenui,atq; ipſemet Bar. in l.fin.C.
ſi ex falſ. inſtrum. in princip. diſtinguit,
vtrùm exceptio peremptoria oppona-
tur in executione contra ſententiam,an
verò contra actionem:vt primo caſu nõ
poſſit opponi,altero verò poſſit.tex.in l.
ſi fideiuſſores,§.idem reſpondit, ff. de fi-
deiuſſo.Bart.ibid. in princip. gloſ. ordi-
naria in l.1.C.de iur & facti ignor in ver
bo,vti.Bart.Iaſ.& alij ibid Iaſ. in l. inter
eos,nu.10.ff. de re iudic. Hinc eſt, quod
† exceptio compenſationis, quandò de- 10
bitum eſt liquidum, poſt ſententiam in
executione opponi poſſit, per text.in l.2.
C.de compenſat.text.in l.ſi cùm militi,
§.1.ff.eod.Ratio,quia compenſatio non
impugnat ſententiã, ſed eam potiùs cõ-
firmat,eo quòd compẽſatio,ſit quædã ſo
lutio,& ſic pars executionis,p tex.notab.
in l.ſi debitor.ff.qui pot.in pign habean.
ibi,nihil intereſt,ſoluerit,an cõpenſaue-
rit.Feli.in c.cùm Iohannes,nu.52.de fid.
inſtr.Bar.in l.auſertur,§.qui compenſa-
tionem,

tionem,nn.1.ff.de iur.fiſci.Alex.in d.l. ſi
duo.§.ſi qnis,& conſi. 93. nu.1. vol. 4. in-
11 cip.quæritur vtrùm,vbi dicit,debitũ † eſ-
ſe liquidum,quod per ſententiam eſt li-
quidatũ, nam ſententia facit liquldum,
tex.in l.1.C.de condlctio.indeb.&in l.ſi-
ue contra,ff.de liber.agnoſ. Res enim iu
dicata pro vetitate habetur, tex.in l. res
iudicata,ff.de reg.iur. Ita obſeruatum in
cauſa Henrich Dolhardt / cõtra Johan
Mtuten/ Adde Spec.in tit.de excep.& re-
plicat.§.dicto. nu. 14. vbi nouẽ caſus re-
fert in quibus nõ procedit d.l.perempto-
rias.vide quoq; glo.& Bar. in d.l.1. C.de
iur.& fact. igno. vbi ſimiliter enumerãt
caſus, in quibus peremptoriæ exceptio-
nes poſt ſentẽtiam opponi poſſiut. Por-
12 rò,quæ † de emptore dicta ſunt, eadem
etiã in venditore non tradente rẽ, obti-
nent:nã precium,re non tradita, ab em-
ptore perere nequit,per tex.in l. qul pen-
dentem.ff.de act.emp.tex.in l.ex his prę-
dijs. C. de euic. quia vtrobiq; eſt eadẽ ra-
tio:& quidem omniũ rerum venditarũ
plena traditio fieri debet, antequàm vẽ-
13 ditor ad preciũ agere poſſit:item † inſtru
menta, per quæ iura fundi declarantur,
ſunt exhibenda, tex.not. in l. Titius hæ-
res.ff.de act.emp.adeoq; emptor de qua-
litatibus rerum venditarum Inſtrui de-
bet:aliâs venditor emptori ignoranti ad
intereſſe tenetur,tex.in l.1 §.1.& in d.l.Iu
lianus,in princ.& in l.quæro.ff.eod.titu.
Alex.conſi.63.nu.1.& nu.5.vol.6.incip.di
ligenter inſpectis. Dec.d.conſil.119.nu.2.
& d.conſi.421.nu.9.

OBSERVATIO XVIII.

Iuri offerendi an præſcribatur.

SVMMARIA.

1 *Pro parte affirmatiua.*
2 *Actio perſonalis tollitur ſpacio 30. annorum.*
3 *Dictiones ſemper, perpetuò, quandocunque, quid operentur.*
4 *Pars negatiua verior.*
5 *Ius offerendi conſiſtit in mera facultate.*
6 *Actio hypothecaria quandò competat.*
7 *Malæfidei poſſeſſor nunquam præſcribit.*
8 *Statuta contraria non valent.*
9 *Lex debet eſſe ſancta.*
10 *In materia præſcriptionis ſtatur iuri Canonico.*
11 *Ius offerendi locum habet inter creditores.*
12 *Huic præſcribitur.*
13 *Ius offerendi inter creditores aliquandò ceſſat.*

MAgna eſt apud Dd. controuer-
ſia, vtrùm iuri offerendi ſpacio
triginta annorũ pręſcribatur?
Partem † affirmatiuam tenet gloſſ. in l. 1
pignori.in verb.alieno.ff.de vſucap.An-
gel.in §.omnlum. nu.54.in fin. Inſtit. de
actionib.vbi cõmunem dicit.Idẽ conſil.
55.per totum.Iaſ.in l.ſi mater. nu.5. C. de
inſtit.& ſubſtit.idem in l.petens.nu.1.C.
de pact.latè in vtranque partem Schurff
conſi.70.cent.1.per totum.idẽ conſil. 89.
nu.9.cent.2. vtrobiq; pro hac parte affir-
matiua concludit Tiraq.de retract. con-
uentionali.nu.26.vbi dicit hanc partem
à Senatu Pariſienſi approbatam. Eandẽ
tenet Feli.in c.cùm acceſſiſſent.de conſt.
Idem in rubr. de præſcript. & plutes alij
allegati per Henning.cõſi.109.& Couar.
varia.reſolut.lib.1.cap.9. idq́ue procede-
re exiſtimant, etiamſi iuramentum pa-
cto adiectum,expreſſeq́; dictum ſit,quòd
quandocunque redimere poſſet. Huius
opinionis quamplures adferunt ratio-
nes,quarum præcipua, quod ius iſtud de
retrouendendo competat venditori ex
obligatione † perſonali, quæ 30. annorũ 2
ſpacio tollitur,tex.in l.ſicut.C.de pſcrip.
30.vel 40.annorũ. Item quod huic præ-
ſcriptioni,cũ ſit odioſa,non poſſit pacto
renunciari, vt notant Bart. & alij in d.l.
nemo poteſt.ff.de leg.1. Iaſ.in d. l. ſi ma-
ter.Pariſ.conſi.92.num.6.volum.3 Bald.
conſi.44.incip.ad euidentiam.vol.5. vbi
dicit,non valere pactum, vt nulla currat
præſcriptio. Prætereà, licèt † dictiones 3
quandocunq;,ſemper, ꝑpetuò, pacto de
reluendo vel de retrouendẽdo, adiectæ,
temporis perpetuitatem denotent,tamẽ
præſcriptionẽ longiſſimam non exclu-
dunt, gloſſ. prima. in l.in cognitione. ff.
de S.C.Syllan.Bald.in l.1.ff.ſolut. matri.
Feli.ad d.rubr.de præſcrip. Alexand.in l.
cùm ſtipulatus ſim mihi.ff. de verb.obli.
Pariſ. d. conſil.92. num.11. Alias huius
partis rationes vide apud Angel. in d. §.
omnium, Henning.d.conſil.109. & Dd.
in locis allegatis. Partem † verò negati- 4
uam, quòd iuri offerendi non præſcri-
batur,tenet Cyn. in l. cùm notiſſimi. §.
ſed cùm illud.numer.6.in fin.C. de præ-
ſcript.30.vel 40.annorum. vbi commu-
niter Dd.idem Cyn.in l. nec creditores.
nume.2.C.de pignor.act.per illum text.
qui ad hoc eſt expreſſus.& text.in l. Pau-
lus.

lus.§.fin.ff.quib.mod.pign. vel hypoth.
ſol.& in l.purè.§.final.ff. de dol.mali &
met.excep.Eandem partem tenet Barto.
in d.l.pignori.circa medinm.Alberic.in
d.l.cum notiſſimi.nume.5.pulchrè Fulg.
in l.ſi rem.§.omnis.num.63.& nume.66.
Boër.deciſi.351.num.6.par.2.& deciſ.182.
part.1. Couar.ſub quadam diſtinctione,
loco ſuprà citato. Henning. latiſſimè d.
conſi.109.Pariſ.d.conſi 92.num.12.cum
ſequen. Cur. iunior conſi.331.num.8.in-
cip.præſupponitur in ſacto,vol.3. Guid.
ſing.906.vbi communem dicit. Et hanc
partem negatiuam, tanquàm veriorem,
æquiorem, melioribuſq; rationibus ful-
citam,Camera Imperialis ſequitur.Sunt
autem præcipuæ eius rationes, quòd ea
quæ conſiſtunt in mera facultate, præ-
ſcriptione non tollantur, tex.in l. viam
5 publicam,ff.de via public.at ius † reluen
di vel offerendi conſiſtit in mera facul-
tate debitoris,vel redimentis, ergo, &c.
d l.viam.publicam. text. in d.l.cùm no-
tiſſimi.§. illud generaliter. Deindè quó-
6 ad † hypothecariam, certum eſt actionē
pignoratitiam debitori non competere,
neque naſci,niſi prius ſoluto,vel realiter
oblato debito,d.l.ſi rem.§.omnis. ſed a-
ctioni nondum natæ præſcribi non po-
teſt, cùm non entis nullæ ſint qualitates,
tex.in l.1.ff.commun.præd.&in l.in acti-
onibus.ff.de in lit.iur.cum ſimilibus.Ad
hæc, poſſidens pignus ſcientiam habet
rei alienæ,ergò preſcriptio ob malam fi-
dem locum non habet: quia ſecundùm
Canones, & communem atque in Ca-
mera Imperiali ſæpius approbatam opi-
7 nionem,malæ † fidei poſſeſſor nullo vn-
quàm tempore præſcribit,tex. in c.fin.de
præſcrip vbi communiter Canoniſt.tex.
in c.poſſeſſor.de reg.iur in 6.& in c.ſi di-
ligenti,de præſcript. Afflict.deciſi.13.nu.
8 6.adeò,vt neque † ſtatuto,vel lege aliqua,
contrarium induci, vel ſtatui poſſit. Iaſ.
in l. non dubium. numer. 36. C. de legib.
Bartol.in l. omnes populi. ff. de iuſti.&
iur. Alex.conſi.185.nu.7.vol.2. incip.viſo
titulo.Cæphal.conſi.316.num.5.cum ſeq.
vol.3.incip.Cauſa Vinianorum.Mathe-
ſila.pulchrè ſing.23.cum addit.ibid. quia
talia ſtatuta,propter conſcientiam rei a-
lienæ,peccata nutrirent,vndè meritò nō
valent, tex.in l.conuenire, ff.de pact.do-
talib. Dec. in c.1.in præſentia,de probat.

quia † lex debet eſſe ſancta & honeſta,vti 9
ex eius diffinitione colligitur, tex.in l.2.
& 3. ff. de legibus,text.in l.iuſtitia. §.iuris
præcepta.ff.de iuſti & iur Bal.conſi.457.
nume.4.incip.ad euidentiam,vol.5.Præ-
tereà communiter receptum eſt, in † ma 10
teria præſcriptionis, in qua de peccato a-
gitur, ſtandum eſt iuri Canonico,& eius
diſpoſitioni.gloſſ.& Dd.in d.c.poſſeſſor.
Pariſ.d.conſi.92.nu.27.& num.30.Vnde
etiam Couar.loco ſup.alleg.diſtinguen-
do putat affirmatiuam partē tunc pro-
cedere, ſi quis ſpacio 30.annorum bona
fide poſſediſſet:negatiuam verò, ſi ſcien-
tiam rei alienæ habuerit, per regul. d. c.
poſſeſſor.cum ſimilibus.Adde pro parte
negatiua Alciat.ad d.tub.de præſcrip. &
Fabian.de monte.in tract.de emptio. &
vendit.quæſt.7.vide etiam Philip.Por.in
libr.commun.opin.concluſ.32.cum ſeq.
libr.3.& concluſ.44.eod.lib. vbi latè tra-
ctat, an præſcriptio in actionibus perſo-
nalibus abſq; bona fide procedat,vbi cō-
munem atteſtatur, quòd non,per infini-
tas allegationes.Inter creditores quoque
ius † offerendi locum habet, text. in d.l. 11
cùm notiſſimi: poteſt enim ſecūdus cre-
ditor primo creditori debitum offerre,
& eo non recipiente illud deponere &
conſignare, atque ſic ſibi pignoris cau-
ſam firmare,per tex.in l.1.& in l.prior.&
in l.diuerſis. C.qui pot.in pignore habe-
an.tex.in l.potior.§ final.ff.eodem. & in
l.ſecundus. C. de pignorib. & hypoth.
text. in l.final. C. de his. qui in priorum
credit. loc. ſucced. & in d.l.cùm notiſſi-
mi.§ eodem iure. Sed huic † iuri ſpacio 12
30.annorum rectè præſcribitur. Ratio,
quia hoc ius offerendi creditori compe-
tit, non per modum facultatis, ſed acti-
onis,quia eſt acceſſorium ad ipſam acti-
onem : quemadmodùm igitur actioni
hypothecariæ 30.annis præſcribitur,tex.
in d.l.cùm notiſſimi. ità & eodem tem-
pore huic iuri.Alberic.in d.l. cùm notiſ-
ſimi.& in d.§. eodem iure. vbi commu-
niter Dd.Fulgoſ.in d.l. ſi rem. §.omnis.
ff.de pigno.action.nu.2.Henning.conſi.
109 num.235.Meminiſſe tamen hic opor
tet † ius offerendi non habere locū inter 13
creditores poſt rē iudicatā, vtpută ſi pri-
mus creditor ex re iudicata ius quęſitū in
pignore, vel hypotheca habeat,& prior
in poſſeſſionē pignoris, authore prętore,
miſſus

miſſus ſit, & domininm pignoris vel re-
medio,l.vetuſtiſſimam. C.de iur.domi.
impetr.vel ſecundum locorum conſue-
tudines & ſtatuta, quæ ad vnguem ſeruā-
da ſunt,tex.in c.cùm dilecta, de reſcript.
cum ſimilibus, quia tunc ceſſat ius offe-
rendi,& ita facto reſponſum memini,&
ita concludit Afflict.deciſi.187. per totā,
incip. Facta relatione. Ang. in d.l.vetu-
ſtiſſimam.Bald.in l.properandnm.§.ſin
autem reus. C. de iudicijs. nume. 8. cum
ſequen.

OBSERVATIO XIX.
De iure retractus & eius requiſitis.

SVMMARIA.

1 *Ius retractus valet.*
2 *Statutum prohibens res immobiles extraneo vendere valet.*
3 *Statuta poſſunt prohibere alienationes rerum.*
4 *Argumentum à pacto ad ſtatutum quandò valeat.*
5 *Legis poteſtas maior quàm hominis.*
6 *Condictio ex lege municipali ad retractum eſt in rem ſcripta.*
7 *Actio perſonalis in rem ſcripta rem afficit.*
8 *Mora non contrahitur in debito illiquido.*
9 Weinkauff.
10 *Cautela quoad retractum.*
11 *Tempore legis elapſo, non admittitur mora purgatio.*
12 *Tempus in iure ſimpliciter prolatum de anno accipitur.*
13 *Feudum alienatum quanto tempore à proximiori agnato reuocari poſſit.*
14 *Ius prothomiſeos, anno tantum locum habere Camera approbauit.*
15 *Forma non ſeruata, actus non valet.*
16 *Forma dat eſſe rei.*
Forma ſtatuti ad vnguem ſeruanda, ibid.
17 *Lex plura coniunctim requirens.*
18 *Ignorantia eſt iuſta cauſa reſtitutionis in integrum.*

1 IVS retractus der einſtandt/ ex ge-
nerali quadē conſuetudine Ger-
maniæ vbiq; ferè locorum obti-
net. Huiuſmodi autem cōſuetudines de
iure valere dubium non eſt, adeoq; tan-
quàm generis, familiæ, nominis, & do-
mus conſeruatrices, nō odio, ſed fauore
potius dignas eſſe. Lugubre enim & de-
plorandum foret, videre paternas, & ani-
tas domos, ac antiqua maiorum prædia
in externas manus tranſire, atq; deueni-
re, per text. qui ad hoc optimè facit. in l.
lex quæ tutores.§.ergo.C.de admi.tutor.
text.in l.in fundo. ff.de rei vendic. ibi,la-
ribus ſepulchriſque auitis carendum ha-
beat, tex. in l.ſi in emptionem.ff.de min.
25.annis, ibi, veluti quod maiorum eius
fuiſſet. Et ita communiter concludunt
Dd.in l.dudum.C.de contrah.empt.Ca-
noniſt.in c.conſtitutus. de reſtitut.in in-
tegr.Alberi.de Roſat.in prima parte ſta-
tuto.quæſt 93.Pirrhus in conſuetud. Au-
relia.titul.du retraict. lignagier.in verb.
quand aucun. Boër. in conſuetu.Bituri-
cen.§.1.in prin.d.titul.laiè Tiraq. in præ-
far.de vtroque retract.numer.8. Chaſſa.
rubr.10.§.1.circ.prin.per multa allegata.
vbiq; concludunt,huiuſmodi conſuetu-
dines vtroq; iure cōprobatas eſſe, adeoq;
de iure diuino ſubſiſtere, indeq; originē
ſumpſiſſe, vt legitur Leuitici capite 25. &
Hier.cap.32.Valet quoq; conſuetudo ſeu
† ſtatutum, ex cōmuni Dd.ſententia, om- 2
ninò prohibens vendere res immobiles
extraneo ſeu forenſi, referente Tiraquel.
cum infinitis allegationibus, in d.præfa.
nu.14.Cui adſtipulatur Zaſ.in l. multum
intereſt,nu.2.de verb.oblig dicens, ſe au-
thore, tale ſtatutū Friburgi factum, qua-
lia ſtatuta & in alijs Germaniæ ciuitati-
bus ea ratione laudabiliter recepta ſunt,
vt res maneant ſub iuriſdictione ſtatuen
tium, & publicis penſitationibus obno-
xiæ exiſtant: imò in fortioribus terminis
valet conſuetudo ſeu ſtatutum, iubens
rem vendere potius cōſorti, aut vicino,
quàm alteri, eodem precio, Anchar.cōſ.
160.per totum.Alex.conſil.126. in princ.
volum.5. incip. Viſis his, de quibus Boër.
deciſi.107.num.3.in fin.Hippol. ſing.64.
per totum. vbi dicit, In multis ciuitatib.
Italiæ talia eſſe ſtatuta. ſimiliter Tiraqu.
vbi ſup.nu.15.Certi enim iuris eſt, ſtatuto
† alienationem & tranſlationem domi- 3
nij planè prohiberi poſſe, per text. in l.ſi
in emptione.§.1.in verb.mores ciuitatis.
ff.de contrah.emp. text.in d.l. dudum.
ibi, niſi lex ſpecialiter.Barto.& alij in l.fi-
liusfam.§.diui,ff.de leg.1. Alex.d.conſil.
126.nu.1. Nam & hoc pacto fieri poteſt,
text.in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff.de
verbor.oblig.Dd.communiter ibid. tex.
in l.ea lege.C.de condict. ob cauſ.text.in
l.ſi creditor.§.fin.ff.de diſtract.pign. Bal.
in l.1.nume.1.C.commun.diuid.Boër.d.
deciſi.107.num.4.Si pacto, ergo & ſtatu-
to: quia † argumentum à pacto ad ſtatutū 4
affirma-

affirmatiuè valet, tanquàm à minori ad
maius,per text.in l.fin. vbi communiter
Dd.C.de fideiuſſor.text.in l. non impoſ-
ſibile.ff.de pact. Bart.ibid.num.4.qui hoc
declarat.Dec. in l.nec ex prætorio. num.
9.cum ſequen.ff.de regul.iur. gloſſ. ordi-
naria in l.non ſolùm.§.fin. In verbo,eti-
am hæredis,ff.de nou.oper.nunciat.glo.
plenior ſuper rubric. C.de decurio. libr.
10.gloſſ.in c.2.in verbo,officiali,in fin.de
5 conſuet.lib.6.Ratio,quia † maior eſt po-
teſtas legis, quàm hominis qui legi ſub-
eſt,vt plenè notat Nicol. Euerh. in locis
legalib.In loco à pacto,ad legem, vel ſta-
6 tutum. Porrò meminiſſe oportet,† con-
dictionem quæ datur ex lege municipali
ad retractum,non eſſe merè perſonalem
actionem,ſed in rem ſcriptam: ideoque
poſſeſſorem,quocunque res vadat,ſequi:
† quia actio perſonalis in rem ſcripta
7 perindè rem afficit,& poſſeſſorem ſequi-
tur,atque actio verè realis,tex.in l.3.§. eſt
autem.ff.ad exhib.tex.in l.metum.§. fin.
ff.quod met.cauſ.Tiraqu.per multa alle-
gata,§ 8.gloſſ.5.nume.8.Chaſſ.rubric. 10.
titul des retracts.§.11.in verbo,on deten-
teur.numer.2.cum ſequent. quanquàm
plerique velint hoc ius retractus etiam
merè perſonale eſſe, & rem non afficere
per rationes ſuprà eod. Obſeruatione 16.
allegatas. An autem hoc ius prothomi-
ſeos competat etiam legitimatis, vide
Deci.conſ.276.nu.6. cum ſequen. incip.
in cauſa quę Lucę,vbi vtramque partem
diſputat, & concludit per multa allega-
ta,quòd non:vide quoque Tiraquell.§.1.
gloſſ.8.num.10.cum ſequ.Porrò qui rem
venditam iure proximitatis vel agnati-
onis retrahere vult,neceſſe eſt vt requiſi-
ta legis municipalis diligenter obſeruet,
qualia plerunque eſſe ſolent. Primò, vt
retrahens iuſtum precium, & integrum
offerat,iuxta text.in l.Iulianus,§. offerri.
ff.de act. empt.quia particularis ſolutio,
tanquàm incommoda & damnoſa non
ſufficit,tex.in l.quidam exiſtimauerunt,
ff.ſi cer.peta.& in l.3.ff.famil.erciſ. tex. in
l.cùm hi,§.cauſæ fere,ff.de tranſact.gloſ.
ibid. in verbo, & minutatim:idque ſine
dubio ſi certum ſit precium.Quòd ſi con-
ſanguineus verum precium, quanti res
extraneo vēdita ſit,ignoret, eo caſu par-
ticularis depoſitio ſufficit, addita prote-
ſtatione & oblatione,quòd reliquum,vbi
de precio certior factus fuerit,ſoluere pa
ratus ſit,per tex.ad hoc valdè ſingularem
in l.ſtatuliber rationem,ff. de ſtatulibe.
& tex.in l.ſeruus ſi hæredi. §. Imperator.
in fin. eodem titul.Boër.deciſi.112. num.
2.In fin.Mora † enim contrahi vel com- 8
mitti non poteſt, niſi debitum ſit liqui-
dum.Dd.in l.acceptam.C.de vſur. Tira-
quel.de retractu.gloſſ.19.§.1.nume.1. & 2.
Boër.in conſuetu.Bituricen. titul. du re-
traict lignagier,in verb.item ſi l'achetur.
Quòd ſi agnatus, vel proximus iuſtum
precium non offerat, poteſt vēdere rem
cuicunque voluerit, quia ſtatutum acci-
piendum & intelligendum de iuſto pre-
cio,quod eſt,quanti res communiter va-
let,text.in l.precia rerum, ff.ad l. Falcid.
ita tenet ſingulariter Bald. in l.2. nume.
30.C. de reſcind. vendit. Salic. in d. l.du-
dum,Iaſ.in l.3.nume.23. cum ſequent.C.
de iure emphyteu.proindè etiam prohi-
bitus vendere extra familiam, poteſt li-
citè rem extraneo vēdere, ſi familia poſt
legitimam factam denūciationem iuſto
precio emere non voluerit, vt tenet Dy.
Bar.& alij,in d.l.qui Romæ,§.cohęredes,
ff.de verb.oblig.per tex. illum. Iaſ.in d.l.
3.num.24.Ang.& Salic.ibid.Roma. ſin-
gul.765.Incip.facio tibi pactum,vbi dicit,
quòd poſt lapſum duorum menſium al-
teri vendi poſſit. ſequitur Iaſ. loco alle-
gato. Secundò requiritur, vt ſimul cum
precio ſumptus & expenſas tempore cō-
tractus factas,integrè refundat, text.not.
in l.intrà vtile,§.final.ff.de minor.Quod
adeò verum eſt, vt etiam ſumptus vini,
vulgariter,† Weinkauff/refundere tene- 9
atur,vt tenet Chaſſ.§.10. in ver.les fraitz.
nu.3 mihi fol. 1328. Si tamen emptor in
fraudem conſanguinei,vel proximi mo-
dum expenſarum exceſſerit,non obliga-
bitur retrahens illos refundere:quia tan-
tùm ad neceſſarias & vtiles expenſas, nō
ad delicatas tenetur,text.in l.ſi ſine.§. in-
terpoſito,cum §.ſequen.ff.de admi.& pe-
ric.tutor.& curat.tex.not.in l.ſi ſeruus.ff.
de pign.act.Tiraquel.de retract. conuen.
§.7.gloſſ.1.num.5.Chaſſ. vbi ſuprà. Qua-
re optima † cautela eſt, quam tradit Al- 10
beric.in d.l.intrà vtile §.final. numer.4.
vt volens vti beneficio retractus, quam-
primùm denunciet emptori, vt nullos
ſumptus faciat: quia rem venditam re-
trahere intendit: refert quoq; hanc cau-

telam Tiraq.& Chaſſ.loco citato. Tertiò requiritur, vt ſibi retrahat, & in vſum ſuum, non in vtilitatem alterius, & in fraudem emptoris: nam hac in re perniciosè quandoq; peccatur, vnde alteri ius ſuum cedere nõ poteſt, quia huiuſmodi ceſſio in fraudem emptoris facta non valet, & plerunq; ex ſtatuto requiritur iuramentum retrahentis, quòd bona fide beneficio retractus vtatur, qua de re latiſſimè ſcripſit Tiraquel.gloſſ.1. num.1.per multa iura. Quartò requiritur, vt intrà annum & diem fiat retractus, nam eo tempore effluxo, tacita quædam eius iuris remiſſio inducitur, adeò, vt moræ purgatio ampliùs non admittatur, per tex.in l. final.ff.de decret.ab ord.facien. Nam re-
11 gulariter, quandò † à lege, vel ſtatuto certum tempus præfigitur, eo lapſo, non admittitur moræ purgatio, quia terminus legis, eſt peremptorius, tex.in c.pia, de except.in 6.& in d.l.final. Innoc. & Panor. in c.cùm in tua, qui matrim. accuſ. poſſ. Roland.conſi.21.num.9.vol.incip. extat ſtatutum. Chaſ.d.§.10.in verbo, dedans l'an & iour, vbi dicit annale tempus habere vim refutationis, per iura ibid.allegata. Quòd ſi per ſtatutum proximioribus certum retrahendi tempus præfixum nõ ſit, tunc ex iure communi, tempus anni & diei conceſſum eſſe intelligitur: nam
12 † tempus ſimpliciter prolatum de anno accipitur, quod eſt ſingulare dictum, Bald.in c.1.§.Titius filios, nu.2.verſ.item nota, ſi de feud.fue.contro. inter domin. & agnat.per illum tex.& illud pro ſingulari refert Hippol.d.ſing. 64. Boër.d.tit. du retraict.lignagier, circ.princip. Tiraq. d.gloſſ.10.§.1.nu.7. quamuis ipſe ibidem nu.10.contrariũ concludit, quòd ſcilicet, eo caſu, quãdò certum tempus à ſtatuto definitum non eſt beneficium retractus, non ſolùm intrà annum & diem locum habeat, ſed etiam poſtea vſque ad 30.annos, per iura ibi allegata, quod planè ab-
13 ſurdum eſſet. De iure † feudali notũ eſt, feudum in remotiorem agnatum alienatum intra annum reuocare debere, p tex.expreſſum in d.c.1.Titius filios, in extraneum verò alienatum, cùm certum tempus non reperiatur definitum, reuocationem triginta annorum ſpacio circumſcribi, per gl.communiter approbatam, in d.§.Titius filios, in verbo, per annum. Dd.ibid. Dec.conſi.395.nu.9. in fin. incip.in cauſa Magnifici. Sed in † mate- 14
ria retractus, ſiue iuris prothomiſcos, Camera Baldi opinionem in d.§ Titius, iudicando ſecuta eſt, idq; moribus Germanorum paſſim approbatur. Prædicta requiſita ſi à ſtatuto, vel lege municipali exigantur, ſimul concurrere, & adimpleri debent: aliàs ius retractus non obtinet, quia talia requiſita pro forma retractui adijciuntur, qua † nõ ſeruata, actum cor- 15
ruere, aut vitioſum eſſe perſpicuum eſt, tex.in c.cùm dilecta.§.final. in fin. de reſcrip.& in c.venerabili, de offic.iudic.deleg. tex. in c. Piſanis. de reſtitut. ſpoliat. & in c. quia propter, de electio. tex. in l. cùm hi.§.ſi prætor, ff.de tranſact. & in l. Iulianus, §.ſi quis rem.ff.ad exhib. Dd.in Authen.quæ ſupplicatio. C. de precibus Imper.offer. Tiraquel. de retractu, gloſſ. 4.§.3.num.2.cum ſequ. Nam forma † eſt, 16
quæ dat eſſe rei, & ſine forma res non incipit eſſe, per iura allegata, & tex. in l.ſi is qui quadraginta.§. quædam. ff. ad l.Falcid. Bald.in l.cùm quis, num.4. C. de iur. & fact.ignoran. Quò pertinet, quòd quoties † lex plura coniunctim requirit, non 17
ſufficit alterum fieri, ſed vtrumque adimpleri neceſſè eſt, text.in l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit decem, ff. de verborum obligation. & in l.ſi hæredi plures.ff. de condit.inſtit. Deci.conſi.177.num.1.vol.1.incip.quod ſupr. Et in materia ſtatutorum communis Dd. concluſio eſt, formam ſtatuti ad vnguem ſeruandam eſſe, neq; ſufficere eam per æquipollens adimplere, & vtile p inutile vitiari; nihilq; tali formæ, ne partium quidem conſenſu, addi, vel detrahi poſſe, cùm forma ſit indiuidua, & in ſua integritate conſiſtat: diuiſionem autem formam corrumpere, perſectum non recipere in ſe maius, aut minus, & proindè vel minima qualitate ſtatuti non obſeruata, actum corruere, nullamq; ex tali ſtatuto actionẽ competere: neq; iuſtiſſimam cauſam formæ defectum ſupplere poſſe, maioremq; eſſe defectum formæ, quàm perſonæ, próut cumulatim referunt Roland.conſi.72.p totum, vol.3.incip.ſtante ſtatuto. Cæph. conſ.421.nu.45.cum ſeq.vol.3.incip.verè vt clariſſimi, & conſ.438.nu.1.cũ ſeq. eo. vol. Alex.cõſ.50.n.5.vol.5.incip. in cauſa & lite. Dec.cõſ.10.nu.2.incip.viſo pũcto, & conſi.

& conſi.455 num.7.cum ſeq. incip.placet
concluſio, & conſ.466.nu.13.cum ſeq.&
num.19.incip.ſtante ſtatuto, & conſ.532.
nu.2.incip.pro vera reſolutione, per tex.
in d.c.cùm dilecta.Fel.ibi.pleniſſimè,nu.
6.tex.in d.c.quia propter,cum alijs iurib9
ſup. allegatis. An autem tempus conſue-
tudinarium, quod datur proximioribus
ad retrahendum, currat ignorantibus,
vel demùm à tempore ſcientiæ incipiat,
& caſu quo ignorantibus noceat, an de-
tur reſtitutio in integrum, vide omninò
Boër.d.deciſi.112.per totam. Bart. & Dd.
in l genero.ff.de his qui not.infam. Bar.
in l.1.§.ſi quis autem.ff.de itin.actuq; pri-
ua.Dd.in l.1.& l.quamdiu.C. qui admit.
ad bono.poſſeſſ.Felin. in c.vigilanti. nu.
1.cum ſeq.de præſcrip.vbi dicit hanc eſſe
arduam quæſtionem. Cõmunis opinio
eſt, quòd à tempore veræ traditionis rei
venditæ currat præſcriptio contra igno-
rantes,licèt ex cauſa reſtitui in integrum
poſſint.Boër.d.deciſ.112.nu.7. cum ſequ.
18 communem teſtatur.Ignorãtia † autem
eſt iuſta cauſa reſtitutionis in integrum,
per tex.in l.& Atilicinus. ff.de ſeruit.ru-
ſtic.præd.gloſſ.in l.Aemilius.ff.de mino-
rib.gloſ.in l.ſi partem.§.1.ff.quemadmo,
ſerui. amitt. in verbo,vtendo,& in l.1.in
verbo,æſtimabit.C.de patri.poteſt.Ang.
in l.fi.C.de præſcrip.Alex.conſ.84.num.
4.volu.1.incip.in cauſa vertente,& conſ.
169.nu.9.vol.2.incip. viſo themate ſuprà
ſcripto,& conſ.71. nu.2. volum.1. incip.
videretur prima cõſideratione,apoſtilla
ibid.item conſ.89.nu.9.vol.2.incip. viſo
puncto,& inſtrumentis.Ruin.conſi.150.
nu.13.volu.2. Feli. in d.c.vigilanti. nu.2.
vbi omninò vide cum ſeptem limitatio-
nibus.Bart.in l.1.§.ſi aduerſus,nume.1.ff.
quand.appell.ſit.

OBSERVATIO XX.

Libri mercatorum an probent.

SVMMARIA.

1 *Priuata ſcriptura pro ſcribente non probat.*
2 *Libri mercatorum quandò probent.*
3 *Practica articulandi pro libris mercatorum.*
4 *Liber mortui hominis quandò probet.*
5 *Probationes ſemiplenæ valent inter mercatores.*
6 *Conſuetudo valet quòd libris mercatorum plenè cre-datur.*
7 *Requiſita neceſſaria vt fides habeatur libris merca-torum.*
8 *Statutum vt libris mercatorum plenè credatur, quo-modò intelligendum.*
9 *Statutum tribuens iuriſdictionem Conſulibus artiũ mechanicarum, quomodò intelligendum.*
10 *Confeßio mercatoris in libro ſuo rationum ſcripta, licèt abſente parte probat.*

NOtum eſt † priuatam ſcripturam 1
pro ſcribẽte vel proferente non
probare.per tex.in l. rationes. &
in l. exemplo. & in l. inſtrumenta. C.de
probat.tex.in l.fi.C. de conueni. fiſci de-
bito.lib. 10.cum ſimilib, præſertim ſi de-
ſint ſolennitates ad eius firmitatem re-
quiſitæ,& agatur de præiudicio tertij,per
ea quæ latiſſimè notant Dd. in l. admo-
nendi.ff.de iureiur.præſertim Iaſ.in rep.
glo.in l.quædam.§.nũmularios, in verb.
decurritur.ff.de eden. Dd.ibid. Feli.in c.
2.nu.2.de fide inſt.&in c.cùm cauſam.de
probat. vtrobiq; communiter Canoniſt.
Cùm autem † libri mercatorum priuatæ 2
ſint ſcripturæ,quęſitum,an pro ſcribente
& proferente fidem aliquam faciant? Et
quamuis glo.in d.l.quædam.§. nummu-
larios,ſimpliciter teneat ꝙ non: tamẽ ex.
communi Dd. ſententia concluſum, li-
bros mercatorum, caſu, quo producens
illos homo ſit integræ opinionis,& rati-
ones propria proferentis manu conſcri-
ptæ ſint, cauſaq; obligationis expreſſa, &
iiſdem libris,non ſolùm credita, verùm
etiam debita, data & accepta continean-
tur,ſemiplenè probare, ita vt proferenti
iuramentum ſuppletorium deferri poſ-
ſit,Bar.in d.l.admonendi,nu.27.Iaſ.ibid.
nu.127.cum ſequ. vbi communem dicit.
Bal.in l.2.nu.11.C.de eden. Idem ad rubr.
C.de fid. inſtr.nu.33.Felin.in d.c.2.nu.21.
Bar.in l.nuda ratio,nu.9.ff.de don.Guid.
deciſ.441.per totam, incip.pro declatio-
ne,vbi dicit † practicam articulandi pro 3
libris mercatorum eſſe,vt ſcilicet Primò
ponatur,quòd talis mercator ſit bonę fa-
mæ : & veritatem ſcribere conſueuerit,
per text.in l.vniuerſorum. ff. de pignor.
act.& in l.qui ſemiſſes.§.1.ff.de vſuris.Se-
cundò, quòd rationes propria manu cõ-
ſcripſerit,text.in l.generaliter. C.de non
nume.pecu. Tertiò, quòd cauſa debiti ſit
expreſſa,tex.in l.cùm de indebito, §. fin.
ff.de probatio.& in d.l.generaliter.Bald.
in d.l.inſtrumẽta.nu.1. Quartò,quòd hu-
iuſmodi liber contineat data & acce-
pta, per text.notab. in Publia.§.final. ff.

depoſ.pulchrè Pariſ.conſ.90.num.1.& 2.
volum.1.incip. Vidimus proceſſum,vbi
dicit, quandò liber rationum continet
data & accepta,ſi is contra quem profer-
tur vult acceptare ea quæ pro ſe faciunt
& in ſui ſauorem:tunc debet etiam acce-
ptare alia quæ contra ipſum, & pro ſcri-
bente faciunt,argumen.l.etiam.§.1.ff.de
minor.Bartol.in d.§.nummularios.nu.
2.Capell.Tholoſ.deciſi.496. quam vide.
Roland.conſi.92.nume.6.vol.3.incip.in
præſenti.Pariſ.conſil.104.nume.76. cum
ſeq.vol.1.incip. In præſenti cauſa.Socin.
ſenior conſil.161.num.3.volum. 2.incip.
4 Pro deciſione, vbi notant, quòd † liber
mortui hominis, legalis & bonæ ſamæ,
præſumptionem talem faciat, quæ alijs
adiuta adminiculis plenè probet. In fo-
ro autem mercatorum, huiuſmodi libri
rationum, concurrentibus ſupradictis
qualitatibus,etiam plenè probarēt: quia
5 inter mercatores † ſemiplenæ probatio-
nes recipiuntur,& in foro mercatorū iu-
dicatur ex æquo & bono, vt notat Zaſi.
cōſ.15.nu.53. vol.1.Capel.Tholoſ.d.deciſ.
496.Bal.conſ.198.nu.5.vol.1.incip.Ad in-
telligentiam : dicens quòd in cauſis mer-
catorum,vbi de bona fide agitur,nō con
gruit de iuris apicibus diſputare, tex.in l.
ſi fideiuſſor. §. quædam. ff. mand. facit,
text. in l. etſi non cognitio. C. ſi contra
6 ius,vel vtilit.public.conſuetudine † quo-
que introduci poſſet, vt plenè credatur
libris mercatorum, ſecundùm Felin. in
d. c. 2. nu.26. de fid.inſtrum.Iaſ.in repet.
d.l.admonendi.nu.127.Bal.d.conſil. 198.
num.3. vbi dicit,quòd codices rationum
mercatorum habeantur pro publicis in-
ſtrumentis, ſecundùm conſuetudinem
7 mercatorum.Sed † vt talis cōſuetudo va
leat,duo conſideranda ſunt:primò inte-
gritas & probitas mercatoris, quòd om-
nium opinione pro integro viro habea-
tur:ſecūdò cauſæ qualitas, & magnitudo
debiti, quæ à iudice conſiderāda ſunt,ne
ſit vaga & indiſcreta conſuetudo,quæ cū
iniuria alterius ſalſitatis occaſionē præ-
beret,per text.in l.ſi quis ex argentarijs,§.
1.ff.de eden. Hippol.ſing.458. per totum,
incip.liber mercatoris.Barto.in d.l.quæ-
dam.§.nummularios,Iaſ.in repet.d.l.ad-
monendi. Bald. in l. vnica.num.6. C.de
8 confeſ.Rolan.d.conſ.92.nu.7.Pręterea †
ſtatuta diſponentia credēdum eſſe libris
mercatorum, intelligenda ſunt de ijs re-
bus, quæ ad commerciorum & negocia-
tionis materiam ſpectant,& non de alijs:
quid enim ſi ſcripſiſſet domum meam
ad ſe ptinere, aut me in tali re damnum
dediſſe:in his enim & ſimilibus,fidem ei
adhiberi abſurdum & iniquum foret, p
not.Ioan.And.ad Specul.titul. de inſtru-
ment.edit.§.nunc dicendum.nume.4.ad
verb. ſi œconomus. Roman.conſil.205.
nume.3.incip.In puncto propoſito. Ro-
land.d.conſil.92. vbi dicunt,quòd creda-
tur libris mercatorum, in ijs quæ perti-
nent ad artis exercitium, & non aliter.
ad hoc optimè facit text. ſingularis in l.
3.§.at hoc edicto.verſicul.eodem modo.
ff.naui.caup.ſtabula. Hippol. ſingul.560.
nume.1. incip.habemus. allegat Iaſ.in l.
ſi quis ex argentarijs. §. rationem. ff. de
edendo.Franciſ.Marc.quæſt.369.nu.1.Sic
ſtatutum, † quod cōſules artium mecha- 9
nicarum(Zunfftmaiſter)cognoſcant,de
cauſis ſuorum opificum, intelligi debet
de cauſis ad opificium ſpectantibus,non
de alijs quæſtionibus iuris, circa petitio-
nem hæreditatis, dotes, præſcriptiones,
& ſimiles cauſas.Cyn.Bald.& Angel.in l.
fi.C.de iuriſdict.om.iudic. per illum tex.
Iaſ.in l.age cum Geminiano.C.de tranſ.
act.Hippol.d.ſing.560.nu.3.Rolan.d.cōſ.
92.Vaſquius illuſtrium contro.lib. 1.c.35.
nu.7.quod eſt obſeruatione digniſſimū,
ſicut † & illud quod mercatoris confeſ- 10
ſio in libro rationum ſuarum ſcripta,
probet cōtra mercatorem,etiamſi abſen
te debitore ſacta ſit, adeoque poſt mor-
tem mercatoris, vt præclarè conſuluit
Alex.conſi.245.num. 1.& 2.volum,6. in-
cip.ponderatis his.Hippol.ſing. 457. nu.
2.incip.vox viua.Barto.in l.inter chartu-
las. nu.1.in fi.C.de conueniend. fiſci de-
bito.lib.10.

OBSERVATIO XXI.

Conductor domus an de incendio teneatur.

SVMMARIA.

1 *Conductor non tenetur de leuiſſima culpa.*
2 *Incendium inter caſus fortuitos connumeratur.*
Caſus fortuitos nemo præſtare tenetur. ibid.
3 *Incendia culpa inhabitantium plerumque fiunt.*
4 *Incendium ſine culpa patriſfamilias fieri poteſt.*
5 *Si non conſtat clarè de origine ignis, conductor abſolui debet.*

6 Domi-

6 *Dominus an ex delicto familiæ ſuæ obligetur.*
7 *Dominus quandò ex contractu inſtitoru obligetur.*

NOdoſa & triſtis quæſtio eſt, vtrū
conductor de incēdio & ad dam-
ni emendationem teneatur? Re-
gulariter dicendum, quòd non, quia de
1 dolo, lata, & leui † culpa, non autem le-
uiſſima, multò minus de caſu fortuito
tenetur, text. in l. in iudicio. C. loca. gloſſ.
ibid. in verb. cuſtodiam, text. in l. contra-
ctus. §. fi. ff. de regu. iur. tex. in in l. qui pro
vſu. Inſtit. de locat. & conduc. ſed incen-
2 dium † inter caſus fortuitos cōnumera-
tur, tex. in l. ſi vt certò. §. quòd verò ſene-
ctute. ff. commod. & in d. l. contractus. §.
fi. & in l. pen. ff. de incen. rui. naufrag. gl.
prima, in l. incendium. C. ſi cer. pet. Salic.
ibid. in princip. idem latè in l. quę fortui-
tis. C. de pignor. actio. num. 7. Hippol. ad
d. l. 1. nume. 113. cum ſequent. ff. ad l. Cor-
nel. de ſicar. tex. in l. ex conducto. §. final.
& in l. ſi quis domum. §. final. in fine. ff.
locati, tex. in §. item is cui. Inſtitut. quib.
mod. re contrah. obligat. ergo de incen-
dio conductor non tenebitur, niſi culpa
eius illud factum eſſe probetur. Salic. &
Hippol. loco citato. Gram. deciſ. 3. per to-
tam. Franciſc. Turzanus concluſ. 185. in
lib. commun. opino. quos omninò vide.
Bald. conſil. 148. volum. 2. incip. Factum
quæſtionis. Regulariter enim caſus for-
tuitos nemo præſtare cogitur, cùm illos
nullum hominum conſilium prouide-
re poſſit, vt inquit, tex. in l. 2. §. ſi eo tēpo-
re. ff. de adminiſt. rer. ad ciuita. pertinēt.
tex. in c. fi. de homicid. vbi gloſ. notab. in
verbo, non poſſunt, tex. in c. vnico de cō-
modato, & in c. 2. de depoſit. tex. in l. con-
tract⁹, §. vis maior. ff. locati, & in d. l. ex cō-
ducto, §. ſi vis tempeſtatis, & §. fi. Fallit, ſi
culpa, pactum, vel mora caſus fortuitos
præcedat, text. not. in d. c. vnico, de com-
moda. & in d. c. 2. de depoſito, glo. in d. c.
fi. de homici. Licèt autem vt plurimum,
3 † incendia inhabitantium culpa fiant,
tex. in l. nam ſalutem. §. 1. de pręfect. vigil.
vbi communiter Dd. & tex. in l. ſi vendi-
ta. ff. de peri. & commod. rei vend. & in l.
3. §. 1. ff. de offi. præfect. vigil. ita vt locator
præſumptiuè intentionem ſuam proba-
tam habeat, niſi ipſe conductor culpam
abeſſe probet, hoc tamē cum moderami-
ne accipiēdum: nam culpa, ex qua reſul-
tat præſumptio contra inhabitantes, in-
telligitur de leuiſſima, quā (vt initio di-
xi) conductor præſtare non tenetur: vt
igitur inducatur præſumptio contra in-
habitantes, neceſſè eſt probare leuiſſimā
eorum culpam. ad hoc eſt gloſſ. ſingul.
in §. præterea, in verbo, debet. Inſtit. quib.
mod. re contrah. obliga. Pulchrè Iaſon
in l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait.
num. 30. cum ſequen. ff. de eden. Idem in
l. ſed etſi quis. §. quæſitum. numer. 41. ff. ſi
quis cautio. & in l. domos. nume. 6. ff. de
leg. 1. Alexand. ibid. Anani. conſ. 71. num.
4. incip. Viſis & diligenter. Alex. conſil.
50. num. 9. vol. 1. incip. viſis & oportunè,
& conſ. 74. per totum. volu. 6. incip. viſo
titulo quæſtionis. Afflict. deciſ. 57. per to-
tam. Angel. conſil. 197. per totum. An-
thon. Trigona. ſingul. 57. per totum latiſ-
ſimè Salicet. in d. l. quæ fortuitis. Et hæc
maximè procedūt, ſi habitatores cōſue-
uerunt eſſe vigiles, nec alia indicia ne-
gligentiæ contrà eos appareāt, Dd. com-
muniter vbi ſup. Alexan. in d. l. ſi quis ex
argentarijs. §. prætor ait. Hippol. ſingul.
74. num. 6. Eſt ſingularis limitatio ad d. l.
nam ſalutem. & d. l. ſi vendita. Præterea
ad hoc, vt quis de incendio teneatur, &
culpa præſumatur, neceſſe eſt ꝓbare cul-
pam certi, & determinati hominis: quia
licèt incēdium culpa inhabitantium fa-
ctum præſumatur: tamen non præſumi-
tur culpa determinati hominis, vel certę
perſonæ, per text. in d. l. ſi vendita. vbi ca-
ſus apertus, quòd † incendium ſine culpa
patrisfamil. fieri poſſit: ergò vt teneatur 4
conductor ex generali illa præſumptio-
ne, quæ ex habitatione ſuboritur, neceſſè
eſt probare culpam certæ, & determina-
tæ perſonę, quę ſi non probetur, remanet
incertitudo: & per conſequens ſententia
condemnatoria ſequi non poteſt, quia
ſententia debet eſſe certa, text. in l. licet.
§. fin. ff. naut. caup. ſtabula. & in §. curare.
Inſt. de actio. Salic. in d. l. ſi vendita. Ana-
nias d. conſ. 71. nu 3. cum ſequ. Bald. conſ.
491. num. 2. volu 4. Roma. conſi. 401. nu.
2. incip. Eo præſuppoſito. Gram. d. deciſ.
15. num. 4. Iaſ. in d. l. ſi quis ex argentarijs.
§. ait prætor. num. 31. in fi. dicens, hoc ſin-
gulariter notādum, pro defenſione ami-
ci. Afflict. d. deciſ. 57. num. 4. & 5. vbi dicit,
quandò † non conſtat clarè de princi- 5
pio ignis, vnde originem habuerit, quòd

debeat ferri ſententia abſolutoria, per
tex.in l.ſi verò.§.quòd ſi ex meridiano.ff.
de his qui deiece.vel effud.Bal. in l.ſi cre-
ditor,nu.2.C.de pig.actio.Alex.d.conſi.
30.Roma.d.conſi.401.Bald.d.conſi.491.
vbi dicit,ſi non conſtat de origine ignis,
& inhabitans erat conſuetus eſſe vigil,&
diligens.quòd in dubio non teneatur de
incendio.Franciſ.Marc. quæſt.61.per to-
tam.ita quoque concludunt communi-
ter Dd. ſuprà in locis citatis, per text. in
d.l.ſi vendita. ff. de peri.& commod. rei
vend. Si enim ignis aliundè ortum ha-
beat,vel ab incendiarijs, vel alio fatali ca
ſu immiſſus ſit, tunc, ſecundum omnes,
incendium pro caſu fortuito habetur, p
iura allegata, Alex.d.cõſi.74.nu.4. & nu.
9.Curt.iunior.conſ. 229. nu.57.& nu. 64.
vol.3.incip.viſis & diligenter. Secùs eſt ſi
ignis in habitatione ortum habeat: quo
caſu obtinet regula, Incẽdium culpa in-
habitantium factum præſumi,tex.in d.l.
nam ſalutem.§.1.Bald.ibid.nu.2.& in l.1.
nu.2.C.de poſſ.Alex.d. conſ.74. Curt.d.
conſ.229.quæ regula cum ſupradicto mo
deramine accipienda & intelligenda
6 eſt. An autem † dominus ex delicto fa-
miliæ ſuæ obligetur, putà ſi culpa fami-
liæ incẽndium ortum ſit, vide omninò
diſtinctionem Salic.in d.l. quæ fortuitis,
num.7.C.de pig.actio.Regulariter,ex fa-
cto & delicto familiæ paterfam. non te-
netur,niſi delinquant circa officium ſibi
commiſſum, in quo paterfamilias eorũ
opera vtitur: vtputà,ſi ſtabularius ignem
aut candelam in ſtabulo negligenter cu-
ſtodiat, quia peccat circa officium ſibi
commiſſum:ſed ſi in alio loco culpa ſta-
bularij incendium ortum ſit, non tene-
bitur dominus: quia extrà officium ſibi
deputatum deliquit. Eſt communis opi-
nio Dd.in l.1.§ familiæ.ff. de publica. &
vectiga. per illum tex.d.l.ſi vendita. text.
in l. ſi ſeruus ſeruum. §.ſi fornicarius. ff.
ad l. Aquil. Præclarè Salic.in d.l. quæ for-
tuitis,n.7. vbi diſtinguit inter familiarẽ,
amicum & hoſpitem.idem facit Mayne-
rius in d.l.cõtractus.nu.70.cum ſeq. An-
char.d.conſ.71.nu.3.Turz.d.concluſ.185.
nu.5.quos omninò vide. Ad prædicta fa-
cit, quòd licèt dominus teneatur ex fa-
cto, & contractu inſtitoris, text. in l.1. &
7 in l.2.C.de exercit.tamen illud.non pro-
cedit,ſi non eius rei gratia, in quam præ-
poſitus eſt,contraxerit,per text. ſing.in l.
cuicunq;.§.non tamen omne.ff.de inſti.
actio. vbi dicitur, non omne, quod cum
inſtitore geritur, obligat dominum, ſed
ita, ſi eius rei gratia cui præpoſitus fuit,
contractum eſt,id eſt,duntaxat ad id, ad
quod eum præpoſuit, gloſſ.ibid. cum cõ-
cordantibus.Hippo.ſing.560.nu.6.incip.
habemus, vbi dicit Prætorem, ſiue Pote-
ſtatem ex delicto familiæ non teneri, ſi
delinquãt extra officium ipſis à Poteſta-
te ſiue Prætore demandatum.

OBSERVATIO XXII.

Vicinus an vicino de incendio teneatur.

SVMMARIA.

1 *Incendium culpa conductoris ortum, non numeratur inter caſus fortuitos.*
2 *Lex Aquilia ad conſeruationem patrimonij ſpectat.*
3 *Caſum fortuitum nemo præſtare cogitur.*
4 *Domus incendij cauſa diruta ſumptibus vicinorum reparari debet.*
5 *Damnum pro communi vtilitate acceptum commune eſt.*
6 *Incendiariorum pœna.*
7 *Culpa ad caſum fortuitum ordinata.*

PRoxima & vicina quæſtio eſt,
vtrùm vicinus vicino de incen-
dio,& ad damni emendationẽ,
ſi domus vicina vnà conflagrauit,tenea-
tur? Diſtinguendum, vtrùm vicini,an ve
rò ſine eius culpa incendium exortum
ſit. Primo caſu, quoniam † incendium 1
inter caſus fortuitos non connumera-
tur,teſte Salic. in l.quæ fortuitis, nu. 7.C.
de pign.action.Alex.conſi.74.num.4. &
nume.9.vol.6.incip. viſo titulo quæſtio-
nis.Curtius iunior conſi.229,nume.57.&
nume.64.volum.3.incip. viſis & diligen-
ter.quia de certa & determinata perſona
conſtat, & ideò meritò ad emendatio-
nem damni dati, ex l. † Aquil. tenetur, 2
quæ ad conſeruationem patrimonij ſpe-
ctat:adeoque damnum inferens,non ſo-
lùm de lata, verumetiam de leui, & le-
niſſima culpa obligatur, per text. notab.
in l.capitalium.§.incẽdiarij.ff.de pœnis.
Grammat.deciſi.3.per totam,quam om-
ninò vide,Salic.in d.l.quæ fortuitis. text.
notab. in l.qui occidit. §. in hac. ff. ad l.
Aquil. & text. in l.ſi ſeruus ſeruum. §.ſi
fornicarius,ff.eod.titu.tex.in l. qui ædes.
ff.de

ff.de incend.rui.nauf.l.pen.ff.eod. titu. & qui non habet in ære luat in corpore, text.in d.l. qui ædes, text. in l. ſi quis id quod.ff. de iuriſdict.omn. iudic. Altero
3 caſu,quia † incendium non probata culpa certi hominis, inter caſus fortuitos connumeratur,tex.in l.incendium.C. ſi cert. pet.glo. prima, ibid. Similiter Salic. in princ.tex.in §.item is cui, Inſtit. quib. mod.re contrah.oblig.cum concordantibus, ſuprà, Obſer.proxi. citatis, quē nemo præſtare cogitur,tex.in l.contractus, §.fin.ff.de reg.iur.ad damni reparationē non eſt obligatus:quia non poteſt certa proferri ſententia condemnatoria ſi de certa perſona condemnanda non appareat,per tex.in d.l. penul.ff. de incēd.rui. naufrag. vbi dicitur incendium fortuitò factū venia indigere,Frāci. Marcus queſt. 61.nume.5.præclarè Bald. in l.ſi creditor, nume. 2. C. de pign.actione.Salic.in d.l. quæ fortuitis,num.10.Bal.conſi.442.per totum,vol.3.Idem conſil.491.per totum incip.Pūctus ſuper quo, ſiue omninò vide.Afflict.deciſ.57.num.9. Dd. paſſim in locis ſuprà Obſeruat.prox. allegatis, & probatio debet eſſe certa, aliàs nihil valet,tex.in c.in præſentia,de probationib. Panormit.ibidem,nume.3.text.in l.matrem,C.de probat.Alex.conſil.74. num. 4.& nu.9.vol.6.incip. viſo titulo. Porrò qui arcēdi incēdij gratia vicinas ædes intercidit,& demolitur, ſiue hoc iuſſu magiſtratus,ſiue iuſto metu ductꝰ faciat, ne ſcilicet ignis ad ſe perueniret, vt plerunque præſentis periculi metu fieri ſolet, vtroq; caſu,actione legis Aquiliæ nō tenebitur,etiamſi ignis ad ſe nō perueniſſet, per tex.ſingularem in l.ſi quis fumo.§. ꝙ dicitur,ff.ad l. Aquil.tex.in l.ſi alius.§.eſt & alia.ff.quod vi aut clam.Salic. in d.l. quæ fortuitis,nume.11. ſolent enim ea q̄ ex improuiſo, caſu potiùs quam fraude accidunt,fato,nō noxæ imputari, tex.in l.1.C.ad l.Cornel.de ſicar. Imò ſi ꝓ ſalute totius viciniæ,ne ignis omnia vrat, &
4 latiùs ſerpat, domus † vicini diruatur, omnes vicini ꝓ eius reparatione in cōmune contribuere debent: quemadmodum in iactu mercium pro ſaluanda naue, hi qui merces ſuas adhuc ſaluas habent,alijs damnum paſſis adiumento, & ſubſidio eſſe debent,per text.in l.1. & l.2. ff.ad l.Rhod. de iact.vbi Paulus I.C. ait.

Aequiſſimum eſt commune detrimentum fieri eorum,qui propter amiſſas res aliorum,conſequuti ſunt vt merces ſuas ſaluas haberent, quem text. ad hoc allegat Bald.in d.l.2.in princip. gloſſ.ibid. in verbo, æquiſſimum, dicens, quòd damnum † pro communi vtilitate acceptum 5
commune eſſe debeat. Ita quoque tenet Bald.d.conſil.491.Hippol. ad l. 1. nume. 117.ff.ad l.Cornel. de ſicar. Salic. in d. l. quę fortuitis,circa finem,C.de pig.actio. facit text.in l.metum.§.ſed licet.ff. quod metus cauſ.& text. in l.cum duobus. §. quidam ſagariam.ff.pro ſocio. Franciſ. Turzanus concluſione 185.num. 5.in lib. commu.opinion. Quod † ad incendia- 6
rios attinet,qui vel inimicitiæ,vel prædæ cauſa ignem immittunt,hi de iure communi,& ex conſtitutione criminali Imperato.Caroli V.artic.125. viui exurendi ſunt,tex.in d.l.capitalium.§.incendiarij, & in d.l. qui ædes. item tenentur pœna legis Cornelliæ de ſicarijs,per tex.in l.1.ff. ad l.Cornel.de ſicar. gloſſ. prima in d.l. qui ædes,ff.de incend.rui.naufrag. Porrò quod ad † culpam attinet, illud ſingula- 7
riter in praxi obſeruandum, omnem culpam ad caſum fortuitum ordinatā, nocere committenti culpam: & ideo ſi culpa ad caſum incendij ſit ordinata, hoc eſt, ſi incendium ex tali culpa immediatè exortum ſit,noxia erit committenti, etiamſi caſus incendij præter opinionem euenerit. Ratio, quia occaſionem damni dedit ex culpa proximè ad caſum ordinata, per text. not. in c. 2. de depoſito, & in c. vnico, de commodato, tex.not.in d.l.qui occidit,§.in hac quoq; ff.ad l.Aquil.& in d l.ſi ſeruus ſeruum.§. ſi quis inſulam, & §.ſi fornicatius, & §.ſi ex plauſtro,ff.eod.tit.tex.in l. videamus, §.fin.ff.locati,& in l.quoniā, C ad l.Iul. de vi publ.ibi,cauſam malorū pbuit, tex. in d.§.itē ſi is cui,Inſt.quib. mod. re contrah.oblig.gl.not.in c.ſi.de homicid. in verbo,nō poſſunt, Feli.in c. cū inter, nu. 20. de except. vbi dicit culpæ imputari, quæ immediatè à culpa veniunt, non autem quæ mediatè. Bart.in l.ſi vt certo, §. ſed interdum,nu.1.ff.cōmod. Mayne. in d.l.cōtractus, nu.3. ff.de reg.iur. Cæphal. cōſ.363.nu.23.vol.3.incip.cōductor domꝰ Natta cōſi.78.nu.5.& nu.7.vol.1.incip.viſa ſerie facti.Rolan.conſil.81.nu.53.vol.1.

incip.prima facie. Et ita ex facto memi.
ni Nobilem quendam in Camera ad e.
mendationẽ damni ex lege Aqnilia con
demnatum fuiſſe, qui ruri in columbã
ſuper columbario ſedentem,bombardã
emiſit,& præter opinionem, occulta vi
puluctis,ſtramineum tectum incendit,
vnde ignis progreſſus vicina Rnſticorũ
tuguria ſimul conflagrarunt. Fuit, vt di.
xi,condemnatus ad emendationem dã.
ni dati ex culpa principaliter ad caſum
ordinata, text. quaſi in terminis in d.l.
ſi ſeruus ſeruum, §.ſi quis inſulam,& in
d.l.qui occidit,§.in hac quoq; actione,ff.
ad l.Aquil.&per alia iura allegata.Et hęc
eſt inſignis limitatio ad regulam illam,
neminem ad caſum fortuitum obliga.
ri,quia fallit,ſi culpa,vel pactum,aut mo
ra præcedat,tex.in d.c.vnico,de cõmod.
& in d.c.2.de depoſ.gloſſ.in d.c.ſi.de ho.
micid.Dd.vbi ſupra.

OBSERVATIO XXIIII.

Pro remißione penſionis.

SVMMARIA.

1 *Sterilitas magna quæ dicatur.*
2 *Bellum inter caſus fortuitos numeratur.*
3 *Conductor hoſpitij publici an tempore belli habeat remißionem penſionis.*
4 *Incendium inter caſus fortuitos connumeratur.*
5 *Conductor ædium quandò remißionem mercedis habeat.*
6 *Inquilinus an ante tempus emigrare poßit.*
7 *Conductor ædium an ob peſtem emigrare poßit.*
8 *Molitor ſi molẽdino non poßit vti, an habeat remiſſionem mercedis.*
9 *Cauſa ſuperueniens an diſpoſitionem legitimè factam mutet.*
10 *Conductor vel emptor vectigalium an tempore belli remißionem penſionis habeat.*
11 *Emptor fructuum naſciturorum quandò non teneatur ſoluere precium.*
12 *Vbertas cum ſterilitate compenſanda.*
13 *Res perit ſuo domino.*
14 *Colonus pro vſu rei penſionem ſoluit.*
15 *Colonus partiarius ob ſterilitatem non habet remiſſionem.*
16 *Colonus partiarius habet iura ſocietatis.*
17 *Caſum fortuitum ex pacto quis in ſe recipere poteſt.*
18 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
19 *Caſum fortuitum in ſe recipiens non recipit inſolitum.*
20 *Iuramentum adiectum contractui nõ auget ſed firmat illum.*
21 *Conducens rem euidenter ſterilem, vel tẽpore belli, non habet remißionem.*
22 *Exiguitas fructuum non dicitur ſterilitas.*
23 *Emphyteuta an ob ſterilitatem habeat remißionem canonis.*
24 *Res quandò perempta dicatur.*
25 *Emphyteuta ſoluit canonem in recognitionem dominij.*
26 *Aequitas non adiuta legib. negligenda.*
27 *Penſio an ex vbertate fructuum augenda ſit.*
28 *Penſione non expreſſa intelligitur prædium ſub penſione conſueta locatum.*

COlonum ſimplicem putà qui num.
mis colit, quem propriè colonum
dicimus, ob magnam ſterilitatem pen.
ſionis remiſſionem habere, noti iuris
eſt, per text.in l.licèt, C. locat.l. ſi mer.
ces,§.vis maior,ff.eod.t. propter ſterili.
tatem,ext.eod.vbique Dd. Quæ ſit,& di.
catur magna † ſterilitas, quomodò æſti. 1
manda, variè ſentiũt Dd. Nonnulli exi.
ſtimant tunc dici magnam, quandò ſe.
men proiectum in fundum ex eo recol.
ligi nõ poſſit:Alij,ſi colonus,ſoluta pen.
ſione,& deductis impẽſis vltrà dimidiũ
iuſti precij deceptus ſit, cùm contractus
locationis ſit bonæfidei, & huiuſmodi
enormem læſionem non patiatur. Ve.
rior opinio eſt,quòd circa hanc æſtima.
tionem magnæ ſterilitatis, communis,
& circumcolentium opinio conſiderã.
da ſit:idq́ue obtinet, non ſolùm in præ.
dijs,ſed etiam in vineis,pratis, & paſcuis
conductis,vt notant Bartol.Salic. & alij
in d.l.licet.Bart.in l.ſi vno,§.vbicunque.
num.2.ff.eod.tit.& in d.l.ſi merces,§.vis
maior, nu.4. Bertachin. in tractatu ga.
bellarum,part.2.num. 28. ex loco enim
& tempore precia rerũ variantur, tex. in
l.precia rerũ,§.fin.ff.ad l.Falcid. Dd.ibid.
Quoniam verò hæc materia frequens &
vtilis eſt, obiter huius regulæ quaſdam
ampliationes & limitationes ſubijci.
am. Primò ampliatur, vt procedat,
non ſolum ſi ſterilitas diuinitùs, ve.
rumetiam humanitùs incidat, & con.
tingat,putà ex incurſu hoſtium, per tex.
ſingularem in l.ex conducto.§.1.& §.fin.
ff.locati.& in d.l.ſi merces, §. vis maior.
vbi vtriuſque caſus exempla ponuntur.
Ratio,quia † bellum connumeratur in. 2
ter caſus fortuitos, text. in §. item is cui.
Inſtit.quib.mod. re contrahi. obligatio.
tex.in l.in rebus.ff.cõmo.ibi, hoſtiúmue
Iaſon

Iaſon in l.1.C.de iure emphyr. num.8.cũ
ſeq.vbi dicit,vim hoſtium, & ſterilitatẽ
paria eſſe,per iuta allegata, quia tempo-
re hoſtili agri depopulantur & deuaſtan
tur omnia,facit quod notat Bartol.in l.
cùm in plnres,num.1. ff.locati. cõducto-
3 rem † hoſpitij publici penſionis remiſſi-
onem habere,ſi poſt conductionem ſu-
perueniat bellum, quò itinera impediã-
tur,ita quòd hoſpitibus cò non ſit tutus
acceſſus:nam tale bellum ſterilitati rectè
comparatur, cùm inquilinus ob caſum
fottuitum nullum fructum ex re con-
ducta percipiat, & hoſpitium non tam
habitationis,quàm emolumenti gratia
conduxiſſe intelligatur, facit text. ele-
gans in l.item quæritur,§ exercitu,ff.lo-
ca. gloſſ. ibidem in verb. denunciauit.
Bald.conſil.337.volum.4.per totum, in-
cip.Viſa locatione.Anchar. conſil.401.
num.6. incip. Stipoſius qui ſecundam,
Roma.conſil.178.per totum, incip. Pro
diuiſione, vbi de conductore apothe-
cæ,an habeat remiſſionem,ſi non poſſit
vti apotheca. Secundò ampliatur, vt
procedat non ſolùm in colono,ſed eti-
am conductore ædium, ſi domus con-
ducta incendio conſumpta, text. in l.ſi
quis domum,§.fin.ff.locati,vel ab hoſti-
4 bus occupata ſit: quia † incendium e-
tiam inter caſus fortuitos connumera-
tur, text. in l. incendium, C. ſi cert. pe-
ta.& alia iura, ſuprà eodem Obſeruat.
21.allegata.adde gloſſ.in d.l.ſi vno, §. itẽ
cùm quidam,in verb.perſonis. Soci. ſe-
nior conſi.100.nu.1.incip. In cauſa Bap-
tiſtæ,volum.1.Tertiò ampliatur,ſi inqui
linus iuſſu vel facto ſuperioris,aut vi ma
iore,vel ex alia legitima & iuſta cauſa,re
5 † conducta vti non poſſit:quo caſu pen-
ſionem non tenetur ſoluere,niſi pro ra-
ta temporis,per text.in l.ſi fundus, ff.lo-
ca.& d.l.ſi vno.§.cùm quidam.Bald.cõ-
ſil.360.incip.Viſo inſtrumento, volum.
5.per totum,l.item quæritur, §. exercitu,
ff.loca.& d.l.ſi merces,§.vis maior. Licèt
6 enim regulariter anre † tempus conuen
tum inquilinus emigrare nequeat,adeò,
vt ſi contrà faciat, non ſolùm ad inte-
gram penſionem, ſed etiam intereſſe te-
neatur,per rext.in l.dominus,§.fin.ff.lo-
cat. tamen hoc non procedit, ſi iuſta
emigrandi cauſa ſubſit:quia tunc ex con
ducto agere poteſt, vt remiſſa penſione
ei migrare liceat,per text.in l. qui bona,
§.de illo,ff.de damn.infect.& in l.inqui-
lino,ff.eod.titu.vtrobique.gloſſ.tex. no-
tab.in l.habitatores,§ fi.ff.loca.facit tex.
in l.ſi quis ſumo.§.quod dicitur, ff.ad l.
Aquil. Iuſta autem cauſa eſt, ſi inquili-
nus ruinam metuat, etiamſi reuera nul-
lum adhuc ſubſit periculum, ſed tamen
veriſimiliter & ꝓbabiliter euenire poſ-
ſet,tex.in d.l.habitatores,§.fin.& in d. §.
quod dicitur.Et hoc procedit, ſi poſt cõ-
tractum locationis huiuſmodi iuſti ti-
moris cauſa ſuperueniat: ſecùs ſi tempo
re contractus apparuit, quia volenti &
ſcienti non fit iniuria,texr.in d.l. qui bo-
na,§.de illo,& in d.l.inquilino,glo.in d.
l.habitatores,§.fi.in verb. periculũ verè,
pulchrè Bald.conſil.366. per totũ, incip.
quæſtio.volnm.1. Panor. in d. c. propter
ſterilitatem,nume. 9.extr.locat. vbi hoc
inducit ad creditorem, qui cum ſuſpe-
cto de fuga ſcienter contrahit, quòd eo
caſu non poſſit eum incarcerare, allegat
ad hoc tex.in l.ait prætor,§. ſi debitorẽ.
ff.de his quæ in fraud.cred. An autem
† peſtis ſuperueniẽs ſit iuſta cauſa emi- 7
grãdi, & remiſſionẽ penſionis operetur,
probabiliter dubitari poſſet:cum timor
mortis dicatur magna neceſſitas. Affir-
matiuam tenet Panorm. in d. c. propter
ſterilitatem,nnm.8.Soci. ſenior. conſil.
44.vol.1.incip. In præſenti conſultatio-
ne.Bertach.in d.tract.gabellarum, part.
2.nume.25.vbi dicit, hoc de iure verum
eſſe, ſed in practica vix obtineri poſſe.
Bald.contrarium concludit in d.l.licèt,
num.5.C. locat. dicens veritatem eſſe,
quòd inquilinus integram penſionem
ſoluere teneatur,cuius opinionem cum
diſtinctione veram puto: nam aut peſtis
in loco contractus breui tempore durat,
putà per aliquot tantùm menſes: aut
eſt diuturna vnius vel plurium anno-
rum, & in vicinia domus conductæ po-
tiſſimum graſſatur. Primò caſu non da-
tur remiſſio,per rationem Bald.in d.l.li-
cèt. Altero verò datur. Ratio, quia
merces datur pro rei vſu: ſi igitur inqui-
linus re conducta abſque ſua culpa, tan-
to tempore vti non poteſt: iniquum fo-
ret, & rei vſu carere, & integram per-
ſoluere penſionem,ad hoc induco tex.
in d.l. licèt, ponderando verba, vt ſi
qua lue.iunct.gloſ.ibid.in verbo, lue. vi-
de Ri-

deRipam In tractatu de peſte, quòd tem
pus peſtis dicatur tempus mortis, in quo
ſoluuntur omnia inra contractuum, iu-
diciorum, & vltimarum voluntatum.
Dd. in l. ſi In lege, §. ſi domus. ff. locati, &
in d. l. item quæritur. §. exercitu. Quartò
8 ampliatur in † conductore molendini,
ſi fluminis impetu molẽdinum deſtrua-
tur, vel conductor ob inſolitum aqua-
rum motum, & innndationem molen-
dino vti nequeat, per text. expreſſum, in
d. l. ex conducto. §. 1. ff. locat. Bald. in d. l.
licèt. num. 4. vbi omninò vide. Bart. in l.
cotem. §. qui maximos. ff. de public. &
vectig. Bertachi. in d. tract. gabell. par. 2.
num. 27. circa fin. Ratio, quia molendi-
num non habitationis, ſed vtilitatis gra-
tia principaliter conducitur, videlicet,
vt fructum ex eo percipiat molitor, qui
fructus conſiſtunt in molendo. Si igi-
tur inopinata & inſolita, adeoque diu-
turna accidat innndatio aquarũ, vt mo-
litor molere nequeat, vtique ſterilitatẽ
patitur, quia fructus nullos percipit abſ-
que ſua culpa: proindè rectè pro rata tẽ-
poris, ad remiſſionem penſionis ex con-
ducto agere poteſt, per iura ſuprà in pro-
xima ampliatione allegata. Facit, quòd
9 regulariter ex † cauſa ſuperueniente re-
cedatur à diſpoſitione legitimè celebra-
ta, quaſi ſub ea conditione contractum
ſit, ſi res manſerit in eodem ſtatu, tex. in
c. quemadmodum, de iureinr. tex. in. l. cũ
quis ſibi, ff. de ſolut. & in l. quod Seruius,
ff. de condict. cauſ. dat. cauſ. nõ ſecu. tex.
in l. fin. ff qui ſatiſd. cog. gloſ. vnica. ibid.
tex. in l. ſi libertus, la. 2. ff. de oper. liberto.
& in l. ſi cùm Cornelius, ff. de ſolut. & in
c. tua nuper, de his quæ fiũt à prælat. An-
char. d. conſil. 401. num. 4. Bald. in l. cla-
ri, num. 1. in fin. C. de fideicommiſſ. De-
ci. conſil. 350. num. 6. incip. viſis allegatio-
nibus, vbi dicunt Dd. quòd iuramentum
intelligatur cum clauſula illa, rebus ſic
ſe habentibus, tex. in d. l. fin. ff. qui ſatiſd.
cog. & in d. c. quemadmodum, glo. ibid.
in verbo, conditio, quæ hoc limitat, vt
procedat in promiſſorijs iuramentis: ſe-
cùs in aſſertorijs, in quibus nulla condi-
tio ſubintelligitur. Quintò, ampliatur
10 in † cõductore vectigalium, nam is quo-
que ob ſterilitatem, quæ ex bello oritur,
penſionis remiſſionem habere debet, d.
l. ſi vno. § 1. ff. loca. Barto. in d. l. cotem, §.
qui maximos, nu. 2. Bertachi. loco cita-
to, num. 24. & nume. 27. ſecùs eſt in em-
ptore vectigalium, quia ſpem emiſſe vi-
detur, & quaſi iactum retis, vel miſſi-
lium. text. in l. nec emptio. ff. de empt. &
vendit. & in l ſi iactum. ff. de actio. empt.
Bart. in d. §. qui maximos, nu. 7. Sed quid
ſi emptor vectigalium ſit læſus vltrà di-
midium iuſti precij, an non poſſit agere
condictione ex d. l. 2. C. de pact. inter
emp. & vendi. Anchar. conſil. 401. num.
3. concludit quòd ſic, per allegata ibid.
Aliud eſt in † emptore fructuum naſci- 11
turorum, quia ſi nulli fructus naſcantur,
precium non debetur. tex. in d. l. nec em-
ptio. Bartol. in d. l. ſi merces, §. vis maior,
num. 4. ff. locat. Limitatur autem iſta
principalis regula. Primò, ſi † ſterili- 12
tas cum vbertate præcedentium annorũ
compenſari poſſit, per tex. in d. l. ſi vno.
& in d. l. licèt: C. locati, vbi Bald. Salic.
& alij notant, quæ dicatur vbertas, text.
in d. c. propter ſterilitatem. Secundò li-
mitatur, ſi fructus à fundo ſint ſeparati,
& per colonum percepti, poſtea verò ca-
ſu quodam amittãtur, vel pereant: nam
tunc, quia colonus ſemel fructuum do-
minus factus eſt, exonerationem, vel re-
miſſionem penſionis iure obtinere ne-
quit: cùm † res pereat ſuo domino, tex. 13
in §. cum autem emptio. Inſtit. de empt.
& vendit. ſecùs eſt in fructibus nondum
perceptis, ſed adhuc pendentibus, & in
herbis exiſtentibus, quia cum ſint pars
fundi, tex. in l. ſi ſeruus, la. 2. §. locum. ff.
de furt. & in l. fructus. ff. de rei vendic. &
proprietas fundi ad locatorem ſpectet;
meritò ſterilitas colono, qui ex re alie-
na nullum fructum percipit, & † penſio- 14
nem pro vſu rei præſtat, remiſſionem
penſionis tribuit. Bald. in d. l. licet, num.
1. facit tex. in l. in lege. §. colonus. ff. loca-
ti. Tertiò limitatur in colono partia-
rio, quia impropriè colonus, & quaſi
ſocius domini eſt: vnde lucrum &
damnum commune, & ex natura ſo-
cietatis, commodorum & incõmodo-
rum particeps eſſe debet, tex. in d. l. ſi mer
ces. §. vis maior. ff. locat. & in l. cum duo-
bus. §. quidam ſagariam. ff. pro ſocio.
Bald. in d. l. licèt, nume. 10. Panormit. in
d. c. propter ſterilitatem, num. 14. vbi ex
hoc infert, quòd iura pertinentia ad ſo-
cietatem diſſoluendam, etiam † in colo- 15
no

no partiario locum habeant : vtputà;
quòd morte alterutrius contractus diſ-
ſoluatur, nec ad hæredes tranſeat, ſicut
16 in † ſocietate receptum eſt; tex. in l. 4. &
in l. nemo poteſt. ff. pro ſocio. Bart. in d.
§. vis maior. Quartò limitatur, ſi aliter in
lege conductionis actum, cõuentum &
concluſum ſit, text. not in l. ſi quis fun-
dum. ff. loca. gloſſ. ibid. in verb. ei præſta-
retur, tex. in l. legem, & in l. circa locati-
ones. C. eod. titul. valet enim regulariter
17 † pactum quo quis caſum fortuitum in
ſe recipit, tex. in d. l. ſi quis fundum, & in
l. iuriſgentium. §. item ſi quis. ff. de pact.
tex. in l. negotium, C. de nego. geſt. tex. in
c. vnicó, de cõmod. & in c. 2. de depoſito.
Cautela igitur eſt pro locatoribus, vt in
lege locationis, in omnem caſum, etiã
fortuitum, ſibi proſpiciant : quia, vt
dictum eſt, tale pactum valet, per iura al-
18 legata, quod in omnibus † contractibus
obtinet, quia ex conuentione legem ac-
cipiunt, text. in l. 1. §. ſi conueniat, ff. de-
poſit. & in d. l. legem. & in d. l. iuriſgenti-
um. §. quinimò. An autem illud extẽda-
tur ad omnem caſum, etiam inſolitum:
Minimè, per tex. ſingularem in l. fiſtulas,
§. fin. ff. de cõtrah. empt. glo. ibid. in verb.
ſi immoderatæ text. in l. ſed etſi quis, §.
quæſitum, ff. ſi quis cautio. & in l. Seio. §.
Medico, ff. de annu. & menſtru. leg. vtro-
bique Bart. Bertachi in d. trac. Gabel. par. 2.
nu. 28. Bal. & Salic. in d. l. licet, C. locati. &
ita ſe habet communis opinio, Dd. vbi
ſupr. Alexand. conſil. 28. numer. 10. vo-
lum. 1. incip. viſis. & accuratè, & conſil.
108. numer. 16. volum. 3. incip. perſpectis
verbis, Natta conſil. 21. num. 2. volum. 1.
incip. Mattheus Mauius Canoniſt. in
d. c. 1. de commodato, vbique dicunt, quòd
19 recipiens † caſum fortuitum in ſe, non
intelligatur cogitaſſe de caſu fortuitò
inſolito, & non veriſimili, idque proce-
dit etiamſi iuramento renunciatum eſ-
20 ſet caſibus fortuitis, quia † iuramentum
non extenditur ad incognita, text. in c.
veniens, de iureiur. neque anget obli-
gationem, ſed tantùm ei robur addit.
text. in l. fin. C. de non nume. pecun.
Alexand. d. conſil. 28. nume. 12. ſi tamen
expreſsè renunciatum ſit etiam caſibus
fortuitis inſolitis, prout communiter
fieri ſolet, ſtandum eſt conuentioni,
tex. in d. l. 1. §. ſi cõueniat, ff. depoſiti cum
ſimilibus: nam volenti & ſcienti nullam
fieri iniuriam notum eſt, per vulgaria.
Quintò limitatur, ſi culpa † conducto- 21
ris ſterilitas accidat, vt quia culturam
deſeruit, aut in colendo agro negligen-
tior fuit, per tex. in d. l. ex cõducto. §. fin.
gloſſ. ibid. in verb. coluiſti. ff. locat. vel
quia conduxit rem euidenter ſterilem,
text. in l. qui bona. §. de illo. ff. de damn.
infect. gloſſ. in d. l. habitatores, in fin. ff.
locat. Iaſ. in d. l. 1. numer. 98. C. de iur.
emphyt. Alexand. conſil. 112. nume. 4.
volum. 1. incip. Videtur in præſenti,
vbi ex hoc infert, quòd conducens fun-
dum tempore belli, non habeat remiſ-
ſionem penſionis, propter ſcientiam, nã
bellum tunc nõ adnumeratur caſui for-
tuito, ſed culpæ : at damnum quod quis
ſua culpa ſentit, ſibi non alijs imputare
debet, text. in c. damnum, de regul. iur.
in 6. & in c. fin. de iniurijs & dam. dato,
text. in l. qui occidit. §. in hac quoque, ff.
ad l. Aquil. & in l. videamus, §. fin. ff. lo-
cati. tex. in l. qui bona. §. de illo. ff. de
damn. infect. huc pertinent, quæ ſuprà
in tertia ampliatione dicta ſunt. Sextò
limitatur in exiguitate fructuum, ſi non
ſint grauidis onerati meſſibus agri, ſi
non ſit tanto ſemine digna ſeges, aut
voto reſpondet auari agricolæ : quia † 22
exiguitas non poteſt dici ſterilitas, per
tex. in d. l. ſi vno. §. cùm quidam, gloſſ.
in d. l. excepto, C. locat. in verb. fructus.
Septimò, limitatur in eo, qui ad certam
menſuram frumenti, annuatim ex fun-
do conducto præſtandam, quicunque
fructus percipiantur, ſe obligauit. Berta-
chin. loco allegato, num. 27. glo. notab.
in d. l. excepto, in verb. fructus. C. locat.
Bald. ibid. nume. 2. dicens, quòd colonus
per huiuſmodi conuentionem videa-
tur caſum ſterilitatis in ſe recipere, &
gloſſam illam tenendam cordi ſuadet:
quia inquit, faciet tibi aliquandò hono-
rem. Et licèt talis contractus ſit inno-
minatus, do vt des, tamen cùm ſit ſimi-
lis locationi, ſecundùm regulas eius ac-
cipi, & intelligi debet : quia contractus
aſſimilatus regulatur ſecundùm natu-
ram illius contractus cui aſſimilatur,
tex. in l. 1. §. ſi quis ſeruum. ff. depoſi. & in
§. adeò. Inſtit. de loca. tex. in l. naturalis, §.
ſed ſi factio. ff. de præſcript. verb. gloſſ. in
d. l. excepto. Iaſ. in d. l. 1. numer. 75. cum
ſequ.

ſequi,C.de iure emphit. vbi dicit hoc ꝓ-
cedere in contractibus nominatis: ſecus
in contractibus innominatis. Octauò li-
mitatur in emphyteuta, & colono, qui
ad longum tempus prædium conduxit,
d.l.1.C.de iur.emphyt.Bart.Bald. Iaſ. &
communiter Dd. ibid. Salic. in d. l. licèt;
23 niſi tota res pempta ſit, vel † emphyteu-
ta bello impeditus re emphyteutica vti
non poſſit, vt notant communiter Dd.
in d.l.1. Iaſ.ibid. num.80.gloſſ. In Auth.ſi
quas.C.de ſacroſanct. eccleſ. pulchrè A-
lex.d.conſil.112.per totum, volum. 1.nu.
1.dicens,ſi emphyteuta propter inunda-
tionem,ſiue bellum,nihil fructuũ perci-
pere poſſit, quòd non ſit obligatus ad
ſolutionem canonis illius anni: quia pa-
ria ſunt,rem eſſe inundatam, vel caſma-
te peremptam, aut ab hoſtibus occupa-
tam,tex.in l.cùm vnus, § fin.ff. de bonis
autho.iudic.poſſid.& in l.3. §. Labeo, ff.
24 de acqui.vel amit.poſſeſſ. Et res † dicitur
perempta,& deperdita, quandò vſus eius
haberi non poteſt,tex.in l. ſi is qui tem,
la.2.§.cum qui ff.de furt.& in l.ſi conſtã-
te.§.ſi vxor.ff. ſolut.matrimo. Alexan.d.
conſi.112.Bertachin.vbi ſupr.nu 24.An-
cha.Imol.& alij in c.potuit,ext.de locat.
Iaſ.in d.l.1.C.de iur.emphyt. num.81.vbi
dicit,iſtum articulũ, verùm emphyteu-
ta propter bellum habeat remiſſionem
canonis,eſſe dubitatiſſimum, & tot eſſe
opiniones quot ſunt capita Dd. refert
opiniones, & exactiſſimè omnia diſcu-
tit, concludendo pro hac limitatione,
nu.94.Nonò limitatur in emphyteuta,
quãdò magna penſione rem emphyteu-
ticam conduxit,ita vt penſio correſpon
deat fructibus: quia tũc potius ꝓ vſu rei,
quàm recognitione vtilis dominij pen-
ſionem ſoluit: nã ratio diuerſitatis, cur
colono ob ſterilitatem remiſſio penſio-
nis detur,& non emphyteutæ, eſt, quòd
colonus præſtat principaliter penſionẽ
propter vſum rei, & in recompenſatio-
nem fructuum,qui inde percipiuntur: ſi
igitur ob cauſam ſupernenientem vſus
rei intercidat, ita vt colonus re condu-
cta vti non poſſit, meritò fit penſionis
25 remiſſio: Sed † emphyteuta canonem
principaliter in dominij recognitionẽ,
& non propter vſum rei præſtat: quia
regulariter emphyteuſis pro modica pẽ-
ſione conceditur, & ſic magis domi-
nij,quàm fructuum ratio habetur, text.
in l.2.& in l.fin.C.de iur.emphyt.Barto.
in d.l.1.num.4.Iaſ.ibid.num.88.Alexan.
d.conſil.112.atqui ſterilitas nihil habet
commune cum dominio, proindè non
attenditur quóad emphyteutam,ſed du-
rante dominio,vel rei ſubſtantia, meri-
tò penſio durare,& per conſequens inte-
grè ſolui debet. Iſta ratio diuerſitatis
ceſſat, ſi emphyteuta ſoluat canonem
magnum,fructibus cõdignum & æqua-
lem: quia tali caſu intelligitur penſio-
nem ſoluere magis pro vſu rei, quàm
recognitione dominij, & ideo eodem
beneficio,vel iure, quo colonus vti po-
teſt,Antho.de Butrio.& Imol.in d.c.po
tuit,ext.de loca. Dd.in d.l.1.C.de iur.em-
phy.Alexan. d.conſi.112.num.3. volum.
1.vbi ad contraria reſpondet,& hæc opi-
nio benignior eſt, licèt multi contrari-
um ſentiant,ſicut ad longum videre eſt
per Nattam conſil.49.num.14. cum ſeq.
volum.1.incip.vendidit miles,& conſil.
194.num.4.eod. volum. incip. magnifi-
cus dominus, vtrobique potentiſſimè
hanc opinionem oppugnat,cõcludẽdo,
emphyteutam ob ſterilitatem nullam
canonis habere remiſſionem, per mul-
tas rationes:& quamuis aliorum opinio-
nem fateatur magis æquitati cõſentane-
am eſſe, & in dubijs benigniorem inter-
pretationem aſſumendã,per tex.elegan-
tẽ,in l.quòd ſi Ephelij,in fine. ff. de eo qđ
certo loco,tex.in l.2.§.itẽ Varus ait,ff.de
aqua plu.arcen. ibi, hæc æquitas ſuggerit,
etiãſi iure ſtricto deficiamꝰ,tex.in l.ſem-
per in dubijs,ff.de reg.iur. tamẽ cõcludit
† æquitatem non adiutam legibus,curã- 26
dam non eſſe,& iudicẽ aliud iudicare nõ
poſſe,quã quod iure definitũ eſt, tex.in l.
placuit,C.de iud.& in l.proſpexit, ff.qui
& à quib.manu.liberi non fiãt.Porrò an
† penſio augẽda ſit, ſi colonus ex prædio 27
cõducto magnã percipiat vtilitatem, &
multum lucretur,vide gloſſ.& Bart.in d.
l.ſi merces.§.vis maior, num. 8. Bald. in
d.l.1.C.de iur.emphyt. & in l.ea quæ, C.
de alluuio.& in l.diuortio. §. impendia,
ff.ſolut.matri. Et iſta, quóad explicatio-
nẽ & declarationem regulæ principalis
ſufficiant.Illud pro coronide notandũ,
ſi in relocatione † prædij,vel domus, de 28
certa penſione, vel mercede nõ ſit con-
uentum,intelligi relocationẽ factã pro

conſue.

conſueta penſione, vel mercede, ad hoc
eſt tex.notab.in d.l.excepto, C.loca. glo.
ibid.in verb.conſuetudinem, Bald.ibid.
nu.1.dicit hoc eſſe notandũ, & alibi non
reperiri, idq́; inducit ad hoc, quòd electꝰ
ad aliquod officium, intelligatur electus
cum ſalario conſueto.

OBSERVATIO XXIIII.

Societas quomodò inæqualitatem lucri & damni admittat.

SVMMARIA.

1 *Societas, vt operam præſtans damnum non ſentiat, valet.*
2 *Iactura operarum quandoque tam precioſa eſt atq́; pecuniæ.*
3 *Pactum, vt ſocius ſortem ſemper ſaluam habeat, improbatum eſt.*
4 *Socio induſtrio an lucri maior pars debeatur.*
5 *Lucrum acceptum in ſocietate quandò ſortem extenuet.*
6 *Finita ſocietate ſors ad conferentem redit.*
7 *Pactum de non diuidenda re communi an valeat.*
8 *Societas plurium per vnum adminiſtrari poteſt.*
9 *Socij an in ſolidum teneantur.*
10 *Societas vniuerſalis trãsfert dominium ipſo iure ſine traditione.*

NOtum eſt, ſocietatẽ (**ein gewerbs
gemeinſchafft**) ita coiri poſſe, vt
nulla in partẽ damni aliter ſen-
tiat, lucrũ verò cõmune ſit, per tex.in l. ſi
nõ fuerint. ff.pro ſoc. & in §.nã & ita. In-
ſti. eod.tit. Dd.in c.per veſtras, de donat.
1 int.vir.& vxo. Sed hoc de eo qui † operã
ponit, acipiendũ erit, d.l. ſi nõ fuerint, va
let enim conuentio ex parte accipientis
pecuniã, vt nõ ſentiat damnum, ſcilicet
pecuniæ acceptæ: ſatis vtiq; eſt, ſi damnũ
2 † ſentiat operarũ, ſi oleum & operam ꝑ-
dat, quæ interdum tã eſt precioſa, vt non
minùs damni accipiat qui illam perdit,
quàm qui bonã partem pecuniæ ad ſoci-
etatem collatæ, d. l. ſi non fuerint. Dd.
ibid. latè & pulchrè Socin. ſenior conſil.
265. vol.2. per totũ. Dominic. Soto de iu-
ſtit. & iur. lib.6. quæſt.6. arti. 1. vbi omni-
nò vide. Is verò qui pecuniam confert,
paciſci non poteſt, vt ſortẽ, capitale vo-
cant, ſaluã habeat, damnũ verò non ſen-
3 tiat. Talis enim † cõuentio ex parte dãtis,
tãquàm leonina improbata eſt, quia re-
cipientem duplici damno afficere poſ-
ſet, tum operarum, tũ pecuniæ acceptæ.
Dans verò ſemper in tuto nauigaret, &
extra periculũ in vado eſſet, quia ex con-
uentione ſortem & pecuniam integram
ſaluamq́; haberet, quam inæqualitatem
ſocialis fraternitas nõ patitur, iuxta tex.
in l. verùm. ff.pro ſoc. ita tenet gloſ. in d.
l. ſi non fuerit, in verb. ſocietati. & ibidẽ
Gabriel Mudæus præceptor meus hono-
randus, nu.14. Panot. in c. nauiganti, nu.
11. in fin. de vſur. Idem conſil. 114. vol.2.
Iaſ. conſi.174. nu. 2. volu.2. Roma. conſi.
238. Quò pertinent quæ ſcribit idem Ro-
ma. conſi.168. incip. Circa primum, quo
quæritur, nu.6. quod ratione † operæ & 4
induſtriæ, maior pars lucri ex ſocietate
prouenieñs, ipſi ſocio induſtrio, quàm al-
teri nõ induſtrio concedenda ſit, per tex.
in d.l. ſi non fuerint, & in l. ſi ſocietatem
mecum, ff.pro ſocio, quod pro ſingulari
refert & ſequitur Gerard. de Petr. ſing.
68. Ad idem facit quod not. Bal. in l.1. nu.
11. C.pro ſoc. vbi quærit de his, qui dant
pecuniam mercatoribus ad negocian-
dum, cum pacto, vt † capitale ſit ipſis ſem 5
per ſaluum, lucrum verò cõmune: deci-
dit talem contractum vſurariã prauita-
tẽ ſapere, & ideò lucrũ acceptum ſortem
extenuare referũt, Iaſ. & Roma. vbi ſup.
facit, tex. in c. pleriq;. & ibid. ſing. gloſſ. in
verb. negociatoribus. 14.q.3. & eſt ratio,
quia talis contractus non eſt ſocietas, ſed
verum mutuum, eo quod ſors nullo pe-
riculo exponatur, & per conſequens in
dominio dãtis permaneat, proindè quic
quid vltra ſortẽ accipitur, vſura eſt, Pa-
nor. in d.c. per veſtras. Dominic. Soto, d.
quæſt.6. artic. 2. Prædictam opinionem
tãquàm benigniorẽ & veriorẽ in ſocio
induſtrio, & ſolã operam præſtante, Ca-
mera, cùm hæc quæſtio ex facto propo-
neretur, ſecuta eſt. Illud autem omninò
pugna caret, finita † ſocietate, ſortem 6
ipſam, vel pecuniam in ſocietatẽ colla-
tam, ſiue capitale, nõ venire in commu-
nicationem, ita vt is qui ſolam operam
præſtitit, partẽ eius accipiat, ſed ad dan-
tem redire, communicato tantùm inter
ſocios lucro: niſi initio in ſocietatis lege
(**in der gewerbs verſchreibung**) aliter con-
uentum & prouiſum ſit: eò quòd cõtra-
ctus ex conuentione legem accipiãt, tex.
in l.1. §. ſi conueniat, ff. depoſ. cũ ſimilib.
Ita notãt gloſſ. Bal. Caſtr. Fulgo. Salic. in
d.l.1. C.pro ſocio. Gabr. Mudæ. in d. l. ſi

non fuerint.nu.17.Ancha.pulchrè. cõſi.
332.nu.1.incip.pro clariori deciſione.Pa-
riſ.cõſi.93.nu.29.vol.1.incip. Dicendum
videtur, iuxta enim formam traditam
ab homine,vel à iure,regulantur,& mo-
dificantur obligationes,tex.in l.diligen-
ter.ff.mand.text.in l.ſed etſi pupillus. §.
conditio.ff.de inſti.act.& in l.1.§.non au
tem.ff.de exercito.tex. in c. cùm dilecta,
de reſcrip.glo.ibid.in verbo, tranſponẽ-
7 tes,tametſi † pactum de non diuidendo
rem communem, etiam iuratum non
valeat, vt not. Alexand.conſi.18.nume.1.
volum.2.incip.viſis capitulis,per text.in
l.in hoc iudicium,§.ſi conueniat.ff.com
mun.diuid.tex.in l.fi.C.eod. Et Bart.in l.
ſi conuenerit.ff.pro ſocio.nu.1.dicit per
illum tex.pactum de non diuidenda ſo-
cietate,intelligi, quatenus promiſſa ſer-
uentur,& ſocius non ſit rixoſus:quod ta
men limitatur,vt in apoſtil.ibid.Sed hęc
8 extra propoſitum. Porrò ſi plures † ſocij
ſint, vni ſociorũ adminiſtratio ſocieta-
tis cõmitti poteſt,(Namen dreger)qui lo-
co inſtitoris erit, tex.in l.inſtitor. & in l.
in cũ.ff.de inſtit.act. l.ſed etſi. §. cõditio.
ff.eo.tit.Caſt.ibid. & in l.1.§.ſi plures.nu.
4.ff.de exercito.& geſta per eum obligãt
conſortes,& conſtituẽtes,tex.in l.ſi inſti-
torem.ff.ſi cert.pet.Iaſ.ibid. num.2.cum
ſeq.tex.in l.1. & 2. C. de exercito. & in l.
cuicunque,ff.de inſtito.actio.Pariſ.d.cõ-
ſil.93.num.2.& nu.32.& num. 52. Ancha.
d.conſi.332.num.5.Deci.in l.ſi ſocius. nu.
9 4.ff.ſi cert.peta. An autem omnes † ſocij
in ſolidũ teneantur, an verò pro ea quan
titate,quam in ſocietatem contulerunt,
ein jeder fur ſein antheil/ vnnd ſo hoch ſich
eines jedens Capital/ vnnd eingeworffene
hauptſum erſtreckt/ vide tex.in l.planè,la.
1.ff.pro ſocio,vbi apertè ꝓbatur, pericu-
lum ſociorum debere eſſe commune:
etiamſi omnes ſocij vnũ negociationi
prępoſuiſſent:vnde patet eos in ſolidum
non teneri,Anchar.d.conſil.332.Pariſ.d.
conſi.93.quos omninò in materia ſocie-
tatis vide,Deci.in d.l.ſi ſocius. nume. 4.
Azo in ſumma.C.de exercito. actio. Et
10 obſerua obiter, quòd in † ſocietate vni-
uerſali omnium bonorum,ſtatim & ip-
ſo iure, abſque aliqua traditione tacitè
trãsferatur dominium omnium bono-
rum hinc inde,tex.in l.1. cum l. ſeq. ff. ꝓ
ſocio,& in l.quod meo,ff.de acquir. hæ-
red.tex.in l.ſi adoptauero,ff.de precario.
&in Auth.ingreſſi,C.de ſacroſan.eccleſ.
ſed hoc eſt intelligendum, quóad bona
præſentia tempore contractæ ſocietatis:
aliud eſt in bonis poſteà acquiſitis,tex.in
l.ſi quis ſocietatem, ff. pro ſocio, gloſſ.
ibid.in verbo,quod emerit.& in d.l.1. ff.
eod.titu.In verbo,ſunt.Iaſ.in d.l. ſi ſoci-
us.nu.1.vbi rationes ponit,& declarat,vt
ibi per eum.

OBSERVATIO XXV.
De concurſu creditorum & priuilegijs eorum.

SVMMARIA.

1 *Creditores duo habent remedia.*
2 *Qui prior tempore potior iure.*
3 *Temporis prærogatiua in pignoribus etiam in hora aut momento conſideratur.*
4 *Generalis hypotheca prior præfertur ſpeciali poſteriori.*
5 *Obligatio bonorum generalis tam principalia quã futura bona reſpicit.*
6 *Obligatione generali bonorum etiam nomina debitorum & emphyteuſis veniunt.*
Obligatione generali quæ non veniant.ibid.
7 *Creditor qui pecuniam ad refectionem rei obligatæ dedit, prioribus præfertur.*
8 *Intellectus l.interdum.*
9 *Habens hypothecam per publicum inſtrumentum, præfertur habenti ex priuata ſcriptura.*
10 *Priuata ſcriptura à tribus ſubſcripta quid operetur.*
11 *Chyrographarij non habent hypothecariam.*
12 *Priuilegiati in actione perſonali cæteris præferuntur.*
13 *Dans pecuniam in emptionem mercium, an ſit alijs præferendus.*
14 *Pecunia poſteriori creditori ſoluta, an condici poſſit.*
15 *Creditor in perſonalibus is potior eſt, cui primò ſoluitur.*
16 *Aliud ius in creditore hypothecario.*
17 *Melioramenta cenſentur quoque obligata.*

CReditoribùs † duo competunt 1
remedia, vnum reale, videlicet
hypothecarium, alterum perſo
nale. Inter hypothecarios in concurſu
creditorum obtinet regula, qui † prior 2
tempore,potior iure,tex.in l.2.in fi.& in
l.ſi pignus.l.ſi & iure.l.potior.l.creditor,
q prior,l.qui balneũ.ff.qui pot.in pig.ha-
bean.tex.in l.2.& in l.licet.C.eo.& in c.q
prior.de reg.iur.in 6.vbi latè Dyn. quæ † 3
quidẽ tẽporis prærogatiua etiam ad ho-
ram & momentũ conſideratur,vt notat
gloſſ.

gloſſ. in l. ſi ex pluribus, §. fin. in verbo fi-
nal. ff. de ſolution. Felin. in c. paſtoralis,
numer. 5. de reſcript. Deci. conſil. 689.
nume. 2. cum ſequen. incip. viſo puncto.
Nec intereſt, pignus conuentionale ſit
prætorium, an iudiciale. Item an res ſpe-
cialiter obligata ſit, an verò generaliter,
text. in d. l. 2. ff. qui potior. in pign. próut
pulchro axiomate complexus eſt præce-
ptor meus Gabriel Mudæus, in tract. de
pig. & hypoth. cap. quibus mod. pig. vel
4 hyp. ſol. num. 84. nam etiam † genera-
lis hypotheca anterior præfertur ſpe-
ciali poſteriori, text. ſing. in l. ſi genera-
liter, C. qui por. in pign. & in d. l. 2. ff. eod.
5 Et † generalis obligatio bonorum non
tantùm ad præſentia, ſed etiam futura
bona porrigitur, tex. notab. in l. fi. C. quæ
res pigno. oblig. poſſ. Bart. in l. 1. ff. de pi-
gnorib. Deci. conſi. 539. numer. 3. incip. in
6 inclyta, adeo quòd † ſub huiuſmodi ge-
nerali obligatione veniant etiam no-
mina debitorum, tex. in l. nomen, C. quæ
res pigno. oblig. poſſ. Bartol. ibid. tex. in
l. poſtquàm, C. de hęred. vel act. vendit.
tex in l. ſi conuenerit, la. 2. ff. de pignora.
act. Similiter bona emphyteutica, quia
res emphyteutica licèt ſine cõſenſu do-
mini alienari nequeat, tamen pignori
dari & hypothecari poteſt, text. in l. tu-
tor, §. fin. ff. de pignor. actio. Deci. d. con-
ſil. 539. num. 3. Afflict. deciſ. 191. num. 3. in-
cip. Abbas. Iulius Clarus, in §. emphyteu
ſis, quæſtio. 18. per totam, Alex. in l. ſi con-
ſtante, nu. 26 ff ſolu. matri. glo. in l. fi. in
verbo, alijs vendere, C. de iure emphyt.
Bal. ibid. nu. 7. in prima lectura. Iaſ. ſimi-
liter, nu. 78. Ratio, q̃a pignus in bonis de-
bitoris remanet, tex in l pignus, C. de pi-
gnorat. act. & in l. reſcriptũ, ff. de diſtrac.
pigno. & ſic nõ eſt ꝓpriè alienatio, cũ ius
ſuũ in aliũ nõ transferat, Bal. in d. l. fi. &
ibid. Iaſ. nu. 82. quẽ ad hoc omninò vide,
cur aliud in feudis receptũ ſit. Sed in ge-
nerali obligatione bonorũ, nõ veniunt
ea, q̃ quis in ſpecie veriſimiliter nõ eſſet
obligaturus, qualia ſunt ea, quæ in vſu
quotidiano habentur, vt veſtes, & ſuppel
lex vſui quotidiano neceſſaria, itẽ libri
Doctorũ, & inſtrumenta Artificũ atque
Opificũ, & ſimilia, per tex. in l. obligatio-
ne generali, ff de pignorib. & hypot. Bar.
ibid. num. 1. Alexand. in d. l. ſi conſtante,
num. 26. & num. 28. Mattheſ. ſing. 136. per
totum, incip. nota vnum, & ibid. proli-
xe Gabr. Saray. Petr. Gerard. ſing. 35. per
totum, incip. dictum eſt, Boër. deciſ. 204.
num. 38. incip. præſuppono. fallit ſi nun-
cupatim huiuſmodi bona in obligatio-
ne generali comprehenſa ſint: quod ad
cautelam fieri debet, Matthe. d. ſing. 136.
num. 3. & alij vbi ſuprà. Præterea in gene-
ralem obligationem non veniunt bona
feudalia, quia eorum obligatio prohibi-
ta eſt, per vulgaria, & notum eſt in omni
diſpoſitione non venire prohibita, text.
in c. 1. §. in generali, ſi de feudo defunc.
conten. ſit int. dom. & agnat. text. in c. 1.
de Capita. qui Cur. vend. & in d l. obliga-
tione generali, gloſſ. ibid. in verbo, nõ fu
iſſe. Alex. conſil. 2. num. 10, vol. 4. & con-
ſil. 124. nume. 7. eod. volum. incip. ſuper
primo quæſito. Fallit tamen prædicta re-
gula prioritatis in multis caſibus, quos e-
numerat glo. magiſtralis, in l. priuilegia,
ff. de priuileg. credit. in verbo, ex cauſa,
Bart. in l. ſi vnus, ff. de bonis autho. iu-
dic. poſſid. Dyn. latè in d. c. qui prior. Ne-
guzan. in tracta. de pig. & pypoth. part. 5.
membro 2. per totum. Singulariter autẽ
fallit in † credito, quod in reparationem
rei obligatæ datum eſt, per tex. notab. in 7
l. interdum, ff. qui pot. in pigno. hab. glo.
ibid. in verb. priorum, Bart. & commu-
niter Dd. ibid. tex. in l. creditor qui ob re-
ſtitutionẽ, ff. ſi certum peta. gloſſ. ibid. in
verb. habebit: non tamen ſufficit, quóad
† beneficium d. l. interdum, vt pecunia 8
credita conuerſa ſit ad reparationem rei
obligatæ, niſi etiam ſpecialiter in eam
cauſam data, & res eo nomine ſpecificè
obligata ſit, per tex. in l. procuratoris, §. ſi
duas, verſic planè, ff. de tribut. actio. Ne-
guz. vbi ſup. nume. 15. ponens alia d. l. in-
terdum requiſita, Iaſ. in l. creditor. la. pri-
ma. nu. 2. ff. ſi cert. peta. Zaſ. ibid. nu. 5. vbi
de requiſitis d. l. interdum. Quòd ſi res
non in totum pecunia creditoris repa-
rata eſt, tunc concurrent vterq; creditor,
nimitùm antiquior, & poſterior, cuius
pecunia res partim reparata eſt, tex. in l.
Idemq;, ff. qui por. in pig. hab. Secundò,
nõ procedit in † hypotheca priuata ſcri- 9
ptura conſtituta, nam etſi illa tempore
prior ſit, tamen creditor poſterior habẽs
hypothecam publicam, hoc eſt, in iudi-
cio coram iudice datam, vel coram No-
tario & teſtibus factam, de qua ex actis,

vel inſtrumento publico conſtat, priua-
to hypothecario prefertur, tex. valde ſin-
gul. in l. ſcripturas, C qui potio. in pign.
Ratio, quia priuata ſcriptura nō probat
contra tertium, tex. in l. inſtrumenta, &
in l. rationes, & in l. exemplo, C. de pro-
bat. tex. in Auth. ſi quis vult, C. qui potio.
in pigno. habean. Præterea ſi huiuſmo-
di priuatæ ſcripturæ publicis actis & in-
ſtrumentis præferri deberēt, facilè fraus
in tempore committeretur, & quilibet
ad ſuum vſum tempus contractus fin-
geret, vt pleniùs notant Dd. in c. 2. de fi.
de inſtru. Calcaneus pulchrè conſil. 29.
nu. 13. incip. Et prius per me. quem om-
ninò pro intellectu d. l. ſcripturas, vide.
10 Si tamen † priuata ſcriptura ſubſcriptio-
ne trium teſtium firmata eſſet, aliud cen
ſendum eſt: nam tunc, ſi tempore pri-
or ſit, meritò poſteriori hypothecæ pub-
licæ preferri debet: quia ceſſat eo caſu ſu-
ſpicio fraudis & doli, tex. in d. l. ſcriptu-
ras, & in d. Auth. ſi quis vult cautè. C. eod.
tit. glo. in d. l. priuilegia, gloſſ. & Dd. in
d. c. 2. de fid. inſtru. Calcan. d. cōſi. 29. nu.
14. Imò etſi nulla priuata ſcriptura con-
fecta ſit: tamen ſi cōſtitutio hypothecæ,
& quo tempore facta ſit, teſtibus probari
poſſit, creditor tempore prior præferri
debet creditori poſteriori habenti hypo
thecam publicam: quia non minorem
fidem faciunt teſtes, quàm inſtrumentū
publicū, tex. in l. in exercendis, C. de fid.
inſtr. Calca. d. conſi. 29. nu. 15. Et hæc ſunt
diligenter obſeruanda, quia multi deci-
piuntur, exiſtimātes ſibi pulchrè proſpe-
ctum eſſe, ſi priuata ſcriptura priorē hy-
pothecam habeant. Propterea quibuſdā
in locis, vt Viennæ Auſtriæ, optima cō-
ſuetudine receptum, vt hypotheca in iu-
dicio conſtituatur, & ad acta publica re-
feratur, vt fraudes euitentur, & nè eadem
res pluribus ſæpius nequiter obligetur,
tex. in l. fin. C. de crimi. ſtellionat. nec va-
let priuata ſcriptura, etiam teſtibus ſub-
ſcripta, & ſigillo corroborata, in præiudi
cium creditoris habentis hypothecam
publicam, etiam multo tempore poſte-
riorem. Alios ſpeciales caſus vide p Dd.
in locis ſup. allegatis. Quod ad perſona-
11 les ſiue † chirographarios creditores at-
tinet, certū eſt illos non habere actionē
hypothecariam, & per cōſequens contra
poſſeſſores rerum agere nō poſſe, tex. in
l. cùm tibi, C. qui pot. in pig. Bald. ibid. in
princ. Dd. in l. 1. C etiam ob chirograph.
pecu pig. teneri. In concurſu tamē † per- 12
ſonalium, priuilegiati etiam tempore
poſteriores cæteris præferuntur, tex. in l.
ſi hominem, §. quoties, & § fi. cum l. ſeq.
ff. depoſiti. gloſſ. in d. l. priuilegia, ff. de
priuil. cred. & in l. diuerſis, cum l. ſeq. C.
qui pot. in pig. Dynus in d. c. qui prior, vt
in cauſa depoſiti, per iura allegata, & in
alio notabili caſu; videlicet in † merci- 13
bus ex pecunia credita emptis, quandò
nimirùm pecunia ſpecialiter ad hoc da-
ta eſt, tex. in Auth. quo iure. C. qui pot.
in pig. habean. gloſſ notab. ibid. in verb.
perſonaliter, tex. in l. quod quis, ff. de pri-
uil. credit. glo. ibid. communiter appro-
bata, in verb. ob nauē. Bart. in d. l. inter-
dum, num. 5. ff. qui pot. in pign. hab. vide
ſupr. eod. Obſeru 12. Alex. in l. ſi cùm do-
tem. nu. 5. ff. ſol. matr. Sed quid ſi debitor
poſteriori † creditori, ad eius inſtantiam 14
ſoluat, an creditores anteriores pecuni-
am condictione indebiti, vel ſine cauſa,
vel condictione ex leg. repetere poſſint?
iuxta notata gloſſ. in l. ſi non expedierit,
§. ſi pupillus, in verb. communicandum.
ff. de bon. auth iud. poſſid. In actionibus
perſonalibus nullum eſt dubiū, quin is
cui ſoluta pecunia eſt cæteris præfera-
tur, per regulam, quando plures ſunt cre-
ditores vnius debitoris, tunc ille † cui 15
primo ſoluitur, potior eſt iure, per text.
notab. in d. l. ſi no expedierit, §. ſi pupil-
lus, text. elegans in l. pupillus, ff. quæ in
fraud. cred. iniquum enim foret, ſolutio-
nem à communi debitore creditori in-
duſtrio factam, ab alijs negligentioribus
creditoribus rettactari debere, d. l. ſi non
expedierit §. ſi pupillus. Afflict. deciſ. 190.
per totam. Grammat. quæſt. prima, per
totam, quæ ponitur poſt deciſ. 105. Iura
enim vigilantibus ſcripta ſunt, tex. in d.
l. pupillus. vbi Scæuola dicit, quod alij
creditores ſuæ negligentiæ expēſum fer-
re debeant, text. notab. in l. quæ autem, §.
ſciendum ff. eod. titul. vbi dicitur qui pe
cuniam accepit, antequam bona debito
ris poſſideantur, quamuis ſciens ſoluen-
do non eſſe recipiat, non timere hoc e-
dictum: ſibi enim vigilauit, ad idem eſt
tex. in l. ait prætor, §. ſi debitorem, ff. eod.
titu. & in l. debitor, ff. de ſeparationib. &
in l. ſumma, §. fin. in fine, ff. de pecul. vbi
dici-

dicitur, licere creditori vigilare ad ſuum
16 conſequendum. Quóad † creditores hy-
pothecarios diſtinguendum, vtrùm pe-
cunia ſoluta ſecundo creditori extet, vel
bona fide conſumpta ſit. Primo caſu lo-
cum habet reuocatio per hypothecari-
am, quia etiam in pecunia conſiſtit hy-
potheca, tex. in d.l. idemque, §. fi. ff. qui
por. in pig. l. ſi fundus, §. in vendicatione
ff. de pignorib. ac hypor. Afflict. d. deciſ.
190. num. 4. Idem eſt, ſi dolo malo deſijt
poſſidere, d. §. in vendicatione. Altero ca
ſu non habet locum reuocatio, ſed pri-
mus creditor damnum, ſuæ negligentiæ
imputare debet: ita concludũt ſingulari-
ter Afflict. & Gram. vbi ſupra, contra di-
ſtinctionem Bar. in d. §. ſi puppillus, qui
purat etiã hoc caſu reuocatiõi locũ eſſe,
eo quòd genus perire nequeat, tex. in l. in
ratione. la. 2. §. incertæ. ff. ad l. Falcid. glo.
ibid. in verb. proficient, tex. in l. incendi-
um. C. ſi cer. pet. glo. ibid. in verbo, ære a-
lieno. Illud obiter hic annotandũ, quòd
17 † acceſſiones in rem obligatam factæ, pu
rà, melioramenta, vt vocant, æquè prin-
cipaliter creditoribus obligatæ ſint, &
hypothecam meliorem reddant: intel-
lige, quãdò à debitore factæ ſunt, qui hy-
pothecam conſtituit, ſecùs ſi ab alio, ad
quẽ res obligata cum ſuo onere puenit:
ita intelligendus eſt tex. in l. ſi fundus, §.
ſi res, ff. de pign. & hypoth. l. 2. C. de prǽd.
& omnib. reb. nauicular. libr. 11. Iaſ. in l. ſi
creditor. nu. 6. ff. ſi cert. pet.

OBSERVATIO XXVI.

Creditor agens hypothecaria contra tertium, quid probare debeat.

SVMMARIA.

1. *Creditor non tenetur probare dominium rei obligatæ.*
2. *Dominij probatio difficilis eſt.*
3. *Aliud eſt in bonis noſtris eſſe, aliud noſtrum eſſe.*
4. *Actio perſonalis & hypothecaria in eodem libello cumulari.*
5. *Creditori quandò poſſit obijci quæſtio dominij.*

QVæritur, quid creditor agens hypo
hecaria contra tertium, ſi ei quæ-
ſtio dominij ab eodem referatur, proba-
re debeat? glo. in §. itẽ Seruiana. in verb.
quaſi. Inſtit. de actio. tenet eum domini-
um probare debere, videlicet debitorẽ
tempore obligationis rei obligatæ, vel
hypothecatæ, dominum fuiſſe, per text.
in l. & quæ nondum, §. 1. ff. de pig. & hyp.
Hanc gl. Dd. diabolicam vocant, eamq́;
communiter vt falſam reprobãt. Com-
munis autem concluſio eſt, quàm etiam
Camera ſequitur, † dominij probatio-
nem non eſſe neceſſariam, cùm ſit † dif- 1
ficillima omnium, vt notant Dd. in l. 2
cùm res. C. de probat. Sed ſufficere pro-
bationem, rem hypothecatam tempo-
re obligationis, in bonis debitoris fuiſ-
ſe, hoc eſt, debitorem poſſediſſe rem ob-
ligatam tempore obligationis, vt ſuam,
cuius probatio non vſque adeò difficilis
eſt: quòd enim † bona fide poſſidemus,
hoc dicitur eſſe in bonis noſtris, licèt re 3
vera noſtrum non ſit, & bonis adnume-
rabitur, etiam ſi quid eſt in actionibus,
petitionibus, perſequutionibus, per text.
in l. bonorum. la. 1. §. in bonis. ff. de verb.
ſignifi. & in l. fi. ff. de vſu, & vſufruc. leg.
Et ita concludit alia glo. cõmuniter ap-
probata, in l. rẽ alienam. ff. de pig. actio.
in verb. pignoraticia. Bartol. ibid. nume.
5. Dd. communiter in l. cùm res. C. ſi res
alien. pign. data ſit. Alex. conſil. 78. num.
4. volum. 7. incip. in cauſa & lite. idem
conſil. 137. num. 4. volum. 2. incip. in cau-
ſa & lite inter. & conſil. 138. nume. 1. eod.
volum. incip. Lanzelotus, & conſil. 200.
nume. 3. eod. volum. incip. viſo & diſcuſ-
ſo. Iaſ. in d. §. item Seruiana. numer. 89.
Ang. ibid. num. 8. Zaſ. similiter, nu. 31. &
num. 37. Guido deciſ. 432. nu. 6. vbi dicit,
ſufficere dominium præſumptiuè pro-
bare, quandò illud incidenter in iudici-
um deducitur, vide eũdem deciſ. 108. per
totam, vbi concludit actionem † perſo-
nalem & hypothecariam in eodem li- 4
bello cumulari poſſe, ſi contra debito-
rem principalem, vel eius hæredem aga-
tur, & ipſi poſſideant rem hypothecatã,
per text. in Authent. de fideiuſſoribus.
§. ſed neque, ibi, ſiuè ambabus. An-
gel. Iaſ. & alij in d. §. item Seruiana, Inſti-
tut. de actionib. Porrò, quibus caſibus cre 5
ditori agenti hypothecaria poſſit refer-
ri quæſtio dominij, vide prolixè Dd. in
d.l. cùm res, & in d. §. item Seruiana, vbi
pulchrè Zaſ. Bart. in d.l. rem alienam. In-
dubitatus caſus eſt, quòd tertius poſſidẽs
rem obligatam, ſi non habeat cauſam à
debitore, indiſtinctè creditori quæſtio-
nem dominij referre poſſit, Dd. vbi ſup.
vide omninò Alexand. d. conſil. 137. & d.

conſil.137.& d.conſi.138.vbi dicit, difficiliorem eſſe probationem, ſi contra tertium non habentem cauſam ab ipſo debitore agatur, quàm ſi ageretur contra ipſum debitorem, vel eius hæredem, aut tertium habentem cauſam ab ipſo debitore, Bart.in d.l.rem alienam.Cyn.Ang.& Salic.in d.l.cùm res.

OBSERVATIO XXVII.

De excuſsione debitoris.

SVMMARIA.

1 *Debitor ante fideiuſſorem conueniendus.*
2 *Exceptio excuſsionis opponi debet per fideiuſſorem.*
3 *Exceptio excuſsionis quandò opponi debeat.*
4 *Exceptio excuſsionis an in cauſa appellationis opponi poſsit.*
5 *Diuiſionis beneficium fideiuſſoribus & correis competens, in iudicio allegari debet.*
6 *Exceptio excuſsionis eſt intentionis.*
7 *Hypothecaria non habet locum contrà tertium, niſi facta diſcuſsione debitoris.*
8 *Iudicium contra tertiũ poſſeſſorẽ non diſcuſſo principali quomodò incohoetur, remiſsiuè.*
9 *Vxor pro dote non agit hypothecaria, niſi marito primò excuſſo.*
10 *Excuſsio requirit ſententiam declaratoriam.*
11 *Item citationem eorum quorum intereſt.*
12 *Debitore mortuo fit excuſsio contra hæredes, vel hæreditatem iacentem.*
13 *Fideiuſſor indemnitatis ante principalem conueniri nequit.*
14 *Excuſsio non habet locum, ſi debitor notoriè non ſit ſoluendo.*
15 *Notorium quomodò probetur.*
16 *Debitor ſi bonis ceſsit, non requiritur diſcuſsio.*
17 *Ars & natura nihil fruſtra operantur.*
18 *Notorium & ſententia parificantur quóad declarandum quid.*
19 *Exceptiones fruſtratoriæ & inutiles non admittendæ.*
20 *Excuſsionis exceptio non datur fideiuſſori ſi principalis naturaliter tantùm obligetur.*
21 *Fideiuſſor poteſt renunciare beneficio diſcuſsionis.*
22 *Fideiuſſor cum iuramento promittens ſoluere, an habeat beneficium excuſsionis.*
23 *Iuramentum habet vim renunciationis.*
24 *Notario in inſtrumẽto atteſtanti excuſsionis renũciationem an credatur.*
25 *Fideiuſſor poteſt conueniri, ſi debitor ſit potens, vel rixoſus.*
26 *Apices iuris non attendũtur, quandò cauſa ex æquitate determinanda eſt.*
27 *Excuſsio non habet locum in foro mercatorum.*
28 *Excuſsio an habeat locum de iure Canonico.*
29 *Conſuetudo quòd fideiuſſor ante diſcuſsionem principalis conueniatur, valet.*
30 *Fideiuſſor poſt moram antè principalem, ex conſuetudine Auſtriæ conuenitur, alioquin liberatur.*
31 *Nouata obligatione fideiuſſor ante principalẽ conueniri poteſt.*
32 *Creditore per conſtitutum poſsidente, debitor alienare quid nequit.*
33 *Pater pro filio fideiubens non habet beneficium excuſsionis.*
34 *Pater an pro filio ratione officij vel delicti teneatur.*
35 *Excuſsio nõ habet locũ debitore lõginque abſente.*

DEbitor † principalis d' hauptſchuldiger / ante omnia legitimè excuti de- 1
bet, anteq̃ fideiuſſor eius à creditore con-
ueniri poſſit, per text.in Auth. præſente.
C.de fideiuſſorib.vbi cõmuniter Dd.tex.
in Auth.de fideiuſſorib.§.ſi quis igitur.&
in §.non ſolùm. Authen. hoc ſi debitor.
C.de pignorib.& hypoth.Canoniſt.in c.
peruenit.de fideiuſſorib. Iaſ.in §. item ſi
quis, Inſt.de act.late Port.libr.1. commu.
opinion. concluſ. 41. vbi omnino vide.
Petrus Duen.reg.335.Vnde ſequitur, fide-
iuſſorem non poſſe interpellari, & ſic in
mora conſtitui, principali debitore pri-
us non interpellato: quia vbi non cadit
petitio, ibi mora cõmitti nequit, text.in
l.nuda.C.de contrah. & committen. ſti-
pula.non enim dicitur in mora is, a quo
pecunia propter exceptionem peti non
poteſt, tex.in l.lecta.ff.ſi cert.peta. Iaſ. in
l.cùm filiusfamil.nume.7. ff. de verbor.
oblig.Ang.& Imol.ibid.Procedit autem
iſta regula catenùs, ſi † fideiuſſor conuen- 2
tus à creditore, exceptionem ordinis ſeu
diſcuſſionis in iudicio ante litis conte-
ſtationem oppoſuerit: aliàs omiſſa iſta
exceptione, iudiciũ contra fideiuſſorem
procederet, text. in l. ſi mancipium. ff.
de euictio.Cyn.Bald. Salic. & alij in d.
Authen.præſente.Canoniſtæ in d.c.per-
uenit.Boër. deciſ.221. numer. 16. Guid.
deciſ. 94. nume. 1. Ronchegallus in tra-
cta.de duobus reis.ad l.2.nume.13.Barto.
in l.ptolatam.num.2.C.de ſentent.& in-
terloc.omn.iud.Alexan.conſi. 29. num.
23.& num.26.volum.7.incip. Clariſſimè
Doctor.vbi omninò vide. Capell. Tho-
loſa.deciſ.81.& deciſ.166.vbique dicitur,
exceptionem † ordinis poſt litis conte- 3
ſtationem opponi non poſſe: quia dila-
toria, quæ regulariter ante litis conteſta-
tionem proponenda eſt, Barto.in l.3.nu-
me.6.ff.de except.Cyn.in d.Authen.præ-
ſente.

ſente. Bald.ibid.num.2. Sed benignior
ſententia eſt, eam in iudicio quãdocun-
que vſque ad concluſionem in cauſa op-
poni poſſe. Salic.in d. Authen. præſente.
Calcan.conſil.29 numer.9. in fin. incip.
Et prius per me. vbi communem dicit.
vide plura allegata per Port. (d. concluſ.
41.in tertia ampliat. vtrùm poſt ſenten-
4 tiam,item an in † cauſa appellationis ta-
lis exceptio opponi poſſit: quóad cau-
ſam appellationis,concluditur quòd nõ,
Duennas vbi ſuprà. Et hoc adeò verum
eſt,quòd licèt hęc exceptio ſit iuris, tamē
per iudicem ſuppleri nequeat, vt tenet
Boërius d.deciſ.221.Idem obtinet quóad
5 † beneficium diuiſionis, fideiuſſoribus
ex Epiſtola D. Adriani competens: ſimi-
liter in beneficio diuiſionis, quod duo-
bus pluribuſue Reis debēdi datur, tex.in
Auth.hoc ità. C. de duob.reis.quia in iu-
dicio opponi debet exceptio diuiſionis,
aliàs fieret condemnatio in ſolidum: nã
actio & obligatio non eſt diuiſa ipſo iu-
re,ſed diuiditur ope exceptionis. Caſt.in
l.ſi dubitet.num.1.circa fin.ff.de fideiuſſ.
Idem in l.2.num.3. ff.de duob.reis.Ron-
chegall.in d.l.2.nu.3.& l.3. §. vbi duo.nu.
40.ff.de duob. reis. & aliàs multa in iure
beneficia prodita ſunt, quæ aliter non
competunt, niſi legitime opponantur,
vel petantur,vt per multa exempla patet
infrà Obſerua.46.Tanta autem huius ex-
ceptionis non factæ excuſſionis efficacia
eſt, vt creditorem à limine iudicij, tan-
quàm ſine actione agentem repellat, po-
teſt fideiuſſor conuentus excipiendo di-
cere: Inepte agis contra me, tibi nõ com
petit actio, niſi principali debitore prius
6 excuſſo. Quæ † exceptio eſt intentionis,
& proinde impedit litis ingreſſum, quia
nemo ſine actione experiri poteſt, tex.in
l.ſi pupilli.§.videamus.ff.de neg. geſt. Et
ita tenet Afflict.deciſ.318.num.2. Ang.in
d.l.fi.ff.ſi cert.pet.imò iudicium erit nul-
lum, ſi iudex ea exceptione non attenta
ad vlteriora proceſſerit, Soc. reg. 134.in-
cip. Excuſſio.fallen.6.Amplia hanc re-
gulam, Primò, vt procedat etiam quóad
poſſeſſores bonorum,nam creditor con
7 tra † tertium poſſeſſorem rerum hypo-
thecatarum agere nõ poteſt actione hy-
pothecaria , vel reuocatoria , debitore
prius non excuſſo,per text.in Auth. hoc
ſi debitor.C.de pignorib.vbi glo.& com
munitet Dd.text. in Auth.ſed hodiè.C.
de actio.& oblig.Bald.ibid.nu.2.gloſſ.in
l.vbi adhuc.in verb. qui non potiora.C.
de iur.dot. Iaſ.in l.ſi conſtante. nu. 200.
ff.ſolut. matr. Idem pleniùs in d. §. item
ſi quis.nu.66.Guid.pulchrè deciſ.432. per
totum,incip.ſuprà quæſtione,quem om-
ninò vide.Alex.conſ.110.n.10. cum ſeq.
vol.5.incip.diſcuſſis his.Idem conſil.137.
nu.8.vol.2.incip.in cauſa & lite,& conſi.
85.nu. 5.vol.6.incip. ponderatis his. Soc.
ſenior conſ.24.nu.18.vol.1.Pariſ.elegan-
ter conſ.50.nu.40.vol.1.incip. ex lectura.
Quomodò † autem iudicium inchoari 8
poſſit contra tertium poſſeſſorem, ante
diſcuſſionem principalis, vide Alex. d.
conſi.85.Bal.& Salic.in l.2.C.commu.di-
uid. Secundò amplia,vt procedat etiam
quóad † vxorem repetentem dotem, quia 9
contra tertios poſſeſſores agere non po-
teſt:quamuis dos ſit priuilegiata, niſi pri-
us excuſſo marito,Iaſ.in d.l.ſi conſtante.
num.200.& nu.208.vbi communem di-
cit,& conſulendo & iudicando ab ea nõ
eſſe recedendum, licèt ipſe aliter ſentiat
Neguzan. in tracta. de pignor.in 8. part.
principali,vbi magis communem dicit.
Port.d.conclu 41.in ſeptima ampliatio-
ne.Bellonus conſ.34.nu.3.incip.viſis fun
damentis, Roland. conſ. 9.nu.5. volum.
1.incip. in præſenti, vbi communem di-
cit,Bald.in l.3.C.de hæred.act.nu.1.in fin.
vbi hoc etiam extendit ad nomina ma-
riti,quòd ab vxore exigi non poſſint,niſi
facta prius excuſſione.vide omninò Bal.
in d.l.3.de nominibus debitorum, an ve-
niant ſub tacita hypotheca. Tertiò am-
plia, quòd † ſententia iudicis declarato- 10
ria, ad legitimam excuſſionem requira-
tur: videlicet,quòd diſcuſſio ritè facta ſit,
quia ſi nõ ſit legitimo modo facta, itera-
tò fieri debet,vt notat Bar.in l.ſtipulatio.
§.habet.n.4 ff.de no.op.nuncia. Ang.in
d.§.item ſi quis.nu.10.Roma.conſil. 211.
nu.4.Pariſ.d.conſi.50.nu.45.vol.1. Guid.
d.deciſ.432.vbi modum procedendi tra-
dit: vnde volũt citari † quoq; debere ter- 11
tios poſſeſſores bonorum nuncupatim,
ad videndum fieri excuſſionem,cùm de
eorum præiudicio agatur, Zaſ. in l.de v-
noquoque.nu.2.ff.de re iudic. Signorol.
pulchrè conſil.57 per totum.Bar.in l. de-
cem.nu.4.ff.de verb.obli. Duẽnas d. reg.
335.in prima ampliatio. quē ad hoc vide.

Sed hoc iudiciorum vſus vbiq; non ob-
ſeruat, id quod Guid.d.deciſ.432.nu.3.ſi-
militer annotauit,dicens,de ſtylo Parla-
mēti hoc non ſeruari, neq; ego memini
vnquàm in Camera, aut alibi factū fuiſ-
ſe, eſſet enim res immenſi laboris,multi
temporis,&magnorū ſumptuum.Quar-
12 tò ampliatur,vt etiam mortuo † debito-
re excuſſio fieri debeat contra hæredes,
vel hæreditatem iacentē, d.Auth. hoc ſi
debitor.Alex.d.conſ.100.& d.cōſ.137.Pa-
riſ.d.conſ.50.nu.41.cum ſeq.Port.d.con-
13 cluſ.41.in 6.ampl.Quintò ampliatur,in †
fideiuſſore indemnitatis (Schadenburg
oder Ruckburg(qui principali nō diſcuſ-
ſo conueniri nequit, etiamſi renunciâſ-
ſet beneficio de fideiuſſoribus, idq; natu-
ra obligationis magis , quàm beneficio
fideiuſſionis receptū eſt : nam in primis
conſtare debet, quantū à principali con-
ſequi poſſit creditor, ad hoc, vt indem-
nitatis promiſſio locum habeat,tex.not.
in l.decem.ff.de verbor.oblig.l.ſi ſtipula-
tus.§.1.ff.de fideiuſſorib.ita expreſsè tenet
Bar. in l.1.C.de conuen.fiſ.debitor.lib.10.
Hippol.ad rubr.ff.de fideiuſ.num.23.Du-
ennas reg 335.in 2.ampliat.Bart.in l.quæ-
ro.ff.loc.Alex.d.conſ. 29.num. 24. volu.
7.Sextam ampliationem vide infrà,Ob-
ſerua.ſequ.Fallit quoq; iſta regula in alijs
multis caſib.quos notant Dd.in locis al-
legatis,præſertim Iaſ.in d. §. item ſi quis.
num.68.vbi octo fallentias ponit.Soc.d.
reg.124.vbi 12.recenſet.Port. loco citato.
25.ampliationes, & 48. limitationes re-
fert.Petrus Duennas,d.regul.335.annotat
23.fallentias.Hippol. latè ad d.rubr.ff.de
fideiuſſo.Roland.d.conſ 9. Et quoniam
materia iſta in foro frequens, quotidia-
na,& vtilis eſt, ideò præcipuas quaſdam
lectori ob oculos ponam. Primò fallit,ſi
exceptio iſta non fuerit oppoſita , vt
14 initio dixi. Secundò ſingulariter † fallit,
ſi debitor notoriè non eſt ſoluendo,quo
caſu fideiuſſor, vel tertius poſſeſſor,con-
uentus hypothecaria, vel reuocatoria,
non poteſt obijcere exceptionem non
factæ excuſſionis: quia in notorijs excuſ-
ſionis neceſſitas non requiritur, inanis
enim eſt excuſſio,quam excludit debito-
ris inopia,tex.in l.nam is,ff. de dolo ma-
lo.gloſſ. notab. in d.l. decem, in verbo,
excuſſum,ff.de verbor.oblig.Barto. ibid.
nume.2.Zaſ.nume.9.gloſſ.in l. ſi filiusfa-
milias.in verbo,condictionem,ff. ſi cert.
peta.& in l.final. In verbo, ſed ſi, ff. eod.
tit.Afflict.d.deciſi.318.nume.3.Socin.vbi
ſuprà,fallen.5.Iaſ.in d.§. item ſi quis. nu.
68.Idem in d.l.ſi conſtante. Bal.in l.1.nu.
3.C.de reuoc.his quæ per frau.alien.ſunt.
Cyn.in Authent.præſente. C. de fideiuſ-
ſoribus.Hippol.ad rubri.ff. de fideiuſſor.
nume.10.Pariſi.d.conſi.50.Hieron.Grat.
conſil.37.volum.1.& conſil.63.volum. 2.
Port.d. concluſ. 41. in quinta limitatio-
ne.Roland.d.conſil.9.numer.20.Proba-
tur † autem notorium, per famam vici- 15
norum,Bald.in d.l.1.numer.3.item ſi do-
ceatur, quod debitor omnibus bonis &
feudis deſtitutus ſit.Afflict.d.deciſi.318. ſi
nulla bona amplius poſſideat immobi-
lia, vel mobilia, ſi paupertatem iurauit,
aut de ea fidem iudici legitimè fecit.Hac
ratione in Camera tertius quidam hy-
pothecaria conuentus, non obſtante ex-
ceptione,non factæ excuſſionis,condem
natus fuit ad traditionem rei pignoratę,
vel ſoluendum debitum:nam talis libel-
lus alternatiuus,. in hypothocaria actio-
ne valet,vt dixi ſuprà libr.1. Obſeruatio-
ne 62. debitor enim principalis ad iura-
mentum paupertatis per interlocutori-
am,præuia cauſæ cognitione, vt fieri cō-
ſueuit,admiſſus fuit,& ſic nota erat iudi-
ci paupertas principalis per ſententiam
declaratoriam,quæ etiam ſuper notorio
requiritur,vt tenent Dd. vbi ſuprà. Deci.
in d.l.final.ff.ſi cert.peta.Port.d. conclu.
41.in quinta limitatione , vbi plures ad
hoc allegat. Eadem ratione, ſi debitor † 16
bonis ceſſit, diſcuſſio locum non habet,
quia iam conſtat eum ſoluendo non eſ-
ſe, quandò videlicet ceſſio bonorum le-
gitimè facta eſt. text. in d.l. nam is.ff. de
dolo malo.Raph. Cuma. in d.l.decem.
Cyn. in d. Authen. hoc ſi debitor. C. de
pignorib.Duennas d.reg.335. in prima li-
mitatione. Rationes huius limitationis
ſunt: primò, quòd ars † & natura nihil 17
fruſtra operentur , at in notorio fruſtra-
toria foret excuſſio : quia excuſſionis fi-
nis eſt,vt appareat an debitor ſit ſoluēdo
integrè, & in ſolidū, ergò omitti poteſt,
text. in d. l. nam is,facit text. in l. qui bis
idem.ff.de verbor.oblig. Deindè, quia † 18
notorium & ſententia comparantur,
quóad declarandum aliquid,text.in l. ex
empto.§.emptorē,aliàs incipit.l. empto-
rem.

rem.ff.de acti.empt gloſſ. ibid. in verbo,
quia manifeſtum. Iaſ. in l. is cui bonis.
num.9.ff de verb obli. & ſic ceſſat excuſ-
ſio, cùm notoriũ vim ſententiæ obtineat.
19 Tertiò, quòd inutiles † & ſruſtratoriæ ex-
ceptiones non ſint admittendæ, per text.
in l.non cogendum, ff.de procurat.text.
notab.in l.hæc ſtipulatio, §.final.ff.vt le-
gat.nom. cauea. Et iſta limitatio proce-
dit tam in notorio iuris, quã facti: ideoq;
20 fideiuſſor† eius, qui tantũ naturaliter ob-
ligatur, beneficium excuſſionis non ha-
bet, cùm in iure notorium ſit, obligatũ
naturaliter tantùm non poſſe excuti, ita
præclarè docet Iaſ.in d.l.decem.num.31.
Bald.in Auth.ſed hodie, in fine.C de act.
& oblig.Bat.In l.Marcellus, circa finem.
ff.de fideiuſſo. & in l. 3 §. ſi is pro quo.ff.
21 quod quiſ.iur. Tertiò limitatur, ſi † fide-
iuſſor renunciauerit, ſpecialiter & nun-
cupatim huic beneficio, quod facere po-
teſt, cùm in ſuum fauorem introductum
ſit, cui renunciare licet, vulg. l.pen. C.de
pact.cum ſimilib. gloſſ. notab. in d.Au-
then.de fideiuſſorib.In §.ſi quis igitur.in
verb.accedat.gloſſ. in c. peruenit, in ver-
bo, non ſoluentibus, de fideiuſ.Panorm.
ibid.num.6.& communiter Dd.Bald. in
d.Auth.præſente.num.6. Hippol.in rep.
rubr. de fideiuſſorib.nu.7. Duennas vbi
ſup.in ſexta limitatione.Port.d.concluſ.
41.in 26.limitatione: vbi dicit, quòd re-
nunciatio intelligitur facta etiam per il-
la verba: Renunciauit omni iuris & le-
gum auxilio, Alex.d.conſil.29.nume.29.
vbi latiùs vide: & hæc limitatio maximè
procedit, ſi ſit iurata renunciatio, quia e-
22 tiam abſq; renunciatione, ſi † fideiuſſio
facta ſit cum iuramento, diſcuſſio nõ ha-
bet locum: quod tamen nõ caret pugna:
nam in vtramque partem ſunt varian-
tes opiniones, quas prolixè notat Duen-
nas, d. reg.335.in 20.limitatione, vbi om-
ninò vide: etſi mihi magis placeat eorũ
opinio, qui exiſtimant excuſſionem cõ-
tra iuramentum nõ habere locum, cùm
23 tale † iuramẽtum ſeruari poſſit abſq; in-
teritu ſalutis æternæ, habeatque vim ex-
preſſæ renũciationis, tex.in l.cùm pater,
§ filius matrem, ff.de legat.2.Iaſ. in l.ſed
ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis cautio.Boër.
d.deciſ.221.num.13.eandem opinionem
tenet Bal.in c.ex reſcripto, de iureiu.Cur.
iunior conſ.263. nu.46. vol.3.incip.circa
primam dubitationem. Hippo.in d.rub.
de fideiuſſorib.nu 9. Gozad.conſ.32.nu.
14.incip.prima facie. Cotta in memora-
bilibus, ad verbum fideiuſſor indemni-
tatis, & alij quamplures, per eos citati.
An autem Notario† atteſtanti in inſtru- 24
mento confecto de facta renunciatione
excuſſionis credendum ſit, vide Fel.in c.
cùm M.Ferrarienſis, nu.6.de conſtitutio-
nib.& in c.ex literis, num.12.de fid. inſtr.
Dico breuiter, ſi plus ſcriptum, quàm di-
ctum ſit, Notarij conſuetam formulam
partibus incommodo eſſe non oporte-
re, quia non figura literarum, ſed mente
& ſenſu noſtro obligamur, text. in l.non
figura.ff.de act & oblig.& in l.obligatio-
num ſubſtantia, ad fin.ff.eod.titul.tex.in
l.emptione.C.plus vale. quod agit.Bart.
in l.1.ff.de iure codicill. idque omnium
maximè procedere exiſtimo, ſi de ma-
gno præiudicio renunciantis agatur: vi-
de in vtramque partem Vaſq. controuerſ.
illuſtrium, lib.1.cap.33.nu.27. & Fel. in d.
c.ex literis, & d.c.cùm M.Ferrarienſis, vbi
contrariam opinionem tenet, eò quòd
Notarius ſemp intelligatur rogatus cõ-
ficere inſtrumenta in communi ac con-
ſueta forma, per text.in l.fi.C.de fideiuſſ.
Alex.conſ.1.num.22.vol.5. communiter
autem renunciationes conſuetæ inſtru-
mentis inſeri ſolent: quod ego ſine præ-
iudicio tertij accipiendum eſſe puto, vide
omninò Felin.in locis allegatis, & infrà
Obſeru.77. Quartò limitatur, ſi † debitor 25
non ſit facile conueniẽdo, qui potens, in-
iurioſus, & rixoſus, & ad quẽ nõ patet tu-
tus acceſſus, ita vt excuſſio cõtra eum dif-
ficilè fieri queat, quo caſu inducitur no-
torium facti, debitorẽ non eſſe ſoluẽdo,
quia notorium inducitur, nõ ſolũ ex de-
fectu facultatũ debitoris, ſed etiã ex diffi-
cultate cõueniendi, argu.l.2.ff.qui ſatiſd.
cog.Ang.Fulg. & Alex.ibid.num.3.Bart.
Deci.Angel.& Iaſ.in d.l.fi.ff.ſi cert. peta.
Hippol.ad rubr.de fideiuſſorib. num.10.
Iaſ.in d.§.item ſi quis in fraudem.& in d.
l. decem.nu.31.cum ſeq. Portius vbi ſup.
in octaua, & nona fallẽtia.Capel.Tholo.
deciſ.196.Socin. d.regul.134. in 10.fallen.
& ſic paria ſunt, debitorem non eſſe ſol-
uendo facultatibus, vel non eſſe ſoluen-
do conueniendi facilitate, Dd.vbi ſuprà.
Quinto limitatur, ſi † cauſa ex æquo & 26
bono determinanda ſit, quia excuſſionis
exce-

exceptio de apicibus iuris eſt,ſed vbicun-
que cauſa decidenda eſt ſecundùm æqui-
tatem, ea quæ de apicibus & rigore iuris
ſunt,nõ attenduntur,tex.ſing.in l.ſi fide-
iuſſor.§.quædam.ff.mãd.glo.ibid. in ver-
bo,de apicibus, quæ dicit bonam fidẽ &
veritatem Inſpiciendam eſſe,tex.in l.etſi
nõ cognitio.C.ſi contr.ius vel vtil. publ.
Iaſ. in d.§.item ſi quis.nu 78.Hippol.vbi
ſup.nu.12.Alex.conſi.58.nu.7.vol.5.incip.
viſo,& perlecto.Soc.d.reg.134.in 12.limi-
tatione.Boër.d.deciſ. 221.nu.14. Duẽnas
d.reg.335.in noua limitatione.Deci.in d.
l.fi.nu.22.ff.ſi cer.pet.Port. d.concluſ.41.
in 12.fall.vbi refert alios,qui contrarium
tenent: Hinc eſt, quòd inrer mercatores
non habeat locum exceptio excuſſionis,
27 quæ eſt de apicibus iuris: quia in † foro
mercatorum ſummariè, de plano, & de
æquitare, nõ Inſpectis iuris apicibus pro-
ceditur,per tex.in §.fi.in Auth de fideiuſ.
gloſſ.& Ang. ibid.Bald.in l.fruſtra.C.de
non num.pecun.num.1.Hippol. ad rub.
de fideiuſſo.nu.8.& nu.358. Boër.d.deciſi.
221.nu.15. iaſ. in d.l.ſi conſtanre.nu.204.
Ang.in §. Item ſi quis in fraudem.Inſtit.
de actionib. Duẽnas vbi ſup.in 3.limita-
28 tione. Eadem rarione dici poſſet,quòd †
exceptio iſta excuſſionis non habeat lo-
cum de iure Canonico, quo ſubrilitates
& apices iuris non curantur. gloſſ. in c.
cùm dilecti.in verb.ſubtiliter.in fin. ext.
de iudi.iaſ.in d.§. item ſi quis.Duẽnas d.
reg.in 4.limitatione. Port.d.concluſ.41.
in 33.limitatiõe, vbi omninò vide. Sextò
29 fallit, † conſuetudine, vel ſtatuto aliter
receptum ſit, huiuſmodi enim ſtatuta,
vel conſuetudines valent: quia æquitati
conſentaneum,vt is qui fidem ſuam pro
alio interpoſuit, eam ſeruet:graue enim
eſt fidem fallere,tex.in l.1.ff.de cõſti.pec.
& in l.1.§.merito.in fine.ff.depoſ.rext.in
l.1.ff.de pact.& in l.1.ff.de dolo malo. vi-
de Boër.d.deciſ.221.& Duẽnam vbi ſupr.
in 18.limitatione,& Port. loco citaro, in
30 36.limit.talis † conſuetudo eſt in Auſtria,
vbi neceſſariò fideiuſſor poſt morã anre
principalem, ſine diſcuſſione conuenirl
debet:aliàs fideiuſſor liberatur. Septimò
31 fallit,ſi fideiuſſor animo † nouandi pro-
miſerit,gloſſ.in Auth. de fideiuſſorib. §.
ſi quis igitur.in verbo,fideiuſſorem.vide
infr.Obſeru.ſeq.Octauò ſingulariter fal-
lit in debitore,qui precariò nomine cre-
ditoris ſui ſe conſtituit poſſidere: nam ſi
aliquid ex bonis illis alienauerit, poteſt
creditor rem alienaiam à tertio, condi-
ctione l.fi.C.de acq poſſ.recuperare,non
diſcuſſo principali debitore. Bald.in d.l.
1.num.4.C.de reuocan.his.Ange.in d.l.
fi.Boër.deciſ.112.nu.12. Bello.d.conſil.34.
numer.5. Ratio,quia † creditor per con- 32
ſtitutum ciuiliter poſſidet,is enim poſſi-
det, cuius nomine poſſidetur, text. in l.
quod meo.ff.de acquir.poſ.ideò debitor
alienando dicitur poſſeſſionem credito-
ris inreruertere: proindè creditor indi-
ſtinctè ad reſtitutionem agit, text. in d.l.
fi. & in d.l.quòd meo. & in l.quod bona,
ff.de acq.poſſ.l.interdum.ff.eo.tit. tex.in
c.cùm veniſſent,de reſt.ſpol. & ibid. Ca-
noniſt. Alex.conſ.137.nu. 4.vol.2.incip.
Lanzalotus,& d.conſ.85.nu.1.& 2.Dd.in
d.Auth.hoc ſi debitor.l. Guido d. deciſi.
432.nu.12.Port.d.conclu.41.in 4. limita-
rione. And.Tiraqu.de conſt.par.1. nu.53.
Nonò limitatur in † patre, qui pro filio 33
ſuo fideiuſſit,nã ipſe beneficium excuſſi-
onis non haber, per tex.in l.3.§ ſed vtrũ.
verſ. pindè. ff.de minorib. & in l.ſi mã-
dator.C.quod cũ eo qui in alie.poteſt.eſt.
glo.notab.ibid in verb.ex ea,tex.in l.1.C.
nè fil.pro patr.&ibid.Bal.Bar.in d.l.cùm
filiusfam.nu.2.ff.de verb.oblig. Iaſ.ibid.
num.12.Hippol.ad rubr. de fideiuſſorib.
Boër.prolixè d.deciſ.221.nu.6.& num. 13.
Duennas d.reg.335.in 13.limitatione.Por.
d.concluſ.41.in 40.limitatione: Ratio,
quia ſi pater nõ teneretur, eſſet illaquea-
re & decipere contrahentes cum filijs ni-
hil habentibus,pro quibus patres ſe obli-
gauerunt,ita Boër.d.deciſ.221. Si verò ſe
non obligauit pater pro filio, non tene-
tur ex eius contractu,niſi de peculio,tex.
in l.3.§. idem ſcribit:& tot.tit.ff.de pecul.
culus peculij nomine cõueniri poteſt,eti-
am filio nõ diſcuſſo, d.l.3.§. ſed vtrũ.iaſ.
in d.l.cùm filiusfamiliàs,n.12.quòd ſi pe-
culium nullum habeat filius,pater nõ te-
netur in aliquo,tot.tit.C.nè fil. pro patr.
per tex.in d.l.cùm filiusfamiliàs. Iaſ.ibi.
nu.4.& 5.Boër.d.deciſ.221.nu.3.& Dd.vbi
ſupr.Quomodò autẽ † pater pro filio ra- 34
tione officij,vel adminiſtrationis,aut de-
licti reneatur, & in quibus pater differat à
fideiuſſore,vide omninò Bart.iaſ.& Dd,
in d. cùm filiusfamil. Boër. latè deciſi.
221.per totam.communiter concludunt
Dd.

Dd. quandò pater pro filio conuenitur
in ſolidum,&non de peculio,quòd tunc
non poſſit conueniri, niſi prius excuſſo
filio:tenetur autem pater pro filio in ſo-
lidum ratione munerum & officiorum
publicorum, vtputà ſi voluntate patris
filius decurio factus ſit, quia tunc,quaſi
fideiuſſor pro filio tenetur,ideoque ante
filium diſcuſſum conueniri nequit.Con
ſenſiſſe autem pater decurionatui filij
videtur,ſi pręſens nominationi filij non
cõtradixit,text.ſing.in l.2.ff. ad municip.
text.in l.filiusfamiliàs.ff.de adminiſt.re-
rum ad ciuitates pertin. text. in l. 1.C. de
decurionib.libr.10. gloſſ.ibid. in verbo,
excuſſis.Iaſ.in d.l.cùm filiusfamil. nu.12.
vbi omninò vide, & text in l.1.§. ſed etſi
ſerui, ff.quod iuſſu. Decimò limitatur in
33 debitore longinquo abſente,† quia tunc
ob conueniendi difficultatem ceſſat be-
neficium excuſſionis, ne diuturna debi-
toris abſentia,creditori fraudi ſit,text.in
d.Auth.præſente.C.de fideiuſſ.Cyn.ibid.
nu.3.& nu 7.tex.in d. Auth. de fideiuſſo.
§.1.& §.2.gloſſ.in d.Authen. hoc ſi debi-
tor.in verbo,actum ſit.Bald. in Authen.
hoc ita.num.2.C. de duob. reis. vbi dicit
per illum tex. abſentiam inopiæ compa-
rari. Alex.d.conſi.100.nu.10.in fin.vol.5.
Roland.d.conſi.9.num.22.vol.1.facit ad
hoc optimè tex. in l. ſed & hæ.§.non ſo-
lùm.ff.de procur.nam ex iſta difficultate
conueniendi,notorium facti inducitur,
per ea quæ ſup.in ſecunda,& quarta limi-
tatione dixi.Plures limitationes vide per
Dd.in locis ſup.allegatis, quia iſta mate-
ria eſt ampla,diffuſa,& quotidiana.

OBSERVATIO XXVIII.

Promittens pro alio ſoluere,an habeat beneficium ordinis.

SVMMARIA.

1 *Quòd ſic,quia loco fideiuſſoris habetur.*
2 *Fideiuſſor ſi ſe obligauit vt principalis, an habeat exceptionem ordinis.*
3 *Verba debent in contractibus aliquid operari.*
4 *Promittens ſoluere animo nouandi non habet beneficium ordinis.*
5 *Origo & natura contractus inſpicienda.*
6 *Duo Rei expreſſe conſtituuntur.*

QVI ſoluere promittit id quod Titi-
us debet, licèt, ſi verba & modũ lo-
quendi ſpectemus, videatur promittere
vt † principalis: tamen quóad effectum 1
Iuris pro fideiuſſore habetur, vndè non
poteſt conueniri , niſi priùs legitimè ex-
cuſſo principali,gloſſ.ſingul.in Auth. de
fideiuſſorib,§.1.in verbo,fideiuſſorẽ,quæ
ponit differentiam inter mandatorem,
fideiuſſorem, ſponſorem, conſtituentẽ,
& expromiſſorem, de quibus etiam latè
Hippo.ad rub.de fideiuſſo.Ita tenẽt com
muniter Dd.Alex.in l.vbi autem non ap
paret,§.illud.nu.4.ff.de verb.oblig.Ang.
in l.ſciendum. in princ. ff.de ædil. edict.
gloſſ.in l.Titia.§ pen.in verb. quæ apud.
ff.de verb.oblig.gloſſ. in Auth.præſente,
in verb.Interceſſionis C. de fideiuſſorib.
Hippol.ad d.rubr.de fideiuſſorib.nu.319.
Boër. deciſ.314.nu.5.par.2. Ferrar.in for.
libelli contra plures reos debẽdi.in verb.
bneficio nouarum conſtitutionum. nu.
3. vbiq; dicunt talem promiſſorem loco
fideiuſſoris habendum. Capel. Tholoſ.
deci 80.vbi notatur, quòd beneficium d.
Auth.præſente, locum habeat etiam in
eo, qui conſtituit ſe ſoluturũ pro aliquo
priùs obligato,& Guid. deciſi. 570. nu.6.
idem in ſing.604.& Petr.de Rauen.ſing.
200.Panorm.in c.2.nu.6 de fideiuſſorib.
hoc ampliùs dicunt, ſi † fideiuſſor ſe ob- 2
ligauit vt principalis, debitum ſuũ pro-
prium faciẽdo,quòd nihilominus habe-
at exceptionem ordinis, vt coueniri ne-
queat,niſi prius principali excuſſo.quod
etiam tenet Port.concluſ.41. in 12. & 20.
ampliatione.Sed Hippo.vbi ſup.nu.65.&
70.tali caſu contrarium concludit:vide-
licèt eum, qui ſe principaliter fideiuſſorẽ
conſtituit, poſſe tam de æquitate, quàm
iuris rigore conueniri,non excuſſo debi-
tore,& optimis profectò nititur rationi-
bus: aliàs enim huiuſmodi conſtitutum
nullius eſſet momenti , & † verba nihil 3
operarẽtur: cùm tamen in contractibus,
nedùm clauſula,ſed nullum verbum de-
beat eſſe otioſum,& ſine virtute operan-
di,tex.in l.ſi ſtipulatus.de vſur. tex.in l.ſi
quandò.ff.de leg.1.gloſſ.ibid.in verb.fru-
ſtra.& Bar.nu.1.Bal.ad rub.C.de contrah.
emp.nu.9.Alex.conſil.22.nu.4.vol.7.in-
cip.Conſideratis his.Soc.reg.440.incip.
Verba aliquid. vbi hoc decem modis li-
mitat.Certũ eſt,ſi animo † nouandi con- 4
ſtituat ſe quis ſoluturum,quòd tunc pro-
mittens ſolutionem, non habet beneſi-
cium

cium fideiuſſorum,gloſſ.in d.Auth.præ-
ſente.& gloſſ.in d.Auth.de fideiuſſo. §.ſi
quis igitur.in verb.fideiuſſorem.Bald.in
l.in perſonam.§.1.num.2.ff.de pact. Por.
d.concluſ.41.nn.14.Pariſ.conſ.110. num.
13.volu.1.Duennas reg.335. in 5.limitatio-
ne.Dec.in l.fin.num.27.ff.ſi cer.pet. vide
ſup.Obſeru.prox.ſed de animo nouandi
certo conſtare debet: quia hodie non fit
nouatio,niſi hoc expreſsè actum ſit, tex.
in l.fi.C.de fideiuſſor.vide inf.eo. Obſer.
30.ergò abſq; nouatione promittens pro
alio iam obligato ſoluere, habet benefi-
cium excuſſionis,& fideiuſſorum, & iſta
opinio in puncto iuris verior eſt. Origo
5 † enim & natura contractus inſpicien-
da,vtrùm promiſſor accedat obligatio-
ni, an verò vnà cum debitore principa-
liter ſe obliget:nam tunc tanquàm prin-
cipalis, & quaſi correus debendi, in ſoli-
dum, ſine beneficio excuſſionis conue-
niri poterit,gloſſ.in d §.ſi quis igitur. &
6 per iura ſup.allegata. Hodiè tamen† duo
Rei debendi non conſtituuntur,niſi hoc
expreſsè actum ſit,tex.in Auth.hoc ita.C.
de duobus Reis:ſicut de nouatione dictũ
eſt. Sed Hippol.opinio, quandò quis ex-
preſsè obligat, vt principalem, als ſelb
ſchuldner/æquior eſt,comnnniterque in
foro obſeruatur, nam connenitur pro-
mittens,non vt fideiiuſſor,ſed vt princi-
palis,abſq; vlla diſcuſſione: quia in con-
tractibus, verba non debent eſſe otioſa,
d.l.ſi ſtipulatus: ff. de vſur. cnm ſimilib.
ita quoq; conſuluit Natta conſi.52. nu.1.
cum ſequ.vol.1.incip. vt oſtendatur, per
tex.in l.reos.ff.de duobus reis.

OBSERVATIO XXIX.

Fideiuſſòr an contra debitorem ad liberationem agere poßit.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor ante ſolutionem regulariter debitorem pro liberatione conuenire non poteſt.*
2 *Citatio ad videndum ſe liberari, quandò fideiuſſori decernenda.*
3 *Fideiußio non debet eſſe perpetua.*
4 *Fideiußio periculoſa eſt.*
5 *Libellus quomodò à fideiuſſore formandus.*
6 *Diuturnum tempus quomodò accipiatur.*
7 *Debitor conditionalis non eſt propriè debitor.*
8 *Fideiuſſor debitorem ante ſolutionem conuenire poteſt, ſi ſit prodigus.*
9 *Prodigalitas debitoris quo tempore ſpectanda.*
10 *Conducens domum ruinoſam ſcienter, tenetur integram penſionem ſoluere.*
11 *Læſionem vltra dimidium iuſti precij ſciens non reſtituitur.*
12 *Fideiuſſor condemnatus per ſententiam poteſt agere contra debitorem ad liberationem.*
13 *Similiter ſi in cauſa concluſum eſt.*
14 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
15 *Studioſus ſi fideiußit pro aliquo, habet priuilegium conueniendi debitorem ad liberationem.*
16 *Nouatione facta poteſt fideiuſſor ſtatim agere contra debitorem ad liberationem.*
17 *Nouatione facta ceſſat beneficium excuſſionis.*

FIdeiuſſor quidem,cùm multùm
temporis in fideiuſſione ſtetiſ-
ſet,& debitorem identidem pro
liberatione ſolicitè, ſed fruſtrà interpel-
laſſet, ſupplicationem pro citatione, ad
videndum ſe liberari, contra debitorem
exhibuit. Quæſitum, an talis citatio de-
cerni poſſet? Prima fronte videbatur di-
cendum quòd non:quia iuris notiſſimi,
fideiuſſorem † ante ſolutionem actione 1
mandati aduerſus debitorem agere non
poſſe. Ratio, quia deciperetur debitor,ſi
pro arbitrio fideiuſſoris nondùm à cre-
ditore interpellati, ad liberationem con
ueniri queat:adeoq; damno afficeretur,
eò quòd alium fideiuſſorem tam com-
modè habere non poſſet, per text. in l.ſi
pro ea C.mand. Dd.poſt gl.ibid. in verb.
feceris,text.not.in l.in commodato.§. ſi-
cut.ff.commod.gloſſ.in c fin.de fideiuſſ.
in verb.ſi diu.Hàc tamen dubitandi rati-
one non obſtante, concluſum fuit, cita-
tionem† decernendam,adeoq; libellum 2
in terno reproductionis exhibitum,tam
ad reſpondẽdum, qnàm ad probandum
admittendum eſſe:nam licèt regulariter
fideiuſſor ante ſolutionem ineptè actio-
ne mandati ad liberationem agat, hoc
tamen in quibuſdam caſibus ſpecialibus
non procedit: Et primò,fallit,ſi debitor
diu ſolutionem debiti protraxerit,vel fi-
deiuſſor diu fideinſſionis nexu obſtri-
ctus fuerit,quòd in idem recidit,per text.
notab.in d.c.fin.& in l.Lucius Titius, in
fin.ff.mand.glo.ibid.in verbo, condem-
netur. vtrobique Dd. non enim perpe-
tuò † fideiuſſor obligatus eſſe debet, nè 3
ex beneficio conſequatur maleficinm,
etſi hoc communiter fieri conſueuit:
quia qui pro alio fidem ſuam interponit
ſeipſum periculo ſolutionis exponit,
iuxta

iuxta illud Salomonis Prouerb.cap.6. Si
ſpoponderis ꝑ amico tuo, defixiſti apud
extraneum manum tuam, illaqueatus ex
verbis oris tui, & captus proprijs ſermo-
nibus: fac ergo quod dico, et temetipſum
libera, quia incidiſti in manum proximi
tui. Et populari prouerbio iactari ſolet.
Burgen ſoll man wurgen. Itē illud: Spon-
de, noxa præſto eſt. Hinc dicimus paria
eſſe, promittere, & ſoluere, text.in l.fina.
C.ad l.Falcid. gloſſ.ibid. in verbo, ſolue-
rit, Bald.ibid.num.1. Notandum obiter,
5 quòd hoc caſu † libellus concludere de-
beat ad liberationem, non ad numera-
tionem pecuniæ, hoc eſt, vt ſoluatur cre-
ditori, text.not.in l.ſi quis mandato.ff.de
nego.geſt Bald.in d.l.ſi pro ea.nu.6. Diu-
6 turnum † tempus, etſi in dubio non ex-
preſſo certo tempore, de ſpacio decē an-
norum intelligi poſſit, per text. in l.ſi fi-
deicommiſſa.§. Ariſto. ff. qui & à quib.
manu.liberi non fiant.gloſ.ibid.in verb.
decennio: & in l.penult.& in l.fina.C. de
preſcrip.long.temp.glo.in l.1.§.quod au-
tem ait, in verbo, actio.ff. de ſuperficieb.
Alex.conſ.17.num.1.vol.4.incip.viſo in-
ſtrumento, quem ad hoc omninò vide.
tamen verius eſt, illud arbitrio iudicis re-
linquendum eſſe, text.in l.1.§.fi.ff. de iur.
delib.gloſſ.in d.l. Lucius. & in d.l. ſi pro
ea. Bald.ibid.num. 12. Socin.reg.148.fal-
len.3.Panor.in d.c.fi.nu.5. de fideiuſſ.glo.
in c.2.in verbo, non modicum, de reb.ec-
cleſ.non alien.gloſſ.in Clem.1.eo.titu.in
verbo fin. Hæc fallentia non procedit
in fideiuſſore euictionis, qui emptori de
euictione promiſit, quia talis promiſſio
conditionalis eſt, ſcilicet de futura eui-
ctione, vnde licèt diu fideiuſſor in pro-
miſſione ſtetit, non tamen diu ſterit in
obligatione, nec primò eſt liberandus,
quàm obligandus, & propter incertum
euentum debitori nulla culpa aut mora
imputari poteſt, ita docet Bald. in d.l. ſi
pro ea.num.5. Alexand.in l. facere poſſe.
num.1.cum ſequ.ff.ſolut.matrimo.Bald.
in l.1.nu.2.C. de fideiuſſor.minor. Quò
7 pertinet, quòd † debitor conditionalis
propriè debitor non ſit, ſicut nec credi-
tor conditionalis propriè creditor dici-
tur, text in l.debitor.ff.de verb.ſig.in glo.
ibi.in verb.exigi.per tex.notab.in l.Fulci-
nius.§.ſi in diem.ff.quib. ex cauſ. in poſſ.
eat. Secūdò fallit prædicta iuris theorica,
ſi debitor dilapidare bona ſua cœperit:
quod eſt intelligendum de magna dila-
pidatione, de prodigalitate ex qua debi-
tor ad paupertatem peruenire poſſet, ita
vt † fideiuſſor meritò damnum metuat: 8
quia tunc, cùm periculum ſit in mora, re-
ctè ante ſolutionem ad liberationem a-
git: non enim tenetur expectare tantiſ-
per, donec facultatibus omninò labatur,
omnia conſumpta, & in fumum cine-
remq; redacta ſint: iura enim vigilātibus
ſubueniunt, non negligentibus, text.in l.
pupillus.§.ſi ff. quæ in fraud. credito.ita
notat Bal.in d.l.ſi pro ea.nu.1.Soc.d.reg.
148.fal.1.Alb.Brun.in trac.ſtatu.art.9.nu.
92. ſecùs ſi modica, & parua dilapidatio
ſit, quia de modico nō curat prætor, text.
in l.ſcio.ff.de reſt.in integ.gl.ibid.in ver.
ſummam. Sic modicum damnum non
præſtat colono penſionis remiſſionem,
text.in l.ſi merces.§. vis maior.ff.locati.
Et pro modica læſione nō datur reſtitu-
tio.d.l.ſcio.ff.de in integ reſt.Iaſ.conſ.63.
nu.3.vol.1. Item in minimis, fraudis præ-
ſumptio excluditur, text. in l. cùm hi. §.
modus.ff.de tranſact. & vulnuſculum ꝑ
vulnere nō attenditur, text.notab.in l.1.
§.proinde.ff.de edilit.edict. & in §.1. Au-
then.de defenſorib.ciuita. Et licèt in ſti-
pulationibus actus cōtinuus requiratur,
text.in l. continuus.in princip.ff. de ver-
bor. obligat. tamen modicum interual-
lum non vitiat ſtipulationem, text. in l.
duos.§.fina.ff. de duob. reis. Iaſ. in l. 1.§.
qui præſens, num.6.ff. de verbor obligat.
Vide Brunum loco allegato vbi plura
exempla recenſet. Prætereà hæc ſecunda
limitatio, de ea † dilapidatione intelligi 9
debet, quæ fideiuſſionem ſubſequitur, ex
qua iuſtus damni timor ſuboritur.tex.in
l.planè ſi,ff. vt in poſſ. leg. ſecùs ſi inter-
poſuit fidem pro eo, quem ſciuit tempo-
re contractus prodigum eſſe, nullamq́ue
ſumptuum rationem habuiſſe: quo caſu
ſibi imputare debet, quòd ſciēs prudenſ-
q́ue pro tali decoctore fideiuſſerit, tex.in
l.ſi creditores.ff. de priuileg. cred. & in l.
ſi is à quo, §.fin.ff. vt in poſſ.legat. text in
l.qui bona.§.de illo.ff.de dam. in fec. Nō
enim ei ſuccurrendum, qui ſe vltrò ne-
ceſſitati exponit, text. in l. ſi fideiuſſor.
§.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſd.cog.gloſſ.ibid.
in verbo, neceſſitatem, cum allegatis
ibid. Canoniſt. in c. quemadmodum,

ext.de iure iur. Bal.in d.l.ſi pro ea.num.1.
Bart.& Dd.in l.ſi conſtante.ff.ſolut.ma-
trim. Volenti enim & ſcienti non fieri
iniuriam notum eſt, tex.in d.l.qui bona.
§.de illo. & in l.nemo videtur.ff. de reg.
iur. & in c.ſcienti eod.titul. in 6. & in l.
cùm donationis.C. de tranſact. item ſci-
ens æquiparatur renunncianti,tex.in l.1.§.
fi.in fin.ff.de act.empt.Quemadmodum
10 in ſimili, conductor † domus ruinoſæ, ſi
tempore locationis domum ruinoſam
eſſe ſciuit, non poteſt poſtea eam ob cau-
ſam, ante finitum locationis tempus, ni-
ſi prius integra penſione ſoluta emigra-
re: ſecùs eſt, ſi vitium ignorauerit, & de-
mùm poſt cõtractum locationis ruinam
metuere inceperit, text. in d.l. qui bona,
§.de illo,& in l.inquilino.ff.de damn.in-
fect.glo.in l.habitatores.§.fi. in verb. ve-
rè.ff.locat.Bal. cõſi.366. per totum.incip.
11 Quæſtio.volu.1. Sic † ex communi Dd.
opinione beneficiũ,l.2.C. de reſcin.ven.
nõ habet locum in ſciente læſionem vl-
tra dimidium iuſti precij: nam tali caſu
partim vendere, & partim donare cẽſe-
tur, p tex.in l.quæritur.§.ſi venditor.ff.de
ędil.edict. Alex.conſi.127.nu.1.volu.2.in-
cip.viſo proceſſu, Dec.conſil.583. num.1.
incip.iuridicam eſſe, vbi communem di-
cit,& plura exempla adducit. Quid autẽ
ſi debitor ante fideiuſſionem cœperit eſ-
ſe prodigus, poſteà verò in ea perſeuera-
uerit, annè ob continuatam illam pro-
digalitatem fideiuſſori ad liberationem
actio competat? Maximè, quia continua-
ta illa prodigalitas, iuſtum futuri pericu-
li & damni metum adfert: adeoq; huiuſ-
modi metus, poſt factam fideiuſſionem
ſuperueniſſe intelligitur, ita ſingulariter
tradit Bal.in d.l.ſi pro ea. per tex.in d.l.ſi
fideiuſſor.§.fi.ff.qui ſatiſd.cog.gloſ.ibid.
in verbo, officium. Tertiò fallit, quando
12 † fideiuſſor ſentẽtia iudicis ſoluere con-
demnatus eſt, text. in d.l. ſi pro ea. Bald.
ibid.nu.7.extendens illud ad inſtrumen-
ta guarentigiata (vt vocant) quæ ex for-
ma ſtatuti executionem paratam habẽt,
vt tali caſu fideiuſſor ante cõdemnatio-
nem, & quidem incontinenti agere poſ-
ſit ad liberationem, quod ſequitur Soci.
13 reg.147.fall.9. imò ſtatim poſt † conclu-
ſionem in cauſa, non expectata condem-
natione agere poteſt, ſecundum Bald. in
d.l.ſi pro ea, num.9.& in l.ſi fideiuſſor.ff.
de fideiuſſor.Soc.d.reg.148.fall.2. Quar-
tò fallit, ſi ita inter debitorem & fideiuſ-
ſorem conuentum ſit, quod ante ſolu-
tionem ad liberationem agere poſſit,
per text.in d.l.ſi pro ea, quia tritum eſt, ex
† conuentione, contractus legem acci- 14
pere, tex.in l.1.§. ſi conueniat.ff.depoſiti,
cum ſimilib. vel ſi ad certum tempus fi-
deiuſſerit, illudque effluxum ſit, quia pa-
cta ſeruanda ſunt, tex.in l.iuris gentium,
§ prætor ait, ff. de pact. & in l.fi.C.de iur.
emphyt. Quintò fallit in † ſtudioſo fide- 15
iuſſore, ſi is ſtudiorum gratia ab vna vni-
uerſitate ad aliam proficiſci velit: quo
caſu, rectè ante ſolutionem ad liberatio-
nem agere poteſt vt refert Panor. in d.c.
fin.num.4.extr.de fideiuſſ.& Rom.ſing.
101.incip. quod te, vbi dicit illud eſſe di-
ctum vnicum in mundo.Soc.d.reg 147.
fall.5. argum.l. filiusfamilias.§. fin.ff. de
procurato.l.licet.ff. de recep. arb. ibi, vel
profectio vrgens, l.ſi longius, in princ.ff.
de iud. vbi bonus ad hoc text. ibi, vel ne-
ceſſaria profectione. Sextò fallit in ca-
ſu quem refert gloſſ. in d.l. ſi pro ea, in
verb. feceris, ſi videlicet † animo no- 16
uandi promiſſum ſit, quia tunc videtur
debitorem liberaſſe, & per conſequens
ſoluiſſe, proindè ſtatim rectè agit, text.in
l.ſi mandato meo.§. in iudicio.ff.mand.
gloſſ.ibid.in verbo, factus ſim, tex.in l.in-
ter cauſas.§.ſi is qui fideiuſſori.ff eod.tit.
Socin. d.regu.147. fallen.6. Hinc etiam
eſt, quòd † fideiuſſor animo nonãdi pro- 17
mittens non habeat beneficium excuſ-
ſionis, vt eſt gloſſ. notab. in d. Authent.
de fideiuſſ §.ſi quis igitur. in verb.fideiuſ-
ſorem.Bald.in l.antiquæ.§.1.num.2.C.ad
S.C.Velleia. idem in l. in perſonam.§.1.
num.2.ff.de pact.vbi dicit, quòd promit-
tens animo nonandi, non dicatur pro-
priè fideiuſſor.Curt.ſenior conſil.6.nu.3.
incip. Primo aſpectu, vbi communem
dicit.Petr.Duennas reg.335. in 5. limitati-
one. Plures limitationes tradit Socin.d.
reg.147. ad quem recurre. & Dd.in d.l.ſi
pro ea.C.mandati.

OBSERVATIO XXX.

Nouatio an ope exceptionis inducta eſſe intelligatur.

SVMMARIA.

1 *Nouatio an ope exceptionis fiat.*
2 *Pars affirmatiua.*

3 Pars

3 *Pars negatiua verior.*
a *Tacitum idem operatur quod expreſſum.*
b *Lex non verbis, ſed rebus poſita eſſe debet.*
4 *Quam Camera ſequitur.*
5 *Creditor ex vtraque obligatione agere poteſt.*
6 *Fideiuſſores primi per ſecundam obligationem non liberantur.*
7 *Nouatio fit delegatione.*
8 *Delegatio valida requirit ſtipulationem delegati & creditoris.*
9 *In nouatione per delegationem facta iura antiqua non ſunt correcta.*
10 *Pignora in nouatione repetita retinent priuilegium temporis.*
11 *Fideiuſſor quatenus prorogatione termini principalis facta liberetur.*
12 *Fideiuſſor Capitanei ad certum tempus, an lapſo tempore liberetur.*

COntrouerſum eſt apud iuris inter-
pretes: verùm in caſibus, in quibus
1 olim ipſo iure † nouatio fiebat, hodiè
ſaltem ope exceptionis facta eſſe intelli-
gatur: hoc eſt, ſi quis velit agere ex prima
obligatione, an illi opponi poſſit exce-
prio nouatæ actionis, videlicet, primam
obligationem per ſecundam nouatam
eſſe, ſi non ſit expreſſè inter partes hoc
actum, quòd ſecunda obligatio primam
2 nouaret. Partem † affirmatiuam, quòd
nouatio hodie ope exceptionis facta eſ-
ſe cenſeatur, tenet glo. in l. 2. ff. de nouat.
in verb. agatur. quam ſequitur ibi Bar. nu.
1. & Ang. nu. 3. glo. in l. fi. C. eo. tit. in verb.
fi. Bal. ibid. nu. 1. gloſ. in l. pen. in verb. vo-
luerit. vbi Bart. nu. 3. in fi. Ang. nu. 2. in fi.
ff. de prætor. ſtipul. Idem in repet. l. 1. C. de
iudic. num. 41. vbi latiſſimè Alex. in l. 4.
§. ſi ex cõuentione. ff. de re iudic. vbi ma-
gis communem dicit. Deci. conſil. 400.
in fin. incip. viſo eleganti conſilio. Salic.
in d. l. final. C. de nouationibus, & plures
alij: ita vt hæc opinio communis eſſe vi-
deatur, próut refert Deci. d. conſil. 400.
3 Sed contraria † opinio verior eſt, quòd
hodie non fiat nouatio, ne ope quidem
exceptionis, in caſibus, in quibus olim
ipſo iure fiebat, niſi adeò ſint veriſimiles
& vrgentes coniecturæ, vt ex ijs perſpicu-
um eſſe poſſet, à prima obligatione par-
tes recedere, & illam in ſecundam tranſ-
fundere voluiſſe, quia ex talibus veriſi-
milibus coniecturis ſatisfactum eſſet, d.
l. fi. quæ expreſſam partium voluntatem
requirit, ad hoc vt nouatio facta eſſe in-
a telligatur, per regulam, quòd † tacitum,
idem operetur quod expreſſum, text. in l.
cùm quid. ff. ſi cer. pe̢t. gloſ. notab. ibid. in
verbo, pro caûto, tex. in l. ſtipulationem,
ff. de iur. dot. & in l. quod ſi nolit. §. qui
mãcipia. ff. de ædit. edict. text in l. triticũ,
ff. de verb. obli. & quod d. l. fi. C. de noua.
non debeat † verbis, ſed potiùs rebus po- b
ſita eſſe. text. in l. fi. C. commu. de leg. quo
pertinet, quod probatio manifeſta dica-
tur, quæ per euidentes coniecturas colli-
gitur, text. in l. licet Imperator. ff. de leg. 1.
& in l. ſi quis locuples. ff. de manu. vin-
dic. Alex. conſil. 24. num. 6. volu. 2. incip.
animaduerſis his, Felin. in c. tranſlato,
nu. 4. in fine, de conſtitutio. Iaſ. in l. præ-
tor ait, nume. 4. ff. de noui oper. nuntiat.
Ceſſante autem manifeſta illa volunta-
tis coniectura, nouatio non cenſetur ta-
citè facta: hoc eſt, prima obligatio nõ erit
nouata per ſecũdam, nè ope quidem ex-
ceptionis, ponderando verba d. l. finalis.
ibi, nihil penitus innouari, quæ ſunt vni-
uerſaliter negatiua. Ita tenet Imol. in l.
qui vſumfructum. nu. 2. ff. de verb. oblig.
Idem in d. l. pen. de prætor. ſtipul. Salic. in
d. l. fina. nu. 3. Afflic. deciſ. 44. nu. 15. Alex.
latè ſibi contrarius, conſi. 13. nu. 6. volu. 2.
incip. viſis & conſideratis, vbi Molinæ.
dicit hanc opinionem eſſe veriorem &
communem, ſi opiniones numerentur.
Idem Alexan. conſi. 72. nu. 2. vol. 2. incip.
viſis & diligẽter, vbi magis communem
dicit. & conſi. 58. nu. 1. in fi. vol. 6. incip. vi-
ſis & diligenter, & conſi. 72. num. 10. eod.
volu. incip. habita oportuna. Bertrand.
conſi. 338. nu. 1. vol. 3. par. 1. vbi plures alle-
gat, & communẽ dicit. Ludouic. de Go-
zadi. conſi. 38. nu. 1. incip. In cauſa nobili-
um, vbi communem dicit, per text. in §.
prætereà, Inſt. quib. mod. tol. oblig. Et hãc
opinionem † Camera tanquàm veriorẽ 4
ſecuta eſt. Ex quibus infertur, quòd † cre- 5
ditor ex vtraque obligatione, tam ex pri-
ma, quàm ex ſecunda agere poterit, duæ
erunt obligationes, quod in vna deeſt,
hoc per aliam ſuppletur, text. in d. l. fi. &
in d. §. præterea. tex. in l. 2. & in l. ſi Stichũ.
§. t. ff. de nouat. glo. in l. qui bis. ff. de verb.
obliga. Zaſ. ibid. nu. 22. & cõmuniter Dd.
Prima enim non eſt nouata per vltimã,
niſi expreſſè hoc actum ſit, vel id ex ma-
nifeſtis coniecturis colligi poſſet, vt iam
dictum eſt. Alius huius Obſeruationis
effectus eſt, quòd † fideiuſſores in prima 6

obligatione dati non liberentur per ſe.
cundam obligationem, in qua alij quo.
que fideiuſſores conſtituti ſunt. Bart.in l.
Valetianus.ff. de prætor.ſtipul. num.5. &
ibid.pulchrè Ange.nu.3.in fi. vbi hoc ex.
emplo declarat, quem refert & ſequitur
Soc.d.conſ.21.nu.11.circa fi. Imol. in d.l.
qui vſumfructum. & in d.l. 2.ff.de nouat.
Et hæc diligenter in praxi obſeruanda,
quia multi fideiuſſores opinione factæ
nouationis miſerè impingunt, & decipi.
7 untur. Illud † quoq; pro limitatione d.l.
fi.C.de nouatio.obſeruandum, per dele.
gationem fieri nouationem, etiamſi hoc
expreſſè actum non ſit, nam qui delegat,
ſoluit: quia nomen debitoris cenſetur in
ſolutum datum, text.in l delegare.la.1.ff.
de nouat. text.in l.quamuis.§. interdum,
8 ff.ad S.C.Velleia.ſed † ad validitatē dele.
gationis ſtipulatio inter debitorem de.
legatum, & eum, cui fit delegatio, requi.
ritur, ſolaq; promiſſio debitoris delegati
de facienda ſolutione non ſufficit, per
text.in l.2.C.de nouat.Alex.conſ.173.nu.
3.cum ſeq. vol.7. incip. viſis depoſitioni.
bus, vbi hoc pulchrè declarat. Dec.conſi.
421.nu.16.incip.plenè et ſubtiliter, Dd.in
d.l. delegare, & in l. ſingularia.ff. ſi cert.
9 pet. In † tali ergo nouatione, quæ fit per
delegationem iura antiqua nō ſunt im.
mutata per d.l.fina. vt notat gloſſ. in l.3.
in verbo, non eſt.C. de nouat. Alexan.d.
conſi 173.num.6.in fin. & Deci. d. conſil.
10 421 num.16. An autem † pignora in no.
uatione repetita cenſeantur cum priui.
legio prioritatis repetita, habemus ele.
gantem text. quòd ſic. in l.3.ff. qui pot.in
pig.hab.Bar.ibi.in princ.Idem tenet Ne-
guzan.in trac.ſuo de pig.& hypoth.part.
5.mēbro 2.nu.13. Et ita in Camera iudica.
11 tum memini. Item quòd † fideiuſſor ad
certum tempus prorogatione credito.
ris, inſcio fideiuſſore debitori facta, libe.
retur, eſt text.notab. in l.ſi cùm Hermes,
C.loca & in l.item quæritur,§.qui imple.
to, ff eod tit.text.in l.Labeo, aliàs incipit,
ſi arbiter,§.fi.ff.de recep. arbitr. Feli.in d.
c.de cauſis, num.3.de offic.& poteſt.iudic.
deleg.Iaſ.in l.1.num.15.C.de iudicijs. Ra.
tio, quia quando de præiudicio tertij agi.
tur, tunc tempus prorogatum non dici.
tur idem tempus Feli.in d.c.de cauſis. ſe.
cùs eſt in fideiuſſore ſimpliciter dato ſi.
ne aliqua termini circumſcriptiōe: quo
caſu prorogatione termini nō liberatur
fideiuſſor, Alex.in d.l.qui vſumfructum,
ff.de verb.obl. & d.conſ.72. vbi omninò
vide.Dec.conſ.400.nu.1. & 2.incip. viſo
eleganti, Dd. in c.conſtitutus, de fideiuſ.
ſorib.Bart.in l.Lucius, la.2.§.Paulus.ff.de
admi.tuto. & ſic obſerua prorogationē
termini liberare fideiuſſorem, quandò
tempus adiectum fuit cauſa limitandæ
obligationis, ſecùs ſi tempus ſolummo.
dò ſolutioni adiectum ſit, quo caſu pro.
rogatio termini non liberat fideiuſſorē:
& ideò † ſi quis fideiubeat Principi pro 12
Capitaneo, cui caſtri cuſtodia committi.
tur, ad certum tempus, ſi Princeps elapſō
termino diutius patiatur manere Capi.
taneum in caſtro, & ille poſtea culpa, vel
dolo caſtrum amittat, fideiuſſor nō tene.
bitur, d.l. Lucius, la.2 §. Paulus, ſecùs ſi
ſimpliciter, & purè, nullo præfixo tēpo.
re, fideiuſſiſſet, quia tunc prorogato tem
pore etiam obligatus remanet, Bart.in d.
§ Paulus. Panor.in d.c.conſtitutus, Feli.
in d.c.de cauſis, Alex.d.conſ.72.nu.5.

OBSERVATIO XXXI.
De conſuetudine, & eius requiſitis.

SVMMARIA.

1 *Conſuetudo debet eſſe præſcripta.*
2 *Iudex iudicare debet ſecundum conſuetudinem.*
3 *Conſuetudo quanto tempore præſcribatur.*
4 *Reſeruata Principi quanto tempore præſcribantur.*
5 *Conſuetudo præſcripta alia conſuetudine tolli poteſt.*
6 *Imperator poteſt caſſare conſuetudines.*
7 *Actus bini iudiciales ſufficiunt ad introducendam conſuetudinem.*
8 *Actus extraiudiciales an probent conſuetudinem.*
9 *Tacitus populi conſenſus eſt cauſa proxima conſuetudinis.*
10 *Differentia inter ſtatutum & conſuetudinem.*
11 *Erronea conſuetudo non valet.*
12 *Conſuetudo quando dicatur rationabilis.*
13 *Arbitrio iudicis committendum, quæ dicatur iuſta conſuetudo.*
14 *Conſuetudo contra ius diuinum vel naturale non valet.*
15 *Teſtes quomodo de conſuetudine deponere debeant.*
16 *Teſtes ſingulares non probant conſuetudinem.*
17 *Conſuetudo notoria non opus habet probatione.*
18 *Notorium non releuat ab onere probandi.*

AD inducendam conſuetudinē qua.
tuor principaliter requiruntur. Pri.
mò requiritur † legitima præſcriptio, 1
per text.in c.final. de conſuet. gloſſ ibid.
in verb. legitimè, text. in l. diuturna.ff.
de le.

de legib. nam quoties de conſuetudine
ſit mentio, intelligitur de præſcripta, per
tex. in c. cuniana de elect. & in l. de quib*,
§.1.ff. de legib. Alex. conſ. 136. nu. 17. vol. 1.
incip. in cauſa & lite. Secundò, frequētia
actuū, tex. in l.1. C. quæ ſit longa conſuet.
Tertiò, tacitus populi conſenſus, tex. in l.
ſed ea. ff. de legib. Quartò, conſuetudinis
æquitas, ꝙ nimirum rationi ſit cōſentanea,
text. in c. 2. §. fi. & in c. mala aūt conſuetudo
cum ſeq. diſtin. 8. text. in d. c. fi. §.
fi. glo. ibid. in verbo, rationabilis, tex. in §.
nulli verò liceat, Auth. vt nulli iudic. lice.
haber. loci ſeruato. vbi dicitur, malas
cōſuetudines, neq; ex lōgo tempore, neq;
ex longa cōſuetudine confirmari, ad idē
eſt tex. in l. quod non ratione. ff. de legib.
Dd. plenè in l. de quib. ff. d. tit. & in d. c. fi.
de conſuet. vbi glo. & Panor. octo requiſita
cōſuetudinis ponunt. Quoniam verò
hæc materia cōſuetudinis in foro frequens
eſt, cùm qualibet prouincia, ne dicam
cinitas, aut villa, ſuas ſingulares ha-
2 beat conſuetudines, & † iudex ſecundum
eas iudicare debeat, nè litem ſuā faciat, &
in ſyndicatu teneatur, ꝑ text. in Auth. iubemus.
C. de iudic. & notata ſup. lib. 1. Obſerua.
36. de ſingulis ſupradictis requiſitis
communē Dd. opinionem paucis referam.
Quóad primū requiſitum, de legitima
præſcriptione conſuetudinis, diſtinguendum
inter ius Canonicum, & Ciui-
3 le. De iure Canonico, quando † conſuetudo
introducitur præter ius, tempus decennij
ſufficit: ſi cōtra ius, quia in eo præiudiciū
ſuperioris verſatur, præſcriptione
40 annorum opus eſt. gl. in d. c. fi. Panor.
ibid. nu. 11. glo. in c. fi. de conſuetu. in
6. in verb. conſuetudo. Iaſ. in d. l. de qbus,
nu. 33. in fi. Pet. Duenuas reg. 139. cum ſeq.
vbi rationē differentiæ tradit. De iure verò
ciuili concludunt, decē annorum tempus
indiſtinctè, ſiue conſuetudo ſit cōtra
ius, ſiue pręter ius ſufficere: quia ad introducendā
conſuetudinem longum tempus
reqritur, glo. in d. l de quibus, in verbo,
inueterara, ſed longum tempus de iure
ciuili decē annorum ſpacio concluditur,
tot. tit. C. de præſcrip. long. temp. tex.
in §.1. Inſt. de vſucap. glo. in d. l. de quib*,
ergo tanto tempore conſuetudo introduci
poteſt, ita argumentatur Panor. in
d. c. fi. nu. 11. de conſue. Bar. in d. l. de qbus,
nu. 14. Iaſ. ibid. nu. 33. vbi communem dicit.
Duennas reg. 138. in princip. ſimiliter
communem dicens. Et hoc tempus decennij
à tempore primi actus initium accipit,
& currere incipit, vt notat Barto. in
repet. d. l. de quibus, num. 15. Iaſ. ibi. nu. 33.
Quandoq; etiam de iure ciuili † decenniū 4
nō ſufficit: putà ſi cōſuetudo tendat contra
ea, quæ ſunt principi in ſignum ſupremæ
poteſtatis reſeruata: quo caſu tanti
temporis ꝑſcriptio requiritur, cuius initij
memoria non extat in contrarium, ꝑ
text. in c. ſuper quibuſdam § præterea. de
verb. ſign. Panor. & alij in d. c. fi. text. in l.
1. ff. de aqua plu. arcen. & in l. hoc iure, §.
ductus aquæ. ff. de aq. quoti. & æſtiua. Iaſ.
in d. l. de quibus, nu. 35. vbi hoc multis exemplis
illuſtrat, quē omninò vide. Alex.
conſ. 6. nu. 4. volu. 1. incip. Viſo themate,
vbi dicit, magis cōmunem opinionem
eſſe, ꝙ communitas ius percipiendi pædagium,
etiam ſine Principis ſcientia, intrà
tempus hominum memoriam excedente,
præſcribere poſſit. Vide Duen. d.
reg. 138. cum tribus ſequētib. Ad hæc meminiſſe
oportet, conſuetudinē † præſcri- 5
ptam alia conſuetudine contraria præſcripta
tolli, vt notat gloſ. ſingularis, in l.
nemo. §. temporalis in verb. tēporalis. ff.
de reg. iur. Dec. ibid nu. 1. & 2. Pano. in d.
c. fin. nu. 19. Duennas reg. 142. nu. 1. plenè
Feli. in c. cùm acceſſiſſent, nu. 30. de conſtit.
Iaſ. in d. l. de quibus, nu. 69. Et Impe-
ratorem † pragmatica ſanctione cōſue- 6
tudines caſſare poſſe certum eſt, ꝑ text. in
Auth. omnes peregrini. C. cōmu. de ſucceſſ.
Bal. ibid. nu. 3. cum ſeq. text. in Auth.
nauigia. C. de furt. vbi Bald. per totam.
Quod ad ſecundum requiſitum attinet,
ſcilicet frequentiam actuum, communis
eſt opinio, duos † actus iudiciales cū lap- 7
ſu decennij ſufficere, vt notat gl. in d. l. de
quibus, in verb. inueterata, quæ communiter
approbatur, cum hoc tamē moderamine,
vt procedat, quādo bini illi actus
ita ſint notorij, vt veriſimiliter in populi
notitiam veniant: aliâs duo actus non
ſufficerent, ſed tot requiruntur, vt ex ijs
tacitus populi conſenſus colligi poſſit,
quod exemplis oſtendunt, & prolixiùs
tractant, Bart. in 2. lectura. d. l. de quib. nu.
10. Iaſ. ibi. nu. 41. Panor. in d. c. fin. nu. 17.
Sed quid de † actib* extraiudicialibus, an 8
ſufficiant ad introducendam conſuetudinem?
Accurſ. in d. l. de quib. hoc negare

videtur,per text.in l,cùm de conſuetudi-
ne.ff.de legib.vbi dicitur,explorandum,
an contradicto iudiclo conſuetudo fir-
mata ſit. Breulrer,communis opinio te-
net,nõ ſolùm actus iudiciales, ſed etiam
extraiudiciales ſufficere, dummodò ta-
les ſint actus,vt ex ijs de tacito populi cõ-
ſenſu conſtare poſſit. Ita tenet Bar.in d.l.
de quibus,nu.13.Iaſ.ibi.nu.41.Bart.in d.l.
diuturna.in prin.Panor.in c.Abbate, nu.
13.de verb.ſig.per illum tex. Idem in d.c.
fi.nu.16.de conſuet. Vtrobiq; dicit illam
eſſe communem opinionem, quam etiã
Camera ſæpè ſecuta eſt. Tertium,& qui-
dem pręcipuum requiſitum conſuetudi-
9 nis,eſt tacitus † populi conſenſus, qui eſt
cauſa proxlma conſuetudinis, per tex.in
d.l.de quibus.ibi,iudicio populi receptæ.
vbi Bar.in 2.lectura,nu.10. & in repetit.
eo.nu.& ex actuũ frequentia, vſu, & mo-
ribus colligitur,tex.in l.2.C.quæ ſit long.
conſuet.putà ſi tales ſint actus,qui veriſi-
militer in notitiã populi peruenire que-
ant,vt dixi ſupr.in ſecundo requiſito.Pa-
nor.in d.c.fin.nu.17.vbi dicit,non actus,
ſed racitũ populi conſenſum,ipſam con
ſuetudinem inducere,dicitur enim con-
ſuetudo, quaſi communis aſſuetudo,tex.
in c.conſuetudo.§.porrò diſtinct.1.verſ.
vocatur autem.Guido deciſ.631. nu.11. &
ideo quotieſcunq; ex cõiecturis talis po-
puli cõſenſus haberi poteſt, actuum fre-
quentiam non eſſe curãdam, & hanc di-
cit eſſe cõmunem opinionem.facit text.
in d.l.diuturna.ff.de legib. vbi Bart.nu.1.
quòd conſuetudo ex tacita populi con-
uentione vigorem accipiat. Vnde etiam
10 † differentia inter conſuetudinẽ,& ſtatu-
tum colligitur, quòd ſtatutũ expreſſum
populi conſenſum : cõſuetudo verò tan-
tùm tacitum habeat,texr. in d.l.de quib9,
Bar.in d.l.diuturna & redacta in ſcriptu-
ram , nihilominus conſuetudo manet,
quod præclarè explicat Bar.in repet.in d.
l.de quibus,nu.7.8.& 9.Iaſ.ib.nu.26. Præ-
11 tereà hic obſeruandum, quòd † cõſuetu-
do errore inducta non valeat,quia error
tacitum conſenſum populi, tanquã cau-
ſam efficientem excludit,gl.in d.c.fi. Pa-
nor.ibid.nu.12. vbi hoc pro ſingulari re-
quiſito ponit. Quartò requiritur, quòd
conſuetudo ſit rationi cõſentanea, quia
cõſuetudo eſt lex,tex.in §.ius ciuile,Inſti.
de iur.natu.gent.& ciui. & lex ſancta eſſe
debet, text. in d.l. quod non ratione.ff.
de legib.& tex.in d.c.fin.§.fin. de conſue-
tud.vbi glo.in verb. rationabilis, quæ di-
cit illam † eſſe rationabilem conſuetu- 12
dinem, quæ non improbatur à iure:irra-
tionabilem quam iura reprobãt, Dd.cir-
ca hunc arriculum variè diſtinguunt.
Quidam finem vtriuſque iuris conſide-
rant,nam finis iuris diuini,& Canonici,
eſt fœlicitas animæ, & vita æterna, finis
iuris ciuilis,eſt bonum publicum : ſi ad
hunc finem reſpectiuè tendant conſue-
tudines, tanquam rationi conſentaneas
admittendas eſſe : ſecùs ſi repugnent ſuo
fini. Alij ſimpliciter affirmant illam con
ſuetudinem valere,cuius obſeruantia nõ
inducit peccatum. Sed communis opi-
nio habet, certam doctrinam circa hoc
dari non poſſe, & ideò † arbitrio iudicis 13
committendum, vtrùm conſuetudo ſit
ratione fundata,an verò improba,& po-
tiùs quædam corruptela appellanda.d.l.
quòd non ratione.iudicem diſcretum &
prudentem conſiderare debere, vtrùm
finis conſuetudinis ſit bonus,vel repro-
bus,an contra ius,vel præter ius, an iuſta
ratione iudicio populi inducta ſit, nec
nè.ita concludit Panorm.in d.c.fin.nu.5.
apoſtilla ibid. dicens eam eſſe commu-
nem. & idem tenuit glo.notab. in c.1. de
conſtit.lib.6.in verb.rationabilia. Franc.
ibid.nu.18. Baptiſta à Villabos, commu.
opinio.in verb.conſuetudo,nu.179. Ge-
neraliter autem non valet † conſuetudo 14
contra ius diuinum, vel naturale : quod
eleganter explicat, & declarat Panor.in
d.c.fi.nu 2.& 3.de conſuet.Modo ad pra-
xim veniamus. Qui ſuper conſuetudine
inrentionem ſuam fundat, is eam pro-
bare debet:quia conſuetudo facti eſt,per
tex.in d.c.1. de conſtitutionib. in 6. facta
non præſumuntur,niſi probentur,p tex.
in l.in bello.§.factæ.ff. de capti. & poſtli.
reuerſ.& l.1.C.de probatio. cũ ſimilibus:
& probare eã debet cum ſuis requiſitis,
aliâs ſuccumbet: proindè † teſtes ad pro- 15
bandam conſuetudinẽ producti, de hu-
iuſmodi requiſitis cum ratione ſcientiæ
deponere debent, qnia nõ ſufficit talem
extare conſuetudinem,ſed neceſſe eſt da-
re rationem ſcientiæ:putà,quia viderunt
ita obſeruari in ſimilibus caſibns & acti-
bus,idque frequenter,& longo tempore,
publicè,præſentibus & ſcientibus multis
perſo-

perſonis, adeò, quod inde appareat inter-
ceſſiſſe tacitum conſenſum populi, aut
ſaltem maioris partis. pulchrè Cyn. in l.
2. C. quæ ſit long. conſuet. Alex. d. conſil.
136. nu. 18. volum. 2. Idem conſ. 196. nu. 14.
eod. volum. incip. Viſo teſtamento. Dec.
conſi. 215. nu. 2. cum ſeq. incip. In caſu ver-
tente. idem conſil. 483. nu. 25. cum ſeq. in-
cip. pro reſolutione. vbique præclarè do-
cent, quomodo cõſuetudo, & eius quaſi
poſſeſſio teſtib. probari debeat, ad idem
vide Ang. in §. ex non ſcripto. Inſt. de iur.
natur. gent. & ciuil. Prętereà teſtes in tem
pore, & actuum identitate cõuenire de-
bent: aliâs, ſi de diuerſis actibus depone-
16 rent, tanquàm † ſingulares fidem non fa-
cerent, Deci. d. conſi. 215. num. 3. vbi com-
munem dicit. Alex. d. conſil. 136. num. 18.
idem conſ. 72. num. 2. volum. 1. incip. In-
17 ſpecto diligenter. Fallit in notoria † con
ſuetudine, quæ nõ opus habet probatio-
ne. Bald. in l. 1. num. 5. C. ad S.C. Velleia.
idem in l. ſi fugitiui, nu. 3. C. de ſeru. fugi.
Dec. conſi. 483. nu. 2. incip. pro reſolutio-
ne. Alex. conſi. 14. volum. 5. num. 1. incip.
Viſo proceſſu. Zaſ. conſil. 5. nu. 109. vol. 1.
Iaſ. in d. l. de quibus, nu. 78. Curt. in tract.
feud. part. 1. quæſt. 1. nu. 13. Alex. in l. vnica,
C. vt quæ deſunt aduoc. vbi plenè exami-
nat, an notoria conſuetudo allegari de-
beat, Iaſ. in d. l. de quibus, concludit quòd
18 ſic: quia licèt † notorium releuet ab one-
re probandi, text. in c. ſuper eo, de teſtib.
cogend. glo. ibid. in verbo, non requirãt.
non tamen releuat ab onere proponen-
di, glo. ſing. in Clem. appellanti. de appel-
lat. in verb. aliâs cauſas. Alex. in l. dies. §.
hoc autem, nu. 21. ff. de dam. infect. idem
conſil. 225. nu. 18. volum. 6. Bal. in l. ea qui-
dem, nu. 44. cum ſeq. C. de accuſat.

OBSERVATIO XXXII.

Statuta laicorum an obligent clericos.

SVMMARIA.

1. *Statuta laicorum non ligant clericos.*
2. *Etiamſi fauorem eorum concernerent.*
3. *Statutum quòd res immobiles non poßint in clericos alienari, non valet.*
4. *Moniales ſtatuto à ſucceßione excludi non poſſunt.*
5. *Clericus an permiſſum ſit emere res immobiles, ſi ſtatutum factum ſit in contrarium.*
6. *Diſpoſitio ad publicam vtilitatem facta an obliget clericos.*
7. *Reſpub. fauore multa conceduntur, & quod clericis ob publicam vtilitatem collecta imponi poßint.*
8. *Statuta laicorum contra clericos quoad acquirenda an valeant.*
9. *Statutum quòd res maneat tributaria, etiamſi ad clericum perueniat, valet.*
10. *Clericus quoad præparatoria iudicij obligatur ſtatutis laicorum: ſecùs quoad deciſoria.*

STatuto alibi cautũ eſt, quòd res
immobiles inter præſentes tri-
um annorum ſpacio præſcribi
poſſint. Quærebatur verùm tale ſtatutũ
laicorum haberet etiam locum contra
perſonas Eccleſiaſticas. An videlicet cle-
rico agenti poſſit obijci exceptio pręſcri-
ptionis ex ſtatuto? Concluſum fuit quòd
non. Vt in cauſa Annæ Iſenmanhin /
contra ſanct Niclaſen Gotʒhauß ʒu obe-
ren Bibingen / Anno 68. Idque per regu-
lam quòd ſtatuta † laicorum non ligent 1
clericos, cùm ſint contra libertatem ec-
cleſiaſticam, per text. in Auth. caſſa. C. de
ſacroſ. eccle. & ibid. Bar. nu. 2. Cy. & com
muniter Dd. ibid. text. notab. in c. eccle-
ſia ſanctæ Mariæ. de conſtit. vbi exactiſſi-
mè & latiſſimè hanc materiã proſequi-
tur Panor. in rep. ſua. nu. 26. & 37. cũ ſeq.
dicens, prædictã regulam vſq; adeò verã
eſſe, vt nõ valeat ſtatutum, etiam † fauo- 2
rabile & clericis vtile, ſi videlicet in ſpe-
cie diſponeret aliquid de eccleſiaſticis
perſonis, vel earum rebus, nec ſit ab ec-
cleſia, vel Pontifice approbatum, ſecun-
dum diſtinctionem Panor. vbi ſup. nu. 5.
& 14. Felin. ibid. num 76. & communiter
Canoniſtæ. ſecùs ſi generale ſit ſtatutum:
quo caſu, quando de commodo & fauo-
re clericorum agitur, fit extẽſio etiam ad
perſonas clericorum. Idem tenet Bald.
In l. cunctos populos. C. de ſum. trinit. &
fid. Cathol. vi dicit, quòd ſtatutum gene-
rale laicorum includat clericos inclu-
ſione fauorabili, vide Hippol. ſing. 29. in-
cip. Statuta laicorum. Barr. in l. 1. num. 3.
ff. de his quæ pœn. nom. Anchar. in c. ea
quæ, num. 28. de regul. iur. libr. 6. pulchrè
Anto. de Butr. in c. clerici, num. 5. cum ſe-
quen. extr. de iud. per illum text. latè Ale-
xand. conſi. 209. volu. 2. per tot. incip. ſta-
tutis accuratè, text. In c. fin. de immunita.
eccleſ. lib. 6. apoſtil. ad Bart. in d. Authen.
caſſa. text. in c. nouerit. de ſenten. excom-
mu. Iaſ. in l. vt inter diuinum, nu. 30. C. de
ſacroſ. eccle. Bal. ibid. nu. 11. vbiq; dicunt,
nõ valere † ſtatutum diſponens res im- 3
mobiles non poſſe alienari in eccleſia-

ſticas perſonas: eò quòd huiuſmodi ſta-
tutum ſit cōtra priuilegium & libertatē
eccleſiæ.tex.in d.Auth caſſa.& in d.c.no
uerit,cum ſimilibus. Et ſi ſtatutum ſim-
pliciter diſponeret,quòd res immobiles
nō poſſent alienari in forenſes , qualia
ſtatuta multa ſunt paſſim in ciuitatibus
Germaniæ,tale ſtatutum non compre-
henderet eccleſiaſticas perſonas, text. in
d.c.fin.de immu.eccle.quia ſtatutum nō
extenditur ad non ſubditos, text.in c. à
nobis,el.1.de immun.eccleſ.Iaſ.in d. l.vt
inter diuinum.Vide Bart.& Dd. in l du-
dum,C.de contrah.empt.& in l.filiusfa-
mil.§.Diui.de leg.1. vbi concludunt, va-
lere ſtatutum,quòd res immobiles in fo
renſem laicum alienari nequeant , per
tex.in l.ſi in emptione.§.1. ff.de contrah.
empt.vbi dicitur, quòd omnium rerum
quas quis habere vel poſſidere, vel perſe-
qui poteſt,venditio rectè fiat : quas verò
natura,vel gentium ius, vel mores ciui-
tatis commercio exuerunt,earum nulla
venditio eſt,Bart.Bald.& Salic. ibid. Iaſ.
prolixè.in d.§. Diui.num. 71. cum ſequ.
vbi Dd.plures rationes aſſignant, vt ibi
per eos,& in d.l.dudum , per illum text.
Bald.in l.2.ff.de iuriſdict.om.iudic.& in
l.ea lege,C.de condict.ob cau. Ex eodem
fonte deſcēdit,quòd ſtatuta illa ex com-
muni Dd. opinione non valeant , quæ
4 ingrediētes in monaſterium à ſucceſſio-
ne excludunt, per text.in l.deo nobis. C.
de epiſcop.& cleric. & in d. Auth. caſſa.
Bart.in l.fin.num.6.C.de pact.vbi diſtin-
guit,quē ad hoc omninò vide, Feli. in c.
in præſentia.nu.38. de probat.Soci.ſenio.
conſil.241.num.5.verſic. ſed poſito, vol.
2.incip.Circa primum, vbi communem
dicit.Idem conſil.81.num.5.volum.1. in-
cip.In præſenti,ſicut nec illa valent, quæ
expreſsè ſtatuunt,quòd ingrediētes mo-
naſterium , vel moniales non ſuccedāt
extante maſculo: ſecùs ſi ſimpliciter &
generaliter diſponerent mulierem non
debere ſuccedere extante maſculo : quo
caſu rectè includuntur etiam moniales,
cùm in vniuerſum omnes fœminæ fa-
uore agnationis & familię excludantur,
nihilque eo caſu contra libertatem ec-
cleſiæ ſpecificè ſtatuatur , vide Socin.d.
conſil.81.& Dd.vbi ſuprà, latiſſimè Feli.
in d.c.eccleſia,S Mariæ.nu. 48. cum ſeq.
Porrò in quibuſdā locis Germaniæ ſta-
tuta ſunt,quibus † clericis ꝓhibetur em- 5
ptio rerum Immobilium , aut earū alie-
natio extra familiam , ſi ipſi poſſideant
res immobiles patrimoniales:item alia
ſtatuta,quibus prohibētur ſubditi in ſpe-
cie alienare res immobiles in eccleſiaſti-
cas perſonas. Et profectò ſi mens atque
intentio ſtatuentium rectè cōſideretur,
planè perſpicuum erit huiuſmodi ſtatu-
ta non eſſe vſque adeò exorbitantia, ne-
que cōtra libertatem eccleſiaſticam : ſed
magis ad publicā vtilitatem , & conſer-
uationem familię, atque agnationis ſpe-
ctare,tex.in l.1.§.fin C.de caduc. tollen.
tex.not.in l. vtilitas.C.de primipilo.libr.
12.& in l.actione.§.Labeo. ff. pro ſocio.
Et ita in terminis per multas rationes
conſuluit Signorol.de Homod. cōſi. 21.
incip.Statuto ciuitatis Mediolani, ꝑ to-
tum,dicens,nume. 19. quòd † diſpoſitio 6
illa non ſit cenſenda contra libertatem
Eccleſiæ , cuius authoritate aggrauatur
perſona eccleſiaſtica , publica vtilitate
hoc exigente:imò nō grauatur perſona
eccleſiaſtica,ſed potius ſubditorum po-
teſtas limitatur, facit ad hoc tex. in l. ad
inſtructiones, C.de ſacroſ. eccleſ. tex. in
c.peruenit,extra de immunit. eccleſ. So-
cin.ſenior d.conſi.241.num.3. volum.2.
Bald.in d.c.eccleſia S.Mariæ:vbi dicit va
lere ſtatutum factum in fauorē Reipub.
etiamſi ſit cōtra clericos, refert Hippol.
in pract.criminali,in § aggredior, num.
72.Multa † enim fauore Reipub. conce- 7
duntur , quæ aliâs non concederentur,
tex.in d.l.vtilitas, & in l.ita vulneratus,
verſi.ita aūt.ff.ad l.Aquil.& in d. l.1.§ fi.
C.de cad.tollen.cū ſimilib.ſic ob neceſſi-
tatem publicā poteſt clericis indici col-
lecta.tex.in d.l.ad inſtructiōes,Iaſ.& Dd.
in l.placet.C.de ſacroſ.eccleſ. Pariſ. con-
ſil.68.nume.14.& 22. volum.1.incip.quæ-
ritur,Alex.conſi.30.per totū.vol.5.incip.
ponderatis.Hippo.in d.§.aggredior , nu.
61.cum ſequentib.vſq; ad numerū 74.in-
cluſiuè,vbi multa exempla de prærroga-
tiua vtilitatis publicæ notatu digna re-
fert:quē ad hoc omninò vide. & Roma.
conſil.310.per totum.incip. In caſu pro-
poſitæ. Vnde etiam in Camera memini
approbata eſſe ſtatuta illa,quibus clericis
in acquirendis prohibetur alienatio re-
rum immobiliū extra familiam. Et hu-
iuſmodi ſtatuta, vt dictū eſt,non cenſen-
tur

tur eſſe facta contra libertatem Eccleſiæ,
cùm principaliter concernãt vtilitatem
publicam, nè immobilia tranſeãt ad ec-
cleſias, & non poſſint poſteà publica ne-
ceſſitate exigente alienari, nec publicis
8 functionibus grauari: Statutum † contra
clericos fieri non poſſet quóad acquiſi-
ta, Dd. in d.c. eccleſia S. Mariæ. ſed quóad
acquirenda, nè ciuitas vel Reſpub. iuriſ-
dictionem ſuper bonis immobilib9 ſub-
ditorum amittat, & ſubſidio collectarũ
careat, atque ſic onera realia ſuſtinere
nequeat, tale ſtatutum meritò valet, Bal.
ad rubr. de conſtitu. & in d.c. quæ in ec-
cleſiarum, eod. titu. Iaſ. in d.l. filiusfami.
§. Diui. num. 75. cum ſequen. quem om-
ninò vide. Hinc quoque eſt quòd vale-
ant ſtatuta, quòd † res ſubiecta iuriſdi-
9 ctioni ſtatuentium, manere debeat tri-
butaria, etiamſi ad clericos vel Eccleſia-
ſticas perſonas perueniat, quia reſpiciũt
quærenda, nè ciuitas perdat tributum,
Bart. in l. reſcripto. §. fin. num. 5. ff. de mu-
nerib. & honorib. Bald. in d.l. placer. C.
de ſacroſan. eccleſ. latè Iaſ. ibid. & in d. §.
Diui. num. 78. quia res tranſit cum ſuo
onere, texr. in l. 2. & in l. fina. C. ſine cen-
ſu vel reliq. text. in l. alienatio. ff. de con-
trahen. emptio. & in l. fina. §. Lucius. ff.
de donatio. Illud obiter obſeruandum,
10 quòd † clericus agens in foro ciuili, quó-
ad ſolennitates iudiciorum, & præpara-
toria, laicorum ſtatutis ligetur: ſecùs
quóad deciſoria, próut pulchrè declarat
Panorm. in repet. d.c. eccleſia S. Mariæ,
num. 24. cum ſequen. & nu. 42. quem ad
hoc omninò vide.

OBSERVATIO XXXIIII.

Statutorum interpretatio quomodo facienda.

SVMMARIA.

1 *Statuta ſeruanda ſunt ad literam.*
2 *Opinio ſtatuentium pro ratione habenda.*
Statutum quod non dicit, nec nos dicere debemus. Ibid.
3 *Generalia ſtatuta recipiunt interpretationem declaratiuam à iure communi.*
4 *Statuta ita intelligenda, vt nõ ſequatur abſurditas, aut læſio tertij.*
5 *Abſurditas in omni diſpoſitione vitanda.*
6 *Statuta interpretãda, nè quis indebitè damnum patiatur.*
7 *Ne ius à ſapiente reprehendi poſſint.*
8 *Intellectus. l. proſpexit. ff. qui & à quib. manumiſ.*
9 *Statuta ſtrictiſſimè intelligenda, quando derogant iuri communi.*
10 *Statuta excludentia fœminas ſunt inſtar exheredationis.*

Regulatiter † ſtatuta ad vnguẽ & 1
ad literam, próut iacent, accipi-
enda ſunt, ita vt generaliter ſcri-
pta generaliter quoq; intelligi debeant,
adeò vt nõ expreſſa ſtatutorum ratione
magis verba conſideranda ſint, quàm ra-
tio, tex. in l. proſpexit. ff. qui & à quib. ma-
nu. Bald. in l. maximum vitium, num. 15.
C. de liber. præter. Alex. conſ. 196. num. 2.
vol. 6. incip. perſpectis, & conſi. 32. num. 5.
volum. 7. incip. clariſſime domine, item
conſ. 45. num. 3. eo. volu. incip. habita pro
viribus, Bart. in l. omnes populi, ff. de iu-
ſtitia & iure: próut latius dixi ſupr. eod.
Obſer. 19. quia † opinio ſtatuentium pro 2
ratione habetur, ſufficit quòd ſtatuentes
exiſtiment ſtatutum eſſe bonum: nam
opinio pro ratione eſt, etſi in ſpecie ini-
quitatem aliquam contineat: fieri quip-
pe poteſt, vt ſtatutum moribus ſtatuenti-
um cõſentaneum ſit, licèt alibi iniquum
foret, ad hoc allegant omnes, d.l. proſpe-
xit, nu. 1. Bald. in l. non omnium. tex. in §.
ius ciuile, Inſti. de iur. natu. gent. & ciuili,
& vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtin-
guere debemus, vulgata l. de precio. ff. de
publicia. pulchrè Iaſ. in l. non dubium,
C. de legib. num. 38. tex. in l. in fraudem. §.
fin. Bal. ibid. ff. de milit. teſtam. quod igi-
tur ſtatutum nõ dicit, nec nos dicere de-
bemus, text. not. in l. ſi verò negotium. §.
de viro, ff. ſol. matr. & in l. 3. ff. de offi. præ-
ſid. tex. in l. ſi ſeruum, §. prætor ait, ibi, nõ
dixit prætor, ff. de acqui. hæred. Tantum
enim ſtatutum, vel conſtitutio diſponit,
quantum loquitur, & non plus, Cæph.
conſi. 277. num. 16. cum ſequen. volum. 2.
incip. conſtitutio, Rolan. conſi. 72. num.
51. volum. 3. incip. ſtante ſtatuto, Felin. in
c. cùm dilecta, nume. 6. de reſcript. Et
hæc quidem omnium maximè obti-
nent, ſi ſtatuta iuri communi derogent,
Dd. vbi ſupr. Nam licèt † ſtatuta gene- 3
ralia recipiant interpretationem decla-
ratiuam à iure communi, per text. no-
tab. in c. cũ dilectus. § quia nobis, de con-
ſuet. Vbi Panor. num. 21. text. in l. 2. C. de
noxa. act. vbi latè Salic. num. 2. Dd. in
l. fina.

l.final.§.In computatione.C.de iure de-
lib.Roma.conſil.144.num.3.Socin.con-
ſil.84.num.6.volum.1. latè Alberic. In l.
Cæſar,num.13.& 29. ff. de public. & ve-
ctig.tamen hoc non procedit in ſtatutis
derogantibus iuri communi:quia eo ca-
ſu ſimpliciter,&ad literam intelligenda
ſunt,Bald.in d.l. maximum vitium , nu.
15.Rom.conſi.199.num.12. cum ſequen.
Alexand.conſil.20.num.9. vol. 1. incip.
viſo proceſſu,& conſil.249.nu. 4. & nu.
6.vol.6.incip.perſpectis.Cotta in memo
rabilib.in verb. ſtatutum, Fell.in d. c. cũ
dilecta,nu.6.& num.9.Roland.d.conſil.
4 72.nu.6. Fallit hoc, ſi verba ſtatuti † ſint
generalia,&ex genarali intellectu ſeque-
retur abſurditas,iniquitas,aut læſio iuris
tertij:quia tũc generalitas illa à iure com
muni interpretationẽ recipere,& ita in-
telligi debet,vt quóad fieri poſſet,minus
ius cõmune corrigatur,tex.in d.c.cũ dile
ctus,§.quia nobis,glo.ibid. In verbo, nec
iuri,& in d.l.2.C.de noxal.actio.glo.no-
tab.in c.ſtatutũ,in verb.numerandũ, de
preb.in 6.Alex.conſi.106.nu.5. vol.5. in-
cip.viſis & oportunè,&conſil.107.nu.4.
eod.volu.incip.perſpectis, per l. ꝙ verò.
ff.de legib.Curt.ſen.conſi.35.nu.15.Socin.
ſen.conſi.31.nu.1.vol.1.& conſi. 61. nu. 8.
eod.vol.Curt.Iunior,conſi.207. num.9.
vol.3.Incip.diligenter,vbi communẽ di-
cit,Brun.in tract.ſtatu.art.12.num.12.vbi
5 dicit,ꝙ nulla † diſpoſitio ita intelligi de-
beat,vt inducatur abſurdũ; Iaſ.in d.l. nõ
dubiũ,nu.37.vbi dicit,quòd generalia ſta
tuta reſtringenda ſint ad id , quod eſt ra-
tionis ; & quòd omnia ſtatuta recipiant
interpretationem per pũctum rationis,
Natta in tract.ſtatuto.quæſt. 4. num.126.
142.& 150.Dd.in d.l. omnes populi, ff.de
iuſtit.& iure.Et hæc potiſſimũ obtinent,
6 quandò de ratione † ſtatuti nõ apparet,
& certatur de damno vitando , quia in-
telligenda ſunt ſtatuta, nè quis indebitè
damnum patiatur,Dd.in d.l. 2. & in d.l.
fi.§.in cõputatione,Alex.conſil. 101. nu.
15.vol.3.incip.ſuper eo de quo , & cõſi. 13.
nu.16.eo.vol.incip.circa primum dubiũ,
& conſ.85.nu.11.vol.4.incip.animaduer-
ſis optimè,item d.conſ.106.nu.9. vbi di-
citur,verba ſtatuti impropriè accipi poſ-
ſe,ad hoc vt abſurditas vel læſio iuris ter-
tij euitetur,per tex. in d. c. cùm dilectus.
Brun.in d.tract.ſtatu.art.2.& 3.nu. 15. vbi
dicit,quandò in ſtatuto non exprimitur
ratio,tunc illa coniecturari debet , quæ
potuit iuſtos & ſapientes cõditores mo-
uere,allegat l.ſcire oportet,§. ſufficit, ff.
de excuſat.tuto. Idem tenet Natta in eo.
tract.quæſt.4.num.147.Socin.conſil. 84.
num.5.volum.1.vbi dicit ſtatuta ita intel
ligenda eſſe,ne à † ſapiẽte reprehẽdi poſ- 7
ſint,tex.in d.c.cum dilectus,& in l.Salui-
us Ariſto,ff.de leg.præſt. Cæphal. conſil.
247.nu.46.vol.2.incip.in occurrẽti.Imò
ſtatutum potius ſuperfluum eſſe iudica-
ri debet,quàm quod ex eo alicui indebi-
tè damnum inferatur,Cæph.d.cõſi.247.
num.47.Bald.in c.1.§.inueſtitura, nu. 4.
de noua form.fidelit.Iaſ. in l.iuſtitia , ff.
de iuſtit.& iur.nu.11.vnde illud vulgatũ,
ſtatuta non eſſe Iudaice intelligẽda, hoc
eſt,captioſè,fraudulenter,&cum iniuria
alterius,fallere enim & decipere,Iudæo-
rum proprium eſt quarto modo , facit
ad prædicta optimè text.in l.ſi cui, ff.de
ſeruitutib.gloſſ.in l.damni,§.ſi is qui vi-
cinas,ff.de dam.infect.in verbo, aliquas,
Alexand.conſil.139. num.5. vol. 7. incip.
viſo puncto.Neque his aduerſatur † d. l. 8
proſpexit,quã omnes ad hoc allegant, ꝙ
ſtatuta videlicet ad vnguem , ſiue æqua,
ſiue iniqua,ſeruanda ſint : quia loquitur
de lucro captando , cuius lex rationem
nõ habet: nam ibi ſerui lucrum liberta-
tis amittunt, idq́ue ad tempus tantùm,
nimirùm ad ſexaginta dies, vt ibi in tex.
& gloſſ. Secùs ſi quis de damno vitando
certaret , aut ex generali illa interpreta-
tione abſurdum ſequeretur, vel ius tertij
læderetur , quo caſu † ſtrictiſſimè ſtatuti 9
interpretatio facienda,vt quantum fieri
poſſit,minus corrigat ius commune. Ita
ſingulariter limitat d.l.proſpexit, Iaſ.in
d.l.non dubium,nu.31. Et aliâs regulari-
ter ſtatuta iuris communis correctoria
ſtrictiſſimam interpretationẽ accipiunt,
tex.in c.quæ à iure,de reg.iur.in 6.& in l.
quod vero contra,ff.de legib.glo.in d.c.
ſtatutum,Curt.ſenior d. conſi. 35. Soci.d.
conſi.31.& Deci.conſi.19 num.3.incip.Et
pro tenui facultate,vbi dicit ſtatuta cor-
rectoria iuris cõmunis non poſſe exten-
di,vltra caſum in quo loquuntur , ne ex
identitate rationis,Bart.in d.l.omnes po
puli,&in Auth.quas actiones,nu.9.C.de
ſacroſ.eccle.Cæph.d.conſil. 247. nume.
37. Hinc eſt quòd † ſtatuta excludentia 10
fœmi-

fœminas extantibus maſculis ſtrictè ſint
interpretanda, eò quòd excluſio filiæ di-
catur exhæredatio quædam legis ſtatu-
tariæ, quæ legis exhæredatio perindè eſt
odioſa, atq; exhæredatio hominis, arg. l.
qui volebat. ff. de hæred. inſtit. Brun. in d.
tract. ſtatu. art. 4. nu. 2. Natta ibid. quæſt. 4.
nu. 126. 142. & 150. Dd. in d. l. maximum vi
tiũ. C. de lib. præter. Et hæc in materia ſta-
tutorũ, quę latiſſimè patet, & quotidiè iu-
dicia fatigat, diligenter obſeruãda ſunt.

OBSERVATIO XXXIIII.

Conſuetudo, quòd ſolus dominus electionem parium habeat, an valeat.

SVMMARIA.

1 *Conſuetudo, quòd ſolus dominus eligat pares, non valet.*
2 *Ratio duplex.*
3 *Dominus & vaſallus pari iure cenſentur.*
4 *Contrariorum eadem eſt natura.*

1 ETſi multis in locis † conſuetudi-
ne receptũ ſit, quòd in cauſa feu-
dali parium electionẽ ſolus do-
minus habeat, excluſa electione vaſalli:
tamen cùm hæc quæſtio ex facto propo-
neretur, vtrùm talis conſuetudo valeret?
2 Concluſum fuit quòd non. Primò † quia
contra expreſſos text. feudales, vt in c. 1.
circ. med. Si controuerſ. fue. int. dom. &
agnar. c. 1. de cõtro. feudi apud Par. term.
vbi Iſern. nu. 4. Præpoſ. nu. 1. & 4. & com-
muniter Feudiſtæ: Deinde, quòd natura-
li & politicæ rationi repugnet, eò quòd
dominus quodammodò in cauſa pro-
pria iudex eſſet futurus, contra æquitatẽ.
l. 1. C. nè quis in ſua cauſ. & l. obſeruan-
dum. ff. de iudic. eos enim proculdubiò
electurus eſſet iudices, per quos ſe victo-
ria potiturum ſperaret. Aluaro. in d. c. 1.
de controuer feud. apud Par. term. Zaſ.
pulchrè in tracta. feud. par. 11. nu. 12. cum
ſequ. vbi concludit talem conſuetudinẽ,
tanquàm irrationabilem, & cõtra iuſti-
tiam moralem, non valere, text. not. in
c. 2. §. fi. & in c. mala autem conſuetudo,
cum ſeq. diſt. 8. tex. not. in Auth. vt nulli
iudic. lic. habe. loci ſeruato. §. nulli verò
3 liceat, gl. ibid. in verb. malæ: dominus † e-
nim & vaſallus regulariter pari iure cen-
ſentur, Sollen in gleichem rechten geacht
vnd gehalten werden / item inter dominũ
& vaſallũ fides debet eſſe reciproca, text.
in c. 1. de for. fidelit. in fin. nec alteri per
alterum iniqua conditio adferri, tex. in
l. iniquiſſimum. ff. de iur. & fact. ignor. &
in l. filiusfam. §. Diul. ff. de leg. 1. ſed do-
minus iſtam inæqualitatem, putà electi-
onem partium non eſſet permiſſurus ſo
li vaſallo, ergo & ipſe eodem iure vti, &
paritatem ſeruare debet, tot. tit. ff. quod
quiſ. iur. Zaſ. vbi ſupr. per pulchras ratio-
nes, vt ibi prolixiùs per eum: cuius ſen-
tentiam ſecuta eſt Camera, in cauſa
Seckendorff / contra Brandenburg / & in
cauſa Schwartzenberg / contra Comitem
à Caſtel. ſic reprobatur conſuetudo quæ
Actori vltra legitimam probationem,
adhuc iuramentum iniungit, tex. in c. 2.
de probat. gloſſ. ibid. in verbo, conſuetu-
dinem. Accedat ad prædicta vulgaris re-
gula, contrariorum † eandem eſſe natu- 4
ram, tex. in §. 1. Inſt. de his qui ſunt ſui vel
alie. iur. gloſſ. ibid. tex. in l. 1. ff. eod. titul.
& in §. furtorum. in fin. Inſtitu de oblig.
quæ ex delict. naſ. gloſſ. ibid. in verb. nec
manifeſtum, tex. in l. fin. §. fin. ff. de lega.
3. & in §. illud. Inſtit. de ſociet. gloſſ. ibid.
in verb. ſeruari, text. qui ad hoc ſolet cõ-
muniter allegari, in l. illud. ff. ad l. Aquil.
& in l. ſi mãdato meo, §. quoties. ff. man.
quæ regula eatenus procedit, quatenus
eadem ratio eſt in vtroque, tex. in l. inter
ſtipulantem. §. ſacram. ibi. ſed hæc diſſi-
milia ſunt, ff. de verb. oblig. Bar. ibid. nu.
4. gloſſ. ſing. in c. præterea, in verb. ex eo,
de offic. iud. deleg. Deci. conſi. 652. nu. 14.
incip. in cauſa vt vulgo: quo fit, vt pro-
pter diuerſitatem rationis in multis caſi-
bus, inter dominum & vaſallum æquali-
tas non ſeruetur, quos notat Afflict. de-
ciſ. 265. num. 2. cum ſequ. vbi ad regulam,
quòd dominus & vaſallus ad paria indu-
cantur, 15. limitationes adducit, quem ad
hoc omninò vide.

OBSERVATIO XXXV.

Incola an obligetur conſuetudinibus & legibus eius loci, vbi incola eſt.

SVMMARIA.

1 *Incola appellatione ciuium continentur.*
2 *Subditus dicitur propriè quis ratione domicilij.*
3 *Domicilium facit incolas.*
4 *Incola ſubiectus eſt cõſuetudinib. loci, vbi eſt incola.*
5 *Aſſumptus ciuis pro originario habetur.*
6 *Forum ſortiri, & legibus loci allegari, paria ſunt.*
Priuilegia conceſſa ciuibus an competãt incolis, [illegible].
7 *Incolatus quanto tempore acquiratur.*
8 *Incola quis dicatur.*
9 *Incolatui licet renunciare.*
10 *Domicilium varijs modis acquiritur.*

QVAE.

QVæſitum fuit, an incola ſubiectus
ſit legibus, & conſuetudinibus loci,
vbi incola eſt? Concluſum quòd ſic, quia
1 appellatione † ciuium incolæ continen-
tur, tex. in l. prouinciales. ff. de verbo. ſig.
vbi dicitur, quòd appellatione prouinci-
alis incola veniat, Alex. conſil. 20. nu. 11:
vol. 2. incip. viſo proceſſu cauſæ, per plu-
ra allegata ibid. Item appellatione ſub-
ditorum incolam venire tradit gloſſ. in
Clem. 1. in verbo, ſubditos, de ſor. comp.
2 Præterea propriè † ſubditus dicitur quis
ratione domicilij, tex. in c. licet ratione,
de ſor. compe. & ibid. Felin. num. 23. glo.
ordinaria in Clemen. vnica, §. eiſdem, in
verbo, ſubditos, eod. tit. atque domicili-
3 um † facit incolas, text. in l. domicilium.
gloſſ. ibid. in verbo, incolas, ff. ad muni-
cip. tex. in l. ciues, & in l. ſi in patria. C. de
incol. lib. 10. Soc. in d. c. licèt ratione, nu.
8. de ſor. compe. Diſpoſitum igitur in ci-
ue, & ſubdito, habet etiam locum in in-
cola, ratione ſimilitudinis exiſtentis in-
ter ciuem & incolam, vt tradit Chaſſ.
rubr. 3. tit. des fitz. §. 7. cum ſequ. Gozadi.
conſil. 49. nume. 13. incip. Circa primum.
Alex. conſi. 19. nu. 6. incip. Circa primum
dubium, vol. 6. vbi dicunt incolam liga-
ri ſtatutis eius loci, vbi incola eſt. Alciat.
in d. l. prouinciales, nume. 2. vbi dicit, ex
iure domicilij patriam acquiri: idq; pro-
priè, & appellatione Florentinorum, nõ
ſolùm eos contineri, qui Florentiæ ori-
ginarij, incolæque ſunt, ſed etiam qui al-
tero iure tantùm nituntur, per tex. in l. in
vrbe Roma. ff. de ſtat. hom. & in l. 1. & in
l. final. ff. de cenſib. Signorol. conſil. 229.
num. 2. Roch. Cur. in tract. de conſuetu.
4 quæſtio. 12. Et quòd † incola ſubiectus ſit
conſuetudinibus & legibus loci, vbi in-
cola eſt, probatur per tex. expreſſum in l.
incola. 1. ff. ad municip. Incola, inquit
tex. & ijs magiſtratib9 parere debet, apud
quos incola eſt, & illis, apud quos ciuis
eſt, nec tantùm municipali iuriſdictioni
in vtroque municipio ſubiectus eſt: verũ
etiam omnibus publicis muneribus ſub-
gi debet, vnde Bal. in l. 1. nu. 13. C. de ſum.
Trin. & fid. Catholic. dicit incolam ideò
ſubiectum eſſe legibus ciuitatis, quia qua-
ſi ciuis ſit. allegat ad hoc l. 1. C. vbi pet.
tut. qui textus ad hoc benè facit, & com-
muniter allegatur. Pariſ. conſi. 71. num. 3.
& 4. volum. 1. incip. conſultatio. vbi di-
cit, quòd † ciuis efficitur, qui in ciuitatem 5
aliquam recipitur, ac aſſumptus perindè
habetur, ac ſi originarius eſſet: cùm igi-
tur incola iuriſdictiõi municipali ſubij-
ciatur, & forum ibi ſortiatur, d. l. incola.
1. ſequitur eum quoq; conſuetudinibus,
& ſtatutis illius loci ſubiectum eſſe: Fo-
rum enim ſortiri, eſt legibus & ſtatutis
illius loci ſubijci, nam † à pari procedũt, 6
forum ſortiri, & ſtatutis ligari, Socin. in
d. c. licèt ratione, nume. 45. per illum tex.
Deci. conſi. 284. num. 9. incip. & diligen-
ter, vbi communem dicit, Alex. conſ. 157
nume. 15. volum. 2. incip. viſo inſtrumen-
to. Idem conſ. 150. num. 3. eod. volum. in-
cip. viſo themate, Dd. in c. quòd clericis,
de ſor. compet. Alex. d. conſ. 19. & Goza.
d. conſ. 49. Socinus ſenior, conſ. 129. nu.
3. cum ſeq. volum. 1. vbi hoc multis ratio-
nibus comprobat. Et beneficia conceſſa
ciuibus, competunt etiam illis qui pro ci
uibus habentur, per tex. in l. adoptiuum.
§. patronum. vbi Iaſ. num. 1. cum duabus
ll. ſequen. ff. de in ius vocan. Bal. in l. cùm
ex oratione, nu. 1. per illum text. ff. de ex-
cuſat. tuto. plenè Bar. in l. ſi is qui pro em
ptore, num. 34. cum ſequ. ff. de vſucap. &
in l. ſi maritus. la. 2. §. legis Iuliæ. num. 1. ff.
de adult. niſi aliter ſtatuto receptum ſit:
putà vt nemo admittatur ad tale offici-
um, niſi ſit ciuis originarius, quia tunc
aſſumptus ciuis nõ admittitur ad huiuſ-
modi officium, niſi fiat aſſumptio cum
clauſula expreſſa, quòd aſſumptus pro
originario quóad omnia habẽdus ſit, ꝑ
notata, Bald. in l. omnes populi, nu. 23. in
fin. ff. de iuſtit. & iur. & in l. ingenui. nu. 1.
C. de inge manu. argum. Illius tex. Iaſ. in
d. §. patronum. facit optimè text. in l. qui-
dam cùm filium, ff. de verb. oblig. & in l.
cùm ex oratione, ff. de execut. tutor. Li-
cèt autem de iure communi † incolatus 7
tempore decennij acquiratur, text. in l. 2.
C. de incol. lib. 10. tamen etiam inconti-
nenti acquiritur, quandò quis re & facto
animum manendi declarat: putà, ſi do-
micilium ibi loci elegerit, ac maiorem
partem fortunarum ſuarum eò tranſtu-
lerit: nam domicilium, vt dictum eſt, in-
colas facit, d. l. domicilium, & in d. l. ci-
ues. Verus † incola dicitur, qui in aliquã 8
regionem domicilium ſuum contulit,
tex. in l. pupillus. §. incola. ff. de verbor.
ſignifi. in eo autem loco quis domiciliũ
habere

habere dicitur,vbi larem, rerumq́; ac for
tunarum ſuarum ſummam conſtituit,
vnde rurſus non ſit deceſſurus, ſi nihil a.
uocet,text.in d.l.ciues.C. de incol.lib.10.
gloſſ. in l. fin. in verbo,inter abſentes.C.
de præſcript. longi tempo. vnde cùm re.
cedit,peregrinari videtur, d.l.ciues. Po.
teſt etiam quis in pluribus locis habere
domicilium,text.elegans in l.aſſumptio.
§.penult.ff.ad municip. text. in l. Labeo.
ff.eod.tit.glo.in d.l.fi. quã omninò vide.
In ciuitatibus Germaniæ,paſſim incola.
tus ex conſuetudine,vel ſtatuto, poſt an.
num acquiritur, & non patiuntur adue.
nam diutius ibi cõmotari, ſi lapſo anno
iura ciuium redimere nolit: quod ſum.
mam habet æquitatem,propter commu
nia onera ciuium. Poteſt autem quilibet
9 propria † voluntate incolatui & domi.
cilio renunciare,quod fit eo ipſo, quãdo
ſe,& bona ſua in alium locum transfert,
text.in l.incola,la.2. & in d.l.domiciliũ,
& in l.nihil.ff.ad municip.gloſſ.vnica in
l.origine.C.de municipib.& origina.lib.
10.Alexan.conſil.34.num.4.volum.5.in.
cip.viſis ac ponderatis.Socin.in d.c.licèt
ratione,nu.25. Sed renunciatio plerum.
que fit cum onere, ſecundum locorum
conſuetudines, aut ſtatuta, vt nimirum
renunciantes de bonis ſuis aliquid Ma.
giſtratui loci penſitent, daß ſie nachſteu‑
ten müſſen / ſicut in ciuibus renuncianti.
bus receptum eſt,quia incolæ ciuium ap.
pellatione continẽtur, vt initio dictum
10 eſt. Acquiritur autem † domicilium va.
rijs modis, putà,origine,habitatione,be.
neficio,lectura, adoptione, & alijs mo.
dis, de quibus vide Socin in d.c.licet ra.
tione,vbi 14.modos acquirendi, & nouẽ
amittendi domicilium ponit.Felin.ibid.
num.24. Vide infrà eod.Obſer.ſeq.

OBSERVATIO XXXVI.

Mutatio domicilij an eximat ciuem à iuriſdictione ciuitatis originariæ.

SVMMARIA.

1 *Senatores ius originis retinent.*
2 *Domicilium eſt triplex.*
3 *Incola quis dicatur.*
4 *Domicilium habitationis quilibet renunciare poteſt.*
5 *Domicilium originis eſt immutabile.*
6 *Forum originis quoad iuriſdictionem mutatione domicilij amittitur.*
7 *Ciuis originarius deſerens ciuitatem, deſinit eſſe ciuis.*
8 *Ciuis propriè non dicitur, qui non ſuſtinet onera ciuium.*
9 *Originarij recedentes à loco originis, priuilegia immunitatis non habent.*
10 *Ciuitati renuncians quid ex conſuetudine Germaniæ præſtare debeat.*
11 *Originarius forum ſortitur in loco originis, ſi ibi reperiatur.*
12 *Forum quis ſortitur in loco domicilij, ſiue ſit præſens ſiue abſens.*
13 *Mutatio domicilij non perimit inſtantiam.*
14 *Forum quomodo quis ſortiatur in loco contractus vel delicti.*
15 *Subditus nemo cenſetur ratione contractus, delicti, aut rei ſitæ.*

QVæritur an mutatio domicilij exi.
mat ciuem à iuriſdictione ciuitatis
originaria? videtur dicendum quòd ſic.
per text.in l.ſenatores.ff. de ſenatoribus,
vbi dicitur, quòd licèt † ſenatores domi. 1
cilium in vrbe habeant, tamen ius in
prouincijs retinent, vnde oriundi ſunt,
facit text. in l. 1.ff. de decurio. & in l. &
qui originem.ff. de muner. & honorib.
Et ita tenet Roman. conſi.39.nu.5.in fin.
Anchar.conſi.37.num.3.Alber.in l.1.nu.
25.C.de ſum.trinit.& fid.Cathol. gloſſ.in
c.ſignificauit.in verb. habitatores, de pa.
rochijs. Panorm. ibid. nu.7. Breuiter in
hac quæſtione præmittere oportet † tri. 2
plex eſſe domicilium. Naturale vel ori.
ginis,quod ex ipſa natura naturaliter ve.
nit,& tam ex propria, quàm parẽtis per.
ſona acquiritur, tex.in l.ciues.C.de inco,
libr.10.gloſſ.1.ibid. Accidentale,quod ex
aſſumptione comparatur, & domiciliũ
habitationis vocatur, & incolas facit.
Nam † verus incola dicitur,qui in aliquã 3
regionem domicilium ſuum contulit,
text. in l.pupillus.§. incola.ff. de verbor.
ſignific. & in l.domicilium.ff. ad muni.
cip.gloſſ.ibid.in verbo,incolas, text.in l.
ſi in patria.C.de incol.libr.10. vide ſupr.
eod.Obſer.prox. Commune,vt domici.
lium Imperij, qui ſub Imperio domicili.
um habet,ſubditus Imperij dicitur, & le.
gibus atque conſtitutionibus Imperiali.
bus ſubijcitur,per allegata in d.Obſeruat.
præcedenti. vide ad hoc Socin.in c.licèt
ratione, num.11. de for. compet. vbi va.
rios modos acquirendi & amittendi do.
micilium ponit, Alciatus in l. prouin.

Ee ciales,

ciales,num.2.ff.de verb.ſignifi. Nunc ad
4 propoſitum. Quod attinet ad † domici-
lium habitationis & commune,certum
eſt quòd quilibet propria voluntate tali
domicilio renunciare poſſit:quæ renun-
ciatio fit eo ipſo, quando quis ſe, & ſua
bona in alium locum transfert,text in l.
incola.2.l.domicilium.l.nihil.ff. ad mu-
nicipa.gloſſ.in l.origine.C. de municip.
& origina.lib.10.Alex.conſi.34.volum.5.
incip.viſis & ponderatis, Soc.in d.c.licèt
5 ratione, nu. 25. Cæterùm † domicilium
naturale vel originis de iure communi
immutabile eſt : adeò vt renunciatio ci-
uis,& tranſlatio domicilij nihil operen-
tur, eò quòd iura naturalia ſint immuta-
bilia:quocunque ſe transfert ciuis origi-
narius,nihilominùs iùs originis retinet,
per text. in d.l.origine.C.de municip. &
origina.libr.10.& in l.aſſumptio.Bar.ibi-
dem in princip.ff.ad municip. Alexan.d.
conſi.34.Socin.in d.c.licèt ratione,num.
51. Idem conſil.35. num.7. Decius conſil.
284.num.11.incip. & diligenter.facit tex.
in l. iura ſanguinis.ff. de regul. iur. & in
§.ſed naturalia.Inſtit.de iur. natur. gent.
& ciui. Et hoc potiſſimùm procedit
quóad munera & honores, & ſic onera
perſonalia : ſecùs eſt, quóad iuriſdictio-
6 nem : nam † forum originis amittitur,
quando domicilium originis relinqui-
tur, & alibi nouum conſtituitur. Socin.
in d.c.ex ratione. & Dd. vbi ſuprà. Sed
aliter ſe habet conſuetudo vbique , &
7 præſertim in Germania recepta : nam †
ciuis originarius renuncians ciuitati, &
domicilium alio transferens, ciuis eſſe
deſinit, non ſolùm quóad munera, ve-
rùm etiam quóad iuriſdictionem:eò ip-
ſo quòd mutat domicilium , perdit pri-
uilegia,& iura ciuitatis. pulchrè Afflict.
deciſ.384.per totam, vbi limitat ſingula-
riter regulam d.l. origine. & d. l. aſſum-
ptio, videlicet domicilium originis mu-
tari non poſſe, vt procedat, niſi poſtea
deſeratur. Nam ciuis,inquit,deſerens ci-
uitatem, perdit priuilegium ciuitatis, &
deſinit ciuis eſſe, Bald.in l.2.C. de infan-
tibus expoſitis,in fin. Iaſon in l.1. §. hu-
ius ſtudij,num.15.ff. de inſtit. & iur. vide
omninò Afflict. d. deciſ.384. vbi plures
8 rationes adſert: propriè † enim ciuis nō
dicitur, qui onera ciuilia, vel ciuium nō
ſuſtinet,gloſſ.in d c.fina.de parochijs. &

ideò † priuilegium immunitatis conceſ- 9
ſum originarijs, non competit ijs, qui à
loco originis diſceſſerunt:quia non cen-
ſetur quis eſſe de illa ciuitate, à qua per-
petua conſuetudine ſe ſeparauit , facit
ad hoc optimè text. in l.ex facto,la.2 §.
rerum autem.ff. de hæred. inſtitu. Natta
conſil. 119. num.14. volum.1.incip. An-
dreas Siculus. Imol. Alex.& alij ad rubri.
ff.ſolut.matrim. Prædicta maximè obti-
nent,ſi ciuis ea præſtiterit,quæ ad renun-
ciationem more maiorum, vel ex ſtatu-
tis † ciuitatum requiruntur.Nam in mul- 10
tis ciuitatibus Imperialibus ſtatutò re-
ceptum eſt, vt ciuis volens deſerere ciui-
tatem, & alio domicilium ſuum tranſ-
ferre, cogatur inprimis de omnibus bo-
nis ſuis certam pecuniæ ſummam ciui-
tati penſitare, tributum aliquod dare,
vulgariter vocant Nachſteuren / vt Au-
guſtæ,Norinbergæ,Spiræ, & in alijs mul-
tis ciuitatibus laudabiliter conſtitutum
eſt. Et ſic obſeruandum, quòd ius origi-
nis, ſi non reuera, cùm naturale ſit, ta-
men quóad iuriſdictionem, & munera
perſonalia , ſola voluntate, perinde at-
que incolatus mutari poſſit : idque ex ge-
nerali omnium ferè locorum conſue-
tudine. Originarius † tamen forum ſor- 11
titur in loco originis, ſi ibi reperiatur, &
non aliter, vt expreſſe tenet Alexan. in l.
cùm quædam puella, nu.5.ff. de iuriſdict.
om.iud.Caſtr.ibid.num.6.Deci num.5.&
communiter Dd. Afflict.d.deciſ.384.nu.
6.Bart.in d.l aſſumptio.§.1.per illum tex.
Panorm. in c. poſtulaſti de for compet.
Canoniſtæ in c.fin eod.tit. Boſſ tit.de ci-
tationib.nu.30. In loco verò † domicilij 12
quis forum ſortitur, ſiue ibi reperiatur,
ſiue nō,text in l.4.§ prętor ait.ff de dam.
infect.tex.in c.cauſam. de dolo & contu.
glo.not.ibid.in verbo,ad domum.Alex.
& alij in d.l. cùm quædam puella. poten-
tius igitur eſt ius domicilij,quàm origi-
nis,ratione fori. Et obiter obſeruādum,
quòd † mutatio domicilij non perimat 13
inſtantiam coram iudice domicilij cœ-
ptam, ſed iudicium ibi finiri debet, vbi
cœptum eſt,text.not.in c.propoſuiſti. de
for.compet. gloſſ.ibid.in verbo,præuen-
tus,tex.in l. ſi quis poſtea.ff.de iud.& in l.
vbi acceptum.eod.tit.& in d.l.cùm quæ-
dam puella.Alex.ibid.nu.1.& 2.Quod ad
cōtractus & delicta attinet, eatenus quis
† forum

14 † forum in loco cõtractus,vel delicti ſor-
titur,ſi ibi loci, vbi cõtraxit, vel deliquit
reperiatur, quemadmodum de origina-
rio dictum eſt, tex.in c.1.§.contrahentes,
de for.compet.in 6. Angel.in l.hæres ab-
ſens.§. ſi quis tutelam. num. 14.ff. de iu-
dic.& ibid.communiter Dd. Alex.in d.l.
cùm quædam,num.5.Barto.in d.l.aſſum-
ptio.§.filius,num.2. Socin.ad rub.de for.
15 compet. num.15. Non † tamen ratione
cõtractus,vel delicti, aut ratione rei quis
ſubditus dicitur illius loci, vbi contra-
xit,deliquit,aut res ſita eſt,gloſſ.in Clem.
vnica.§ eiſdem etiam, in verbo, ſubdi-
tos,eod.tit. Dec.conſil.550.num.8.incip.
iuridicam, & conſil.661. num.6.incip. in
caſu de quo.Boſſ.tit.de foro compet.nu.
46.Felin.in d.c.fin.num.23.de foro com-
pet.quia aliud eſt forum ſortiri, & aliud
ſubditum eſſe, prout plenius notaui in
tractatu de Pignorationibus, Obſeruat.
15. vbi vide.

OBSERVATIO XXXVII.

De chirographo amiſſo, eodem vendicando, & renouatione inſtrumenti.

SVMMARIA.

1 *Obligatio debitoris caſu amiſſa renouari debet.*
2 *Amiſſio inſtrumenti, an & quando creditoris iuramento probetur.*
3 *Iurata probatio admittitur in ijs quæ ſunt modici præiudicij.*
4 *Amiſſo chirographo debitori per acceptilationē creditoris plene conſulitur.*
5 *Reſtitutio inſtrumenti non liberat ipſo iure, ſed ope exceptionis.*
6 *Ex reſtitutione inſtrumenti vel eius inciſura liberatio probatur.*
7 *Admittitur tamen probatio in contrarium.*
8 *Literis Cambij amiſſis, depoſita pecunia quomodo ab argentario repeti poſſit.*
9 *Debitor ſolutione facta chirographum ſuum à creditore conducere poteſt.*
10 *Inſtrumento donato, & tradito, cenſentur res in eo contentæ etiam traditæ.*
11 *Inſtauratio antiquorum inſtrumentorum quomodo facienda.*
12 *Inſtrumentum faciens mentionem de confinibus, an probet confines.*

1 CReditor † amiſſo caſu quodam in-
ſtrumento, vel obligatione debito-
ris, poteſt iudicis officio debitorem ad
nouationem, hoc eſt, ad nouam obli-
gationem conſcribendam compellere,
per text.ſingu.in l.chirographis.ff.de ad-
miniſtr.tuto. gloſſ. ibid. in verbo, aut ad
nouationem.Bart.ſimiliter num.5. Et ta-
lis † amiſſio inſtrumenti vel obligatio- 2
nis,ſolo iuramento creditoris probatur,
quòd ſcilicet obligationē debitoris non
habeat, nec eam alteri dederit, nec apud
aliū voluntate ſua conſtituta ſit, nec do-
lo malo fecerit,quò minus appareat, ſed
re vera per caſus fortuitos,quia domus
incendio conſumpta,aut ab hoſtibus di-
repta deperdita ſit, per text. in l.fin.C. de
fid.inſtr.& in l.diſſolutę.C.de condict.ex
lege.Bald.& alij ibid. Bald.in l.fin. num.
25.C. de edend. Bart. in l. huiuſmodi.§. ſi
ita,nu.2.per illum tex.ff.de leg.1.Iaſ.ibid.
nu.11. vbi dicit, eatenus amiſſionem in-
ſtrumenti iuramēto probari,ſi iurare pa-
ratus ſit perſona honeſta, & veriſimilia
alleget, vt quia domus combuſta: item
quòd tale iuramentum ſibi ſit commo-
do, nec alteri nocumento, vtputa ſi de
modico præiudicio debitoris agatur, cui
plenè & ſecurè conſuli poſſet per accep-
tilationem creditoris,tex.in d.§. ſi ita.nā
in his † quæ ſunt modici præiudicij iura- 3
ta probatio admittitur,per text. in l.the-
ſaurus.ff.ad exhib. item procedit, quādo
iudicis officio exhibitio inſtrumenti fa-
cienda eſt,prout loquitur d.l.fi. iſtis con-
currentibus amiſſio inſtrumenti ſolo aſ-
ſerentis iuramento probari poſſet: aliâs
requiritur legitima probatio, ſicut in a-
miſſione cuiuſlibet rei, text.in l.ſi quis ex
argentarijs.§ penult.& §.fin.ff. de edend.
gloſſ.ſing.ibid.in verbo,in longinquo,ſi-
militer Bart.Iaſ.& alij Felin.latiſſimè in
c.ſicut nobis,num 6 cum ſeq.de re iudic.
vbi omninò vide.& Batt.in l. ſicut, nu.1.
& 2.C.de fid.inſtru.Quod ad † amiſſionē 4
chirographi attinet, de modico præiu-
dicio debitoris agitur, & ſic ſtatur iura-
mento creditoris ſuper amiſſione: nam
debitori plenè conſulitur per acceptila-
tionem creditoris: quia ſolutione facta,
debitum acceptum ferre, & apochā con-
ficere debet, qua teſtatū faciat, ſe chiro-
graphum debitoris nō habere, aut repe-
rire non poſſe, & ſi illud in rerum natu-
ra extet,aut ex interuallo in lucē veniat,
pro inducto,pro non habendum ſit, per
text.in d.l.diſſolutæ. Bald.ibid. nu.3.text.
in l. plures apochis.C. de fid. inſtrumen.
text. in d.l. huiuſmodi. §. ſi ita. Iaſ. ibid.

 nu.9.

nu.9.& num.18.vbi dicit hoc benè obſer-
uandum in practica. gloſſ.notab in l.pe-
cuniæ.in verbo,maiorẽ.C. de ſolut. Bal.
ibid.nu.6.facit tex.in l.emptor.§. Lucius,
ff. de pact. ibi, vanum,& pro cancellato
habebitur. Et talis creditoris confeſſio
debitori omniũ vtiliſſima eſt: cùm me-
lius ſit habere euidentem liberationem,
quàm chirographi reſtitutionem, tex.in
d.l.pecuniæ.& in d.§.ſi ita. Iaſ.ibid.num.
5 2.& num.5. quia † reſtitutio inſtrumenti
non liberat ipſo iure, ſed ope exceptio-
nis,tex.in l.2.ff.de pact.& in d.l.plures. &
6 in d.l.pecunię.nam quamuis † ex reſtitu-
tione inſtrumenti,& eius ruptura vel in-
ciſione probetur liberatio, text. in l. ſi
chirographum ff. de proba. & in l. poſt-
quàm.ff.de pact.tex.in l.fullo.§.qui tabu-
7 las.ff.de furt. Bart.ibid nu 1.tamen † hu-
iuſmodi probatio ſatis fragilis eſt,& con
trariam probationem admittit, poteſtq́;
fortioribus præſumptionibus elidi, per
iura allegata, vt ſi creditor probet famu-
lum ſuum anſugiſſe,& multa inſtrumen
ta ſecum abſtuliſſe, aut domum ſuam
hoſtiliter ſpoliatam,vel debitorem fuiſ-
ſe auteſſe domeſticũ: nam tali caſu præ-
ſumptio contra debitorem eſſet, vt no-
tant Dd.in d.l. Labeo.Bart.in d.l.fullo.§.
qui tabulas,num.1. & ideò tutius eſt ha-
bere inſtrumentum liberationis per ac-
ceptilationem creditoris, vt.antea dictũ
eſt, per tex.in d.l. huiuſmodi.§.ſi ita. Iaſ.
ibid. num.5. Ex prædictis Dd.inferunt,ſi
8 quis in tranſcribenda pecunia, literas †
tranſcriptionis ſiue cambij, vt vocant,
Weχel brieff/ in itinere amiſerit, quòd
cautione præſtita de indemnitate Argen
tarij, ſiue Menſularij, ſi fortè ab alio lite-
ræ Cambij reperiantur, & ſuper iis ſolu-
tio in loco tranſcripto præmaturè fiat,
creditor diſpoſitam pecuniam ab Ar-
gẽtario reſcribere & repetere poſſit, Bal.
in l.inſtrumenta, in fine.C.de fideicom-
miſ. Iaſ.in d.§.ſi ita, nu.12. quod eſt dili-
9 genter notandum. Sed quid ſi † chiro-
graphum vel obligatio debitoris non ſit
deperdita, ſed creditor ſolutione facta,
vel verè oblata, illam reſtituere nolit?
Poterit debitor obligationem ſuam à
creditore condicere, & à quocunq; alio
poſſeſſore vendicare, per tex.ſingul.in d.
l.plures apochis. text.in l.fi.C.de ſolut.&
in l.fi.C.ad exhib.& in d.l.diſſolutæ, text.
in l.ſicut datam.C.de liber.cauſa,tex.in l.
ſi pupillus.ff.de nouat.Bart.ibid.glo.in l.
ex empto.§. is qui vina, in verbo, ad di-
ſtrahendam.ff.de actio.empt. Ita factum
in cauſa der vier Stifftkyrchen zu Speir/
cõtra Adamum Swiſſer/& cõſortes: vbi
obligatio dictarum Eccleſiarum Iudæo
cuidam pignori data, ab eodem vendi-
cata fuit. Poſſe autem † inſtrumentum 10
vendi & donari dubiũ non eſt,& qui do-
nat & tradit inſtrumentum, intelligitur
donare & tradere res in illo inſtrumen-
to deſcriptas, text. not. in l.1.C. de dona-
tio.text.in l.qui filium. & in l. qui chiro-
graphum.ff. de leg.3. text. in l.ſeruum fi-
lij.§. eum qui chirographum.ff. de leg. 1.
Iaſ.ibid.nu.1.& 2. Porrò quòd ad renoua-
tionem antiquorum inſtrumẽtorum & 11
priuilegiorum attinet,ſi vetuſtate corro-
ſa ſint, & de reſtauratione antiquorum
finium,ſi ampliùs non appareãt, aut ob-
ſcuri ſint, quòd parte aduerſa citata hu-
iuſmodi renouatio & reſtauratio fieri
poſſit, vide text.notab.in c. cùm dilecta.
de confir.vtili vel inutili. Antho.de Bu-
trio.ibid.nu.12.& nu.16.cùm ſeq.& com-
muniter Dd.Bal.in Auth.ſi quis,nu.4.C.
de ſacroſ.eccleſ.Hippol.ad rub.C.de pro-
bat. nu. 355. vbi latiſſimè de inſtrumento
amiſſo,text. notab. in l.1.§. ſi roſæ.ff. de
bon.poſſeſſ.ſecund.tab. & in c.fin.de fid.
inſtru. gloſſ. ibid. in verbo, vetuſtatem.
Iaſ.in l ſi conſtante,num.74.ff.ſolut.ma-
trim. An autem † inſtrumentum faciens 12
mentionem de confinibus, vel territo-
rio: vtputà rem talibus finibus concludi,
aut in tali territorio ſitam, probet fines
& territorium, vide gloſſ. notab. in l.
cùm aliquis,in verb. ex hoc.C.de iur.de-
lib. Iaſ. pulchrè ibid. num. 4. text. in l.
prædijs. §. Titio. ff. de leg.3. regulariter
non probat in præiudicium tertij, ſed
benè eorum qui contraxerunt. Fallit in
antiquis inſtrumentis, text. in c. cùm
cauſam, de probat. & in c. cùm olim,
de cenſib. vtrobique Dd. Iaſ. in d.l. cùm
aliquis.

OBSERVATIO XXXVIII.

An donatio inter patrem & filium facta valeat.

SVMMARIA.

1 *Diuiſio à patre inter liberos facta, an valeat.*

2 *Dona-*

2 *Donatio patris filiof.imilias facta eſt peculium profectitium.*
3 *Filius acquirit patri.*
4 *Inter dantem & accipientem differentia eſſe debet.*
5 *Donatio remuneratoria conſiſtit inter patrem & filium.*
6 *Merita inter perſonas donare prohibitas probari debent.*
7 *Donatio iurata ſimiliter.*
8 *Obligatio naturalis inter patrem & filium conſiſtit.*
9 *Ex donatione patris oritur obligatio naturalis.*
10 *Obligatio naturalis iuramento corroboratur.*
11 *Patria poteſt.ts in ſpiritualibus non curatur.*
12 *Mutuum, commodatum, emptio, an inter patrem et filium ſubſiſtat, remiſſiuè.*
13 *Donatio propter nuptias, & dos à patre data valet.*
14 *Emancipato filio pater donare poteſt.*
15 *Immoderata donatio patris filiof am. facta non valet.*
16 *Donatio ſummi Principis filiof amil. facta valet.*

DOnatio pura inter patrem & fi-
lium in poteſtate eius conſtitu-
tum non valet, text. in l. dona-
tiones.C.de dona.inter vir.& vxo.gloſſ.
ibid.in verbo,in liberos,tex.in l.1.§.ſi pa-
ter.ff.pro donat.& in l.2.C. de inoffi. do-
nat. gloſſ. ibid. communiter approbata
in verb.in poteſtate. Guid. deciſ.145.nu.
1.incip.fuit etiam.Bar.in l.frater à fratre,
num.57.ff.de cond.indeb. Iulius Clarus
in §.donatio,quęſtio.8.nu.1.& ideo parte
mortuo, res donata in legitimam com-
putari debet, Molinæ.ad Alexan.conſi.8.
in fin.volum.2. Bartol.in d.l.frater à fra-
tre, vbi dicit quòd morte, vel emancipa-
tione confirmetur,& eſt communis opi-
nio, vt tenet Bald. in d.l.2.num.6. Caſtr.
ibid.num.5.text.in l. ſiue emancipatis.C.
de dona. Afflict.in c.1.§.final. in 4. gloſſ.
num.18. de pace tenend. quod eſt intel-
ligendum, vt infr. in 4 .fallen. notatur.
1 Hinc eſt quòd † diuiſio facta à patre inter
liberos de iure non ſubſiſtat; cùm ſapiat
donationem, vt tradunt Dd. in l. ſi filia
nupta.§. ſi pater.ff. famil. erciſc. Hippol.
ſing.674.per totū. incip. aliqui ſunt.text.
in l.ſi ancillam.§.ſi pater.ff.pro ſuo.gloſ.
ibid.in verbo,partitus. Ratio huius con-
2 cluſionis eſt, quia talis † donatio eſt pe-
culium profectitium,& ſic patri acquiri-
3 tur: filius † enim quicquid acquirit, patri
acquirit,text.in l.1.ff. ſi à parent. quis ma-
nu.fuer. & in l.placet.ff. de acqui. hæred.
& in §.2.Inſti. per quas perſ. nobis acqui.
nihilq́; immutatum eſt in ijs,per iura no-
ua.d.§.2.& l.cùm oportet.C.de bon.quæ
liber. At nemo ſibi ipſi donare poteſt,
tex.in l.ſi quis pro eo.§.1.ff. de fideiuſſor.
nam † differentia inter dantem & acci- 4
piẽtem eſſe debet,quia ſibijpſi nemo ob-
ligatur,Dd.in d.l.2.C.de inoff. dona.præ-
ſertim Bald.num.1.Bartol.in d.l.frater à
fratre, num. 12. vbi pulchrè docet, quæ
ſit ratio, quòd inter patrem & filium,
vel duos fratres non oriatur ciuilis, ſed
tantùm naturalis obligatio. Fallit hæc
concluſio, primò in † donatione remu- 5
neratoria quæ inter patrem & filiū ſub-
ſiſtit, quia non eſt propriè donatio, ſed
quædam accepti beneficij compenſatio,
Bart.in d.l.frater à fratre. num.57. & in l.
1.ff.de donat.num.1. Idem in l.Aquilius.
num.3.ff.eod.titul.vbi dicit differentiam
eſſe inter donationem, & remuneratio-
nem,per texr.in l.ſi verò nō remuneran-
di.ff.mand.Panorm.ad rubr.extr.eod.&
propterea cenſetur eſſe aduentitium, &
non profectitium peculium, atq; ita ra-
tio prohibitionis ceſſat, Bar.in d.l.frater
à fratre.nu.57.Dec.conſi.536.nu.3.& 4.in-
cip. in cauſa quæ agitatur. Cæph. conſil.
61.nu.13.vol.1.incip.Nobilis.glo.in Auth.
vnde & ſi parens, in verbo, Falcidiæ.C.
de inoffic.teſtam. debet tamen apparere
de meritis, nec ſufficit dicere, dono filio
bene merito,iuxta notata in l.ſi donatio-
ne.C.de collat.tex.in l.ſi fortè.ff.de caſtr.
pecul. ibi, veritatem enim ſpectamus,
non quod quis finxit, Caſtren. in d. l. 2.
num.5.C. de inoffic. donat. & debent † 6
merita per ipſum filium probari : nam ſi
ſtandum eſſet ſimplici aſſertionl patris
donantis, facilè legis prohibitio atteſta-
tione paterna eluderetur : adeoq́; merita
donationi æquiualere debent, ſuper quo
iudicis arbitrio ſtādum, cùm certa regu-
la ſuper eo dari nequeat,communem di-
cit Iulius Clarus,in d.§.donatio,quęſtio-
ne 3.nu.4.& d.quęſt.8.nu.4. Soc.ſen.con-
ſil.19. nu.9. vol.1. Iſtā tamen limitationē
de probatione meritorum,intellige tan-
tùm procedere in donatione facta inter
perſonas donare prohibitas, putà, inter
patrem & filium,maritum & vxorem. In
alijs verò pſonis quæ liberè donare poſ-
ſunt , nec meritorum commemoratio-
nem, neq; eorum probationem neceſſa-
riam eſſe, eſt communis opinio, Guid.

de.if.95.nu.2.incip.dubitabatur,vbi dicit
ita in Parlamento deciſum fuiſſe, Iulius
Clarus,d.quæſt.3.nu.2.Secundò fallit in
7 † donatione iurata, nam ſi pater filio in
poteſtate conſtituto donet aliquid,& iu-
ret quòd eam donationem reuocare no-
lit, talis donatio iurata valida & efficax
eſt.Et licèt multi ex prædictis rationibus
aliter ſentiant, videlicet quòd iuramen-
tum nō poſſit interponi ſuper eo, quod
eſt impoſſibile: atqui impoſſibile eſt , vt
quis ſibi ipſi obligetur & aliquid donet,
tex.in d.l.ſi quis pro eo,§.1.Dec.conſ.631.
num.5.incip.caſus de quo.communis ta-
men & in Camera approbata opinio eſt
in contrarium, videlicet huiuſmodi do-
nationem inter patrem & filium iura-
mento firmari poſſe:nam certum eſt in-
8 ter † patrem & filium naturalem oriri
obligationem,per tex.in d.l.frater à fra-
tre.Bart. nu. 1. & communiter Dd. ibid.
9 ergò ſi † pater aliquid filio donet,ex illo
contractu donationis oritur obligatio
naturalis,cui ſi accedat iuramentum,ro-
bur & efficaciam ex eo accipit,iuramen-
tum enim obligationem naturalem ef-
ficacem reddit,tex.in c.quamuis,de pact.
in 6.Bart.in d.l.ſi quis pro eo.nu. 12.ff.de
fideiuſſo. vbi ſedes ordinaria de effecti-
bus iuramēti.Dd.in c.cùm veniſſent, de
inſtit.Panor.ibid.nu. 26.vbi dicit , quòd
iuramētum obligationis inductorium,
interpoſitum ſuper obligatione natura-
li præcedente,actionem vtroq; iure pro-
ducat, per allegata ibid. & ratione illius
10 † naturalis obligationis non cenſetur pa
ter ſibi ipſi donâſſe:ſed eſt quædam inter
donantem & accipientem differentia.
Accedat, quòd iuramentum ſit iuris di-
uini,& vinculum animæ, & quòd eo iu-
re patria poteſtas,quæ eſt iuris ciuilis, nō
conſideretur,tex.in c.ſi.§.ſi.de iudi.in 6.
11 vbi in † ſpiritualibus patriæ poteſtatis
nulla habetur ratio. Et ideò donatio pa-
tris iuramento firmata , ſaltem de iure
Canonico valida eſt,vide infrà,Obſeru.
ſequ.Ita concludunt & communem eſ-
ſe atteſtantur,Dec.d.conſi.631. & conſil.
239.num.1.incip.Primò non videtur.Idē
conſi. 432. nu.4.incip.cùm ſit Almericus,
& conſil.688. nu.11.incip. ad cōfirmatio-
nem,vbi dicit illam opinionem cōmu-
nem,& donationem Monacho ab Ab-
bate factā iuramento firmari. Alex.latè
in d.l.ſi donatione. nu.8.C.de collat. Idē
d.conſil.nu.3. & 4. vbi communem di-
cit,&conſi.20.nu.2.vol.3.incip.viſo pro-
ceſſu,Bart.in d.l.frater à fratre. Dd. in d.
c.quāuis.de pact.in 6.Bald.in l.3. num.8.
cum ſeq.C.de vſucap.pro donato. Deci.
in d.l.ſi donatione.nume. 33. cum ſequ.
Iaſ.in d.l. frater à fratre. vbi communi-
ter Dd. vide latiùs gloſſ.in d.l. 2. C.de in-
offic.donat.& Guid. d. deciſ. 145. Iulius
Clarus d.quæſt.8.nume.8. vt plures alle-
gat.Socin.reg.103.incip. Donatio facta à
patre,vbi hanc concluſionem vndecim
modis limitat.An autem † mutuum in- 12
ter patrem & filium,item an contractus
commodati,depoſiti,emptionis & ven-
ditionis conſiſtat,vide latè Barto.in d.l.
frater à fratre.nu.47.cum ſeq.Et quid in
aduenticio peculio , an valeat donatio
inter patrem & filium , vide eundem
Bart.ibid.num.16. Tertiò fallit iſta con-
cluſio in dote & † donatione propter 13
nuptias, quā pater filio filiæve rectè dare
poteſt,tex.in l.Pomponius , ff.famil.er-
ciſc.Dd.in d.l.2.C.de inoff.don.Bart. in
d.l.frater à fratre.nume. 57. Socin.d.reg.
103.gloſſ.in c.1.§.final. in verb.ſuper con
tractibus,in ſi.de pace tenen.& iur. firm.
Afflict.ibid.in gloſſ. 4. nume. 24.& da-
tam diminuere nequit, niſi ſublit iuſta
cauſa,per tex.in Auth.ſed quamuis.C.de
rei vxo.act.Quartò † fallit in filio eman- 14
cipato,cui pater donare poteſt, quia ceſ-
ſat ratio prohibitionis , putà patria po-
teſtas,per text.in d.l.2. C. de inoffic. do-
nat.Bald.ibid.numer.1. & communiter
Dd.præſertim Caſtr.qui eam l. pulchrè
explicat,& ideò licèt non valeat à prin-
cipio donatio patris filiofamil.facta, ta-
men emancipatione confirmatur, item
morte patris,per text.in d. l. ſiuè emāci-
patis,C.de donation.& l. donationes in
concubinam.§.pater.ff.eod. Bal. & Caſt.
in d.l.2.quod eſt intelligendum de re fi-
liofamil. donata & tradita : nam illa
emancipatione confirmatur: ſecùs ſi res
donata, tradita non ſit, quia traditione
non ſecuta,quod datum non eſt, confir-
mari nequit, vt prolixiùs explicat. Bald.
in d.l.2.num.1.& num.6. Immoderata † 15
tamen donatio filiofam. facta morte pa
tris non confirmatur in præiudiciū al-
terius filijſa.intellige quatenus immodi-
ca eſt,nā in reſiduo ſubſiſtit,tex.in d. l.2.
C.de

C.de inoffi.donat. & in Auth. vnde etſi
parens.C.de inoffic. teſtam. Quod verò
ad filium emãcipatum attinet,quoniam
ab initio valuit donatio patris,ideò qua-
tenus inofficioſa eſt, per querelam reuo-
cari debet,text.in d.l.2.Bart.Bal.Caſtren.
16 & alij ibid. Quintò † fallit in donatione
ſummi principis filioſam. facta, vt in
vtranque partem notat Afflict.in c.1.§.fi.
in 4.gloſſ. nu.18. de pace tenend. & iura.
firman.vbi omninò vide.

OBSERVATIO XXXIX.

Donatio iurata an valeat abſque inſi-nuatione.

SVMMARIA.

1 *Solidus quomodo in iure accipiatur.*
2 *Aurei legales qui ſint.*
3 *Intellectus l. ſancimus.*
4 *Donationis ſumma quomodo computanda.*
5 *Pars negatiua, quòd non valeat donatio cum iuramento vltra ſummam.*
6 *Inſinuatio cur inducta.*
7 *Fraudes inter coniunctas perſonas facilè committuntur.*
8 *Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.*
9 *Lex rebus non verbis debet eſſe ſcripta.*
10 *Vna via concedi non debet, quòd alia prohibitũ eſt.*
11 *Renunciatio contra legem facta non valet.*
12 *Partis affirmatiuæ aſſertores.*
13 *Pars affirmatiua verior.*
14 *Iuramentum quod abſque diſpendio ſalutis æternæ ſeruari poteſt, ſeruandum eſt.*
15 *Mores boni vel mali, aliter de iure Ciuili, & aliter de iure Canonico conſiderantur.*
16 *Iuramentum quando non ſit obligatorium.*
17 *Intellectus l. non dubium, et c. non eſt obligatorium.*
18 *Volenti non fit iniuria.*
19 *Inſinuatio an principaliter vtilitatem publicam concernat.*
20 *Reipublicæ intereſt mulieres eſſe dotatas.*
21 *Alienatio rei dotalis cum iuramento valet.*
22 *Similiter pactum iuratum de non ſuccedendo patri.*
23 *Iuramenti magna efficacia.*
24 *Donatio abſque inſinuatione in multis caſibus fieri poteſt.*
25 *Donatio ab Imperatore facta non opus habet inſinuatione.*
26 *Iurans intelligitur actum deliberatè facere.*
27 *A communi opinione non eſt recedendum in iudicando.*
28 *Inſinuatio non requirit cauſæ cognitionem.*

VLtra quingentos ſolidos dona-
tionem abſque Inſinuatione nõ
valere notum eſt, per text. in l.
ſancimus.C.de donat.& in §.aliæ autem.
Inſtit.eo.tit.Solidum † in iure noſtro pro 1
aureo accipiendum communiter rece-
ptum eſt, per tex.in l.fi.ff.de in ius vocan.
Iaſ. ibid.nu.2. gloſſ. ſingul. in l.quicunq;.
in verb.vel viginti.C. de ſeru fugit. quo-
rum † 72. vnam auri libram faciunt, per 2
text.in l. quotieſcunq;.C. de ſuſceptorib.
& arcar.lib.10.gloſſ.ibid. in verb. aut au-
ri.Bart.& alij ſimiliter.gloſſ in §.nos au-
tem, in verb.ſolidos. Inſtit. de Attili.tu-
to.gloſſ.in §.fin.in verb. ſolidorum. In-
ſti.de pœn.tem.litig. Felin. in c. conque-
rente,nu.1.de ord.cog.Panot.ibid.Guid.
deciſ.492.num.2. Caſtr. in l.fi. num.3.C.
communia de leg. Iaſ.in l.2.§. ex his,nu.
17.ff.de verb.oblig. Angel.in l.ſancimus,
num.4.C.de donat. Alex. conſil.4.nu.9.
in fin.vol.1.incip. Circa primum.Bello.
conſi.4.nu.13. vide Budæum lib.3.& lib.5.
de aſſe, Leonardum Portium libr.1. de
monetis & ponderib. Alciat. libr.3. di-
ſpunct. cap.9. Georgiũ Agricolam lib. 2.
de põdere & temperat.mone. Didacum
Couar.de veterib.numiſma.cap.2. Et de
iſtis aureis legalibus intelligenda eſt † d. 3
l.ſancimus, diſponens donationem vl-
tra quingentos ſolidos inſinuandam eſ-
ſe. Vnde in praxi diligenter hæc no-
tanda ſunt, propter aureorum differen-
tiam,quia in ſingulis propemodum pro-
uincijs aurei variantur.Quapropter ſi au-
rei ſint minoris valoris, & variati in bo-
nitate intrinſeca, ita vt 72.aurei nõ con-
ficiant libram,iuribus ſuprà allegatis,tũc
reducendi ſunt ad valorem legalem,ſiue
ad aureos legales. Itaque contingere po-
teſt, vt valeat donatio etiam vltra 500.
aureos, videlicet ſi in loco contractus,
vel factæ donationis non ſunt tales au-
rei,quorum 72.conficiant libram. Ita te-
nent communiter Dd. in locis ſuprà al-
legatis. Et Iaſon in d.l.2.§. ex his. num.
16.dicit ita ſe in facto obtinuiſſe, & in d.
l. final. aſſerit, quòd † conſiderato valo- 4
re legali, hodie donatio vltra ſeptingen-
tos valere poſſet abſque inſinuatione.
Hac computatione attenta, quemad-
modum reuerà in iudicijs attendi debet,
ſi non obſtet conſuetudo loci in con-
trarium, Coloniæ 1200. & Aquiſgrani,
vltra duo millia aureorum monetę cur-
rentis, vt vocant, donatio abſque inſinu-
atione facta, ſubſiſteret. Eſt ſingularis li-
mitatio ad d. l. ſancimus. C. de donat.

Sed quid ſi donator excedens ſummam
quingentorum ſolidorum iuret non re-
uocare donationem factam: an talis do-
natio abſque inſinuatione facta, ratione
iuramenti etiam quóad exceſſum ſubſi-
ſtat? Quęſtio ſatis anceps,& in vtramque
partem mirabiliter à Dd. diſputata eſt.
5 Partem † negatiuam tenent, Bald. in l.
illud.nu.9.C.de ſacroſ.eccleſ. Idem in l.
data.C.de donat.& conſ.29.nu.2. volu.1.
incip.caſus,vir donauit vxori.Caſtr.cõſi.
195.num.5.volum.2. Curt. ſen. conſil.66.
num.21.in fin.incip. Sapienter optimus.
Fab.in d.§ aliæ.Inſti.de donat.Salic.quo-
que in l.ſi quis pro redemptione. nu.5.C.
eod.tit.in hanc partẽ inclinat, ſub dubio
tamen relinquit. Sed Molin.ad Alexan.
conſil.4.volum.1. dicit hanc partem ne-
gatiuam eſſe veram, & in regno Franciæ
ſeruari, allegando ad hoc plures autho-
ritates. Rationes autem huius opinio-
6 nis ſunt. Primò,quòd † inſinuationis ne-
ceſſitas publicæ vtilitatis gratia introdu-
cta ſit: intereſt enim Reipublicæ,nè quis
re ſua abutatur,tex.in §.pen. Inſtit.de his
qui ſui vel alieni iuris ſunt. Secundò, in-
ſinuationis ſolennitas à lege requiritur
7 ad hoc, vt † fraudibus obuietur, quæ in-
ter coniunctas præſertim perſonas, faci-
lè committi poſſent, tex.not.in d.l.data,
ſi ergo iuramentum abſq; inſinuatione
donationis contractum exceſſiuum con
firmaret, fraudibus feneſtram aperiret,
& delinquendi præſtaret occaſionem, quod
fieri non debet.text.in l.conuenire.ff. de
pact.dotalib. & ſic tanquàm contra bo-
nos mores præſtitum non eſt obligato-
rium,text.in c nõ eſt obligatoriũ, de reg.
8 iur.in 6. nam † iuramentum non debet
eſſe vinculum iniquitatis, text.in c.quan-
to.de iureiur. & in c.inter cætera.22.q.4.
text.in §.fin. de pac. tenen. & iuram. fir-
man. Deci.conſi.180.num.4. Tertiò,ea-
dem facilitate, iiſdemque verborum le-
nocinijs quis ad iurãdum induci poſſet,
quibus inducitur,vt immenſam, & vltra
legitimam & definitam ſummam, do-
nationem faciat. idque in fraudem d.l.ſi
quis pro redemptione,§.fin. & d.l.ſanci-
9 mus.& d.l.data. quæ † leges nõ rebus,ſed
verbis tantum ſcriptæ eſſent:at lex rebus,
non verbis debet eſſe ſcripta, per tex.in l.
fi.C.communia de leg.& légi non opor-
tet fraudem facere,tex.in l.ſi filiusfam.§.
is autem.ff.ad S.C.Macedo. & in l.qui te-
ſtamentum.§.fin.ff.de probatio.Quartò,
ſi iuramentũ confirmaret donationem
immenſam abſq; inſinuatione,iam † vna 10
via cõcederetur, quod alia eſſet prohibi-
tum, permitteretur enim per obliquum
quod directò fieri non poſſet,contra tex.
in c.cùm quid vna.de reg.iur.in 6.& in l.
ſcire oportet, §.1.ff. de tuto. & curat.dat.
ab his,text.in l.cùm hi.§. ſi cum lis.ff. de
tranſ.& in l.hæres meus.§.fi.ff. de condi.
& demonſtr.& nota eſt regula, vno pro-
hibito, omnia alia per quæ ad illud per-
uenitur,prohibita eſſe,tex.in c.præterea,
de offic.iudic.deleg. gloſſ. ibid.in verbo,
ex eo,tex.in l.eos in fine princ.C. de vſu-
ris, & in l.fin.C.de vſur.rei iudic.tex.in l.
legem,§.fin.C.de natural.liber.gloſſ.vni-
ca in l.oratio.ff. de ſponſalib. Poſtremò
non valet † renunciatio etiam iurata, ſi 11
facta ſit contra legem certam ſolennita-
tem requirentem,per text.in l.nemo po-
teſt.ff.de leg.1. Dd.in l.ſtipulatio hoc mo
do concepta.ff. de verbor.obligat. Curt.
ſen. d.conſil.66. Iſtis rationibus potiſſi-
mùm concludunt Dd. in locis allegatis,
iuratã donationem nõ confirmare con-
tractum donationis, abſq; inſinuatione
celebratum, quatenus videlicet excedit
legitimam ſummam. Sed partem † affir- 12
matiuam plurimi tenent, valere ſcilicet
donationem cum iuramento,abſq; inſi-
nuatione,eamq; communẽ eſſe atteſtan-
tur omnes qui ſequũtur: in primis Ioan.
And.ad Specu.titu.de inſt.edit.§.portò.
nu.7.Alex.d.cõſi.4.nu.4.vol.1.Idẽ conſi.
32.nu.6.vol.2.incip.oportunè.& conſ.83.
nu.20. incip. viſa facti & conſ.157 .nu. 19.
eod.vol.incip.viſo.inſtrumento,Panor.
latè,& pulchrè conſ.95.Incip.Factum ſic
proponitur,nu.3.volu.2.Deci.conſi.432.
nu.15.incip.cùm ſit. Idem conſil.488. nu.
6.incip.in cauſa & lite. Gozadin. conſil.
87.nu.13.incip. Prima facie.Roma.conſi.
26.nu.4.incip. Pro deciſione.pleniſſimè
Socin.ſen.conſil.77.incip. Conſilijs no-
ſtris.vol.1.per totum. Corne. conſil.221.
incip. Quia in hac cauſa.vol.1.& conſil.
186.incip.De duobus,volu.2.Pariſ.conſi.
69.incip. Dominus Ambroſius.num.97.
volu.3.Iaſ.conſil.51.num.3.incip.tota du-
bitatio.volum.1.Idem conſil.118.num.2.
vol.4.incip. Contra donationem. Curt.
Iunior conſi.81.num.6. incip. viſo,ac di-
ligenter

ligenter conſiderato, Cæph. conſil. 61.
nu.18.volum.1.incip. Nobilis. Hippol.in
pract.crimin.§.2.num.65. latè Imol.in c.
cùm contingat. de iureiur. Angel. in l.
ſancimus.C.de donatio. Guido deci.350.
per totam incip. vtrùm renunciatio,vbi
nu.5.dicit, ſecũdum hanc opinionem in
Parlamento iudicatum fuiſſe, & innu-
13 meri alij, qui vno veluti ore vbiq; † atte-
ſtantur hanc partem affirmatiuam veri-
orem, & communem eſſe opinionem.
Rationes quàm plures adferũt, quarum
14 præcipua,quòd hoc † iuramentum ſuper
donatione non reuocanda præſtitum,
tale ſit, quod abſq; diſpẽdio ſalutis æter-
næ ſeruari poſſit, ideoque ſecundum Ca-
nones, quibus in materia iuramẽti ſtan-
dum,text.in c. licèt mulieres. de iureiur.
Deci.d.conſil.432.num.19. religioſè ſan-
ctéque ſeruandum, quia iuramentum,
dicitur ſpecies religionis,text.in l.neque,
in princip. ff.de fideicommiſſ.liber. text.
in c. & ſi Chriſtus, de iureiur. & Cicero
lib.1.Officiorum ait,nullum vinculũ iu-
ramento præſtantius eſſe. Alia ratio eſt,
quòd tale iuramentum non ſit contra
bonos mores iuris Canonici : aliter e-
15 nim † boni vel mali mores de iure Ciui-
li,aliter de iure Canonico cõſiderantur,
quo prohibitio iuris Ciuilis non atendi-
tur,quando iuramentum ſuper eo,quod
abſque diſpendio ſalutis æternæ ſeruari
poteſt,interponitur, tex.in d.c.cùm con-
tingat. & in c.quamuis, de pact. in 6. vbi
communiter Canoniſt. Dd. in Auth.ſa-
cramẽta puberum.C.ſi aduer.vendit. Nã
de iure Canonico illud cõtra bonos mo-
res eſſe intelligitur,cuius obſeruatio nu-
trit peccatũ,& per conſequens in diſpen-
dium ſalutis æternæ vergit,quandò vide-
16 licet † iuramentum præſtatur ſuper eo,
quod turpitudinem aliquam in ſe conti-
net, aut principaliter eſt cõtra vtilitatem
publicam,tex.in c.ſi diligenti,§.fi. de for.
compet.& in d.c.quanto. Panor. d. con-
ſil.95.Socin.iunior conſ.143.num.36.vol.
1. vel quandò præſtatur contra legem
perpetuam cauſam prohibitionis haben
tem.Iſtis caſibus non valet iuramentum
etiam de iure Canonico,quia eſt contra
bonos mores. Panorm.vbi ſupr.tex.in l.
17 pacta quæ contra.C.de pact.& in † l.non
dubium.C.de legib. quæ lex in huiuſmo-
di caſibus intelligenda eſt, ſimiliter d.c.
non eſt obligatorium, intelligi debet de
iuramento, quod eſt contra bonos mo-
res iuris Canonici, quod turpitudinem
in ſe continet,quod principaliter eſt con
tra publicam vtilitatem, quod vergit in
diſpendium ſalutis æternæ : ſed horum
nihil in iuramento ſuper donationis cõ-
tractu exceſſiuo præſtito. Primò enim, vt
ſuprà quoque dictum eſt, hoc iuramen-
tum abſque diſpendio ſalutis æternæ ſer-
uari poteſt : quia à † volente, cui non fit 18
iniuria,tex.in l.cũ donationis.C.de tran-
ſactionib.cum ſimilib. & ſuper rebus nõ
concernentibus animæ ſalutem,præſta-
tur. Deinde non conceditur, quòd † in- 19
ſinuationis neceſſitas principaliter vtili-
tatem publicam concernat, ſed tantùm
in cõſequentiam, & ſecundariò, ne quis
re ſua abutatur : principaliter verò reſpi-
cit fauorem donantium, ne domeſticis
fraudibus,præſertim coniunctarum per-
ſonarum,prodigaliter donãdo, ſuis pri-
uentur bonis,tex.in d.l. data.C. de dona-
tio.huic aũt iuri priuato donatores iura-
mento renũciare poterunt:quemadmo-
dum in ſimili, fundi dotalis alienatio
principaliter in fauorẽ mulieris, ne dote
ſua priuetur : ſecundariò verò publicæ
vtilitatis gratia, cùm interſit † Reipubli- 20
cæ mulieres dotatas eſſe, prohibita eſt,
tex.in l.1.ff.ſolut.matrim.& tamen ſi fiat
cum † iuramento, valet alienatio,text.in 21
d.c.cùm contingat.& in d.c.quãuis.vtro-
bique Dd. Idem receptum eſt in † pacto 22
de non ſuccedendo patri, quòd licèt de
iure communi non ſubſiſtat, tex.in l.pa-
ctum quod dotali.C. de pact. & in d.l.ſti-
pulatio hoc modo concepta, ff. de ver-
bor. obligat. tamen ſi iuratum ſit, ſer-
uari debet, d. c. quamuis. tanta enim eſt
† potentia & efficacia iuramenti, quan- 23
do interponitur ſuper eo, quod non eſt
contra bonos mores iuris Canonici. Et
Dd. vbi ſuprà, plura ad hoc exempla ad-
ferunt, & ſic hoc iuramentum non præ-
ſtat occaſionem delinquendi, cùm qui-
libet ſuo fauori renunciare poſſit. vulg.
l. ſi quis in conſcribendo.C. de pact.præ-
ſertim cum iuramento. Dd. in d. Au-
then. Sacramenta puberum.C. ſi aduerſ.
vend. Tertiò † conſtat donationem abſ- 24
que inſinuatione non eſſe penitùs ini-
micam legibus, cùm non habeat perpe-
tuam prohibitionem: ſed in multis caſi-
bus,

bus,etiam de iure Ciuili, abſque inſinua-
tione ſubſiſtere,vt in donatione remu-
neratoria,tex.in l.Aquilius,ff. de donat.
& in donatione pro redemptione capti-
uorum facta,tex.in d.l.ſi quis pro redem
25 ptione. Item in † donatione Imperiali,
per tex.in d l.ſancimus,C.de donation.
Bald.ibid. numer. 4. vbi rationem tra-
dit,eò quòd coram principe, tot proce-
ribus,& nobilibus præſentibus, nihil oc
cultè & fraudulenter fieri poſſit. Fallit
quoq; in alijs caſibus notatis per Accur.
in d.§.aliæ.Inſtit.eod.tit.vbi vide. Quar-
tò non obſtat, quòd eadem facilitate
quis ad iurandum induci queat, qua ad
immenſum donandum. Prætereà quòd
vna via non debeat concedi, quod alia
prohibitum eſt,quia iuramenti religio,
& vinculum tollit iſtas difficultates:
26 qui † iurat,intelligitur actum deliberatè,
& non leuiter, vel quadam facilitate
facere,tex.not.in c.ex reſcripto. de iure-
iur.Alex.cõſ.42.nu.9. & nu.17.vol.1. in-
cip.ſuper præmiſſo,tex.in l.cùm pater,§.
filius matrem.ff.de leg. 2. Curt.ſen. cõſi.
1.num.4.Bald.in l.ſi quis pro eo. in fine,
ff.de fideiuſſo.Bart.ibid.nu.13.cum ſequ.
Dd.in l.ſi quis maior.C.de tranſact. Ad
hæc cùm actus ſit iuratus,nõ dicitur vna
via aliquid concedi, & alia prohiberi,
quia iuramẽtum facit,vt non ſit eadem,
ſed diuerſa via,& nouus actus, à primo
planè ſeparatus. Non obſtat, quoq; præ-
dicta regula,vno prohibito, alia conſe-
quentia prohiberi,per iura allegata,quia
illa procedit quando aliquid ad prin-
cipale acceſſoriè venit, quo caſu ſub-
lato principali, corruit etiam acceſſo-
rium, text.in l.1.& in l.2.ff.de pecul.leg.
cum ſimilibus: ſed iuramentum ſuper
donatione exceſſiua interpoſitum, non
venit acceſſoriè,ſed principaliter ad cor-
roborationem contractus adijcitur,tex.
in d.c.quamuis, & in d.Authen. ſacra-
menta puberum, & quoniam tale eſt,
quod conſcientiam iurantis non lædit,
meritò ſeruari debet,tex.in d.c.cum con
tingat,de iureiurand. Ita concludunt Pa
normit. Deci. Socin. Imol. & alij com-
27 muniter Dd.in locis ſupr.allegatis, † à
quorum opinione in iudicando,cùm ſit
communis,non eſt recedendum, tex. in
c.nouimus,de verbor.ſignific. text.in l.
vnica, ibi, & ſanè crebrior, ff. de offic.
quæſt.& in l. athletas, ff. de his qui notã.
infam.ibi,& generaliter ita omnes opi-
nantur, Deci.conſil.441. nume.14. Idem
conſil.480.nume.17.Panormit.in c.1.de
conſtit.nume.15.Alexand. conſil. 25. nu-
me.2. volum. 6. Illud obiter annotan-
dum, inſinuationem † non requirere 28
cauſæ cognitionem, & per conſequens
partis citationem,aut decretum iudicis,
cùm ſit actus voluntariæ iuriſdictionis,
& fieri poteſt coram quocunque iudice,
etiam non ſuo,per text.in l.in hac.C. de
donat.Bart.ibid.nu.1. iunct. apoſt. Idem
in l.Modeſtinus.num.3.ff. eo. vbi omni-
nò vide.Bal.conſi.163.nu.6.vol. 4.incip.
Super eo quod quæritur.

OBSERVATIO XL.

Donatio inter coniuges an iuramento firmetur.

SVMMARIA.

1 *Donatio inter coniuges cur prohibita.*
Lex non debet eſſe eluſoria. ibid.
2 *Pars affirmatiua.*
3 *Prohibitio iuris ciuilis non attenditur, ſi iuramentũ ſeruari poſſit.*
4 *Iure Ciuili multa prohibita, quæ de iure Canonico ſubſiſtunt cum iuramento.*
5 *Pars affirmatiua verior, & quis ſit eius effectus.*
6 *Donatio inter coniuges morte confirmata vim relicti habet.*
7 *Donatio reciproca inter coniuges licita, & quare.*
8 *Donatio reciproca non eget inſinuatione.*
9 *Donatio mariti ſenis, aut ignobilis facta vxori iuueni, aut nobili, valet.*

EX eodem fonte deſcẽdit alia nõ
inelegans quæſtio, vtrũ † dona- 1
tio inter cõiuges cũ iuramento
valeat, Panorm.conſil.95. volu.2. incip.
Factum ſic proponitur, eam difficilem
eſſe atteſtatur, quam cõmuniter tractant
Canoniſtæ in c.donatio, de donar. int.
vir. & vxor. Partem negatiuam tenet
Baldus conſil.29.incip. Caſus, vir dona-
uit vxori, volum.1.per totum. Caſtr.con
ſil.193.volum.2.num.2.incip. Super iſto
puncto.Curt.ſenior conſi.66. Bart. in l.1.
num.1.ff.de donat.inter vir.& vxor. Ful-
go.& Salic.ibid.Bal. in c. cùm cõtingat,
de iureiur. Idem in l.ſi quis inquilinos.
§.fin.in fine,ff.de leg.1 Salic.in l.cũ mul-
tæ.num.4.C.de donat.ant.nupt.Henric.
Boic.in c.fin.num.5. de donat. inter vir.
& vxor.

& vxor. Ange. in l. ſi quis pro eo. in princip. ff. de fideiuſſ. Zabarell. in Clem. 1. §. porrò. num. 10. de iureiuran. Molinæ. ad Alexand. conſi. 8. num. 3. volum. 2. incip. viſis & conſideratis. dicens, hanc partem veritatem eſſe, per plura allegata. Rationes huius opinionis colliguntur ex l. 1. 2. & 3 ff. de donat. inter virum & vxorem. Primò, quòd donans ad paupertatem reduceretur. Secundò, quia cura educandi liberos negligeretur. Tertiò, quia daret occaſionem diuortij. Quartò, quia matrimonia venalia eſſent, text. in d. l. 1. cum duabus ſequentibus. Ex quibus rationibus inferunt, tale iuramentum eſſe contra bonos mores, & ſic non obligatorium, vulg. c. non eſt obligatorium de regul. iur. in 6. cum ſimilibus, maximè, cùm prohibitio iuris ciuilis, toto titul. ff. & C. de don inter vir. & vxor. ſit iuri Canonico cõſentanea, text. in d. c. donatio. extr. eod. titul. nec ſit alibi iure Canonico expreſſum, quòd donatio iurata inter coniuges ſubſiſtat, ita argumentatur Bald. d. conſil. 29. Quibus accedat quinta ratio, ſuprà in proxima Obſeruatione etiam relata, videlicet quòd prohibitio legis ciuilis hoc pacto nullius foret momenti, ſed planè eluſoria, quod fieri non debet, text. in l. ſi filiusfamil. §. is autem. ff. ad S.C. Maced. & in l. qui teſtamẽtum. §. final. ff. de probat tex. in l. cùm quis decedens. §. Titia. ff. de leg. 3. Nam alterutter coniugum facilè poſſet blanditijs (præſertim vxor) ad præſtandum iuramentum de ſeruanda donatione induci & ſic vna via concederetur, quod alia eſſet prohibitum, contra text. in c. cùm
de S. Geotg. in verb. dictique vaſalli pro-
miſerunt, num. 9. & nu. 11. circ. fin. Gram-
mat. deciſ. 105. num. 13. & num. 55. vbi latè
hoc proſequitur. Bald. in c.1. §. publici la-
trones, num. 3. de pace tenen. vbi dicit per
illum text. quòd quis non ſit priuandus
feudo, niſi ordine iudiciatio ſeruando,
2 & ſententia ſubſequuta. Sic in † prodigo
receptum eſt, licèt enim natura manife-
ſtè, notoriè, & reuera prodigus ſit: tamen
ad effectum, vt bonis ei ſit interdictum,
ſententia declaratoria requiritur, debet
per ſententiam declarari prodigus, ad
hoc vt ei adminiſtratio rerum ſuarum
interdicta ſit, text. in l. is cui bonis. ff. de
verbor. oblig. vbi communiter Dd. Caſt.
nu. 4. Iaſ. nu. 9. Zaſ. nu. 15. dicētes, ita com-
muniter teneri, Vaſquius controuerſ. il-
luſtri. libr. 1. cap. 17. nu. 2. communem di-
cit, quod ſatis indicant verba, interdictū
eſt, in d. l. is cui bonis. & ſic factum ho-
minis, hoc eſt iudicis decretum, & ſenten
tia tequiritur, text in l. certi condictio. §.
item quæri. ff. de teb. cred. ſi cert. peta. tex.
in l. patri pro filio. ff. de minoribus 25. an-
nis, & in l. ſi curatorem habens. C. de in
integr. reſtitut. mino. Eodem modo licèt
exceptio excuſſionis per fideiuſſorem op
poſita non habeat locum, quandò noto-
rium eſt debitorem non eſſe ſoluendo,
tex. in l. nam is. ff. de dolo malo. gloſ. no-
tab. in l. decem. ff. de verb. oblig. Barto. &
communiter Dd. ibid. Iaſ. in §. itē ſi quis,
num. 68. Inſtitu: de action. tamen hoc ea-
tenus procedit, ſi ſuper notorio iſto lata
ſit ſententia declaratoria, Por. lib. 1. com
mun. opin. concluſ. 41. in 5. limitatione.
Roma. conſil. 241. nume. 7. incip. Specta-
biles domini, vbi communem dicit. Bar.
in l. ſtipulatio. §. habet. ff. de no. ope. nun-
ciat. nume. 4. vbi dicit, non ſtandum eſſe
relationi nuncij dicentis † debitorem 3
nihil in bonis habere, vel nihil in bonis
repertum: ſed nihilominùs opus fore
ſententia declaratoria, antequàm fide-
iuſſor, vel poſſeſſores rerum hypotheca-
tarum conueniri poſſint, vide ſuprà eod.
Obſeruat. 27. Sic in banno Imperiali, li-
cèt quis in bannum ob fractam pacem
ipſo iure incidat: tamen vt † bannum ef- 4
fectum habeat: hoc eſt, vt perſona ban-
niti impunè offendi, & bona eins occu-
pari poſſint, requiritur ſententia decla-
ratoria, tex. in l. eius qui delatorem. ff. de
iur. fiſci. Hippol. latiſſim. ad rubr. ff. ad l.
Cornel. de falſ. nnm. 24. vſq; ad nu. 50. Za
barell. in Clem. 1. nume. 7. de pœn. Bar. in
l. Mæuius. §. duobus, nu. 24. ff. de legat. 1.
ſicut in tractatu fractæ pacis, libr. 2. cap. 3.
prolixius annotaui. Eodem modo, ſi † 5
vectigal vel gabella non ſoluatur, amit-
titur quidem domininm rei ipſo iure,
tex. in l. commiſſa. ff. de public. & vectig.
ſed quóad auferendam poſſeſſionem fa-
cto hominis opus eſt, & ſic declaratoria
ſententia, Bar. in d. l. commiſſa. Bertrach.
in tracta. de gabell. in 9. parte principali,
nu. 3. in fi. Et generaliter, leges, & ſtatuta,
quæ inducunt priuationem ipſo iure, ad
dominij tantùm, non poſſeſſionis pri-
uationem ſpectant, Bart. in d. l. commiſ-
ſa. Bertachin. vbi ſuprà. Grammat. pul-
chrè deciſi. 15. nu. 8. vbi dicit, quòd omnia
† iura mundi diſponentia, pro aliquo 6
crimine, ipſo iure pœnam imponi, intel-
ligenda eſſe, dummodò ſequuta fuerit
ſenten-

ſententia declaratoria, per quam decla-
retur illud crimen fuiſſe commiſſum:
aliàs pœna non poterit habere executio-
7 nem, ſeu effectum ſuum. An autem † em
phyteuta propter non ſolutum canonẽ,
ſi dominus velit, ſit ipſo iure priuatus,
abſque ſentẽtia declaratoria, variant in-
terpretes. Spec. tit. de emphyteuſi. §. nũc
aliqua, nu. 6. Roma. conſ. 212. nu. 7. quem
omninò vide. Alberic. in l. 2. C. de iur. em
phy. nu. 3. Rofred. in libellis ſuis, titul. de
vtili rei vendic tenent, quòd ſentẽtia de-
claratoria requiratur, per rationes ibi al-
legatas, præſertim, quia d. l. 2. cum l. ſequ.
vtuntur verbo futuri temporis, cadat,
quod eſt intelligendum per ſententiam,
& non ipſo iure. Sed Dec. conſ. 146. num.
5. & 8. incip. Et pro tenui: dicit commu-
nem opinionem eſſe in contrariũ, quòd
ſcilicet emphyteuta eccleſiæ, ſit ipſo iu-
re, propter non ſolutum canonem pri-
uatus, abſque ſententia declaratoria, per
allegata ibid. Sequitur Iaſon in d. l. 2. C.
de iure emphyteut. nu. 12. & nu. 14. vbi in
vtranque partem diſputat, & pro ſecun-
da opinione concludit. Antho. de Butr.
in c. potuit, extr. locati. communem quo-
que dicit. Limita tamen prædicta ſingu-
lariter, vt non procedant in vaſallo, qui
8 † commiſit culpam, & fæloniam noto-
riam, actu permanentem: quo caſu, do-
minus de facto ſine ſententia poſſet oc-
cupare poſſeſſionem feudi. Exempli gra-
tia, ſi vaſallus ſit in notoria rebellione
actu perſiſtente, vt prolixius notaui in d.
tracta. fractæ pacis, libr. 2. c. 3. per text. in l.
emptorem. ff. de actio. emp facit tex. in l.
ſi verò § 1. ff. qui ſatiſd. cogan. gloſſ. ibid.
in verbo, euidentiſſime. tex. in §. 1. tit. qui
ſunt rebell. in extrauag. Afflict. in d. c. ſan
cimus. 2. nu. 11. cum ſequ. idem in c. 1. §. ſi
quis hominem. in 2. notab. nu. 6. de pace
tenen. vbi dicit per illum tex. quòd in no
torio facti permanentis probatio in con
trarium non admittatur. Grammat. d.
deciſ. 105. nu. 13. & nu. 57. cum ſequ. vbi di-
9 cit, quòd in † proditore manifeſto & pu-
blico ſententia declaratoria non requi-
ratur. Quibus adſtipulatur imperij prag-
matica ſanctio, Auguſtæ Vindelicorum
Anno 1559. §. Damit dann/ promulgata.
Quò pertinet doctrina illa, quòd propter
10 † enormitatem delicti licitũ ſit iura trãſ-
gredi, per text. in c. 1. in fine, de homicid.

in 6. Innoc. in c. 1. de conſtitut. numer. 2. Hippol. in l. 1. ff. ad l. Cornel. de ſicar. nu. 59. vbi pro exemplo adducit, quòd clericus faciens atrociſſimum delictum, poſſit ſine degradatione puniri, idem Hippol. pulchrè per multa exempla in l. vnius. §. cogniturum, num. 66. cum ſequ. ff. de quæſtio. Item quòd furioſus regulariter non puniatur pro homicidio pœna ordinaria: quia non poteſt obligari, cùm ſenſu communi careat, ac proinde pro mortuo habeatur, tex. in l. qui ad certum. ff. locati. & in l. bonorum. ff. rem rat. hab. vbi furioſus mortuo comparatur, tex. in l. 2. §. furioſus. ff. de procur. & in l. vbi. §. furioſus. ff. de reg. iur. tamen ſi delictum ſit atrociſſimum, poſſet puniri, non obſtante furore, per notata Hippol. in d. l. 1. nu. 58. cum allegatis ibid. vide omninò Felin. in c. cùm non ab homine, num. 10. ext. de iudic. vbi recenſet caſus aliquot, quandò in notorio non requiratur ſententia declaratoria.

OBSERVATIO LII.

De muneribus & iure collectandi.

SVMMARIA.

1 Collectæ ob publicam neceſſitatem imponuntur.
2 Cenſus quid ſit, item cenſitores, & quis primò cenſum egerit.
3 Munerum ciuilium diuiſio.
4 Munera perſonalia quæ dicantur.
5 Munera perſonalia ſunt in triplici differentia.
6 In honoribus & muneribus gerendis perſonarũ qualitas conſideranda.
7 Sordida munera quæ dicantur.
8 Perſonalia munera media forenſibus imponi nequeunt.
9 Patrimoniorũ munera, alia ordinaria, alia extraordinaria.
10 Collectæ ſunt munera extraordinaria.
Munera mixta quæ dicantur, ibid.
11 Munera ordinaria non ſolùm ſubditis, ſed etiam forenſibus imponi poſſunt.
12 Clerici tenentur ad munera ordinaria.
13 Collectæ non poſſunt imponi extraneis, ſed tantùm ſubditis.
14 Neque clericis.
15 Collecta pro refectione pontium, & viarum, an forenſibus imponi poſſint.
16 Collectæ cum imponenda veniunt origo & cauſa ſpectanda.
17 Conſuetudo, vel ſtatutum, aut præſcriptio valet, ad imponendas collectas forenſibus.
18 Conſuetudo antiqua in iure collectãdi obſeruanda.
19 Ab antiqua practica non eſt recedendum.

20 Foren-

20 Forenſes ſi recuſent ſoluere collectas, an fructus ſoli retineri queant.
21 Bona vice pignorum in tributu ipſo iure obligata.
22 Forenſis pro negatione collecta prehendi non poteſt.
23 Conſuetudo obligans res, extenditur etiam ad forenſes.
24 Forenſes quibus caſibus collectari poſſint.
25 In exigendis collectis antiquitas dat iuriſdictionem, merum & mixtum imperium.
26 Immunitatem habens à muneribus ordinarijs & extraordinarijs caſu inſolito ſuperueniente collectatur, ratio eſt. & nu. 28.
27 Caſum fortuitum in ſe recipiens non cenſetur cogitaſſe de inſolito.

1 PEnſitationes, quas† collectas vo
camus, ob publicam vtilitatem,
& occurrentem neceſſitatē po-
tiſſimùm comparatæ, & permiſſæ ſunt,
etſi earum vſus quandoq; interuertatur,
& ad quæſtum transferatur. Cicero lib. 2.
Offic. præclarè ſcribit, dandam eſſe ope-
ram, ne quod apud maiores noſtros ſæ-
pè fiebat propter ærarij tenuitatem, aſſi-
duitatemque bellorum, tributum ſit con
ferendum. Sin qua neceſſitas huius mu-
neris alicui Reipub. obuenerit, dandam
eſſe operam. vt omnes intelligant, ſi ſal-
ui eſſe velint, neceſſitati eſſe parendum.
I.C. in l. 2. §. poſt deinde, ff. de orig. iur.
2 cenſum agere dixit. Eſt enim † cēſus æſti-
matio rerum & bonorum, ſiue deſcri-
ptio iugerum, & capitum: cenſitores, aut
cenſores qui cenſus agūt. vt ff. de cenſib.
per diſcurſum. Apud Romanos quoties
cenſus ageretur, numerus ciuium reco-
gnoſcebatur, & primus cenſum egit Ser-
uius Tullius ſextus poſt Romulum Rex
Romanorum, teſte Liuio, & Dionyſio
Halicarnaſſeo lib. 4. poſteà per Conſules
cenſus acti ſunt, & tandem cenſores con
ſtituti ſunt: quod latius explicat Feneſtel.
& Zaſ. in d. l. 2. §. poſt deindè. in verb. cen
ſus. Aetatem in cenſendo ſignificare ne-
ceſſe erat, quia quibuſdam ætas tribuit,
ne tributo onerentur: veluti in Syrijs à
quatuordecim annis maſculi, à duode-
cim fœminæ, vſq; ad ſexageſimum quin
tum annum tributo capitis obligantur:
ætas autē ſpectatur cenſendi tempore. Ita
Vlp. in l. ætatem. ff. de cenſib. Quoniam
verò poſſeſſio iuris collectandi quādoq;
litigioſa eſt, adeò vt periculū armorum
ſubſit, quandò videlicet duo, vel plures
imperij Status aut nobiles mordicùs cō-
tendunt inter ſe, vtri competat ius colle-
ctandi in tali territorio & loco: ideò ope-
repretium me facturum putaui, ſi iuris
collectandi materiam compēdio expli-
carem, eamq; ſua dote ampliſſimam, la-
teq; patentem paulò altius repeterem. In
primis igitur meminiſſe oportet, † mu- 3
nerum ciuilium triplicē eſſe diuiſionē:
nam quædam perſonalia ſunt, quædam
patrimoniorū dicuntur, alia mixta, text.
in l. 1. & in l. reſcriptum. §. ſciendum. & in
l. munerum. ff. de munerib. & honorib.
glo. elegans ad rub. C. eod. tit. lib. 10. & la-
tiſſimè eandem diuiſionem proſequun-
tur Dd. præſertim Bar. in l. 1. C. de mulie-
rib. in quo loco lib. 10. Iaſ. ampliſſimè in
l. placet. C. de ſacroſ. eccl. In 2. lectura. Lu-
cas de Pen. ad rub. de anno & tribut. libr.
10. Alber. ad rub. ff. de munerib. & hono-
rib. Calderi. conſi. 7. tit. de cenſib. Chaſſa.
in conſuetudines Burgundiæ, rubr. 1. §. 4.
in verbo, indire, nu. 26. cum ſequentibus.
Perſonalia † munera dicuntur, quæ ani- 4
mi prouiſione, & corporalis laboris in-
tentione, ſine aliquo gerentis detrimen-
to perpetrantur: quæ cum ſolicitudine a-
nimi, ac vigilātia principaliter explican-
tur: veluti, tutela, cura, calēdarij curatio,
text. in d. l. 1. §. illud tenendum. & in d. l.
munerum. §. perſonalia. Rurſus † mune- 5
ra perſonalia in triplici ſunt differentia,
nam quædam habent annexam dignita-
tem, & honores appellantur, vt eſt admi-
niſtratio Reip. cum dignitatis gradu, ſi-
ue cum ſumptu, ſiue ſine erogatione con
tingens, tex. in l. honor. ff. de mune. & ho
norib. Et in his† honoribus & munerib.
gerendis in primis conſideranda eſt per-
ſona eius, cui defertur honor, ſiue mu- 6
neris adminiſtratio, item origo nataliū,
facultates quoque an ſufficere iniuncto
muneri poſſint: item lex, ſecundùm quā
muneribus quiſque fungi debeat: ita tex.
in d. l. honor. ff. de muner. & honoribus.
Cæterùm ſi paupertate laborant, & mi-
nus vtile, & nequaquàm honeſtum eſt,
talibus mandari magiſtratum, tex. in d. l.
reſcripto, in prin. Quædam verò † ſordi- 7
da munera dicuntur, quæ ſolo corporis
miniſterio cōficiuntur, & proindè vilio-
ribus perſonis conferuntur, vt conficien
di pollinis, aut panis excoctio, aut obſe-
quium piſtrini, vel perangariarum præ-
bitio, per tex. in l. maritum, & in l. ſordi-
dorum. C. de excuſat. mune. libr. 10. vtro-
bique

biqueplura exempla recenſentur. Alia
8 † media munera perſonalia dicũtur,quę
neque dignitatem,neque ſorditatem an-
nexam habent, de quibus habetur in d.l.
munerum § mixta.ff.de munerib.& ho-
norib.d.l.1.§.perſonalia.ff.eo.titu Alber.
ad rubt.eiuſdem titu. Iaſ.in d.l. placet.&
huiuſmodi munera perſonalia ſorenſi-
bus imponi nequeunt,tex.in l.cùm neq;.
C.de incol.lib.10. glo.ibid.in verbo,mu-
neribus.Natta conſ.157.nu.3. vol.1. incip.
in caſu propoſito, & conſi.158. nu.11.eod.
vol.incip.poſt ſuperiora, vbi vide,an va-
leat conſuetudo in cõtrarium. Patrimo-
9 niorum † autem munera ſunt, quæ ſum-
ptibus patrimonij , & damnis admini-
ſtrantis expediuntur, text. in d.l.1.§.illud
tenendum.ff.de munerib.& honorib. &
in d. l. munerum.§. patrimoniorum. ff.
eod.tit.& trifariam conſiderantur : nam
aut ſunt merè realia; quæ principaliter
rei cohærent,& poſſeſſionibus ſiue rebus
imponuntur,quorum impoſitio certa &
generali lege prouiſa eſt, ita vt quotan-
nis recurrant , certamque præſtationem
habeant, vnde ordinaria munera dicun-
tur, vt ſunt indictiones ſiue tributa,vul-
gariter Steuren / in quibus nerui Rei-
pub.ſunt,vt inquit I.C.in l.1.§.in cauſa.ff.
de quæſtionib.d.l. reſcripto.§.final. & d.
l.munerum.§.patrimoniorum.text.in l.
ſunt munera.ff. de vacat.mune. Iaſon in
d.l. placet, num.20.C. de ſacroſanct. ec-
cle. Aut ſunt partim perſonalia, & par-
tim realia , & ſic mixta , quæ perſonis
principaliter propter res, & poſſeſſiones
inducuntur : quæ non habent certam, ac
determinatam præſtationem, ſed ex vo-
luntate ſuperioris , ob neceſſitatem ſu-
10 peruenientem variantur : & ideò † mu-
nera extraordinaria appellantur, & hæc
munera propriè, ſecundum Dd. in locis
ſuprà allegatis, collectæ vocantur, quæ
non habent certam ac annuam præſta-
tionem,ſed incertam, propter neceſſita-
tem occurrentem,quarum impoſitio nõ
fit ob cauſam ordinariam ex generali le-
gis prouiſione:ſed extraordinariam,quę
reiterationem non expectat, text. in d. l.
reſcripto.§ fin.gloſſ.ibid. in verbo,inco-
lis,text.in l.in honoribus.§.vacationum.
verſi.qui muneris.ff.de vacat.mune.Bar.
ibid.nu.5.text.in l.hi qui.ff.eod.tit. Iaſ.in
d.l.placet,nu.7. Pariſ.conſi.23.nu.5.vol.1.
incip.Primo aſpectu dicendum. Alexan
conſi.33.nu.1.vol.5.incip. Ponderatis his
& Dd.communiter vbi ſupra. Hæc om-
nia munera, quæ triſariam diuiduntur,
vna ſignificatione comprehenduntur :
nam & perſonalia, & patrimoniorũ, &
miſta munera, ciuilia ſeu publica appel-
lantur,ita inquit I.C. in d.l. munerũ.§.fi.
ff.de munerib.& honorib. Mixta mune-
ra dicuntur ratione formę & materię,nã
quóad formã dicuntur perſonalia, quia
perſonis indicuntur : quo verò ad mate-
riã patrimonialia dicuntur, qa contem-
platione rerum à perſonis exiguntur, &
quoniam ex forma & materia totum &
integrum conficitur,ideò munera mixta
dicuntur,tex.in d.l.reſcripto.§.fi.Bald in
l.propter honorem.C.qui bonis ced.poſ.
Natta conſi.149.nu.4.vol.1.incip.veriſſi-
ma fuit. Hæc accuratius propter inte-
gram diuiſionem explicata ſunt. Ex hac
autem diuiſione, quod ad munera patri-
moniorum attinet,colligendæ ſunt duæ
concluſiones, quæ in controuerſijs pen-
ſitationum principem locum obtinent,
& expeditam habent dijudicationem.
Prima concluſio, quòd † munera realia,
ſiue patrimoniorum ordinaria, putà in- 11
dictiones & tributum,quę ex legis proui-
ſione certam habent præſtationem, non
ſolùm ſubditis, incolis, & municipibus,
verùm etiam ijs, qui neq; municipes, ne-
que incolæ,ſed extranei & ſorentes ſunt,
imponi poſſint. Ratio,qui talia munera
rei propriè cohærent, licèt perſonæ non
ſint ſubditæ cenſitoribus,quibꝰ talia mu-
nera præſtãda ſunt, poſſeſſionibus enim
& patrimonijs indicuntur, nõ perſonis:
quo fit,vt etiam † clerici,& aliæ perſonæ 12
exemptę atque priuilegiatæ,ab huiuſmo-
di oneribus realibus nullam immunita-
tem habeant : ab his enim oneribus quæ
poſſeſſionibus vel patrimonijs indicun-
tur,nulla priuilegia præſtant vacationẽ,
nullæ ætatis,aut ſciẽtiæ prærogatiuæ,tex.
in l.2.& in l. obſiſtere.C. de anno. & tri-
bu.lib.10.tex.not.in l.i.C.de indictionib.
eo.lib.tex.in l.his honoribus.ff.de vacat.
muner. & in d.l.reſcripto.§.fin. & in d.l.
munerum.§.patrimoniorum. tex. in l.2.
C.de muner.patrimo.libr.10.& toto illo
tit.tex.in l.fi.C.de exact.tributo.eod.libr.
& in l.omnes.C. ſine cenſu vel reliquis.
Bar.in d.l.hi qui.nu.5.Alex.conſi.68.nu.1.

cum ſeq.volu.2.incip.Et viſo,& dudum.
Iaſ.in d.l.placet. & Dd. communiter vbi
ſupra.Pariſ.d.conſi.25.num.6.quem om-
ninò in hac materia vide, quia eam am-
pliſſimè tractat. Secunda cõcluſio, quòd
munera patrimonialia extraordinaria,
quæ non habent certam præſtationem,
neque ſingulis annis recutrunt, vt ſunt
collectæ,tantùm ſubditis,incolis, & mu-
nicipibus imponi poſſint. Ratio,quia vt
dictum eſt, principaliter perſonis rerum
contemplatione indicuntur : ſi igitur
perſonæ non ſint ſubditæ, earum impo-
ſitio locnm habere non poteſt,text.in d.
l.reſcripto.§.fina. & in d. l. munerum.§.
patrimoniorum.vtrobique Bart.tex.in l.
libertus.§.ſola.ff.ad municip. & in d.l.cũ
neque.C.de incol.lib.10. Alex.d.conſ.68.
nu.1.Pariſ.d.conſi.25.nu.6.Schurff.conſi.
69.num.26.centur.1.vbi communem di-
cit.Iaſ.in d.l.placet, & alij vbi ſupr.Bald.
in l. vni. num. 35.C. de ſent. quæ pro eo
quod inter.vbi dicit, quòd obligatio ra-
tione collectarũ in perſonam dirigitur,
ſed cauſa finalis, eſt ipſa res: idem dicit
Natta d.conſi.4.nu.49.vol.1. vnde ſequi-
tur huiuſmodi munera extraneis & fo-
14 renſibus, ſimiliter † clericis, cùm ſint à
iuriſdictione laicorum exempti, pro re-
bus ſiue poſſeſſionibus in territorio cen-
ſitorum ſitis, imponi non poſſe,tex.in d.
l.reſcripto.§.fi.& in d.l.libertus.§.ſola,&
in Auth. nulla communitas.C. de epiſc.
& cleric.text.in c. non minus. vbi plenè
Panor.& alij,de immunit. eccleſ. & in c.
1.eod.tit.in 6. Dd.omnes in locis citatis:
quod etiam procedit in collectis,quæ im
ponuntur ad refectionem caſtri, vel pro
15 cuſtodia,& ſecuritate loci: item pro † re-
fectione põtium, viarum, & fluminum,
quia talia onera perſonis propter res im-
ponuntur : & ideò extraneos non obli-
gant,niſi talis ſecuritas,cuſtodia, & refe-
ctio concerneret quoq; vtilitatem ipſarũ
poſſeſſionum, vt latè declarat Pariſ. d.
conſi.25.nu.7.per text. à contrario ſenſu,
in l.omnes prouinciarum.C. de operib.
publ. quia text. ille ad huiuſmodi onera
aſtringit tantùm ciues, & incolas. idem
tenet Bar.in l.ad inſtructiones,nu.2.C.de
ſacroſan.eccleſ. Natta d.conſ.157.num.5.
vbi omninò vide. Panor.in d.c.non mi-
nus.Corne.conſil.67. incip. In hac con-
ſultatione,volum.4. Alexan.d.conſi.68.
num.3.Platea in l.per Bitiniam.C. de im-
mun.nemi.conced. lib.10. vbique dicſit,
huiuſmodi collectas magis concernere
commodum ciuium, & incolarũ, quàm
tuitionem prædiorum, & ideò forenſes
eo nomine collectari non poſſe, per iu-
ra allegata. Natta d.conſil.157.num.5.vbi
† dicit,in imponẽdis collectis originem,
& cauſam ſpectari oportere, vt comper- 16
tum habeamus quomodo collectæ im-
ponantur, an per capita, vel fumantes,
hoc eſt, habitationes, an verò per æs &
libram : hoc eſt pro viribus patrimonij,
Bart.in l.4.§.actor, num.2.ff. de re iudic.
Bald. pulchrè in l.etiam, nu.14.cum ſeq.
C.de execut.rei iudic.latè idẽ Natta con-
ſil.215.per totum, vol.1.incip.materia col
lectarum. Limita hanc ſecundã conclu-
ſionem, Primò, vt non procedat ſi neceſ-
ſitas illa reficiendi & cuſtodiendi, vt di-
xi, cõcerneret etiam commodum & de-
fenſionem rerum : quo caſu neque cleri-
ci à talibus oneribus excuſantur, d. l. ad
inſtructiones, Dd. ibid. & in d. c. non
minus.de immun.eccleſ. Alexan.d.con-
ſil.68.num.13. Pariſ. d. conſil.25. num.71.
cum ſequentib. vbi explicat, quæ ſint iu-
ſtæ cauſæ imponendi collectas forenſi-
bus. Secundò limitatur, vt non procedat
ſi aliter † conſuetudine, priuilegio, vel 17
legitima præſcriptione introductum &
receptum ſit: putà, ſi princeps inferior,
aut ciuitas aliqua Imperialis fuerit in
longiſſima poſſeſſione collectandi fo-
renſes, ratione poſſeſſionum in terreto-
rio eorum ſitarum : nã huiuſmodi con-
ſuetudinem, priuilegium, & præſcriptio-
nem valere certum eſt, per tex.in d.l.mu-
nerum.§.præterea.ff. de munerib. & ho-
norib.Bart.in d.l.1.nu.28.C.de mulier.&
in quo loco. Iaſ.in d. l. placet. Alex. con-
ſil.148.nu.2.vol.6.incip. viſis quæ in the-
mate,& d.conſi.68. num.4.& d.conſi.25.
nu.4.vol.5.& conſ.101.num.4.volu.1.in-
cip.viſis inſtrumẽtis exemptionis,vbi at-
teſtantur talem conſuetudinem paſſim
in Italia extare. Bald.in d.l. etiam, nu.15.
vbi dicit generali conſuetudine ſerua-
ri collectas in loco rei ſitæ ſolui. Idem
in Gallia obſeruari tradit Molinæ. ad
Alexan. d.conſ.101. Deci.pulchrè conſi.
694.nu.2.cum ſeq.incip.pro reſolutione,
vbi omninò vide. Pariſ.d.conſ.25.nu.16.
& nu.55.Roland.conſil.32.nu.3. cum ſeq.
vol.1.

vol.1. incip. primo quidem aſpectu. Ad
decidendas itaque controuerſias, in ma-
18 teria penſitationum, ſiue † collectandi,
omnium maximè conſiderãda & obſer-
uanda eſt antiqua conſuetudo regionis
& loci, vbi imponuntur huiuſmodi col-
lectæ: & ſiquidem ex præſcripta conſue-
tudine etiam forenſes ratione poſſeſſio-
num collectari conſueuerunt, ea ſeruan-
da eſt etiam in oneribus merè perſonali-
bus: nam valet conſuetudo, vt onera etiã
perſonalia forenſibus imponantur, per
text. in l.1. C. de auro corona. lib.10. Bart.
ibid. text. in l. miſſi opinatores. C. de exa-
cto. tribu. lib.10. & tex. in l.1. §.1. ibi, ex cõ-
ſuetudine longa. ff. de munerib. & hono-
rib. text. in l. fina. §. ſed in ea. ff. eod. titul.
ibi, ex lege ciuitatis ſuæ, vel moræ. text. in
l. ſi publicanus. §. fin. ff. de publica. vbi di-
citur, quòd in vectigalibus omnibus con
ſuetudo ſpectari ſolet, text. in l. non tan-
tùm. §. fina. ff. de decurio. ibi, nonnun-
quam enim longa conſuetudo in ea re
obſeruata reſpicienda erit, text. in l.2. in
princip. ff. de vacat. mun. & in l. maxima-
rum. C. de excuſ. munc. lib.10. tex. in l. an
in totum. C. de ædifi. priuat. gloſſ. ibid. in
verbo, ſeruata, text. in l. Imperatores. ff.
de pollicitationib. vbi dicitur tollerabi-
lia eſſe, quæ vetus conſuetudo compro-
bauit, text. in l. venditor. §. ſi conſtat. ff.
commu. prædio. & in l. fi. C. noua vectig.
inſtit. non poſſe. Dec. conſi.358. nu.2. cum
ſequen. incip. Placet mihi, vbi dicit, à tali
conſuetudine non eſſe recedendum, tex.
in l. minimè. & in l. ſi de interpretatione.
19 ff. de legib. Vera enim interpretatio à †
practica ſumitur, & ab antiqua practica
non eſt recedendum, text. in d. l. ſi publi-
canus. §. fi. & in l. illud. ff. de excuſat. tuto.
Bald. in c.1. in princip. de feud. ſine culpa
non amitt. Pariſ. d. conſi.25. nu.54. vbi di-
cit conſuetudinem dare facultatem exi-
gendi collectas, etiam à forẽſibus, & ideò
eam ſpectãdam, per iura allegata, ratio-
nem addit, qa inquit talis facultas com-
petit ratione iuriſdictionis, quam quis
habet in loco, & per conſuetudinem iſta
poteſt quæri, & poſtmodum exequi, ſicu-
ti fit per legem, plenè Calder. conſil. 70.
incip. An ſi ſtatuto, ſub titul. de conſtitu.
Bald. conſil.433. per totam, volu.1. incip.
ſicut hactenus, & ideò † ſi forenſes ſtãte
20 tali conſuetudine, recuſent ſoluere col-
lectas ratione poſſeſſionum, poſſunt do-
mini locorum vti iuriſdictione ſua con-
tra ipſos, & ſequeſtrare fructus, & pigno-
rare recuſantes ſoluere, pœnam & mul-
ctas imponere, etiam ſub amiſſione re-
rum, text. in l.1. & in l.2. C. de cap & di-
ſtrah. pigno. tributo. cauſ. libr.10. & in l.
2. C. de exactorib. tributo. eod. lib. text.
in l. fructus. C. de actio. empt. Rolan. cõſ.
32. nu.3. & nu.5. vol.1. incip. primo quidẽ
aſpectu: quia conceſſa poteſtate impo-
nendi, ſequitur poteſtas exigendi, & in
conſequentiam faciendi omnia alia, quę
ex ipſis ſequuntur, text. in l. illud. ff. de ac-
quir. hæred. & in l.2. ff. de iuriſd. om. iudi.
Pariſ. d. conſi.25. nu.118. Bald. d. conſi.433.
tex. in d. l. miſſi opinatores. & in §. coges.
Authen. de mandat. princip. Sunt † enim 21
bona vice pignorum ipſo iure tributis
obligata, text. in l.1. C. in quib. cauſ. pig. ta-
cit. contrah. text. in l.1. C. ſi prop. public.
penſita. vend. fue. celebra. Natta d. conſ.
158. nu.4. vol.1. vbi dicit perſonã † foren- 22
ſis ob denegatam ſolutionem collecta-
rum apprehendi non poſſe, cùm non ſit
ſubditus, ſed res eius, vel fructus rei deti-
neri poſſe, Bal. in d. l. etiam nu.15. in fine.
C. de execut. rei iudi. & Caſt. in l. inter de-
bitorẽ. ff. de pact. Non obſtat quòd † con- 23
ſuetudo nõ liget forenſes, quia illud non
procedit, quandò talis conſuetudo eſſet
circa res ſubiectas in illo loco, tũc ènim
obligat forenſes reſpectu rerum, Bart. &
Dd. in l.1. C. de ſum. trin. & fid. Catho. per
tex. in d. l. an in totum. C. de ædifi. priuat.
& in d. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. commu.
prædio. Pariſ. d. conſi.25. nu.76. Alex. pul-
chrè conſi.52. nu.6. volu.5. inci. Viſis his.
Deci. d. conſ.694. nu.10. Natta d. conſ.157.
nu.10. & conſ.158. nu.1. Prędicta quoq; ob-
tinent in priuilegio & pręſcriptione lon
giſſima, nã ſi quis priuilegiũ habeat col-
lectandi forenſes, eo meritò vti poterit:
idem in præſcriptione, pręſertim ſi tanti
temporis ſit, cuius initij nõ extat memo-
ria, nã huiuſmodi præſcriptio vim priui-
legij habet, tex. in c. ſuper quibuſdã. §. prę-
tereà de verb. ſigni. glo. ibid. in verbo, nõ
extat, & in l.1. ff. de aqua plu. arcen. text.
in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua
quotid. & æſti. cum ſimilibus: ſufficit ta-
men quóad facultatem imponendi col-
lectas forenſibus, & illas exigẽdi, præſcri-
ptio decẽ annorũ: quia talis præſcriptio,

ſiue conſuetudo antiqua dicitur, Dd. in
c.fin.de conſuet. Alexan. d.conſi.68. nu.
31.cum ſequ. Pariſ.d.conſ.25. num.58.vbi
plures ad hoc allegat, & ampliſſimè hãc
materiam tractat, ad quem me breuita-
tis gratiã remitto, & ad Iaſ.in d.l. placet.
C.de ſacroſan.eccleſ. Breuiter, forenſes
24 † ratione bonorum collectari poſſunt
iſtis ſequentibus caſibus: Primò, ſi extet
talis conſuetudo. Secundò, ſi priuilegio
hoc conceſſum ſit. Tertiò, ſi præſcriptio-
ne acquiſitum. Quartò, ſi ſtatutum res ip-
ſas afficiat. Quintò, ſi occurrat neceſſaria,
& publica vtilitas exigendi collectas, ve-
luti ſi ſubſit timor belli. Sextò, ſi bona vel
prædia ſint deſcripta & æſtimata in libro
cenſuali (im Saalbuch) ſiue æſtimo, vt
vocant, de quibus omnibus vide Pariſ.
ſæpè d.conſ.25.nu.71. & nu.94.cum ſequ.
vol.1.& Bald.in d.l.etiam. Porrò ſi inter
25 duos † vicinos contentio oriatur de fini-
bus territorij, vtrùm talia prædia ſita ſint
ſub huius, vel alterius iuriſdictione, tunc
conſiderandum, quis fuerit in antiqua
poſſeſſione percipiendi collectas de iſtis
prędijs controuerſis, nam ex antiqua ob-
ſeruantia præſumitur veritas, & antiqui-
tas dat iuriſdictionem, item merum &
mixtum imperium, text. in l. cùm de in
rem verſo.ff. de vſur. text. in l.1. C. de e-
mancip. libero. vbi Bald. & Salicet. facit
tex in l.more maiorum.ff: de iuriſd.om.
iudi. Bald.in d.l. etiam, num.14. & ſolu-
tiones collectarum inducunt quaſi poſ-
ſeſſionem & præſcriptionem, text. in c.
querelam.ext.de elect. Natta conſil.204.
per totum, volu.1.incip. vertitur contro-
uerſia, quem omninò vide de pertinen-
tijs territorij, et quomodò eius fines pro-
bentur. Bald.d.conſi.433.num.1.in fi.vo-
lum.1. vbi dicit, quòd res cenſeatur eſſe
in eius territorio, qui eſt in quaſi poſſeſ-
ſione percipiendi collectas, per iura alle-
26 gata. Illud † quoq; in materia collectãdi
diligenter obſeruandum, quòd habens
immunitatem à muneribus ordinarijs
& extraordinarijs, poſſit ob ſuperuenien-
tem caſum inſolitum, & neceſſitatem
improuiſam, nõ attento priuilegio, col-
lectari: nam illa immunitas ad onera &
munera ſolita reſtringi debet: quemad-
27 modum † is, qui recipit ex pacto in ſe ca-
ſum fortuitum, non intelligitur cogitaſ-
ſe de caſu inſolito, per text.notab.in l.iu-
bemus, la.1.C.de ſacroſ.eccleſ. tex.in l.ad
inſtructiones.C.eod.tit. tex.not.in l.ſiſtu
las.§.fi.ff.de contrah.empt.& in l.Seia.§.
medico ff.de annuis legat. Alex.in l.ſi ex
toto.ff.de leg.1.& conſ.27.nu.10.volu.1.
incip.viſis & accuratè.& conſ.108.nu.16.
vol.3.incip.perſpectis verbis.Natta conſ.
21.nu.2.in fi.vol.1.incip.Mattheus Mau-
rus, vbique dicunt, quòd † tempore con- 28
ceſſionis priuilegij immunitatis, de caſu
inſolito, & non veriſimili nõ cenſeatur
fuiſſe cogitatum. Hinc eſt, quòd colonus
habeat remiſſionem pẽſionis ob caſum
inſolitum, etiamſi caſum fortuitum in
ſe recepiſſet, prout notant ſuprà eod.Ob-
ſer.23.Dyn.Bal.Iaſ.& alij in d l.ſi ex toto.
Franciſ.Mar.quæſt.458.nu.12.vbi omniũ
opiniones refert ſuper illa quæſtione, an
exempti poſſint tempore belli, vel ob ca-
ſum inſolitum, non obſtante priuilegio
exemptionis collectari, & cõcludit quòd
ſic, per multa allegata.

OBSERVATIO LIII.

De collectis Imperij.

SVMMARIA.

1. Collectæ Imperij ob neceſſitatem publicam imponuntur.
2 Collectæ Imperij quando referantur inter munera extraordinaria. & nu.9.
3 Bona fides non patitur vt idem bis exigatur.
4 Collectæ Imperij quando ad ordinaria munera referenda.
5 Res potius quàm vocabula conſideranda.
6 Statutum valet vt forenſes onera realia ſuſtineant.
7 Finis deſignat qualis res cenſenda ſit.
8 Collectæ ſucceſſerunt in locum indictionis.
10 Subditi de bonis extra territorium ſitis collectari poſſunt.

SEd quid de † collectis et indictio- 1
nibus Imperij, des H. Reichs an-
lagen/ quæ ob publicam vtilita-
tem, pacem & tranquillitatem, in Impe-
rio, & vbique contra hoſtem Chriſtiani
nominis conſeruandam, neceſſitate po-
ſtulante, à Cæſare, ex placitis Imperij &
Statuum voluntate atq; conſenſu indi-
cuntur, an inter ordinaria, vel extraordi-
naria munera patrimoniorum referen-
dæ ſint? Vtilitas huius quæſtionis ex dif-
ferentia munerum patrimoniorum, de
qua ſuprà, proxima Obſeruatione dictũ,
perſpicua eſt. Nam ſi Indictiones Im-
perij ad munera merè realia referantur,
etiam

etiam ad extraneos pertinẽt: ſin verò ad
munera mixta, ſiue extraordinaria, ſolis
incolis & municipibus imponi poterũt,
per multa iura dicta obſeruatione alle-
gat. Deciſio huius quæſtionis ex volun-
tate Cæſaris & Statuum pendet, quia ſi
de eorum voluntate ex Imperij placitis
& decretis diſertè & liquidò conſtat, pla-
2 cita ſeruentur, & † collectæ ad ordina-
ria, vel extraordinaria munera reſtrin-
gantur: hoc enim Cæſarem & Status fa-
cere poſſe nemini dubium eſſe debet. per
ea quæ ſuprà, Obſeruat. proxima dicta
ſunt, quòd ex priuilegio, conſuetudine,
& præſcriptione, atque ſtatuto, indictio-
nes ad ordinarias penſitationes referri
queãt, per text. in l. munerum. §. præterea,
ff. de munerib. & honorib Bart. in l. 1. nu.
28. C. de mulierib. in quo loco. Alexand.
conſi. 148. num. 2. vol. 6. incip. viſis quę in
themate. Deci. pulchrè conſ. 694. num. 2.
cum ſequ. incip. pro reſolutione. Colle-
ctæ itaque Imperij extraordinaria mu-
nera erunt, ſi hoc lege Imperij conſtitu-
tum ſit: veluti anno 1500. & anno 1542.
ſub Diuis Impp. Maximiliano I. & Caro-
lo V. factum, vtrobique diſponitur, ſub-
ditos ratione domicilij eſſe collectan-
dos, de omnibus eorum bonis vbicunq;
ſitis, etiam extra territorium collectan-
tium. Das ein jeder nit mehr/dann an dem
orth vnd endt / da er geſeſſen iſt von allen
den ſeinen / es lige wo es wölle / zugeben
ſchuldig ſey/ vnd das kein Stand den ande-
ren / oder deſſelben vnderthonen darwider
dringe. Prædictæ conſtitutiones Imperij
ad generales & vniuerſales contributio-
nes pertinent, quæ fiunt in capita ſubdi-
torum, quaſi per modum capitationis:
quapropter poſſeſſores bonorũ, ab alijs
Statibus & magiſtratibus, in quorum ter-
ritorio bona ſubditorum ſita ſunt, mo-
leſtari non debent: quia de iure commu-
ni collectæ non imponuntur, niſi ſubdi-
tis, & incolis ratione bonorum, per iura
ſuprà, Obſeruatio. proxima allegata. de-
inde, quòd lex imperij ita ſcripta ſit. de-
3 nique quia † bona fides non patitur, vt
vnius rei nomine à pluribus & diuerſis
ſępius quid exigatur, tex. notab. in l. nauis
onuſtæ. §. cùm autẽ. ff. ad l Rhod. de iac.
ibi, nõ debet duplici damno onerari, tex.
in l. Titia §. qui inuita. ff. de leg. 2. ibi, du-
plici præſtatione, & in l. bona fides. ff. de
reg. iur. Et hoc caſu manifeſtum eſt, † col- 4
lectas imperij eſſe munera extraordina-
ria, quæ principaliter perſonis contem-
platione rerum indicuntur: ſin verò ex
cõſtitutionibus Imperij, de expreſſa men
te & voluntate Cæſaris & Statuum non
appareat, ſed ſimpliciter arbitrio Statuũ
relinquatur, ſubditos in ſubſidium col-
lectare, eo caſu putarem (citra pręiudiciũ
tamen cuiuſcunq;) collectas Imperij ma-
gis ad ordinaria & realia, quàm ad extra-
ordinaria munera pertinere: & per con-
ſequens extraneos ſiue forenſes ratione
poſſeſſionum etiam collectari poſſe, fa-
cit tex. in l. forma. §. ſi verò quis. ff. de cen
ſibus, vbi dicitur agri tributum in eam
ciuitatem inferendum, in cuius territo-
rio poſſidetur, text. in l. fina. C. ſine cenſu
vel reliq. quia † res conſiderantur potius 5
quàm vocabula & nomina, text. not. in
c. humanæ aures, 22. q. 5. & in l. Labeo, §.
ſed de his. ff. de ſuppell. lega. cum ſimilib.
nam ex quo huiuſmodi collectæ reſpici-
unt facultates locorum & prędiorum, &
imponi cõſueuerunt pro numero iuge-
rum, & menſura prædiorum, meritò in-
ter munera realia computãtur, & extra-
neis ratione rerum imponuntur, text. in
l. munerum. §. patrimoniorum. ff. de mu
ner. & honorib. & in l. his honorib. ff.
de vacat. mune. text. in l. fructus. C. de a-
ctio. empt. cum alijs iuribus ſuprà, proxi-
ma Obſeruatione allegatis. Pariſ. in ſuo
erudito conſi. 25. nu. 74. & num. 90. vol. 1.
incip. Primo aſpectu dicendum, Alexan.
cõſ. 52. per totũ. vol. 5. incip. Viſis his, Dec.
d. conſil. 694. num. 8. cum ſequ. vbi dicit
poſſeſſores rerum, ratiõe culturæ, & per-
ceptionis fructuum, in loco poſſeſſionis
quaſi contrahere videri: conſiderandum
quoque quid longa conſuetudine obſer-
uatum ſit, quæ in hac materia collecta-
rum plurimum momenti habet, & de
iure ſubſiſtit, etiam quóad forenſes, quia
diſponit de rebus ſubiectis in tali loco,
per iura ſuprà, Obſeruat. prox. allegata,
quæ ad hoc omninò vide. Dd. in l. 1. C. de
ſumm. trinit. & fid. Cathol. Alexan. pul-
chre d. conſi. 52. num. 6. Pariſ. d. conſil. 25.
num. 76. Sicut etiam † ſtatutum valet, vt 6
forenſes onera realia ſuſtineant, imò ra-
tione prædiorum legibus territorij quo-
dammodò ſubijciuntur, vt pulchrè do-
cet Bal. in l. vnica, num. 33. C. de ſent. quæ

pro eo quod inter. & prolixius explicat
Alex.d.cõſi.52. quem omninò vide. Dec.
d.conſil.694. item huiuſmodi prædia ra-
tione territorij relata ſunt in librum cen
ſualem, & ideò occurrẽte neceſſitate Im-
perij dominis locorum meritò penſitãt,
vt ſupr. proxi.Obſeruat. dixi. Neque his
aduerſatur, quòd huiuſmodi penſitatio-
nes ſiue collectæ, certam annuamq; præ-
ſtationem non habeant, vt indictiones,
ſiue tributum, ſed pro occurrente neceſ-
ſitate varientur ad maiorẽ, vel minorem
cenſum : quia finem cõſiderare oportet,
7 non tempus exigendi collectas: finis † e-
nim deſignat qualis res cenſenda ſit, tex.
in c.fraternitatis, §.fi.de frig.& malefi.&
in l.ſed & ſi quis.§.fin.ff de vſufr. text. in
§.quia verò hactenus, Auth.de nupt.ergo
non de vocabulis, ſed de effectu & fine
quærendum eſt, Alexan.d. conſ.52. num.
7.& Pariſ.d.conſil.25. & quid longa con-
ſuetudine obſeruatum ſit, text.in l.an in
totum.C.de ædific.priuat.& in l.vẽditor.
§.ſi conſtat.ff.commun.prædior.cum ſi-
milibus, ſupra, Obſer.prox.allegatis. Dd.
in d.l.1.C. de ſum.trin.& fide Catho. Af-
flict.in c.1. quæ ſint regalia, in verb.& ex-
traordinaria, num.42. & in verbo, plau-
ſtrorum.per totum, vbi ſimpliciter tenet
8 † collectas eſſe munus ordinarium, quia
inquit in locum indictionis, quod eſt or-
dinarium munus, ſucceſſerunt, tex.in l.1.
C.de indict.lib.10. Alex.d.conſil.52.nu.8.
Dec.d.conſ.694. Et Bart.in l.hi qui, nu.5.
ff. de iure immunita. tenet collectas in-
ter ordinaria munera cõnumerari, ſi ea-
rũ impoſitio certa, & generali lege pro-
uiſa ſit, ita vt ſingulis annis recurrat, Pa-
riſ d.conſ.25. nu.90. nam licèt hoc caſu
collectæ appellentur: tamen ſunt munus
patrimoniale. Item ſtatuto effici poteſt,
vt collecta ſit munus ordinarium, tex.in
d.l.munerum.§ præterea, Bart.in d.l.1.C.
de indict. Bald. in l.fin.nu.5.C. ſine cenſu
vel reliq. Deci.& alij ſup.Obſer.proxima
citati. Quapropter principes & Status
Imperij in huiuſmodi particularib⁹ col-
lectis poſſunt extraneos ratiõe poſſeſſio-
num collectare. Nonnulli tamen aliter
ſentiunt videlicet collectas Imperij eſſe
munus extraordinarium, quod perſo-
nis, ratione bonorum imponitur, & ideò
forenſes de bonis in alieno territorio
ſitis collectari non poſſe, per iura ſuprà
prox.Obſeru.allegata: & conſtitutiones
Imperij, niſi expreſſe contrarium ſtatuãt
intelligendas eſſe ſecundum diſpoſitio-
nem iuris communis, text. in l. commo-
diſſimè.ff.de lib.& poſthu.& in l.ſi extra-
neus.ff.de condic.cau.dat.cau. non ſecu.
& in l. quicquid aſtringendæ.ff. de verb.
obliga. idque etiam non obſcurè ex ipſis
verbis conſtitutionum, de anno 1544. vſ-
que ad annũ 76. colligi, dum vbiq; diſpo-
nant, quòd collectæ Imperij imponi poſ-
ſint ſubditis, prout legitimè obſeruatũ,
& iuris eſt, wie rechtmeßig herkom̃en/ vnd
recht iſt/ ſed iuris, collectas perſonis prin-
cipaliter, non rebus imponi, ergo (niſi le-
gitimo vſu aliter obſeruatum) extraneos
collectari non poſſe. Stante autem prio-
re opinione, penſitationes Imperiales ra-
tione poſſeſſionum etiam ad forenſes
pertinere, vt tenent Dd.in locis ſuprà al-
legatis, tunc omninò cauendum, ne do-
mini prædiorum, eorundem bonorum
nomine, etiam in loco domicilij grauen-
tur, ita quòd duobus in locis collectaren-
tur, hoc enim vehemẽter iniquum, con-
tra bonam fidem, & ſubditis longè gra-
uiſſimum foret, text.in d.l.bona fides.ff.
de reg.iur. & in d.l.nauis onuſtæ.§. cũ au-
tem.ff.ad l.Rhod.de iac.& in d.l.Titia.§.
qui inuita.ff.de leg.2. gloſſ.& Bart.in d.l.
1.C. de mulierib. in quo loco. Ioan. de
Platea in l.indictiones.C.de anno.& tri-
but.Deci.d.conſ.694.num.10. Natta con-
ſil.193.nu.1. volu.1. incip. viſis ſcripturis.
Alex.præclarè conſ.78.num.10.vol.6.in-
cip. Videretur prima conſideratione. Pa-
riſ.d.conſ.25.num.84. Bal.in l. etiam, nu.
15.C.de execut.rei iudic.facit text. in l.qui
bis idem.ff.C. de verb.oblig. Poſſunt qui-
dem ciues, incolæ, & † ſubditi ratione 10
domicilij etiam de bonis extra territori-
um ſitis collectari, text.in l.fina.ff. de de-
cret.ab ord.faciend. Bald. in l. mercato-
res.C. de commerc.& mercat. Dd.in d.l.
1.C.de ſum.trini. & fid.Catho.gloſſ.in d.
l.1.C. de mulierib. in quo loco, in ver-
bo, poſſident, Alexand. d. conſil.78. per
totum, Deci.d.conſ.694.nu.10. dummo-
dò tamen in loco territorij à collectis
immunes ſint. Quòd ſi ex conſuetudine,
priuilegio, præſcriptiõe, vel ſtatuto illo-
rum bona oneribus realibus in loco ter-
ritorij ſubiecta forent, tunc iniquum fo-
ret vtrobiq; onera realia ſuſtinere. Alex.

Deci.

Deci. Pariſ. & alij vbi ſuprà. Ad euitandas igitur omnes difficulrares, omnium maximè conſultum foret poſſeſſoribus rerum, ſi lege publica, putà conſtitutionibus Imperij modus collectandi præſcriberetur, ſicut anno 1500. ſub Diuo Maximiliano I. & anno 1542. ſub Diuo Carolo V. præclarè & laudabiliter factũ: nam grauiſſimæ aliquãdò controuerſiæ inter Status Imperij eam ob cauſam oriuntur. In Camera in cauſa quadam iudicatum memini, ciues extra rerritorinm ciuitaris, ratione bonorum eò loci collectari poſſe, vbi eorum bona ſita ſunt. Bald. in d. l. etiam, Dd. vbi ſuprà.

OBSERVATIO LIIII.

De iure patronorum & clientelarum.

SVMMARIA.

1 *Protectio non tribuit iuriſdictionem.*
2 *Aduocatus quid ſit.*
3 *Receptus in protectionem alterius remanet ſub iuriſdictione ordinaria.*
4 *Inferiores poſſunt ſe ſuperiorum protectioni ſubmittere.*
5 *Aduocatus collectari non poteſt.*
6 *Ius collectandi eſt munus extraordinarium, quod principaliter perſonis imponitur.*
7 Schutz vnd Schirmbrieff.
8 *Ciuitas vi occupata an amittat iuriſdictionem.*
9 *Geſta per violentum an valeant.*
10 *Caſtrum ſeu ciuitas alicui Principi certis pactis ſubiecta extra pacta non obligantur.*

1 IVS patronatus, aut † protectionis vel aduocatię, nullam patrono, ſiue protectori, vel aduocato in clientes ſuos tribuit iuriſdictionem: Schutz vnd ſchirm / gibt keine Obrigkeit. & ideò clientes non efficiuntur ſubditi, licèt ſe alterius protectioni ſubmittant.
2 Patronus † enim ſiue aduocatus nihil aliud eſt quàm defenſor, Schutz vnnd Schirmherr. Vnde etiam patronus, protector, defenſor, et aduocatus appellatur: quemadmodum enim aduocatus litis operam ſuam præſtat clienti ſuo, ſoluto ex pacto annuo ſalario, tex. in l. 1. §. in honorarijs. ff. de extraord. cognit. & in l. vnic. C. de ſuffrag. Ita patronus ſiue aduocatus fiduciarius & tutelarius, dato ex pacto annuo honorario, eos quos in tutelā & defenſionem recepit, cõtrà iniuriam aliorum & vim maiorem, etiam armata manu protegere & defendere debet, tex. in c. Imperialem, de prohib. ſeud. alien. ꝑ Frede. tex. in §. 1. Auth. de hæred. & Falci. Budæus ad l. Herennius. ff. de euictio. ſcribit morem apud antiquos fuiſſe, vt prouinciales, & ſocij populi Romani, in clientelam ſeſe darent proceribus Romanis, quos patronos ſibi adoptabant, non modò publicè, ſed etiam priuatim, iiſque vt clientes eorum dicerentur, inter ſe verò hoſpites. Ferebat autem id huiuſmodi neceſſitudo, vt clientes perpetuo patronorum ſuorum patrocinio capur ac fortunas ſuas tuerentur, viciſſimque ipſi patronos ſuos omni obſeruantia atque obſequio colerent & venerarentur. ita Budæus loco allegato, vbi hoc prolixius explicat, & proſequitur. Sed quod ad ius noſtrum attinet, clientela nullam patrono, vt dixi, tribuit iuriſdictionem, ſed † 3
clientes in protectionem & tutelam patroni recepti, ſub iuriſdictione ordinaria, & ſui Magiſtratus manent, cui in omnibus, vt antea, parere debent, per text. in c. recepimus, de priuilegijs. text. in c. ex parte, el. 2. eod. titu. text. in l. deſertorem. §. final. in fine. ff. de re milit. quibus iuribus expreſſè probatur, inferiores † poſſe ſe defenſionis cauſa ſuperio- 4
ribus & potentioribus ſubmittere, & per illam ſubmiſſionem ſaluam exiſtere iuriſdictionem ordinariam. Ita ſe habet communis opinio, Innoc. in c. præterea. el. 2. de iure patro. Ioan. Andr. in c. generali, num. 1. de elect. in 6. Alexand. in l. 1. num. 34. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Socin. plenius ibid. num. 28. idem in l ſi ex toto, num. 8. cum ſequ. ff. de legat. 1. & conſi. 7. volum. 1. per totum. Zaſ. conſi. 7. num. 67. volum. 2. Plat. in l. 1. num. 1. C. de excuſat. mune. libr. 10. Schurff. conſil. 23. cent. 3. per totũ. incip. Quòd veritas, quē ad hoc omninò vide. Vndè conſentaneum eſt, aduocatum † tutelarem ſiue 5
protectorem aut defenſorem non poſſe iure clientelæ ſiue protectionis eos, qui in fidem ac clientelam patronorum ſe contulerunt, penſitare ſiue collectare: cùm † ius collectandi regulariter ſit mu- 6
nus extraordinariũ & perſonale, quod non imponitur occurrente neceſſitate, niſi incolis & municipibus, pro rebus &

 prædijs

prædijs in territorio cenſitorum ſiue col-
lectantium ſitis, text. in l. reſcripto. §. fin.
in fine. ff. de munerib. & honorib. & in l.
cùm neque. C. de incolis, lib. 10. & in l. li-
bertas. §. ſola. ff. ad municipa. Schurff.
conſ. 69 num. 26. cent. 1. vbi communem
dicit. Si igitur perſonæ penſitandæ non
ſunt ſubditæ ei, qui cenſum agit, conſe-
quens eſt penſitationem ſiue impoſitio-
nem collectarum non habere locum,
quia collectæ principaliter perſonis, ta-
tione rerum imponuntur, iuribus alle-
gatis, & prolixiùs notaui ſuprà eod. Ob-
ſeruat. 52. Aduocatus igitur tutelaris non
collectare ſuos tutelares, ſed pro viribus
defendere atque protegere debet: quia vt
initio dictum, ius protectionis nullam
tribuit ſubiectionem, etſi ea in re quan-
doque perniciosè peccetur & ius aduo-
catiæ plus æquo extendatur, & ad quæſtũ
atque priuatam vtilitatem transferatur.
Olim legib' 12. tabularum Patronus, cli-
enti fraudem faciens, ſacer habebatur.
Clientes enim dicuntur quaſi colẽtes, &
Patroni, quaſi patres: Tantundem igitur
eſt clientem quaſi filium fallere, refert
Gellius noct. Attic. lib. 5. cap. 13. & libr. 20.
cap. 1. Prætereà ex prædictis perſpicuum
7 eſt, protectionis † priuilegia quæ ab Im-
peratore etiã priuatis perſonis dari con
ſueuerunt, daß ſie/jhre kinder/vnnd gutter
in der Kay. Maieſt. ꝛc. vnd des H. Reichs
ſchutz vnd ſchirm ſein ſollen/hoc eſt, quòd
ipſi, eorum liberi & bona ſub Cæſareæ
Maieſt. & ſacri Romani Imp. defenſio-
ne & protectione eſſe debeant, huiuſmo-
di inquam priuilegia iuriſdictioni ordi-
nariæ nihil derogare, & ſubiectioni me-
diatæ nullum adferre præiudicium, per
text. in d. c. recepimus, & d. c. per tuas. Dd.
vbi ſuprà. Vitalis de Campa. in tracta.
clauſularum, in clauſula, quatenus ritè
& rectè, num. 2. mihi. pag. 14. Fuerunt &
olim priuatæ clientelæ, putà vnius fami-
liæ à Romulo inſtitutæ, quarum memi-
nit Plutarchus in eius hiſtoria, & Cicero
8 pro Roſcio Amerino. Ad † confirma-
tionem prædictorum pertinent ea, quæ
ſingulariter ſcripſit Bald. in l. nec ſi vo-
lens, num. 1. C. de liber. cauſa. per illum
text. Si princeps aliquis ciuitatem ali-
quam quæ ſua nõ eſt, occupet, & compel-
lat ciues ad confeſſionem, vt fateantur
ſuam eſſe, recipiatque deſuper ab ijs fide-
litatis iuramentũ, quòd talis confeſſio &
iuramentũ præſtitũ nullius ſint momen-
ti, & quòd ipſe occupator tyrannus cen-
ſeri debeat, ſequitur Petr. Gerard. ſingul.
38. incip. Nota quòd. idque vſque adeò
verum eſt, vt confirmatio ſummi Prin-
cipis ſuper huiuſmodi violenta occupa-
tione facta, non ſubſiſtat, per text. in l. au-
thoritatem. C. vndè vi, vbi Bart. num. 1.
in fine, & communiter Dd text. in l. 2. C.
de fund. & ſaltib. rei domini. lib. 11. gloſſ.
ibid. in verbo, profeſſio, Iaſ. in l. clam poſ
ſideri. §. qui ad nundinas, num. 26. ff. de
acq. poſſ. & in l. iuſtè poſſidet, nu. 5. ff. eod.
titu. reſcripta enim Principis ſine præiu-
dicio tertij intelligenda & interpretan-
da ſunt, tex. in l. ex facto. ff. de vulg. & pu-
pil. & in l. nec auus. C. de emãcip. lib. text.
in c. ſuper eo. de offic. deleg. cum ſimilib.
Porrò an † talis violẽtus occupator poſ- 9
ſit ciuibus ius dicere, & an geſta per eum
valeant, cùm iuriſdictione careat, vide
Bald. & Caſtr. in l. decernimus. C. de ſa-
croſ. eccleſ. Panot. in c. nihil eſt. nu. 11. de
elect. Bart. in tractatu de tyranno, quæſt.
7. Afflict. pulchrè deciſ. 77. per totam.
Regulariter acta per eum non valent,
cùm careat, vt dixi, iuriſdictione: per
text. in d. l. decernimus, vbi pulchrè Bald.
num. 3. cum ſequen. quem omninò vide,
& Afflic. d. deciſ. 77. & Dd. in locis allega-
tis qui variè diſtinguunt, vt ibi p eos. Po-
ſtremò † in hac materia protectionis & 10
clientelæ ſingulariter obſeruandum, ca-
ſtrum, vel ciuitatẽ certis pactis et cõditio-
nibus, alicui Principi, vel alteri ciuitati
ſubiectam, ſolũ ſubditam cenſeri quóad
illa pacta, & expreſſas conditiones, in re-
liquis liberam permanere, quales in Ger-
mania nõnullæ ſunt ciuitates, quæ certa
lege, & conuentione ſuperiorem agno-
ſcunt, & extra pacta cõuenta, ſua placidè
fruũtur libertate, ad hoc ſunt tex. notab.
in l. 2. ff. de iur. immunita. text. in l. non
dubito. §. liber autem populus. ff. de ca-
pti. & poſtlim. reuerſ. text. in l. quæſitum.
§. idem reſpondit, verſi. denique Nerati-
us. ff. de fund. inſtruct. gloſſ. ibid. in ver-
bo, non poteſt. facit text. in l. cùm de la-
nionis. §. cùm fundum. ff. dicto titul. vbi
dicitur excipiẽtem in vno, firmare regu-
lam in alijs. Et ita conſuluerunt Deci.
conſi. 360. num. 7. cum ſeq. incip. perſcru-
tatis omnibus, & conſil. 564. num. 11. in-
cip. in

cip.in cauſa magnificorum. Roland. pulchrè conſ.1. num.45. cum ſeq. volu.2. vbi omninò vide, Pariſ. conſ.16. num.25. vol. 4. incip. ſi caſtrum. Barbat. conſ.11. num. 42. vol.2. incip. illud adferam, Caſt. conſ. 313. nu.3. vol.1. Anchora. conſil.437. nu.2. Curt iunior conſ. 286. num.22. volum.3. incip. habita diligenti, vbi ex hoc infert, huiuſmodi conſœderatas ciuitates non poſſe vltra pacta cōuenta collectari, cùm ſit limitata iuriſdictio, & ſuper certis tantùm pactis & conditionibus fundata, quæ limitatum producit effectum, & nō extenditur vltra expreſſa in conuentionibus & pactis, Deci. d. conſil.360. & d. conſil.364. Socin. in d. l. ſi ex toto. ff. de leg.1. Bar. in d. l. non dubito, num.1. Bald. in l. etiamſi, num.7. C. de iur. dot. & in l. executorem, num.28. C. de execut. rei iudic.

OBSERVATIO LV.

Quòd Principis prima conceſsio poſteriori præualeat.

SVMMARIA.

1 *Prima donatio Principis poſteriori præfertur.*
2 *A Principe cauſam habēs à nemine moleſtari debet.*
3 *In Principe debet eſſe conſtans voluntas.*
4 *Princeps debet habere vnum calamum, & vnam linguam.*
5 *Princeps habet omnia iura in ſcrinio pectoris.*
6 *Transfert dominium abſque traditione.*
7 *Princeps in contractibus iure communi vtitur, ita vt nec vrgente clauſula aut de plenitudine poteſtatis eximatur.*
8 *Principi nemo contradicere poteſt.*
9 *In beneficijs prima collatio ſecundæ præfertur.*
10 *Primus emptor qui ſignauit rem, præfertur ſecundo emptori, cui res tradita eſt.*
11 *Emptor ſecundus ſciens rem venditam alteri, eidē reuocanti reſtituere debet.*
12 *Copula carnalis cum ſecunda deſponſata non infringit primam.*

IN caſu quodam notabili, Princeps rem aliquam vni prius, poſteà ex interuallo eandem alteri, vtriq; ob benè merita, dono dederat, ſed poſterior donatarius prius in poſſeſſionem rei donatæ venerat. Quæſitum, an ob id poſterior priori ſit præferendus? Videbatur dicendum quòd ſic, per text. in l. quoties. C. de rei vendica. Dd. communiter ibid. Contrarium fuit conclusum: quia ex cōmuni omnium Dd.
opinione, prima † Principis conceſſio 1
ſeu donatio poſteriori præualet, per tex.
ſing. in l. prædia. C. de loc. prædio. ciuil.
lib.11. Ratio, quia † cauſam habēs à Prin- 2
cipe, à nemine moleſtari, ſed perpetuò
tutus eſſe debet, tex. in l. omnes, & in l. benè à Zenone. C. de quad. præſcript. adeò, vt etiamſi poſterior donatio motu proprio facta ſit, nō tamen ſubſiſtat, per tex. in d. l. prædia. Ita concludunt Alex. conſ. 3. nu.7. incip. Ex his quæ in themate, vol. 5. Deci. conſil. 287. num. 7. incip. in caſu communitatis, Idem conſi.432. num.2. Incip. cum ſit. & conſ.689. num.5. incip. viſo puncto. Gozad. conſ. 14. nume. 13. Curt. iunior conſ.14. & conſ.143. per totum, vbi pulchrè de hac materia. Bald. conſ.327. num.4. volum.1. Roma. conſi. 298. incip. Circa præmiſſam. Deci. in l. nemo poteſt mutare, num. 4. ff. de regul. iur. Iaſon in d. l. quoties, nu.7. vbi dicit: Si Princeps concedit alicui bene merito caſtrum, poſteà verò idē illud alteri concedat, quòd ſecunda conceſſio erit ipſo iure nulla, quia præſumitur circumuentus importunitate impetrantis, vel priorem conceſſionem obliuioni tradidiſſe: adeò vt contrarij probatio nō admittatur, per text. in l. ſi qua loca. C. de fund. & ſaltib. rei domin. libr.11. facit d. l. prædia.
Ratio, quia in † Principe, tanquam fon- 3
te iuſtitiæ, conſtans voluntas eſſe debet. Conuenit enim Principibus verbum illud, Semel locutus eſt Deus, & quod ſcri-
pſi, ſcripſi. Et ideò Princeps † vnum de- 4
bet habere calamum, & vnam linguam, & nō plures, quia ſcriptum eſt, quæ proceſſerunt de facie mea, non faciam irrita, vnde debet eſſe immobilis ſicut lapis angularis, & polus in cœlo. Verba ſunt Bald. d. conſil. 327. num. 4. quem communiter Dd. in locis allegatis referunt, & ſequuntur. adde Boſſium in tractatu criminali, titu. de Principe, num.19. cum ſequen. Ang. in l. officium, num.2. in fin. ff. de rei vendica. Deci. d. conſi.287. num. 4. cum ſequen. & d. conſil.689. nume.17. Et ad confirmationem prædictorum pertinet, quòd principum diſpoſitiones ab omni malitia & diminutione remotæ eſſe debeant, per text. in §. illud. Auth. conſtitutio quæ de dignitatibus. Roma. conſil.298. num.3. incip. Circa præmiſſam.

ſam. vbi dicit, quòd Princeps in terris lex ſit, & per conſequens inſtitia animata, per text. in Authen. de conſulibus. §. final. in fin. gloſſ. ibid. in verbo, legem, nec fraudum ſeu circumuentionum author eſſe debet: cùm dicat lex, nihil eſſe quod lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in Principe. text. in l. inter claras. C. de ſumma Trin. & fide Cathol. Et Principali authoritate nemo decipiẽdus eſt, text. in l. 1. C. de his qui veni. æta. impetra. cùm ſit fons iuſtitiæ, tex. in Clemen. vnica, de probat. gloſſ. not. in l. relegati, in verb. ex aliqua. ff. de pœnis, nec iniuriæ inde oriri debent, vnde iura naſcuntur, text. in l. meminerint. C. vnde vi. naſcun-
5 tur autem iura à Principe: quia † omnia iura in ſcrinio pectoris habere dicitur, ꝑ text. in l. omnium. C. de teſtamen. gloſſ. in d. l. meminerint. in verbo, naſcuntur. Non obſtat d. l. quoties. quia illa non procedit in Principe, in quo hoc ſingu-
6 lariter receptum, quòd rei † donatæ dominium ſtatim in donatarium, abſque vlla traditione tranſeat, Iaſ. in d. l. quoties. num. 5. & num. 10. Angel. in d. l. officium. Curt. d. conſil. 142. num. 1. Boſſ. vbi ſupr. num. 67. & alij Dd. in locis prællegatis. Stat ergò firma concluſio in principum donationibus, priorem tempore potiorem eſſe iure: adeò, vt non attendatur, an ſecundo donatario traditio facta ſit, nec nè. Roma. d. conſil. 298. incip. Circa præmiſſam, per totum, vbi concludit, quòd primo donatario competat rei vendicatio contra ſecundum donatarium poſſeſſorem rei donatæ. Limita hãc obſeruationem, vt procedat, ſi donatio, vel conceſſio per modum gratiæ facta ſit, videlicet contemplatione meritorum, vel ſeruitiorum, vt in caſu propoſito factum erat: nam tunc dominium transfertur ſine traditione, quia iſta eſt natura collationis gratioſæ, vt notatur in c. ſi tibi abſenti. de præbend. in 6. Bald. ibid. Item quælibet gratia Principis cenſetur eſſe priuilegium, vt notat Ioan. And. in c. olim. de verb. ſignifi. Iaſ. in d. l. quoties. nu. 10. ſecùs ſi per modum contractus conceſſio fieret, quo caſu intelligitur Princeps ſecundum iuris communis diſpoſitionem contrahere voluiſſe, quã diſtinctionẽ facit Iacob. de S. Georg. in verb. Princeps Pedemõtium. verſ. ſed an Princeps. num. 17. in fi. Iaſ. in d. l. quoties. num. 10. Dec. d. conſi. 287. nu. 6. & nu.
7. vbi dicit, quòd in † contractibus Prin- 7
ceps vtatur iure communi, & conſideretur vt priuatus, ita vt teneatur obſeruare quod promiſit, & contrauenire non poſſit, quia obligatur de iure naturali propter conſenſum, text. in l. in princip. ff. de pactis. Dd. in l. digna vox. C. de legibus. Zaſi. conſil. 10. num. 4. volum. 2. incip. in cauſa executionis, Deci. conſi. 151. num. 11. incip. maximi ponderis, vbi dicit Principẽ adeò ex contractu ſuo obligati, vt nec plenitudo poteſtatis, nec vlla vrgens clauſula eum eximat. & omnes contractus, qui fiunt cum Principe, habent naturam bonæ fidei, Bald. in c. 1. §. ſi quis, de pace conſtant. Deci. d. conſil. 287. num. 6. & 7. Cyn. in d. l. digna vox. Zaſi. conſil. 1. num. 20. volum. 2. Suetonius in vita Cæſaris Auguſti refert, cùm populus Romanus liberalitatem promiſſam repoſceret, Auguſtum reſpondiſſe, bonæ fidei ſe eſſe. Sed hanc limitationem impugnat Zaſius in epitom. feud. part. 5. num. 16. vbi indiſtinctè cum Lod. Roma. d. conſ. 298. tenet, priorem eſſe potiorem poſteriori. Poſſet tamen Princeps, ſi velit, primam donationem cum expreſſa clauſula derogatoria reuocare, vt notant Bart. in d. l. prædia. Alexand. d. conſil. 3. num. 7. Curt. d. conſil. 142. num. 6. Felin. in c. quæ in Eccleſiarum, num. 48. de conſtitut. Gozad. pulchrè d. conſil. 14. num. 9. Ange. in l. Antiochienſium, num. 1. ff. de priuileg. cred. Iaſ. in l. reſcripta, num. 2. C. de precib. Imper. offer. & in l. final. num. 3. C. ſi contr. ius vel vtilita. public. vtrobique de clauſula non obſtante, & quibus caſibus illa locum non habeat, &
quòd ſummo † Principi, aliquid ex ple- 8
nitudine poteſtatis, vel ex certa ſcientia facieti, nemo contradicere poſſit, text. in l. ſacrilegium. C. de crimi. ſacrileg. ita Iaſon in d. l. reſcripta. & d. l. final. per allegata ibid. Quomodò de Principis poteſtate diſputare liceat, vide omninò infrà, Obſeruat. prox. cum duabus ſequentibus. Fallit quoque d. l. quoties. C. de rei vendic. in † beneficijs eccleſiaſticis: nam pri-
ma conceſſio ritè facta præfertur ſecun- 9
dæ, etiamſi ſecundò traditio facta ſit, per text. in c. tibi qui, de reſcript. in 6. & text. in d. c. ſi tibi abſenti, de præbend. eod. lib.

Ratio,

Ratio,quia in beneficialibus non requi-
ritur traditio vel quaſi, vt acquiratur ius
in beneficio, vt plenè notat Dyn. in c.
qui prior,de reg.iur.in 6.Iaſ.in d.l.quoti-
es,num. 12. quem in hac materia omni-
nò vide. Itē fallit tertiò in duobus emp-
10 toribus vnius rei, ſi † primus rem em-
ptam ſignauit,præfertur ſecūdo empto-
ri,cui res tradita eſt, quia ſignatura loco
traditionis eſt,& per eam dominium in
ſignantem transfertur, text. notab. in l.
quòd ſi neque.§. fin.ff. de peric. & com-
mo.rei vendi. Bald.ad rub.d. titu.Iaſ.in
11 d.l.quoties.num.18. Quartò † fallit in ſe-
cundo emptore habente ſcientiam,rem
alteri prius venditam, quo caſu primus
emptor,alienata in fraudem, actione in
factum reuocatoria,reuocare poſſet, Io-
han.Anth. Trigona ſing.15. nu. 1. incip.
nos habemus.vbi plures allegar. Quintò
12 † fallit in cauſa matrimoniali; quandò
quis duas diuerſo tempore deſponſauit,
per verba,de præſenti; quia tūc primam
in vxorem habere debet,licèt ſecundam
prius cognouerit,per tex.in c. fi.de ſpon-
ſa.duorum.Deci,conſil. 681. nu. 5. incip.
viſo puncto, nec valet conſuetudo in
contrarium,d.c.fi.gloſſ. notab. ibid. in
verb.cognouiſſet.

OBSERVATIO LVI.

Quòd Princeps ob publicam vtilitatem res priuatorum auferre poſſit.

SVMMARIA.

1 *Quid ſit,ex iuſta cauſa.*
2 *Iuſta cauſa quæ dicatur.*
3 *Fauor publicus præferendus vtilitati priuatæ.*
4 *Publicæ vtilitatis gratia à regulis iuris cōmunis receditur.*
5 *Statuta laicorum fauore publico ligant clericos.*
6 *Puteus publicus ſumptibus vicinorum reſtaurandus.*
7 *Decuriones facultatibus lapſi ex publico ſuſtentandi.*
8 *Princeps pro re ablata an ad precium teneatur.*
9 *Princeps dilectionem proximi offendere non debet.*
10 *Hoc poſſumus,quòd honeſtè poſſumus.*
11 *Princeps à Deo conſtitutus eſt, vt iuſtitiam faciat.*
12 *Principis poteſtas iuſtitiæ finibus concluditur.*
13 *Princeps non præſumitur vti velle abſoluta poteſtate.*
14 *Clauſula,ex certa ſciētia, habet vim derogatoriæ.*
15 *Principis poteſtas ſumma eſt.*
16 *Princeps quandò præſumatur abſoluta poteſtate vti voluiſſe.*
17 *Princeps remittēs damna ſubditorum tēpore belli illata,præſumitur vti plenitudine poteſtatis.*
18 *Suburbia ciuitatis tempore belli dirui poſſunt.*

PRincipem † ex iuſta cauſa domini- 1
um rerum priuatarum; ſiue res pri-
uatorum auferre, & ius alteri quæſitum
tollere poſſe;communi Dd. calculo cō-
probatum eſt, per notata in c. quæ in ec-
cleſiarum,de conſt. vbi communiter Ca
noniſt.Dd.in l.fin.C.ſi contr.ius vel vti-
lit. publie. & in l. benè à Zenone. C. de
quadriennij præſcrip. & in l. quoties. C.
de precib.Imper.offerend.Iaſ.ibid.num.
3.idem pleniſſimè in l.Barbatius. nume.
24. cum multis ſequentibus. ff. de offic.
præto.Panorm.in c.in noſtra. num.5. de
iniurijs,latè Afflict.in c.1.§. ſimiliter po-
teſt.num. 13.de Capitan.qui Curiā vend.
vbi omninò vide, & alios ibid. Anchar.
conſi.366.nume. 2.incip. Videtur prima.
Iuſta cauſa † dicitur fauor publicæ vtili- 2
tatis,d. l. Barbatius.ff. de offic. prætor.
Iaſon ibid.numer.26. Deci, conſil. 287.
numer.4. incip. in caſu communitatis.
Roma. conſil.310. num.2. incip. in caſu
propoſitæ.latiſſimè Port.libr.5 commu.
opinion.concluſ.16.per totam. Sine iu-
ſta verò cauſa regulariter ius alteri quæ-
ſitum Princeps auferre non poteſt, niſi
velit vti plenitudine poteſtatis, vide I-
ſern.& Afflict.in d c. 1.§. ſimiliter. & Ia-
ſon in d.l.Barbatius. nume.35.An autem
in dubio iuſta cauſa in Principe præſu-
matur, vide infrà Obſeruatione proxi-
ma cum ſequent.Ex hac communi Dd.
opinione infertur,quòd Princeps publi-
ca vtilitate ſuadente,domum ſubditi ſui
demoliri,aut eius fundum,vrbi,vel ciui-
tati propinquum,pro dilatandis foſſis ci
uitatis,vel extruendo propugnaculo,aut
alia neceſſitate publica occupare, item
ſuburbia deſtruere, vel incendio, nè ho-
ſtis eò ſe recipiat, conſumere poſſit, ad
hoc ſunt tex.ſingulares,in l.ſi quandò.&
in l.ædificia. C.de operibus public. & in
l.item ſi verberatum.§.1.verſicu.item ſi,
ff.de rei vendic.Bald.ibid.in fi.d.l.Barba
tius. vbi pulchrè Iaſ. nume. 32. cum ſe-
quen.Dec.in l.id quod noſtrum. nume.
3.ff.de regul.iur.gloſſ.& Dd.in d.l. final.
C.ſi contra ius, &c. fauor † enim publi- 3
cus,

cus, priuatæ vtilitati præferendus, text.
elegans in c. Imperialem, in princip. de
prohib.feudi alien.per Lotha: tex.in l.ſi
quis graue.§.vtrùm.ff.de S.C.Syllania.&
in l.vtilitas.C.de primopilo,libr.12.text.
in l.vnica.§.fin.C.de caduc.tollend. Bar.
in l.quemadmodum.num.4. C.de agri-
col.& cenſ.libr.11.præclarè Iaſon in l.ce-
tera. §. ſed etſi quis. numer. 2. de lega. 1.
4 Et publicæ † vtilitatis gratia à regulis iu-
ris communis receditur, multaque per-
mittuntur, quæ aliàs ſunt interdicta &
prohibita,text.in l.ita vulneratus.verſic.
multa.ff. ad l.Aquil.text.in c. Abbate. §.
final.verſic.præſertim.de ſenten.& re iu-
dic.in 6.d.l.Barbatius. Hippol.in practi-
ca criminali.§.aggredior.nu.61.vſque ad
num.74.vbi multa exempla publicè vti-
5 lia refert, & inter cætera dicit, fauore †
Reipublicæ ſtatutum laicorum obligare
clericos,contra text.in Authen. caſſa.C.
de ſacroſanc.eccle.Canoniſtæ in c.eccle-
ſia ſanctæ Mariæ,de conſtitution. Alex.
conſ.209.nume.6.volum.2.incip. Statu-
tis accuratè. cum duobus ſequen. Signo.
de Homod.conſ.21.num.19.incip.Statu-
to ciuitatis Mediolani. Socinus ſenior
conſil.141.nu.3.volum.2.incip. circa pri-
6 mam. Item quòd † vicinus ad refectio-
nem putei publici in commune contri-
buere teneatur, etiamſi eo nunquàm v-
tatur, nec vti velit: quod etiam pro ſingu
lari notat Roma.ſingu.68. incip. Puteus.
Iaſ.in l.2.num.26.C. de iure emphy.Bal.
in l.vſufructuarius.ff.de vſufruc. facit ad
tex.in d.c.in noſtra. gloſſ.ibid.in verbo,
contribuat. Et eſt ratio,quia puteus pub-
licus,eſt communis pluribus, vt vniuer-
ſis,ideò attenditur voluntas maioris par
tis,nō ſingulorum,tex.in l. quod maior.
7 ff.ad municipal. Hinc etiam eſt, quòd †
decurionibus facultatibus lapſis ex pub-
lico alimenta decerni poſſint: maximè ſi
ob munificentiam in patriam, patrimo-
nium exhauſerint,text.in l.decurionib⁹.
ff.de decurionibus.Hippol.in d.§.aggre-
dior,vbi plura exempla cumulauit. Sed
8 an † Princeps auferēs rem priuati ex cau-
ſa publicæ vtilitatis & neceſſitatis,tenea-
tur ad ſolutionem iuſti precij? Maximè,
hoc enim æquitati,rationi & iuſtitiæ cō-
ſentaneum eſt,nè ſubditus abſq; ſua cul-
pa inuitus re & precio careat,per text. in
l.venditor.§.ſi conſtat.ff.commu. præd.,
tex.in l.2.C.quib⁹ cauſis ſerui pro præm.
liber.accip. Roman.d.conſil. 310. Iaſon
in d.l.Barbatius.num.36.cum ſequ. & in
d.l.final.numer.2.C.ſi contra ius.Afflict.
prolixè in d.c.1.§.ſimiliter poteſt. nume.
6.cum ſequen.idem in c.1.in verbo, mo-
netæ.num.19 quæ ſint regal.gloſſ. in l. ſi
locus,in verbo, præſtare. ff. quemadmo-
dum ſeruit.amit. Felin. in c. Inter qua-
tuor.nume.6.de maior.& obedien. Vaſ-
quius illuſtri.controuer. lib.1.cap.5.nu.9.
Pertinet enim ad † officium boni Prin- 9
cipis curare,ne dilectionem proximi of-
fendat,aut iuſtitiam violet,néue tempe-
ſtatis potiùs, quàm poteſtatis plenitudi-
ne vtatur, vt præclarè monuit Zaſ. con-
ſil.10.num.7.volum.2.incip.in cauſa ex-
ecutionis,vt ſic ſcribit,Scio boni Princi-
pis poteſtatem ad tutelam ſubditorum,
& ad iuſtitiam aſſerendam eſſe ampliſſi-
mam: cæterùm vt iniuria ſubditis fiat, il-
lic Principis poteſtatem non agnoſco,
ſed Tyrāni,id enim dicimur poſſe, quòd
honeſtè poſſumus,tex.notab. in c. final.
§.final.de reſcript.in 6. & in c. faciat ho-
mo.22.q.2.gloſſ.in Clemen.ſæpè, in ver-
bo,poterit,de verborum ſignific. Nam
quæ † lædunt pietatem,exiſtimationem, 10
verecundiam noſtram, & generaliter,
quæ contra bonos mores fiunt,nec face-
re nos poſſe credendum eſt,tex.elegans,
in l.qui filius qui fuit.ff.de condit. inſtit.
& in l.nepos Proculo.ff.de verborum ſi-
gnificat. & † Princeps à Deo conſtitutus 11
eſt,vt faciat iuſtitiam & iudicium,3. Re-
gum cap.10. Proindè,ſi fines & terminos
iuſtitiæ excedat, peccat contra ordinati-
onem Dei, & Principis nomine indi-
gnus eſt,tex.in c.ſcelus.2.1. Afflict. in d.c.
1.§.ſimiliter poteſt. num.15.de Capita.qui
cur. vend. & pulchrè Claudianus poëta
ad Honorium inquit:

Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit,
Occurrat, mentemq́; domet reſpectus honeſti.

Et Auſonius,

Quanto plus liceat, tanto libeat minus.

Zaſius in l.2.ff.de orig.iur.in verbo,ratū,
dicit ſupremam † quidem eſſe Principis 12
poteſtatem, ſed intrà fines iuſtitiæ con-
cluſam: item, quòd quantò immenſior
eſt Principis poteſtas, tantò magis æqui-
tatem exigit & iuſtitiam,quàm in primis
colere, & colendam præſcribere debet.
Et Iuuenalis Satyra ſeptima, inquit:

Omne

cum §.ſequen.ff. quod vi aut clam. Bart.
in l.infamem.num.14.ff. de public.iudi.
vbi dicit ciuitatem liberam tantùm poſ-
ſe in ſuo populo, quantum Imperato-
rem in imperio. Alex. in l.4.nu.24.ff. de
re iud. Afflict.deciſ.361.num.5. dicens, ci-
uitatem liberam pro obtinenda pace
priuatorum bona auferre poſſe, allegat
Bald. & Ang.in d.l.bene à Zenone.C.de
quadrien præſcript. Bald.conſil.407.nu.
6.vol.5. incip. Lata fuit ſententia. Deci.
d.conſil.520. num.5. & conſil.4. num. 2.
incip. Pro tenui. idem conſi.357. num.3.
incip. in caſu magnifici.& conſil.534.nu.
2. incip. procedendo breuiter. vbi com-
munem dicit, quòd de ciuitate non reco-
gnoſcente ſuperiorem iudicandum, ſi-
cut de principe. Idem conſ.352.num.1.in-
cip. viſo puncto. Iaſ.in d.l. Barbarius.nu.
27.cum ſequentib. quem in hac materia
8 omninò vide. Ciuitates † verò inferio-
res, hoc eſt mediatè Imperio ſubiectæ,
loco priuatorum habentur.tex.in l.eum
qui vectigal.ff.de verb.ſignific.gloſſ.ibid.
in verbo, habentur, text.in l. nihil inter-
eſt.ff.ad S.C.Macedonia.

OBSERVATIO LVIII.

An in Principe diſponente contra ius in dubio iuſta cauſa præſumatur.

SVMMARIA.

1 *In Principe diſponente contra ius naturale, vel gentium, iuſta cauſa non præſumitur.*
2 *An idem ſit ſi contra ius poſitiuum diſponat.*
3 *Reſcripta Principis habent tacitam clauſulam, ſi preces veritate nitantur.*
4 *Intelligenda ſunt ſaluo iure tertij.*
5 *Clauſula ex certa ſcientia an tertio præiudicet.*
6 *Reſcriptum contra rem iudicatam non valet.*
7 *De poteſtate Principis quomodò diſputare liceat.*
8 *Princeps nonnunquàm malè à ſupplicantibus informatur.*
9 *In Principe præſumitur iuſtitia & voluntas recta.*
10 *Exemplum iuſtitiæ memorabile de rege Antiocho.*
11 *Item de Imp. Anaſtaſio.*
12 *Mandata Cæſarea cum clauſulis potentibus quomodo emittenda.*

1 AN in † Principe diſponente vel
ſtatuente aliquid contra ius, in
dubio iuſta cauſa præſumatur,
variant Dd. Breuiter diſtinguendum, v-
trùm diſponat vel ſtatuat aliquid cõtra
ius naturale, vel gentium: an verò cõtra
ius poſitiuum. Primo caſu verior, & in
Camera Imperiali recepta opinio eſt, in
dubio in Principe iuſtam cauſam non
præſumi, per notata Bald. in c. quæ in ec-
cleſiarum. de conſtitutio. Deci. Felin. &
alij ibid. Iaſon in l. ſi teſtamentum. C. de
teſtam. Alciat. præclarè in tracta. de præ-
ſump. regula 3. præſump. 8. num. 3. Fulgo.
in l. final. C. ſi contra ius vel vtil. public.
Bellonus conſil. 2. num. 2. Roma. conſil.
352. Iaſ. in rep. l. quo minus. ff. de fluminib.
licèt Cynus & nonnulli alij in l. reſcri-
pta. C. de precib. Imp. offerend. aliter ſen-
tiant. Altero verò caſu, eatenus in dubio
præſumitur iuſta cauſa, ſi † Princeps pro- 2
prio motu, ex certa ſcientia, vel plenitu-
dine poteſtatis aliquid reſcribat, aut di-
ſpenſet: quia Princeps iure poſitiuo non
obligatur, tex. in l. Princeps. ff. de legib. &
in l. digna vox. C. eod. tit. text. in l. ex im-
perfecto. ff. de leg. 3. ſecùs ſi ad poſtulatio-
nem partis hoc fiat: quo caſu iuſta cauſa
in Principe diſponente contra ius poſi-
tiuum non præſumitur: imò præſumptio
eſt Principem importunitate, & ex falſis
narratis ſupplicantis circumuentum eſ-
ſe. gloſſ. approbata in l. relegati. in verbo
fin. ff. de pœnis. gloſſ. & Dd. in d. l. reſcri-
pta, per tex. in Clem. 1. de probat. & in c.
cùm à nobis, de teſtib. Dd. ibid. text. no-
tab. in c. fin. de reſcript. in 6. gloſſ. ibid. in
verb. importunitatem. tex. elegans in c. 1.
de religio. domib. eo. lib. & in c. deteſtan-
da. de conceſſ. præbend. eod. lib. tex. in l. 1.
C. de petitionib. bon. ſublatis, libr. 10. vbi
diſponitur, quòd res fiſco delatas nemo
à Principe impetrare debeat, & ſi fiat, quod
non valebit impetratio, niſi motu pro-
prio à Principe conceſſio facta ſit. Verba
conſtitutionis ſic habent: Sed quoniam
plerunq; ita in nonnullis cauſis inuere-
cunda petentium inhiatione conſtrin-
gimur, vt etiam non concedenda tribu-
amus: nec reſcripto quidem noſtro ad-
uerſus formam latæ legis loci aliquid re-
linquatur. Si quid autem ex bonis talibus
noſtro iudicio, nullo tamen deſiderante
atque poſcente, concedi cuiquam volue-
rimus, huiuſmodi tantùm valeat libe-
ralitas, Roma. conſil. 436. num. 19. Deci.
conſ. 606. num. 18. incip. Sereniſſimus Im-
perator. Hinc eſt, quòd quotidiè † contra 3
reſcripta Principis ad petitionem par-

Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto maior, qui peccat habetur.

Non tenetur tamen Princeps refundere
13 vel perſoluere iuſtum precium, ſi velit †
vti abſoluta poteſtate, ſed nunquam prę-
ſumitur vti velle plenitudine poteſtatis,
niſi hoc exprimat in reſcripto ſuo, ſed
potiùs ordinaria poteſtate, Innocen. in
c. innotuit. de elect. & in c. Innouamus.
nume. 1. in fin. de cenſib. Afflict. in d. §.
ſimiliter, vbique dicunt, Principem ab-
ſolutam poteſtatem nunquam exercere
debere, niſi iuſta & legitima ſuadente
cauſa & ratione, aliâs peccatum com-
mittere, per iura allegata, Zaſ. d. conſil.
14 10. vbi omninò vide. Clauſula † tamen
ex certa ſcientia reſcripto adiecta, indu-
cit præſumptionem plenitudinis pote-
ſtatis, quia habet vim clauſulæ deroga-
toriæ, vt notat gloſſ. ſingul. in c. ad hæc,
in verbo, reperitur. de reſcript. Roman.
ſingul. 764. incip. Dixi aliâs. Hippol. ſin-
gul. 84. num. 1. incip. Princeps. Deci. con-
ſil. 390. num. 14. incip. quoniam ex fa-
cto, & conſil. 373. num. 7. & 8. incip. vi-
ſo conſilio, vbi dicit, factum ex certa ſci-
entia Principis in dubium reuocari non
poſſe, & contradictori perpetuum ſilen-
tium imponi debere, Iaſon in l. reſcri-
pta, num. 2. C. de precib. Imper. offer.
Bal. in proœm. feudorũ. nn. 34. dicit quan-
15 dò † Princeps aliquid vult ex certa ſcien-
tia, nemo poteſt ei dicere cur ita facis.
Idem in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. num.
7. vt lit. penden. ſcribit principem eſſe
cauſam cauſatum, & ideò de eius pote-
ſtate non inquirendum, cùm primæ cau-
ſæ nulla ſit cauſa, & illud quod primum
eſt aliud ante ſe habere non poteſt, Ia-
ſon in d. l. reſcripta. num. 2. & d. l. final.
num. 3. C. ſi contr. ius vel vtil. public. Sed
de hac poteſtate Principis, & quomodò
de illa diſputare liceat, vide præceden. &
ſequen. Obſeruatione. Quod dictum eſt,
16 poteſtatis † plenitudinem non præſumi,
niſi hoc à Principe expreſſum ſit, proce-
dit in caſu; qui ſine abſoluta poteſtate
explicari poteſt, ſecùs ſi actus plenitudi-
nem poteſtatis requirat, quia tunc præ-
ſumptioni locus eſt, ad hoc vt actus po-
tiùs valeat, quàm pereat. Ita limitatur
doctrina Innoc. in d. c. innotuit. de ele-
ctio. Caſtren. in l. ex imperfecto. nu. 1. C.
de teſtam. Idem conſ. 414. num. 5. volu. 1.
incip. in facto præſenti. Alexand. in l. 2.
num. 5. C. de teſtamen. milit. Hippol. ſin-
gul. 764. vbi plures allegat. Vaſqui. il-
luſtr. controuerſ. cap. 26. num. 8. cum ſe-
quen. libr. 1. Deci. conſ. 77. nu. 4. in fin. in-
cip. viſo ſupraſcripto, Felin. in c. 1. num.
27. de conſtitu. & in c. cùm inter. num. 6.
& 7. de exceptionibus. Et ideò eo caſu
quo † Princeps remittit damna ſubdito- 17
rum, tempore belli illata pro obtinenda
pace, hoc præſumitur facere ex poteſta-
te abſoluta, pacis publicæ gratia, quia ta-
lis actus non poteſt explicari ſine pleni-
tudine poteſtatis, Dd. vbi ſuprà. Eodem
modo ſi † ſuburbia ciuitatis, tempore 18
belli diruat, nè hoſtibus ſint adiumen-
to, & ciuitati offenſioni, ſumma & ab-
ſoluta poteſtate hoc fieri pręſumendum
eſt, & vtroq; caſu ad reparationem dam-
norum non obligatur, quia potentior
grauiorque eſt cauſa & vtilitas publica,
quàm priuata, vnde meritò vincere &
præponderare debet, per iura ſuprà alle-
gata, Iaſ. in d. l. Barbatius. num. 26. Vide
pleniùs infrà, Obſeruatione ſequenti.

OBSERVATIO LVII.

An Princeps damna tempore belli ſubditis illata remittere poßit.

SVMMARIA.

1 *Quòd ſic, ſi aliter pax haberi non poßit.*
2 *Remißio damnorũ ob pacem publicam valet, etiam in foro conſcientiæ.*
3 *Bellum quando reprehenſione dignum.*
4 *Bellum geritur vt pax quæratur.*
5 *Bellum iuſtum quod dicatur.*
6 *Subditi quando ad reſtitutionem ablatorum tempore belli agere poßint.*
7 *Ciuitas Imperialis iura Principis habet.*
8 *Ciuitates inferiores, priuatorum loco habentur.*

DIctum eſt ſupr. prox. Obſeruat.
Principem † ex iuſta cauſa res 1
priuatorum auferre poſſe, &
publicam vtilitatem eſſe iuſtã
cauſam occupationis, per iura ibid. al-
legata. Vnde dubium non eſt Princi-
pem in conditionibus pacis damna ſub-
ditis tempore belli illata expreſſè remit-
tere poſſe: talis enim remiſſio fauore
publicæ pacis facta etiam inuitis ſubdi-
tis valet, maximè ſi aliter pax haberi ne-
queat: adeò vt perpetuò ſubditi ab om-
ni actione ciuili & criminali excludan-

domib. & In d.l.1.C.de petitionibus bo-
no.ſubla. lib.10.Iaſ.in d.l.reſcripta.& in
l.quoties,num.3.C.de precib. Imp. offer.
tex.in d.l.nec auus.& in d.l.2.§.meritò.&
§.ſi quis à Principe.ff.ne quid in loco pu-
blic.Afflic.in c.1.§.ſimiliter.num. 6.cum
ſequent. de Capita. qui Curiam vendid.
10 Laudatur † Antiochus tertius Aſiæ Rex,
qui omnibus Regni ſui vrbibus ſcripſiſ-
ſe traditur, quòd ſi quid in literis, q̃ eius
nomine ſcriberentur, eſſet quod legibus
aduerſari videretur, crederent ignaro ſe
huiuſmodi literas ſcriptas fuiſſe, & pro-
pterea eis non parerent, facit tex. in d.c.
ſi quandò,§ fi.& in d.c.ſuper eo:Dd.in d.
l.digna vox.C.de legib. Et optimus Rex
Ageſilaus, non aliter promiſſa præſtare
11 voluit, quàm ſi iuſta eſſent,quod & † A-
naſthaſius Imperator ſalubtiter ſanci-
uit,in d.l.final. C.ſi contra ius vel vtilit.
publ.Gigas in tractatu de crim. læſæ ma-
ieſt.lib.1.tit.qualiter in crimine læſæ ma-
ieſtatis procedatur,quæſt.16.nume.10. Et
Zaſ.d.conſi.10.num.11.piè & eruditè do-
12 cet, mandata Cæſareà † cum clauſulis
tam potentibus, non aliter, quàm cum
magna circumſpectione,& delectu emit-
tenda eſſe, nam ſi aliter, & magis ex vſu
& ſtylo, quàm pro grauitate cauſæ fiat,
tunc vigore talium clauſularum iuſtam
cauſam in Principe non præſumi, vnde
Idem Zaſ.d.conſ.10.nume.16.concludit,
per huiuſmodi clauſulas, quantumcun-
que ſimum effundant, alteri, quod ſuum
eſt, ſine ratione, pro ſolo voluntatis &
potentiæ libito auferri non poſſe, per
alllegata ibidem.

OBSERVATIO LIX.

Promiſsio ſub fide Principis an iuramento comparetur.

SVMMARIA.

1 *Interpoſitio fidei iuramento æquiparatur.*
2 *Apud Principes viros in vſu frequens.*
3 *Tantum operatur, quantum iuramentum.*
4 *Contraueniens tranſactioni iuratæ quam pœnam patiatur.*
5 *Iuramentum regulatur ſecundùm naturam contractus.*
6 *Pœna periurij quandò locum habeat.*
7 *Deus differentiam non facit inter ſimplicem loquelam & iuramentum.*

1 INterpoſitionem fidei † iuramento
æquiparari communiter placuit, per
tex.in c.ad aures.de his quæ vi met. cauſ.
& in c.peruenit. vbi gloſſ.in verbo,iura-
menti,de fideiuſſ.text.in c.peruenit,el.2.
de iureiur.gloſſ.in c.penul.in verb.quod
promiſit,eod.titul.Auth. de Butrio in c.
peruenit.num.4.et c.cum tempore.eod.
nu.de arbi.Iaſ.in §.Item ſi quis poſtulan-
te.nume.52.cum ſequ.Inſtit.de actio.Fel.
in c.præterea,num.15.de ſponſalib.gloſſ.
ibid.in verbo,interpoſitione. Specul.tit.
de arbitro & arbitrato.numer.49. Curt.
iunior conſi.286.nu.15.cum ſequen. vol.
3.incip.habita diligẽti. Fran.Marc.quæſt.
456.nu.45.latiſſimè Schurff. cum multis
allegationibus,conſi.37.num.11.& num.
21.centur.2.vbi tradunt, omnem præſta-
tionem fidei eſſe iuramentum,ſed non è
contrario: vnde patet iuramentum, &
præſtationem fidei,ſe habere vt genus &
ſpecies,per notata in c. & ſi Chriſtus, de
iureiur.Iaſ.in l.ait prætor.§.iurari. num.
3.ff.eod. tit. Ita ſe habet communis opi-
nio,licèt Fab. in d.§.item ſi quis.num.15.
teneat contrarium quóad ius Ciuile.
quod etiam alij obſeruârunt. Hęc autem
† interpoſitio fidei apud Principes vbi- 2
que frequentiſſima, & loco iuramenti
eſt:promittunt enim non ſub iuramen-
to conceptis verbis,ſed ſub principali fi-
de, bei jhren Fürſtlichen ehren vnd trewen/
Schurff.d.conſi.37. per totum. Tantum
† igitur operatur fidei interpoſitio,quan- 3
tum verum & corporale iuramentum,
eoſdemq́ue producit effectus, de quibus
in variis locis Dd.præſertim In Authen.
ſacramenta puberum. C.ſi aduerſ. ven-
dit. & in c.cùm contingat.de iureiur. &
in c.quamuis.de pact.in 6.Ita tradit gloſ.
in d.c.peruenit. de fideiuſſoribus. Butr.
in d.c.cum tempore. Alexan. in l.ſi quis
maior.numer.16.C.de tranſact. Iaſon in
d.l.ait prętor.§.iurari.num.1.vbi dicunt,
quòd quemadmodum † contraueniens 4
tranſactioni iuratæ incidat in pœnas, d.
l. ſi quis maior,hoc eſt, quòd efficiatur
infamis & actione priuetur: ita quoque
contraueniens tranſactioni permiſſæ,
per fidem,gloſſ.in d.c.peruenit.Curt. iu-
nior,d.conſil.286.nume.17.cum ſequen.
gloſ.in c.querelam,in verbo,præſtita, nè
prælati vices ſuas, vel Eccleſ. ſub annuo
cenſu conced. Et quemadmodum iura-
mentum regulatur ſecundùm naturam
contractus cui apponitur,text.in l.final.

C.de nõ numerata pecunia,& in c.quin-
tauallis.de iureiu.Guid.deciſ.99. eodem
5 modo † fidei interpoſitio regulabitur
ſecundùm naturam contractus, cui ac-
ceſſit: vnde ſi contractus ſit illicitus, nec
promiſſio per fidem erit obligatoria,
quemadmodum nec iuramentum con-
tractui inualido appoſitum, valet, text.
in c. quanto. de iureiur. Dyn. in c. non
eſt obligatorium. de regul. iur. in 6. ſicut
prolixius dixi ſuprà eod. Obſeruatio. 42.
Et ad multa alia hoc accommodari po-
terit in materia iuramenti, prout latè tra-
ctant Dd. in d. l. ſi quis maior.& d. Auth.
ſacramenta puberum,& in d.c. quamuis.
& in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff.
de verbo. oblig. vbi copioſè Alexand. &
Zaſ. Felin. in d.c. præterea. numer. 15. vbi
dicit hanc comparationem fidei & iu-
ramenti non procedere, quóad parita-
tem pœnæ, cùm fortiùs puniatur viola-
tor iuramenti, quàm fidei, gloſſ. appro-
bata in d.c. penultim. de iureiur. in verb.
quod promiſit, ex quo infert Felin. quòd
6 nunquàm habeat locum † pœna periu-
rij, niſi quandò frangitur promiſſio iu-
rata, expreſſo verbo, iuro. vt fiat reſtri-
ctio in pœnalibus, iuxta c. odia. de regul.
iur. in 6. cum ſimilibus. Sed in principi-
bus viris, vt initio dixi, iſta differẽtia nõ
obſeruatur, & in Camera promiſſio prin
cipis, vel illuſtris perſonæ ſub fide ſua, in
omnibus vim veræ iuratæ promiſſionis
habet. Et ita ſæpè obſeruatum memini.
7 Quò pertinet, quòd † Deus non faciat
differẽtiam inter ſimplicem loquelam,
& inter iuramentum, quia ſicut in iura-
mento nullam conuenit eſſe perfidiam:
ita quoq; in verbis noſtris nullum debet
eſſe mendacium, quia vtrumq; & periu-
rium, & mẽdacium, diuini iudicij pœna
dãnatur, dicente ſcriptura, Os quod mẽ-
titur occidit animam: quiſquis ergo ve-
rum loquitur iurat, quia ſcriptum eſt, te-
ſtis fidelis non mentietur, ita tex. in c. iu-
ramenti, 22. q. 5. Frãciſ. Marc. d quæſt. 456.
nu. 45. gloſſ. in d.c. peruenit. de fideiuſſ. &
in d.c. penult. de iureiur.

OBSERVATIO LX.

De amiſſione priuilegiorum.

SVMMARIA.

1 *Nundinarum priuilegium decennio per non vſum amittitur.*
2 *Seruitus hauriendi aquam nõ amittitur, ſi fons exaruerit.*
3 *Non valenti agere non currit præſcriptio.*
4 *Vaſallus an ſeruitia præſcribere poſſit contra dominum.*
5 *Militare ſubſidium quod domino tempore belli debetur, an præſcriptione amittatur.*
6 *Occaſio puniendi facinoroſos ſi ſe non offert, nõ amittitur merum Imperium.*
7 *Furcarum erectio eſt ſignum meri Imperij.*
8 *Furcarum erectionem quãdò vicinus impedire poſſit.*
9 *Facultas aliquid faciendi an præſcribatur.*
10 *Priuilegium quandò per vnicũ actum contrarium amittatur.*
11 *Priuilegium immunitatis habens, an acceptãdo aliquod munus ſibi præiudicet.*
12 *Decurionatum ſuſcipiens an amittat priuilegiũ immunitatis.*
13 *Prælatus an Eccleſiæ per actum priuilegio contrarium officiat.*
14 *Ciues contrauenientdo priuilegio ciuitatis, non præiudicant ciuitati.*
15 *Priuilegium conceſſum ad beneplacitum, an morte concedentis finiatur.*
Beneplacitum nulli legi ſubiectum, ibid.
16 *Voluntas morte ſoluitur.*
17 *Princeps an reuocare priuilegium poſſit.*

CIrca amiſſionem priuilegiorũ
variè diſtinguunt Dd. ita vt Pa-
nor. in c. cùm acceſſiſſent, num.
6. de conſtitut. dicat, in ea materia tot eſ-
ſe opiniones, quot ſunt capita. Breuiter
duo caſus diſtinguẽdi ſunt: Primus, quã-
dò priuilegium in faciendo: Alter, quan
dò in non faciendo conſiſtit. Quod ad
primum caſum attinet, pro regula com
muniter traditur, priuilegium † quo ali- 1
cui facultas faciendi aliquid conceditur,
tur, ſpacio decem annorum non vten-
do amitti, per text. in l. 1. ff. de nundi. vbi
Modeſtinus ait, nundinis impetratis à
Principe, non vtendo qui meruit decen-
nij tempore vſum amittit, gloſſ. in l. fal-
ſo. C de diuerſ. reſcript. in verbo, final.
Felin. in d.c. cùm acceſſiſſent. num. 25. de
conſtit. Panorm. ibid. nume. 6. Bartol. in
l. licitatio. §. eorum. ff. de public. & ve-
ctig. Schurff eleganter conſil. 14. centur.
1. per totum. incip. Pro clariori. Limita-
tur iſta concluſio. Primò, vt eatenùs pro-
cedat, ſi quis intra decennium non ſit
vſus priuilegio voluntariè: vtputà, quia
potuit, ſed noluit vti: ſecùs ſi ob neceſſi-
tatem non euenientem vſus non ſit, eò
quòd

quòd occaſio vtendi ſe non obtulerit:
nam tali caſu, quia nulla negligentiæ
culpa non vtenti imputari poteſt, priui-
legium non amittit, etiamſi eo vltra ho-
minum memoriam, vel mille annos nõ
ſit vſus. Ita communiter concludunt
Dd. in l. fina. ff. de conſtitut. princip. Iaſ.
ibid. num. 25. Idem pulchrè in d. l. falsò.
per totum glo. ſingu. in c. Abbate. S. Syl-
uani. in verb. donec. Panorm. ibid. in fin.
extr. de verbor. ſignific. Bello. eleganter
conſ. 1. num. 11. cum ſequent. Felin. in d. c.
cùm acceſſiſſent, & ibid. Canoniſt. p tex.
notab. in l. vnus ex ſocijs. §. final. cum l.
2 ſequen. ff. de ſeruit. ruſti. præd. vbi † ſer-
uitus hauriendi aquam ex fundo alteri-
us non amittitur, ſi ſons exaruerit, ita vt
ſeruitute vti non potuerit. ad idem eſt
text. in l. & Atticilinus. ff. de ſeruit. ruſtic.
3 præd. Quò pertinet regula, quòd † nõ va-
lenti agere non currat præſcriptio. tex. in
l. 1. §. nè autem. C. de annal. exceptio. Ital.
contract. toll. Pręterea, vbi non adeſt ne-
gligentia, ibi non debet eſſe pœna, Iaſon
conſil. 7. in fin. volum. 3. incip. Pro reue-
rendiſſimo. Sic in ſimili, licèt ſtatutum
nouum, vel lex noua vſu non recepta, vi-
ribus careat, & per actus contrarios ſpa-
cio decem annorum tollatur, text. in l.
de quibus, in fine. ff. de legib. ibi, per de-
ſuetudinem, & in §. quoniam verò, in fi-
ne, Auth. quib. mod. natur. effic. ſui, ibi,
quoniã non vtendo perempta eſt, glo. ce-
lebris in c. 1. de treuga & pace, in verbo,
frangere, in fine. præclarè ibid. Felin. nu.
6. cum ſequen. vbi plura ad hoc allegat,
Iaſ. in l. rem non nouam, nu. 9. C. de iudi.
& in l. ſi filius qui in poteſtate. nu. 22. ff.
de liber. & poſthu. Alex. conſ. 6. nu. 2. vol.
1. incip. viſo themate, & conſ. 132. num. 4.
eod. volum. incip. viſa facti narratione,
Pariſ. conſi. 105. nu. 8. volu. 4. incip. in cau-
ſa ſubſidij. Cæphal. conſil. 96. num. 15. vo-
lum. 1. incip. Piſtrinarij. tamen regula il-
la non procedit, ſi nihil contra legem
nouam, vel ſtatutum nouũ per actus con
trarios actum ſit: lex enim noua nunquã
tollitur per nõ vſum, ſed per vſum con-
trarium nouæ legi: proinde ſi caſus no-
uæ legis non euenerit, ex diuturnitate,
temporis etiam longiſſimi, nulla indu-
citur nouæ legis mutatio, Cyn. in l. 2. C.
quæ ſit long. conſuet. Alexan. d. conſ. 132.
num. 4. Feli. in d. c. 1. num. 10. de treuga &
pace, vbi communiter Dd. Ex hac prima
limitatione quoque infertur, ſi † domi- 4
nus vaſallo ſuo ſeruitium aliquod lon-
giſſimo tempore non impoſuerit, eò
quòd eius ſeruitio non indigebat, quòd
per hoc nulla inducatur præſcriptio li-
bertatis, per iura allegata. Vaſallus nun-
quàm præſcribit ſeruitia domino debi-
ta, niſi interpellatus negauerit ea præſta-
re, Aluaro. titu. ſi de feud. fuer. controu.
§. 1. in 2. notab. Bello. in d. conſil. 1. num.
16. Bart. in l. in filijs. num. 2. C. de decurio.
lib. 10. vbi per illum text. concludit, Prin-
cipem † militare ſubſidium, quod ciui- 5
tas ei tempore belli pręſtare tenetur, nul-
la temporis præſcriptione amittere, ſi
neceſſitas colligendi exercitum ſe non
obtulerit. Idem tenet Barto. in l. cùm ſci-
mus, num. 2. C. de agricol. & cenſit. libr.
11. Feli. latiſſimè in d. c. cùm acceſſiſſent,
nume. 26. cum ſequent. Secundò infer-
tur, quòd habentes ex priuilegio Princi-
pis † merum imperium, putà gladij po- 6
teſtatem, tale priuilegium præſcriptio-
ne longiſſimi temporis non amittant,
ſi caſus puniendi facinoroſos nullus in-
tereà ſeſe obtulerit, text. in d. l. vnus ex
ſocijs. §. final. & in l. hæc autem iura. ff.
de ſeruit. vrban. præd. Iaſ. in d. l. fin. num.
56. Felin. in d. c. cùm acceſſiſſent, num. 26.
Quod eſt ſingulariter notandum pro
Nobilibus Germaniæ, qui immediatè
Imperatorem cognoſcunt, & ab eo me-
rum imperium in feudum accipiunt,
Germanicè, Das halſgericht / oder bluet-
bann / quòd contra eos non currat præ-
ſcriptio, ſi lõgiſſimo tempore gladij po-
teſtate aduerſus facinoroſos non ſint
vſi, eò quòd non obuenerit occaſio pu-
niendi facinoroſos. Sæpè hanc ob cau-
ſam, cum vicinis Principibus, vel Comi-
tibus lites & controuerſias habent, qui
negant Nobilibus tale priuilegium com
petere, quia longiſſimo tempore huiuſ-
modi priuilegio non ſint vſi, nulloſque
actus poſſeſſorios exercuerint: quæ exce-
ptio nihil habet momenti, ſi occaſio pu-
niendi facinoroſos defuerit. Proindè
eueniente occaſione, poſſunt non tan-
tùm antiquas furcas reſtaurare, ſed etiã
loco collapſarum nouas erigere, per iu-
ra allegata, & notata Iacob. de S. Georg.
in verb. cum mero & mixto imperio.
Bald. in l. 1. C. vt nemi. lice. ſine iud. auto.

crimen læſæ maieſtatis, vide Hieron. Gigan. libr. 1. cap. 1. quæſt. 65. per totam. Bar. in tracta. de Guelf. & Gebelli. Salic. in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. & Claudium de bello Gildon. qui Tyrannum ita deſcribit,

Inſtat terribilis viuis, morientibus heres,
Virginibus raptor, thalamis obſcœnus adulter,

Et paulò pòſt:

Quiſquis vel locuples, pulchra vel coniuge notus,
Crimine pulſatur falſo, ſi crimina deſunt,
Accitus comminus perit.

Idem poëta de quarto Honorij Cōſulatu infœlicitatem tyranni ſic deſcribit,

Qui terret, plus iſte timet, ſors iſta tyrannis
Conuenit, inuideant claris, forteſq́; trucident,
Muniti gladijs viuant, ſeptiq́; venenis
Ancipites habeant arces, trepidiq́; minentur.

10 Secundò limita in † Eccleſia, quæ ſuperioris authoritate in alium locum trāſfertur, vel alteri Eccleſiæ vnitur, ſiuè incorporatur, Das ſie einer andern kirchen einuerleibt werde/ quo caſu, ſimiliter retinet ſua antiqua priuilegia, per notata gloſſ. in d. c. priuilegium. Innoc. in d. c. cùm ex iniuncto, num. 2. vbi illud etiam ad alia loca prophana extendit, argum. l. æde. ff. de contrah. empt. facit ad hoc text. in c. & temporis. 16. q. 1. gloſſ. notab. ibidem in verbo, vnire, quæ docet vnionem Eccleſiarum in triplici eſſe differētia, iuncto. c. ſequent. & diſtinguit quóad conſeruationem, vel amiſſionem priui-
11 legiorū hoc pacto: quòd aut † duæ Eccleſiæ ſimul vniuntur, aut vna earum alteri vnitur. Primo caſu, quælibet Eccleſia retinet ſua ſtatuta, & priuilegia. Altero ca-
12 ſu, Eccleſia † vnita amittit priuilegia, & gaudet tāquàm filia, priuilegijs Eccleſię matris, cui vnitur, facit tex. in c. cùm dilectus. de his quæ vi met. cau. gloſſ. ibid. in verbo, eccleſiæ. Archidiac. in d. c. & temporis, nu. 4. vbi dicit, quòd filia ſortitur priuilegia Eccleſiæ matris, & nu. 6. gloſſ. diſtinctionem clarius explicat: quandoque inquit, ex duabꝰ dignitatibus fit vna, nec altera alteri ſubijcitur, & tūc omnia commiſcentur, & clerici vnius erunt clerici alterius, eritque vnum collegium: quandoq; verò ſic vniuntur, nè vna alteri ſubijciatur, & tūc quælibet Eccleſia ſuam dignitatem retinet: putà, ſi vtraque eſt Epiſcopalis, vtraque Epiſcopalis manebit, & Canonici vnius Eccleſiæ nō erūt Canonici alterius, ita Archid. per illum text. gl. ibi. in verb. vnire, & in verb. vtrarumq́;, tex. in c. relatio. 21. q. 1. De hac vnione Eccleſiarū, vide tex. in c. ſicut vnire, de exceſſib. prælat. pleniſſimè Affli. in d. c. 1. nu. 22. cum ſeq. de capit. Conra. Item quid iuris, ſi Comitatus vniatur regno, vel caſtrum ciuitati, an antiqua priuilegia retineant, vide ibidem nu. 24. cū ſeq. & Canoniſt. in c. 1. nè ſede vacan. & in c. 2. de noui oper. nuncia. Quòd etiam
Imperator duas † dignitates ſimul con- 13
iungere, & vnire poſſit, vide tex. in Auth. vt iud. ſine quoquo ſuffragio. §. illud tamen. Et hęc licèt ſint extra propoſitum, tamē quia vtilia, volui de ijs obiter hîc, occaſione translationis Eccleſiarum & caſtrorum mentionem facere. Tertiò limita hāc concluſionem, vt nō procedat,
ſi † Eccleſia, ciuitas, caſtrum, vel collegi- 14
um, ſuperioris voluntate & licentia reædificentur, & reſtaurētur, quo caſu omnia iura amiſſa recuperant: puta clericos, ciues, ſubditos, priuilegia, & ſtatuta, Bal. in margarita, in d. verb. ciuitas. Idē in c. 1. nu. 2. de Capita. qui Cur. vendi. nu.
5. vbi concludit, ex † donatione caſtri 15
per principem facta, transferri etiam in conſequentiam merum & mixtum imperium, quò ſpectat quòd tātùm reddat reſtitutio in integrum, quātum abſtulit læſio, tex. in l. 1. C. de ſent. paſſ. & in l. fin. §. fin. C. eod. tit. tex. in l. quòd ſi minor. §. reſtitutio. ff. de minorib. Sed Afflict. loco citato, num. 16. cum ſequ. diſtinguit, vtrùm ciuitas in totum ſit deſtructa, an verò pro parte tantùm: vt primo caſu non recuperet priuilegia amiſſa, cum non ſit eadem ciuitas, ſed noua: ſecundo verò priuilegia recuperet, per allegata ibidē. Vide quoque Bald. in d. conſi. 321. volu. 4. Vide de priuilegijs caſtri, infr. Obſeru. ſequen.

OBSERVATIO LXII.

De iuribus caſtro competentibus, & eius pertinentijs.

SVMMARIA.

1 *Caſtrum vnde dicatur.*
2 *Poteſt eſſe ſine vniuerſitate.*
3 *Caſtrum habens ius vniuerſitatis eſt priuilegiatum.*
4 *Ciuitas minori comparatur, ſimiliter villa & caſtrum.*

5 Delli-

5 *Deſtinatio patriſfam. facit pertinentias.*
6 *Caſtri pertinentiæ quomodo conſtituantur.*
7 *Caſtro apprehenſo quid apprehenſum cenſeatur,*
8 *Conceſſo caſtro veniunt molendina.*
9 *Merum & mixtum imperium.*
Iuriſdictio ſolo adhæret. ibid.
10 *Recognoſcens caſtrum an territorium recognoſcere videatur, remiſſiuè.*
11 *Pertinentia varijs modis probantur.*
12 *Opera ſubditorum in duplici genere apud Germanos.*
13 *Operæ ſubditorum ita exigendæ vt tempus relinquatur ſe ſuosq́; alendi.*

1 CAſtrum † dicitur quaſi caſa alta,
vel caſa ſtricta, quia habitatio
caſtri non debet eſſe diffuſa, ne
multa egear cuſtodia, Ioan. Andr. in c. ſi
ciuitas, num. 2. de ſenten. excommu. libr.
6. Philip. Fran. ibid. num. 5. Panorm. in c.
tuæ. num. 2. de cleric. non reſid. Iaſon in
l. ſi hæres iuſſus. §. vicis. numer. 4. cum ſe-
2 quent. ff. de legat. 1. Poteſt † autem eſſe ſi-
ne diſtrictu vel territorio & iuriſdictio-
ne, per tex. in l. per prouincias. C. de ædif.
priuat. Franc. & Ioann. Andr. vbi ſuprà.
quo caſu, de iure communi nullo ſpeci-
ali gaudet priuilegio, ſed ciuitati vicinæ
ſubeſt. Anchar. in c. ſtatutum. §. nec au-
diatur, nume. 5. de reſcript. in 6. Franc. in
d. c. ſi ciuitas. Secus, ſi ſubditos habeat,
3 & ius † territorij ſiue vniuerſitatis, qua-
lia ferè ſunt omnia caſtra Germaniæ,
quæ à nobilibus poſſidentur, præſertim
in Sueuia, Franconia, & tractu Rheni,
quo caſu caſtrum ijſdem vtitur priuile-
gijs & iuribus, quibus ciuitas, vel alia vni-
uerſitas, per tex. in d. l. ſi hæres iuſſus. §. vi-
cis. Iaſ. ibid. num. 1. cum ſequen. Anchar.
in d. §. nec audiatur. pulchrè Bald. in c. 1.
num. 5. & 6. de Capita. qui cur. vendid. in
4 vſib. feudo. Vnde quemadmodum † ci-
uitas minori æquiparatur, & læſa reſtitu-
tionem in integrum habet vt minor:
ita quoque caſtrum & villa, text. in l.
Reſpublica. C. quibus ex cauſis maior. in
integrum reſtitu. & in l. Rempublicam.
C. de iur. Reipub. lib. 11. tex. in l. 1. C. de of-
fic. eius qui vicem alicu. iudic. vel præſid.
obtin. ita quoque caſtrum & villa, tex. in
d. l. ſi hæres iuſſus. §. vicis. Iaſ. ibid. Idem
in l. fin. in princip. C. de ſacroſanc. eccleſ.
Lodouic. Roman. conſil. 423. num. 3. In-
cip. pro planiori, vbi communem dicit.
Item caſtrum poteſt poſſidere, & præſcri-
bere etiam alterius ſubditos, tex. in l. fin.
C. de fundis limitrophis, libr. 11. & in d. l.
final. C. de ſacroſanct. eccleſ. vbi qua-
tuor priuilegia ciuitatibus conceſſa enu-
merantur. Porrò quoties de pertinen-
tijs diſputatio vel controuerſia incidit,
vtrùm talis fundus, villa, aut pagus ſit
pertinens alicuius caſtri, in primis & an-
te omnia deſtinatio patrisfamilias at-
tendi debet, vtrùm nimirùm talem fun-
dum, aut pagum, aut caſtrum deſtinaue-
rit, an eo vſus ſit opera & ſeruitijs ruſti-
corum atque ſubditorum ſuorum, **das
die vnderthanen dahin haben dienen vnnd
fronen muſſen:** noſtra enim deſtinatione
fundorum nomina & domus, non natu-
ra conſtituuntur, per tex. in l. quod in re-
rum. §. ſi quis. ff. de leg. 1. & in l. quæſitum.
§. ſi quis eodem. & §. Papinianus. 2. ff. de
fund. inſtru. tex. in l. ex facto. §. rerum. ff.
de hæred. inſt. quibus legibus disertè pro-
batur † pertinentias deſtinatione & vo- 5
luntate patrisfam. conſtitui. Innoc. in c.
cùm ad ſedem, nu. 2. & 3. de reſtit. ſpolia.
quem omnes communiter allegant &
ſequuntur, vbi hanc doctrinam ponit.
Licèt, inquit, caſtro † à iure nihil corpo- 6
rale ſit deputatum quod ſit eius pertinẽs:
tamen ab hominibus & eorum ſtatutis,
conſueuit & caſtro certum territorium
aſſignari, quòd ipſi in iuriſdictione & do-
te reſpondeat. Canoniſtæ in c. ſi ciuitas,
de ſenten. excom. in 6. Bart. in l. 1. nu. 3. ff.
de dam. infect. pulchrè Bald. conſil. 430.
nu. 5. Apprehenſa † autem poſſeſſione ca 7
ſtri, intelliguntur quoque pertinentiæ
eius ritè apprehenſæ. Zaſius eleganter in
l. 3 nume. 28. ff. de acquirend. poſſ. & ſing.
reſponſ. libr. 2. cap. 31. Rot. deciſ. 14. de re-
ſtit. ſpol. in nouis. Alex. in d. l. 3. nume. 13.
Licèt ſecùs ſit in apprehenſione poſſeſ-
ſionis rerum hæreditariarum, quia vna
re hæreditaria apprehenſa non cenſen-
tur reliquæ apprehenſæ, vt plenè docent
Dd. cum rationibus diuerſitatis in d. l. 3.
Hinc eſt, quòd † cõceſſo caſtro cum per- 8
tinentijs, veniant quoque molendina eò
ſpectantia, Bald. in vtranque partem in
c. 1. num. 2. de Capit. qui cur. vend. vbi eti-
am, num. 5. concludit, caſtro alicui à Prin
cipe donato, transferri in conſequenti-
am † merum & mixtum imperium, Dec. 9
conſil. 517. num. 9. inclp. in ſententia, vbi
dicit, quòd cõceſſo caſtro cum pertinen-
tijs, comprehendantur omnia quæ ſunt
in terri-

15 l.ſancimus.C.de pœnis. An autem † pri-
uilegium conceſſum ad reuocarionem,
& beneplacitum concedentis, (auff wol-
gefallen) próut in caſu dubio quandoque
ſummus Princeps facere conſueuit, &
ego ſæpè cum rali clauſula prluilegia
conceſſa memini, morte concedentis fi-
niatur, vide text. notab. in c. ſi gratioſè,
de reſcript. in 6. gloſſ. ibidem in verbo,
exſpirat, vbi dicitur, quòd gratia, ſiue be-
neplacitum morte concedentis finia-
tur, facit text. notab. in l.4. quæ incipit,
locatio.ff.locati. Barto.in l. more maio-
rum, nnm.17.ff. de iuriſdict. omn. iudic.
Idem latè in l.centeſimis.§.fin.num.9.ff.
de verb.oblig. vbl omninò vide, Bald. in
l.1.nu.3.C. de poſtulando. Iaſon in l.non
ſolùm.§. morte. num.2.ff. de nou.oper.
nunc. Hippol.in l.fin.num.42.ff.de quæ-
ſtio. Dd in c. priuilegium. de regul. iur.
in 6.Gozad. conſi.22.nume.6.Deci. con-
ſil.108.num.5.incip.iſta videtur quædam.
Franciſ. Marcus quæſtion. 513. numer. 1.
cum ſequen. Priuilegium igitur ad be-
neplacitum conceſſum tantiſper durat,
donec concedens illud reuocet, quia be-
neplacitum nulli legi ſublacet, text.in l.
fideicommiſſa. §. quanquam.ff. de leg. 3.
gloſſ.ibid.in verbo, volneris, Natta con-
ſil. 608. num.5. volum.3. incip. pro deci-
ſione. vel moriatut: quia † voluntas
16 morte ſoluitur, & extinguitur. text.in d.
c.ſi gratioſè. Gozad.d.conſil.22. num.4.
d.l. 4.ff. locari. rext. in l. mandatum. C.
manda.& in l.vxorem.§.penultim.ff. de
legat.3. Sed vſu obſeruatnr, morte con-
cedentis talia priuilegia non reuocari.
facit optimè tex.in l.iuriſperitos.ff.de ex-
cuſ.tuto. & in l.ſufficit.ff. de condict. in-
deb.gloſſ.in c.fina.de reſcript.in 6.in ver-
bo, perpetuas. Dec.d.conſ.108.quia quod
expreſſè non mutatut, cur ſtare prohibe-
tur? text.in l.præcipimus.C.de appell. An
17 † autem Princeps poſſit reuocare priui-
legium, duabus concluſionibus declara-
tur: quarum Prima, quòd prluilegium
conceſſum ſubdito, regulariter reuoca-
ri poſſit: Altera, quòd priuilegium con-
ceſſum non ſubdito, regulariter reuoca-
ri nequeat, quarum regularum limita-
riones vide præclarè apud Felin.in c.no-
uir.num 9.cum ſeq.de iudic. & ibid.com
mnniter Dd. Potti.libr.5.concluſ.18.cum
duab.ſequen.

OBSERVATIO LXI.

Eccleſia, ciuitate, caſtro, vel collegio, authoritate ſuperioris deſtructis, an amittant ſua priuilegia.

SVMMARIA.

1 *Caſtrum authoritate ſuperioris deſtructum amittit ſua priuilegia.*
2 *Idem obtinet in eccleſia, ciuitate, & collegio.*
3 *Ciuitas quando mori dicatur.*
4 *Ciuitas reſtaurata an recuperet ſua antiqua priuilegia.*
5 *Eccleſia vel ciuitas à tyranno, vel hoſtibus deſtructa non amittunt priuilegia.*
6 *Bellum inter caſus fortuitos connumeratur.*
7 *Ciuitas quando ſine corpore extare intelligatur.*
8 *Caſtrum deſtructum & alio loco ædificatum ſubditos & priuilegia ſua retinet.*
9 *Quis dicatur tyrannus, & an impunè offendi poſſit, remiſſiuè.*
10 *Eccleſia vnita an retineat ſua priuilegia antiqua.*
11 *Vnio eccleſiarum duplex eſt.*
12 *Filialis eccleſia quæ dicatur.*
13 *De coniunctione dignitatum.*
14 *Eccleſia vel ciuitas ſuperioris licentia reædificata recuperat ſua priuilegia.*
15 *Caſtro donato ſimul merum & mixtum imperium donatum cenſetur.*

CAſtrum † authoritate & facto ſu- 1
perioris, ob delictum, putà rebellio-
nem, vel crimen violatæ pacis publicæ,
aut ex cauſa ſcandali ſine ſpe reædifi-
candi deſtructum, ſoloque æquatum,
das durch die Obrigkeit geſchleyffet wor-
den / omnia ſua iura & priuilegia amit-
tit: putà iuriſdictionem, merum & mix-
tum Imperium, ſtatuta, conſuetudines,
aliaque priuilegia exemptionis, & im-
munitatis, quia hoc pacto maximam pa-
titur capitis diminutionem, & per con-
ſequens omnia iura eius in totum con-
ſumuntur, quia deſtructo principali, de-
ſtruitur etiam acceſſorium, per text. no-
tabilē in l. ſi vſusfructus.ff. quibus mod.
vſusfr.amitt. Alberic.ibid.nu.4 text.in l.
pater.§.Tuſculanus.ff. de leg.3.text. ſing.
in l.cognitionum.§. cōſumitur.ff. de va-
rijs & extraord. cog. Barto.in l.fin. num.
24.ff.de colleg.illic.gloſſ.notab.in c.pri-
uilegium. de regul.iur. in 6. in verb. pri-
uilegium. Philipp.Franc. ibid. num.3.In-
noc.in c.cum ex iniuncto, num.2. de no.
oper.nunc. Bald. ſingulariter in margar.
in verb.ciuitas, vbi omninò vide Idem
pulchrè conſil. 321. per totum. volum.4.
incip.

in territorio caſtri, vtputà vaſalli, oppida, præfecturæ, villæ, & pagi, niſi exemtio probetur. Hinc eſt, quod res in territorio ſitæ, eius eſſe præſumantur, cuius eſt territorium, ſaltem quóad iuriſdictionem, tantiſper, donec contrarium, probetur, quia iuriſdictio ſolo cohæret, Bal. in l. à procuratore, in princ. C. mand. Et ſic dominus territórij habet pro ſe, iuris præſumptione, Intentionem ſuam fundatam quæ iuris præſumptio reijcit probationem contrarij in aduerſarium, vt videlicet probet libertatem & exemptionem iuriſdictionis, per text. in c. fi. §. 1. de offi. Archid. tex. in c. cùm perſonę, de priuileg. lib. 6. & in c. cùm epiſcopus, de offi. ordin. eod. lib. glo. ibid. in verbo, habere, tex. in c. cùm olim, de pręſcrip. tex. not. in l. non eſt veriſimile, ff. de his quæ vi met. cauſa. gloſſ. ibid. in verbo, pręſumprioni, tex. in l. æde ſacra, §. 1. ff. de contrahend. empt. Bald. ad rubric. C. eod. tit. num. 23. Iaſ. in l. 3. num. 32. ff. de acq. poſſ. & in prælud. feudo, num. 52. Felin. in c. ſi diligenti, num. 2. de præſcrip. Dec. conſ. 528. nu. 2. & nu. 9. incip. pro reſolutione. Natta conſi. 501. num. 31. vol. 3. incip. in cauſa & lite, & conſ. 506. nu. 31. incip. cupiebam, eod. vol. Roland. conſ. 46. num. 35. & num. 50. vol. 3. incip. in præſenti. Cæterùm quod ad proprietatem rei exiſtentis in territorio attinet, poſſeſſor habet præſumptionem dominij pro ſe, donec contrarium probetur: quia proprietas fundi, nihil habet commune cum iuriſdictione, Oldra. pręclarè conſ. 176. incip. factum tale eſt, Dec. d. conſ. 528. num. 9. Bald. in d. l. à procuratore, in princip. C. man. & in d. c. 1. de Capita. qui Curi. vend. Barto. in l. 2. nume. 5.

10 ff. de iuriſdict. omn. iudic. An autem † recognoſcens caſtrum in feudum, videatur etiam territorium in feudum recognoſcere, vide latè in vtramque partem, Bal. in d. c. 1. de Capit. qui Curiam vendi. Generaliter appellatione pertinentiarum, veniunt omnia quæ ad rem pertinent, Innoc. in d. c. cùm ad ſedem. Socin.

11 in fallen. regul. 295. & † probantur varijs modis, nimirum per vias regales, per flumina, per montes & valles, per lapides antiquos, per ſigna, per cuſtodes locorum, per exercitium iuriſdictionis, exactionem tributorum, vulgi opinionem & iudicium circumcolentium, per publicum inſtrumentum, per teſtes, per ſcripturam, in columna & lapide expreſſam & inciſam, per libros antiquos, per deſtinationem patrisfamil. vt initio dictum eſt, de quibus omnibus vide Bald. conſil. 420. per totum, par. 1. & conſi. 468. parr. 3. Guido. deciſi. 193. per totam. Specul. in tit. de probat. §. 1. Felin. in c. cùm cauſa, num. 12. de probat. vbi dicunt, pertinentias, diſtrictus, & confines, modis prædictis probari. Porrò † quod ad ſeruitia & operas 12

ſubditorum attinet, obſeruandum huiuſmodi operas ex conſuetudine Germaniæ bifariam conſiderari: nam quædam ſunt certæ, diſtinctæ, & limitatæ operæ, ad certum tempus reſtrictæ (**gemeſſene fronen**) videlicet, vt in menſe ſemel, vel toties in anno domino ſeruire, & operas præſtare debeant. Aliæ ſunt incertæ, indiſtinctæ, nulloque certo tempore circumſcriptæ operæ (**vngemeſſene fronen**) quę ex dominorum arbitrio pendent, & toties præſtari debent, quoties exiguntur, iuxta pacta Curialia) vulgariter **Dinckrotel**) ſed † cauendum ne illud liberum domini arbitrium in tyrannidem, & Cyclopicam ſæuitiam abeat, néue ita ſubditi aſſiduis operis, angarijs, & perangarijs grauentur, vt non ſuppetat eis tempus, ſeſe, & ſuos alēdi, id ſi fiat, ſuperior ad querelam ſubditorum, vel ex officio granirer prouidere, & huiuſmodi abuſui oportunū remedium adhibere debet, per notata ſup. lib. 1. Obſer. 17. & text. in l. vnica. C. ne operæ à collatorib. exigan. lib. 10. Zaſ. pulchrè lib. 2. intellect. ſing. cap. 3. nu. 70. cum ſeq. 13

OBSERVATIO LXIII.

De probatione pertinentiarum in iudicio poſſeſſorio.

SVMMARIA.

1 *Verbum pertinere latiſſimum eſt.*
2 *Verificatur etiam in nudo poſſeſſorio.*
3 *In poſſeſſorio probationes dominij non recipiuntur.*
4 *Poſſeſſorium non finitur, niſi facta reſtitutione.*
5 *Verbum pertinere quomodò accipiendum.*
Verba ſecundū ſubiectam materiam accipi debent,
5 *ibid.*
6 *Sententia regulatur ſecundum probationes.*

QVidam Intentata actione ex interdicto, Vnde vi, ſup commiſſo ſpo-

 lio

lio alicuius caſtri, obtinuit in iudicio
poſſeſſorio ſententiam contra ſpoliantē,
vt ſcilicet caſtrum cum pertinentijs re-
ſtitueret. In executione fuit diſputatum
de probatione ptinentiarum, an earum
dominium eſſet probandum, & ſic ple-
na probatione opus foret:an verò ſuffi-
ceret probare factum, hoc eſt, poſſeſſio-
nem pertinentiarum, videlicet,quòd pa-
terſamilias tempore poſſeſſionis caſtri
vſus ſit opera & ſeruitijs talium ſubdito-
rum ad caſtrum. Cauſa fuit mirabiliter
in vtranque partem diſputata: tandem
maioribus votis obtinuit,in iudicio poſ-
ſeſſorio ſufficere probationes poſſeſſo-
rias, hoc eſt facti, quòd poſſederit vnà
cum caſtro tales pertinentias. Primò,
1 propter verbum illud † pertinere, quod
non ſolùm ad petitorium,verùm etiam
ad poſſeſſorium referri poſſit, per tex. in
l.verbum illud pertinere.ff.de verbor. ſi-
gnificat.& in c.cùm ad ſedem, de reſtit.
ſpolia.gloſſ. vnica.in l. ſi quis intentione
ambigua.ff.de iudi.Bal.in l.penul.nu.12.
C.ſi à non compet.iudic.gloſſ. in c.inter
dilectos.in verbo, pertinere.de fid. inſtr.
Felin.ibid. nu.2.Idem ad rubr.de reſcrip.
num.7.quibus locis tradunt gloſſ.& Dd.
verbum illud pertinere eſſe latiſſimum,
aptum comprehendere tam petitorium
quàm poſſeſſorium. & Alexan.conſi.98.
num.2.volum.5.incip.viſis his.quem re-
fert & ſequitur Iaſ. in l.naturaliter.§.ni-
hil commune,nume.184.ff.de acquiren.
poſſeſſ. vtrobique dicunt verbum illud
2 pertinere,etiam in † nudo poſſeſſorio ſeu
re pertinente, ratione poſſeſſionis tantū
verificari poſſe.Iaſ.in l.licet.C.de procu.
nume.14.vbi dicit verbnm pertinere eſſe
commune,cùm poſſit referri tam ad pe-
titorium quàm poſſeſſorium, per text.in
c.querelam.de elect.& in d.l.verbum il-
lud pertinere.Caſtr. in d.l.ſi quis intenti-
one,num.6.ff.de iudic. vbi dicit,verbum
illud pertinere dici poſſe tribus modis,
iure dominij,iure poſſeſſionis,&quia res
mihi debita eſt. Deinde, quòd acceſſori-
um ſequatur naturam ſui principalis,
per vulgaria : principale iudicium fuit
poſſeſſorium: ergo in executione non
debent exigi aliæ probationes, quàm fa-
ctæ ſunt in cauſa principali:in principa-
3 li iudex non poteſt † recipere probatio-
nes dominij,niſi ad coadiuuandum tan-
tùm poſſeſſorium,& ſecundùm eas iudi-
care,quia pendente poſſeſſorio, poteſtas
eius in ſuſpenſo eſt, quóad petitorium
eiuſque acceſſoria,connexa,& dependen
tia,text.in c.paſtoralis.de cauſ.poſſeſſ. &
prop.& in l.ſi de proprietate. C. ſi à non
comp.iud.Bald.ibid.nume.20 & Salicet.
num.2.poſt gloſſ.ibid. Tertiò, quòd non
† ſufficit in poſſeſſorio latam eſſe ſenten 4
tiam, niſi etiam executio plenè facta ſit,
quia ſpoliatus ante omnia eſt reſtituen-
dus,text.in c.in literis,& in c.conqueren
te,de reſtitut.ſpolia.text. in l. ſi quis ad ſe
fundum.Bartol.ibid.nume.2. C. ad l. Iu-
liam.de vi public.Pariſ.conſil.107.num.
26. volum. 1. incip. laborioſa, vbi multa
ad hoc allegat. Quartò, quòd verbum † 5
illud pertinere, ſecūdùm ſubiectam ma-
teriam accipiendum ſit, & qualitatem
iudicij, & ſic in iudicio poſſeſſorio, veri-
ficari de poſſeſſorio tantùm, adeoq; in-
terpretationem ex ipſo iudicato accipere
debeat,quod eſt merè poſſeſſorium, per
iura prædicta.Rot. quaſi in terminis de-
ciſi.9.de cauſ. poſſeſſ. & proprieta. in no-
uis. Verba enim ſecundum ſubiectam
materiam accipi debere notum eſt, text.
in l.ſi vno,in princip.ff.loca. & in l.ſi ſti-
pulatus,ff.de vſur.text.in l.inſulam.ff.de
præſcrip.verb.Alex.conſi.179.nu.12. vol.
5.incip.viſo proceſſu. Sic verbum proba-
tionis,etſi regulariter de plena probatio-
ne intelligatur,tamen hoc non procedit
in materia, in qua ſemiplenæ probatio-
nes ſufficiunt, quia tunc ſecundùm ſub-
iectam materiam accipiendum, vt pul-
chrè deducit per multa iura Decl. ad ru-
bric.extr.de probat.nume.12.Bald.in c.1.
§.conuenticulas, nume.8. in fine,de pac.
iur.firman.vbi dicit quòd † ſententia nō 6
ſolet eſſe maioris efficaciæ, quàm ſint ip-
ſæ probationes à quibus dependet, cùm
ex ipſis probationibus ſumat effectum,l.
ſed & ſi poſſeſſori §.fi.cum l.ſeq.ff. de iu-
reiur.Iaſ.in l.ſub prætextu ſpecierum,nu.
6.C.de tranſact.vbi dicit, quòd ſententia
reguletur ſecūdùm probationes,& quòd
iudex præſumatur iudicaſſe ſecundùm
probationes ſibi factas, & quòd ideò per
acta probatoria declaretur ſententia,tex.
in l.de qua re.ff.de iudic.& in l.2.C.de of-
fic.ciuilium indic. text.in l.penult. C.de
ſent.quæ ſine cert.quant.proferun.gloſſ.
ibid.in verbo,ſolue.

OBSER.

OBSERVATIO LXIIII.

An Dominus territorij teneatur de prædato reſarcire rapinam in territorio ſuo commiſſam.

SVMMARIA.

1 *Quòd ſic.*
2 *Principes prouincias ſuas purgare debent malis hominibus.*
3 *Regalia ad ſecuritatem viarum pertinent.*
4 *Via publica inter regalia computatur.*
5 *Pedagium exigens tenetur itinera tuta ſeruare.*
6 *Dominus territorij pro ſecuritate itinerum ex quaſi delicto tenetur.*
7 *Damnum rapinæ non iuramento, ſed teſtibus probandum.*
8 *Contra ſpoliatorem iuratur in litem.*
9 *Dominus territorij ratione mala cuſtodia culpam committit.*
10 *Limitatio l. ſi quando. C. vnde vi.*
11 *Dominus territorij non tenetur de damno, ſi viator via inuſitata proficiſcatur.*
12 *Multo mercibus in itinere deprædatis, quãdo ad repoſitionem damni teneatur.*
13 *Via per terram tutior quàm via maris.*
14 *Cantonem quid pœnituerit in vita ſua.*
15 *Nauigatio periculoſa.*

MErcator quidam dum ad mercatum & nundinas Francofordienſes ſub publica fide & ſecuritate Principis eius loci (mit lebendigem Glaidt) proficiſceretur, in itinere præſentibus conductoribus ſecuritatis, rapinam paſſus, & rebus ſuis deprædatus eſt:
1 Quæſitum an dominus territorij vbi rapina facta eſt, damnum deprædato reſarcire teneatur? Concluſum & iudicatũ fuit in cauſa quadam contra Epiſcopum Herbipolenſem, quòd damni reparatio
2 facienda eſſet. Ad officium enim † Principis pertinet, etiam abſque teſſera publicę ſecuritatis, ſiue ſaluo conductu prouinciam ſuam purgare malis hominibus, & diſpoſitos milites ſtationarios habere, ad tuendam popularium quietem, & ad referendum ſibi quid vbique agatur, text. ſingul. in l.1.§.cura carnis. ff. de offic. præfect. vrb. text. in l.3. & in l. congruit. ff. de offic. præſid text. in l. in nomine. §. pro limitaneis. C. de offic. præfect. prętor. facit text in l. ne quid. ff de incen. ruin. naufrag. Bar. & Dd. ibid. Felin. in c. licèt cauſam, nume. 12. de probat. & in c. poſtulaſti nu.8. de for. comp. Zaſ. ampliſ. conſil.14. num.8. cum ſeq vol.1. incip. reuerendus pater, vbi omninò vide. Ideò
enim ab Imperatore † regalia habent, vt 3
ijs propter excellentiam dignitatis regaliter vtãtur, hoc eſt, regia manu vias publicas ſecuras, & purgatas latronibus ſuis ſumptibus teneant, d.l.3. & d.l. congruit.
Vias † autem publicas inter regalia com 4
putari notum eſt, per text. in c.1. quæ ſint regal. Bald. ibid. num.1. item publicè vtile eſt ſine metu & periculo per itinera commeari, text. in l.1. ff. de his qui effud. vel deiecer. idq; omnium maximè procedit, ſi à peregrinantibus aliquam penſitationem & tributum accipiant: prout communiter pro ſaluo conductu fieri conſueuit, idque per doctrinam Baldi, in c.1.§. conuenticulas, nume.7. de pace iuram. firm. & in c.1. in verb. Marchio. nu. 5. de his qui feud dare poſſ. Iacobin. de S. Georgio, in verbo, quæritur etiam, num. 4. Cæpol. in tracta. de ſeruit. tit. de ſeruit. ruſtic. præd. cap. de via, quæſt. 25. Felin. in d.c. poſtulaſti. Zaſ. d. conſil.14. vbique di-
cunt, quòd † domini terrarum teneantur 5
ijs locis vbi pędagium exigũt, itinera tuta conſeruare: adeò, vt ſi damnum itinerantibus à prædatoribus inferatur, ipſi ad emendationem teneantur. Et dicit Iacob. de S. Georg. loco allegato, quòd dominus territorij data teſſera publicæ ſecuritatis aut dato diplomate (literas patentes vocamus, ipſe buletam vocat) intelligatur tranſeũtibus dediſſe ſecuritatem & fiduciam per totum ſuum territorium: item
quòd † pædagium ſoluatur pro ſecurita- 6
te itineris, & quòd ratione cuſtodiæ dominus territorij ex quaſi delicto teneatur, tenet Bald. in d.c.1. quæ ſint regal. & d.§. conuenticulas, num.8. in fin. Iſern. in §. nauigia. tit. de ſtatutis & conſuetudin. in vſib. feudo. facit l. vnic. C. de littorum & itinerum cuſtod. libr.12. Calcan. conſi. 61. Diplomata erant codicilli qui olim dabãtur curſoribus, vt liceret ijs vti equis & vehiculis publicis. Budæ. ad l. eos. ff. ad l. Corn. de falſ. per text. in l. continuus. §. cùm ita ſtipulatus. ff. de verbor. obligat.
Sed quomodo † deprædatus damnum 7
rapinæ probabit, iuramento ne, an alijs legitimis probationibus? Bald. hanc quęſtionem in vtrãq; partem plenè diſputat

in d.§.conuenticulas,nume. 8. Verius eſt
vt teſtibus damnum datum probari de-
8 beat: nã licèt in † ſpolio intereſſe & dam-
num iuramẽto probetur, text. in l.2.& in
l.in actionib.ff.de in lit.iurã.l.ſi quando,
C.vnde vi. Dd.ibid.tex. in l.ſemper.§.in
hoc interdicto.ff.quod vi aut clam. idq́;
odio deliuquentis & ſpoliantis, & pro-
pter difficultatem probationis, iuribus
allegatis. Tamen hoc non procedit, ſi
non agatur contra deliuquentẽ, ſed con-
tra alium qui non deliquit dolo, ſed tan-
9 tùm in culpa eſt, ſicut† dominus territo-
rij, qui ratiõe cuſtodiæ, vt itinera tuta te-
neat, tantùm ex quaſi delicto tenetur ob
culpam, quòd ratione regalium & officij
territorium ſuum diſpoſitis militibus &
cuſtodibus viarum, malis hominibus nõ
purgauerit: at non eſt in dolo ſicut ſpoli-
ator, ſed cõuenitur ex facto alieno, quod
non dolo, ſed culpa contingit, vt pleniùs
notat Baldus in d.§.conuenticulas. Bart.
in l.ne quid, nume.3.ff.de incen. rui. nau-
frag.& in l.1.nu.1.cum ſequen.ff. quand.
ex facto tutor. vbi dicit generaliter verũ
eſſe, probationem per iuramentum non
admitti, quandò quis ex dolo alterius
conuenitur, & exemplum ponit in ter-
minis huius Obſeru. Cyn.in d.l. ſi quan-
dò.Ioan.Andr.ad Specul.titul. de rapto-
rib. Panor.in c.ſuper eo.extr. quod met.
10 cauſa. Et ſic † obſerua d.l.ſi quando, pro-
cedere, quandò agitur cõtra eum, qui de-
liquit, quia ex dolo & delicto ſuo conue-
nitur: ſecùs ſi agatur contra alium, qui,
non deliquit, quia tunc probatio illa pri-
uilegiata per iuramentum non admitti-
tur, ſed legitima ꝓbatio requiritur, Bart.
in d.l.ſi quandò. Deci.conſil.410.nume.
11 13.incip.in cauſa mota. Hanc † Obſerua-
tionem limita, vt non procedat, ſi mer-
cator, vel quilibet alius inſolita via pro-
ficiſcatur, quia ſequi debet conductores
(die glaids leut) per viam conſuetam &
regiam, per text.notab.in d.l.1.§.final. ff.
de his qui deiec.vel effud.Bar.ibid. num.
2.dicens per illum tex.deciſam fuiſſe cõ-
trouerſiam Florẽtinorum & Vbaldino-
rum, inter quos cõuentum erat, vt Vbal-
dini tenerent vias ſecuras, quòd illa con-
uentio intelligenda ſit de vijs ſolitis, per
quas ſolitum eſt itinerari, & ſi per aliam
viam quis iret, & deprædaretur, quòd
Vbaldini non tenerentur: refert Iaſ. in l.
1. nume.3. ff. ſi quis cautio. facit ad idem
tex.in l.2. §. ſi non propter valetudinem.
verſic.ſi quis tamen.ff.d.titul.tex. in l.qui
fiſcales.C.de nauicularijs.libr.11. & in l.
eos.§.fina.ff ad leg Cornel.de falſ. gloſſ.
ibid. in verb. commeauit Bart. in d. l.
continuus.§.cùm ita nos, ff. de verb ob-
lig.Idem in l.cùm proponas, num.3.C.de
nauti.fœno.vbi per illum tex.concludit,
ſi † mercator tradidit merces mulioni 12
aliò portandas aut vehendas, & in itine-
re à prædonibus mulio deijciatur & de-
prædetur, quòd non tenebitur mercato-
ri damnum reſarcire, ſi per vias ſolitas
vehiculum & mulas duxerit: ſecùs ſi a-
lijs itineribus profectus ſit: ad idem vide
Bart.in d.l.Imperator, num.1.ff.de appel.
& Iaſon in d.l.1. ff.ſi quis cautio. num.3.
cum ſequen.& num.7.vbi dicit: ſi duplex
ſit via, vna per † mare breuior, & altera 13
per terram longior, quòd citatus venire
debeat terra, non mari, etſi illa propin-
quior ſit: idq́ue propter periculum, & in-
certam maris tempeſtatem, per tex. in d.
l.2.§.penul.ff.d.titul.allegat Hoſtienſ.&
Ioan. And.in c.olim.de excep.Anthon.
de Butr.Imol.& alij in c.nonnulli, de re-
ſcript.Barto.& Imol.in d.l. continuus.§.
cùm ita, ff.de verb.obliga. Plutarchus in
vita † Catonis refert tria ei præcipuè in 14
vita ſua diſplicuiſſe: Primum, quòd mu-
lieri arcana credidiſſet. Alterum, quòd
mari profectus, quò terra peruenire po-
tuiſſet: Tertium, quòd diem ſine linea
ducta abire paſſus eſſet: & rectè Iuuenalis
Satyr. 12. dicit † nauigantes eſſe digitis à
morte remotos:

Quatuor aut ſeptem ſi ſit latiſſimè teda.

Et Horat. Carminum lib.1.Ode 3.inquit:

Illi robur, & æs triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commiſit pelago ratem
Primus, nec timuit præcipitem Africum
Decertantem Aquilonibus.

Et Plato in Axiocho refert memorabile
dictum Biantis de nautis, quòd neque in-
ter viuos, neq; inter mortuos referendi
ſint. Item Anacharſis Scytha apud Dio-
genem Laërtium percunctanti cuidam,
quænam eſſet ſecuriſſima nauis, ea in-
quit, quæ in portum venerit, vide Plutar.
lib.7.Apophth.

OBSER-

OBSERVATIO LXV.

Minor an ceſſante reſtitutione in integrum ſuper nullitate contractus agere poßit.

SVMMARIA.

1 *Minor ſi ſe maiorem dicat, non habet beneficium reſtitutionis in integrum.*
2 *Scientia dolum excludit.*
3 *Tranſactio dolo inita valet, ſi contrahens dolũ praſciuerit.*
Euidens calumnia vitiat tranſactionem, ibid.
4 *Coniuncta perſona praſumitur ſcire ætatem minoris.*
5 *Minor contractum iuratum nullitatis arguere poteſt, ob defectum ſolennitatis.*
6 *Iuramentum minoris tollens beneficium reſtitutionis, non ſupplet alios defectus.*
7 *Plura quando obſtant, vno ſublato non tollitur aliud.*
8 *Contractus iuratus filijfamil. non nocet patri vſufructuario.*

1 CErti iuris eſt, minorem † in inte.
grum non reſtitui aduerſus con.
tractum, ſi ſe maiorẽ annis do.
loſè aſſeruit, & maximè ſi ſit iurata aſſer.
tio, p tex. in l. 2. cum l. ſeq. C. ſi min. ſe ma.
ior. dixe. quia errãtibus, non fallentibus
minoribus iura ſubueniunt, tex. in d. l. 2.
facit text. in l. ſi fine, C. ad S.C. Velleia. &
in l. 2. §. fin. in fi. ff. eod. titul. & hoc caſu
doloſè perſuadendo dicitur delinquere,
& delinquendo obligatur, Iaſ. in Auth.
ſacramenta puberum, numer. 22. C. ſi ad.
uerſ. vendit. Caſtr. in l. qui iuraſſe. ff. de
iureiur. Alex. ibid. Hanc concluſionem
limita duobus modis: Primò, quando
contrahens cum minore ex aſpectu vi.
dere potuit eum eſſe minorem: quia tũc
non obſtante aſſertione minoris, pro.
2 pter † ſcientiam contrahentis, quæ do.
lum minoris excludit, reſtitutioni locus
erit: ſcienti enim & volenti non infertur
dolus, nec iniuria, tex. in l. cùm donatio.
nis. C. de tranſactio. Iaſ. ibid. num. 1. & in
l ſub prætexto, num. 10. C. eod. tit. vbi di.
3 cit † valere tranſactionem dolo initam,
ſi dolus actoris notus erat aduerſario.
Bald. in l. 2. numer. 1. C. eod. tit. per illum
text. eſt ſingularis limitatio ad commu.
nem concluſionem, quòd euidẽs calum.
nia actoris vitiet ipſo iure tranſactionẽ,
quam communem concluſionem Iaſ.
in d. l. ſub prætextu, quinque modis limi.
tat, vt ibi per eum. gloſ. in l. in ſumma,
in verb. non poſſe. ff. de condict. indeb.
Caſtr. conſ. 53. numer. 3. volum. 2. Iaſ. in d.
Authen. ſacramenta puberum. num. 2.
vbi dicit, quòd † coniuncta perſona con. 4
trahens cum minore, præſumatur habe.
re ſcientiam ætatis: & ideò iuramentum
minoris non impedire reſtitutionem in
integrum, per text. in l. octaui gradus. ff.
vnde cognati, text. not. in l. de tutela. C.
de in integr. reſtitutio. minor. 25. annis,
glo. in verbo, ignarum, tex. in l. ſi filium,
C. de libera. cauſ. Secundò ſingulariter li.
mitatur, vt non procedat, ſi † minor con 5
tractum ob defectum omiſſæ ſolennita.
ris nullitatis arguere vellet, vtputà quòd
ſolennitas iure municipali in contracti.
bus minorum requiſita, omiſſa ſit: vt ſi
ſtatutum dicat, quòd nemo contrahat
cum minore, niſi in præſentia duorum
affinium, idque factum non ſit: nam tali
caſu non obſtante iurata aſſertione, ad
probationem nullitatis admittẽdus eſt:
Forma enim ſtatuti ad amuſſim non ſer
uata contractum etiam cum maiore ini.
tum corruere, certum eſt, text. in c. cùm
dilecta, §. fi. de reſcrip. & in c. venerabili,
de off. iud. deleg. tex. in c. quia propter, de
elect. & in l. cùm hi. §. ſi prætor. ff. de trãſ.
actio. ideoque hoc caſu minor non dici.
tur contrauenire iuratæ aſſertioni, cùm
illa beneficium reſtitutionis in integrũ
concernat, illudque excludat, tex. in l. 2.
& in l. 3. C. ſi min. ſe maio. dixe. & in d.
Authen. ſacramenta puberum. & in c.
quamuis, de pact. in 6. vide ſuprà eod.
Obſeruation. 41. Sed iurata aſſertio non
poteſt impedire, quo minùs minor per
viam nullitatis contractum impugnare
poſſet, cùm illa ſint ſeparata, ex quibus
nihil infertur, per vulgaria. Ita tenet Io.
an. And. ad Specul. tit. de ſenten. §. vt au.
tem. num. 5. Caſtrenſ. d. conſi. 53. numer. 3.
Roman. conſ. 12. per totum, dicens illud
eſſe ſingulare dictum: idem tenet Fran.
ciſcus Cremen. ſing. 163. per totum, incip.
ſtatuto cauetur, Hippol. ſing. 299. per to.
tum, incip. aduertas ad vnum: vbi diſtin.
guit inter iuramentum aſſertorium, &
confirmatorium, vt ibi per eum. de qua
diſtinctione vide omninò Bald. in c. 1. §.
item ſacramenta, numer. 2. de pac. iura.
firm. in vſib. feud. glo. ſolennis ibid. Bar.
in d. Authen. ſacramenta puberum. Iaſ.

prçclarè ibid.nu.9.11.32.&nu.46.cum ſeq.
6 Quò pertinet quòd licèt † iuramentum
confirmet contractum minoris inuali-
dum ex defectu ætatis, qui reddit eum
maiorem, tex.in d.Auth.ſacramenta pu-
berũ. Dd.in l.ſi quis maior. C. de trãſact.
& in c.cùm contingat.de iureiur.& in d.
c.quamuis. & in l. ſtipulatio hoc modo
concepta.ff.de verb.oblig.tamen nõ ſup-
plet alios defectus,& qui defectum ætatis
virtute iuramenti remittit,non cenſetur
alios defectus qui non veniunt ratione
minoris ætatis remittere,gloſſ. ſing. in c.
penul.in verbo,reſtituerent, in fin. extra
de emp.& vend.Deci.pulchrè conſi.349.
nu.1.& nu.6.incip. conſuluit excellentiſ-
7 ſimus:quia † vbi plura obſtant, vno ſub-
lato reliqua non tolluntur, l.1. C. de fur.
& ſer.corrup.l.ſi prius. ff. de aqua plu.ar-
cend.tex.in l quoties duplici.ff. de regul.
iur.Iaſ. & Dd.in d.Authen. ſacramenta
puberum.Deci.pulchrè d.conſi.349. Bal.
in l.final.§.filijs autem.num.1.C. de bon.
8 quæ lib.vbi dicit,filiumfamil. † non poſ-
ſe alienare rem, cuius vſumfructum pa-
ter habet, etiamſi iuraret non contraue-
nire, quia contractus talis alia ratione,
quàm minoris ætatis inualidus eſt, argu-
mento l.miles. C. de teſtam.milit.Iaſ.in
d.Authen.ſacramenta puberum. nume.
47.Barr.in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſo.
Bald.in d c.1.§.item ſacramenta.num.13.
cum ſequen.

OBSERVATIO LXVI.

Ius venandi an ſeruitus ſit realis vel perſonalis.

SVMMARIA.

1 *Quòd ius venandi ſit ſeruitus realis.*
2 *Tranſit ad hæredes.*
3 *Conſuetudo dominatur in ſeruitutibus.*
4 *Seruitus venandi quomodo probetur.*
5 *Patientia in incorporalibus pro traditione habetur.*
6 *Practica articulandi ſeruitutem.*
7 *Seruitus venandi eſt diſcontinua.*
8 *Tempus immemoriale quomodo probetur.*
9 *In antiquis teſtes ſenes requiruntur.*
10 *Teſtes ſingulares non probant.*
11 *Fallit in nobile, & in probanda iuriſdictione, aut ſeruitute.*
12 *In materia decimarum teſtes ſingulares probant.*
Teſtes ſingulares plenè probant, quandò aliquid in genere probandum, ibid.
13 *Forma pronunciandi contra turbatorem ſeruitutis venandi.*

IVS † venandi inter ſeruitutes re- 1
ales cenſeri poſſe rectè tradidit
Zaſ.ſing.intellec.lib.1.cap.11. per
totum, & in §.æquæ.Inſtit. de action.nu.
24.cum ſeq.Idem conſi.6.incip Illuſtris.
nu.30.lib.2.quia à ſyluis tanquàm prędio
ſeruienti,ſeruitus illa venãdi, caſtro, vel
villæ, tanquàm fundo dominanti debe-
tur:ſeruitutes enim nõ perſonis, ſed prę-
dijs debentur,tex.not.in l. vnus ex ſocijs.
ff.de ſerui.ruſtic.prædior.Item † ſeruitus 2
venandi ad hæredes trãſit, & pro ea aſſe-
renda datur contra quemcunque poſſeſ-
ſorem ſyluç actio in rem confeſſoria,iu-
xta tex.in l.2.ff.ſi ſerui.vendic. vt plurib9
rationibus & iuribus confirmat Zaſ. lo-
cis allegatis.Et ita notiſſima conſuetudi-
ne Germanię obſeruatur,etſi communis
ſit opinio,atteſtãte Zaſ.d.c.11.nu.10.ſing.
intel.lib.1.quòd iura venandi,aucupandi
in alieno ſundo,hauriendi aquam ex pu
teo vicini, ligna ex ſylua ſecandi, paſcua
pecorum, pacta ſunt perſonalia, & non
propriè ſeruitutes, per gloſſ. in l. peco-
rib.ff.de ſeruit.ruſtic.prædio.in verb.non
eadem.gloſſ.in l.vt pomum.ff.de ſeruit.
in verb.non poteſt.Bar.ibid.gloſſ.& Bar.
in l. Mela,ad fin.ff.de alim.& ciba. legat.
Antho de Butr.in c.non eſt,nu.5.de deci-
mis.Sed in Camera propter notiſſimam
Germaniæ cõſuetudinem,& quia huiuſ-
modi iura ad hæredes tranſeunt, ſecun-
dùm Zaſij opinionem iudicatum me-
mini: nec refert an nominatam, vel in-
nominatam ſeruitutem, ius venandi in
aliena ſylua vocemus, ſufficit illam eſſe
prædialẽ, aut pro tali quòad effectus ſer-
uitutis realis cenſeri:& ſic magis ſubtili-
ter, quàm vtiliter diſputatur, vtrùm ius
venandi ſit ſeruitus perſonalis, vel rea-
lis: conſuetudo enim eſt optima legum
interpres,tex. in c.cùm dilectus, de con-
ſuetud. & in l. ſi de interpretatione,ff.de
legib.Spectanda igitur † conſuetudo eſt, 3
quæ in nuncupatione ſeruitutum domi-
natum obtinet,text.in l. ſi publicanus. §.
fi.ff.de publica.& vectig. & in l.1.§.fin.ff.
de aq.plu.arc.tex.in l.1.C.de ſeru.&aqua.
&in l.venditor.§.ſi cõſtat.ff.cõmu.pręd.
Probatur aũt † huiuſmodi ſeruitus iuris 4
venandi in ſylua aliena per actus poſſeſ-
ſorios,ſi quis aduerſario ſciẽte & patien-
te, lõgiſſimo tempore in tali ſylua vena-
tus ſit:per patientiam enim & ſcientiam
aduer-

aduerſarij, inducitur quaſi poſſeſſio ſer-
5 uitutis, adeoq; † patientia in incorpora-
libus pro traditione habetur, per text.in
l.quoties,§.fin.& in l.penult. ff.de ſeruit.
6 Bartol.ibid.nume.3.dicens,ad † proban-
dam præſcriptionem ſeruitutis, ſcienti-
am & patientiam aduerſarij in libello
diſertis verbis articulandam,quòd vide-
licet ea ſeruitute tanto tempore, patien-
te & ſciente aduerſario vſus ſit, prout i-
dem Barto.annotauit in l. ſeruitutes. la.
4.nume.6.ff.d. titu. Poteſt etiam conſti-
tui iſta ſeruitus venandi, pactionibus &
ſtipulationibus,vel teſtamento, ſicut cō-
muniter ſeruitutes conſtituuntur, text.
in §.fin. Inſtit.de ſeruit.prædio. & in l. ſi
partem.§.1.ff.quemadm.ſeruit.amit. Et
quoniam venationes ſine facto homi-
nis exerceri non poſſunt, conſequens
7 eſt hanc † ſeruitutem venandi eſſe diſ-
continuam, quia facta, ſeu àctus homi-
nis ſunt diſcontinui,text.in d. l. ſeruitu-
tes, la. 4. ideoque non præſcribitur huic
ſeruituti venandi, niſi tanto tempore,
cuius initij memoria non extet in con-
trarium,per tex.in d.l.1.§.fin. ff. de aqua
plu.arcend.gloſſ.ibid. in verbo, quam-
diu.gloſſ.ſingul.in d.l.ſeruitutes. la.4.ff.
de ſeruitut. in verb. certam. Zaſ. dicto
8 conſil.6.nùme.2. Quomodò † autem tē-
pus immemoriale teſtibus probari de-
beat,tradit elegans gloſſ.in c.1.in verbo,
memoria,de præſcrip.lib.6.Philip.Frāc.
ibid.nam teſtes debent eſſe ſenes, & de-
ponere quòd ita ipſi viderint,& antiqui-
tus ita factum & obſeruatum fuiſſe à pa-
rentibus & maioribus ſuis intellexerint:
9 & nunquam aliter,quoties enim de † an-
tiquitate probanda,vel facto antiquo a-
gitur,recurrendum eſt ad ſeniores, text.
in l.ſi chorus,ibi,ruſticum ſenem dicen-
tem,ff.de leg.3.aliâs eſt arbitrariū cui ma
gis credendum,iuueni, aut ſeni. Panor.
in c.quoties,num.2.de teſtib. Felin.ibid.
nume.3. Specul. in titul. de teſt. §. nunc
tractandum.in fin. gloſſ. in l. cùm quid,
10 in verbo,nouū.ff.ſi cert.pet.Et licèt † re-
gulariter teſtes ſingulares non probent,
tex.in c.licèt cauſam,verſ.quanquam,de
probat.& in c.bonæ memoriæ,el.1. verſ.
porrò, de elect.& elect.poteſt.tex.in l.ob
carmen.in fin.ff.de teſtib. latè Felyn. in
c.licèt ex quadam, nume.2.cùm ſeq.ext.
eod.tit.Bald.in l.iuſiurandi. C.eod. Hip.
pol.ſingu.114.vbi hoc limitat in † nobi- 11
le,cuius tanta ſit apud omnes integrita-
tis & probitatis opinio, vt iudicē ad in-
dubitatam fidē adducere queat, quòd la-
tè proſequitur Tiraq.de Nobilitate cap.
20.nume.33.facit tex.in §.ſancimus, Au-
th. de teſtib. gloſſ. nor. ibid. in verbo,
per dignitatis,& in verbo,militiæ,tex.in
l.3.ff.eod. gl.ibid.in verbo,plebeius.licèt
inquam,teſtes ſingulares non probent;
tamen hoc non procedit in probanda
iuriſdictione, vel ſeruitute, vt plene &
eleganter notat Felin.in d.c.licet ex qua-
dam. Vndè ſi in ſeruitute venandi vnus
teſtis deponat de vno actu,alius de alio,
licèt ſingulares ſint,tamen probant: ad
probandum enim vnum integrale, ſuf-
ficit probare eius partes per teſtes ſingu-
lares,quia reſpectu eiuſdem finis, con-
cordant, etſi in tempore, & actibus diſ-
cordent, & ſic non dicuntur ſingula-
res, per tex. notab. in l. qui ſententiam.
C.de pœnis; ibi, in vnum conſpirantes
concordanteſque rei finem. Et in † ma- 12
teria decimarum, ſi vnus teſtis depo-
nat de tritico,alius de hordeo,valet pro-
batio; quia vt dixi, ad probandum v-
num integrale, ſcilicet collectionem
fructuum, ſufficit probare eius partes
per teſtes ſingulares, nam cum ratione
finis conueniant,plene probant, text.in
d.l.qui ſententiam, gloſſ. ſingula. in c.
nihilominus,3. quæſtio.9. Felin.in d.c.
licèt ex quadam,numer.2. verſic. ſecun-
do limita. Et regulariter teſtes ſingula-
res plenam fidem faciunt, quando ali-
quid in genere probandum eſt, putà
Titium eſſe infamem aut furioſum,quo
caſu licèt ſingulares ſint reſpectu actu-
um, tamen ſi ratione finis conueni-
ant, integrè probant: ſecùs ſi ſuper
ſpeciali actu recepti ſint, quia tunc diſ-
paritas, ſingularitatem inducit, & per
conſequens teſtes, tanquam ſingulares,
non probant, text.in d.c. licet cauſam,
de probat.& in d.l.ob carmen,Alexand.
conſil.141. nume.2.volum.1. incip.pon-
deratis,&conſil.92.num.20.volum.5.in-
cip. viſo & oportunè.Felin. præclarè in
d.l.licet ex quadam,de teſtib. Porrò ſi quis
† turbetur in iure venandi, poteſt vel in- 13
terdicto. Vti poſſidetis,contra turbatorē
experiri,tex.in d.l.1. §.fin. in fine,ff.de a-
qua plu.arc.& in l.ſicuti autem §.Ariſto.

ff.ſi ſeruI.vendic.& in d.l.penul.ff de ſer-uitut.vel actione confeſſoria, quæ datur contra quemcunque poſſeſſorem turbã-tem, rem impedientem aliquem vti ſua ſeruitute, tex.in l.2.& in l. ſi quis diuturno, §.fin.ff. ſi ſeruit. vend. & in §. æquè. Inſtit.de act.& probata ſeruitute venandi ex temporis præſcriptione, & actibus poſſeſſorijs ſententia diffinitiua profertur, quòd videlicet reo turbatori non licuerit actorem in iure venandi taliter turbare, & quòd in poſterum à tali turbatione deſiſtere, & eo nomine ſufficienter cauere debeat, per text. in l. harum actionum. ff.ſi ſeruitus. vend. text. in l. egi ius.ff.eodem.gloſſ.in d.l.2.in verbo, qui negat.gloſſ.in l. apud Trebatium. ff. de aqu.plu.arcen.in verbo, non proſpexerit.& Dd.in l.vnica.C.vti poſſid.Bart. in l.1.§.interdictum.num.5.& numè.10. cum ſequent.ff.eod.titul. Panorm. in c. licèt cauſam.num.35.cum ſequent. de ꝓbat.Ang.in §.quadrupli.num. 48. Inſtit. de actionib.

OBSERVATIO LXVII.

De iure venandi, & ſylua venatoria, & an dominus ſyluæ ſeruitutem venandi deteriorem facere poßit.

SVMMARIA.

1 *Venatio militia comparatur.*
2 *Alexander magnus venationibus delectatus.*
3 *Principes venationibus delectantur.*
4 *Venator venationem ſomniat.*
5 *Dominus ſylua venatoria an arbores excidere poſſit.*
6 *Seruitutem quis deteriorem facere non poteſt.*
7 *Emphyteuta arbores fructiferas excidere nequit.*
8 *Mandata ſine clauſula quando decerni poßint contra dominum ſylua venatoria.*
9 *Sylua dominus an ligna & arbores vendere poßit.*
10 *Dominus ſylua venatoria an poßit agrum noualem ex ſylua facere.*
11 *Vſufructuarius formam rei mutare non poteſt, etiamſi rem meliorem faciat.*
12 *Neque etiam emphyteuta.*

1 VEnatio Principibus viris omniũ maximè conuenit, cùm ſit † rei militaris comes, & meditatio rerum bellicarum, & ideò à veteribus ſummoperè laudata eſt: Nam in ea diluculo ſurgere, & equitare, currere, atroces feras obſeruare, excipere, ac iaculo petere, æſtũ, frigusq́; perferre, ſæpè etiã famẽ pati neceſſè eſt, ita vt in ea omnia bellica exerceantur, ſicut præclarè de laudibus venationis ſcripſit Xenophon, Ariſtoteles lib.1.Politic. cap.5. & plures alij, quos refert Tiraq.in tractat.de nobilitate, cap.37.num.139.vbi omninò vide. Et Statius pulchrè de venatione ſcribit lib. 2.Achilleidos in fine libri.

Quid nunc tibi prælia dicam
Syluarum? & vacuos ſæuo iam murmure ſaltus?
Nunquàm ille imbelles oſſæa per auia Lyncas
Sectari, aut timidos paſſus me cuſpide Damas
Sternere, ſed triſtes turbare cubilibus vrſas.
Fulmineosq́; ſues, & ſicubi maxima Tigris.
Aut ſubducta iugis fœta ſpelunca leæna.
Ipſe ſedens vaſto facta expectabat in antro

Scribit Plutarchus in vita Alexãdri Magni, quòd † Alexander poſt prandiũ ſæpè 2
diem venatu cõſumpſerit, ſed quoniam Ius venandi inter principes ſæpè controuerſum eſt, & armata manu plerunque defenditur: nulla enim re magis recreantur † & delectãtur, quã venatiõe, adeò vt 3
conſortum ſint impatiẽtes, & nonnulli quotidiè ad reprehenſionem vſque, & cum periculo venatu inuigilãt, ſyluasq́; fatigant, vt cum Verg.loquar libr.9. Aeneid.adeoq́; † nihil aliud ſomnient, quã 4
venationem, quod eleganter expreſſit Thomas Morus hoc diſticho,

Venator defeſſa thoro cùm membra reponit,
Mens tamen ad ſyluas & ſua luſtra redit.

Ideò de iure venandi quædã ſingularitet hîc ſubijciã. Dixi ſup. Obſer. prox. ius venandi inter ſeruitutes reales cõnumerari ex generali quadã Germaniæ conſuetudine in Camera Imperiali approbata. Modò quæritur an † poſſeſſor vel domi- 5
nus ſyluæ venatoriæ, quæ alteri ſeruitutem venandi debet, grandes & annoſas arbores cumulatim, & magno numero vna vice excidere, & ad quæſtũ ſuũ transferre poſſit? Dicendum ꝙ non: quia hoc fraudi & damno eſſet alteri ſeruitutem venandi habẽti, quæ ſeruitus eo ipſo longè deterior fieret: atqui † nemo propria 6
authoritate ſeruitutẽ rectè conſtitutam deteriorem facere poteſt, tex.notab.in l. ſeruitutes.§.ſi antea. ff. de ſeruit. vrba. ꝓdio.tex.in l.ſed ſi quid.§. proprietatis.ff. de vſufr.tex.in l.etſi fortè.§.ſi.ff.de ſerui. vendice.tex.in l. certo generi. §. ſi totus. ff.de ſeruit.ruſtic. prędio. Si totꝰ ager, in-

quit

quit l.C.Itineri vel actui ſeruit,dominus
in eo agro nihil facere poteſt quo ſerui-
tus impediatur,quę ità diffuſa eſt, vt oẽs
glebæ ſeruiant.ad idẽ eſt tex.not. in l.1.§.
Labeo putat.ff.de aqu.quotid.& æſti.tex.
in l.in fraudẽ.§.conditor. ff.de iure fiſci.
& in l.ex ſylua.cũ l.ſeq.ff.de vſufruc. tex.
in l.forma.§.ſi vites.ff.de cẽſib. Bart. In l.
diuortio.§.ſi fundum. num.3.ff. ſol. ma-
7 tri.Bal.ibid. vbi dicũt, † emphyteutã ar-
bores fructiferas ſuccidere nõ poſſe,quia
rem deteriorẽ faceret: imò expelli poſſe,
ſi fecerit,per iura allegata.Et Barto.in d.
l.diuortio.§.ſi fundũ.hoc etiam ad vaſal
lũ extendit per illum tex.Bald.in l. 1. nu.
31.C.de iur.emphy.Iaſ.ibid. nu. 99. facit
tex.in l.ex ſylua, cũ l.ſeq.ff de vſufr. quas
leges ad hoc omninò vide, & Varro de
8 re ruſtica lib.3.cap.4.Quapropter ſi † do-
minus ſyluæ venatoriæ tale quid noua-
re & attentare voluerit competentibus
remedijs,implorato iudicis officio pro-
hiberi poteſt,ne faciat. Et quoniam tali
caſu de dãno irrecuperabili agitur, quia
annoſæ & ſublimes arbores magnò nu-
mero vna vice ſucciſæ,non poſſunt ho-
minis ætate priſtinæ altitudini & vtilita-
ti reſtitui,ideò ob periculũ quod in mo-
ra verſatur, & damnum irrecuperabile,
mãdata etiã ſine clauſula cõtra dominũ
ſyluæ venatoriæ, vt ab incepto vel pro-
poſito abſtineat,decerni poſſunt,per no-
ta ſup.lib.1.Obſer.13. ſicut quandoque in
Camera factũ memini , vt in cauſa Co-
mitis à Zolderen cõtra Comitẽ à Furſtẽ-
berg.Sed cũ quilibet rei ſuæ ſit modera-
tor,& arbiter,tex.in l. in re mandata. C.
9 mand.nunquid † dominus ſyluę vena-
toriæ ligna ex ea cedere, arboresq́; ad v-
ſum ædificiorũ,vel ob aliã neceſſitatem,
cõmodi & lucri ſui gratia alijs vendere
poſſit? poteſt vtiq;,dummodò moderatè
hoc fiat,more maiorũ, & ſecundũ con-
ſuetudinẽ antiquitùs obſeruatã,ita vide-
licet,ne officiat ſeruituti iuris venandi,
per tex.in d.l.ex ſylua,& alia iura allega-
ta:aliàs quis rei ſuę nullã haberet vtilita-
tem,nullũ vſum,ꝙ eſſet abſurdiſſimum:
tex.in l. Diuus, ff. de vſu & habitat : ſed
quia fructus ſyluæ venatorię ex venatio-
ne conſtant,tex.in l. venationem. ff. de
vſur.tex.in l.item ſi fundi. §. aucupiorũ.
& l. vſufructuarium.ff.de vſufruct. gloſſ.
ibid.in verbo, dicitur. ideo res ex bona
fide agenda, vt ciuiliter & humaniter ta-
li facultate proprietarius ſyluæ vtatur,&
non in præiudicium alterius, tex.in l.crẽ
ditor,§.Lucius,in fine, ff. mand. & in l.
ſi cui,ff.de ſeruitu.ibi,ciuili tamen mo-
do. Porrò minùs dubitationis habet,do-
minum † ſyluæ venatoriæ, totam ſyluã 10
radicitùs & ſtirpitùs euertere aratrũ in-
ducere,& inuerſo ceſpite arborũ radices
necare,adeoq́ue ex ſylua agrum noualẽ
facere nõ poſſe:quia hoc pacto tota for-
ma mutaretur,totaq́ue venandi ſeruitus
inutilis fieret , quod æquitati & iuſtitiæ
conſentaneum non eſt,tex.not.in l.3. §.
reficere.ff.de itine.actuq́; priua.text.in l.
præſes.& in l.ſi manifeſtè.C.de ſeruit. &
aqua.tex.in l.2.C.de leg. Aquil. & in d.l.
ex Sylua.latè Cępolla in tracta.de ſeruit.
ruſti.prædio.cap.9.nu. 40. cum ſeq. vbi
concludit, dominum prædij ſeruientis
non poſſe paſcua aut ſyluã reducere in
culturã, inuito eo,cui ſeruitus iuris paſ-
cendi debetur: prætereà docet, qua actio-
ne agendum pro reductione ſeruitutis
nouatæ ad priſtinam & antiquã formã.
Sic quadã ſimilitudine † vſufructuarius, 11
proprietarij cõditionem meliorẽ: at nõ
deteriorẽ facere poteſt,ꝑ tex.in l.æquiſſi-
mum.§.fructuarius.ff.de vſufru.Sed for-
mam rei,cuius vſumfructũ habet , etiãſi
rem meliorẽ faceret, mutare nõ poteſt,
per text.in d.l.æquiſſimũ § ſed ſi ædiũ,&
tex.in l.hactenus,§.fin.cũ l.ſeq.ff. de vſu-
fruc.& in l.vſufructuarius nouũ. ff. eod.
l.fi.ff.de vſu & habit.Bald in d. l. 1. C. de
iur.emphy.Iaſ.ibid.nu.99. vbi † conclu- 12
dunt emphyteutam nõ poſſe inuito do-
mino ſyluam emphyteuticam extirpa-
re,& vineã ex ea facere, etiamſi hoc do-
mino vtile foret.Ratio, quia formã rei
mutare nequit,tex.in d.l.hactenus.§.fin.
& in d.l.vſufructuarius nouum.Bald. in
Authen.qui rem.C.de ſacroſ.eccleſ.

OBSERVATIO LXVIII.

Fructus ſyluæ venatoriæ cuius ſint, & vtrum communis omnibus venatio ſit.

SVMMARIA.

1 *Ius legendæ glandis in ſylua venatoria ad quem ſpectet.*
2 *Pactum valet, vt ſylua ſit feudalis, deductis fructibus.*

Venu-

Vetuſtas vicem legis obtinet. ibid.
3 *Præſcriptio ſine poſſeßione non procedit.*
4 *Vno conceſſo reliqua pertinentia conceſſa videtur.*
5 *Feudo præſcripto omnia eius acceſſoria veniunt.*
6 *Priuilegium hoſpitali conceſſum extenditur ad adminiſtratores.*
7 *Syluam venatoriam an cingere liceat, & quid ſit Bannum ſylueſtre.*
8 *Venatio arenaria quæ ſit.*
9 *Quando licita.*
10 *Venari in aliena ſylua ſub pœna prohibitum.*
11 *Statuta contra libertatem venandi an valeant.*

1 DE ftuctibus ſyluæ venatoriæ dubitari quoq; poſſet cuius ſint, an
domini ſyluæ, an verò eius, qui
ſeruiturem in ea habet ꝓ alimentis ferarum: ius legendæ glandis in dubio ad dominum ſyluæ ſpectabit, quia in eo magna domini vtilitas verſatur, & huiuſmodi fructus ſunt pars ſyluæ: glans caduca eſt, quæ ex arbore cecidit, text. in l. ſylua cędua. §. glans. ff. de verb. ſignifi. De alijs verò ſylueſtribus ſtuctibus (quanquàm glandis nomine omnes fructus contineantur, tex. in l. vnica. ff. de glāde legenda) intereſſe quoque puto, vtrùm in conſtituenda ſeruitute de ijs, vel etiā de glande legenda aliquid nuncuparim conuentū ſit, nec ne, ſi conuentum, pacta ſeruentur, tex. in l. 1. & in l. iuriſgentium. §. prætòr ait. ff. de pact. l. in lege. ff. locati. l. ea lege. ff. eod. tit. l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de regul. iur. l. fin. §. 1. C. de iur. domi. impetrali. Valere autem conuen-
2 tionem & † pactū, quòd ſylua ſit feudalis
vel emphyteutica, ita tamen vt fructus ſylueſtres domino directo cedant, certū eſt, per tex. in l. certo generi. ff. de ſeruit. ruſtic. prędio. gloſſ. notab. ibid. in verbo, actum erit, tex. in §. ſi quis velit, Inſtit. de ſeruit. prædio. Bald. in l. diuortio. §. ſi fundus, in princi. ff. ſolut. matr. idem in Authen. qui rem. C. de ſacroſan. eccleſ. Iaſ. in l. 1. nume. 104. C. de iure emphyt. Spec. tit. de locat. in princip. Ioan. Andr. ibid. vbi omninò vide: nullam enim turpitudinem huiuſmodi pactum cōtinet, ergò ſeruandum eſt, quia prætor ait, pacta ſeruabo. d. l. iuriſgentium, §. prætor ait, & modum ſeruitutibus adijci poſſe notum eſt, text. in l. ſeruitutes, la. 3. §. fin. ff. de ſeruitut. & in l. qui duas, cum l. ſeq. ff. de ſeruitut. vrba. prædio. text. in l. ſi quis duas, & in l. ſi in venditione, ff. commun. prædio. Sin verò nihil in ſpecie connentum ſit, videndum quomodò longiſſimo vſu obſeruatum, vetuſtas enim vicem legis obtinet, ſi agri lex non inueniatur, text. in l. 1. §. fin. ff. de aqua plu. arcend. & in l. 1. C. de ſeruit. & aqua vbi dicitur longi temporis conſuetudinem vicem ſeruitutis obtinere, ad idem eſt text. in l. venditor, §. 1. ff. commu. prædio. Item quid præſcriptione acquiſitum, vel poſſeſſum ſit: quantum enim poſſeſſum, tantum erit præſcriptum, &
non amplius: qnia † præſcriptio ſine poſ- 3
ſeſſione vel quaſi, non procedit, text. in l. 1 §. ſi quis hoc interdicto. ff. de itin. actu. priu. & in c. cùm olim. de præſcript. text. in c. ſine poſſeſſione de regul. iur. & in l. qui in ſeruitute, ff. eod. titu. text. in l. ſine poſſeſſione, ff. de vſucapio. Plerunque verò inutiles & viles fructus ſylueſtres, ſyluæ ſeruienti, pro vſu & alimen-
tis ferarum debentur: quia † regulariter 4
vno conceſſo, & reliqua conceſſa intelliguntur, ſine quibus illud commodè explicari nequit, text. in l. 3. §. qui habet, ff. de ſeruitut. ruſtic. prædio. & in l. 1. § 1. ff. ſi vſusfruct. pet. text. in l. 2. ff. de iuriſdict. omn. iudic. vbi communiter Dd. latiſſimè verò Iaſ. per multa exempla, quem adhoc omninò vide, text. in c. præterea. de offic. deleg. Bartol. in l. de quibus. ff.
de legib. dicens † feudo præſcripto, om- 5
nia eius acceſſoria præſcripta cenſeri, refert Iaſ. in d. l. 2. nume. 11. in ſecunda limitatione. Nicol. Euerh. in loco à conceſſione antecedentis, per text. in l. ſi aliena. §. 1. ff. de vſucapio. Panormit. in c. venientes de iureiur. Oldra. conſil. 11. incip. Thema eſt, per totum, vbi tenet, quòd
† priuilegium Xenodochio conceſſum, 6
extendatur etiam ad œconomos, & adminiſtratores Xenodochij, quorum opera pauperes carere nequeunt, facit ad hoc tex. elegās in l. huius. ff. qui potio. in pig. Ibi, ſine quibus nauis ſalua peruenire non poterat, tex. in l. adminiſtrantes, §. 1. ff. de excuſat. tutor. tex. not. in l. 1. §. ſi vir aut vxor, ff. de S. C. Syllania. ibi, ſed quia commixta familia eſt, & vna domus, ita iudicandum atque in proprijs ſeruis. Hippol. pulchrè ſingul. 180. per totum incip. plura. Quo pertinet vulgaris regula, aliquem ex alterius perſona conſequi, quod ex ſua conſequi nequit, tex. in c. authori.

thoritate, §.fin.de conceſſ. præben. libr.
6.&in l.ſi communem,ff.quemad.ſerui.
amitt.tex.in l.is qui duos,ff.de liber. leg.
Iaſ.in l.ſi emancipati,num. 5. cum ſequ.
per illum rext. C. de collatio. Hippol.d.
ſing.180.Sed,vt ad propoſitum redeam,
plura exempla neceſſariæ conſequentiæ
vide apud Oldra.d.conſil. 11. & Iaſ. in d.
l.2.ff.de iuriſdic.omn.iudi. Er hac ratio-
7 ne neceſſariæ conſequentiæ † ſylua ve-
natoria,ſuccisis lignis cingi poteſt in ca-
pturam ferarum ab eo, qui ius venandi
habet,vulgò, Hagen.Zaſ.conſil.6.num.
1.volum.2.incip.Illuſtris.facit, text.in d.
l.in lege.ff.locati. vbi I.C.cingere ſyluã
dicit.Ouid.ambire ſyluas nexilibus pla-
gis.& Lucret.Sepire ſaltem plagis dixe-
runt,Zaſ.d.conſil.6 nume.3.& nume.23.
fines & banna ſyluarum, ſiue bannum
ſylueſtre vocat, quòd vulgariter Forſt/
vel Wiltpan appellatur,vnde iura fore-
ſti. De ſylua cædua,& paſcua, vide l.ſyl-
8 ua.ff.de verbor. ſignific. Porrò † in iure
noſtro multæ ſunt venationum ſpecies,
vtputà Arenaria, quando quis cum be-
ſtia depugnaturus,in arenam prodit, &
illa venatio de iure Canonico adeò re-
probata eſt,vt etiam ſpectatores morta-
liter peccent, text. in c.qui venatoribus,
diſtinct.86.vbi notabilis gloſſ. & gloſſ.in
c.1.de clerico venato, in verbo,volupta-
te.Franciſ.Marcus quæſtion. 530. num. 1.
9 cum ſequ.De iure verò † ciuili, venatio
Arenaria tunc licita eſt, quando non eſt
mercenaria, ſed fit virtutis oſtenden-
dæ cauſa,cæterùm qui ad hoc locat ope-
ras ſuas,vt cum beſtia depugnet,infamis
eſt,text.notab.in l.1.§.& qui operas. ff.de
poſtul.niſi talis ſit fera, quæ regioni no-
cet, quo càſu locans operas ſuas extra a-
renam,non notatur infamia, d. l. 1. §.
ſed ſi quis. De alijs venationum ſpecie-
bus,putà clamoſa, ſaltuoſa, recreatiua,
& oppreſſiua, item de licitis & illicitis
venationibus,tam clericis, quàm laicis,
vide gloſſ.in d.c.qui venatoribus, Dd.in
l.1.C.de venation.ferarum, libr.11.Fran-
ciſ.Marcum latè d. quæſtio. 530. Vtrùm
verò furtum committant qui in aliena
10 † ſylua venantur, & capitis, vel ſaltem
pœna pecuniaria puniri poſſint, vide
Domin. Soto de iuſtit. & iure, libr. 4.
quæſtion. 6. articul. 4. circa finem, vbi
concludit crudele eſſe pœna corporali
plecti ingredientes loca vetita venatio-
nis gratia,ſed ſatis eſſe, ſi ablatis plagis
& inſtrumentis, duplum, aut triplum
ſoluant: grauiterque ſyluarum Do-
minos, & eorum Saltuarios, Forſt-
maiſter / admonet, vt innoxios habe-
ant ſaltus, ne feræ in priuatorum agros
gregatim excurrant,& ſata,magno pau-
perum dolore & damno, depaſcantur:
et ſi aliter fiat, damna integrè ſoluant,
quæ ſententia non ſolum pia, ſed eti-
am iuri & æquitati conſentanea. Nam
aut feræ beſtiæ iure gentium ſunt com-
munes omnibus, iuxta text.in l. 1. & in
l. 2.ff. de acquir.rer.domin. & in §.feræ,
Inſtitut. de rer. diuiſ. aut Dominorum
ſyluarum propriæ:Si iure gentium com-
munes omnibus: in nullius erunt do-
minio,& ideo occupantium fiunt,& ve-
natio omnibus permiſſa erit iuribus, al-
legatis: ſi verò propriæ dominorum,
& tunc ad æſtimationem damni dati
vtili. l. Aquiliæ, vel de paſtu pecoris a-
ctione, aut ex edicto, ſi quod. paup. fe-
ciſ. dica. meritò tenentur, text.in c.fin.
§.quod ſi animalia, de iniurijs & dam-
no dat. gloſſ. ibid. in verbo, animalia,
text. in l.fin. C.ad l.Aquil.& in l.quam-
uis, ff. eod. gloſſ. ibid. in verbo, actio-
nes,& in l.qui ſeruandarum, ff. de præ-
ſcript. verb. Permittant igitur Domini
ſyluarum communem iure gentiũ om-
nibus venandi libertatem,aut damnum
à feris datum plenè reſarciant, ne cum
Diuite Euangelico pereant. Nonnulli
enim ita ſunt efferati Actæones, vt vix
ſubditis feras beſtias ex proprijs eorum
agris, ſtantibus & pendentibus adhuc
fructibus, abigere, & latratores Moloſ-
ſos habere permittant. Et quamuis iure
feudorum, (§. retia,de pac. tenend.& e-
ius violat. Doct. ibid.) & varijs ſtatu-
tis aut priuilegijs, libertas venandi in
proprio popularibus, imò etiam quan-
doque Nobilibus interdicta ſit: tamen
illa iura, ſtatuta, & priuilegia ita ac-
cipienda, & intelligenda ſunt, vt ve-
nationes fiant citra agrorum alieno-
rum populationem, & ſic, ne tertio
damnum adferant, textus in c. ſuper
eo, de offic. delegat. & in l. ex fa-
cto, ff. de vulga. & pupilla. ſubſti-
tut. cum ſimilibus: Imò nonnulli vo-
lunt ſtatuta contra libertatem venandi
non

non valere,vt tenent Antho. de Butrio. in c.non eſt,num.5.de decimis,Deci.conſil.197.nume.2.incip. in caſu inquiſitionis,vbi omninò vide, & conſil.271. numer.1. incip. in caſu tranſmiſſo. Tiraq. de Nobilitate cap.37. num.149. cum ſeq. Sed ego valere quidem admitto, dummodo moderata & innoxia ſit venatio, per tex.in l.ſi quiſquam, ff. de diuerſ. & tempo. præſcrip. & in l.ſanè ſi maris, ff. de iniurijs,gloſ.ibid.in verbo, pertineat. Deci.d.conſi.271.nu.11.

OBSERVATIO LXIX.

Quòd ad æmulationem & iniuriam alterius ædificare non liceat.

SVMMARIA.

1 *Aedificare quilibet poteſt in ſuo vſque ad cælum.*
2 *Res quælibet præſumitur eſſe libera.*
3 *Seruitutes non habent cauſam naturalem, ſed conuentam.*
4 *Res præſumuntur eſſe allodiales, & non feudales.*
5 *Feudum eſt ſpecies ſeruitutis.*
6 *Res quando præſumatur eſſe feudalis.*
7 *Pertinentia Caſtri quæ ſint.*
8 *Aedificia ſunt iuris gentium.*
9 *Facultati ædificandi non præſcribitur.*
10 *Lumina vicini ædificando quis obſcurare poteſt.*
11 *Qui iure ſuo vtitur nemini faciat iniuriam.*
12 *Fontem ex alieno fundo auertere & venas aquæ incidere an liceat.*
13 *Seruitus altius non tollendi impedit ædificium.*
14 *Quanto tempore & quomodo acquiratur.*
15 *In negatiuis ſeruitutibus ſola prohibitio ſufficit.*
16 *Modus ædificandi ſtatuto vel cõſuetudine præfixus, ſeruandus.*
17 *Ad æmulationem alterius ædificare non licet.*
18 *Caſtrum in finibus Imperij ædificare non licet.*
19 *Bella vicinorum periculoſiſſima.*
20 *Res dicitur minoris precij ratione mali vicini.*
21 *Caſtrum commune, an vnus ſociorum pro ſua parte in alium alienare poſſit.*
22 *Vicinorum commoda & incommoda, remiſſiuè.*
23 *Caſtrum prope ciuitatem ædificare non licet.*
24 *Nundinas nemo ad alterius iniuriã inſtituere debet.*
25 *Priuilegia nundinarum Imperator non concedit, niſi prius vicinus auditus.*
26 *Domum altius tollere non licet ad iniuriam vicini.*
27 *Molendinum in flumine communi an ædificare quis poſſit.*
28 *Quando quis dicatur ad æmulationem alterius ædificare.*
29 *Homo homini inſidiari non debet.*
30 *In dubio præſumitur quis ædificare ad ſuam vtilitatem, & non ad æmulationem.*
31 *Aemulationem allegantis incumbit probatio.*

REgulariter † quilibet in ſuo ſolo 1
caſtrum aut domum ædificare,
aut ędificatũ reſtaurare, altiuſq;
ad cęlum vſq; (vt Dd loquuntur) tollere
poteſt, quia eius eſt cælũ, cuius eſt ſolum,
per tex.in l.altius. glo.ibid.in notabilib.
C de ſeru.& aqu.tex.in l.ſi in ædibus. C.
eod.tit.vtrobiq; Dd.tex.in l.fin.ff.de ſeruitut.glo.ibid.in verbo,quia,tex.in l.fi.§.
fin.ff.ꝙ vi aut clam.Alex.conſi.174.nu.1.
vol.2.incip.Oportunè cõſideratis. Soci.
ſenior conſi.141.num.1.volum. 1. incip.
Conſideratis facti.Schurff.conſ.69.nu.1.
cent.1.incip. Præſens conſultatio. idem
conſil.77.num.1.cent.3.incip. Veritas reſponſionis: quælibet enim res † ſiue 2
prædium tã ruſticum, quàm vrbanum,
ab omni ſeruitute liberum eſſe pręſumitur,tex.in l.cum eo.ff de ſeruit. vrb. prædio.& in d.l.altius.vbi glo.in verb. prohibetur.l.domũ.ff.de reg.iuris. Et eſt ratio,quia † ſeruitutes non habent cauſam 3
naturalem,cum ſint contra naturã,text.
in l.manumiſſiones,ff.de iuſtit.& iure,&
in §.ius autem, Inſtit.de iur. natur. gent.
& ciuili.ſed conuentam vel præſcriptã,
tex.in §.ſin.Inſtit.de ſeruitut.prædio. ꝓinde ad impediendum ædificium neceſſè eſt probare ſeruitutem pacto, vel præſcriptione, aut teſtamento conceſſam,
& acquiſitam eſſe,text.in d. §. fin. Inſtit.
de ſeruitut.præd. Iaſon in l.ſi priuſquã.
nume.40.ff.de no.oper.nunc. text. in d.
l.altius. & d.l.ſi in ædibus.Schurff d.conſil.69.Hinc eſt, quòd † quælibet res regu- 4
lariter cenſeatur libera, ſiue allodialis,
non autem feudalis,text.in c.1. §.1. titul.
ſi de feud.defunct. contr. ſit inter do. &
agnat.Bald.& alij ibid.Iaſ. in d.l. ſi priuſquam.nume.4.Alexand. conſil. 129. nume.1.volum.1.incip.Ponderatis his.Deci.conſi.467.num.9. incip. Benè & conſultè.idem conſi.498.num.3.incip. Viſo
caſu.Ioan.Andr. in c. nimis, de iureiur.
Ratio,quia † feudum, eſt ſpecies ſeruitu- 5
tis,Alex.conſil.55.num. 19.volu.4. incip.
proſpectis his.gloſſ.in l.ſi vſuſfructus, ff.
de vſuſfruct.in verbo,oportet, quæ regulariter non præſumitur niſi probetur,
ſed potius libertas,tex in l.libertas, ff.de
ſtatu homi.& in d.l. altius. & in d.l. ſi in
ædibus. Dd. vbi ſup. Fallit ſi † res ſemel 6
fuit feudalis,quia tũc præſumitur adhuc
eſſe feudalis, niſi contrarium probetur,
tex.

tex.in c.1.de contro. inter maſcu. & fœ-
mi.Dd.ibid.Afflict.in c.1.num.71.ex qui-
bus cauſis fend.amitt.vbi omninò vide.
aut ſi maior pars bonorum ſit feudalis,
tunc etiam in dubio reliqua bona feu-
dalia eſſe præſumuntur,niſi contrarium
probetur, text. in d.c.1.§.fin.de contro.
inter maſcul. & fœmin. gloſſ. ibid. in
verbo,magna,& ibid.latè Afflict.nume.
6.cum ſeq.Curt.part.2.in 2.quęſtio.prin-
cip.num.40.Ratio, quia vna res,non de-
bet diuerſo iure cenſeri, text. in l. cum
qui,ff.de vſucapio.item quod eadem ſit
ratio partis, quæ eſt totius, text. in l.quæ
de tota,ff. de rei vendicat. & in l.ſi vnus
§.penult.ff.de pact.Bald.in c.1. numer.2.
cum ſeq. de Capita.qui Curi.vend.item
quod maior pars, attrahat minorem,
text.in c.1. de his quæ fiunt à maio. par.
Capit.& in c.1.eod.titu.in 6. & in l.nulli
cum l.ſeq.ff. quod cuiuſq; vniuerſ. nom.
7 Hinc eſt quod conceſſo caſtro cum per-
tinentijs, omnia quæ ſunt in territorio,
cenſeantur eſſe pertinētiæ caſtri, niſi ex-
emptio probetur : itē quicquid eſt intra
fines Comitatus, præſumitur de Comi-
tatu,ſaltem quóad iuriſdictionem, non
quóad proprietatem,tex.in c.cum olim,
de præſcriptio.& in l.æde ſacra,§.1.ff. de
contrah.empt.& vendit.Afflict.in d.c.1.
num.10.de contro.inter maſcu.& fœm.
Dec.conſil.517.nnm.9. incip.in ſentētia.
Iſer.in c.1.§.quidā tamē, de controuerſ.
inter maſcul.& ſœmin.Bald.& alij in d.
c.1.de Capita.qui curi. vendi. quia in to-
to, partes continenter, per iura alle-
gata Iaſ. in l. 3.numer.32. cum ſequ.ff.
de acq.poſſ. Accedat ad prædictam re-
gulam, videlicet quemlibet in ſuo ædi-
8 ficare poſſe, quòd † ædificia ſint iuris
gentium, & per conſequens cuilibet li-
cita,per text.in l. ex hoc iure. ff. de iuſti-
tia & iure.Bartol. ibid.numer. 7. Iaſon
nume.6.dicens,quòd ædificare cinitates,
caſtra, & fortalicia in ſuo, cuilibet lici-
tum ſit,per illum tex. & l. per prouinci-
as.C.de ædific.priuat.Petr. Duennas re-
gula 32. Ampliatur iſta regula: Primò,
9 vt procedat etiamſi † quis longiſſimo
tempore in ſuo non ædificâſſet, vel do-
mum ſuam altius non eleuâſſet:quia po
teſt nulla temporis præſcriptione ob-
ſtante pro arbitrio ſuo ædificare: facul-
tati enim ædificandi in ſuo non pręſcri-
bitur viſo tempore, niſi vicinus ſit in
poſſeſſione ſeruitutis altius non tollen-
di, text. in d.l.cum eo,& in d.l.altius,
gloſſ.notab.in l. qui luminibus. in ver-
bo,formam.ff.de ſetu itnt. vrb.præd.quę
dicit, ſi per mille millia annorum in
areola mea, quæ iuxta tuum palatium
ſuit,non ædificaui : attamen à vicino ꝓ-
hiberi non poſſum ædificare,per text.in
d.l.cum eo.Ang.ibid. Iaſ.in §. æquè.nu.
41.Inſtit.de act.Duennas d.reg.33. in pri-
ma ampliatione,Schurff d.conſi.16. nu.
2.Secundò ampliatur etiam,ſi quis † ędi- 10
ficando & altius tollendo luminibus vi-
cini officiat,adeoque in totum ea obſcu
ret,text notab.in l.Proculus. ff. de dam.
infect.& in l.fluminum,§.fi. ff.eod. titu.
& in d.l.ſi in ædibus,& d.l. cum eo. Ra-
tio, quia † nullus videtur dolo facere, 11
qui iure ſuo vtitur,per tex.in l.nullus vi-
detur.ff.de reg.iur.Dec.ibi.nu.1. Cagnol.
nu.3.tex.in d.l.fluminum.§.fin. & in d.l.
Proculus.Soci.d.conſi.141.facit tex. in l.
1.§.deniq;.ff.de aqu.pluui.arcen. vbi † is 12
qui in agro ſuo ſodiēs,vicini fontē auer-
tit,de dolo non tenetur, ſi nō animo no
cendi vicino,ſed agrū ſuum meliorē fa-
ciendi id fecit,ad idē eſt text.nota. in l.ſi
in meo fundo.ff.eo. tit.vbi dicitur, quòd
is vim non ſaciat,qui venas aquæ in ſuo
fundo incidit, ita vt ob id aqua deſinat
peruenire in alium fundum, vbi erupit,
dūmodò ſeruitus eo nomine nulla con-
ſtituta ſit ei,in cuius fundo aqua erupit,
facit ad hoc tex.in d.l.Proculus. Limita-
tur autem prædicta regula:Primò,vt nō
procedat ſi † iure ſeruitutis non liceat ę- 13
dificare in ſuo,vel domum ſuam altius
tollere,per tex.in d.l.cum eo,& l.ſi quid.
C.de ſeruitu.& aqua.tex.in d.l.ſi in meo,
& in d.l.altius,&in d.l.ſi in ædibus,q̄ ſer-
uitus † altius non tollendi, cùm cauſam 14
habeat continuam,ſpacio decem anno-
rum acquiritur,adeoq; ad eam acquiren
dam vnicus actus ſufficit, vtputà vnica
prohibitio cū patientia aduerſarij decē-
nali: † In negatiuis enim ſeruitutibus,vt 15
eſt ſeruitus altius nō tollēdi, ſola ꝓhibi-
tio ad acquirendā eius quaſi poſſeſſionē
ſufficit,gloſſ.in l.1.C.de ſeruit.& aqu. in
verb.quęſiſti.Bart.ibid.nu.1.gloſſ.& Dd.
in d.l.luminibus.tex.in l.etſi fortè.§.1.ff.
ſi ſeruitus vendic.Schurff d.conſi.16. nu.
2.Iaſ.in d.l.ſi priuſquàm.num.38.vbi do-

cet, an quaſi poſſeſſio ſeruitutis transfe-
16 rat onus probandi libertatem in aduer-
ſarium: Secundò limitatur, ſi † ſtatuto
vel conſuetudine loci, certus ædificandi
modus, & ædificia altius tollẽdi præſcri-
ptus ſit, quia huiuſmodi ſtatuta ad vn-
guèm ſeruanda ſunt, per allegata ſupr.
Obſer. 19. & Obſer. 33. ſicut in multis ciui-
tatibus videmus ędificia ęquali altitudi-
ne, pulchro ordine, & eleganti ſerie con-
ſtructa eſſe, vt paſſim in ducatu Bauariæ,
& Vratislauię, per text. in l. 1. C. de ædifi.
priuat. gloſſ. notab. ibid. in verb. vſitatũ.
facit tex. in d. l. ibi, contra veterem for-
mam, & in l. pręſes, ibi, contra ſtatutam
conſuetudinis formã, C. de ſeruit. & aq.
glo. in d. l. qui luminibus, in verb. formã.
ff. de ſeruit. vrba. prædio. Chaſſane. in cõ-
ſuetudines Burgundiæ, rubr. 13. §. 9. nu. 4.
17 Tertiò ſingulariter limitatur in † ędifi-
cijs ad æmulationem, inuidiam & iniu-
riam alterius extructis, quo caſu non li-
cèt ædificare cum iniuria & incommo-
do alterius, tex. not. in l. opus nouũ. ff. de
operibus publicis, text. in c. Piſanis, in fi.
de reſtit. ſpoliat. Roman. conſil. 52. num.
4. incip. In quæſt. Chaſſ. loco citato. Af-
flict. in c. 1. §. & Palatia. numer. 5. quæ ſint
regalia. Ioan. Cephal. lib. 1. conſil. 130. nu.
12. incip. videbatur prima. Varijs autem
modis fiunt ædificia ad æmulationem
18 alterius, pręcipuè verò, ſi quis † in finibus
Imperij, aut cuiuſcunque prouinciæ, ca-
ſtrum aliquod munitiſſimum, vel forta-
litium, vt appellant, vndè multà incõm-
moda & publica ſcandula Imperio, vel
alteri prouincię accidere poſſent, & ma-
teria ſeditionis præberetur, extruere vel-
let: talia enim ædificia limitanea ad
æmulationem Imperij, & vicinæ pro-
uinciæ ſpectant, proindè licitè prohibe-
ri, & noui operis nunciationis remedio
impediri poſſunt, tex. in d. l. opus nouũ,
& text. ſing. in l. quicunque caſtellorum.
C. de fund. limitrophis, lib. 11. gloſſ. ibid.
in verbo, antiquitas. Bartol. in d. l. ex hoc
iure. num. 7. Iaſ. ibid. nume. 12. Inno. in d.
c. Piſanis. Bart. in l. 1. nu. 2. ff. quòd cuiuſq;
vniuerſ. no. & in d. l. opus nouum. nu. 3.
& 5. Iaſ. in l. quo minus. num. 24. ff. de flu
minibus. dicens, non licere ędificare ca-
ſtrum, aut fortalitiũ ad ęmulationem al-
terius, etiam inimici, per tex. in d. l. opus
nouum. Opus nouũ, inquit I. C. priuato
etiam ſine Principis authoritate facere
licèt, præterquã ſi ad æmulationẽ ciuita-
tis pertineat, vel materiã ſeditionis præ-
beat, vel circum theatrum, vel amphi-
theatrum ſit. Et talium ędificiorum &
caſtrorum limitaneorum nomine quan
doq;, noſtra adhuc memoria, arma ſuſ-
cepta, caſtraque poſtea occupata, deſtru-
cta, ſoloq; æquata fuiſſe notum eſt. Bella
aũt † quæ à vicinis inferuntur, omnium 19
ſunt periculoſiſſima, per tex. in l. 2. §. poſt
deindè ff. de orig. iur. Zaſ. ibid. in verb. a-
criora. arg l. cùm oportet. §. ſin autem. in
fi. C. de bon. quæ lib. Quapropter Heſio-
dus dicebat damnum eſſe, malos vici-
nos: Iuuenalis Satyr. 15.

Inter finitimos vetus atque antiqua ſimultas
Immortale odium, & nunquàm ſanabile vulnus.

Item † res dicitur eſſe minoris precij ra- 20
tione mali vicini, per text. in l. quod ſæ-
pè. §. final. ff. de contrah. empt. gloſſ. ibid.
in verbo, confinem. Iaſ. in l. 1. §. ſi hæres.
nu. 11. in ſecunda lectura. ff. ad S. C. Tre-
bel. De † commodis & incommodis vi- 21
cinorum pulchrè Columella lib. 1. de re
ruſtic. cap. 3. & Eraſ. in Prouerb. aliquid
mali, propter vicinum malum: & Plu-
tarchus de Themiſtocle ſcribit, quòd
dum prædium vẽderet, proclamari iuſ-
ſerit, bonum quoque vicinum habere.
Mantua. ſingu. 7. num. 3. incip. vicinum.
Ad prædicta facit, quòd præclarè ſcribit
Bald. in l. 1. nu. 8. C. qui teſtã. fac. poſſ. ni-
mirũ † Caſtrum à duobus fratribus ꝑ in- 22
diuiſo poſſeſſum, ab alterutro alicui vi-
cino Principi pro parte vẽdi aut donari
non poſſe, eò ꝗ huiuſmodi alienatio ad
iniuriam & æmulationem alterius fra-
tris ſpectaret, refert, & ſequitur Iaſ. in d. l.
ex hoc iure. nu. 10. ff. de iuſtit. & iur. idem
in d. l. quo min⁹. nu. 25. & ad rubr. C. ne fiſ.
vel reſpub. nu. 2. Simile exemplũ adducit
Bar. in l. cùm allegas. nu. 1. C. ne fiſcus, vel
reſpub. procuratio. de duobus fratribus,
caſtrum commune poſſidentibus, ſi al-
ter alterum expellat, ꝗ expulſus partem
ſuam vicino Principi, aut ꝓpinquæ ciui-
tati vendere nequeat, per illũ text. & ra-
tionem prædictã, idq; dicit perpetuò mẽ-
ti tenẽdum. refert Iaſ. in d. l. ex hoc iure.
num. 10. & ad d. rubr. C. ne fiſ. vel reſpub.
nu. 3. Ad † æmulationem quoq; ędificare 23
is cenſetur, qui prope ciuitatem aliquam
caſtrum munitum, vel excelſam turrim

inui-

inuito domino ciuitatis exſtruit. Inter-
eſt enim ciuitatis, ne ædificium tale fiat,
cùm quod tempore belli hoſtes eò ſe re-
cipere, excurſiones facere, multaq; dam-
na ciuitati vicinæ inferre poſſent: tum e-
tiam ne ædificantis cõſpectui ciuitas lõ-
gè lateq; ſit expoſita, Afflict. in d.c.1.§. &
palatia.num.5. quæ ſint regalia, Barto. in
d.l. opus nouum. num.3. & 5. ff. de operi-
bus publ. & in d.l.1. num.2. ff. quod cuiuſ-
que vniuer. no. & alij Dd. vbi ſupr. Hinc
24 eſt, ꝙ multæ † ciuitates Imperiales priui-
legia ab Impp. obtinuerunt, vt videlicet
nemini liceat intra vnum, vel duo mil-
liaria prope ciuitatem caſtra ædificare,
vel nundinas, aut mercatum aliquẽ in-
ſtituere: nam non ſolùm æmulatio in
ædificijs, ſed etiam alijs rebus, quæ ad al-
terius iniuriam pertinent, cõſiſtit. Qua-
propter ſi nouæ nundinæ à vicino quo-
dam domino propria authoritate ſubdi
tis ſuis permittantur, hoc ad æmulatio-
nem alterius, & vicinorum locorum fie-
ri intelligitur, & ideò probè à vicinis ꝓ-
hiberi poteſt ne hoc faciat. Hinc eſt, ꝙ
25 Imperator † nunquã cõſueuit alicui dare
priuilegium nundinarũ, niſi prius adia-
centibus & vicinis ciuitatibus, & pagis,
quorum intereſſe poſſet, auditis, facit ad
hoc tex. in l. nec auus, C. de emancip. li-
ber. cum ſimilib. præclarè Iaſon in l. fin.
num.13. & num.20. ff. de conſtitu. Princi.
Afflict. in c. ſi qs inueſtierit. nu.19. de feu-
26 do in vicẽ leg. cõmiſſ. Sed & is ad † æmu-
lationẽ ædificare dicitur, qui ideò domũ
ſuã altius tollit, vt in vicini ædes proſpi-
cere, aut monachas iuxta habitantes in
cõſpectu habere poſſit: nihil inde aliud
laturus, niſi vt officiat, vt inquit Celſus
in l. in fundo, §. conſtituimus, ff. de rei
vendic. facit text. in l. ſi cui, ff. de ſeruitu.
cum alijs iuribus infrà allegatis, huic e-
nim malitiæ, & æmulationi Magiſtratus
loci requiſitus, maturè reſiſterè, & ædifi-
cantem vt à tali ædificio abſtineat, pro-
hiberi debet, ita tenent in terminis Sali.
in d.l. altius. nume.2. C. de ſeruitut. & aq.
Caſtr. in d.l. cùm eo. nume.1. ff. de ſeruit.
vrban. præd. Iaſ. in d.l. ex hoc iure. num.
8. Alexand. d. conſil.174. Schurff. d. con-
ſil.16. nume.4. Malitijs enim hominum
indulgendum non eſt, text. in d.l. in fun-
do, §. conſtituimus cum concordanti-
27 bus. Ad æmulationem † quoque ædificat
qui molendinum in priuato vel publi-
co flumine ad iniuriã alterius exſtruit,
vtputà ſi duo ſint eiuſdem fluminis do-
mini, quorum vnus in inferiori parte
fluminis molendinum habeat: hoc ca-
ſu, alteri non licet in ſuperiori parte ali-
ud molendinũ exſtruere, q̃ a fieret ad æ-
mulationem alterius, niſi ſui commodi
& vtilitatis gratia hoc faceret, nam tunc
prohiberi nequit, tex. in d.l.1. §. denique.
ff. de aq. plu. arcen. & in d. l. fluminum.
§. ſi. ff. de dam. infect. d. l. Proculus. & d. l.
ſi in meo. gloſſ. ſing. in l. ſi manifeſtè. in
verb. ꝓcurator. C. de ſeruit. & aqu. Salic.
ibi. nu.1. Bar. cuiꝰ diſtinctionẽ Dd. cõmu-
niter ſequuntur in d.l. quo minus. nu.2.
ff. de fluminibus. Iaſ. ibid. ampliſſimè. nu.
21. communẽ dicens. Bal. in c. cũ eccleſia.
nu.5. de elect. idem in l. ſi quis ex argenta-
rijs. §. ſi initium. num.1. in fin. ff. de eden.
Iaſ. in d.l. ex hoc iure. nu.8. Alex. d. conſi.
174. nu.6. vol.2. Poſtremò, vt cõpendio
& ſummatim dicã, omnia † ædificia ad 28
ęmulationẽ fieri intelliguntur, quę cum
iniuria alterius, & animo nocendi, non
vtilitatis, vel neceſſitatis gratia fiũt, quæ
non proſunt ædificanti, & alteri nocẽt,
& ideò huiuſmodi malitijs non eſt in-
dulgendum, ſed conſilio peritorum, cũ
cauſæ cognitione talia ædificia ꝓhibẽda
ſunt, d.l.1. §. denique. ibi, ſi non animo
nocẽdi, d.l. opus nouum. ff. de operibus
publicis. d.c. Piſanis, de reſtit. ſpoliat. &
Dd. paſſim in locis ſup. allegatis. Huma-
næ † ſocietatis vinculum non permittit, 29
vt alteri ſimus damno & nocumento,
text. in l. ſeruus, in fin. ff. de ſeruit. expor.
gloſſ. ibid. in verb. affici, text. in d. l. in
fundo. §. conſtituimus, ff. de rei vend. &
hominem homini inſidiari nefas eſt,
text. in l. vt vim. in fin. ff. de inſt. & iure.
Vtiliter ædificantẽ nemo prohibere po-
teſt, cùm nemini iniuriam faciat, qui iu-
re ſuo vtitur, tex. in d. l. nullus videtur. ff.
de reg. iur. & in d. l. Proculus. ff. de dam.
infect. In † dubio verò quilibet præſumi- 30
tur ædificare ad ſuam vtilitatem princi-
paliter, & nõ ad æmulationem alterius,
gloſſ. in d.l. fluminum. §. fin. Bart. & alij
ibid. Iaſ. in repet. d.l. quo minus. num.33.
& in d.l. ex hoc iure. nu.11. Bald. in l. item
lapilli. num.4. circa medium. ff. de rer. di-
uiſ. facit ad hoc tex. notab. in l. meritò. ff.
pro ſocio. Bart. ibid. num.2. dicens, quòd

in dubio quis vti præſumitur iure ſuo, vndè alleganti ęmulationem meritò in-
31 cumbit probatio † æmulationis, alias ſuccumbet, cum ædificans in ſuo, regulã pro ſe & ſic iuris præſumptione intentionem ſuam probatam habeat, quæ iuris præſumptio regulariter probationem contrarij in contradictorem reijcit, text. in l. ſi generaliter, §. ſi petitum, in fine, ff. de fideicomm. liberta. & in l. ſiue poſſidetis, C. de probatio. Deci. conſil. 400. num. 8. incip. viſo eleganti & conſil. 175. num. 5. incip in cauſa falſitatis. Cæphal. conſi. 138. num. 16. cum ſeq. vol. 1. incip. teſtamentum.

OBSERVATIO LXX.

Tranſactio an prætextu læſionis reſcindatur.

SVMMARIA.

1 *L. 2. C. de reſcind. vend. locum habet in alijs quoque contractibus.*
2 *Datio in ſolutum ſimilis eſt venditioni.*
3 *Tranſigens vltra dimidium deceptus an habeat beneficium l. 2. num. 14. & ſeq.*
4 *Bart. opinio, quomodo tranſigens dicatur vltra dimidium deceptus.*
5 *Cautela pro Aduocatis in materia l. 2. ratione tranſactionis.*
6 *Contra Bart. quòd beneficium d. l. 2. non obtineat in tranſactione.*
7 *Læſus in quadruplum an reſtituatur aduerſus tranſactionem.*
8 *Lites reſuſcitare non oportet.*
9 *Sententia & tranſactio æquiparantur.*
10 *Tranſactio eſt actus liberatorius.*
11 *Iuramentum & tranſactio æquiparantur.*
Tranſigendo videtur quis magno incommodo affici. Ibid.
12 *Requiſita tranſactionis.*
13 *Dubius euentus litis æſtimari nequit.*
14 *Limitatio c. quamuis, de pact. lib. 6.*

1 Beneficium † l. 2. C. de reſcinden. vend. ex communi Dd. ſententia, non ſolùm locum habet in contractu emptionis & venditionis, verùm etiã in contractu locationis, alijsq; bonæ fidei, imò etiã ſtricti iuris contractibus, Bal. in d. l. 2. nu. 6. & communiter
2 Dd. ibid. Similiter in † datione in ſolutũ, quia ſimilis eſt venditioni, & eius vicem obtinet. tex. in l. ſi prędium. C. de euictio. tex. in l. fi. ff quib. ex cauſ. in poſſ. eat. tex. in l. eleganter. ff. de pignor. actio. Natta

conſi. 207. num. 2. incip. quædã domina, vol. 1. Sed magna eſt cõtrouerſia, an † diſ- 3
poſitio d. l. 2. in tranſactione etiã obtineat, ita vt trãſigens vltra dimidiũ decept⁹, reſciſſionem tranſactionis petere, vel ad ſupplementum iuſti precij agere poſſit? Bart. in d. l. 2. nu. 7. & in l. ſi quis cùm aliter, num. 5. ff. de verb. oblig. tenet quòd ſic, ſed differentiam conſtituit in modo æſtimandi: quia, inquit, ad hoc vt tranſigens dicatur deceptus vltra dimidium iuſti precij, conſideratur dubius litis euẽtus, non quantum res valeat in veritate,
Bartoli mentem † explicat Arer. in d. l. ſi 4
quis cum aliter. num. 4. in fin. videlicet, vt tranſactio reſcindi poſſit, ſi probetur læſio vltra dimidium iuſti precij, inſpecto quantum valeret, vel potuiſſet vendi ius tranſigentis in illo dubio litis euentu, atque ita intelligit Bartol. gloſſ. in l. per diuerſas. §. fin. C. mand in verbo, in alijs, & gloſſ. in l. Lucius. §. final. ff. ad Trebellia. in verbo, non poſſe. Pro Bartol. opinione facit fortiſſimè, text. in l. ſi ſuperſtite C. de dolo malo. & eandem opinionem tenet Roma. in d. l. ſi quis cùm aliter, nume. 4. Ange. in d. l. Lucius. §. final. numer. 2. Imol. ibid. circa finem. Decius conſi. 60. num. 4. incip. Viſo themate, vbi magis communem dicit. Idem conſil. 597. nu 10. incip. Superiori anno, vbi ſimiliter magis communẽ aſſerit. Socin. ſenior conſil. 95. num. 3. volum. 1. vbi dicit hanc opinionem videri communem, & quia fraudibus obuiat, amplectendam, & admonet † Aduocatos & 5
Procuratores, vt ſint cauti in articulando, vt ſi aſſerant aliquem in trãſactione enormiſſimè læſum, referant ſe ſemper ad valorem & æſtimationem dubij euẽtus litis: id quod Imol. & Angel. in d. l. Lucius, pariter admonent. Partem † ne- 6
gatiuam, quòd tranſactio prætextu læſionis vltra dimidium iuſti precij non reſcindatur, tenet Bald. in d. l. 2. nume. 3. dicens Bartoli opinionem eſſe truſam & erroneam: mouetur per text. in d. l. Lucius. §. final. vbi in † quadtuplum læ- 7
ſus non reſtituitur aduerſus tranſactionem. Ad idem facit, tex. in l. 1. C. de plus petition. vbi tranſactio ſeruanda eſt, etiamſi doloſè plus debito petitum ſit. Eandem partem tenet Iaſ. in d. l. ſi quis cùm aliter, num. 13. cum ſequen. vbi omnium pulcher-

ni

pulcherrimè hanc quæſtionē in vtram-
que partem diſputat. Franc. Areti. ibid.
num.5.Zaſ.num.20.idem pulchrè conſi.
18.num.16.volum.1.vbi communem di-
cit.Salic.in d.l.2.num.6.Affli. deciſ. 220.
num.1.Spec.tit.de emptio.& venditio.§.
nunc dicendum.2.nu.14.Soci.reg.226.in
3.fallen.Alex.conſ.42 nu.11.vol.1.incip.
ſuper præmiſſo themate, idem in d. l.ſi
quis cùm aliter.vtrobiq; magis commu-
nem dicit.Innoc.poſt gl.in c.cùm cauſa.
in verb.ſi.de emp.& vēd. Iaſ. in l. fratris.
num.1.C.de tranſact.Deci.conſi. 216. nu.
4. incip. viſa trāſactione. Huius opinio-
nis multæ rationes adducuntur à Dd. in
locis allegatis, potiſſimùm autem qua-
tuor : quarum prima, quòd d. l.a. ideò
non procedat in tranſactione, quia illa
comparata eſt ad finiendas lites, d.l.fra-
8 tris.C.de tranſact. quas † ne Imperiali q.
dem reſcripto reſuſcitari oportet,tex.in
l.cauſas.C. d. tit. neque prætextu inſtru-
mentorum nouiter repertorum, text.in
l.ſub prætextu inſtrumenti.C.de trāſact.
& adeò tranſactio finem controuerſijs
imponit,vt inſtrumenta & probationes
in contrarium amplius non ſubſiſtant,
ſed ipſo iure irrita & caduca fiant, etiāſi
hoc inter tranſigentes actum non eſſet,
per text.notabilē,in c.1.extr.de tranſact.
Bald.ſuper rub.eod.tit.Iaſ.in d.l. fratris.
Schurff. conſi.23.centur.3.nume.9.incip.
Quòd veritas,& conſi.32.nu.4.ead. cent.
incip. Caſus talis eſt. Secunda ratio eſt,
9 quia † ſententia & tranſactio compara-
tur,tex.in l.2.ff. de iureiuran. & in l. poſt
rem.ff.de re iudic. text.in l.non minorē.
C.de tranſact.ſed ſententia prætextu læ-
ſionis non retractatur, text.in l.ſub ſpe-
cie.C.de re iudic.& in l.peremptorias.C.
ſentent.reſcindi non poſſ.text. in l. 2. in
fin.C. quan.prouoc.non eſt neceſ. ergo
10 nec tranſactio. Tertia, † quia tranſactio
tendit ad liberationem, ſed in actu libe-
ratorio remedium, d.l.2.C. de reſcind.
vendit.locum non habet, text. in l. ſub
prætextu ſpecierū.C.de tranſactio.Quar-
11 ta, quia † iuramentum & tranſactio æ-
quiparantur,d.l.2.ff.de iureiu.& d.l.poſt
rem,ſed iuramentum nō retractatur ra-
tione læſionis,tex. in l. non erit. §. dato.
ff.de iureiur.Quinta ratio eſt,quia eo ip-
ſo quod à lite receditur, tranſigens ma-
gno commodo afficitur,gloſſ.not.in c.
penult.de empt. & vendit. in verbo, te-
ſtituerent, gloſſ.in d.l. Lucius, §. fin.in
verbo, poſſe. Hinc eſt, quod indebitum
per tranſactionem ſolutum repeti ne-
queat, text.in l.2. C.de tranſact.gloſſ. in
d.c.penul. plures rationes adfert Cagno.
in repet.d.l. 2. nu. 74. Et hanc opinionē
tanquā veriorē aliquoties Camera ſecu-
ta eſt, quandò aliâs tranſactio partibus
ſuis abſoluta ſit:nimirū ſi † requiſita tran- 12
ſactionis adſint:Primò,vt interpoſita ſit
ſuper lite dubia & incerta,nō ficta & ima-
ginaria,tex.in l.1.ff. de tranſact. & in l.2.
C.eod.Secundò,vt celebrata ſit, dato vel
tetēto aliquo, iuxta tex.in l.trāſactio. C.
d.tit.Tertio, quòd bona fides interuene-
rit,tex.in l. 1.§.fin.ff.ad S.C. Tertullia. &
in d.l. ſub prætextu. non dolus verus vel
præſumptus,ſed duntaxat re ipſa, id eſt,
enormis læſio,gloſſ.in d.l. ſub prætextu,
in princip.C.de tranſact.tex.in l.tres fra-
tres,ff.de pact.gloſſ.ibid.in verbo, poſſe.
Iſtis requiſitis cōcurrentibus, æquiſſima
eſt hæc pars negatiua, proceditque etiāſi
tranſigens in quadruplum læſus eſſet,
per text.in d.l.Lucius.Quomodò † enim 13
dubius litis euētus æſtimari poterit, cùm
ea quæ dubia ſunt æſtimationem certam
non recipiant.Item is, † qui tranſigit re- 14
mittit incertum & dubium litis euentū:
ergo læſionem allegare non poteſt, per
text.in l.1.C.de pact. text. in l. ſi ea lege.
C.de vſur.text.in l. quod debetur. ff. de
peculio.& in l. de fideicommiſſo. C. de
tranſact.Alexand. Iaſ. Zaſ. & alij in d.l.
ſi quis cùm aliter.facit l.vbi autem. §. il-
lud.ff.de verbor. obligat. Dd. in l. certi
condictio.ff.ſi cert. pet. Nonnulli hanc
† quæſtionem, & varietatem opinionū 15
diſtinctionis fœdere decidendam exi-
ſtimant:videlicet,partem negatiuam in
modica læſione,quæ dimidium iuſti pre-
cij in modico excedit,procedere : partē
verò affirmatiuam quandò quis eſſet de-
ceptus vltra dimidiam iuſtæ æſtimatio-
nis futuræ litis, magno & longo exceſ-
ſu,ita vt ſit enormiſſima læſio, per text.
in d.l.ſi superſtite ibi,immodicè ſicut c.
quamuis,† de pact.lib.6.limitatur etiam 16
propter enormiſſimam læſionē, per no-
tata Dd.ibid. Hanc diſtinctionem tradit
Philip.Corne. conſil.27.libr.4.incip. in
primo conſultationis, quam vbique cō-
ſulendo ſequitur Deci. putà conſil. 203.

nume.4.incip.vt vera reſolutio, conſil.
479.num.11.incip.in controuerſia. & d.
conſil.216.num.5.item d.conſil.551.num.
6.& d.conſil.597.num.10. quæ diſtinctio
etiam Molinço non diſplicet in apoſtil.
ad Alexand. d. conſil.42.num.11. dūmo-
dò clare de enormiſſima illa læſione do-
ceatur, quod nō caret ratione, ſed à parte
negatiua, ſi ſubſtantialia tranſactionis
adſint, iudicando non recedas, ne ex lite
litem facias, cùm tranſactio ad hoc ſit
inuenta, vt finis litibus imponatur, text.
in d.l. fratris, & aliâs iura in quacunque
controuerſia litium finem deſiderant,
tex. in l. quidam exiſtimauerunt. ff. de
reb.cred.ſi cert. petat. & in c. finem li-
tibus, de dol. & contuma. Decius con-
ſil.630. numer.4. incip. in cauſa quæ re-
uocatur.

OBSERVATIO LXXI.

Tranſactionis inſtrumentum quando fidem faciat, & ſolennitas extrinſeca omiſſa præſumatur.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumento publico creditur.*
2 *Manifeſtum dicitur, de quo apparet in inſtrumento.*
3 *Tranſactionis requiſita.*
4 *Facta non præſumuntur.*
5 *Solennitas extrinſeca ſimiliter.*
6 *Inſtrumentum publicum probat, ſi non opponatur de defectu ſolennitatis.*
7 *Solennitas extrinſeca in factis antiquis præſumitur.*
8 *Conſenſus Capituli præſumitur in antiquis.*
9 *Præſcriptio triginta annorum purgat omne vitiū.*
10 *Verba enunciatiua inſtrumenti probāt in antiquis.*
11 *Conſenſus expreſſus quando requiritur, an præſumptus ſufficiat.*
12 *Præſumptio quæ oritur ex diuturnitate tēporis admittit probationem in contrarium.*
13 *Notarius extra territorium creantis, inſtrumenta conficere poteſt.*

1 QVæſitum, an per † inſtrumentum
publicum probetur tranſactio, ſi in
eo non contineatur, quid à partibus hinc
inde datum, retentum vel promiſſum,
ſed ſimpliciter ſcriptum ſit, tranſactum
eſſe? videbatur dicendum quod ſic, eò
quòd inſtrumento publico credatur, do-
nec contrarium probetur, tex. in l. cùm
precibus. C. de prob. Dd. ibid. tex. in l. ge-
neraliter, C. de non numera. pecun. l. o-
ptimam. C. de contra. & committen. ſti-
pul. & quod apparet † per inſtrumentū 2
publicum, dicitur manifeſtum & euidēs,
tex. in c. cum dilecti, de donatio. & con-
tractus in eo relatus, in dubio verus præ-
ſumitur, & non ſimulatus, prout latiùs
tradit Pariſ. conſil.84.num.16.volum. 2.
incip. viſo & oportune. Cæphal. conſil.
4.nume.20.cum ſeq. volum.1.incip. illu-
ſtris dominus, idem conſil.77.nu.1. vol.
3. Dec. conſil.36.num.2.cum ſeq.incip. Et
pro tenui. latiſſimè Bologn. in addit. ad
conſil. Ana.97.per totum. Socin. ſenior
conſi.2.num.2.volum.3. Alex. conſil.37.
nu.16.vol.2.incip. viſo & oportunè. Ca-
noniſt. in c. licèt cauſam. de probat. & in
c. cùm Iohannes Heremita, de fide in-
ſtrumen. Contrarium tamē concluſum,
huiuſmodi inſtrumentum cauſa † tranſ- 3
actionis non expreſſa, nullam fidem fa-
cere: nam notum eſt tranſactionem nul-
lo dato, vel retēto, aut promiſſo nō ſub-
ſiſtere, tex. in l. trāſactio. C. de tranſact. &
ibid. communiter Dd. tex. in l. ſi ſuper. C.
eod. titu. Pariſ. conſi.32.num.18.vol.1.in-
cip. Potiſſima dubitatio, atqui aliquid
datum, retētum vel promiſſum eſſe, cō-
ſiſtit in facto, vnde probari debet, † quia 4
facta non præſumuntur, text. in c.1. de cō-
ſtitutio. in 6. & in l. in bello. §. factæ. ff. de
capt & poſtlim. reuerſ. & huiuſmodi † 5
ſolennitates, cum ſint extrinſecæ, non
præſumuntur, text. in l. ſciendum. ff. de
verb. obligat. vbi communiter Dd. præ-
ſertim Zaſ. tex. in l. quæcunque, §. fin. ff.
de publicia. in rem actio. glo. ibid. in ver-
bo, autore. Socin. reg.376. incip. Solēnitas
extrinſeca. & ita ſingulariter tenet Caſt.
in l. ſuus hæres, de repud. & abſtinen. hæ-
red. Iaſ. in d.l. tranſactio. nu.2. Ratio du-
bitandi non obſtat, quia procedit in in-
ſtrumentis publicis, debitis ſolennitati-
bus confectis, Dd. in locis allegatis, de
quibus ſolēnitatibus vide plenè per Bar-
tol. in repetitio. l. ſi quis ex argentarijs. §.
ſi initium, num.6. ff. de edend. glo. nota.
in l. generali, in verbo, ſeruitut. C. de ta-
bell. lib.10. Panor. & Feli. in c.1. de fid. in-
ſtru. Et hęc intelligenda ſunt procedere,
† ſi defectus ſolennitatis requiſitæ in iu- 6
dicio à parte aduerſa allegatus ſit: licèt e-
nim ſolennitas extrinſeca regulariter,
vt dictum eſt, non præſumatur: tamen
hoc non obtinet quandò defectus ſolen-
nitatis extrinſecæ non eſt à parte graua-

ta al.

ta allegatus, quo caſu ſtat præſumptio
pro inſtrumento, quòd videlicet omnia
ritè celebrata & acta ſint, vt ſingulariter
tenent Alex. & Roma. in d.l. ſciendum.
Imol. in c. cùm dilectus. de conſuetud.
Felin. in c. ſicut. de ſent. & re iud. num. 28.
Mattheſ. ſingu. 12. incip. Nota quòd, apo-
ſtil. ibid. nu. 1. quam omninò vide. Iaſ. in
§ fin. nu. 7. Inſti. de fideiuſſo. Ex quo in ſi-
mili infertur, inſtrumentum ſuper con-
tractu prælarị fidem facere, etiamſi con-
ſenſus Capituli non interuenerit, dum-
modò de defectu conſenſus in iudicio
non fuerit oppoſitum: adeò vt ſententia
pro inſtrumento ritè ferri queat, text. in
c. ea noſcitur. extr. de his quæ fiunt à prę-
lat. Matth. d. ſing. 12. Anch. conſ. 136. nu. 2.
incip. Ex conſilijs. Dec. conſ. 409. num. 1.
cum ſequ. incip. Viſo conſilio. Prædicta
7 quoque non procedunt † in inſtrumen-
to antiquo, quia propter antiquitatem
temporis, ob difficultatem probationis,
ſolennitas extrinſeca etiam interueniſ-
ſe præſumitur, tex. in l. ſi filusfa. C. de pet.
hær. Ang. & Dd. ibid. tex. in l. qui in alie-
na. §. ſed etſi. ff. de acqu hær. Imol. & Ro-
ma. ibid. Felin. in d. c. ſicut. num. 29. apo-
ſtil. ad Matthe. d. ſing. 12. num. 4. vbi dici-
tur communem eſſe opinionem, quòd
8 ob diuturnitatem temporis, conſenſus †
Capituli, & aliæ ſolennitates in alienati-
one bonorum eccleſiæ neceſſariæ, inter-
ueniſſe præſumātur, Dec. conſ. 222. nu. 9,
incip. viſo puncto, vbi plura exempla re-
cenſet. Fel. in c. Albericus, nu. 3. de teſtib.
tex. & gloſ. communiter approbata in c.
peruenit, ext. de emp. & vend. in verb. fa-
tigari. Anch. conſ. 136. nu. 2. incip. Ex con-
ſilijs. vbi in terminis tranſactionis dicit,
9 quòd ex † curſu 30. annorum purgetur
omne vitium, & præſumitur decretum
iudicis interueniſſe. Alex. conſi. 79. num.
4. cum ſequ. vol. 1. incip. Circa primum,
vbi dicit, quòd ſolennitas conſenſus Ca-
pituli præſumatur ex patientia 30. anno-
rum, etiam in præiudicium tertij. Dec. d.
10 conſi. 36. num. 7. vbi dicit, quòd in † anti-
quis verba inſtrumenti enunciatiua pro-
bent. Idem Dec. plenè d. conſil. 409. nu. 8.
per totum: vbi omninò vide, dicēs, com-
munem eſſe opinionem, quòd ex diu-
turnitate temporis ſolennitas extrinſe-
ca præſumatur, contra Panorm. in d. c.
Albericus, numc. 6. & in d. c. ea noſcitur,
num. 9. in fin. qui tenet conſenſum Capi-
tuli non probari ex diuturnitate tempo-
ris, per rationem generalem, quòd quo-
ties conſenſus expreſſus requiritur, præ-
ſumptioni non ſit locus. Sed ad hoc re-
ſpondetur, quòd † conſenſus ille, qui ex 11
diuturnitate temporis præſumitur, pro
expreſſo habetur: nam conſenſus ſui na-
tura de expreſſo accipiendus eſt: quandò
igitur præſumitur interueniſſe, intelligi
debet de expreſſo: quod diſertis verbis
affirmat Alex. in l. 2. §. voluntatem, nu. 3.
ff. ſolut. matrim. Deci. pulchrè d. conſil.
409. nu. 5. Bal. in d. l. ſi filiusfam. apoſtill.
ad Mattheſ. d ſing. 12. num. 9. Felin. in d.
c. licèt, vbi prolixè de ſolennitate extrin-
ſeca, quandò illa interueniſſe præſuma-
tur, per multa exempla oſtendit: & quod
dicatur tempus antiquum docet: de quo
vide etiam Crauettam, in tracta. ſuo de
antiq. temp. Illud quoq; memoria tenen-
dum, quòd licèt ex † diuturnitate tēporis 12
ſolennitas requiſita interueniſſe præſu-
matur: tamen cōtra talem præſumptio-
nem admittitur probatio in cōtrarium,
quia non eſt præſumptio iuris, & de iure.
Cyn. in l. ſi certis annis. C. de pact. Dec. d.
conſi. 409. num. 12. Alex. conſ. 113. num. 4.
incip. Super primo. vol. 1. dicens pręſum-
ptionem reſultantem ex annuis præſta-
tionibus longi temporis non eſſe præ-
ſumptionem iuris, & de iure: proindè p-
bationem in contrarium fieri poſſe, pro-
bādo videlicet, quòd ſolutum fuerit per
errorem, vel ex falſa cauſa. Dd. in l. ſi cer-
tis annis. C. de pact & in l. cùm de in rem
verſo. ff de vſur. Canoniſt. in c. peruenit:
de cenſib. vide omninò Alex. d. conſ. 113.
per totum. An † autem inſtrumentum 13
notarij vbiq; locorum, etiam extra terri-
torium creantis, fidem faciat, vide Felin.
in c. cùm P. tabellio, nu. 16. de fide inſtru.
Canoniſtæ communiter ibid. Rota de-
ciſ. fin. per totam, eo. tit. in nouis. Spec. de
inſtru. edit. §. reſtat. Franciſ. Marcus latè
deciſ. 489 Philip. Portius lib. 5. commun.
opin. conclu. 30. Communis eſt, notariū
à Summo Pontifice, vel Imperatore, aut
eius Comite Palatino creati vbiq; loco-
rum, tam in terris Eccleſię quàm Imperij
inſtrumenta cōficere poſſe, cùm hoc ſit
actus voluntariæ iuriſdictionis, text. in l.
1. & in l. 2. ff. de offi. proconſ. & in l. eman
cipari, ff. de adop. tex. in l. nō ſolùm. §. &

qui ex teſtamento, ff. de excuſat. tutor. Bart.in l.nec ei permittitur,§.eorum.nu. 7.ff.de adoptionib.

OBSERVATIO LXXII.

De tranſactionibus tutorum & curatorum, item adminiſtratorum ciuitatis.

SVMMARIA.

1 *Tutores an tranſigere poſſint.*
2 *Tranſactio eſt ſpecies alienationis.*
3 *Alienatio rerum minorum decretum requirit.*
4 *Tutor donare non poteſt, aut permutare.*
5 *Decretum iudicis ſuper tranſactione quomodò interponendum.*
6 *Quandò pro decreto præſumatur.*
7 *Tutores à lege liberam habent adminiſtrationem.*
8 *Generale mandatum cum libera non extenditur ad donationem.*
Tutores Regum & illuſtrium perſonarum donare poſſunt, ibid.
9 *Tutores quandò tranſigere poſſint.*
Regum proprium eſt donare, ibid.
10 *Mandatum cum libera habens ab homine tranſigere & alienare poteſt.*
11 *Adminiſtratores ciuitatum an tranſigere poſſint.*
12 *Tranſactio ſpeciale mandatum exigit.*
13 *Adminiſtratores an donare poſſint.*
Syndicus quomodò poſſit bona ciuitatis & ciuiã obligare, ibid.
14 *Pater an bona aduentitia filij alienare poſſit ſine decreto.*
15 *Pater tutor filij an rationem tutelæ reddere teneatur.*
16 *Inter filium & patrem an actio oriatur.*

1 QVamnis † tutores vel curatores, ſuper rebus immobilibus pupilli, vel
minoris, ex cauſa legitima tranſigere
poſſint putà ſi iura pupilli ſint obſcura,
& dubia, per tex. in l. Lucius Titius.2.§.fi.
ff.de adminiſtr.tutor. & in l.pactum curatoris, C.de pact.gloſſ.ibid.in verbo, remittentes, & communiter Dd. Dec.conſ.
298.nu.5.incip.non patitur.Bald.in l.præſes, nu.5.cum ſeq.C.de tranſactionib. tamen vt huiuſmodi tranſactio valeat, de-
2 cretum iudicis requiritur, quia † trãſactio
ſpecies eſt alienationis, per tex. In l. 1. §.
vtrùm.in fi.ff.ſi quid in fraud. patro. ibi,
At ſi tranſegit. Quemadmodum igitur
3 tutor vel curator, non poteſt † rem minoris, vel pupilli immobilem, abſq; iudicis decreto alienare, tot.tit.ff. de reb. eor.
qui ſub tutel.ſunt.& tot.tit.C.de præd. & alijs reb.min. ita nec trãſigere, per rationem prædictam. Prætereà, ſicut in contrahendo decretum requiritur, ſic quoq; in diſtrahendo, & liberando, tex.in l.ſi ad reſolutionem.C.d.tit.glo.ſing. in l.1.C.ſi aduerſ.tranſac.in verb.veteris.Bald. ibid. nu.1. Bar.ſimiliter, nu.2. dicens illam gl. eſſe notabilem. Ad idem eſt tex.expreſſus in l.non ſolùm.C.de præd. & alijs rebus min.ſine decre. non alie. vbi dicitur
tutorem † non poſſe tranſigere, permu- 4
tare, aut donare nomine pupilli, abſque
ludicis decreto, talemq; tranſactionem
abſq; decreto initam, ipſo iure nullã eſſe,
tenet expreſſè gl.in d.l.1.C.ſi aduerſ. trãſ:
Bar.& Bald.ibi. Decretum autem ludicis
ſuper confirmatione tranſactionis, ſine
cauſæ cognitione interponi non debet,
in qua verſabitur, vtrùm tranſactio ex legitima cauſa, & ſuper re dubia facta ſit, an ſalutaris futura ſit pupillo necne, an omnia tranſactionis requiſita concurrant, d.l. Lucius Titins.§.final.& d.l.præſes, tex.ſing. in l.cùm hi.§. vult igitur ff. de tranſact. vbi dicitur, quòd de modo, cauſa, & perſona inquirendum ſit.Bart. ibid.num.1.Iaſ.eod.nume.tradunt hanc regulam, quòd vbicunque in aliquo actu authoritas prætoris, vel iudicis requiritur, ſemper neceſſaria ſit cauſæ cognitio, tex.in l.ſed ſi hac.§.prætor.ff.de in ius vocan.& in l.cauſæ.§.cauſa autem cognita. ff.de minor.25.annis. Qua in re ab imperitis iudicibus plerunq; pernicioſè peccatur, qui nimis properè, & abſq; legitima cauſæ cognitione, ſuper tranſactionibus tutorum vel curatorum, in maximũ pupillorum diſpendium & præiudicium, decreta ſua interponunt: Talia enim decreta ipſo iure nulla ſunt, nec pupillis, vel minoribus præiudicãt, per tex.not.in l.magis puto.§.non paſſim.& §.ſi æs alienum.ff.de rebus eor.qui ſub tute.tex.in l. nec quicquàm.§.vbi decretum.ff.de offi. proconſ.& in d.l. cùm hi.§. ſi prætor. ff. de tranſact.Iaſ.in l.is apud quem, nu.16. C.de eden. Anchar.conſil.83.num. 2. incip. Viſis diligenter actis. Roma.conſil. 28.numer.3.incip.viſa facti.Caſtr. conſil. 174.nu.2.volu.2.incip. Contrà ſuperiùs. Deci.conſi.351.nu.6.cum ſeq.incip.In ca-
ſu propoſito, vbi dicit, tũc † demùm pro 6
decreto præſumi, quandò exprimitur il-
lud

lud cum cauſæ cognitione interpoſitū:
aliàs nullius momenti eſſe, per allegata
ibid. Hinc eſt, quòd in Camera tranſacti-
ones tutorum, vel curatorum, non ali-
ter confirmentur, quàm præuia legitima
cauſæ cognitione, vtrùm ex iuſta cauſa
interpoſita, & pupillo vel adulto cõmo-
do & vtilitati ſit futura, non enim ſim-
plici tutorum, vel curatorum aſſertioni,
tranſactiones nimirùm ex legitima cau-
ſa initas, & pupillo vtiles eſſe ilicò ſtan-
dum, ſed iudex imprimis ſuper eo adhi-
bita diligenti cauſæ cognitione inquire-
re, & interim petitam confirmationem
ſuſpendere debet, text. in d. l. cùm hi, §.
vult igitur, quod identidem in Camera
Imperiali factum memini. Neque præ-
dictis aduerſatur, quòd † tutores vel cu-
7 ratores liberam à lege adminiſtrationẽ
habeant, gloſſ. in l. mandato generali, in
verbo, exercendis, ff. de procuratorib. &
& quòd habentes mandatum cum libe-
ra etiam alienare poſſint, tex. in l. procu-
rator cui generaliter libera. ff. eo. tit. quia
8 quantumcunq; † generale ſit mandatum,
non tamen ad liberationem, vel debiti
remiſſionem extenditur, niſi hoc à lege
nuncupatim exprimaturr, tex. in l. cõtra
iuris. ff. de pac. glo. notab. in l. non omni.
C. de adminiſt. tuto. in verb. cauſam, &
verb. nullam. vbi dicitur, tutorẽ eſſe do-
minum rerum pupillarium, quandò be-
nè adminiſtrat, ſecùs ſi ſpoliat, Iaſ. in d. l.
pactum curatoris, n. 2. vbi quatuor caſus
refert, quibus tutor, vel curator debitum
gratis remittere, aut donare poſſit, quo-
rum vnus eſt, quòd tutores regum & illu
ſtrium perſonarum donare poſſint, cùm
hoc eorum dignitati conueniat, per tex.
not. in l. cùm plures. §. cùm tutori. & in l.
9 tutor. ff. de admin. tuto. item † donare, &
tranſigere poſſunt, ſi hoc ſuadeat vtilitas
pupilli, text. in l. 1. §. 1. ff. de tutel. & ratio.
diſtrah. Roma. conſ. 50. nu. 3. incip. idem
in præfata. Regum enim propriũ eſt do-
nare, per tex aureis ſcribendum literis, in
c. 1. de donat. Hanc, inquit, tex. ſibi quo-
dammodo nobilitas legem imponit, vt
debere ſe, quod ſponte tribuit, exiſtimet:
& niſi in beneficijs ſuis creuerit, nihil ſe
præſtitiſſe putet. In eandem ſententiam
præclarè ſcribit Cicero In Oratione pro
Diotaro de laudib. Regũ. Frugi, Inquit,
hominem dici nõ multum laudis habet
in Rege: fortem, iuſtum, & grauem, ma-
gnanimum, largum, beneficum, liberalẽ,
hæ ſunt regię laudes. ad idem facit tex. in
l. filiusfa. ff. de don. ibi, nonnunquàm ex
perſona. gloſſ. in c. grandi, in verbo, libe-
ram, de ſupplen. neglig. præla. in 6. Natta
conſ. 554. nu. 33. vol. 3. incip. quod ſereniſ-
ſimus. Tiraqu. in tract. de Nobilitate, cap.
37. nu. 40. item valet tranſactio tutorum,
quandò de pupillorũ iuſtitia plurimũ du
bitatur, glo. not. in l. cõtra iuris. §. ſi filius,
in verb. finali, ff. de pact. Item ſi maiores
ſumptus in exigendo debito faciendi eſ-
ſent, quã eſt ipſum debitũ, Rom. d. conſ.
50. Decius d. conſ. 298. nu. 5. Cęterùm † ha- 10
bẽs mandatũ cum libera ab homine, po-
teſt rectè trãſigere, atq; alienare, tex. in d.
l. procurator generaliter, tex. in l. ſi liberã.
C. quod cũ eo qui in alien. poteſt. eſt ne-
goc. geſtum eſſe dicitur. Iaſ. in d. l. præſes,
nu. 11. C. de trãſact. An aũt legitimi † ad- 11
miniſtratores, & ſyndici ciuitatũ, vel v-
niuerſitatis, ſup rebus vniuerſitatis abſq;
ſpeciali mãdato tranſigere poſſint? Com
munis opinio eſt eos poſſe, dũmodò ab-
ſit fraudis ſuſpicio, & ſimulatio: vtputà,
ſi fingãt rem, ſuper qua trãſigitur, contro
uerſam eſſe, cùm nõ ſit: debet enim trãſ-
actio ſuper re dubia fieri, p tex. in l. 1. ff. de
tranſac. & in d. l. cùm hi. §. ſed cũ lis. Bart.
ibid. nu. 1. Iaſ. in d. l. pręſes, nu. 7. Bal. in l. 1.
nu. 3. C. etiã per procur. cauſam reſt. in in-
teg. agi poſſ. vbi dicit, ſyndicum ciuitatis
abſq; ſpeciali mãdato reſtitutionẽ in in-
tegrũ petere poſſe. Ratio, quia huiuſmo-
di adminiſtratores & ſyndici, tanquàm
publicæ perſonæ, concurrentibus illis re-
quiſitis, de quibus Iaſon in d. l. præſes,
numer. 7. cum ſequent. à lege manda-
tum cum libera habere cenſentur, vn-
dè omnia expedire, quæ aliàs manda-
tùm ſpeciale requirerent, & per conſe-
quens tranſigere poſſunt, quia † tranſ- 12
actio ſpeciale mandatum exigit, tex. in l.
tranſactionis, C. de tranſact. Iaſ. ibid. nu.
7. & communiter Dd. Donare † tamẽ vel 13
debitum liquidum, huiuſmodi admini-
ſtratores remittere nequeunt, quemad-
modum nec tutores vel curatores, quia
donare eſt ſpecies dilapidationis, ſed ad-
miniſtratores Reip. conſeruare, non res
ciuitatis, vel vniuerſitatis dilapidare de-
bent, d. l. præſes. C. de tranſact. Prætereà
mandatum quantumcunq; generale, &
cum

cum libera, vt paulò ante dictum, ad ca-
ſum donationis, aut perditionis non ex-
tenditur, vt prolixiùs explicant Dd. in d.
l. pactum curatoris, Bal. in d. l. præſes. Iaſ.
ibid. nume. 12. & alij Dd. gloſſ. in d. l. cùm
hi. §. ſi prætor. in verb. nec donando, text.
& Dd. in l. 1. §. ſi rem. ff. de offic. procur.
Cæſar. text. in l. Imperatores. ff. de pactis.
Barto. ibid. nume. 1. fallit, ſi talis donatio,
vel tranſactio vergat in vtilitatem vni-
uerſitatis, vel domini, gloſſ. ordina. in l.
nulli, in verbo, tranſigere, ff. de tranſact.
Roma. d. conſi. 50. num. 3. Quomodò au-
tem ciuitas vel vniuerſitas ex contracti-
bus ſyndici, & adminiſtratoris oblige-
tur, vide text. in l. ciuitas. ff. ſi cert. peta.
Bart. ibid. nume. 1. & latè Iaſ. & alios ibid.
& quod Syndicus habens ſufficiens man
datum poſſit obligare Vniuerſitatem, &
ſingulares perſonas, & ciuium bona in-
13 ſolidum, vide Bar. in l. 4. §. actor. num. 9.
cum ſequen. ff. de re iudic. & ampliſſimè
Alexand. in d. l. 4. nume. 21. cum ſequen.
vbi varias opiniones refert, & cum Bart.
concludit: & Intellige tamen prædicta
procedere in Vniuerſitate, ſiue ciuitate
habente poteſtatē legis condendę & non
recognoſcente ſuperiorē, quales in Ger-
mania ſunt ciuitates Imperiales, non re-
cognoſcentes alium ſuperiorem quàm
Cęſarem, nam tales ciuitates iura princi-
pis habēt, Alex. in d. l. 4. nu. 24. per tex. in
l. prohibere, §. planè, cū §. ſequ. ff. quod vi
aut clam, & per allegata ſup. eo. Obſer. 57.
Bart. in l. pen. nu. 4. C. de donar. int. vir. &
vxo. vbi dicit Syndicatum factum à ciui-
tate habente authoritatem faciendi ſta-
tutum, vim legis obtinere, & talem ſyn-
dicum bona ſingulorum ciuium obliga-
re poſſe, per illum tex. & tex. in l. Cęſar. ff.
14 de publica. & vectig. Sed quid iuris in † patre,
an bona aduētitia filij abſq; decre-
5 to, ex cauſa neceſſitatis alienare, aut ſup
ijs tranſigere poſſit? Diſtinguendum eſt
ex communi Dd. opinione, inter filium
6 emancipatum, & filium in poteſtate pa-
tris adhuc conſtitutum. Primo caſu, de-
creto iudicis, & cauſæ cognitione, etſi nō
exacta, opus eſt, text. in l. ſi pupillorum. §.
ſi pater. ff. de reb. eor. qui ſub tutel. Altero
caſu, cùm pater ſit legitimus adminiſtra-
tor bonorum aduentitiorū filij, habeat-
que in ijs vſumfructum, poteſt alienare,
etiam nullo interpoſito decreto, ita te-
net Azo in ſumma tit. C. de bon. quæ li-
ber. cuius doctrinam tanquàm ſingula-
rem, ſequuntur Bald. Fulg. Caſt. Alexan.
Iaſ. in d. l. præſes vbi num. 5. communem
atteſtatur, etſi cum Salic. in contrarium
aliquot rationes adferat. idem tenēt Bal.
in d. l. 1. ff. de reb. eo. qui ſub tut. Roma. in
l. filiusfamilias. in fi. ff. qui ſatiſd. cog. idē
in l. ſingularia ff. ſi cer. pet. Iaſ. ibid. nu. 19.
Imol. in c. conſtitutus extr. de teſtib. Fa-
cit quòd pater, † tutor, vel curator filij e- 15
mancipati, finita tutela, filio perinde ac
quilibet extraneus rationē adminiſtratæ
tutelæ reddere teneatur, tex. in l. ſi ſuper-
ſtite. C. de dolo. Bald. ibid. nu. 1. tex. in l. li-
cet. C. ad l. Falcid. vbi Bal. nu. 1. Idem in l.
cùm oportet. §. fi. nu. 3. C. de bon. quę lib.
Iaſ. in d. l. præſes, nu. 3. ſecùs eſt in filio in
poteſtate conſtituto, quia nō tenetur ei
reddere rationem, cùm ſit legitimus ad-
miniſtrator ratione ſui vſusfructùs, &
nulla † obligatio efficax inter patrem, & 16
filium in poteſtate conſtitutum oriatur,
tex. in d. l. cùm oportet. §. nō autem. Bal.
in l. orphanotrophos, nu. 7. C. de epiſc. & 8
cleric. Iaſ. in d. l. præſes, nu. 3. C. de tranſ-
act. Vide omninò tex. in l. de re filiorum,
ff. de tranſact. gloſſ. ibid. in verb. non ha-
buit. Bald. in l. 1. C. de bon. mat. nu. 2. Por-
rò an ex mutuo, ſyndico, vel adminiſtra-
tori dato, ciuitas obligetur, vide text. in
d. l. ciuitas. ff. ſi cert. peta. plenè ibid. Bart.
per totum, cum pulchris apoſtillis. Bart.
in l. ſicut, numer. 2. ff. quod cuiuſque vni-
uerſi. nom.

OBSERVATIO LXXIII.

In annuis præſtationibus an currat præſcriptio, & in qua moneta ſolutio facienda.

SVMMARIA.

1. *Præſcriptio non obſtat in annuis præſtationibus.*
2. *Solutio facienda ſecundùm valorem qui fuit tempore contractus.*
3. *Valor monetæ qui fuit tempore contractus attendi debet.*
4. *In vltimis volūtatibus valor pecuniæ legatæ ad tempus conditi teſtamenti refertur.*
5. *Aeſtimatio pœnæ ſtatutariæ ad tempus ſtatuti refertur.*
6. *Moneta antiqua ſi amplius non reperiatur.*
7. *Valor monetæ intrinſecus conſiderandus.*
8. *Aliud pro alio, inuito creditore ſolui non poteſt.*
9. *Augmentum vel decrementum monetæ ad quem ſpectet.*

PRAE.

1 PRæſcriptionem † in annuis pręſtationibus locum non habere
certum eſt, idq́; multis præiudi-
cijs in Camera confirmatum, rot enim
ſunt præſcriptiones, quot ſunt anni, per
text.in l cùm notiſſimi.§. in ijs etiam.C.
de pręſcrip.30.vel 40.annor.gloſſ.& Dd.
communiter ibid. Guid.deciſ.406. cum
duab.ſeq.vbi dicit ita ſemper iudicatum
fuiſſe in omnibus curijs. Et ad hoc eſt ca-
ſus norabilis in c.cùm olim cauſam, ext.
de cenſib. vbi communiter Canoniſt.&
in c.quanto.de iureiur.Bar.Alber.Fulgo.
Caſtr.Iaſ. & Dd.in l.cùm quid.ff ſi cert.
pet.Schurff conſ.10.cen.1. Coua. latè pra-
cticarum quæſt. in tract. veterum numi-
ſmatũ,cap.7.vbi vide de mutatione mo-
netæ,quóad pondus & valorẽ eius. Qua-
2 propter † creditori recipienti ſolutionẽ
in minore valore, quàm fuit tempore
contractus, non poteſt obijci exceptio
præſcriptionis lõgiſſimi temporis, quòd
videlicet tanto tempore in tali valore
ſolutio ei facta ſit, ſed debitor exceptio-
ne præſcriptionis non obſtante, in poſte-
rum ad eũ valorẽ, qui fuit tempore obli-
gationis, ſoluere cogitur, per iura allega-
ta. Ita ſe habet communis opinio, quòd
3 ſcilicet † valor monetæ conſiderandus
& inſpiciendus ſit à tempore contractus,
non autem à tempore ſolutionis, d. c.
olim cauſam, Panorm. latiſſimè in d c.
quantò, nume.12.Afflict.deciſi.194.& de-
ciſ.90.p totum.pulchrè Guid. deciſ.493.
Butrig.Imol.& alij in l.creditor.ff. de ſo-
lutio.per illum text.in prin.Dd.in l.Pau-
lus 1.d.titul.& in d.l.cùm quid.vbi com-
muniter omnes.Hiero.Grat.conſ.12.nu.
30.& conſ.13.vol.1.Curt.iunior conſ.145.
nume.49.volum.1.Corne. latè conſ.321.
vol.3.vbi communem dicit.Idem conſi.
181.incip.Viſis nonullis,vol.2.Spec.titul.
de ſolu.§.nunc aliqua.in fin. eruditè Co-
4 uar.d.cap.7. Quod etiam obtinet in † vl-
timis voluntatibus, vt ſi teſtator centum
coronatos leget, conſiderãdus eſt valor
qui fuit tempore conditi teſtamenti, nõ
autem tempore mortis teſtatoris, p text.
notab. in l. vxorem. §. teſtamento. ff.de
leg.3.Bartol.ibid.in princip.gloſſ.ſingul.
in l.penultim.in verbo, cedit.ff. de fund.
inſtruc.quę pręclaram doctrinam tradit,
quòd in legatis vniuerſalibus tempus
mortis teſtatoris, in particularibus verò
tempus conditi teſtamenti ſpectandum
ſit.& ita tenent Alberic.Lodo.Roma.&
Iaſon in d l.cùm quid, in prima lectura,
nume. 28. vbi dicit idem eſſe in † ſtatutis 5
pœnam certam pro delicto irroganti-
bus: quòd in condemnatione attendi de-
beat tempus conditi ſtatuti, quia argu-
mentum à ſtatutis ad vltimas volunta-
tes, & è contrario, in iure validum eſt,
per allegata ibid. Illud tamen memoria
tenendum, ſi antiqua † moneta, quæ fuit 6
tempore contractus, non reperiatur am-
pliùs tempore ſolutionis, quòd tunc ſo
lutio in alia vſu recepta moneta, ad † va- 7
lorem tamen intrinſecum antiquæ mo-
netæ fieri poſſit. eſt communis omnium
Dd.opinio, vti atteſtatur Afflict.in c.1.in
verbo, monetæ, num.10.tit. quæ ſunt re-
gal. vbi hãc quæſtionem prolixè tractat,
per text.in l.fideicommiſſa, §. ſi ſeruo.ff.
de leg.3. & in d.c.olim cauſam.Bald.in l.
acceptum, num. 28. C.de vſur. Panorm.
in d.c.quanto, numer.12. vbi communi-
ter Canoniſt.gloſſ.notab. in l.eleganter,
§.qui reprobos, in verbo, non liberat.ff.
de pignorat.action.Bartol. & Dd. in d.l.
cùm quid. & in d. l. Paulus. ff. de ſolut.
Caſtr.in l.final.num.4.C.communia. de
leg.dicens, quòd non conſideratur quan
dò aurei ſunt deteriores in æſtimatione
extrinſeca niſi à tempore moræ, ſecùs ſi
ſint deteriores in ſubſtantia & bonitate
intrinſeca, quia tali caſu præſtari debet
æſtimatio priorũ, p ſupradicta: nam no-
ua moneta ſuccedit loco antiquæ, ideò
ſortitur naturam eius, in cuius locũ ſub-
ſtituitur, & per conſequens ſolutio fieri
debet, ſecundùm bonitatem intrinſe-
cam, quæ fuit tempore contractus, In
dem ſchrot vnd korn/ wie ſie dargeben/ oder
verſchriben/ d.l.cùm quid. tempus enim
contractus attenditur, vt initio dictum
eſt. Et † licèt regulariter aliud pro alio, 8
inuito creditore ſolui non poſſit, text. in
l.2.§.mutui datio. ff. ſi cer.pet. tamen re-
gula illa non procedit, ſi ſpecies debita
amplius non reperiatur, quo caſu æſti-
matio rectè ſolui poteſt, text. notab.in l.
non dubium.ff.de lega.3. facit text.in l.ſi
ſeruum.§ fi.ff.de verb.oblig. & text:in l.
ex legati cauſa.ff.eod.titul.Bar.in d.l.2.§.
mutui datio, num.21.Iaſ.ibid.num.8.tra-
dens viginti fallentias ad regulam præ-
dictam, quòd aliud pro alio inuito cre-
ditore

ditore ſolui non poſſit, vbi omninò vi-
9 de. Quid ſi † moneta antiqua adhuc ex-
tet, ſed eius valor extrinſecus auctus, vel
deminutus ſit, guldiger oder gering ſchetzi-
ger worden/ cuius erit lucrum, vel dam-
num? Creditoris erit: quia cùm neq; ma-
teria, neque fotma monetæ mutata ſit,
nihil debitori imputari poteſt, ſi nõ fuit
in mora debito tempore ſoluendi: vel
niſi aliter inter contrahentes conuẽtum
ſit, quemadmodum & lucrum creditoris
erit, ſi valor extrinſecus, ſeu æſtimatio
monetæ aucta ſit, ita tenet Bar. in d.l. Pau
lus 1. num. 6. Hoſt. in d.c. quanto. And. de
Iſer. in d.c.1. in verbo, monetæ. Affl. ibid.
num. 11. etſi nonnulli velint ſolutionem
faciendam ad æſtimationem antiquæ
monetæ, vti Affl. loco citato refert, quẽ
omninò ſuper hac quæſtione vide, &
Boër. deciſ. 327. per totam, incip. hęc quę-
ſtio. Aret. conſ. 84. vol. 1.

OBSERVATIO LXXIIII.

In annuis debitis verùm ad futura agi poſſit.

SVMMARIA.

1 *Iudicium non debet eſſe in pendenti.*
2 *Annuus reditus etiam futurus, quandò peti poſſit.*
3 *Futura quandò veniant officio iudicis.*
4 *Cautela pro aduocatis quòad futuras penſiones.*
5 *Creditor conditionalis propriè creditor non eſt.*
6 *Creditor conditionalis an ad futura agere poſſit.*
7 *Libellus quandò dicatur concludens.*

1 QVamuis iudicium † non extenda-
tur ad futura, cùm in pendenti eſſe
non debeat, eò quod tractus futuri tem-
poris non pertineant ad iudicem, tex. in
in l. non quemadmodum. ff. de iud. text.
in l.1. §.1. ff. de vſur. vtrobiq; Dd. gl. in c. au
ditis, in verb. facies, de procurato. & in c.
Romana, §. caueant, in verbo, futuris, de
ſent. excommu. in 6. tamen in annuis vel
menſtruis debitis, item in reditibus non
ſolùm ad præteritas & pręſentes penſio-
nes, verùm etiam ad futuras agi poteſt.
Exempli gratia: Aliquis vendidit mihi
2 † reditum annuum, putà centum aureo-
rum, & per annum vel plures in mora
ſoluendi exiſtit, hoc caſu venditorem
cõuenire poſſum actione ex empto, tam
ad præteritum reditum non ſolutum,
quàm pendente iudicio ceſſum, & ceſſu-
rum, per text. not. in l.1. C. de fideicom. &
in l. libertis quos. §.1. ff. de alim. & cibar.
legat. quia tali caſu iudicium non eſt in
pendenti, neq; ſuper futuro, ſed ſuper re-
ditu iam ceſſo atque prætetito, & ſic ſu-
per iure quod eſt de pręſenti agitur, quod
quidem ius præſens cum futuro vnitum
eſt: valde enim abſurdum foret, vt quis
pro ſingulis penſionibus, aut tãtùm pro
iam ceſſis tempore inchoatę litis, pecu-
liarem proceſſum inſtituere deberet, tex.
in l. malè agitur, in fin. C. de præſcrip. 30.
vel 40. anno. glo. in d.l. non quemadmo-
dum. in verb. non poſſe, glo. in d.l.1. C. de
de fideicom. in verb. impetrabis. Dd. ibi.
Bar. in l. vbi autem. §. qui fortẽ, nu. 1. ff. de
verb. oblig. Iaſ. ibid. nu. 3. gl. in l. ſi ſtipula-
tus fuerim. §.1. ff eod. tit. in verbo, futurũ,
quę tres caſus enumerat, quibus futura in
iudicium veniunt. pulchrè Fab. in §. præ-
iudiciales. Inſt. de act. nu. 31. cum ſeq. quẽ
ad hoc omninò vide, vbi dicit quòd † fu- 3
tura, quę inſunt acceſſoriè ad pręſens, ve-
niant iudicis officio, p text. in l. ædiles. §.
item ſciendum. ff. de ædil. edict. Non eſt
neceſſe in huiuſmodi annuis, vel men-
ſtruis reditib⁹, ſingulis annis nouã inter-
ponere proteſtationẽ, aut nouam incho-
are litem, p tex. in d.l. malè agitur, in fin.
Prędicta procedunt, ſiue annuũ debitũ p
viam cõtractus debeatur, ſiue ex vltima
voluntate, vtroq; caſu procedit libellus,
in quo Actor, ſiue Creditor petit debito-
rem condẽnari pro futuro tempore, ad
pręſtationẽ annui debiti, p infra allegata.
Iaſ. & Dd. in d.l. vbi autẽ. §. qui fortẽ. & in
d.l.1. C. de fideicom. vbiq; concludunt li-
bellum p futuro debito procedere quo-
ties nõ eſt in poteſtate Actoris ſtatim to-
tum petere, & eſt in annuo debito, p text.
in d.l.1. §.1. ff. de vſur. gl. in d.c. Romana.
§. caueant. Quapropter eruditus † Aduo- 4
catus libellũ ita concipere debet, vt non
ſolùm Reum ad ceſſas pẽſiones, ſed etiã
cedendas condemnari concludat, ſecun-
dùm formulam, quam tradit Fab. in d. §.
præiudiciales, nu. 36. nam talis petitio ſa-
lutaris eſt, & in Camera admittitur, & fit
condemnatio, actione probata, ſecundũ
petitionem actoris, vt nouiſſimè factum
in cauſa hæredum Hieronymi Mengers-
hauſſen/ cõtra Stolberg/ 16. Feb anno 68.
Quid iuris in annuis legatis, vide diſtin-
ctionem Barto. in d. §. qui fortem. Dd. in
d.l. non quemadmodum. Fab. in d. §.
præiudi-

præiudiciales. Iaſ.in l. quæ de legato,nu.
5 37.ff.de leg.1.Sed quid in † creditore con-
ditionali, vel in diem(qui ante conditio-
nis vel dici euentum propriè creditor
non dicitur, text.in l.debitor.ff. de verb.
ſign.& in l.ſideiuſſor.§.fideiuſſor.ff.de fi-
deiuſſo. Barto.pulchrè in l.1.num.32.ff.ſi
6 cert.pet.) an valeat † libellus in quo aſſe-
rit reum eſſe debitorem ſuum purè vel
ſimpliciter, ita vt ſententia ſuper eo fer-
ri poſſit,ſi pendente iudicio ante conclu-
ſionem in cauſa conditio purificetur?
7 Dicendum quòd ſic, quia talis † libellus
habet formam aptam, ex quo ius agendi
concluditur, vnde ſubſiſtit,text.in l.2.C.
de for.act.ſub. Dd.ibid. & probatur hæc
doctrina, per text.in l. ſi rem.§.fi.de pig.
act.Bart.ibid.in princ.Matthefila.ſing 9.
num. 4. incip. Nota regulam.apoſtilla
ibid. num. 8. Bartol. in l. ſi mater.§. ean-
dem,num.5.ff.de excep.rei iud. vbi dicit,
quòd conditio legati ſuperueniens poſt
litis conteſtationem ante concluſionem
in cauſa, videatur in iudicium deducta:
ſecùs eſt ſi creditor conditionalis in li-
bello expreſſiſſet, reum conuentum de-
birorem eſſe conditionalem, vel in diē,
quia tunc cùm actio nondum nara ſit,li-
bellus ranquàm ineptus & non conclu-
dens, omninò reijci debet,Matthefila.d.
ſing.9.iunct.apoſtil.vbi plures limitatio-
nes annotantur,vt ibi per eum.

OBSERVATIO LXXV.

De interdicto vnde vi, & remedijs poſſeſſorijs.

SVMMARIA.

1 Penſionem annuam non ſoluens ſpoliare dicitur.
Spoliare conductor dicitur rem finita locatione non reſtituens. Ibid.
2 Spoliatus ante omnia reſtituendus.
3 Exceptio dominij non admittitur.
4 Regula, dolo facit, &c. non habet locum in ſpolio.
5 Spoliatus non tenetur ſpolianti reſpondere ante reſtitutionem.
6 Exceptio ſpolij eſt dilatoria.
7 Reſtitutio debet eſſe plena.
8 Verbum, reſtituere, quid ſignificet,
9 Remedia plura recuperandæ poſſeſſionis.
10 Remedium ex c. reintegrandæ plenißimum eſt.
11 Remedium ex c. reintegrandæ etiam laicis datur.
An & contra ſingularem ſucceſſorem tit. & bona fide poßidentem? Ibid.
12 Probare ſufficit remedio ex c. reintegrandæ antiquiorem poſſeßionem.

QVI † reditum vel cēſum annuū 1
ſoluere detrectat, aur ſeruitia,
vel iura debita : putà publicas
penſitationes præſtare recuſat,
is poſſidētem ſpoliare dicitur:vndè rectè
agit contra detrectantem interdicto vn-
de vi,vel ex conſtitutione l.ſi quis in tan-
tam.C.vnde vi.per notata Bal.in l.ſi quis
conductionis,nu.2.C.loca. vbi dicit,ſpo-
lium committere eum, qui domino ſuo
debitam penſionem nō ſoluit. Idem te-
net Soc.ſen.conſ.187.nu.15.vol.2.pulchrè
Spec.tit.de reſt.ſpol.§.nūc dicamus,nu.2.
Item colonus vel cōductor, qui denegat
tem reſtituere poſtquam deſijt eſſe colo-
nus, vel condnctor, dicitur me ſpoliare
poſſeſſione mea, text.in l. colonus.ff.de
vi & vi arm. & in l.cōductores.C. locati,
Bal.in d.l.ſi quis cōductionis. Alex.conſ.
33.nu.2.vol.6.incip.viſo proceſſu.Nec au-
diendus eſt ſpoliator,volēs allegare cau-
ſas,cur reditum annuum, vel ſeruitia ex-
acta ſoluere, aur præſtare non teneatur,
quia illa diſputatio nō ad poſſeſſorium,
ſed petitorium pertinet:atqui † ſpoliatus 2
ante omnia reſtituendus eſt, text. in c.in
literis, & in c.conquerente, de reſtit.ſpo-
liat.tex.in l.ſi coloni.C.de agtico. & cēſ.
lib.16.& in l.1.§.1.ff.de vi & vi arm. gloſſ.
ibid. in verbo,ad recuperandum, text.in
l.ſi quis ad ſe fundū.C. ad l.Iul.de vi pub-
lica,etiam ſi prędo ſit,tex.in d.c.in literis,
Deci.conſi.191.num.9.incip. In cauſa. Et
† exceptio proprietatis ſiue dominij, eti- 3
am ſi incontinenti probatio offeratur,nō
admittitur in iudicio poſſeſſorio dire-
ctè,tex.in d.l.ſi coloni,& in l.naturaliter.
§ nihil commune.ff.de acqu.poſſeſſ.Dd.
ibid.Deci.conſil.57.nu.6.incip. & pro te-
nui,vbi verā & magis communem opi-
nionem dicit: proinde in hoc † interdi- 4
cto recuperandæ poſſeſſionis locum nō
habet regula, Dolo facit, qui petit, quod
mox reſtiturus eſt,text.in l. dolo facit.ff.
de except.dol. & in c.dolo facit. de regu.
iur. in 6. ſed ante omnia reſtitutio fieri
debet,d.l.1.§.1.ff.de vi & vi arm.glo.ibid.
in verb.ad recuperandum, & in d.c.in li-
teris,in verbo,prædo, facit tex.in l.ſi ma-
ritus.C.de donar.int.vir.& vxor.& in l.1.
C. ſi per vim vel alio modo. Boēr. deciſ.
238.nu.2.part.2.Soci.in fallentijs,in verb.
ſpoliatus. Imò ſi † ſpoliator in alia cau- 5
ſa ſpoliatum conueniat, non tenetur ei-

ſpoliatus ante factam reſtitutionem re-
ſpondere, text.in c.cùm dilectus. de ord.
cognit.text.not.in c.fi.eod.tit.gloſſ.ibid.
in verbo,petentem. Specu.tit.de petit.&
poſſeſſo. §. 1. nu.14.Panor.in c.accedens,
num.2.vt lit.non conteſt Ripa.in d.l.na-
turaliter.§.nihil commune,num.63. Ma-
ran.par.4.diſtinct.6.nu.33. & nu.35.& hoc
6 maximè procedit, ſi hæc † exceptio,cùm
ſit dilatoria,ante litis conteſtationē pro-
poſita ſit, Dd.vbi ſuprà. Ita factū in cauſa
Gerardi à Lichtenaw/ contra Magiſtrum
Adamum Giet / & in alijs cauſis : quod
eſt ſingulariter notandum. Probato au-
7 tem legitimè ſpolio, plenaria † reſtitu-
tio cum fructibus perceptis, & qui perci-
pi potuerūt, à tempore ſpolij fieri debet,
tex.in c. grauis. de reſtit.ſpolia. vbi ſedes
8 ordinaria. Verbum, † enim teſtituere,
pleniſſimam habet ſignificationem,tex.
in l. videamus.2.§. item ſi indebiium.ff.
de vſut.tex.in c.accedens.extr.vt lit.non
conteſt. & in l. in condemnatione.§.1.ff.
de regu.iut. Prætereà iuratur in litem cō-
tra ſpoliantem,text.in l.ſi quandò.C.vn-
9 de vi,& ibid.plenè Dd. Etſi autem † plu-
ra remedia tecuperandæ poſſeſſionis in
iure noſtro prodita ſint, videlicet vtilis
condictio ex c. ſæpè de reſtit.ſpol.condi-
ctio ex l.fi.C. de acquir.poſſ. condictio l.
cùm te.ff.de vi & vi arma. condictio ex l.
fi.C.vnde vi. Item diſpoſitio c.frequens,
de reſt.ſpol.& alia plura remedia,de qui-
bus plenè Alexan. Socin.& Dd.in l. rem
quæ nobis.ff. de acquir.poſſeſſ. Panotm.
in c. cùm ad ſedem. num.26. de reſtitut.
ſpol.Marant.diſtinct.7. part.4. nume.22.
cum multis ſeq. vbi viginti duo remedia
Recuperandæ poſſeſſionis recenſet, ta-
men omnium pleniſſimum & tutiſſi-
10 mum † remedium eſt ex c. reintegranda.
3.q.1. quia illud concurrit cum omnibus
alijs remedijs ſpoliatorijs , & competit
generaliter ei, qui iniuſte poſſeſſione ce-
cidit, vt plenè notatur per Innoc. & Dd.
in c.querelā,de elect.& in d.c.ſæpè. Alex.
d.conſ.33.nu.1.volu.6. Item datur contta
poſſeſſorem malæ, vel bonæfidei, titulo,
vel abſque titulo poſſidentem : adeoq́ue
ſecūdum communem opinionem,con-
tta ſingularem ſucceſſorem, ptóut atte-
ſtaiur Marant.loco citato.num.50.& da-
tur † nō ſolùm clericis,ſed etiam laicis in
rebus prophanis, Deci.conſi.252.num.1,
incip. agitur cauſa, vbi communem di-
cit, Alex.conſi.51.num.1.vol.1.incip.viſo
& diſcuſſo proceſſu.& conſi.200.num.2.
volu.2.incip.viſo & diſcuſſo. & conſil.6.
nu.4.cum ſeq.volu.3.incip.citca promiſ-
ſum. Et hæc eſt verior & in foro recepta
opinio, vti teſtatur Alex.d.conſi.200.nu.
3.licèt nonnulli ſolis clericis hoc benefi-
cium tribuant. Multi quoq; ſunt qui con
tra ſingularem ſucceſſorem,titulo,& bo-
na fide poſſidentem, & cauſam habentē
nō à vitioſo, ſed bonæfidei authore hoc
remedium cōpetere negent, in qua opi-
nione eſt inprimis Bart. in d.l. rem quæ
nobis,nu.2. Ange. Imol.& Soc.latè ibid.
Natta cōſ.188.nu.6.volu.1.incip. vidi ſpe-
ctatiſſimi.Ceph.conſ.100.nu.22.vol.1.in-
cip.proceſſus agitatus. Gozad. cōſ.28.nu.
36.incip. videtur prima. Antho. Rubeus
conſ 4.nu.5.incip.ſeries facti. Pariſ.cōſ.1.
nu.166.vol.1.Alex.conſ.118.nu.1.& 7.vol.
2.incip. in cauſa & lite. & conſi.89. nu.7.
incip.excellētiſſimi, vol.5. latè in vtram-
que partem Menoch.in tract.recup.poſſ.
in 15 remedio,nu.89.vbi cum Bart.cōclu-
dit, & plures huius negatiuæ opinionis
Authores recenſet, in quorum opinio-
nem etiam ego deſcendo, cùm ſit æqui-
tati & iuſtitiæ magis conſentanea,per ra-
tiones ab ipſo Menochio adductas, quē
ad hoc omninò vide. Prætereà licèt nul-
lum interdictum comparatum ſit prin-
cipaliter pro te mobili,tex.in l.1.§.illud.
ff.de vi & vi arma.glo.in l.vnica.in verb.
vti poſſidetis.C. vti poſſid. Bald.ibid.nu.
4.in fin. gloſſ. Bartol. Alex. & Dd.in d.l.
rem quæ nobis.ff. de acquiren.poſſeſſ. ta-
men agens ex d. c. reintegrandæ, poteſt
non ſolùm ad reſtitutionem rei immo-
bilis,ſed etiam mobilis agere, Alex.ad d.
l.rem quæ nobis.Marant.loco citato. Et
ita ſe habet cōmunis practica. Licèt au-
tem † in interdicto Recuperandæ poſ- 12
ſeſſionis,duo extrema probanda ſint, vi-
delicet poſſeſſio ex parte agentis, & deie-
ctio ex parte Rei conuenti,tex.in l.1.§.in-
terdictum autem hoc.ff.de vi & vi arma.
& in c. conſultationibus, de offic.iudic.
deleg.glo.ibid.in verbo,poſſeſſio, & tex.
in c.cùm ad ſedem,de reſtit ſpoliat.tamē
in remedio d.c.reintegrāda, ſufficit pro-
bare antiquiorem poſſeſſionem, & ad-
uerſarium nunc poſſidere, nam per hoc
apparet de ſpolio re ipſa, text. in c.licèt

causam,

cauſam, de probatio & in d.l.fin.C.vnde vi.Menoch.latiſs.in d.tracta. recup. poſſeſſ.in 15.remedio num.386. Afflict deciſ. 327.per totam, incip.fuit benè diſcuſſum, Bald.in l.3.num.15.C.ſi à non compet.iudic.Alex.d.conſi.6.num.5.iuncta apoſtilla ibid. Deci.d. conſ.252. num.2. Ratio, quia qui olim poſſedit, pręſumitur etiam hodie poſſidere, text.in c.olim, el.3.de reſtit.ſpol.& in c.ſuborta, de ſent.& re iud.

OBSERVATIO LXXVI.

Quòd ſpoliatus à iudice ante omnia reſtituendus eſt.

SVMMARIA.

1 *Iudex extraiudicialiter procedendo ſpoliare dicitur.*

2 *Spoliatus à iudice ante omnia reſtituendus.*

3 *Iudex abſque cauſa cognitione procedens, priuatus reputatur.*

4 *Iudex iniuriam extra iudicium faciens, iniuriarũ tenetur.*

5 *Præſumptio pro ſententia iudicis quando militet.*

6 *Authoritas iudicis quando excuſat à pœna.*

7 *Iudex non dicitur, in quo non eſt iuſtitia.*

8 *Prædo etiam in poſſeſſione ſua manutendus.*

9 *Poſſeßionem alterius non licet occupare prætextu reſcripti.*

10 *Reſcripta Principis ita intelligenda, vt nemini iniuriam faciant.*

11 *Intentio Principis qualis eſſe præſumatur.*

12 *Spoliatus à iudice incompetente ante omnia reſtituendus.*

13 *Spoliatus à iudice de facto, per ſuperiorem de facto quando reſtitui debet.*

14 *Adiudicatio fieri debet iuris ordine ſeruato, aliâs nulla eſt.*

15 *Tenuta conceſſa, parte non citata, poteſt reuocari etiam parte non citata.*

1 NON ſolùm priuatus ſpolium committit, ſed etiam † iudex, ſi extraiudicialiter, vel aliâs abſque cauſæ cognitione procedat, parte altera non audita vel citata, videlicet immittendo aliquem in bona cõtrouerſa, ad vnins partis inſtantiam, vel auferendo alicui poſſeſſionem, eo non citato, neque in iudicium ritè vocato. Et tali-
2 ter † ſpoliatus à iudice abſque cauſæ cognitione procedente, ante omnia quoque reſtituẽdus eſt, perindè ac ſi à priuato ſpoliatus eſſet, per text.in l.meminerint. C.vnde vi.& in c.conqnerente. de reſtit. ſpolia. pulchrè Panorm.ibld. nu.3. Boër. deciſ.238.num.4.part.2.Ripa in l.naturaliter.§. nihil commune. num.58. cum ſequen.ff. de acquiren.poſſeſſ.Matan.diſp. 1.nu.30. pleniſſimè Menoch. de recuper. poſſ.in 8.remedio per totum. Nam † iu- 3
dex excedendo fines ſui officij, putà procedendo abſq; cauſæ cognitione in præiudiciũ alterius, priuatus reputatur, adeò vt ei impunè non pareatur. Sed licitè reſiſti poſſit, quia tanquam priuatus procedere dicitur, text. in d. c. conquerente, text. not. in l. prohibitum eſt.C. de iur. fiſci.lib.10.gloſſ.ibid.in verbo, reſiſtentibus, text. in l. omnes iudices.C. de decurionib.eod.lib.facit text.in l.factum à iudice.ff.de regu.iur. Menoch.loco citato, nu.9.Anchar.conſil.248.nu.2. Felin. ſingulariter in c.dilectus.num.4.de reſcrip. idem in c.cùm cauſa.num.1.& 2.de offic. deleg. Hinc eſt quòd † iudex iniuriarum 4
conueniri poſſit, ſi extra iudicium alicui iniuriã faciat, tex.in l nec magiſtratibus. ff.de iniur.& in l.iniuriarum.§. quæ iure poteſtatis.ff.eod.tit. arg.à contrario ſenſu ducto.Menoch.vbi ſuprà, num.10. Panorm.in c.ſi quando.nu.2.de offic.deleg. Nec obſtat regula, quòd ſpoliatus authoritate iudicis non reſtituatur, text. in c. præſentium.7.q.1.gloſſ.ibid. in verbo, in aliam. Felin.in d.c. dilectus, per rationẽ, quòd pro † iudice & eius proceſſu præſu- 5
matur, tex.in c.ſicut nobis, in fine de ſenten.& re iud.& in c.bonæ memoriæ, el.1. §.contra verò de elect. & elec.poteſt.tex. not.in c.in præſentia, de renunciat. & in l.2.C.de offic.ciuil.iudic. ibi, quod nõ arbitramur.Hippol.ſingul.354.incip in dubio, num. 1. item quòd iuſtè poſſidere dicatur, qui authore prætore poſſidet, text. in l.iuſtè poſſidet.ff. de acquirèn.poſſeſſ. & in l. qui authore.ff. de regul. iur. quia iura illa & regulæ procedunt, ſi cum cauſæ cognitione iudicialiter, parte altera, de cuius agebatur præiudicio, citata: iuxta text.in l.iudices.C. de iudic. & in l.terminato.C.de fruct. & lit.expenſ. ſecùs ſi de facto & extraiudicialiter ad vnius partis petitionem proceſſerit, quia tunc pro iudice vel eius decreto, aut ſententia non præſumitur, text.in d.c. conquerente, & in d.l.prohibitum eſt, text.in l.3. §.fi.ff.de eo quod met.cauſ.& in d.l.omnes iudices, Dd.in l.fi.C. ſi per vim vel alio modo.Ratio, qa cognoſcere iuris ordine nõ ſeruato, eſt ius alterius auferre,

per iura allegata. Hippol. d ſingul. 354. Pa-
norm. in d. c. conqueſtus. Felin. in d. c. di-
lectus, Decius conſil. 200. num. 1. incip. in
caſu propoſito. Quemadmodum in ſi-
6 mili, authoritas † iudicis à pœna excu-
ſat, tex. in l. ait prætor §. permittitur. ff. de
minorib. 25. annis, gloſſ. ibid. in verbo,
imputandum, text. in l. ſi quis id quod, §.
doli mali. ff. de iuriſd. om. iudic. glo. ibid.
in verbo, iuſſus, text. in l. quanquam, ff. de
aqua plu. arcen. Sed hoc eſt intelligen-
dum ſi iuris ordine ſeruato interpona-
tur, ſecùs ſi iniuſtè interpoſita ſit, Bartol.
in d. l. meminerint. Socin. regul. 202. in
prima fallentia. Quò pertinet text. no-
tab. in c. forus. §. iudex. de foro compe-
7 ten. quòd † iudex non dicatur is, in quo
non eſt iuſtitia, & quod iure diſceptare,
ſit iuſtè iudicare, text. aureis ſcribendus
literis, in c. iudicet ille, 13. quæſt. 7. Præte-
reà, quòd ingrediens poſſeſſionem vigo-
re ſententiæ, parte non audita, & abſque
cognitione & ſic nulliter prolatæ, inci-
dat in pœnam, d. l. meminerint. Ripa in
d. §. nihil commune, nu. 59. cum ſequen.
pulchrè Deci. conſil. 125. nume. 8. incip. in
cauſa ſpoliationis, vbi dicit, quòd ſpo-
liatus vigore ſententiæ nullæ, poſſeſſo-
rium recuperandæ intentare, & reſtitu-
tionem petere poſſit, et authoritatem iu-
dicis non excuſare, etiamſi poſſeſſor in-
8 iuſtus eſſet, cùm nemini ſua † poſſeſſio
abſque cauſæ cognitione auferenda, a-
deoque prædo in ea tuendus ſit, text. in c.
in literis, de reſtitu. ſpoliato. Innoc. in c.
inter. de maior. & obed. Bald. in l. ſi de-
ſerta, num. 2. C. ſi propt. publ. penſ. Deci.
conſi. 191. num. 9. incip. in cauſa quæ agi-
tatur. C. licèt Epiſcopus. de præbend. in 6.
9 Felin. in d. c. cùm cauſa, num. 4. Imò † ne
authoritate quidem reſcripti Principis
licet occupare poſſeſſionem alterius, al-
tera parte nõ audita, quia huiuſmodi re-
ſcripta intelliguntur eſſe ſub & obrepti-
tia, text. in l. fi. C. ſi per vim vel alio mod.
& in d. l. meminerint. Deci. d. cõſi. 191. Et
10 generaliter † reſcripta Principis ita intel
ligenda ſunt, vt nemini iniuriam faciãt,
tex. in l. ex facto. ff. de vulga. & pupil. & in
l. nec auus. C. de emancip. liber. text. in c.
ſuper eo. de offic. delega. Panorm. ibid.
num. 2. poſt gloſſ. in verbo, intentionis,
Alexan. conſi. 108. num. 5. volum. 6. incip.
viſo proceſſu, num. 1. volum. 2. d. c. licèt
Epiſcopus. & d. l. final. Intentio † enim 11
Principis talis eſſe præſumitur, qualis eſt
legum candor, & rationis naturalis In-
tegritas, tex. in d. c. ſuper eo, Dec. conſi. 11.
num. 3. cum ſeq incip quoniam iudican-
tium, & conſil. 209. num 5. incip. in caſu
propoſito, & pulchrè conſil. 287. num. 8.
incip. in caſu communitatis, Zaſ. conſil.
10. num. 10. volum. 2. incip. in cauſa exe-
cutionis. Bello. conſ. 18. num. 6. incip Per-
penſis. Amplia hanc obſeruationem, vt
etiam procedat in iudice, iudicialiter iu-
ris ordine ſeruato, procedente, caſu quo
notoriè de iniuſtitia ſententiæ conſtet,
Panorm. in d. c. conquerente, num. 8. Fe-
lin. in d. c. cùm cauſa, num. 2. per allegata
ibid. Deci d. conſi. 125. Similiter amplia-
tur in iudice iudicialiter ex defectu iuriſ-
dictionis nulliter procedente, quia à tali
† iudice, iuriſdictione carente ſpoliatus, 12
ante omnia debet reſtitui, Felin. in d. c.
cùm cauſa, num. 3. quem ad hoc omninò
vide. & in d. c. dilectus. Paria enim ſunt
ſententiam non eſſe latam, vel à iudice
incompetente latam, toto titu. ſi à non
compet. iudic. quia non poteſt dici iudi-
catum ab eo qui non habet iuriſdictio-
nem, text. in l. 1. §. fin. ff. ad S. C. Tertyll. &
in l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quiſque
iur. tex. in l. 2. §. fi. ff. de pœnis. Et ſi † iudex 13
de facto, parte altera non citata, proce-
dat, & auferat poſſeſſionẽ, debet ſpolia-
tus incontinẽti à ſuperiori de facto abſ-
que citatione iterùm reſtitui, vt notat
Panor. in c. ex ratione, nu. 16. in fin. de ap-
pel. Soci. in tracta. de citatio. art. 7. nu. 66.
in vigeſimo caſu, vbi dicit, quòd ea quæ
per iudicem facta ſunt de facto, poſſint
etiam de facto abſq; partis citatione re-
uocari, Bal. in l. ſi pacto quo pœnam, nu.
2. C. de pac. dicens, † adiudicationem bo- 14
norum fieri non poſſe, niſi iuris ordine
ſeruato, & ſi de facto fieret, de facto de-
bet reuocari, tex. in l. 1. §. 1. ff. ſi muli. vẽtr.
nomi. gl. in l. minor in verb. fundum. ff.
de euict. Et ſicut iudex fuit facilis in im-
mittendo, ita quoque debet eſſe facilis in
extramittendo. Verba ſunt Bald. in d. l. ſi
pacto, per text. in d. l. 1. §. 1. ff. ſi mul. ventr.
nom. Item ſi iudex † dedit tenutam, parte 15
non citata, debet hoc reuocare, ſine par-
tis alterius citatione, Innoc. in c. quere-
lam, num. 6. de elect. refert Bal. vbi ſuprà,
Iaſ. in l. ſi pacto, nu. 9. cum ſeq. C. de pact.
vbi

vbi dicit, quòd ſi iudex fecit aliquam exe-
cutionem de facto, parte non citata, de-
bet etiam altera patte non citata eam re-
uocare: quia ſicut fuit facilis in cõceden-
do, ita debet eſſe facilis in reuocando,
per text. in d. l. 1. §. 1. ff. ſimul. ven. nom.
glo. not. in l. minor. ff. de euict. Bald. in c.
ab excommunicato. de reſcript. vbi dicit
per illum text. quòd iudex debet abſque
difficultate reuocare illud, quod perpe-
ram fecit, nec tequiritur alia cognitio in
facto ptoprio, refert Iaſ. in d. l. ſi pacto,
num. 11. hæc ſunt notatu digniſſima, &
ita in Camera aliquoties, & in Conſiſto-
rio Imperatoris obſeruatum memini,
vide Deci. conſil. 449. num. 17. cum ſequ.
incip. viſis duobus.

OBSERVATIO LXXVII.

Mulier renunciando beneficio S. C. Velleiani, quatenus obligetur.

SVMMARIA.

1 *Mulier S.C. Velleiano renunciare poteſt.*
2 *Renunciatio mulieris duplex.*
3 *Simplex renunciatio abſque certioratione non valet.*
4 *Clauſulæ notariorum ex conſuetudine appoſitæ, an noceant partibus.*
5 *Renunciationes ſunt ſtricti iuris.*
6 *Renunciationes potius ex conſuetudine Notariorũ, quàm partium conſenſu instrumentis inferuntur.*
7 *Cautela contra notarios, qui atteſtantur partes certiores factas de beneficijs iuris.*
8 *Renunciatio generalis non extendit ſe ad incognita.*
9 *Caſus quibus non nocet renunciatio, remiſſiuè.*
10 *Renunciatio iurata obſtat mulieri abſque certioratione, & quare.*
11 *Fallit ſi mulier enormiter ſit læſa.*
12 *Dolus præſumitur ex enormi læſione.*
13 *Dolus re ipſa, vel ex propoſito comparantur.*

1 COmmunis eſt Dd. opinio, mu-
lierem poſſe renũciare S.C. Vel-
leiano, licèt Vltramontani con-
trarium teneant, gloſſ. Barto. Alberic. &
communiter Dd. l. fin. §. fina. ff. ad S. C.
Velleian. vbi Alberic. dicit totum mun-
dum ita ſeruare, qnòd ſcilicet mulier re-
nunciare poſſet huic beneficio: vide ta-
2 men eiuſdem † diſtinctionem, in l. ſcien-
dum. num. 16. cum ſequen. ff. de verbot.
obligat. vbi pulchrè diſtinguit inter ne-
ceſſariam, putà, quæ fit ratione tutelæ, &
voluntariam renunciationem. Alexan.
ibid. num. 29. & Alberi. & Dd. in l. fin. C.
ad S. C. Velleia. ſed ad hoc vt valeat
renunciatio, mulier in ſpecie de benefi-
cio S.C. Velleiani † certiorari debet: aliâs 3
non valeret ſimplex renunciatio. Albe-
ric. in d. l. final. §. final. ff. ad Velleia. vbi
communiorem dicit. Fulgoſ. ibid. num.
7. Dd. in d. l. ſciendum. vbi Alexan. num.
33. Hippol. in repet. ad rub. ff. de fideiuſſo.
num. 31. cum ſequent. & num. 37. vbi di-
cunt, quòd in qualibet renunciatione re-
quiratur certioratio. Idem Hippol. ſing.
18. per totum. Bar. in l. fi. §. Item quæſiuit,
num. 3. ff. de condict. indeb. Alexan. con-
ſil. 42. num. 5. volum. 1. incip. Super præ-
miſſo. Deci. conſil. 180. num. 8. cum ſequ.
incip. Viſa renunciatione. Vndè ſi in
contractibus ruſtlcorum & mulierum † 4
apponantur pet notarios clauſulæ, quas
veriſimiliter non intelligunt: exempli
gratia, Titius tenunciauit condictioni
indebiti, & omni alij inris auxilio: talis
rennnciatio nullum facit præiudicium
renuncianti, eò quòd non intelligat vim
talium verborum. Ita ſingulariter tenẽt
Dd. vbi ſuprà, per text. in d. §. item quæſi-
uit. vbi Bart. num. 2. Quò pertinet quod
† renunciationes ſunt ſtricti iuris, & in 5
ijs non veniunt, niſi ea quæ in ſpecie ex-
preſſa ſunt, text. in l. tres fratres. ff. de pac.
gloſſ. ibid. in verbo, poſſe, text. in l. em-
ptor. §. Lucius. ff. eod. & text. in l. qui cum
tutorib. §. fina. ff. de tranſactio. Calderi.
conſil. 5. titu. de præbend. in fin. Zabarel.
conſil. 120. num. 3. Deci conſi. 352. num. 7.
incip. viſo puncto, vbi † dicit, & verè di- 6
cit, renunciationes plerunque leuiter, &
cum parua cauſæ cognitione magisq; ex
conſuetudine Notariorum, quàm par-
tium conſenſu fieri. Idem conſ. 379. nu.
3. incip. requiſitus pro conſilio. & conſil.
419. nu. 9. incip. viſo elegãti. & conſi. 452.
nu. 22. incip. viſa inſtructione, maximè
cùm huiuſmodi clauſulæ renunciatio-
nis generalis, magis ex cõſuetudine qua-
dam notariorum, quàm peritia & ſpeci-
ali certioratione, de beneficijs ipſis re-
nunciãtibus competentibus, inſtrumen-
tis inſerantur, Deci. d. conſi. 352. num. 7. li-
cèt doctiores notarij hanc † admonitio- 7
nem non omittant, & de ea poſteà in in-
ſtrumẽto probè fidem faciant. vide Dd.
vbi ſuprà. & in d. l. ſciendum. & omninò
cautelam Alberici in l. omnes. C. de hæ-
ret. & Manichæ. nu. 2. quam refert & ſe-
quitur Hippol. in d. rep. rubr. ff. de fideiuſ.

 num. 38.

num.38. dicens illam perpetuò menti te-
nendam, videlicet vt notarius, qui in in-
ſtrumẽto atteſtatus eſt, quòd contrahen-
tes de beneficio renunciato, certioraue-
rit, rogetur ad inſtãtiam partis à iudice,
quale ſit illud beneficium, de quo partes
certiorauerit: & caſu quo hoc ignorat
notarius, inſtrumẽtum nullius erit mo-
menti, quia non potuit certiorare partes
de eo quod ipſemet ignorauerit. Alberi.
in d.l.omnes.dicit ita iudicatũ fuiſſe. idẽ
tenet Felin. in c. ſi diligenti. nume.14. in
fin. de foro compet. ſed Fulgoſ. in d.l.fi.
§.fin.ff. ad Velleia. putat prædictam cau-
telam non eſſe ſatis tutam, & Alexand.
in d.l.ſciendum.nu.33. concludit in pun-
cto iuris, contra Alber. per rationes ibid.
aſſignatas. At ego Alber. opinionem iuri
& æquitati conſentaneam arbitror. nam
notarij iuris peritiam habere, & præci-
puè ea intelligere debẽt, quæ ad officium
notariatus pertinent, aliâs tenentur par-
ti læſæ, ad damnum & intereſſe, ſi per ig-
norantiam committant aliquem erro-
rem, & clauſulas inſtrumentis inſerant,
quarum effectus & vim ipſemet ignorãt.
l.iubemus. la.2.§. ijs tabellionibus.C. de
ſacroſanct. eccleſ. gloſſ. in l. generali. in
verbo, ſeruituti.C.de tabella.lib.10. Spec.
tit.de inſtr.edit.§.reſtat.num.41. pulchrè
Panor.in c.ſicut te.nu.22.ne cler.vel mo-
8 nach. Adde ad ſupradicta, quòd † renun-
ciatio generalis, gemainer verzich / non
valeat quóad ea, de quibus renuncians
tempore renunciationis non cogitauit,
text.in d.l.fin.§. item quæſiuit vbi Barto.
nu.1.ff.de cõdict.indeb. & in d.l.qui cum
tutorib.ff.de trãſact. & in d.l. tres fratres,
& in d.l. emptor. §. Lucius, nemo enim
præſumitur renũciare iuri, quod ſibi com
petere ignorat, text.in l.mater.§. cæterũ.
ff.de inoffic.teſtamen. Fulgo.ad l.2.nu.5.
C.de reſcin.vend. Deci.d.conſi.352. nu.7.
Hippol.ad d.rubri.ff. de fideiuſſ. num.36.
Vide Specu.tit.de renunciat.& Alber.in
l. ſed & ſi quis.§. quæſitum.ff. ſi quis cau-
tio. per totum. Felin.in d.c. ſi diligenti,
9 vbi † pleniſſimè commemorat caſus, in
quibus renunciatio non ſit alicui nocu-
mento, vbi omninò vide. Prædicta regu-
la, quòd videlicet mulier intercedendo,
vel renunciando nõ obligetur, niſi prius
de beneficio S.C. Velleiani edocta ſit, nõ
10 † procedit in iurata renunciatione, quo
caſu virtute iuramenti mulier efficaciter
obligatur, etiamſi non ſit de Velleiano
certior reddita: quia iuramentum loco
certiorationis eſt, & cenſetur mulier vir-
tute iuramenti omni legum, ac iuris au-
xilio renunciaſſe, ſi non in ſpecie, ſaltem
in genere. Eſt communis Dd. opinio, per
text.in Auth. ſacramenta puberum.C. ſi
aduerſ.vend. Dd.ibid. & text. in l. ſi duo
patroni.§ Iulianus.ff. de iureiur. Hippo.
in pract.criminali, §.2. num.64. per alle-
gata ibid. Ita quoque concludit Franciſc.
Turzanus concluſ.132. num.1. & 2. in lib.
commun.opiniou. per text. in c.2.de iu-
reiur.glo.& Dd.ibid. Butr.in c ſi diligen-
ti.de for. comperen. Anchar. & alij in c.
quamuis. de pac.libr.6. text. & gloſſ.in c.
ex reſcripto.de iureiur. Deci.d conſi.180.
numer. 4. Notandum tamen quòd ex 11
communi Dd. opinione, mulier † enor-
miter læſa poſſit contrauenire renuncia-
tioni, non obſtante iuramento: quia ex 12
enormi † læſione dolus præſumitur, tex.
in l.omnes.§.Lucius ff. quæ in fraud.cre-
dito. & in l. ſi ſuperſtiti.§.fin. C. de dol.
mal. & iuramentum non debet eſſe vin-
culum iniquitatis, tex.in c.quanto.de iu-
reiur.& in c.1.§. quia verb. eod.tit.in 6.& 13
paria ſunt, dolum † interuenire reipſa,
vel ex propoſito, tex.in l.2.ff.de doli ma-
li & met.except.& in l.ſi quis cùm aliter,
ff.de verbo.obliga.vbi communiter Dd.
Deci.d.conſil.180.nu.7. vbi communem
dicit, & infinitas authoritates adducit.
Idem conſil.181.nu.1.& 2. incip. Satis no-
tabilis. quem omninò in hac quæſtione
vide, quia à Doctoribus variè tractatur.

OBSERVATIO LXXVIII.

De æqualitate dotis & donationis propter nuptias.

SVMMARIA.

1 *Dos & donatio propter nuptias æqualitatem requirunt.*
2 *Fallit ſi conſuetudine aliter receptum ſit.*
3 *Argumentum à pacto ad ſtatutum an valeat.*
4 *Maior eſt poteſtas legis, quàm hominis.*
5 *Cautela, vt inæqualitas dotis & donationis propter nuptias de iure communi ſubſiſtat.*
6 *Maritus in bonis paraphernalibus nihil iuris habet.*
7 *Pacta dotalia regulariter ſeruanda.*
8 *Pacta dotalia contra ſtatuta vel conſuetudines locorum inita valent.*
9 *Acquiſita conſtante matrimonio an inter coniuges ſint communia.*

Quam-

1 QVamuis de iure communi † dos & donatio propter nuptias æqualitatem, tam in cõſtitutione & præſtatione, quàm pactis lucrorum requirant, text. in Auth. æqualitas. C. de pactis conuentis, tã ſup. dot. Auth. dos data C. de dona. ant. nupt. tex. in §. eſt & aliud. Inſt. de dona. & in c. donatio. & ibi communiter Canoniſt. de donat. int. vir. & vxor. text. in §. 1. Auth. de æqualit. dot. & donat. ante nup. adeò vt pactum de maiori parte lucrãda reducendum ſit ad minorem, & concurrentem quantitatem, per text. in l. cùm mulier. §. ſin autem. in fi. C. de donat. ant. nup. Inno. in d. c. donatio. Panorm. ibid. num. 11. Roland. à Vall. in tract. de dote, quæſt. 10. num. 5. tamen iſta æqualitas doris & donationis hodie ex generali quadam omnium ferè locorum conſuetu-
2 dine, non obſeruatur, ſed fiunt diſparia † pacta, nõ ſolùm quóad conſtitutionem & præſtationem, verùm etiam quóad pacta lucrorum & tales conſuetudines iuri communi derogantes, valere certum eſt, per text. in d. c. donatio. vbi Panorm. nu. 6. & 12. Rolan. à Vall. d. quæſtio. 10. nu. 6. adeoq; ſtatuta inæqualitatem iſtam permittentia, multò magis valent, eò quòd ſtatuta expreſſum populi conſenſum habeant, conſuetudines verò tacitum, text. in l. de quibus. ff. de legib. Panorm. vbi ſupr. num. 6. Boër. deciſ. 22. num. 20. part. 1. Guid. deciſ. 565. num. 4. vbi atteſtantur d. Auth. æqualitas, hodie de conſuetudine non obſeruari. Accedat communis
3 doctrina Doctorum, quòd † argumentũ à pacto ad ſtatutum affirmatiuè valeat: vtputà, pacto hoc fieri poteſt, ergo quoq; ſtatuto, lege, aut cõſuetudine: quia eſt ar-
4 gumẽtum à minori ad maius, cùm † maior ſit poteſtas legis, quàm hominis, qui legi ſubeſt, tex. notab. in l. fina. C. de fide. iuſſo. Bart. ibid. gloſſ. ordinaria in l. non ſolùm. §. fina. in verbo, heredis. ff. de nou. oper. nunc. gloſſ. ad rubr. C de decret. decurio. libr. 10. Deci. in l. nec ex prætorio, num. 9. & ſequen. ff. de regul. iur. Iaſ. in l. nõ impoſſibile. ff. de pactis. Nicol. Euerh. in locis legalibus, in loco à pacto ad legem, ſtatutum, vel conſuetudinem. Quod tamen non aliter procedit, quàm ſi vtrobique eadem ſit ratio, quia quandoque pacto aliquid fieri poteſt, quod ſtatuto fieri nequit, prout declarat Decius in d. l. nec ex prætorio, num. 10. vbi exempla ponit. A pacto verò ad ſtatutum negatiuè argumentum non valet: veluti, pacto fieri non poteſt, ergo nec ſtatuto. Sic quoque non valet argumentum à ſtatuto, vel conſuetudine ad pactum affirmatiuè, videlicet ſtatuto hoc fieri poteſt, ergo & pacto, quia eſſet arguere à maiori ad minus affirmatiuè, quod argumentum non valet, prout latiùs declarat Iaſon in d. l. non impoſſibile. num. 1. Euerhard. & alij vbi ſup. Sed vt ad æqualitatem pactorum redeam, cautela † eſt, 5
vt inæqualitas dotis, & donationis propter nuptias, etiam de iure cõmuni ſubſiſtere poſſit, quòd huiuſmodi pacta de lucrando dotem vel donationẽ propter nuptias, in caſu non exiſtentium liberorum, fiant in ipſo tractatu matrimonij, antequàm matrimonium contrahatur per verba de præſenti, quo caſu etiam de iure communi pacta diſparia valent, & admittuntur, quæ tantùm conſtante matrimonio prohibita ſunt, eò quòd donationem ſapiant, quæ inter virum & vxorem prohibita eſt, ne mutuo amore ſe ſpolient, text. in l. 1. & in l. 2. ff. de dona. int. vir. & vxor. quæ ratio ceſſat, matrimonio nondum contracto: quia non entis nullæ ſunt qualitates, per vulgaria. & ita communiter fieri conſueuit. Hæc eſt ſingularis limitatio ad d. Auth. æqualitas, & alia iura concordantia, quam tradit Innoc. in d. c. donatio. circa fi. & ſequitur Panorm. ibid. num. 11. Soci. reg. 106. incip. Donatio propter nuptias. fallent. 1. & ſecundum eam iudicatum fuit in cauſa Blitterſwich contra Bayrs. Anno 63. Accedat quòd pacta dotalia, etiam contra ius commune interpoſita valeant, exempli gratia: maritus in † bo- 6
nis paraphernalibus de iure communi nihil iuris, nec vllum exercitium, aut adminiſtrationem inuita vxore habet, tex. in l. hac lege. C. de pact. conuent. & in l. de his. C. de donatio. int. vir. & vxo. vide Bald. conſ. 276. num. 4. vol. 3. incip. verba ſtatutorum, & conſil 478. per totum. volum. 5. ſed pactum ſuper adminiſtratione rerum paraphernalium cum vxore initũ valet. Schurff. conſ. 17. nu. 4. cent. 2. incip. Caſus talis eſt, tex. in l. pacta conuenta. ff. de pact. dotal. Regulariter † enim pacta 7
dotalia ſeruanda ſunt. tot. titu. C. de pact. conuen.

8 conuen.& ff. de pact. dotalib. adeoque †
pacta, contra ſtatuta vel conſuetudines
locorum inita, valēt, niſi expreſſè repro-
bata ſint ſtatutis, vel conſuetudinibus,
quia tunc talia pacta dicuntur eſſe con-
tra leges, vel ſtatuta, quæ à iure vel ſtatu-
to expreſſè reprobantur, text. in l. pacta
quæ contra. C. de pact. Dd. ibi. Schurff. d.
conſil. 17. num. 5. & 8. vbi omninò vide,
quia hoc prolixiùs explicat. Quòd au-
tem pactis dotalibus teſtamento dero-
gari poſſit, vide text. in l. 1. ff. de dote præ-
9 lega. & Dd. ibid. Item an † bona conſtan
te matrimonio acquiſita ſint inter con-
iuges communia & diuidenda, vide tex.
notab. in c. ſignificauit, de do. inter vir.
& vxo. glo. ibid. in verb. diuiſionem, quæ
dicit, quòd acquiſita ex bonis proprijs
vxoris & viri, veniant in diuiſionem, ſi
cōſtet taliter empta & acquiſita eſſe: aliâs
in dubio præſumuntur omnia eſſe de
bonis mariti, tex. in l. Quintus Mutius. ff.
de donat. int. vir. & vxor. & in l. etiam. C.
eod. tit. glo. ibid. in verbo, merito, quem-
admodum in prælato Eccleſiæ, qui om-
nia intuitu Eccleſiæ acquiſiuiſſe præſu-
mitur, niſi contrarium appareat, text. in
c. 1. & in c. 2. de peculio cleric. text. in c. ſa-
cerdotes. 12. quæſt. 4. gloſſ. ibid. in verbo,
compenſatione. text. in Authen. licen-
tiam. C. de epiſ. & cleri. gloſſ. ibid. in ver-
bo, probatus.

OBSERVATIO LXXIX.

Lucrum dotis an habeat locum in dote promiſſa.

SVMMARIA.

1 *Quòd ſic.*
2 *Dos conſtituitur ex ſola promiſſione.*
3 *Statutum faciens mentionem de dote data, an habeat locum in dote promiſſa.*
4 *Statuta intelligenda prout ſonant.*
5 *In ſtatutis communis loquendi vſus magis, quàm verborum proprietas attenditur.*
6 *Dos promiſſa, & à marito, exacta, ſed non ſoluta, an comprehendatur ſub ſtatuto de lucro dotis.*
7 *Stipulatio de dote lucrāda habet locum in dote promiſſa.*
8 *Actio ex ſtipulatu pro dote eſt bonæ fidei.*
9 *Prædiū non dicitur dotale, niſi tradita poſſeſſione.*
10 *Maritus non lucratur fructus ex dote promiſſa.*

COmmunis & vera concluſio eſt,
1 quòd † pactum, & ſtipulatio, vel
ſtatutum de lucranda dote, vel dona-
tione propter nuptias, habeat etiam lo-
cum in dote, vel donatione promiſſa, &
nondum ſoluta, ita, vt ſi alteruter con-
iugum, nondum facta numeratione, vel
ſolutione è medio tollatur, ſuperſtes, ex
pacto, vel ſtatuto, lucrum dotis, vel do-
nationis conſequi debeat. Ratio, quia
dos † dicitur, non ſolùm quæ tradita eſt, 2
ſed etiam quæ nondum tradita, ſed tan-
tùm promiſſa eſt: ex ſola enim promiſ-
ſione dos conſtituitur, tex. expreſſus in l.
cùm poſt. §. ſed is de quo. ff. de adminiſtr.
& peri. tutor. gloſſ. ibid. in verbo, habet
dotem, benè facit text. in l. aſſiduis. C. qui
pot. in pig. hab. & in l. vnic. §. ſicut enim,
C. de rei vxor. actio. text. in l. fin. C. ſolut.
matr. & in l. mulieri. ff. de cōdi. inſti. text.
in l. de diuiſione. ff. ſolu. mat. Iaſ. ibid. nu.
8. Bar. in l. nihil intereſt. nu. 1. ff. rer. amot.
Caſt. in l. ſi marito. §. ſi pater. nu. 2. ff. ſolu.
matrim. Salice. in l. cùm in re. nu. 4. C. de
dona. ante nupt. Afflict. deciſ. 61. num. 2.
Dd. ad rubr. ff. ſolut. matrim. Iaſ. ibid. nu.
23. & communiter Dd. ad l. ſi donaturus,
§. fin. ff. de condict. cauſa data, cauſa non
ſecut. Iaſ. ibid. num. 14. ſimiliter Alexan.
communem dicens. Idem conſil. 63. vol.
4. nu. 26. incip. Stantibus his. Ang. conſi.
180. num. 1. vbi ad omnia contraria argu-
menta reſpondet. & Roland. à Valle,
in tracta. de dote, quæſt. 5. per totam, vbi
communem atteſtatur, & infinitas au-
thoritates allegat. Prædicta veriſſima
ſunt, quādo ſtatutum ſimpliciter de do-
te lucranda loquitur: cæterùm ſi faciat
† mentionem de dote data, quòd ſcili- 3
cet maritus ſuperſtes, in caſu non exi-
ſtētium liberorum, dotem datam lucra-
ri debeat, tunc maior eſt diſputatio, & in
vtramque partem alternantes ſunt ſen-
tentiæ. Communior eſt, quòd tali caſu
dos promiſſa, vigore ſtatuti peti nō poſ-
ſet, propter expreſſa verba † ſtatuti, quæ 4
intelligi debent, prout ſonant, neque ad-
mittunt interpretationem paſſiuam à
iure communi, cui derogant, vt plenè
dixi ſuprà eodem Obſeruat. 33. Ita con-
cludit Bart. in l. iubemus. §. ſanè, num. 7.
C. de ſacroſanct. eccleſ. & ibid. pulchra
apoſtilla. Roland. in d. tracta. de dote,
quæſt. 6. num. 3. cum ſequ. Boēr. deciſ. 22.
num. 13. part. 1. vbi communiorem dicit.
Hoc tamen limitatur, vt non procedat,
ſi ex † communi loquendi vſu, dos pro- 5
miſſa

miſſa pro data acciperetur, quia in ſtatutis, & qualibet ſtricta materia, potiùs cõmunis loquendi vſus attenditur, quàm verborum proprietas, text. in c. quamuis, de verbo. ſign. ibi, vſus tamen obtinuit, tex. not. in l fi. C. de his qui veni. ætа. impetr. Bald. ibid. nu. 1. Caſtr. nu. 5. tex. not. in l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſuppellec. leg. & in l. liberorum. §. quod tamen Celſus. ff. de leg. 3. Deci. conſ. 52. nu. 3. incip. viſo eleganti, Bart. in l. omnes populi, nu. 58. ff. de iuſt. & iur. Alber. Brun. in tracta. ſtatu. art. 8. nu. 48. Felin. in proœm. decreto. nu. 3. & 31. latè Alex. conſil. 115. num. 6. volu. 2. incip. circa dubitationem. plenè Iaſon ad rubri. ff. de noui oper. nunt. nu. 7. vbi dicit, quod in omni materia nõ ſolùm fauorabili, ſed etiam odioſa & pœnali, communis vſus loquendi attendi debeat, & propriæ ſignificationi præferendus ſit, per iura allegata, & tex. in l. in vulgari. ff. de verbo. ſignifi. ibi, ſed tamen vulgi ſermone, text. in l. Alphenus, & in l. anniculus, la. 1. ff. eod. titu. Secundò li-
6 mitatur vt nõ procedat, ſi † dos promiſſa à marito exacta ſit, quia tunc ſtatutum locum habebit, etiam in dote promiſſa, ſi videlicet mulier interpellata, vel alius qui dotem promiſit, fuerit in mora ſoluendi: quia nemo ex delicto, ſeu mora, commodum aliquod conſequi debet, tex. in l. relegatorum. §. fi. ff. de interdict. & relegat. Iaſ. in d. l. ſi donaturus. §. fin. num. 14. Caſtren. & Alexand. ibid. quos ad hoc vide. Ad confirmationem præ-
7 dictorum facit, quòd † ſtipulatio de dote lucranda, nõ tantùm in dote data, ſed etiam in dote promiſſa locum habeat, per tex. in l. ex morte §. hoc tamen. C. de pact. conuentis. gloſſ. in d. l. vnica. §. accedit. in verbo, fecerit, Iaſ. ad d. rubri. ff. ſolut. matrim. num. 23. licèt aliàs ſtipulationes ſint ſtricti iuris, & strictè intelligendæ, tex. in l. quidquid aſtringẽdæ. ff. de
8 verb. oblig. fallit in † actione ex ſtipulatu, quæ competit mulieri pro reſtitutione dotis, nam illa eſt bonæfidei, vt notant Bart. Bald. & communiter Dd. in d. l. vnica. Iaſon in d. l. de diuiſione, nume. 9. vbi communem dicit. Obſeruandum quoque, quòd quamuis ex ſola promiſſi-
9 one dos conſtituatur, tamen † prædium non dicitur dotale, aut res pro dote aſſignata, dotalis, niſi ſecuta traditione, & ſic dominium rei dotalis ex ſolo contractu dotis non transfertur in maritum ſine traditione, per text. in d. l. de diuiſione. Bald. Imol. & alij ibid. text. in l. dotale. §. 1. ff. de fundo dotali. gloſſ. ſing. in l. 1. in verb. vniuerſæ. ff. pro dote. Iaſ. in d. l. de diuiſione, num. 5. vbi dicit ita omnes tenere, licèt ipſe aliter ſentiat. Vnde infertur, quòd † maritus, qui debet lucrari 10
fructus dotis ex re dotali, text. in l. dotis fructus. ff. de iur. doti. & in l plerunque. §. ſi ſerui, in fin. & in l. pro oneribus, C. eo. titu. non lucretur fructus ex dote conſtituta, quia ex ſola dotis promiſſione, res non dicitur dotalis, ſed opus eſt ad tranſlationem dominij traditione, text. in d. l. de diuiſione. ff. ſolu. matri. & in l. traditionibus, C. de pact. neque dos quóad tranſlationem dominij, magis priuilegiata eſt, quàm alij contractus. vide Iaſ. in d. l. de diuiſione.

OBSERVATIO LXXX.

Statutum de lucro dotis, an habeat locum in ſponſa.

SVMMARIA.

1 *Statutum de lucranda dote, fundatur in oneribus matrimonij.*
2 *Verba ſtatuti propriè accipienda.*
3 *Pars affirmatiua, quòd ſtatutum de lucro dotis habet etiam locum in deſponſata.*
4 *Traductio ad domum non pertinet ad ſubſtantiam matrimonij.*
5 *Qui dicantur ſponſus & ſponſa, item coniuges.*
6 *Confutatio argumentorum pro parte negatiua.*
7 *Originem magis quàm euentum inſpicere debemus.*
8 *Onera matrimonij ſunt potiùs cauſa impulſiua, quã finalis ſtatuti.*
9 *Cingendus pro cincto, & res deſtinata pro perfecta habetur.*
10 *Vxor viri forum ſortitur ante traductionem.*
11 *Sponſalia de præſenti cum minore ſeptennio contracta reſoluuntur in ſponſalia de futuro.*
Coniuges conſummato matrimonio poſſunt ingredi religionem. Ibid.
12 *Maritus impotens non lucratur dotem vigore ſtatuti.*
13 *Quæ de ſtatuto dicta ſunt, procedunt etiam in pactis dotalibus.*
14 *Cautela ratione dotis lucrandæ.*
15 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*

ANceps & in vtranq; partem mirabiliter diſputata quæſtio eſt, vtrùm ſtatutum diſponens de lucro

lucro dotis, habeat etiam locum in de-
ſpõſata, per verba de præſenti, nondum
tamẽ cognita, neq; ad domum traducta?
Pro parte negatiua plures adducuntur
rationes, potiſſimùm verò duæ, quarum
1 ptima, quòd ratio † ſtatuti diſponentis
de lucro dotis, in oneribus matrimonij
fundetur: putà, quòd maritus lucretur
dotem propter onera matrimonij, text.
in l. pro oneribus.C. de iur. dot .& in l.
dotis fructus, & in l. plerunq;.§. ſerui,in
fine.ff.eod.tit. Sed ante tradnctionem,&
copulam, nulla ſuſtinet maritus onera
matrimonij:ergò ceſſante ratione ſtatu-
ti,ceſſabit quoque eius effectus,text.in c.
cùm ceſſante,de appel.tex.in l.adigere.§.
quamuis.ff.de iur.patro. & in l.generali-
ter.C.de ſacroſ.eccle.tex.in l quod dictũ.
ff.de pact. Et magnis ſumptib⁹ traductio
fieri ſolet, qui inter onera matrimonij
quoq; teferũtur. Secunda ratio eſt, quòd
2 †verba ſtatuti accipienda ſint in proprio
ſignificatu, text.in l. Labeo.§. Tubero.ff.
de ſuppel.leg. & per allegata ſupr.Obſer.
præcedente,& ſecũdum communem lo-
quendi vſum Iaſ.plenè ad rub.ff.de noui
oper.nnnt.nu.7. Dd.ibid. ſed propriè ap-
pellatione matrimonij, nõ venit matri-
monium initiatum ex cõſenſu, ſed con-
ſummatũ per traductionem,& copulam
ſubſecutam,text.in c.ex publico. de con-
uetſat.coniugat. vbi deſponſata de præ-
ſenti,ante copulam religionem ingredi
poteſt etiam inuito ſponſo. Canoniſt.in
c. tertio loco, de præſumpt. Nam ante
traductionem & copulam,ſecundũ com
munem loquendi vſum, ſpõſalia dicun-
tur,& nõ matrimonium. Hanc partem
negatiuam tenet, & pluribus rationibus
illuſtrat,Salic.in l.cùm in re.num.4.cum
ſequen.C. de dona. ante nupt. Bald. in l.
non ſine,nnm.1.C. de bon.quæ liber. Fe-
lin.ad rubr.de ſponſalib. num.1. cum ſe-
quentib. quem omninò vide. Papien.in
for.libel. quandò vxor agit ad dotem.in
verb.vxor,nu.5.vbi dicit,conſuetudinem
in illam partem inclinare.Hippol.ſingu.
109.nu.3.communẽ dicit.Dec.conſi.560.
nu.5.in fi.incip. Notiſſima eſt,vbi quoq;
commnnem eſſe atteſtatur, Pariſ.latè in
vtranq; partem,conſi.62. nu.19. vol.4.di-
cens illam partem eſſe magis commu-
nem,& conſuetudine approbatã, ideoq;
in indicijs obſeruandam, Corne. conſil.
240.nu.10.incip. In præſenti conſultati-
one. volu.2. Plutes pro hac parte allegat
Rolan.in tract.de dote,quæſt.106.nu.24.
Et eam omnium maximè procedere ex-
iſtimant,ſi ſtatutum liberorum mentio-
nem faciat, hoc pacto: Maritus in caſu
non exiſtentium liberorum dotem lu-
crari debet. Nam ex illis verbis ſtatuti,
mentem ſtatuentium colligi, quòd ſen-
ſerint de ea vxore,quę à marito cognita,
& ad eius domum traducta fuerit, quæ
erat in ſtatu, & potentia, tempore mor-
tis procreandi liberos. Partem † affirma- 3
tiuam, quòd ſtatutum de lucro dotis ha-
beat etiam locum in deſpõſata, tenet ex-
preſſe Bart.in l.nihil intereſt. nu.1.ff. rer.
amota.Caſtr.in l.ſi marito.§. ſi pater,nu.
2.ff.ſolut.matr. vbi dicit ſe ita cõſuluiſſe.
Idem in l.cùm fuerit.nu.1.ff. de condi. &
demõſt.per tex.illum. vbi legatum con-
ditionale, ſi in familia nupſiſſet, ſtatim
atque ducta eſt vxor, debetur: quamuis
nondum in cubiculnm mariti venerit.
Et pulchrè in l.ſi donaturus.§.fina. nu.4.
ff. de condict. cauſa dat. cauſ.non ſecu.
Iaſ.ibid.nu,19. Ange.in §. fuerat,Inſtit.de
actionibus,nu.24. vbi latiſſimè in vtran-
que partem diſputat. & concludit hanc
partem affirmatiuam in practica ſeruan
dam. Affl deciſ.61.nn.5.Mattheſ.ſing.74.
& ibidem copioſè in additio. pro & con
tra.Bal.ſibi cõtrarius in l.Deo nobis, nu.
6.C.de epiſc.& cler.per illum text. quem
Bar. & alij communiter ad hoc inducũt.
Iaſ.conſi.58.nu.1.circa fin.vol.1.incip.Ad
idem,vbi communem fatetur, licèt in l.
non tantùm.C.de legat.nu.2.circa medi-
um, dicat Barto.opinionem in d.l.nihil
intereſt,eſſe falſam. Breuiter,hęc pars af-
firmatiua verior, & æquitati quoq; ma-
gis cõſentanea eſt. Nam inprimis notiſ-
ſimi iuris èſt, tradnctionem † ad domũ, 4
vel concubitum, non pertinere ad ſub-
ſtantiam mattimonii,ſed ipſum conſen
ſum mutuum,vulgata l.nuptias.ff. de re-
gul. iur.& d.l.cùm fuerit,& ſimilib.poſt-
quàm matrimoniũ contractum eſt con
ſenſu mutuo, per verba de præſenti etiã
ante copulam, vel traductionem, pro-
priè † coniuges ſunt, & nõ dicuntur am- 5
plius propriè ſpõſus, vel ſponſa, ſed ma-
ritus & vxor,quia ſponſus dicitur, quaſi
promiſſus,& ſponſa,quaſi promiſſa: ſed
poſt contractum matrimonium, quòd
conſen-

cōſenſu perficitur, tex. in d. l. nuptias, ad-impleta eſt promiſſio: ideò propriè coniuges, vir & vxor dicuntur, Panor. in d. rubr. de ſponſalib. Roma. in l. 1. C. vnde vir & vxor. Rolan. vbi ſup. nu. 2. cum ſeq. qui plures ad hoc allegat. Itaq; ſecundum
6 † argumentum pro parte negatiua ſupr. adductum nō obſtat, quòd ſcilicet in ſtatutis proprietas verborum attendi debeat. Eodem modo non ſubſiſtit prima ratio, de oneribus matrimonij, & magnis ſumptibus faciendis in traductione, quia ratio ſtatuti de lucro dotis diſponentis, videtur fuiſſe, vt ſpe lucri viri inuitentur ad matrimonia contrahenda, & vt mulieres eò citius viros inueniant, text. in l. qui liberos. ff. de ritu nuptia. qui non ſolent tam facilè matrimonia contrahere, ſicut mulieres. Præterea licèt maritus onera matrimonij, vxore nondum cognita vel traducta nō ſuſtinuerit, non tamē ex eo ſequitur, quòd lucrum dotis non dicatur debitum ex cauſa oneroſa, argumento l. de fideicommiſſo. C. de tranſ. act. quia iſtud procedit à caſu, & per ac-
7 cidens, vnde magis † inſpicere debemus originem, quàm euentum, gl. in l. ſi duo. ff. de acquiren. hæred. Ang. in d. §. fuerat. & communiter Dd. vbi ſup. ita concludunt. & Caſtr. in d. l. ſi donaturus. §. fi. nu. 4. dicit, quòd rationes in cōtrarium, ſint magis apparentes, quàm exiſtentes. Nam etiam antequàm ad domum vxor traducatur, magni ſumptus fieri poſſunt, & poſtquàm traducta eſt ad domū mariti, accidere poteſt, vt paruo interiecto tempore, putà intrà biduū, vel triduum, vel primo anno moriatur, quo caſu ſecundum eos, qui partem negatiuam tenent, ſtatutum locum haberet, cùm tamē nulla, aut ſaltē exigua interea maritus onera matrimonij ſuſtinuiſſet. Vndè rectè
8 infert Caſtr. quòd † onera matrimonij ſint potiùs cauſa impulſiua, quàm finalis ſtatuti. Quò pertinet theorica, quòd potentia actui propinqua, pro actu habeatur, text. in l. qui pœnæ. §. Diuus. ff. de manumiſſionib. Item quòd is, qui proximè † cingendns eſt, pro iam cincto repu-
9 tetur, tex. in l. penult. ff. de milit. teſt. Bart. & Bald. ibid. Ang. in d. §. fuerat, num. 24. Mantua. ſingula. 103. num. 1. Et quòd res deſtinata in locum aliquem, perindè habeatur, ac ſi eſſet in loco, tex. in l. fundi. §. fi. & in l. granaria. ff. de action. empt. Sed mulier deſtinata eſt per parentes in domum viri, ſtatim ſimulatque ſponſalia contracta ſunt per verba de præſenti: & † 10
vxor forum viri ſortitur, etiam ante traductionem. glo. in l. ea quæ, la. 2. in verbo, antè. ff. ad municip. Alex. in l. cùm quædam puella. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Ang in d. §. fuerat. Et Dd. vbi ſupr. Hanc partem affirmatiuam limita primò, vt 11
non † procedat in minore ſeptennio deſponſata per verba de præſenti, & traducta ad domum, quia huiſmodi ſponſalia, etiamſi cum annuli traditione, vel ſubarratione facta ſint, iuris interpretatione ob minorem ætatem, in ſponſalia de futuro reſoluuntur, per text. in c. literas, & in c. acceſſit, de deſponſat. impub. text. in c. 1. §. idem quoque, eod. titul. in 6. Philip. Franc. & alij ibid. Boër. deciſ. 22. num. 37. part. 1. Patiſ. d. conſil. 62. nume. 8. volum. 4. Decius conſil. 681. num. 1. cum ſequen. incip. viſo punсto diligenter. Gabriel Saray. in addit. ad ſingul. Mattheſ. 74. num. 21. Ratio, quia ætas illa ignorat quod videt, & ideò ex ſponſalibus minorum ſeptennio nō contrahitur publica honeſtas. gloſſ. in Clement. vnica in verbo, infans, per tex. in d. c. literas, & in d. c. acceſſit. vbi dicitur quòd deſponſationes, & matrimonia ante ſeptem annos fieri non poſſint, ad contrahendum enim matrimonium requiritur, quòd puella ſit viri potens, text. in §. 1. Inſtit. de nupt. Deci. d. conſil. 681. vbi omninò vide. Secundò limitatur, vt non procedat, ſi culpa mariti non fiat traductio ad domum, vel matrimonium non conſummaretur per cohabitationem & copulam, argumēto l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. Boër. d. deciſ. 22. num. 39. Saray. vbi ſuprà. num. 22. ſecùs ſi culpa vxoris id fiat: vt putà, quia potiùs monaſterium ingredi, quàm conſummare matrimonium voluit, quod facere poteſt, text. in d. c. ex publico, de conuerſio. coniugato. & in d. l. Deo nobis. C. de epiſ. & cleric. Ang in d. §. fuerat. Imò etiam conſummato matrimonio coniuges pari voluntate religionem ingredi poſſunt, text. in c. cùm ſit, de conuerſio. coniugato. gloſſ. ibid. in verbo, conſtitutioni cum concordantibus. Tertiò limitatur, vt non procedat in

† mari-

12 † marito natura frigido & impotente,
quia non lucrabitur ex ſtatuto dotem, licèt vxorem ad domum ſuam traduxerit, vt ſingul. notat Iaſ. d. conſil. 58. in fin. vbi dicit ita iudicatum per inferiorem judicem, & ſententiam per Ducale conſilium confirmatam. plures limitationes vide per Ange. & alios vbi ſuprà. Et
13 intellige † hanc partem affirmatiuam etiam procedere in pactis dotalibus de lucrãda donatione propter nuptias, & dote. Salicet. in d. l. cùm in re. Caſtrenſis in d. l. ſi marito. §. ſi pater. ff. ſoluto matrim. quia vtrobique eadem eſt ratio, ergo idẽ ius ſtatuendum, text. in l. fi. C. ad l. Falcid. & in l. fi. C. de conſtitu. pecu. cum ſimilibus. Sed in hac pugna Dd. omnium tu-
14 riſſima & expeditiſſima via eſt, vt ad †
cautelã pactis dotalibus tempus lucrandæ dotis, vel donationis propter nuptias expreſſè inſeratur, quandò videlicet huiuſmodi lucrum locum habere debeat, verùm ſtatim poſt contracta ſponſalia de præſenti, an verò nuptijs ſubſecutis & traductione facta, prout plerunq; à prudentioribus fieri conſueuit, qui ita pacta concipiunt, vt conſummato prius matrimonio per copulam & traductionem ad domum, nach beſchehenem ehelichen beilager / vnd haimführung / lucrum ex pacto, in caſu non exiſtentium liberorum,
15 ſuperſtiti obueniat. Notum enim eſt †
contractus ex conuentione legem accipere, tex. in l. 1. § ſi conuenerit. ff. depoſ. & pacta dotalia probè ſeruanda eſſe. tot. tit. ff. de pact. dotalib. & C. de pact. conuent.

OBSERVATIO LXXXI.

Dotis priuilegium, an habeat locum in dote confeſſata.

SVMMARIA.

1 *Quòd non.*
2 *Confeſſio mariti de ſoluta dote, non præiudicat tertio.*
3 *Confeſſio ſoluta dotis conſtante matrimonio facta, ſimulata & fraudulenta præſumitur.*
4 *Exceptio non numeratæ dotis opponi debet.*
5 *Vxor in pari cauſa creditoribus præfertur.*
6 *Vxor in dubio etiam fiſco præfertur.*
7 *Inſtrumentũ dotis præſumitur in dubio prius factũ.*
8 *Reus exceptionem ſuam quandoq; non tenetur probare.*
9 *Dotis receptæ iurata cõfeſſio, marito & vxorib. præiudicat.*
10 *Dotis acceptæ & confeſſatæ eadẽ ratio poſt lapſum terminum opponendi exceptionem non numeratæ dotis.*

NOtum eſt vxorem, ratione ſuæ † 1
dotis, præferri omnibus creditoribus, per text. in l. aſſiduis. C. qui pot in pign. habean. & in l. in rebus. C. de iur. doti. vtrobique pleniſſimè Dd. tex. in l. 1. §. & vt plenius. C. de rei vxo. act. & in §. fuerat. Inſt. de actio. vbi ampliſſimè Iaſ. num. 72. Zaſ. nu. 24. ſed hoc ex communi, & in Camera Imperiali approbata opinione, procedit in dote conſtituta, & numerata, ſecùs eſt in dote cauta, & confeſſata tantùm: nã ad hoc, vt mulier in concurſu creditorum, prærogatiuã temporis & dotis priuilegium habeat, neceſſe eſt probare realem numerationem
dotis, quòd † maritus re ipſa dotem acce- 2
perit, nec ſufficit ſola confeſſio, & cautio mariti de ſolutione dotis: quia talis confeſſio ipſi marito & eius hæredibus benè præiudicat, ſed non tertio, text. in l. 2. & in l. in contractibus. §. ſed quoniam. C. de nõ nume. pecun. glo. ibid. in verbo, penitus. nõ probat talis confeſſio in præiudicium creditorum anteriorum, per tex. in l. ſi quis poſthac. C. de bon. proſcri. pto. gloſſ. ibid. in verb. dotalium ſimiliter Salic. nu. 2. quem ad hoc omninò vide, tex. in l. cùm quis decedens. §. Titia. ff. de leg. 3. glo. ſing. & magno encomio celebrata in d. l. aſſiduis, in verbo, datæ. Bal. ibid. Alex. in l. 1. nu. 35. ff. ſolut. matr. Soci. ampliſſimè ibid. nu. 69. cum ſeq. & communiter Dd. text. in l. 1. C. de dote cauta, non nume. glo. ibid. in verb. inſtrumenti, vbi etiam communiter Dd. Barto. in l. 2. §. fi. nu. 6. ff. ſi cert. pet. Alex. conſil. 142. per totum. vol. 5. incip. viſo proceſſu. Tiraq. de retract. §. 4. gloſſ. 6. num. 14. Iaſ. in d. §. fuerat. num. 73. cum ſequen. Affict. deciſ. 402. nu. 2. incip. agitur cauſa, tex in Auth. ſed iam neceſſe C. de do. ante nup. Ratio, quia dotem, numeratio, non ſcriptura dotalis inſtrumenti facit, text. in d. l. 1. C. de dote cauta. & in l. ſi ex cautione. C. de non nume. pecu. glo. notab. ibid. in verb. probare, quã omninò vide, an hoc procedat etiam in inſtrumento publico. Prædicta omnium maximè vera ſunt, ſi
† cõfeſſio mariti de accepta & ſoluta do- 3
re, facta ſit poſt matrimonium contractũ quo caſu ſimulata, & in fraudem legis, & credi-

creditorum facta pręſumitur, niſi probe-
tur vera numeratio, per text. in d. Auth.
Sed iam neceſſe. Bart. ibid. nu. 1. & com-
muniter Dd. Bellonus conſ. 74. nu. 4. in-
cip. in cauſa eorum. Afflict. d. deciſ. 402.
nu. 3. præclarè Alex. conſi. 142. per totum,
volu. 5. incip. viſo proceſſu. vbi omninò
vide, quòd confeſſio dotis receptæ poſt
matrimonium facta, pręſertim ſi tenun-
ciatum ſit exceptioni nō numeratæ do-
tis, præſumatur fraudulenta, & donatio
inter virum & vxorem quæ regulariter
prohibita eſt, tot. titu. ff. & C. de dona. int.
vir. & vxo. Feli. in c. ſi cautio, nu. 71. cum
ſeq. de fide inſtrum. vbi pleniſſimè in v-
tramq; partem cum multis limitationi-
bus. Secūdò procedit iſta doctrina, quan-
4 dò † creditores exceptionem nō nume-
ratæ dotis vxori oppoſuerunt, ſecùs ſi ſi-
lentio eam prætererierunt, quia tunc cre-
ditur confeſſioni mariti, adeò vt ſenten-
tia condemnatoria ferri poſſit, per text.
in d. l. ſi ex cautione, ibi, exceptione op-
poſita, & text. in l. aduerſus. C. eodem tit.
Salic. in d. l. ſi quis poſthac. num. 2. Ter-
tiò procedit, quandò creditores de ſuo
debito & obligatione plenam fidem fa-
ciunt per publica inſtrumenta, vel te-
ſtes, quòd ſcilicet marito mutuum dede-
rint, aut pecuniam numerauerint, vel
res tales certo precio ſub obligatione
bonorum ſuorum vendiderint: ſecùs ſi
nudam tātùm debitoris cautionem ha-
5 beant, quo caſu cùm ſint † in pari condi-
tione, vxor, fauore dotis, ipſis creditori-
bus præfertur, vt præclarè notat Roma.
ad rubr. ff. ſolut. matr. Dd. in d. l. 1. ff. eod.
6 tit. Iaſ. in d. §. fuerat. Sic † vxor in dubio,
quandò videlicet non conſtat de præro-
gatiua temporis, tanquàm magis priui-
legiata, non ſolùm creditoribus, ſed eti-
am fiſco præfertur, quia inſtrumentum
dotis in dubio præſumitur prius factum:
& in dubijs pro dote pronunciandum,
tex. in l. ambiguis. ff. de reg. iur. Bart. in d.
l. 1. ff. ſolut. matrim. Iaſon ibid. num. 13. &
15. Dd. communiter ibid. vbi pro regula
tradunt, ſi duo inſtrumenta reperiantur
eodem die confecta, & nullo modo ap-
7 pareat de prioritate, quòd † inſtrumen-
tum dotis præſumatur prius factum, d. l.
in ambiguis. Bal. in l. dotis, nu. 1. C. de iure
dotium. Neguzantius in tract. de pigno-
ribus, in quarto membro ſecundæ par-
tis, num. 108. cum ſequen. Obſeruandum
ergò ex prædictis, ſpeciale eſſe in dote, &
mutuo, quòd confeſſio mariti, vel debi-
toris non probet numerationem, ſi op-
ponatur exceptio non numeratæ dotis,
vel pecuniæ, vt ſuprà dixi, per d. l. ſi ex
cautione: & licèt regulariter † reus exci- 8
piendo fiat actor, adeoq; ſuam exceptio-
nem probare teneatur, text. in l. ſi pactū,
& in l. in exceptionibus. ff. de probatio.
tamen hoc fallit in exceptione non nu-
meratæ dotis, & pecuniæ: quia eo caſu,
qui excipit, nil ponit, ſed poſitum negat,
vnde non probat, quod non eſt regulari-
ter in alijs exceptionibus, vide text. in l.
actor. C de proba. & in d. l. ſi pactum, tex.
in l. ſi chirographum, & in l. cùm de in-
debito. ff. eod. gloſſ. in d. l. ſi ex cautione,
in verbo, probare, in fin. An autem † iu- 9
rata confeſſio mariti de dote recepta no-
ceat creditoribus, vide Ioan Cępha. con-
ſil. 131. num. 5. cum ſequent. incip. vendi-
tor, volum. 1. vbi concludit quòd ſic, &
communem dicit in iuramēto promiſ-
ſorio, ſiue contractus confirmatorio, al-
legat Gozad. conſi. 42. num. 12. cum ſeq.
& conſ. 69. num. 16. & plures alios. Feli. in
d. c. ſi cautio. num. 84. de fid. inſtru. Fallit
quoque † iſta obſeruatio ſi lapſa ſint tem- 10
pora opponendi exceptionem non nu-
meratæ dotis, quia tunc idem iudicamus
de dote confeſſata, quod de dote nume-
rata, & dos confeſſata tunc gaudet om-
nibus priuilegijs dotis, ſecundum magis
communem opinionem, & præiudicat
marito, & omnibus creditoribus, Dd. in
l. fin. & in Auth. quod locum. C. de dote
cauta, & non nume. Cęph. d. conſ. 131. nu.
11. Afflict. d. deciſ. 402. nu. 10. vbi commu-
nem dicit, & multos ad hoc allegat Fe-
lin. in d. c. ſi cautio.

OBSERVATIO LXXXII.

Dote non conſtituta, an omnia bona vxoris in dotem data cenſeantur.

SVMMARIA.

1. *Mulier poteſt omnia ſua bona in dotem dare expreſſè: ſine tamen pacto lucrandæ dotis, & nu. 9.*
2. *Simpliciter nubendo an omnia bona in dotem data cenſeantur.*
3. *Dotis contractus in facto conſiſtit.*
4. *Mulier inuito marito diſponere poteſt de bonis proprijs.*

5 *Triplex genus bonorum vxoris.*
6 *Cautela pro marito qui duxit vxorem ſine dote.*
7 *Mulier ſecundò nubens, an cum eadem dote nubere intelligatur. & nu. 8.*
10 *Cautela pro marito ſecundo circa lucrum dotis.*

1 CErtum eſt † mulicrem omnia ſua
bona in dotem expreſſè dare poſſe,
cùm hoc nulla lege prohibitum ſit, per
tex. in l.nulla.C.de iur.dot. text.in l.mu-
lier bona.ff.eo.vtrobiq; Dd. Deci.conſil.
521.nu.8.incip.conſultus ab illuſtri. Cen-
ſetur autem expreſſe bona omnia in do-
tem dediſſe,etiam per verba iſtã, Do tibi
mea bona, vel trado,& committo me,
meaq; bona tibi: maximè ſi maritus tan-
ta dote dignus ſit, vt pulchrè conſuluit
Alex.conſ.142.nu.2.volum.7.incip.viſo
ſtatuto.Roma.conſil.44.nu.4.incip. Ex
ſuprà narrato. Bald. ſingula.in d.l.nulla.
num.2. allegans ad hoc text.vnicum in
iure,in l.quod autem.ff. de iur. dot. Sed
2 quid ſi † ſimpliciter, nulla dotis, per ver-
ba expreſſa,vel æquipollentia,mentione
facta, nupſerit, an eo quoque caſu om-
nia ſua bona in dotem dediſſe cenſebi-
tur? Et licèt Accur.in d.l.mulier bona,in
verb.mulier, teneat quòd ſic: tamen ex
communi Dd.ſententia dicendum con-
3 tra Accurſ. quòd non, quia † conſtitutio
dotis in facto conſiſtit,tex.in l.1.C.de do-
te cauta non nume.facta non præſumun
tur niſi probentur,tex.in l.quæcunque.§.
fi.ff.de Publicia. glo.ibid.in verbo,auto-
re,text.in l. in bello.§. factæ.ff. de capt. &
poſtli.reuer.text.in l.1.C. de probatio. &
in l.aſſeueratio.C.de nõ nume.pecu. Va-
let matrimonium cõtractum etiam ſine
dote,text.in l.final.in princ.C. de repud.
text.in l.fin.C.de donat. ante nupt. ergo
alleganti dotem cõſtitutam eſſe, incum-
bit onus probandi,text.in d.l.1.C.de pro-
batio.& in d.l. aſſeueratio.C. de non nu-
me.pecu.ita tenet Alex.conſi.142.dicens
eam opinionem eſſe communem, Iaſ.in
l.ſi conſtante, num.219 ff.ſolut.matrim.
idem in Authen.præterea, nu.12.C. vnde
vir & vxor.Rolan.in trac.de dote, quęſt.
71.Bal.in l.fi.nu.7.cum ſeq.C.de ſent.quę
ſine cer. quant. profer. Et † ideò mulier
4 poſſet diſponere de bonis ſuis pro arbi-
trio tanquàm de bonis proprijs, inuito
marito, quia non intelliguntur eſſe data
in dotem,neque maritus, fructus & redi-
tus,contradicente vxore, ſuos faciet, per
tex.not.in l.hac lege.C.de pact.conuent.
quinimò vxor talia bona, etiam conſtan
te matrimonio,& marito non vergente
ad inopiam vendicare poſſet, gloſſ. in l.
vbi adhuc.C. de iur.dot. in verbo, ſecun-
dum,& in verbo,ad ſuſtentationem.Bal.
& alij ibid. text. notab. in l. de his.C. de
dona.inter virum & vxor. Alex.pulchrè
conſil.144. num.4. volum.5. incip. circa
primum dubium, vbi omninò vide † de 5
triplici genere bonorum vxoris, vtputà
de bonis dotalibus, paraphernalibus, &
receptitijs , & in quibus bonis maritus
fructus lucretur. idem conſil.42.num.15.
volum.1.incip. ſuper præmiſſo, & conſi.
63.num.7.vol.2.incip ſuper primo, Deci.
conſi.521.num.6.incip. conſultus ab illu-
ſtri, Bald. pulchrè conſil. 478. per totum,
incip.quædam ſunt res, volum.5.& conſ.
276.num 4.volum.3.incip.verba ſtatuto-
rum.Batt.in l.penulti.num.3.ff. ad l. Fal-
cid. Caſtr.conſi.199.per totum. volum.2.
incip. ſuper primo reperio. vide ſuprà
eod.Obſer.78.Cautela † igitur eſt pro ma 6
rito, vt tali caſu, quandò videlicet matri-
monium abſque certa dotis promiſſio-
ne contractum eſt, ſibi conſtante matri-
monio adhuc proſpiciat, dotemque ſuæ
conditioni & dignitati congruam , &
competẽtem, ab vxore locuplete exigat,
per notata Bald. in Authen. res quæ C.
communia de leg.num.19. Hanc tamen
communem opinionem limita, vt non
procedat in muliere ad ſecundas nuptias
conuolante:nam illa, ſi primo † marito
certam dotem attulit, cum eadem dote 7
in dubio iterum nubere præſumitur. per
text. in l. dotem.1.ff. de iure dot. & in l.
Diuus.ff. eod. titul. facit text. in l. ſi mu-
lier, & in l.pen.§.vxor.ff. ſolut. matrim.
Alexan.conſi.144.nu.3.vol.5.incip. circa
primum dubium, Bald.in d.l.nulla. Ro-
land. latè per multa allegata, in d.tracta-
tu de dote, quæſtione 75. Iaſ. in §. fuerat,
nu.127.Inſt.de actio. quæ limitatio eo ca-
ſu etiam obtinet,quo ex priori matrimo
nio liberi extent,gloſſ.in l.hac edictali.§.
ſin verò plus. in verbo, diuidi. C. de ſe-
cund.nupt. Deci.conſ.246.num.2.incip.
requiſitus ab illuſtri. Alexand. d. conſil.
144.Boët. prolixè deciſ.137. part.1.per to-
tam, quam omninò vide. Sed † tamen 8
eo caſu, quo extant liberi primi matri-
monij, dos data primo marito, non in-
telligi-

telligitur in ſecundo matrimonio ſim-
pliciter repetita, ſed cum eo moderami-
ne, vt ſecundus maritus plus non lucre-
tur. quàm vnus liberorum, cui minus ex
bonis maternis relictum eſt, per text. in
d.l.hac edictali, & in Authen. de nupt.§.
de argumentis, tex.in l. ſi conſtante.C.de
donat.ante nup.Dd.in d.l.nulla.Alex.d.
9 conſ.144.num.3. Pacto † verò de lucran-
do non adiecto, valere dotis cõſtitutio-
nem ſuper omnibus bonis vxoris, mari-
tumq; eorum adminiſtrationem & vti-
litatem habere dubium non eſt, gloſſ. in
d.l.hac edictali, in verbo, diuidi. Bar.Bal.
& Salic.ibid. Deci.d. conſil. 246. num.2.
10 vbi cautelam † tradit pro ſecundo mari-
to, vt bona vxoris in dotem recipiat, pro
ſe & communibus liberis naſcituris, quo
caſu liberis extantibus, mater plus pote-
rit relinquere liberis ſecundi, quàm pri-
mi matrimonij, qui legitima contenti
eſſe debent. Eſt inſignis limitatio ad d.l.
hac edictali, nam illa locũ habet in do-
natione facta ſecundo marito, ſed non
prohibet, quò minus mater plus liberis
ſecundi quàm primi matrimonij, ſalua
legitima relinquere poſſit: liberis verò
ſecundi matrimonij non exiſtentibus,
obtinet diſpoſitio, d. l. hac edictali, &
prædicta cautela nullius eſt momenti,
Dec.pulchrè d.conſi.246.num.3.vbi plu-
res allegat, quem in hac materia omni-
nò vide.

OBSERVATIO LXXXIIII.

De dote conſtante matrimonio ob viri inopiam repetenda.

SVMMARIA.

1 *Dos conſtante matrimonio repeti non poteſt.*
2 *Fallit ſi maritus ad inopiam vergat.*
3 *Paraphernalia bona in caſu inopiæ an repeti poſſint.*
4 *Vxor omnia bona mariti pro dote obligata habet.*
5 *Merces an in generali obligatione comprehendantur.*
6 *Dos in caſu inopiæ à ſocero repeti poteſt.*
7 *Cautio fideiuſſoria an impediat repetitionem dotis in caſu inopiæ.*
8 *Minoris bona an pro dote ſint tacitè obligata.*
9 *Bona minoris inuecta & illata an ſint tacitè obligata locatori.*
10 *Decretum legis in obligatione rerum minoris ſufficit.*
11 *Vxor quando maritus incipit malè vti ſubſtantia, dotem repetit.*
12 *Inopia mariti quomodo probetur, & an plena probatio requiratur.*
13 *Inopia multis modis contingit.*
14 *Peregrinationes frequentes inopiam comitem habent.*
15 *Fideiubens pro alio dicitur ſubſtantia ſua malè vti.*
16 *Idem in eo qui pecunias ſub vſuris accipit.*
17 *Dotis repetitio in caſu inopiæ cur concedatur.*
18 *Dos quando ſequeſtranda.*
19 *Dos qua actione repetenda in caſu inopiæ mariti.*
20 *Maritus ſi contumax ſit in reſtituendo dotem, vxor in eius bona immittitur.*
21 *Maritus quas exceptiones vxori dotem repetenti obycere poßit.*

REgulariter † dos conſtante ma- 1
trimonio repeti non poteſt, per
text.in l.in rebus.§. omnis.C. de
iur.dot.& in l.vnica.C.ſi dos cõſtan. ma-
tri.reddit. fuer.tex. in l.2.ff. de dote præ-
leg. & in l.cùm notiſſimi §. illud.C. de
præſcript.30.vel 40.anno.& tot.titu.ff.&
C.ſolut. matrimo. quemadmodum dos
pet.Bar.in l.ſi conſtante, nu.25.ff.d.tit.Dd.
communiter ibid. Ratio, quia dos one-
ribus matrimonij deſeruire debet, tex.in
l.ſi pater.in fine ff. de iur.dot. & in l.pro
oneribus.C.eod.tit. & ideò de dote repe-
tenda, nulla vxori, conſtante matrimo-
nio, competit actio, tex.in d.l.2.& in l.ſed
ſi alia.in fin.ff.de bon. damna.text.in d.l.
in rebus.§.omnis, & in d. l. cùm notiſſi-
mi.§.illud. at neminem ſine actione ex-
periri poſſe notum eſt, text in l.ſi pupilli,
§.videamus.ff.de negot.geſt.gloſ.ibid.in
verbo, non habuerit, cum allegatis ibid.
Fallit iſta communis regula, ſi † mari-
tus conſtante matrimonio ad inopiam 2
vergat, qualitercunque hoc fiat, ex deli-
cto, culpa, vel ſine culpa mariti, d.l.ſi con
ſtante, l.vbi adhuc.C. de iur.dot.c.per ve-
ſtras, extr.de don. inter vir. & vxo. vtro-
bique gloſſ. in verb.ad inopiam, d. l. in
rebus.§.omnis. Ratio, quia quóad actio-
nis exercitium, ſiue dotis exactionem à
pari procedunt, matrimonium eſſe diſ-
ſolutum, vel maritum conſtante matri-
monio ad inopiam vergere, d.l. vbi ad-
huc, Iaſ. in d. l. ſi conſtante, num. 17. &
num.19.Barto. & alij ibi. Ampliatur iſta
fallentia. Primò, vt procedat, non ſolùm
in dote: ſed etiã donatione propter nu-
ptias, quæ ex pacto, vel ſtatuto vxoris lu-
cro, ſoluto matrimonio cederet, cùm il-
la quoque matrimonij oneribus ſubiecta
ſit, per text.ſing.in d.l. vbi adhuc. Specul.

titu. de donat. int. vir. & vxor. aliâs titu.
de dot. poſt diuort. reſtit.§.fina. num.18.
Panorm.in d.c.per veſtras, num.12.in fi.
Caſtr.in d.l.ſi conſtante, num.2.Iaſ ibid.
3 num.3.& 4.Secundò ampliatur,vt † pro.
cedat, non ſolùm in dote, verùm etiam
in bonis paraphernalibus,quæ vxor ma.
rito vltra dotem dedit, d. l. vbi adhuc.
Specu.Panorm.vbi ſuprà. Caſtr.& Iaſ.in
d.l.ſi conſtãte. Tertiò ampliatur, vt pro.
cedat non ſolùm in bonis mariti allo.
dialibus,ſed etiam emphyteuticis,& feu.
4 dalibus:mulier † enim pro ſecuritate do.
tis ſuæ ad omnia bona mariti agere po.
teſt:ſed in feudalibus, ſoluto iure mariti,
extinguitur ius vxoris, text.in c.1.§. hoc
quoque,de ſucceſſ.feudi, Afflict.ibid. nu.
37.cum ſequen.& communiter Feudiſtę,
text.in l.lex vectigali.ff.de pignor.Barto.
in d.l.ſi conſtante,nu.73. & non tantùm
ad immobilia,verùm etiam mobilia bo.
na actio competit:adeò,vt ad merces ve.
nales agere queat,tex.not.in l.cùm taber.
nam.ff.de pignorib,& hypoth. Bart. vbi
ſup.nu.73.iuncta apoſtilla, in verb. mer.
5 ces.quia † in generali obligatione,ſecun.
dum magis communem opinionem,
veniunt etiam merces venales. Bart.in l.
generali.§.vxori, nu.4.ff.de vſufruct.leg.
vbi omninò vide diſtinctionem Barto.
Quartò ampliatur, vt procedat non ſolũ
6 in marito,ſed etiam † ſocero,qui dotem
recepit,& incipit vergere ad inopiã, vel
malè vti ſua ſubſtantia,quia eadem ratio
æquitatis eſt in vtroque, ergo idem ius
ſtatuendum,tex.in l. fi.C.ad l.Falcid.glo.
ibid.in verbo,æquitatis,text.in l.fin.C.de
conſtit.pecu. & in l. illud.ff. ad l.Aquil.
glo.ibid.in verbo,ęſtimari.prętereà iſtud
beneficium vxori non tantùm contra
maritum, ſed etiam extraneos poſſeſſo.
res competit,d.l. vbi adhuc. ergò multò
magis contra ſocerum obtinere debet,
glo.in d.l.vbi adhuc.& in d.l. ſi conſtan.
te.Bart.ibid.nu.25.quem ad hoc omninò
vide,& communiter Dd.Ioan.Andr. ad
Spec.d.titu.de donat.inter vir.& vxor §.
fi.nu.18.in verb.viro. Quintò ampliatur,
vt procedat, etiamſi maritus fideiuſſo.
res de conſeruanda & reſtituenda dote
7 offerret,quia † fragilis eſt cautio,tex.in l.
qui ita,§.1.ff. ad Trebell. cui vxor dotem
committere non tenetur, text.in l. cogi,
§.idem quærit.ff.d.titu.gloſſ.ibid. in ver.
bo,cautionis, & gloſſ. in d. l. cui adhuc.
Barto.in d.l.ſi conſtante,nu.46. Iaſ.ibid.
nu.5. quē ad hoc vide, nam videtur huic
ampliationi obſtare, d.c.per veſtras, vbi
cautio admittitur in caſu inopiæ mariti,
Sextò ampliatur vt procedat etiam in
marito adhuc minore: quia licèt Bart.in
d.l.ſi conſtante, nu.74.concludat, mino.
ris bona pro dote vxoris ſuæ tacitè non
eſſe obligata, quia res † minoris ſine de. 8
creto iudicis,et curatoris authoritate ob.
ligari non poſſunt,tex.in l.1.& tot.titu.ff.
de reb.eo.qui ſub tutel.tex.in l.lex quę tu.
tores.C. de adminiſtr. tut. cum concor.
dantibus. Quemadmodum in ſimili,bo.
na † minoris inuecta,& illata in domum 9
conductam, non ſunt quoque tacitè ob.
ligata locatori, gloſſ.in l.item quia.ff. de
pact. in verbo, illata, tamen communis
opinio eſt contra Barto.atteſtante Iaſ.in
d.l. ſi conſtante, num. 210. cum ſequen.
vbi pleniſſimè hunc articulum exami.
nat. Ratio eſt, quia in hypotheca neceſ.
ſaria & legali, quæ venit acceſſoriè, iu.
dicis & hominis decretum non requiri.
tur, ſed † legis decretum ſufficit: nam lex 10
inducit hanc tacitam obligationem eo
ipſo, quo minor matrimonium contra.
hit,& dotem recipit : aliud eſt in volun.
taria obligatione, de qua loquitur text.
in d.l. lex quæ tutores, & licèt pupillus
non poſſit principaliter obligari ſine tu.
tore, tamen in conſequẽtiam poteſt, per
text.notab.in l. cõditionibus §. pupillus,
ff.de condit.& demonſtr. Bald.in l.fina.
num.1.C. de legit. tut. vbi communem
dicit, In legali obligatione decreto iudi.
cis non eſſe opus, & non minorẽ effica.
ciam legis decretum habere, quàm iudi.
cis, qui eſt legis miniſter, argum.l.digna
vox.C.de legib. Et hanc opinionem con.
tra Bart. tenent Bald. Angel. Ludouicus
Roma. Alex. & prolixè Iaſ. in d.l. ſi con.
ſtante,& alij per Iaſ.citati. Septimò am.
pliatur, vt procedat, non ſolùm quandò
maritus iam obæratus, & amplius ſol.
uendo non eſt, ſed etiam † quandò iam 11
incipit labi facultatibus, & malè vti ſub.
ſtantia ſua, idq; nouiſſimo Authentico.
rum iure receptum eſt, per text. in d.§.il.
lud. Authen.de ęqual.dot.& in d.c.per ve.
ſtras. Bart.in d.l.ſi conſtante, nu.4.& nu.
20.glo.in d.l. vbi adhuc, proinde prout.
da vxor tãtiſper expectare nõ debet, do.

nec

nec omnia mariti bona in fumum cine-
remq́; redacta ſint, ſed in tempore ſibi li-
12 beriſq́; ſuis proſpicere Ad probandam †
verò viri inopiam, vel prodigalitatem,
vulgi opinio, & ſemiplena probatio ſuf-
ficit, quãdò videlicet vxor contra mari-
tum ad repetitionem dotis agit, quia nõ
infertur marito magnum præiudicium,
cùm dos alienari nequeat, ſed in cauſam
alimentorũ ſeruanda ſit, vt mox dicetur:
ſecùs ſi cõtra extraneos pignorũ poſſeſ-
ſores hypothecaria ageret: quo caſu ple-
na probatione opus eſſet, per ſigna ex-
trinſeca: putà, quia vendit, vel dilapidat
bona ſua inutiliter, glo. in d.l. vbi adhuc,
Bart. in d.l. ſi conſtante, nu.13. & num.16.
13 Iaſ. ibid. num.157. Ad † inopiam vergere
quis varijs modis dicitur. Primò, ſi acce-
pti & expenſi nullam rationem habeat.
ſi ſuprà vires patrimonij ſumptus faciat,
plus conſumat, quàm eſt in facultatibus
& annuis redditibus, quem Cicero gur-
gitem & voraginem patrimonij vocat,
cui quotidiè grandes fumant pultibus
ollæ. Secundò, ſi frequẽter ocioſè, & ani-
mi relaxandi gratia tantùm, peregrè, lon
14 ginque proficiſcatur: nam † frequentes
peregrinationes inopiam comitem ha-
bent, per text. in §. hæc conſiderantes, in
fi. Authen. vt omnes obed. iudic. prouin.
Bart. in d.l. ſi conſtante, num.21. Alex. nu.
15 14. Iaſ. nu.158. cũ ſeq. Tertiò, ſi † facilis ſit
in fideiubendo: is enim malè dicitur vti
ſua ſubſtantia, & ad inopiam vergere,
qui pro alijs frequẽter fidem ſuam inter-
ponit: quod eſt ſingulariter notandum,
ſecundum Alexan. & Iaſ. vbi ſuprà, alle-
gantes. Angel. in l. in perſonam. §.1. ff. de
pact. per illum text. Quartò, qui frequen-
16 ter † pecunias accipit ſub vſuris, easque
diu retinet, & ducit, aut verſuram facit,
gloſſ. notab. in l.2. in verbo, ſuſpectum. ff.
ſolut. matr. quia vſuræ voraces exhauri-
unt facultates hominum, text. in c.1. de
vſur. in 6. tex. in c. quanto, extr. eo. tit. Iaſ.
vbi ſuprà. nonnullos etiam alea pernox,
& præceps decoquit, & ante tempus mi-
ſeros facit. huiuſmodi enim, & ſimilibus
gradibus ad paupertatem peruenitur. Fi-
17 nis, & † cauſa finalis repetendæ dotis in
caſu inopiæ eſt, non vt vxor dotem alie-
net, ſed vt ex fructibus ſe, maritum, & li-
beros alat, ſaluis pactis dotalibus, tex. no-
tab. in l. mutus. §. manente. ff. de iure dot.
text. in l. ſi cùm dotem. §. ſi verò. ff. ſolut.
matrim. glo. in d.c. per veſtras, in verb. ad
inopiam. Bal. in d.l. vbi adhuc, nu.1. Bart.
in d.l. ſi conſtante, num.87. cum ſequ. &
num.91. & ſic iſta repetitio, non ſolùm
vxori, ſed marito & liberis, vtilitati &
commodo eſt. Quod ſi vxor non ſit in-
duſtria, ſed ad rem domeſticam inepta,
dos † ad cauſam alimẽtorum ſequeſtrari 18
debet, quia vxori non perditur æ dotis re-
ſtitutio facienda eſt, per text. in d.l. mu-
tus. §. manente. Bart. in d.l. ſi conſtante,
nu.5. & nu.84. Qua † autem actione iſta 19
repetitio faciẽda ſit, perſonali, hypothe-
caria, an vtili rei vendicatione, vide di-
ſtinctionem Bart. in d.l. ſi conſtante, nu.
70. Iaſon & Dd. ibid. Bal. in l. doce ancil-
lam, nu.1. in fin. C. de rei vend. vbi formã
libelli præſcribit. Marito † contumace 20
exiſtente, & dotem non reſtituente, ad
diffinitiuam ſententiam contra eum nõ
proceditur, quia lite non conteſtata hoc
fieri regulariter nequit, text. in c. de cau-
ſis, de offic. iudic. delega. & in c. accedens,
§. cùm igitur, vt lit. non conteſta ſed
vxor in poſſeſſionem rerum mariti mit-
titur, per notata in l. cum proponas. C. de
bon. author. iudic. poſſiden. Specul. d.
titu. de dot. poſt diuor. reſtit. §. fin. num.
23. Bart. in d.l. ſi conſtante, num.90. Por-
rò † maritus exceptiones legitimas con- 21
tra repetitionem dotis opponere poteſt,
putà, quòd cõueniri nequeat vltrà, quàm
facere poſſit, & regulariter omnis exce-
ptio, quę conſtante matrimonio ipſo iu-
re dotem minuit, rectè vxori opponitur,
tex. in l. quamuis. cum l. ſequ. ff. ſolut ma-
trimo. Barto. in d.l. ſi conſtante. num.85.
vbi duas regulas affirmatiuas, & vnam
negatiuam tradit, vt ibi per eum. Vide
plures caſus & limitationes, quibus dos
conſtante matrimonio repeti poſſit, glo.
in l.2. ff. ſolut. matrimo. in verbo, dos
debet, Bart ibid num.3. & text. in l.1. C. de
repud. vbi dicitur, quòd ob viri deporta-
tionem dos ex æquitate repeti poſſit, ad
idem text. not. in d.l. ſed ſi alia. ff. de bon.
damnato, gloſſ. in d.l. cùm notiſſimi. §. il-
lud in verbo, repudij, & in l. ſic ꝑ rata. §.
maritus, in verbo, permiſſum. ff. de relig.
& ſumpt. funer. An autem maritus expel
lens vxorem, teneatur dotem reſtituere?
Minimè, quia hoc iure cautum nõ repe-
ritur, vt voluit Alexan. conſil.26. num.7.

vol.6.incip. Viſo & diligenter ponderato. Sed Bald.in l.fin. nu 12.C. de ſenten. quæ ſine cert. quant. profer.aliter ſentit, quandò maritus vxorem ſine cauſa expellit,quia cùm nō ſuſtineat onera matrimonij, nec fructus dotis habere debet, tex.in l.pater.ff.de dol.mal.& met.excep. quia illos maritus propter onera matrimonij ſuos facit,tex.in l.dotis fructus.ff. de iur.doti. & in l. pro oneribus.C. eod. Ceſſante igitut cauſa,ceſſat effectus,text. in c.cum ceſſante,de appellationib. Imò fortius renet Bald. in l.1.§.ſed ſcimus.C. de lati.liber.tollen. num.1.quod maritus vxorem ſine cauſa expellens,lucrum dotis amittat,per illum text. & tex.in l.ſi ab hoſtibus.§. fin.ff. ſolut. matrimon. vide gloſſ.magiſtralem. & Dd. in d.l.2.ff.d.titu. & in l.1.C. de repud. Quid ſi maritus ſit excommunicatus, & in ea perſeueret, an dotis exactio locum habeat? Ioan. Andr. ad Specul. d. titu. de donat. inter vir. & vxo.§. fin. num. 20. in verb. inter alias,tenet quòd ſic,vbi omninò vide,refert Alex.d.conſi.26.num.2.

OBSERVATIO LXXXIIII.

Mulier obærato marito ſcienter nubens, an dotem conſtante matrimonio repetere poſſit.

SVMMARIA.

1 *Volenti non fit iniuria.*

2 *Fideiubens pro homine inope ſcienter, an ad liberationem agere poſſit.*

3 *Creditor quando debitorem de fuga ſuſpectum allegare nequeat.*

4 *Mulier contrahens cum heretico dotem amittit. Matrimonia non diuitijs ſed affectu contrahuntur. Ibid.*

5 *Vxor expreſſo pacto dotis conditionem deteriorem facere non poteſt.*

6 *Argumentum à maiori ad minus in iure validiſſimum.*

7 *In correctorijs licita eſt extenſio, quando res ad primaeuam naturam reuertitur.*

8 *Ignorantia regulariter præſumitur.*

9 *Cautionem de conſeruanda & reſtituenda dote, an maritus in caſu inopiæ offerre poſſit.*

10 *Fideiuſſores dotium quando reprobati, & quando admiſſi.*

11 *Obligans ſe vna cum marito tanquàm correus in ſolidum tenetur.*

12 *In alternatiuis, iuris optio iudici datur.*

QVæſtio in vtramq; partē diſputabilis eſt, reſte Iaſ.in l.ſi cōſtante,nu.170.ff.ſolut.matr.an mulier ſciens prudensq; cum viro inope, vel prodigaliter ſumptuoſo, aut iam antea obærato, matrimonium contrahens,poſſir cōſtante matrimonio ob mariti inopiam dotem datam repetere? Partem negatiuam, quòd tali caſu locus repetitioni non ſit, tenent Cyn. in l.vbi adhue.C. de iur.dot.in 4.quæſt. Dyn. Alberic. Bald. Imol.Roma. Aretin. & Iaſ. in d.l.ſi conſtante. Ioan.And. ad Specul. tit.de donat.inter vir. & vxor. aliâs titu. de dote poſt diuor. reſtit.§. fin. num.18. in verb.vergente. Ratio, quia nemo videtur fraudare eos, qui ſciunt & conſentiunt,text.in l.nemo videtur.ff.'de regul. iur. & quòd ſcienti & † volenti regulari- 1
ter nō fiat iniuria,text.in c.ſcienti,eo.tit. in 6.tex.in l.cū donationis.C.de rranſac. & in l.1.§.fi.ff.de act.emp.Mulieri ſuccurritur propter inopinatam mariti inopiā: ſecùs ſi ſit præuiſa & cognita, text.not.in l.ſi is à quo.§.fi.ff. vt in poſſ.legat. & in l. fi.§. his illud quoq;.C. de ſponſalib. quia tunc propter ſciētiam,perſonam,& mores mariti approbaſſe cenſetur,per tex.in l.inter cauſas.§.abeſſe.ff. mand.& text.in l.ſi legibus.C. de epiſc. audien. text. in l. promittendo. §. ſi à debitore. ff. de iur. dot.d.l.fin.C.de ſponſalib. Baldus in Authen. quòd locum, num. 10. C. de collat. Iaſon in d. l. ſi conſtante, num. 171. & ideo metito ſtultitiæ & leuitatis ſuæ expēſum ferre debet, tex.in d.l.ſi is à quo, §.fin. & in d.l.fin §. his quoque. Tertiò, pro confirmatione huius partis negatiuæ facit, quòd † fideiuſſori ſcienter pro 2
homine inope,vel prodigo, fidem ſuam interponenti, actio mandati ad liberationē non competat,etiamſi diu fideiuſſionis nexu obligatus fuerit,tex.in l.ſi creditores.ff.de priuil. credit. & in d.l. ſi is à quo.§.fin. cum l.ſeq.ff. vt in poſſ.leg.Bal. in l. ſi pro ea, num.1.C. mand. per illum text.à contrario ſenſu. vide ſupr.eodem Obſeruat.29. Quartò facit, quòd † credi- 3
tor debitorem de fuga ſuſpectum allegare nequeat, ſi eius conditionem contractus tempore notam habuit: putà,quòd obæratus eſſet, vt notat Bart.in d.l.ſi is à quo, num.2. per illum text. & ibid. pulchra poſtilla. Barto.in d.l. fin. num.2.C. de

de ſponſalibus, Panor. in c. propter ſterilitatem, num. 9. ext. loc. vide ſuprà eod.
4 Obſeruat. 44. Quintò facit, quòd † mulier ſciēter cum hæretico matrimonium contrahens, dotem amittat, eaque fiſco applicetur, text. in c. decreuit, de hæretic. libr. 6. quem ad hoc allegat. Alexand. in d. l. ſi conſtante, licèt Iaſ. ibid. nume. 187. exiſtimet illum text. nihil ad propoſitum facere, cùm ibi amiſſio dotis ob delictum fiat: at mulier nubēdo inopi, nullum committit delictum, quia matrimonia non diuitijs, ſed affectu contrahuntur, tex. in l. fin. in princip. C. de repud. & in l. fin. C. de donat. ant. nupt. Et hanc partem negatiuam magis communem atteſtatur Iaſon vbi ſupr. nume. 172. eamque pluribus illuſtrat rationibus. Affirmatiuam verò partem, videlicet repetitionem dotis cōſtante matrimonio, in caſu inopiæ, mulieris præſcientia non excludi, tenet Bartol. in d. l. ſi is à quo. §. fin. nume. 2. & in d. l. ſi conſtante, num. 22. cum ſeq. quem ſequitur ibid. Alexand. nume. 17. in fin. Panorm. in d. c. per veſtras, num. 15. Bald. ſibi contrarius in d. Authen. quòd locum, nume. 10. Anchar. & Imol. in d. c. propter ſterilitatem.
5 Ratio, quia vxor † expreſſo pacto dotis conditionem deteriorem facere non poteſt, tex. in l. de die, cum l. ſequen. & in l. Attilicinus. ff. de pact. dotalibus. ergo multo minus tacito pacto hoc fieri permittitur, quod tacitum pactum cenſetur initium eo ipſo, quādò mulier do-
6 tem ſcienter dat viro inopi, † argumento à maiori ad minus, quod in iure validiſſimum eſt, gloſſ. ordinaria in l. 2. in verb. adoleſcentiæ. C. in quib. cauſ. in in. reg. reſtit. non eſt neceſſ. Panor. & Dd. in c. cùm in cunctis. de elect. Nicol. Euerh. in loco à maiori. Adhæc intereſt Reipublicæ, vt mulieres ſuas dotes ſaluas habeant, tex. in l. 1. ff. ſol. matri. Et licèt hæc opinio affirmatiua Bart. & aliorū, æquitati magis conſentanea ſit, & matrimonijs fauorabilior, vt mulieres maritos inueniant, tamen eam multis argumentis confutat Iaſ. in d. l. ſi conſtante, num. 170. vſque ad nu. 188. eſtq; pars negatiua in puncto iuris verior, propter prędictas rationes. Nec obſtat argumentum de tacito pacto, quia cùm iſtud tacitum pactū reducat dotem ad primæuam naturam, quæ eſt, quòd dos cōſtante matrimonio repeti nequeat, valet etiam in præiudicium dotis, text. nota. in l. ſi vnus §. pactus ne peteret, verſi. quòd in ſpecie dotis. ff. de pact. Sic in † correctorijs licita eſt ex- 7 tenſio, quādò res ad ſuam reuertitur naturam, putà ad ius commune, gloſſ. ſing. in c. ſtatutum, in verb. numerandum. de præbend. lib 6. Iaſ. vbi ſup. nume. 172. Sed vtraq; pars diſtinctionis fœdere, ad concordiam reduci poſſet, hoc modo: vt pars negatiua tunc demùm procederet, quandò vxor ante matrimonium plenè cognouiſſet, & explotatam habuiſſet viri conditionem, nimirum eum planè obæratum & inopem fuiſſe, vt illo caſu, vxori agenti ad repetitionem dotis conſtante matrimonio, maritus excipiendo reſpondere poſſit: Tibi nō competit adueſus me actio, quia mores & conditionem meam iam antea ſciuiſti, & proinde nunc conſtante matrimonio, dotē datam repetere non potes, per iura ſupr. allegata. Et quoniam † ignorantia regu- 8 lariter præſumitur, niſi probetur ſciētia, tex. in l. verius. ff. de probat. gloſſ. ibid. in verb. obligatum, gloſſ. in d. c. decreuit. in vetb. tunc. tex. in §. quòd autem. Inſtit. de legat. cum ſimilib. ideò maritus ſcientiam inopiæ, vxore ignorantiam allegante probare debet. Iaſ. in terminis in d. l. ſi conſtante, num. 186. Pars verò affirmatiua tunc demum obtineret, ſi mulier viro de dilapidatione tantum populari rumore ſuſpecto ſcienter nuberet, quo caſu, cum facultatibus rempore matrimonij maritus nondum lapſus ſit, ſed matrimonio conſtante finem prodigalitatis ſuæ nullum faciat, ſed omnia conſumere, & in fumū cineremq; reducere pergat, conſulendū vxori beneficio iuris cōmunis, putà Digeſt. Cod. & Authen. per text. in d. l. ſi conſtante, & in d. l. vbi adhuc. & d. §. illud. Auth. de æqual. dot. Quò pertinent notata Bald. in d. l. ſi pro ea. C. mand. numer. 1. vbi dicit quòd ex continua dilapidatione noua ſuboriatur ſuſpicio, quæ nouam actionem producat, idem notat apoſtilla ad Bartol. in d. l. ſi is à quo §. fin. in verbo, poſtea. facit text. in l. planè ſi, ff. vt in poſſ. legato. Prætereà, etſi in caſu ſcientiæ, ſuſtinendo partem negatiuam, vxori conſtante matrimonio, dotis repetitio

9 non competeret: tamen ſi eo caſu † cau-
tionem de conſeruanda & reſtituenda
dote à marito exigeret, eam maritus prę-
ſtare tenetur, quia non videtur remiſiſſe
talem cautionem, arg. l. Sabinus. §. ſed et-
ſi. ff. commun. diuid. & l. Labeo. cum l.
ſequen. ff. de aqu. plu. arcend. per text. in
d. c. per veſtras. quem ad hoc allegant, &
ita intelligunt, Alexan. in d. l. ſi conſtan-
te, num. 17. & Iaſ. ibid. num. 172. Et quam-
10 uis de iure ciuili † fideiuſſores dotium re-
probati ſint, cùm propter cautionis fra-
gilitatem, text. in l. qui ita, §. 1. ff. ad S.C.
Trebellia. & in l. cogi. §. idem quærit. ff.
eod. gloſſ. ibid. in verbo, cautionis: tum
etiam ne inter vxorem & virum perfidię
occaſio oriatur, text. in l. final. C. ne fide-
iuſſ. dot. den. attamen hoc non procedit
in caſu inopiæ mariti, quia tunc licitè fi-
deiuſſores, pro ſeruanda & reſtituenda
dote interuenire poſſunt, per text. in d. c.
per veſtras. Panorm. ibid. num. 13. dicens
ſingulariter hoc pacto limitari rubric. d.
11 tit. C. ne fideiuſſ. dot. Alia † limitatio eſt,
quandò quis principaliter obligaret ſe
vna cum marito, tanquam correus ad re-
ſtitutionem dotis, quia tunc principali-
ter in ſolidum obligatur: Natta conſil.
52. nume. 5. incip. vt oſtendatur, vbi com-
munem dicit, Iaſ. in l. ſi conſtante. ff. ſo-
lut. matrim. Dd. in d. l. fina. C. ne fideiuſſ.
dot. dent. An autem iuratoria cautio ſuf-
ficiat? quod videtur, per tex. in d. c. per ve-
ſtras, vbi marito talis cautio exigitur,
quam ipſe præſtare poteſt, quòd gloſſ.
ibid. de iuratoria cautione interpreta-
tur, ſed Panorm. rectiùs docet relinquen-
dum arbitrio iudicis, an oblata cautio
ſit idonea, & admittenda, vel dos, pro
maiore ſecuritate vxoris ſequeſtranda,
eò quòd text. ibi alternatiuè loquatur, &
12 in † alternatiuis iuris, optio iudici detur,
niſi verba ad partem dirigantur, per text.
in c. à crapula, de vita & honeſt. cleric.
gloſſ. ibid. in verbo, vel beneficio. & Pa-
norm. nume. 4. Idem in d. c. per veſtras,
num. 15. Dyn. in c. in alternatiuis. de regu.
iur. in 6. gloſſ. & Dd. in l. Lucio. ff. de leg.
2. Latiſſimum enim iudicis arbitrium
eſt, tex. in l. 1. ff. de iuriſd. om. iudic. & in l.
non quicquid. ff. de iudic. vt infinitis ex-
emplis oſtendit Afflict. in c. 1. numer.
21. circa finem, ex quibus cauſis feud. a-
mitt.

OBSERVATIO LXXXV.

Maritus locupletior factus, an dotem ex cauſa inopiæ reſtitutam repetere poſſit.

SVMMARIA.

1 *Adminiſtrationem an maritus recuperet ſuperuenientibus diuitijs.*
2 *Actus ſuperueniens non tollit actum præcedentem, ſi ad eundem finem tendat.*
3 *Cauſa ceſſante quandò non ceſſet effectus.*
4 *Dos ceſſante inopia viri, ad primæuam naturam reuertitur.*
5 *Extenſio in correctorijs quandò permiſſa.*
6 *Prodigus ceſſante prodigalitate adminiſtrationem rerum ſuarum recuperat.*
7 *Concordia coniugalis promouenda.*

SVbtilis, diſputabilis, & eiuſdem
argumenti quæſtio eſt ſecũdùm
Iaſ. in l. ſi cõſtante, nu. 223. & nu.
228. ff. ſolut. matrim. an maritus locuple-
tior factus ex teſtamento, vel ab inteſta-
to, aut alia quadam cauſa, dotem vxori
propter inopiam prius reſtitutam, con-
dictione † ſine cauſa repetere, & admini- 1
ſtrationem dotis recuperare poſſit? Par-
tem negatiuam tenet Accur. in l. vbi ad-
huc. C. de iur. dot. in verbo, abutatur, per
illum tex. ibid. Si quas poſteà fortè quæ-
ſierit. quem ſequuntur Bar. in d. l. ſi con-
ſtante, nume. 107. Alexand. ibid. num. 39.
Ioan. Andr. ad Specul. tit. de donat. inter
vir. & vxor. aliàs titul. de dot. poſt diuor.
reſtit. §. final. ad num. 24. in verb. dotem.
Bald. in d. l. vbi adhuc, nume. 26. Caſtr. in
l. plurib. §. etſi placeat, num. 2. ff. de verb.
obligat. Idem in l. ſciendum. §. fin. ff. qui
ſatiſd. cog. num. 4. per illum text. vbi ſa-
tiſdatio de iudicio ſiſti ob defectum bo-
norum immobilium non retractatur,
licèt poſteà is qui ſatiſdedit, incipiat poſ-
ſidere bona immobilia. Prætereà repeti-
tio, ſiue conſignatio dotis in caſu ino-
piæ, ad ſecuritatem mulieris comparata
eſt, tex. in d. l. ſi conſtante, & in d. l. vbi ad-
huc: ſed diuitiæ ſuperuenientes ad idem
tendunt: ideò non debent operari con-
trarium effectum, & actum geſtum ac
conſummatum retractare: nam actio de
dote, & dies obligationis, propter ino-
piam viri ſemel ceſſit, & venit, proindè
dominium, quod in vxorem ſolutione
dotis tranſlatum eſt, ab ea iterum tolli
non

non debet, ita Bart. & Dd. in locis ſuprà
allegatis, per regulam, quòd quotieſcun-
2 que † actus ſuperueniens, qui initio im-
pediret actum geri, ad eundem tendit ef-
fectum cum actu geſto, tunc ſuperueni-
enti caſu, quod geſtum eſt antea, nō tol-
litur, Bart. in d. l. ſi conſtante, per text. in
d. l. ſciendum. §. fin. & text. in l. verbis. ff.
ad l. Falcid. Bart. ibid. num. 1. text. in §. ex
contrario. Inſtit. de legat. Et ſic huic opi-
nioni non aduerſatur alia regula; quòd
3 † ceſſante cauſa, effectus ceſſare debeat,
tex. in c. cùm ceſſante, de appella. & in l.
generaliter, C. de ſacroſ. eccleſ. text. in l.
1. in fine, ff. de donat. & in l. adigere, §.
quamuis, ff. de iur. patro. quia procedit
quandò cauſa ceſſat ante effectum con-
ſummatum, ſecùs ſi effectus eſt iam con
ſummatus, quo caſu ceſſante cauſa, effe-
ctus remanet, ita Barto. in l. Titia Scio. §.
Imperator, nu. 10. ff. de leg. 2. allegat ad
hoc, tex. in l. fi. ff. vnd. lib. qui tex. ad hoc
optimè facit, & tex. in l. qui res, §. aream,
ff. de ſolutio. Deci. conſil. 583. num. 9. in-
cip. iuridicam eſſe. & conſil. 24. nume. 3.
incip. & pro virili vbi per hanc ratio-
nem concludit, beneficium Authent.
præterea, C. vnde vir & vxor, locum ha-
bere etiamſi poſt mortem mariti diui-
tiæ vxori ſuperueniant: ſufficere vxo-
rem tempore obitus mariti inopem
fuiſſe, & qualitatem adiunctam verbo,
ſecundum tempus verbi intelligi opor-
tere, tex. in l. in delictis, §. ſi extraneus, ff.
de noxa. actio & in l. Tirius, ff. de milit.
teſtam. tex. in l. ex facto, ff. de vulg. & pu-
pilla. ſubſtit. & ſic actu conſummato, ef-
fectum, ob cauſam ſuperuenientem, nō
tolli. Deci. d. conſi. 24. vbi hoc pluribus
rationibus illuſtrat, vide Cæpha. conſil.
244. per totū vol. 2. incip. Teſtator vxo-
ri, vbi materiā d. Auth. præterea tractat,
vide infrà, Obſer. 88. Partē verò affirma-
tiuam quòd ob diuitias ſuperuenientes
repetitioni ſit locus, tanquàm veriorē &
æquiorem, tenent Specu. loco citato, nu.
23. Iaſ. in d. l. ſi conſtante, num. 228. cum
ſeq. Cyn. Raph. Cuma Roma. ibid. Bald.
ſibi contrarius in l. ad comparandas, nu.
7. C. mandati. Ratio, quia exactio dotis,
q̄ fit conſtante matrimonio, eſt cōtra re-
gulas iuris, tex. in l. 2. ff. ſolu. matr. in caſu
verò inopiæ iure ſpeciali, & dotium fa-
uore repetitio permittitur, d. l. ſi conſtan
te. & d. l. vbi adhuc † ceſſante igitur ino- 4
pia, dos redit ad primæuā ſuam naturā,
vnde eius adminiſtratio marito propter
onera matrimonij meritò iterùm con-
cedenda eſt, & per conſequens repetitio
locū habere debet, per text. in l. ſi vnus. §.
pactus ne peteret, ibi, quòd in ſpecie do-
tis ff. de pact. Quò ſpectat regula, in † cor- 5
rectorijs licitam eſſe extenſionem, quan
dò res ad priſtinum ſtatum & naturā re-
uertitur, per glo. ſing. in c. ſtatutū, in ver-
bo, numerandū, de prębēd. in 6. cuius re-
gulæ prolixam explicationē vide apud
Alex. in d. l. ſi conſtante, num. 5. Accedat
quòd † prodigus, cui bonis iudicis decre- 6
to, quod requiritur, interdictum eſt, pro-
digalitate ceſſante, adminiſtrationē re-
rum ſuarum ipſo iure recuperet, Bart. &
alij in l. is cui bonis, ff. de verb. oblig. ſic-
ut etiam in furioſo receptum, per text. in
l. 1. §. tādiu. ff. de curat. furio. facit ad idē
text. in l. fin. C. de ſent. paſſ. & in l. ſi cùm
dotem. §. ſi verò, ff. ſolut. matrim. ibi, al-
terius ſanitatem expectātibus. Meo qui-
dem iudicio, diſputatio iſta magis ſubti-
lis, quàm vtilis eſt, & ideò in hac diuerſi-
tate opinionum partem affirmatiuam,
tanquā æquiorē, & concordiæ coniuga-
li magis conſentaneam ſequor. Iudicis
† enim officiū eſſe debet, curare vt amor 7
cōiugalis ſartus, tectus cōſeruetur, & in-
diuiduū illud arctiſſimæ ſocietatis vincu
lum nulla occaſione rūpatur, & materia
rixarum & diſcordiarum è medio tolla-
tur, per tex. notabilem in l. reprehenden
da. C. de inſtitutio. & ſubſtit. ibi, præferre
lucro cōcordiam maritalem. Cur enim
marito modicum dotis credi non poſ-
ſet, cui creditum eſt corpus vxoris, ita
text. in c. per veſtras, de donat. inter vir.
& vxor. facit ad idem tex. in l. aſſiduis, C.
qui potio. in pigno. habean. Quam facit
iniuriam vxori iudex, ſi marito locuple
tiori facto dotis adminiſtrationem de-
cernat. Finis repetitionis, inopia mariti
eſt, hoc fine ſublato, diuitijs ſuperueni-
entibus, cur iura mariti reintegrari non
deberent? caſus ſuperueniens, mariti fa-
uorem reſpicit: proinde ita accipiendus,
vt aliquid operetur, putà reſtitutionē in
integrū, teſte Bald. in d. l. ad cōparandas,
nu. 7. per d. l. fi. C. de ſent. paſſ. Nec obſtat
quòd repetitio dotis, & diuitiæ ſuperue-
nientes ad eundem tendant effectum. &
quòd

quòd actu conſummato, ceſſante cauſa, non ceſſet effectus, vt initio dictum eſt: quia dos marito locupletiore facto, ad primæuam naturam, & priſtinum ſtatũ reducitur, ita, vt actus, purà repetitio do- tis ob inopiam mariti facta, non intelli- gatur conſummatus, ſed ſuæ integritati reſtitutus, & ad regulas iuris communis reuocatus, tex. in d.l. ſi vnus. §. pactus nè peteret. Quibus accedat prædicta regula, quòd in correctorijs extenſio ſit licita, quandò res ad antiquum ſtatum, & pri- ſtinam reducitur naturam, gl. in d.c. ſta- tutum, de præb. in 6. Prętereà iudicis arbi- trium hac in parte plurimũ momẽti ha- bere exiſtimo, vt ipſe pro ſua diſcretione accuratè perſpiciat, verùm talis ſit mari- tus, cui ob pinguiorem fortunam, dotis adminiſtratio probè, ac tutò committi poſſet, an ſua prodigalitate, aut facilita- te, an verò fatali quodam caſu lapſus ſit anteà facultatib⁹, & vtrùm ad ſanos mo- res redierit, frugiq́; factus ſit, per text. no- tabilem, in d.l. ſi cùm dotem. §. ſi verò. ff. ſolut. matrim. & in d.l. 1. §. tandiu. ff. de curat. furio.

OBSERVATIO LXXXVI.

An bonis mariti confiſcatis vxor do- tem ſuam ſaluam habere debeat.

SVMMARIA.

1 *Quòd ſic.*
2 *Nemo ex alterius delicto puniri debet.*
3 *Vxor tacitam hypothecam habet in bonis mariti.*
4 *Res tranſit cum onere ad fiſcum.*
5 *Vxor fiſco præfertur.*
6 *Fiſcus loco hæredis habetur.*
7 *Fiſcus contra creditores an ſit priuilegiatus.*
8 *Fiſcus in pœnis habet cauſam lucratiuam.*
9 *Banniti omnia bona amittunt.*
10 *Ciuiliter mortui ſunt.*
11 *Maritus dicitur ad inopiam vergere, ſi ex delicto bona amittat.*
12 *Dos regulariter conſtante matrimonio non poteſt repeti.*
13 *Ampliatio huius obſeruationis.*
14 *Statuta, quòd bona inter coniuges ſint communia, valent.*
15 *Limitatio l. Quintus.*
16 *Inter coniuges quædam eſt ſocietas.*

1 CONfiſcatis † ex delicto bonis mari- ti vxor dotem ſuam ſaluam habet, & ideò ſi fiſcus omnia bona mariti ad mortem condemnati occupaſſet, poteſt vxor dotem ab eo repetere, quam etiam reſtituere tenebitur, prout ad hoc ſunt tex. aperti in l. ob maritorum. C. nè vxor pro marito. tex. elegans in l. res vxoris. C. de dona. inter virum & vxorem, & in l. quiſquis. §. vxores. C. ad l. Iul. maieſt. tex. in l. ſi quis, la. 2. C. de bon proſcripto. & in Auth. bona damnatorum. C. eod. tit. tex. in l. ſancimus. C. de pœnis. & in l. 1. C. ad l. Iuliam de vi publ. tex. in c. ex literis, de pignorib. gloſſ. ibid. in verb. maleficium. & communiter Dd. Pariſ. de Puteo in tract. de ſyndicatu, in verb publicatio bo- norum. mihi fol. 253. per totum. Afflic. in conſti. Regni Neapolitani, titul. de vxor. fori iudicatis, libr. 2. rubr. 8. nume. 1. & 3.
Ratio, quia iniquum & † naturali æqui- 2
tati contrarium foret, non delinquentẽ
ex delicto alterius, puniri, tex. in d. l. ob
maritorum. & in d.l. res vxoris, tex. in c.
1. de iniur. lib. 6. & in Auth. vt non fiãt pi-
gnoratio. Prætereà † vxor pro dote ſta- 3
tim à die nuptiarum, ſecundum commu
nem opinionem tacitam hypothecam
in bonis mariti habet, tex. in l. aſſiduis. C.
qui pot. in pig. habeãt, & in l. in rebus. C.
de iur. dot. tex. in l. vnica. C. de rei vxor.
act. & in §. fuerat, Inſt. de actio. Iaſ. ibid.
nu. 48. & ideò bonis mariti confiſcatis,
res tranſit cum ſuo onere ad fiſcum, per
tex. in l. ſi debitori. ff. de fideiuſſo. Bartol.
in l. poſt contractum, numer. 17. ff de do-
natio. vbi dicit quòd † bona tranſeant in 4
fiſcum cum onere, ad idem eſt tex. in d.
c. ex literis. & in l. ſi debitor. C. de diſtrac.
pigno. & ſic meritò fiſcus ad reſtitutio-
nem dotis tenetur. Nec obſtat vxorem
& fiſcum, quóad ius tacitæ vel expreſſæ
hypothecæ, paribus paſſibus ambulare,
d.l. aſſiduis, gloſſ. notab. in l. doris. C. de
iur. dot. in verbo, magis eſſe. tex. in l. 2. C.
de priuilegio fiſci: quia ex communi Dd.
opinione, in pari cauſa † vxor, tanquam 5
magis priuilegiata, fiſco præfertur. Iaſ. in
l. 1. ff. ſolu. matr. plenè Neguzan. in tract.
de pignoribus. in quarto membro ſecun
dæ partis, num. 108. cum ſequentibus, vbi
plures ad hoc allegat. Quò pertinet,
quòd † fiſcus bonorum confiſcatorum 6
ſucceſſor, loco hæredis habeatur. & per
conſequens, de bonis commiſſis credi-
toribus ſatisfacere teneatur, per tex. no-
tab. in l. inter eos §. fi. ff. de fideiuſſ. & ibi
gloſſ. in verbo, ita fiſci, & tex. in l. 2. C. ad
l. Iuliam.

l.Iuliam.de vi pub.Cornu.conſi.190.nu.
19.volu.1.incip.Ad euidentiam præmit.
to.text.in l.2.C.de vſuris fiſcalib. lib. 10.
Plat ibid.num.1.Bart.in l.quoties.num.
2.ff.de nouat. Afflict. in c.1. qui ſucceſſ.
tenean.tex.in l.vnica.C.pœnis fiſcal.cre
dito.præferri,lib.10.Plat.ibid.nu.2.dicẽs,
7 fiſcum † in præiudicium creditorum nõ
eſſe priuilegiatum: quia fauorabilior eſt
cauſa eorum, qui certant de damno vi-
tando,quam de lucro captando,tex.in l.
fina.§.licentia.C. de iur.delibe. & in l. fi-
nal.§.ſi quis verò, in fine. C. de codicill.
8 ſed † fiſcus in pœnis habet cauſam lucra-
tiuam.Plat.in d.l.vnica,nume.3. facit ad
hoc tex.in l.apud Celſum.§.authoris. ff.
de dol. mal. excep. Si igitur fiſcus loco
hæredis habetur, & in pœnis fiſcalibus
creditores,vt dixi,præferendi ſunt, certũ
eſt quòd dotem tanquàm debitũ, vxori
ſoluere,vel reſtituere teneatur, per iura
allegata.Et iſta obtinent non ſolũ, quan
dò omnia mariti bona in commiſſum
ceciderunt,ſed etiam ſi pars eorum con-
fiſcata ſit,quia pro ea parte fiſcus ad do-
tis reſtitutionem tenetur, per tex. in l. ſi
marito,ff.ſolut.matr.Prędicta quoq; ob-
9 tinẽt in proſcriptis ſiue † bãnitis, qui ob
delictũ per ſententiã in bannũ Imperia-
le declarantur: nã cùm hi omnia bona
10 amittãt,& † ciuiliter mortui ſint, vt no-
tãt Dd.in l.1.C.de hæred. inſtit. & proli-
xiùs dixi in tractatu meo fractę pacis lib.
2.ca.16.merito vxores dotes ſuas ſaluas
habere debent. Et marito bannito, vxo-
rẽ conſtante matrimonio dotẽ repetere
poſſe cõmuniter placuit,tex in l. 1. C. de
repud.& in l.ſed ſi alia ff.de bon.dãnat.
& in d l.ſi marito, gloſſ.in l.2.ff.ſolu.ma
tri.in verbo,dos,debet, & in l.cũ notiſſi-
mi,§.illud,in verbo, repudij, C. de præ-
11 ſcrip.30. vel 40. anno. quia maritus † ex
publicatione bonorum ſuorum ad ino-
piam redigitur, per iura allegata, & ſic
meritò obtinet beneficium,d.l.ſi cõſtan-
te.ff.ſolut.matr.vt notat ibid.Bar. nu. 18.
Afflict.d.tit.de vxorib.fori iudicatis.Fol
ler.in pract crimin.in verbo,annotẽtur,
nu.23.mihi fol.99 Eſt limitatio ad d. l. ſi
12 cõſtante,& iuta cõcordantia, ꝙ dos † cõ-
ſtante matrimonio ob bannum mariti
13 repeti poſſit.Idq; † non ſolùm obtinet in
dote, verumetiam in alijs bonis vxoris,
quæ ei teſtamento vel ab inteſtato aut a-
lio quolibet iuſto titulo obuenerunt,per
text.in d.l.res vxoris.& in d. c. ex literis.
Quid ergo † ſi ſtatuto cautum, vel con- 14
ſuetudine receptum,aut pactis dotalibus
conuentum ſit, vt bona conſtante ma-
trimonio acquiſita, inter coniuges ſint
communia: an in generali cõfiſcatione
bonorum mariti vxor vigore ſtatuti,
cõſuetudinis,vel pacti, poſſit præter do-
tem etiam dimidiam partem bonorum
acquiſitorum repetere? poteſt vtique,per
text. in d.l.res vxoris,& text.ſingul. in c.
ſignificauit. de donat. inter virũ & vxo-
rem,gloſſ.ibid.in verbo,diuiſionem. Et
ita fuit iudicatum in cauſa Horion, con
tra Epiſcopum Leodiẽſem 5. Iulij, anno
68.Valent enim huiuſmodi ſtatuta & pa-
cta inter † coniuges, cùm inter eos quæ- 15
dam ſit ſocietas,argumẽ.l.1.ff. rer. amo.
& in l.aduerſus.C.de crimi.expil. hæred.
Nicola.Euerh.conſi.53.per totum,& tot.
titul.C.de pact.conuen.& ff. de pact. do-
talib.tex.in l.1.ff.de dote pręleg.Dd.ibid.
& in d.c.ſignificauit.Vide ſuprà eod.Ob-
ſeru.78.circa finem.Et obſerua † quòd ra 16
tione ſtatuti,vel pactorũ dotaliũ l. Quin-
tus.ff. de donat. int. vir. & vxorem non
habeat locum.

OBSERVATIO LXXXVII.

*Dote promiſſa & non ſoluta an mari-
tus vxorem alere teneatur.*

SVMMARIA.

1 Quòd ſic, dote non promiſſa, alias ſecus.
Mulier indotata perſonam ſuam pro dote dat.
*2 Dote promiſſa & non ſoluta maritus vxorem ex-
pellere poteſt.*
3 Dotes cõſtituuntur, vt mulieres maritos inueniãt.
*4 Decipi in pactis dotalibus ſeu matrimonio nemo de-
bet.*
5 Vxor non debet dimitti niſi ex cauſa adulterij.
*6 Socer non tenetur genero, niſi quatenùs facere po-
teſt.*
*7 Inſtrumentum fundat exactionem dotis ſed matri-
monium non probat.*

EX communi Doctorũ opinio-
ne maritus indotatam vxorem,
ſi eam † nulla dote promiſſa du- 1
xerit,alere, & maritali affectione proſe-
qui tenetur,ſibi enim imputare debet, ꝙ
indotatam duxerit, quia non dos, ſed
conſenſus matrimonium facit, text.in l.
nuptias.ff.de regul.iur. & in l.final.C.de
repu-

repudijs,text.in l.final. C. de donat.ante
nupt. Innoc.in c.per veſtras,numer.3.de
donat. inter virum & vxorem. vbi dicit
quòd mulier nulla conſtituta dote, per-
ſonam ſuam pro dote dediſſe intelliga-
tur.Panorm.in c.accedens,num.6.in fin.
de procura.facit tex.in l.quòd ſi nulla. ff.
de relig.& ſumpt.fun. Barto.in l.obliga-
mur.ff.de actionib.& obligat.nu.1.Alex.
conſ.7.num.1.cum ſequ.volum.2. incip.
viſis & diligenter. Panorm. in c.1. nu.6.
de adult.Idem in c.cùm cauſa,num.5. de
raptoribus. Imò vxor indotata & inops,
marito locupleti nubens habet benefici-
um Auth.prætereà. C. vnde vir & vxor,
hoc eſt, quadrantem bonorum mariti,
idq́ue in honorem matrimonij,ne vxor
cum infamia & dedecore mariti turpi-
ter mendicare cogatur,receptum eſt,tex.
in §.quia verò legem, el. 2. Auth. vt lice.
matri & auię,& in d.Auth.prætereà.pul-
chrè Cæphal.conſi.244.per totum, vol.
2.incip:teſtator vxori.Regulariter Igitur
nulla dote promiſſa maritus vxorem in-
dotatam alere tenetur, per iura allegata.
2 Secùs eſt, ſi dos † initio marito promiſſa
ſit, eaq́; poſteà contracto iam matrimo-
nio non ſoluatur: quo caſu neque alere,
neque eam maritali affectione proſequi
tenetur,vt notat Bald.in l.fin.nume.1.C.
ad Velleian.per illum tex.Dd.in d.l. fin.
C.de repudijs. Panorm.in d.c.accedens.
iunct.apoſtilla ibid. Imò expellere eam,
domumq́ue parentibus, vel propinquis
remittere poterit, per tex.in l. ſi donatu-
rus,§.fin. ff. de condict.cau.dat. facit tex.
in c.nullum.30.q.5.Boër.deciſ.22.num. 1.
& 2.part.1.gloſſ.notab.in Authen. de nō
elig.ſecund.nub.§.final.in verbo,onera.
Bald.in l.quod in vxorem,nu.2.ff. de ne-
got.geſt.& ibid.Dd.; Idem Bald.in d.l.fi.
C.ad S.C. Velleia. Panorm. in c. per ve-
ſtras, numer.4. de donat.inter virum &
vxorem. vbi longa apoſtilla.Roma.in l.
de diuiſione,num.16.ff.ſolut. matrimo.
Iaſon in §.fuerat.Inſtitu.de actionib. nu.
97.Ang.conſil.335.nu.3.Alex.conſ.56. nu.
10.vol.4.Rom.conſ.117.nu.1. Bal. in d.l.
ſi donaturus.in princip.Socin.regul. 258.
incip. Maritus vxorem. vbi hoc tribus
3 modis limitat. Dotes † enim conſtituun
tur propter onera matrimonij,text. in l.
dotis fructus, ff. de iure dot. & in l. pro
oneribus.C.eod.titul. & vt mulieres vi-
ros inueniant,gloſſ.in d. l. obligamur.§.
lege.Alexand.d.conſ.56.num.4.Non er-
gò debet maritus promiſſa dote mali-
tioſè fraudari:nam † per manus traditur, 4
in pactis dotalibus ſeu matrimonio ne-
minem decipi debere, ꝑ text.in d.l.ſi do-
naturus.§.fi.ff.de condict.cauſ.data, cau.
non ſecut. tex.in l.de die,& in l.ſi liberis.
ff.de pac.dotalibus. Vnde apparet quàm
pernicioſè peccent ea in re quandoque
parentes, qui in tractatu matrimonij au-
reos montes pollicentur , nuptijs verò
ſubſequutis & celebratis, parum aut ni-
hil prȩſtare volunt.Hinc eſt quòd huiuſ-
modi matrimonia plerumq; ſint infau-
ſta, perpetuis litibus & iurgijs plena, atq;
funeſtos exitus habeant,iuxta illud Iuue-
nalis Satyra 6.

Semper habet lites,alternaq́, iurgia lectus,
In quo nupta iacet,minimum dormitur in illo.
Tunc grauis illa viro.

Et licèt de iure Canonico adeoq́ue diui-
no,vxor † dimitti non poſſit,niſi ex cau- 5
ſa adulterij,Matth.5.Molin.ad Alexand.
d.conſi.56. & matrimonia non dotibus,
ſed affectu contrahantur , tex.in d.l.fina.
C.de repud. & in l.fin. C. de donat. ante
nup. Conſenſus enim non dos facit ma-
trimonium,text.in d.l.nuptias.ff. de reg.
iur.cum ſimilibus, tamen communiter
fieri videmus maritos rei indignitate
commotos, vxores eam ob cauſam ma-
lè tractare, eaſq́ue perpetuis verborum ,
& rerum contumelijs afficere, quarum
calamitatum & miſeriarum authores
ſunt ſtolidi parentes, in proprium ſan-
guinem de induſtria peccantes. Eſt qui-
dem verum, quòd † pater promiſſa dote 6
non teneatur genero, niſi in quantum
facere poteſt,text.in l. ſi cùm dotem.§.ſi
maritus.ff. de ſoluto matrimonio. Pa-
norm.in d. c. accedens. Dd. in d. l. ſi do-
naturus.Soc.vbi ſup.fallen.2. Zaſ.in d.§.
fuerat,nu.31.quia hoc iuri & rationi con-
ſentaneum, quandò dos in genere pro-
mittitur, ſecùs ſi quis ſciens prudenſq́ue,
maiorem facultatib⁹ dotem promittat,
hoc enim doloſè eſt agere, & contra of-
ficium probi & honeſti viri:nam vt Ci-
cero ait in Officijs, non debet eſſe maior
liberalitas quàm facultas, & fidem falle-
re graue eſt,tex.in.in l.1.ff. de conſtit. pe-
cun.& in l.1.§.meritò.ff. depoſ.nihilq́ue
magis bonæfidei conuenit,quàm id prȩ-
ſtare,

ſtare, quod inter contrahentes actum eſt, tex. notab. in l. ex empto. ff. de actio. emp. & in l. 1. ff. de pact. Porrò quòd etiam dote non promiſſa, maritus conſtante matrimonio à ſocero locuplete, dotem cõpetenrem exigere poſſit, vide quę notantur infrà, eod. Obſerua. 95. Prætereà † obiter hìc obſeruandum inſtrumẽtum dotis probare matrimonium, quóad exactionem dotis, ſed non quóad perfectionem matrimonij, tex. in l. donationes in concubinam. ff. de donat. vbi dicitur tabulas non facere matrimonium. Ita concludunt communiter Dd. in l. optimam. C. de contrah. & commit. ſtipul. Canoniſtæ in c. illud. de præſump. Felin. ibid. nu. 3. Alex. conſ. 21. nu. 4. Incip. viſo proceſſu, volum. 1. Rom. ſing. 451. nu. 1. Incip. nunquid per inſtrumentum. Gabriel Saray. ad Mattheſil. ſing. 79. incip. nota quod. & ſing. 33. vbi plenè de verbis enunciatiuis, quando fidem faciant. 7

OBSERVATIO LXXXVIII.

An pater filiam ſpuriam dotare poſſit.

SVMMARIA.

1 *Spurijs nihil dari vel teſtamento relinqui poteſt.*
2 *Statutum turpitudinis occaſionem dans, non valet.*
3 *Lex debet eſſe ſancta & honeſta.*
4 *Alimenta debentur ſpurijs ex æquitate iuris Canonici.*
5 *Natura communis eſt omnibus.*
6 *Alimenta denegans, necare videtur.*
7 *Dos modica filiæ ſpuriæ dari poteſt loco alimentorum.*
8 *Dos immoderata filiæ ſpuriæ data, reduci debet ad quantitatem alimentorum.*
9 *Spurius ſi aliunde alimenta habeat, non debet à patre alimenta petere.*
Idem in vxore quæ habet aliunde quo ſe ſuſtentet, ibid.
10 *Dos exigua non dicitur dos.*
11 *Patronus Eccleſiæ ex modica dote quis non efficitur.*
12 *Spurio alimenta rectè dantur & legata relinquuntur.*
13 *Alimentorum cauſa morte finitur.*
14 *Cautela pro nepote ex ſpurio.*
15 *Nepos ex ſpurio ab auo inſtitui poteſt.*
16 *Nepoti ex filio inceſtuoſo an aliquid relinqui poſſit.*
17 *Spurius ſub conditione, ſi legitimetur, inſtitui poteſt.*
18 *Purè inſtitutus ſuccedit patri, ſi viuente patre legitimetur.*
19 *Extraneus ſpurio aliquid relinquere poteſt.*
20 *Spurio ex coitu damnato non punibili, quodlibet à matre relinqui poteſt, & cum legitimis in omnibus ab inteſtato ſuccedit.*
21 *Subditi an teneantur domino præſtare ſubſidium pro elocanda filia ſpuria.*

QVAEſitum, an pater filiam † ſpuriam dotare poſſit? Videbatur dicendum quòd non, quia iure Ciuili expeditum eſt, ſpurijs nihil donari, vel teſtamento relinqui poſſe, ne alimenta quidem, per text. in Authen. ex complexu. C. de inceſt. nupt. Baldus ibidem in principio. & communiter Dd. text. in §. vltimo ſiquidem, Authen. quibus modis natural. effician. ſui. tex. in l. 1. & Authen. licèt, in fine. C. de naturalibus liber. Bart. in l. fin. num. 3. ff. de his quib. vt indig. Iaſ. in l. Gallus. §. quid ſi is, num. 24. cum ſeq. ff. de lib. & poſthum. adeò, vt etiam † ſtatutum in contrarium factum non valeat, eò quòd fornicandi, & ſic turpitudini occaſionem præſtaret, text. notab. in l. conuenire. ff. de pact. dotalib. Deci. in c. in præſentia, nume. 43. de probat. Duran. in tractatu de arte teſtandi, tit. 1. concluſ. 14. Bald. conſil. 457. num 9. incip. Ad euidentiam, volum. 5. vbi dicit non valere ſtatutum, vt impudicè viuatur, vel quo crimina nutriantur: nam † lex non debet eſſe turpitudinis occaſio, ſed ſancta & honeſta, vnde definitur, quòd ſit ſanctio ſancta, iubens honeſta, & prohibens contraria, text. in c. erit lex. diſtinctione 4. & in l. 2. & in l. 3. ff. de legib. l. iuſtitia. §. iuris præcepta. ff. de inſtit. & iur. Bald. d. conſi. 457. vbi plures rationes adfert, & in vtrãque partem diſputat, licèt in d. l. fin. nu. 2. concludat huiuſmodi ſtatutum valere. Sed omiſſis ambagibus concluſum fuit patrem † filiam ſpuriam moderatè dotare poſſe, idque ex æquitate iuris Canonici, quę rigorem iuris hac in parte mitigauit: nam iure Canonico ſpurijs alimẽta donari, vel legari poſſunt, naturali pietate inſpecta, per text. ſingularem, in c. cùm haberet, in fine. de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adult. gloſſ. ibid. in verbo, ſecundùm facultates. De iure igitur Canonico, quòd ſecundùm communem Dd. opinionem in vtroque foro ſeruandum, ſpurij alendi ſunt, maximè ſi alliundè non habeant, vnde viuant: nam licèt ſpurij ſint, filij 1 2 3 4

5 tamen ſunt, quia † natura communis,
Bal. conſil. 456. nume. 10. volum. 5. incip.
Recolo me conſuluiſſe, vbi dicit, ius ci-
uile in tantùm amaſſe caſtitatem, vt de-
ſtruxerit paternam pietatem. Idem d.
conſil. 457. num. 9. inquit, quòd ſicuti pa-
tri non licet occidere filium ſpurium,
6 ita † nec alimenta ei denegare, quia ea
denegans necare videtur, text. in l. neca-
re. ff. de liber. agnoſcend. Iaſon in Auth.
res quæ. C. commun. de lega. num. 7. cùm
autem dos ſuccedat loco alimentorum,
argumen. l. 1 ff. ſolut. matrimon. & ali-
7 menta † iure Canonico ſpurijs debean-
tur, text. in d. c. cùm haberet, conſequens
eſt patrem filiam ſpuriam loco alimen-
torum modicè dotare, imò ad hoc iudi-
cis officio compelli poſſe, d. c. cùm habe-
ret. Panorm. conſil. 115. numer. 1. in fine.
volum. 2. incip. Videtur primò. Decius
conſil. 611. per totum. incipien. magnifi-
8 cus. Cauendum tamen, nè † immodera-
tam, & nimis amplam dotem, prætextu
alimentorum in fraudem legis conſtitu-
ant, nam quatenùs excederet neceſſitatẽ
alimentorum, reuocari poſſet, Bartol. in
d. l. final. ff. de his quibus vt indig. Panor.
in d. c. cùm haberet, numer. 5. Duran. vbi
ſuprà Baldus in l. eam quam. C. de fidei-
commiſſ. Matthesila. ſingul. 146. nume. 5.
in addit. Socin. ſenior conſi. 2. volum. 4.
Baldus d. conſil. 457. nume. 1. in fine, vbi
dicit, quòd pater filiam ſpuriam, non
poſſit dotare, niſi vſque ad quantitatem
alimẽtorum, quia quod ob cauſam per-
mittitur, ab ea cauſa moderatur, & limi-
tatur, text. in l. 4. ff. de iuſtit. & iur. Bald.
ibid. Et hæc eſt communis opinio, prout
Iaſon atteſtatur conſil. 26. num. 3. volum.
1. incip. Omiſſis quibuſcunque. Panorm.
d. conſil. 115. per totum, volum. 2. Mat-
theſil. d. ſingul. 146. Anthon. Corſet. in
ſingularibus ſuis, in verbo, ſpurijs: nam
lex & æquitas Canonica conſiderat ne-
9 ceſſitatem alimentorum, ne † ſpurius fa-
me pereat: quo fit, vt ſi aliũde habeat vn-
de ſe ſuſtentare poſſit, pater ne alimenta
quidem ſuppeditare tenetur, quia ceſ-
ſante cauſa, ceſſabit effectus, per vulga-
ria. pulchrè Decius conſil. 576. numer. 3.
incip. pro reſolutione caſus, dicens, ſpu-
rio beneficiato alimenta non deberi,
cùm ex beneficio viuere poſſet, text. in
l. ſi quis à liberis. §. ſed & ſi filius. ff. de li-
ber. agnoſcend. Sic vxori non datur con
dictio ex lege iuxta diſpoſitionem Auth.
præterea. C. vnde vir & vxor, & tex. in §.
quia verò legem, el. 2. Authen. vt liceat
matri & auiæ ſi aliundè habeat, vnde ho-
neſte viuere poſſit, quia quadrans bono-
rum mariti, vxori inopi loco alimento-
rum datur, ne videlicet vxor in oppro-
brium matrimonij, & cum dedecore ma
riti, ignominiosè mendicare cogatur. Si
igitur aliunde habet vnde ſe honeſtè ſu-
ſtentare poſſit, vtputà patrem diuitem,
ceſſat cauſa finalis, & ideò legis diſpoſi-
ſitio ceſſare debet per iura alleg. Deci. in
d. Authen. præterea, & conſil. 24. per to-
tum, incip. & pro virili. Cæphal. conſil.
244. per totum. volum. 2. incip. teſtator
vxori, vbi omninò vide. Si igitur, vt ad
propoſitum redeam, filia ſpuria non ha-
beat vnde viuat, modicè, loco alimento-
rum dotari poteſt: quia de modicis non
curat Prætor, & † dos exigua non dicitur 10
dos, vt Iaſon pulchrè deducit ad rubric.
ff. ſolut. matrimon. numer. 25. cum ſe-
quent. gloſſ. ſingularis, & à Canoniſtis
magnis encomijs decantata, in c. quicun-
que. el. 2. in verbo, aliquid. 16. q. 7. quæ di-
cit, quòd dans † modicam dotem Eccle- 11
ſiæ, non efficiatur per hoc patronus Ec-
cleſiæ, eò quòd modica dos dotis nomen
non mereatur, & communiter receptum
eſt paruam dotem non excludere benefi
cium, d. Auth. præterea. Bald. ibid. nu. 5. in
fi. vbi dicit, nihil, & parũ æquiparari. Soc.
ſenior conſil. 121. num. 11. & num. 32. vol.
4. vbi communem dicit prout eum re-
fert Cæphal. d. conſ. 244. nu. 10. Amplia
hanc communem Dd. opinionem, vt
procedat non ſolùm in filia ſpuria, ſed
etiam in † filio ſpurio, nam pater ei re- 12
ctè inter viuos donat, vel aliquid in teſta-
mento ſuo pro alimentis relinquit, per
text. in d. c. cùm haberet, vbi Panorm. di-
cit illud perpetuò menti tenẽdum, quòd
videlicèt pater ſpurio legare poſſit, idem
tenent Dd. communiter in locis ſuprà
allegatis, & ita iudicando in Camera ob-
ſeruatum memini. Sed quoniam † cauſa 13
alimentorum morte finitur, text. in l.
Mela. ff. de aliment. & cibar. leg. & in l.
cùm hi. §. conſtat. ff. de tranſact. Panor.
d. conſil. 115. numer. 1. cum ſequent. & ſic
dos ad patrem dotantem redire debeat,
non ad liberos ſpuriæ: ideò † pro cautela 14
tradi-

traditur, vt datum, vel relictum ſpurijs
pro alimentis, poſt mortem eorum ne-
15 potibus ex ſpurio relinquatur, quibus †
parentes aliquid licitè relinquere poſ-
ſunt, ſi nulla extet ſoboles legitima, per
textum ſingularem, in l. final. C. de na-
turalibus liber. quia ceſſat ratio prohibi-
tionis in nepore ex ſpurio legitimè na-
to, nimirùm turpitudinis & fornicario-
nis patrocinium, Bartol. Alexand. & Dd.
in l. Gallus. §. quid ſi is. ff. de lib. & poſth.
& Philip. Port. concluſ. 26. lib. 1. commu.
opinio. Iaſ. in l. hæreditas, nume. 8. C. de
his quib. vt indig. vbi communem dicit.
Idem in d. §. quid ſi is, nume. 19. & nume.
24. dicit communem, quòd nepos legiti-
mus poſſit ab auo inſtitui, quandò cer-
tum eſt quòd non inſtituatur contem-
platione ſpurij: putà, quia expreſſè in te-
ſtamenro dictum eſt, quòd nihil acqui-
ratur ſpurio, etiã quóad vſumfructum:
Imò valet inſtitutio, ſi nepos ex ſpurio
ſimpliciter inſtitutus ſit, quia in dubio
non præſumitur inſtitutio facta in frau-
dẽ legis, per tex. in d. l. fina. ff. de his quib.
vt indig. quòd Iaſon loco allegato pro-
ſequitur, quem ad hoc omninò vide, vbi
hanc communem opinionem limitat
duobus modis. Primò, vt non procedat,
ſi extent filij legitimi & naturales, d. fina.
16 C. de naturab. lib. Secundò, in † nepote
nato ex inceſtuoſo filio: ſed eam limita-
tionem impugnat Iaſ. quòd non ſit ve-
ra, licèt Bal. in l. ſi quis inceſti. nume. 2. C.
de inceſt. nupt. & in c. in præſentia. de
probatio. aliter ſentiat, quem Alexand.
& alij in d. §. quid ſi is, ſequũtur. Sed prin-
17 cipalis concluſio, quòd ſcilicet † ſpurius
inſtitui non poſſit, fallit in inſtitutione
conditionali, videlicet, ſi inſtituatur à pa-
tre ſub conditione, quatenùs legitimabi-
tur, quia talis inſtitutio valet, etiamſi
poſt mortem patris legitimetur: imò va-
18 let † inſtitutio purè facta, ſi ſpurius in vi-
ta patris legitimetur, quia legitimatio
retrotrahitur ad tempus inſtitutionis:
ſecùs ſi poſt mortem legitimatio fiat,
Bald. in l. final. num. 26. C. vnde legitim.
Angel. in l. his verbis. §. interdictum. ff.
de hæred. inſtitu. Iaſon in d. l. Gallus. §.
quid ſi is, num. 5. cum ſequen. Alexand. &
alij ibid. Secundò fallit quóad extraneũ,
19 quia † extraneus ſpurio aliquid donare,
vel teſtamento relinquere poſſet, tex. in
l. ſi is qui. ff. de vulg. & pupilla. gloſſ. in d.
Authen. quib. mod. natur. effic. ſui. §. vlti-
mò ſiquidem. Bartol. in d. l. final. num. 9.
ff. de his quib. vt indig. Tertiò † fallit quó- 20
ad matrẽ, quia illa poteſt ſpurio ex coitu
damnato non punibili nato relinquere
in teſtamento quicquid voluerit, & ea
decedente ab inteſtato, ſpurius cum alijs
filijs legitimis ei ſuccedit, quia reſpectu
matris, & coniunctorum per lineam ma-
ternam, datur cognatio, per text. in §. no-
uiſſimè, Inſti. de S.C. Orficia. tex. in l. hac
parte. ff. vnde cogna. & in l. Modeſtinus.
ff. eod. titul. tex. in §. vulgò quæſitos. Inſt.
de ſucceſ. cognat. Natta conſil. 421. num.
5. volum. 2. incip. eſt conſiderandum, vbi
omninò vide: ſecùs eſt quóad patrem,
quia notum eſt ſpurios non habere ius
agnationis, nec eſſe de familia, aut do-
mo patris, tex. in d. §. vulgò quæſitos, Nat-
ta d. conſil. 421. num. 8. Bart. in l. pronun-
ciato. §. familiæ. num. 1. vbi diſtinguit, ff.
de verbor. ſignific. Porrò ſtante conſue-
tudine, quòd † ſubditi teneantur domi- 21
no ſubſidium præſtare pro elocãda filia
ſua, an etiam obligabuntur adiuuare do-
minum in dotãda ſpuria, vide latè Boër.
deciſi. 127. per totam, parte 2. & omninò
Iacobin. de Sanct. Georgio, in verbo, qui
quidem inueſtiti, nume. 76. & nume. 79.
vbi concludit quòd non, per bonas ra-
tiones, & tractat ampliſſimè materiam
de præſtando ſubſidio domino, in varijs
caſibus.

OBSERVATIO LXXXIX.

*An vxor poßit ſe obligare cum mari-
to in eodem inſtrumento.*

SVMMARIA.

1 *Vxor conſtituens ſe debitorem vnà cum marito, non obligatur.*
2 *Vxor vt obligetur, probare oportet pecuniam verſam in eius vtilitatem.*
3 *Confeßio vxoris, quòd ex re dotali vendita precium receperit, an ei noceat.*
4 *Cautela pro ſecuritate dotis.*
5 *Confeßio vxoris iudicialis, quòd precium ex re dotali vendita in ſuum commodum conuerſum ſit, præiudicat.*
6 *Confeßio iudicialis pro veritate habetur.*
7 *Acta publica ſemper loquuntur.*

QVoties † vir & vxor in eodem in- 1
ſtrumento (vt ſæpè fieri ſolet) con-
ſtituunt

ſtituant ſe principales debitores, talis
obligatio quóad vxorem, vel eius re; nō
valet ; ſecùs quóad maritum, per text.in
Authen.ſiue,ibi,vir tamē.C.ad S.C. Vel-
leia.tex.in Authen.ſi qua mulier, C.eod.
titul.Bald.ibid.nume.1.nume.6.& com-
muniter Dd. & in l. 1. ff. ad S.C. Velleia.
Et ita fuit iudicatum in cauſa Annæ
Snoden/ contra Gertrudam Vogelge-
ſengin/Annò 65.die 24.Ianuarij,vbi vxor
pro ſua parte ab inſtituta actione fuit ab-
ſoluta, quia non erat probatum, quòd
pecunia eſſet cōuerſa ad vtilitatem vxo-
ris: non enim ſufficit probare numera-
tionem & confeſſionem vxoris per in-
ſtrumentum, in quo confitetur ſe pecu-
niam recepiſſe, niſi etiam ſimul manife-
ſtè oſtendatur, & probetur eam pecuni-
am verſam eſſe in vtilitatem vxoris, per
tex. expreſſum in Authen. vt nulli iudic.
§.& illud. & text. in Authen. ſi qua mu-
lier. Bald. ibid. nume. 6. vbi pro cautela
tradit, vt in mutua obligatione coniu-
gum, creditor diligenter animaduertat
2 & procuret, vt † pecunia in vtilitatem
vxoris expendatur, vel vt re ipſa ad eam
perueniat: nam tunc ex tali mutua obli-
gatione tenebitur vxor, Franciſc.Marc.
quæſtion.508. numer. 7.cum ſequen.vbi
prolixè vide. Eſt ſingularis limitatio ad
d. Authen. ſi qua mulier, & alia concor-
dantia iura. vide Baldum in l. 1. nu.4.C.
de duobus reis,& eundem omninò in l.
mater.nu.11.C.de rei vendic.pulchrè Af-
flic.deciſ.209.per totam.vbi dicit in pul-
chro & notabili caſu,quandò maritus &
vxor vendunt rem obligatam pro dote,
& confitentur ſe precium recepiſſe,quòd
3 talis † confeſſio non noceat vxori in re-
petitiōe dotis ſoluto matrimonio mor-
te viri,niſi doceatur dimidiā precij par-
tem, in vtilitatem vxoris conuerſam eſ-
ſe,allegat Specul.d.tit.de oblig. & ſolut.
§.ante omnia.Imol.in repe.c. cùm con-
tingat,de iureiur.per d. Auth. ſi qua mu-
4 lier, vbi Bald. aliam quoque † cautelam
dat pro mulieribus in venditione rerum
pro dote obligatarum, vt videlicet ma-
ritus in inſtrumento venditionis confi-
teatur, quòd ipſe integrum precium ad
ſuam vtilitatem perceperit, & quòd ſu-
per reliquis bonis mariti de nouo pro
ſecuritate dotis obligatio fiat, hoc eſt, vt
fiat permutatio dotis pro alia re æqui-
pollente,refert eandem cautelam Afflic.
d.deciſ.209.nu.2.in fin. Sed † quid ſi mu- 5
lier coram iudice, & in figura iudicij cō-
fiteatur pecuniam verſam in ſuam vtili-
tatem,an huic confeſſioni mulieris ſtan-
dum erit,ita vt efficaciter obligetur? Ma-
ximè,præſentia enim iudicis omnē doli
præſumptionem excludit: text. in c.præ-
ſentia,de renunciat.& in c.ſicut nobis,§.
fi.de ſent.& re iudic.tex.in l.1.C.de præd.
& alijs reb. mino. aliàs nunquàm tutum
foret contrahere cum mulieribus : & † 6
confeſſionem judicialem coram compe
tente iudice factam, pro veritate haberi
notum eſt,text.in l.vnic. C.de confeſſ. &
in l.pacta nouiſſima.C.de pact.& ad ma-
iorem ſecuritatem creditoris cōſultum
eſt,vt talis confeſſio iudicialis, actis inſi-
nuetur,quia † acta ſemper loquuntur, & 7
notorium faciunt,tex.in c.fin.de cohab.
cleric.& in c.quoniam contra, de proba.
Bald. in d. Authen. ſi qua mulier,Franc.
Marcus d.quæſtio.508.num.17.quem om
ninò vide,qnia plures quæſtiones ad hāc
Obſeruationem pertinentes ponit,& vi-
de Obſeruation. ſequent. & ſuprà eod.
Obſeruation.77.

OBSERVATIO XC.

Vxorem quandoque pro marito obli-gari, & vice verſa maritum pro vxore.

SVMMARIA.

1 *Conſuetudo, quòd vxor pro marito teneatur, valet.*
2 *Maritus quandò pro vxore ratione tutelæ teneatur.*
3 *Mulier in ciuilibus carcerari non debet.*
4 *Fallit in debito tutelari.*
5 *Mulier mercatrix pro marito tenetur.*
6 *Socius non tenetur de geſtu extra contractum ſocietatis.*
7 *Mulier maior 25. annis pro extraneo vel marito ſolnens, beneficio S.C. Velleiani non iuuatur.*
8 *Vxore ſe obligante principaliter, & marito fideiubente, non gaudet beneficio Velleiani.*
9 *Omnes contractus inter coniuges præter donationem liciti.*

REgulariter vxorem pro marito nō
teneri,ſicut nec maritum pro vxo-
re notum eſt, tot. tit. C. ne vxor pro ma-
rito, quòd tamen in quibuſdam caſibus
non procedit. Primò,ſi cōſuetudine vel
ſtatuto aliter receptum, & conſtitutum
ſit,

1 ſit, nam † huiuſmodi cõſuetudo, vel ſta-
tutum valet, vt tenet Bar. in trac. repręſſ.
quæſt. 1. nu. 7. Rot. deciſ. 1. de conſuetu. in
nouis. Alexan. in l. ſæpè. num. 11. & num.
13. ff. de iudic. vbi omninò vide. Iaſon in
§. actionum. num. 79. Inſt. de actionibus.
Secundò, ſingulariter non procedit iſta
2 regula, quandò † mulier adhuc tutrix fi-
liorum primi matrimonij, nondùm di-
ſtractis rationibus ſuæ adminiſtrationis
ad ſecunda vota conuolat: quo caſu ſe-
cundus maritꝰ pro vxore tenetur, & eius
bona liberis primi matrimonij tacitè
obligantur, per tex. notab. in l. penult. C.
in quibus cauſ. pign. taci. contrah. Multi
profectò in magnas difficultates & lites
incidunt, quia viduas tutrices, nondùm
redditis rationibus, & inuentario confe-
cto, in vxores ducunt. proindè caueant
ſibi, rebuſq; ſuis ante matrimoniũ pro-
uidè conſulant, admonente Bald. in d. l.
penultim. in fin. vbi dicit: Caue tibi cùm
contrahis matrimonium cum vidua, vt
facias primò, quòd reddat rationem, &
fiat ei refutatio, aliàs bona ſecundi ma-
riti affecta erunt liberis primi matrimo-
nij: Ita Bald. quem refert & ſequitur Hip-
pol. ſingul. 248. incip. conditio mulie-
rum. nu. 1. idq́ue ſingulari iure & pupil-
lorum fauore receptum eſt: quemadmo-
3 dum & illud, quòd licet † mulier regula-
riter in cauſa ciuili, putà ratione debiti,
ob ſexus pudorem carceribus mancipa-
ri nequeat, per tex. in l. 1. iuncta Auth. ſed
hodie. C. de off. diuerſo. iud. tex. in Auth.
hodie nouo iure. C. de cuſtod. reo. tamẽ
4 hoc non procedit in † muliere tutrice,
quæ ob debitum pupillare carcerari po-
teſt, vt tenet Bar. in Auth. matri. & auiæ.
num. 13. C. quand. mul. tut. off. fung. poſſ.
vbi omninò vide. idem Barto. in l. ſi quis
ſub conditione. nume. 18. ff. de teſtam. tu-
tel. Hippol. d. ſingul. 248. & pulchrè Mat-
theſ. ſing. 108. num. 2. incip. Nota caſum.
Tertiò non procedit iſta regula in mari-
5 to & † vxore mercatoribus, putà com-
munem negociationem aut cauponari-
am, exercentibus, ſo zu offenem Kram-
laden/ oder marck ſitzt/ oder die mit jrem
man/ wirdt/ oder gaſtſchafft helt/ quia tali
caſu, vxor quaſi iure ſocietatis, & tanquã
correa debendi pro marito tenetur, nec
poterit vti beneficio S.C. Velleiani, ne
bona fide cum ipſis contrahentes iniquè
decipiantur, & ita paſſim in Germania
conſuetudine, vel ſtatuto receptũ. & con-
ſtitutum eſt, per text. in l. 1. §. pen. ff. de ex-
ercit. act. tex. in l. planè, la 1 ff. pro ſoc. &
per notata Bar. in l. eandem, num. 9. ff. de
duob. reis ſtipul. vbi omninò vide, & Pa-
riſ. conſ. 93. num. 5. vol. 1. incip. dicendum
videtur. Præterea, quoniã hoc caſu vxor
ex negociatione mariti lucrũ & augmen-
tum rei familiaris accipit, pecunia credi-
toris in eius vtilitatem vtique verſa eſſe
cenſetur, & proindè pro marito obliga-
tur. ad hoc induco tex. in Auth. ſi qua mu-
lier. C. ad S.C. Velleia. ibi, nec manifeſte
probetur, facit text. in l. iura ſocietatis. ff.
pro ſocio. vide ſupr. Obſer. pręced. Et iſta
intelligenda ſunt, quandò maritus pecu-
niam, vel merces pro communi nego-
ciatione accepit, & comparauit: ſecùs ſi
ad ſuam vtilitatem tantùm contraxiſ-
ſet, quo caſu pro marito vxor non tene-
retur, quia creditum non eſt in commu-
nem negociationem verſum, per tex. in
d. l. iure ſocietatis. & aliàs † geſta extra ſo- 6
cietatem, non obligant conſocios & con-
ſortes ſed ſolùm ipſos contrahentes, tex.
in d. l. iure ſocietatis. & in l. nemo ex
ſocijs. ff. pro ſocio. Pariſ. d. conſ. 93. nu. 29.
Anch. conſ. 332. num. 5. incip. pro clariori.
Iſta diligenter in praxi obſeruanda, quia
quandoq; etiam vxores proprias nego-
ciationes, ſingulari induſtria, & abſq; ma
riti opera exercent: quo caſu nec ipſe ma
ritus ꝑ vxore obligatur, ſed tantùm vxor
ex proprio ſuo contractu tenetur, l. 1. C.
nè vxor pro marito, cum concordantib.
Quartò † fallit, ſi vxor, maior 25. annis, 7
ſo jres volkhommen alters iſt/ pro marito,
vel extraneo, cùm obligata non eſſet,
ſoluat, quo caſu, quia non interceſſit pro
marito, ſed ſponte ſoluit, beneficium
S.C. Velleiani locum non habet, tex. in l.
1. & in l. ſenatuſconſultum, §. final. & in
l. quamuis. C. ad S.C. Velleia. Quintò † 8
fallit, quandò vxor ſe obligat principa-
liter, & maritus pro ea fideiubet, nam ta-
lis obligatio valet, quia marito non eſt
interdictum intercedere pro vxore, per
tex. in l. Seia mancipia. ff. ad S.C. Velleia.
Alberi. in d. Auth. ſi qua mulier. Franciſ.
Marc. quæſt. 508. nu. 11. text. in l. 3. ibi, niſi
ipſe, C. ne vxor pro marit. Et inter virũ
& vxorem ſocietatem contrahi poſſe du
bium non eſt, per text. in l. non tantùm.

ff. de re iudic. Caſtr.ibid.nu.1.text.in l.ex
diuerſo,§.item ſi mulier.ff.ſolut. matri.
Salic. in l.ſi mater.C. de contrah. empt.
9 Marcus d.quæſt.508.nume.3. Imò † regu-
lariter omnis contractus, excepta dona-
tione,inter coniuges permiſſus eſt remo
ta fraude,& ſimulatione, text.in l.ſpon-
ſus,§.circa venditionem.ff.de dona.int.
vir.& vxor.gloſſ.ibid.in verbo,momen-
ti, & verbo, cōmentus.Salic.in d.l.ſi ma-
ter.Franciſ.Marc.d.quæſt.508.

OBSERVATIO XCI.

Ornamenta muliebria à marito vxori tradita (Dd.iocalia vocant) an mortuo marito vxoris ſint.

SVMMARIA.

1 *Donatio coniugum morte confirmatur.*
2 *Veſtes quotidianæ cenſentur vxori donatæ.*
3 *Veſtes ad ornatum in dubio non intelliguntur donatæ.*
4 *Ornamentorum muliebrium appellatione quæ contineantur.*
5 *Filiæ res donatas à patre tempore nuptiarum an cōferre teneatur.*
6 *Dos conferri debet.*

1 DOnationem † inter coniuges
morte confirmari, & vim reli-
cti, ſiue legati habere, notū eſt,
per tex.in l.cùm hic ſtatus.ff.de dona.in-
ter virum & vxorem,quod indubitanter
procedit, ſi non appareat de tacita, vel
expreſſa reuocatione : nam ſi de reuoca-
tione apparet, mors ſubſequens nullam
inducit confirmationem, d.l.cùm hic
ſtatus.§.ſi maritus.& §.ſi diuortium.Ro-
ma.conſil.146.nume.1. Quid ergò ſi ma-
ritus vxori ſplendidas veſtes, & res pre-
cioſas,putà annulos gemmatos,torques,
inautes, armillas, & cathenas aureas, ad
ornamētum tantùm corporis pertinen-
tes,Frawen zier/ tradiderit, nec appareat
de expreſſa donatione, an eas in dubio
donaſſe videatur, ita vt morte mariti ta-
lis donatio confirmata ſit, nec hæredi-
bus competat earum rerum repetitio?
Bartolus hanc quæſtionem mouet in l.
penultim. §. ſetuns vxori.numer.2.ff.ſo-
2 lut.matrimon. Et diſtinguit inter † ve-
ſtes ad vſum quotidianum neceſſarias,
& precioſas, ad ornatum tantùm perti-
nentes, vt vxor cultior & elegantior ſit,
Dd.iocalia vocant. Primo caſu conclu-
dit donationem præſumi : altero ſecùs,
ideoque † hæredes mariti tales res preci- 3
oſas repetere poſſe.Secundùm hanc opi-
nionem dicit ſe pluries conſuluiſſe, quā
etiam Dd.communiter legendo,& con-
ſulendo ſequuntur,per text.in l.ſed ſi vir
ex lana. ff. de donation. inter virum &
vxorem, tex.notab.in l.id veſtimentum.
ff.de peculio. Vbi Pomponius I.C.ſic in-
quit: id veſtimentum peculij eſſe,incipit,
quod ita dedit dominus,vt eo veſtimen-
to ſeruus perpetuo vti vellet, eoq; nomi-
ne ei traderet, ne quis alius eo vteretur,
idq; ab eo eius vſus gratia cuſtodiretur:
Sed quod veſtimentum ſeruo dominus
dedit vtendum vt nō ſemper, ſed ad cer-
tum vſum,certis temporib⁹ eo vteretur,
veluti cùm ſe ſequeretur, vel cùm ſibi
cœnanti miniſtraret, id veſtimentum
non eſſe peculij,quem text. gloſſ. ibid.in
verb.peculij,inducit ad pediſſequos,& pe
diſſequas, vt Dominus, vel Domina ve-
ſtimenta ornatus & ſeruitij tantùm gra-
tia data,ab ijs pro arbitrio.repetere,& re-
tinere poſſint,quod etſi ſordidum ſit, ta-
men quorundam conſuetudine ita rece-
ptum eſt.ad idem eſt tex. In l. qui concu-
binam.ff.de leg.3.& in l.in his verbis, §.1.
ff.ſol.mat.& tex.in l.ſi vt certo. §. inter-
dùm.ff.commod.Bar.ibid.nu.1.vbi dicit
ornamenta vxori à marito tradita,in du
bio non donata, ſed commodata cenſe-
ri,niſi aliter cōſuetudine receptū ſit. Dd.
in l.1.§.nec caſtrēſe.ff.de collat.bo. Caſt.
in l ſi vſusfructus.§.1.ff ad l.Falcid.Bald.
& alij in l.cùm te.C.de donat.ante nupt. 2
Afflict.pulchrè deciſi.315. per totam, vbi
hanc quæſtionem exactiſſimè tractat, &
facit quatuor caſus,vt ibi ſingulariter per
eum.Ita quoque conſuluit Anchar.con-
ſil.181.num.2.Roma.conſil.146.nu.1.cir-
ca fin. vtrobique dicunt eam eſſe com-
munem. Alexand.conſil.42.num. 4.vo-
lum.5. incip. in cauſa & lite, vbi dicit,
quòd veſtes, & annuli , qui ſunt in vſu
quotidiano, non repetuntur ſoluto ma-
trimonio, niſi probetur dictos annulos
eſſe feſtiuos, per iura allegata, pulchrè
Iulius Clarus ſent.lib.4.quæſt.10.vbi Bar.
diſtinctionem dicit communem, & in
practica ab ea non recedendū,præſertim
hoc tempore,quo infœlices mariti obſe-
quentes ambitioni vxorum, plus expen-
dunt

dant pro earum ornamentis,quam recipiant pro dote. ſed

Prodiga non ſentit pereuntem fœmina cenſum,

vt inquit Iuuenal.Saty.6.Breuiter, index in hac quæſtione conſiderare debet facultates,dignitatem, & nobilitatem viri:vxoris quoquè familiam,& dotis amplitudinem, prórut eleganter diſtinguit Afflict.d.deciſ.315.numer.3.4. & 14.Etin Camera,in cauſa quadam grauiſſima ita factum memini, text. ad hoc elegans in l.penult.ff.de alimen.& ciba.leg. text.in l.plenum. §. equitij. ff. de vſu & habita. Bald.in l.1.C.de fideicommiſſ. numer.1. vbi dicit quòd hæres iuſſus veſtire viduam,teneatur eam veſtire ſecŭdùm qualitatem viduæ, Afflict. pulchrè in c.1.nu. 16.cum ſequen.ex quib.caul. feud. amitt. vbi infinita exempla recenſet, in quibus qualitas perſonarum conſideranda ſit, quem ad hoc omninò vide. Ornamen-
4 torum † muliebrium appellatione generaliter continentur ea, quibus mulier ornatur,tex.in l.argento. §.ornamenta. & in l.final.ff.de auro & argen.leg.Soci. ſenior conſil.10.num.6. volum. 1. incip.
5 Quamuis quæſtiones. An autem † filia veſtes, & res precioſas,quas accepit à patre nuptiarum tempore, in legitimam computare debeat, dubitari poſſet. Etſi ea quæſtio non ſit huius loci, tamen quia affinis,obiter eam annotare volui, & ex communi Dd. ſententia concludendum quòd ſic,per doctrinam Barto. in l.1.in quartam.ff.ad l.Falcid.num.10. Alexand. conſil.27.num.10.volum.5.incip.videretur.& conſi.154. nu.13. volum. 7. incip. viſo titulo vtrobique dicit,huiuſmodi iocalia eſſe acceſſoria dotis, ac de appendicibus ipſius, & proindè de ijs iudicandum,ſicut de ipſa dote. text.in l. inter ſocerum,§.cum inter,ff.de pact.do talib. & in l.etiamſi,C.de iur. dot. gloſſ.
6 ibid.in verbo,additamenti. Dotem † autem conferri debere , dubium non eſt, tex.in Authen.ex teſtamento, & in l.ſi pater,& in l.filiæ,C.de collatio.text. in l.vt liberis,& in l.ſi ſoror,C.eod.tit.tex.in l. quoniam nouella,C.de inoffi.teſta.& in l.vnica,§.quo à nobis, C.de rei vxo. acti. vide omninò Alex.d.conſi. 27. nu.10. cŭ allegatis ibid.& Bart.in d.l.in quartam, vbi docet quæ in legitimã compurētur. Item an ornamēta à ſocero, vel à ſpōſo ſponſæ miſſa, donata cenſeantur, vide Alex.conſi.155.num.11.libr. 7.incip.viſo titulo quæſtionis.Cagnol.in l.cōtractus. nn.35.ff.de regu.iur.Iulius Clar.d.q.10.in princip.

OBSERVATIO XCII.

An creditores vxori agenti hypothecaria, dotem offerre, & bona mariti auocare poſsint.

SVMMARIA.

1. *Ius offerendi locum habet inter creditores.*
2. *Ius offerendi dotem datur marito.*
3. *Creditores poſſunt vti iure marito competenti.*
4. *Abſurditas euitanda.*
5. *Hypothecariæ actionis natura.*
6. *Paria ſunt, matrimonium diſſolutum, & maritum vergere ad inopiam.*
7. *Dos deber ſeruire oneribus matrimonij, ad vtilitatem totius familiæ.*
8. *Creditores contra vxorem quando habent ius offerendi dotem.*
9. *Dos exacta propter veri inopiam conſignatur.*
10. *Bona mariti obligata ſunt vxori, etiam pro donatione propter nuptias.*
11. *Finis conſiderandus.*
12. *Effectus conſignationis quis ſit.*
13. *Vxor pro dote non omnia bona mariti occupare debet.*
14. *Reſpectu finis diuerſa ſunt, matrimonium ſolutum, & maritum vergere ad inopiam.*

IVris eſt notiſſimi, inter † creditores ius offerendi locum habere,videlicet ſecundum creditorē poſſe primo creditori offerre debitū, & bona debitoris per hypothecariã occupata auocare,per tex.in l.creditor. §.ſi pignus,& in l.potior.§.fin.ff. qui pot. in pig.hab.tex.in l.1. C. ſi antiq. credit.pig. ven.Sed an hoc iuris beneficium etiam locū habeat cōtra vxorem agentem hypothecaria,cōſtante matrimonio, viro ad inopiam vergēte, hoc eſt, an creditores habentes poſteriorē hypothecã, poſſint vxori dotem offerre,& bona mariti ab ea auocare? variant Dd. opiniones. Partem affirmatiuam, quòd ſcilicet tali oblationi locus ſit, tenent Bal.in l.ſi con ſtante,circa finem verſi. extra quæro. ff. ſolut. matrim.Alex.ibid.nnme.31.vbi dicit eam partem eſſe veriorem.Caſt.ibid. nume.6.Ang.Imol.& Roma. ſimiliter. 1

Oo 4 Bald.

Bald.in Authen. quod locum. C. de col-
lat. nu. 8. Monentur his potiſſimnm ta-
tionibus : Primò,quòd ins offerendi re-
gulatiter locum habeat inter creditores,
d.l.creditor,cum ſimilib. Secundò, quia
2 hoc † beneficium offerendi marito da-
tur,text.in l.mutus.§.manente.ff. de iur.
dot.& in l.ſed etſi ideò. ff.ſolut.matrim.
3 ergò & ipſius † creditoribus qui canſam
ab eo habent,& eodem iure vti poſſunt,
competit, per text. in l.ſi cui. C. de non
num.pec.Bal.Caſtr.Alex.in d.ſi conſtan
te.Bal.in d.Auth.quòd locum.nu.8.C.de
collatio. Tertia ratio eſt,quia ſi ius offe-
rendi dotem creditoribus denegaretur,
4 ſequeretur ex eo maxima † abſurdiras, q̃
omninò vitanda eſt,tex.in l.in fundo.ff.
de rei vendic.nam vxor hac ratione pro
dote etiã minima , omnia mariti bona
5 retinere poſſet:cùm ea ſit † natura actio-
nis hypothecariæ,vt per eam auocentur
omnia bona,etiam ſi decuplo plus debi-
to valeãt.tex.in l.quamdiu.C. de diſtrac.
pign.tex.in l.2.C.debito.vendit. pigno.
imped.non poſſe.Caſt.in d.l. ſi conſtan-
te.nnm.5.& ſic credirores,qui de damno
vitando certant,magno afficerentur in-
commodo,& vxor cum alterius iactura
locupletaretur, quod nõ ſolùm rationi
& iuſtitiæ eſſet conrrarium,ſed etiam fe-
neſtram fraudibus & nequitijs aperiret,
gloſſ.notab.in d.l. quam diu, in verbo,
amittit. Quarta ratio, quia quóad actio-
nem hypothecariam & repetitionẽ do-
6 tis, paria † ſunt matrimonium eſſe ſo-
lutum , vel maritum conſtante matri-
monio ad inopiam vergere,tex.in c. per
veſtras,de donat.inter vir. & vxor. & in
d.l.ſi conſtante laſ.ibid.num.17.& num.
19.tex.in l.vbi adhuc, C.de iur.doti. ſed
ſoluto matrimonio ius offerẽdi dotem
locum habet,text. notab.in l. cùm tibi.
C.qui potio.in pign.hab.Bartol.ibid.nu.
1.Salic.& alij ſimiliter,ergo etiam in ca-
ſu inopiæ conſtante matrimonio dos
offerri poterit,cùm vtroque caſu dos re-
peti queat. Dd. vbi ſuprà. Partem verò
negatiuam quòd creditores poſteriores
conſtante matrimonio dotem offerre,
& bona mariti auocare nequeãt, tenent,
Ioan.Andr.ad Specul.titul. de dot. poſt
diuortium reſtitu.§. formatis. verſicul.
ſed cùm mulier.nume.18.pulchrè Alber.
in d.l.vbi adhuc.Bartol.in d. l. cùm tibi.
nume.2.Salic.ibid.nume.3. Ang. in l.1.ff.
ſolut. matrim. Caſtrenſ.ibi contrarius
in l.2.numer.3.ff.d.ritul.Barrol. in tepet.
d.l.ſi conſtante.nnmer.88. Neguzan. in
tracta.de pignorib.par.5.in primo mem-
bro,nume.31.cum ſequent.Socin.ſenior
in terminis,conſil.111. incip. Viſa conſi-
gnatione dotis.volnm.3.per totum. Ra-
tiones huius partis negatiuæ ſunt. Pri-
mò, quòd † dos debeat deſeruire oneri- 7
bus matrimonij, tex. in l. pro oneribus,
C.de iur.doti.& in l.dotis fructus & in l.
plerunque,§.ſi ſerui,in fine, ff. eod. non
ſolùm ad vtilitatem vxoris , ſed etiam
viri,liberorum , & totius familiæ: nam
vxor bona matiti pro ſecuritate dotis ſi-
bi tacitè,tex.in l.vnica,§.& vt plenius,C.
de rei vxo.act.&in §.fuerat Inſt.de actio.
text.in l.in rebus , C. de iur.doti.vel ex-
preſsè obligata , in canſam alimento-
rum retinet , vt videlicet ſe maritum &
liberos ex ea ſuſtentet , texr. in l. ſi cum
dotem,§.ſi autem in ſæuiſſimo,ff. ſolut.
matrimon. & in d.l. vbi adhuc. Bald.
ibid.num.5.Dd.vbi ſuprà. Expectare igi-
tur debent † creditores tantiſper donec 8
matrimonium ſoluatur, atq; tunc locus
erit oblationi , vt ſuprà in quarta ratio-
ne partis affirmatiuæ dictũ eſt. Dos au-
tem † cõſtante matrimonio ob viri ino- 9
piam conſignatur & deponitur , non
ad eum finem , vt vxor eam alienare
poſſit, ſed vt ex fructibus maritus,vxor,
liberi, & tota familia alantur , text. in
d.l. vbi adhuc, Caſtr. in d.l. ſi conſtan-
te. numer. 3. Secundò, quia conſtante
matrimonio,non eſt tempus ſoluendæ
dotis,tex.in d.l.in rebus,§.omnis , & in
l.cum notiſſimi,§.illud. C. de præſcript.
30.vel 40.anno.& exactio quæ fit p̱ vxo-
tem cõſtante matrimonio ob inopiam
mariti,non eſt propriè exactio, quia ni-
hil peruenit ad manus mulieris, ſed dos
conſignatur in cauſam alimentorum,vt
ex fructibus alatur vxor cum marito, &
liberis,tex.in d.c.per veſtras,§.fin.& in d.
l.vbi adhuc,Caſtr.in d.l. ſi conſtante. &
ſic oblatio creditorum non fit congruo
loco & tempore, ac proindè nulliter,iu-
xtà text.in l. ſi ſoluturus. ff. de ſolution.
& in l.obſignatione.C.eod. Tertiò, Rei-
publicæ & mulieris intereſt, vt conſtan-
te matrimonio non ſit indotata, text.
in d.l.1.ff.ſolu.matrim.& in l.2.ff.de iur.
doti.

doti.text.in l.fi.C.ad S.C. Velleia. Quar-
tò, fauore dotis receptum eſt, vt mulier
In caſu inopiæ mariti conſtante matri-
monio, hypothecaria ad bona mariti
agere poſſit, per ſupradictam rationem,
vt ſcilicet ſe, & maritum alat: Itaque hoc
beneficium non debet ei per oblationē
creditorum auferri, & in læſionem eius
retorqueri, cōtra regulam, l. quòd fauo-
re. C. de legib. & c. quod ob gratiam. de
10 regul. iur. in 6. Quintò accedat, quòd †
bona mariti obligata ſint vxori, non ſo-
lùm pro dote, ſed etiam pro donatione
propter nuptias, nec nō alijs rebus para-
phernalibus, tex. in d. §. vbi adhuc. Caſt.
in d. l. ſi conſtante. num. 2. & ſic plurimū
intereſt vxoris, habere bona mariti con-
ſignata, non ſolùm pro dote, ſed etiam
donatione propter nuptias. Et hæc pars
negatiua verior, & fauori dotium magis
conſentanea eſt, prout concludit etiam
Socin. d. conſil. 110. & Neguzan. loco al-
legato. Non obſtant rationes, ſuprà in
contrarium pro parte affirmatiua addu-
ctæ. Nam ad primam reſpōdetur, quòd
aliter ſit receptum fauore dotis, per ra-
tiones allegatas. Mulieri magis conſu-
litur, ſi bonis mariti incumbat, quàm
ſi pecuniam oblatam recipiat, illa enim
apud alium non ita tuto collocari poſ-
ſet. Lex vult vt in caſu inopiæ, mulier ex
11 dote, ſe & maritum alat, vnde † finis
conſiderandus eſt, ad quem videlicet fi-
nem fiat iſta repetitio dotis: atqui huic
fini magis conuenit retinere bona: quia
pleniùs cautum eſt mulieri, quàm reci-
pere pecuniam, quæ fragilis eſt. Socin.
d. conſil. 111. nu. 5. circa finem. Ad ſecun-
dam rationem quod attinet, dato hanc
facultatem offerendi dotē marito (quod
etiam negari poſſet) competere, tamen
fauore dotis, non debet fieri extenſio ad
creditores propter eum, quem dixi, finē:
dos enim oneribus matrimonij deſerui-
re debet, text. in d. l. pro oneribus, & in
12 d. l. dotis fructus, & † conſignatio iſta fit
tantùm in cauſam alimentorum, nō ad
effectum ſolutionis. d. c. per veſtras, &
d. l. vbi autem. Ad tertiam rationem
reſpōdetur dupliciter. Primò quòd iſtud
beneficium vxori ſpeciali iure datum,
non ſit perpetuum, ſed tantùm ad tem-
pus ſoluti matrimonij extendatur, quo
ſoluto expirat, & ius offerendi dotem
creditoribus ſaluum exiſtit, d. l. cùm ti-
bi. Quapropter hanc ſolummodo mo-
ram creditores patienter ferre debent.
Deinde hęc pars negatiua cum modera-
mine quodam accipienda eſt, videlicet
† vxorem non debere omnia bona ma- 13
riti in caſu inopiæ, prætextu dotis retine-
re, etſi hoc regulariter ex natura actio-
nis hypothecariæ conceſſum ſit, text. in
l. creditoris, ff. de diſtract. pign. & in d. l.
quamdiu. tex. in Auth. ei qui. C. de bon.
autho. iudic. poſſid. gloſſ. ibid. in verbo,
menſuram, & in verbo, proſequatur,
ſed ex omnibus bonis quædam eligere,
quæ ad dotis ſecuritatem & in cauſam
alimentorum ſufficiant, argumento d.
l. creditoris Bartol. in d. l. ſi conſtante.
Caſtrenſ. ibid. numer. 5. Iaſ. ibid. nume.
23. dicens, quòd licèt creditores per hy-
pothecariam poſſint auocare omnia bo-
na obligata pro tuitione ſui crediti, vt pi-
gnori incumbant, d. Authen. ei qui, iūcta
gloſſ. ibid. tamen hypotheca quæ mulie-
ri datur ſpeciali iure, & reſpectu certæ
cauſæ, vt ſe, ſuoſque ex dote alat, compe-
tit ſolùm pro pignoribus ſufficientibus
ad cauſam dotis, & nō vltrà, idem tenet
Cyn. in d. l. vbi adhuc. Bald. in tract. dot.
part. 7. priuil. 47. Neguzan. loco citato.
nume. 33. Ioan. Andr. ad Specul. d. titu. de
dote poſt diuort. reſtit. §. formatis. num.
18. vbi dat rationem, quia, inquit, cùm
mulier agat iure ſpeciali, vt ſcilicet ſe &
ſuos alat, non poteſt incumbere pignori
cum iniuria creditorum, quibus non li-
cet offerre, alleg. l. 1. C. commu. de legat.
vbi vxor etiā agit hypothecaria ſolùm
pro quantitate debiti. Et cum hoc mo-
deramine pars negatiua intellecta, ſum-
mam habet æquitatem, ceſſantque ab-
ſurditates atque fraudis ſuſpiciones.
Quarta ratio ſimiliter non obſtat, quia
quóad facultatē exigendi & petendi do-
tem: paria † quidem ſunt matrimonium 14
eſſe ſolutum, vel maritum vergere ad
inopiam, nam vtroq; caſu dos exigi po-
teſt: per iura allegata, ſed reſpectu finis
& effectus non ſunt paria, ſed diuerſa: fi-
nis autem eſt, vt fiat conſignatio in cau-
ſam alimentorum, vt ſæpiùs dictū, hunc
finem oblatio creditorum non tollit, &
per conſequens ea locum non habet.

OBSERVATIO XCIII.

De matrimonio metu contracto.

SVMMARIA.

1 *Matrimonia debent eſſe libera.*
2 *Statuta contra libertatem matrimonij non valent.*
3 *Matrimonium conſenſum parentum an requirat.*
4 *Metus non excludit conſenſum regulariter.*
5 *Coacta voluntas, voluntas eſt.*
6 *Fallit in matrimonio.*
7 *Metus iuſtus qui dicatur in viro & muliere.*
8 *Metuentis perſona conſideranda.*
9 *Metus minor in muliere quàm viro admittitur.*
10 *Dolus qualis eſſe debeat vt contractum vitiet.*
11 *Matrimonium dolo contractum valet.*
12 *Quid in matrimonio ſpirituali.*
13 *Monachi ſpe ſucceſſionis in monaſterium doloſe quē pellicientes, ſucceſſione fraudantur.*
14 *Duobus teſtibus metum probantibus plus creditur, quam centum contrarium affirmantibus.*
15 *Occulta intentio ſoli Deo cognita.*
16 *Duo teſtes regulariter requiruntur in deciſionibus cauſarum.*
17 *Metus quandò per indicia & coniecturas probari poſſit.*
18 *Leuiores probationes admittuntur in materia difficilis probationis.*
19 *Metus communiter ſolet clam inferri.*
20 *Tyranni preces ſunt præcepta.*
21 *Præceptum vel iuſſus Regis iuſtum metum non inducit.*
22 *Metus reuerentialis parentum an vitiet matrimonium.*
23 *Metus in muliere quandò præſumatur.*
24 *Matrimonium filio præſente, & tacente contractū, per parentes valet, niſi, vt num. ſeq.*
25 *Taciturnitas quandò pro conſenſu habeatur.*
26 *Metus reuerentialis an vitiet ingreſſum religionis.*
27 *Copula purgat metum præcedentem.*
28 *Dormiens cum puella, ſi compellitur per parentes fidem dare, an obligetur.*
29 *Solutio ſpontanea purgat metum præcedentem.*
30 *Limitatur.*
31 *Matrimonium metu contractum ſpontanea cohabitatione conualeſcit.*
32 *Lætitia non purgat metum præcedentem.*

MAtrimonium metu vel minis contractum ipſo iure nullum eſſe notum eſt, per tex. in c. cùm locum, de ſponſalibus. Panor. ibid. nu. 6. vbi communem dicit, tex. in c. veniēs, el. 2. Panor. ibid. nume. 7. tex. in c. conſultationi. eod. tit. adeò vt non ſit neceſsè
quòd reſcindatur actione quod metus
cauſa, gl. in l. 1. §. fi. in verb. non valet. ff.
de autho. & cōſenſ. tut. Iaſ. in l. pacta no-
uiſſima. nume. 13. ff. de pact. quia † matri- 1
monia debent eſſe libera, tex. in d. c. cum
locum, & in l. Titia. ff. verb. oblig. text. in
l. nec filium, & in l. nec ab initio, C. de
nupt. nam inuitæ nuptiæ difficiles exitus
habere conſueuerunt. text. in c. requiſi-
uit. & in c. gemma. de ſponſalib. text. in
l. fin. §. fin. C. eod. gloſſ. in c. Abbas, in
verbo, coactus. de his quæ vi metuſ. cau-
ſa. adeò vt † ſtatuta contra eorum li- 2
bertatem inducta, nulla ſint, text. in c.
1. de ſponſalibus, & per notata in c. Ec-
cleſia S. Mariæ. de conſt. Dd. in Authen.
Caſſa. C. de ſacroſanct. eccleſ. Deci. conſi.
231. per totum. incip. viſo propoſito. An-
char. conſi. 21. incip. pro ſolutione dubi-
orum, per totum. Alex. latiſſimè conſil.
97. volum. 1. incip. Principalis dubitatio.
Curt. ſenior pulchrè conſi. 27. num. 1. in-
cip. Magnificus vir. Nam † matrimoni- 3
um conſenſum eorum tantùm requirit,
inter quos illud cōtrahitur, tex. in c. ſuf-
ficiat. 27. quæſt. 2. gloſſ. ibid. in verbo, ſo-
lus, tex. in d. c. cum locū, & in c. cū apud,
de ſponſalib. tex. in c. tuæ, de deſponſat.
impub. & in c. fin. 32. q. 2. ita vt etiam pa-
rentū cōſenſus de iure Canonico, quod
in matrimonio tāquàm in materia ſpi-
rituali ſequimur, non ſit neceſſarius, tex.
in c. cum cauſa, de raptorib. & in c. per
tuas, de cōditio. appoſ. & in d. c. ſufficiat,
etſi hoc à quibuſdam in dubium reuoce-
tur, p Caſtr. in l. ſi filiā. C. de inoffi. teſta-
men. Pariſ. conſi. 29. per totum. volum.
3. incip. Eſto quòd de iure; quem ad hoc
omninò vide, per tex. in c. aliter 30. q. 5. &
multa allegata ibid. Et quanquā † regula- 4
riter metus nō excludat cōſenſum, & cō-
ſequenter actum ex illo conſenſu depen-
dentem nō vitiet ipſo iure, eò quòd † co- 5
acta voluntas volūtas ſit, tex. in l. ſi muli-
er. §. ſi metu coactus, el. 2. ff. quod met.
cauſa. gloſſ. ibid. in verb. volui. ſimiliter
Bart. nu. 1. tex. in d. c. Abbas. extr. eod. tit.
vbi gloſſ. ſing. in verbo, coactus, ſed actio
detur ad reſcindendū contractum metu
probato, tex. in l. metū. §. ſed quod præ-
tor. ff. quod met. cauſ. text. in l. 1. C. de re-
ſcind. vend. Dd. in l. dolo. C. de inutil.
ſtipul. Bart. pulchrè in l. & eleganter. nu.
6. ff. de dolo. Zaſ. in §. actionum. num. 45.

6 Inſt.de actio. tamen † hoc non procedit
in matrimonio,tex.in c.1.de deſpōſ.im-
pube.& in l.ſi patre,ff.de ritu nupt.tex.in
l.non cogitur,ff.eo.tit.& in d.l. nec filiū,
C.de nupt.& in alijs caſibus notatis. per
gloſſ.in d.c.Abbas.Panor.in d.c.cùm lo-
7 cum,num.2.ff.de rit.nup. Metum † autē
hic accipere oportet,de eo metu, q poſ-
ſet cadere in virum, vel mulierem con-
ſtantem,vt quia ſit metus continens pe-
riculum mortis vel cruciatus corporis,
aliàs nihil operaretur,text.in l. metū.ff.
quod met.cauſ.tex.in l. interpoſitas. C.
de trāſact.glo.ibid.in verbo, cruciatum,
tex.elegans,in c.cùm dilectus.de his quæ
vi met.cauſ.gloſſ.ibid. in verb. metum.
Panorm.ibid. num.2. Dd. in c. conſan-
guinei.de re iud.d.c.veniens.el.2.de ſpō-
ſalib.Alex.conſi.156.num.6. & num. 20.
vol.5.incip.Viſo proceſſu.idem cōſil.99.
nu.2.vol.3.incip.In caſu prædicto.Poteſt
etiam minis,alijsq; ex cauſis iuſtus infer-
ri metus:id quod iudicis arbitrio diſcer-
nendum committitur,per text. In l.3. in
fine.ff.ex quib.cauſ.maio. ibi, huius rei
diſquiſitio iudicis eſt,gloſſ.in d. l. inter-
poſitas,in verbo,cruciatum, C. de tranſ-
act.Deci.conſi.219.nu.3.incip.viſo pun-
cto,glo.ſing.in d.c.cùm dilectus.in verb.
metum,quæ plures caſus recenſet,quam
omninò vide.Panor.ibid. num.8.vbi di-
8 cit, quòd iudex debet † conſiderare per-
ſonam minātis, an ſolitus ſit minas exe-
qui,p tex.in d.l.3.ff. ex quib. cauſ. maior.
Alex.d.cōſi.1·6. Idē d.cōſi.90.nu.7.& cōſ.
98.num.4.eod.vol.incip. Quoniam. Et
quòd etiam in muliere talis metus inter-
uenire debeat,tenent communiter Dd.
& gloſſ.in d.c.cùm locum,in verbo,me-
tus.Panor.ibid.nu.6 per tex.in d.c.con-
ſultationi.vbi Panor.nu.4. Roma. ſing.
229.nu.1.incip.Tu ſcis.Iaſ.in d.l. interpo
ſitas.Hippol.ſing.578.num. 1.incip. Me-
tus.Idem ſingul.407.num.1.incip. Nam
omnes, tametſi in interpretatione iuſti
metus diſcrimen ſit faciendum inter vi-
9 rum,& mulierem: nam † minor metus
in fœmina,ob ſexus fragilitatem, quam
in viro admittitur.gloſſ.in d.c. cum lo-
cum,Dd.vbi ſup.Mayner. in l.2.nu.27.
ff.de reg.iur.facit tex.in c. indignantur,
32.q.6.& in c.ſicut dignum, de homicid.
10 Eodem modo in † materia doli, ad hoc
vt cōtractus ipſo iure nullus ſit, nō ſim-
plex dolus, ſed talis requiritur, qui poſ-
ſet in virum prudentem cadere, text. in
d.c.cùm dilectus.extr. de his quæ vi me-
tuſ. cauſ. Panorm. ibid. nume. 4. & 12.
Bald. ad rubric.C.de reſcindend. vend.
nume.3.iunct.apoſtill.ibid.Alexand. d.l.
& eleganter.ff.de dol. Hippol. d. ſingul.
407.nu. 7.Matrimonium † tamen dolo 11
contractum valet, videlicet ſi adole-
ſcens opinione magnarum diuitiarum
doloſè perſuaſus ducat aliquam in vxo-
rem: nam matrimonium ſubſiſtit, etiāſi
maritus opinione ſua fruſtratus ſit, ni-
hilque vxor,aut parum in bonis habeat:
quia matrimonium non bonorum ac-
ceſſione,ſed conſenſu perficitur, iuribus
ſuprà allegatis,tex.in l.final.C.de repud.
& in l.nuptias.ff.de regul.iur.Iaſ.in l. pa-
cta nouiſſima, num.13.Aliud exemplum
ponit Bald.in l. cùm Archimedorā. nu.
10.C.vt in poſſ.legato.putà in eo qui p-
mittit aliquem inſtituere hæredem, ſi fi-
liam ſuam in vxorem ducat, nā matri-
monio ſubſecuto,etſi ſocer generū non
inſtituat, matrimoniū callidè contra-
ctū non diſſoluitùr, quia huiuſmodi do-
lus non eſt contra eſſentialia matrimo-
nij,facit tex.ſingul.in c.cōſtituit. 20.q.3.
glo.ibid.in verbo,cogātur, glo.in l.à Di-
uo Pio.ff.de ritu nuptiar.in verbo, actio-
nem.gloſſ.in d.c.cùm dilectus.in verbo,
metum.Panorm.ibid.nume. 13. vbi hoc
limitat, vt non procedat, ſi dolus tam
enormis ſit,vt etiam conſenſum tollat,
Iaſon in d.l.pacta nouiſſima.num. 13. C.
de pact.Idem eſt † in matrimonio ſpiri- 12
tuali, nam dolus non vitiat ingreſſum
religionis,ſi quis dolo inductus mona-
ſterium ingrediatur,nec datur reſtitutio
in integrum, nam bonus dolus eſſe
cenſetur, quo quis ad meliorem vitam
inducitur,text. not.in c. conſtituit, 16.
quæſtio.7. & in d. c.cùm dilectus.gloſſ.
ibid. in verbo, ad fatuitatem Panorm.
ibid. nume.12.& in c.præterea. nume.5.
de offic.iudi.deleg. vbi † dicit ingreſſum 13
& profeſſionem valere,ſed bona profeſ-
ſi nō cedere monaſterio,ſi monachi ſpe
ſucceſſionis doloſè ingreſſum iuueni
perſuaſerint, per text.in d.c. conſtituit.
& ſic obſeruandum reſtitutionem in
integrum in ſpiritualibus locum nō ha-
bere,tex. cū gl.in d.c.cū dilect⁹ de his q̄ vi
met.cauſ.Adeò aūt in cauſa matrimonij
iuſtus

14 iuſtus metus reprobatur, vt † duobus te-
ſtibus metum & violentiam probanti-
bus, plus fidei tribuatur, quàm centum
alijs conrtarium, videlicet ſpontaneam
& liberam voluntatem atteſtantibus. Hi
enim de eo quod viderunt, & in ſenſum
corporeum cadit deponunt: Alij verò
15 de † occulta animi intentione, & de ijs
quæ in conſcientia & animo conſiſtunt,
& ſoli Deo cognita ſnnt: quo fit vt duo-
rum teſtimonium hoc caſu pluriũ præ-
ferendum ſit. Innoc. in c. ſuper hoc. nu-
me. 2. de renunciationibus. Bald. in l. ob-
ſeruare. §. proficiſci. in 13. quæſt. ff. de oſ-
fic. proconſ. & leg. Iaſ. in l. ſed & ſi quis.
§. quæſitum. numer. 11. ff. ſi quis cautio.
Alciat. in tractat. præſumptionum, re-
gul. 3. præſumptio. 3. nume. 4. Alexand. d.
conſil. 156. nume. 3. Imò nonnulli exiſti-
mant metum etiam vnico teſte probari
poſſe, quòd rectè reprobat Alciat. vbi ſu-
prà. quia eſt contra regulam, c. licèt vni-
16 uerſis, de teſtib. quòd videlicèt in † deci-
ſionibus cauſarum, duo teſtes probatæ
vitæ ad minus requirantur, gloſſ. ibid. in
verb. duorum. quæ recenſet caſus, in qui-
bus plures teſtes neceſſariò requiruntur.
Illud tamen communiter receptum eſt,
17 metum † nocturnum, vel clãdeſtinum,
indicijs, præſumptionibus, & coniectu-
ris probari poſſe, idque propter difficul-
tatem probationis, vt notat, gloſſ. ſingu.
in l. ſi cum exceptione, §. in hac actione,
in verbo, ignorantiam, ff. de eo quod
met. cauſ. Alexand. d. conſil. 98. nume. 6.
& conſi. 24. nu. 6. vol. 2. incip. animaduer
ſis his, & conſil. 53. num. 3. incip. viſo the-
mate, & conſil. 59. num. 1. incip. viſa facti.
eod. vol. & d. conſil. 156. nu. 1. vbiq; dicit,
ꝙ ad probationem eorum, quæ de nocte
& clam fiunt, ſufficiant probationes, per
præſumptiones ſeu coniecturas, & quòd
in talibus, leges & iura contenta ſunt le-
uioribus ꝓbationibus, quàm in his quæ
18 palã & in aperto fiunt. Quòd † regulari-
ter in omni materia difficilẽ probatio-
nem habente locum habet, per tex. in l.
non oẽs. §. à Barbaris. ff. de re milit. & in
l. filium eũ definimus. ff. de his qui ſunt
ſui, vel alie. iur. tex. in c. licèt ex quadã, de
teſtibus. & in c. veniens, el. 2. §. fi. eod. tit.
tex. in l. ſi vicinis, C. de nupt. Dd. In c. fin.
quod met. cauſ. Bart. in l. ſi quis ex argen-
tarijs. §. an & hæredi. nume. 3. ff. de eden.

idem in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi præto-
ri. nume. 17. ff. de nou. oper. nuncia. Zaſ.
conſil. 15. num. 1. volum. 2. Alexand. vbi-
que in conſil. iam allegatis. Et quòd me-
tus ex coniecturis probari poſſit, tenet
Cyn. in l. carcerẽ. C. quod met. cauſ. Bart.
in l. ſi ob turpem. nume. 5. & 7. ff. de con-
dict. ob turpem cauſ. Ancha. cõſi. 299. in-
cip. Viſa ſupra dicta. nume. 1. quia † me- 19
tus communiter conſueuit clam inſer-
ri, vnde ſufficit leuior probatio, vt iam
dictum eſt. Alexand. d. conſil. 98. num. 6.
volum. 3. Alciat. d. regula 3. præſumptio.
7. Panorm. in c. 1. nume. 10. de his quæ vi
met. cauſ. Idem in c. 2. eodem titul. nu-
mer. 3. cum ſequent. vbi dicit, † Tyranni 20
preces præcepta eſſe, non preces. Regu-
lariter † præceptum, vel ſimplex iuſſus 21
Regis, non inducit iuſtum metum, glo.
notabilis in c. fin. in verbo, metu regio,
qui clerici, vel vouentes, &c. per illum
tex. Deci. conſil. 219. num. 1. cum ſeq. in-
cip. viſo puncto. An aũt † metus reuerẽ- 22
tialis parentum iuſtus metus dicatur, ita
vt impediat matrimoniũ? Minimè, quia
non eſt talis, qui cadat in virum vel puel
lam conſtantem, per text. in d. c. veniẽs.
el. 1. de ſponſalibus. Panor. ibid. nume. 5.
vbi per illum text. notat valere matri-
monium, ſi filius ob reuerẽtiam patris,
nè eius indignationem incurrat, ducat
puellam in vxorem, eò quòd non ſit in-
ductus tali metu, qui poſſet in virũ con-
ſtantem cadere, per text. notab. in d. l. ſi
patre. iunct. gloſſ. ibid. in verbo, videtur.
gloſſ. in d. c. fin. in verbo, vel modica, qui
clerici, vel vouent. Hippol. ſingu. 347. per
totum. incip. Matrimoniũ. Et hæc ſunt
notanda pro limitatione l. 1. §. quæ one-
randæ. ff. quarum rer. non dat. act. Secùs
eſt ſi metus parentum non ſit reueren-
tialis, ſed talis qui poſſit adſerre cruciatũ
corporis, d. l. nec filium. d. l. ſi patre. C. de
nup. Panor. in d. c. veniẽs, per ſupradicta.
Bart, in l. ad inuidiam. nu. 1. C. de his quæ
vi met. cauſ. vbi dicit, ſi † mulier vẽdidit 23
aliquid propter metum mariti, metum
non probari ex eo quod ſit maritus, ſed
neceſsè eſſe ꝓbari minas & verbera ma-
riti. Adde ꝙ licèt † matrimonium con- 24
tractum per parentes nomine filij, eo p̄-
ſente & tacente valeat, text. in c. vnico.
§. fin. de deſponſat. impube. lib. 6. tamen
† hoc non procedit, ſi cauſa cognita cõ- 25
ſtet

ſtet filium vel filiam, ob reuerentiā parentum tacuiſſe, vt notat Panor. in c. nō-ne. nu. 1. verſ. item fallit. & verſ. debet ergò. de præſump. Felin. ibid. num. 8. dicens dictum illud ſingulare, per quod mille ſponſalia ſubuerti poſſint. & Ibid. latè tractat materiam, quando taciturnitas pro conſenſu habeatur. Idem tenet Hippol. ſing. 146. incip. Filius præſens. Quod intellige de reuerentia paterna, iuſtum metum adferente per ſupradicta. Aliud tamen eſt in matrimonio ſpirituali, putà in ingreſſu religionis, vel profeſſione
26 vitæ eccleſiaſticæ: nam † metus etiam reuerentialis ingreſſum & profeſſionem vitiat, ita ꝙ ſine præuaricatione ordo deſeri & deponi poſſit, gloſſ. ſingul. in c. pręſens clericus. 20. q. 3. in verb. patriam, in fi. Hippol. d. ſing. 347. vbi dicit, quòd illud perpetuò ſit notandum contra parētes, qui liberos minis & verberibus cō-pellūt intrare monaſteriū, vel vitam eccleſiaſticā profiteri, allegat Iaſ. in Auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccleſ. idē in §. quadrupli. Inſtit. de act. facit tex. not. in c. 1. ext. ꝙ met. cauſ. Panor. ibid. nu. 3. Alexan. in l. ſi cùm dotem. §. eo autem tempore. ff. ſolut. matrim. nu. 11. Prædicta omnia intelligenda ſunt de matrimonio metu contracto, copula carnali non ſubſecuta, quia tale matrimonium, vt initio dictum, nullum eſt: ſecùs ſi poſt metū ſub-
27 ſecuta ſit † copula carnalis, quia tūc præcedens violentia, aut iuſtus metus in cō-ſenſum tranſit, & purgatur, dummodò voluntaria ſit copula, & non violenta, putà ſi per vim puella fuiſſet cognita, d. c. conſultationi. de ſponſali. Panor. ibid. nume. 7. vbi omninò vide. Idem in d. c. veniens. num. 6. & c. ad id. num. 4. in fi. eod. tit. facit text. in d. c. veniens, 2. vbi ſi
28 aliquis † inuentus ſit dormire cum puella, & ideò per parentes puellæ compellatur contrahere matrimonium, tale matrimonium erit inualidum, ſi non ſubſequatur copula, quæ metum præcedentem tollat, & nouum quodāmodò conſenſum inducat. Sic in ſimili, ſpontanea
29 † ſolutio metus vitiū purgat, nam quod initiò coactè fuit ꝓmiſſum, poſteà ſpontanea ſolutione ratum habetur, text. in l. 2. C. de his quæ vi met. cauſ. Bald. ibid.
30 nume. 1. & 7. quod tamen † limitatur, vt non ꝓcedat, ſi tempore ſolutionis metus adhuc duret, vtputà, ſi ob potentiam vel crudelitatem aduerſarij, ſolutionem dettectare non audeat, quia tunc præſumitur metu ſolutum, tex. in d. c. 1. quod met. cauſ. Panor. in d. c. 2. eod. tit. vbi omninò vide. Alexand. d. cōſi. 98. num. 7. Deci. d. conſi. 219. nu. 7. Alexan. d. cōſi. 98. nu. 7. vol. 3. vbique dicunt metū non purgari ex interuallo ob actum aliquē ſequētem, durante adhuc eadem metus cauſa. facit tex. in l. Fulcinius, §. quid ſit autem, ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. Nam quemadmodum ceſſante cauſa, ceſſat effectus, text. in l. quod dictum, ff. de pact. & in c. cùm ceſſante, de appell. ſic è diuerſo, durante cauſa, durat effectus; text. in l. ſi cui, §. 1. ff. ex quib. cauſ. maio. & in l. ſemper, §. negotiatores, ff. de iure immunita. tex. in l. 2. §. omnes, ff. de iudic. & in l. ſi vt proponis, la. 1. C. de nupt. Contrariorū enim eandem eſſe rationem & diſciplinam, notum eſt per vulgatia. Prætereà
notandum, matrimonium † metu con- 31
tractum, ſpontanea cohabitatione conualeſcere, per tex. in d. c. ad id. gloſſ. ibid. in verb. per annum. Panorm. nume. 1. &
numer. 4. Sed quid de lætitia, † vultu ſi- 32
mulata, an per eam quoque metus præcedens ſublatus eſſe videatur? Minimè, ſi appateāt ſigna latētis metus, quia ſigna exteriora lætitiā præ ſe ferentia nullius ſunt momēti, quandò certa metus indicia adhuc cōſpicua ſunt: multi enim vultu riſum ſimulant, & premūt nihilominus alta mēte dolorem. Alex. d. cōſil. 99. nu. 6. 7. & 8. idem d. conſil. 98. nu. 7. Inno. In d. c. ſuper hoc. nu. 2. de renuntiat. Hippol. ſing. 325. nu. 6. incip. Dixi tibi. Bald. in d. l. 2. nu. 10. C. quod met. cauſ. vbi plures limitationes vide.

OBSERVATIO XCIIII.

An in cauſa matrimoniali iuramentum ſuppletorium deferri poßit.

SVMMARIA.

1 *Matrimonialis cauſa criminali æquiparatur.*
2 *Ideò plenam, vt in criminali, requirit probationem & num. 9.*
3 *In criminalibus non defertur iuramētum ſuppletorium.*
4 *Similiter nec in cauſa matrimoniali.*
Aeternitas conciliatur per matres.

5 *Matrimonium in ſtatu innocentiæ inſtitutū in Paradiſo.*
6 *Matrimonij cauſa ardua dicitur.*
7 *Eſt ſpecies ſeruitutis.*
8 *Iuramentum ſuppletorium non habet locum in cauſis arduis.*
9 *Teſtes in cauſa matrimonij debent eſſe omni exceptione maiores.*
10 *Plena probatio quæ dicatur.*
11 *Materia probationis arbitrio iudicis committitur.*
12 *Iuramentum ſuppletorium pro matrimonio quando deferri poßit.*
13 *Iuramentum à parte parti in cauſa matrimonij an deferri poßit.*
14 *Partium conſenſu matrimonium diſſolui nequit.*
15 *Conditio non impedit matrimonium contrahi.*
16 *Monachiſmus matrimonio comparatur.*
17 *Filiæ monaſterium ingredienti æquè vt nubēti dos debetur.*
18 *A communi opinione regulariter non recedendum.*
19 *Fallit in cauſa matrimonij.*

1 CAuſam † matrimolialem gra-
uem & arduam eſſe,&ideò cri
minali æquiparari, cōmuniter
receptū eſt, vt notat Alex. cōſi.
143.nu.4.volu.2.incip. Quoniam abun-
dè.idē in l.3.nu.2.ff.de iureiur. Dec.cōſil.
133.nu.1.in fi.incip. viſo proceſſu.& conſ.
699.num.9.incip.accepi reuerenter. Zaſ.
conſil.3.num.27.volu.2.incip. Caſus ta-
lis eſt.Et regulariter cauſę ciuiles arduæ
& magni momenti. quóad Iuris diſpo-
ſitionem cauſis criminalibus ęquiparan-
tur.Bartol. & Dd.in l. admonendi. ff. de
iureiur. Dd.in l.parentes. C. de teſtibus.
Socinus ſenior conſil. 164. incip. Viſa
2 bulla. volu.2. Quapropter ſicut † in cri-
minalibus,ita quoque in huiuſmodi ci-
uilibus arduis cauſis probationes luce
meridiana clariores requiruntur, iuxta
l.fi.C.de probatio. Et hoc omnium ma-
ximè procedit in cauſis matrimoniali-
bus, ſi ad diſſoluendum matrimonium
agatur,tex.in c.in literis, de teſtib. gloſſ.
ibid.in verbo,probatæ, & notat Alex. d.
conſi.143. & probatio facta per famā cū
vno teſte non ſufficit: ſicut nec in crimi-
nali cauſa,licèt regulariter in cauſa ciui-
li ſecùs ſit, gloſſ. notabilis in c. veniens.
el.1.in verbo,illorum. de teſtib. gloſſ. in
c.mulieri.in verbo,abſoluto, de iureiur.
Decius d.conſil.133.num.3.& 4.Bald.in c.
1.de appellat.Alexand. & Zaſ.vbi ſuprà.
3 Et quemadmodum in † criminalibus re-
gulariter non defertur iuramentum in
defectum probationis, vt notat Bartol.
plenè in l.maritus.numer.4.ff. de quæſt.
& in d.l.admonendi.Salic.latè in d.l.3.§.
quacunque,nu.3.ff.de iureiur. poſt gloſſ.
ibid.in verbo,agatur. Panormit. prolixè
in c.final.num.12.cum ſequent. de iure-
iur.Bart.in l.eum qui. §. in popularibus,
& in l.lex Cornelia.§.illud. ff. d.titul. ita
quoque in cauſa matrimoniali † hoc iu- 4
ramentum locum non haber: quià agi-
tur de quaſi ſtatu hominis, gloſſ.in d.c.
mulieri. Deci.d.conſil. 699. & d. conſil.
133.nume.2.in fin.Dd.vbi ſupr. licèt ali-
âs cauſa matrimonij ſit fauorabilis, per
text.in c.fin. de ſentent.& re iudic.idque
tam à dignitate perſonæ, quàm loci &
temporis,quia ab ipſo † Chriſto in ſtatu 5
innocentiæ,in Paradiſo,adeoque ſtatim
ab initio mundi,matrimonium inſtitu-
tum eſt,reliqua verò ſacramenta,primū
poſt lapſum Adæ, & peccata introdu-
cta ſunt,tex.in c.literę.de frigid.& male-
fi.Panor.ibid.num.5.tex.in c. 1. de voto,
& voti redempt.lib.6. nomenque à ma-
tribus ſortitū eſt,per quas æternitas con
ciliatur,text.in l.liberorum.§.final.ff.de
verb.ſign.et in l.1.ff.ſolut.matri.Dicitur
autem † cauſa matrimonij grauis, non 6
ratione originis & inſtitutionis, ſed reſ-
pectu contractus:quia,vt dictum eſt, de
ſtatu hominis agitur, & indiuidua illa
vitæ ſocietas,ſiue fœliciter aut infœlici-
ter iacta ſit alea, ſpeciem † ſeruitutis con 7
tineat: gloſſ. approbata in d. c. mulieri,
cùm vir non habeat poteſtatem ſui cor-
poris,ſed mulier,& è contrà,tex.in c. nō
debet,de conſanguinit. & affinit.ex Pau-
lo Apoſtol.1.Corinth. cap.7. Dd. vbi ſu-
prà. Et quod Deus coniunxit, homo ſe-
parare nequeat.Matth.cap.19.facit tex.in
l.2.ff.de lib. hom. exhib. Sed in † arduis 8
cauſis iuramentum ſuppletorium non
habet locum, ita notant gloſſ. & Panor.
in d.c.mulieri.num.6.Alexand.d.conſil.
143.num.4.Zaſius d.conſi.3.gloſſ. & Dd.
communiter in d.l. admonendi. Alexā.
in d.l.3.numer.16.ff.de iureiur. Itaque ad
probandum † matrimonium,vt dictum 9
eſt, probationes debent eſſe plenæ &
perſpicuæ,per confeſſiones & teſtes om-
ni exceptione maiores,tex.in c.1.de con-
ſang.& affinita.& in c.in literis, de teſti-
bus, Canoniſt. ibid. Felinus ad rubr. de
ſponſalib.num.5.Zaſius d.conſi.3.nu.24.
Dici-

10 Dicitur autem † regulariter plena pro-
batio, quam lex cenſet haberi pro veri-
tate, vt notat Decius ad rub. exr. de pro-
bar. numer. 12. per multa allegata. gloſſ.
notabi. in l. proprietatis, in verbo, legiti-
mis. C. eod. titul. Panormit. in c. final. §.
1. numer. 7. de iureiur. vbi dicit, tunc eſſe
plenè probatum, cùm iudex ex his quæ
ſibi oſtenſa ſunt adductus eſt ad fidem
& credulitatem eius, quod propoſitum
eſt, tex. In l. ad fidē. ff. de teſtib. & in l. quin
quaginta. in fin. ff. de probat. gloſſ. ibid.
in verbo, iudici, tex. in l. 1. C. de reb. alien.
non alienan. & in l. eos, C. de teſtib. gloſſ.
ibid. in verbo, Iudiciariæ. Qualiter autē
iudex ad iſtam fidē addncatur, certa re-
gula dari non poteſt, plerunque hoc fit
per teſtes, præſumptiones, & confeſſio-
nes partium, text. in c. cùm cauſam, de
probat. & in l. 3. §. 1. ibi, tu magis, ff. de te-
ſtibus. Panormit. loco citato. Materia e-
11 nim † probationis, an aliquid ſit plenè
probatum nec ne, arbitrio iudicis com-
mittitur, tex. in d. l. 3. §. 1. Decius cōſi. 510.
nume. 1. incip. in caſu quo agitur. Idem
conſil. 650. in princip. incip. in cauſa vt
vulgo. Pariſ. conlil. 107. num. 48. volum.
1. incip. laborioſa potius. Iuramentum
igitur neceſſarium in cauſa matrimo-
niali, quæ ardua dicitur, & criminali,
quóad probationes comparatur, nō de-
fertur, per ſupradicta, illudq́ue ſecundū
omnium Doctorum tam iuris Cano-
nici, quàm Ciuilis opinionem, locū ha-
bet, ſi iuramentum hoc petitum eſſet à
iudice contra matrimonium: vt ſi quis
iurare paratus ſit, matrimonium nō eſſe
contractum: nam tunc nulla ratione of-
ferenti deferendum eſt, text. In c. lator.
de ſent. & re iudic. gloſſ. Ibid. in verbo,
permanere. Panormita. & alij in locis
allegatis. Alexand. in d. l. 3. numer. 16. ff.
de iureiur. Salic. ibid. in §. quacunque.
numer. 6. Caſtrenſ. conſil. 45. nume. 3. vo-
lum. 1. incip. Licèt per ſupraſcriptum.
Sed quid ſi quis ſemiplenè probâſſet ma-
12 trimonium, & pro eo in † ſupplemen-
tum probationis iurare paratus ſit, an
iudex iuramentum neceſſarium parti
petenti deferet? Certè hoc arbitrio iu-
dicis relinquendum eſt, conſideratis
qualitatibus & circunſtantijs perſona-
rum: nam ſi is qui ſemiplenè proba-
uit, probitatis opinionem apud omnes
habeat, ſitq́ue vitæ integritate conſpi-
cuus, & Inferiorem ſuæ dignitati & con-
ditioni, vel ſaltem æqualem in matri-
monium petat, quid vetat quò minùs
iudex hoc iuramentum petenti deferat,
vt ſingulariter notat Panormit. in d. c.
mulieri. nume. 6. Alexand. in d. l. 3. num.
16. Zaſius conſil. 9. nume. 37. volum. 1. in-
cip. Tametſi In negocio. Iaſ. in d. l. ad-
monendi. num. 231. per text. In c. fin. §. fi-
nal. de luteiurand. gloſſ. ibid. in verbo,
probatione. Similis diſtinctio obſer-
uanda in Iuramento voluntario, quod
In † cauſa matrimoniali à parte parti 13
defertur: nam ſi tale Iuramentum ab
alterutra partium contra matrimoniū
delatum ſit, non valet: quia non † eſt In 14
poteſtate partium diſſoluere mattimo-
nium, vt notat gloſſ. in d. l. 3. §. quacun-
que, in verbo, agatur. Bartol. ibid. num. 2.
Alexan. & Salic. ſimiliter. Hinc eſt quòd
tranſactio ſuper matrimonio non va-
leat, textus in c. fin. de tranſact. gloſſ. no-
tabilis ibid. in verb. ſacramentū: nec cō-
promiſſum, tex. in c. penult. §. final. de in
integrum reſtit. ſecùs ſi deferatur à par-
te iuramentum pro matrimonio: vt ſi
puella vel mulier dicat, volo eſſe vxor
tua, ſi iuraueris: quia tunc valet qnaſi de
nouo contrahatur matrimonium pro-
pter conſenſum conditionalē: at † con- 15
ditio illa nō Impedit matrimoniū con-
trahi, toto tit. extr. de condlt. appoſ. Ita
Bart. Alexand. Salicet. vbi ſup. facit, texr.
in l. qui iurâſſe. §. final. ff. de Iureiur. & in
l. ſi quis eum debitore. eod. tit. Eadem di-
ſtinctio quoq; obſeruanda in matrimo-
nio ſpirituali, putà † monachiſmo, vtrū 16
Iuramentum deferatur pro, vel contta
monachiſmum, vt not. glo. Bart. & Dd.
ſuprà allegati, in d. l. 3. §. quacunq;. Nam
validum eſt argumentum de matrimo-
nio carnali ad ſpirituale, adeoq́ue à pari
procedunt, text. in c. ſicut vir. 7. quæſti. 1.
Hippol ſingul. 215. nu. 1. inclp. Validum
eſt, vbi hoc exemplis confirmat: quia
nubere dicitur, quę nubit in Chriſto, tex.
in c. hæ verò, & text. in c. quæ Chriſto,
26. quæſt. 1. & ideò filia † ingrediens mo 17
naſterium perindè dotari debet, atque
filia nubens viro: item legatum relictū
nubenti, debetur etiam ingredienti mo-
naſterium, tex. in Authen. nlſi rogati. C.
ad S. C. Trebell. Natta pulchrè per mul-

ta alia exempla conſil. 296. per totum.
volum.2.incip. dubitationem facit. Bar.
in l.Titio centum,§.Titio genero, num.
8.ff.de condit.& demonſtrat.prædicta di
ſtinctio fauore matrimonij recepta eſt.
18 Quò pertinet,quòd licèt † regulariter iu-
dicando à communi opinione non ſit
recedendum,tex.in c.nouimus. de verb.
ſignifi.& in l.vnic.ff.de offic. quæſto,ibi,
& ſanè crebrior, text. in l.athletas,ff.de
his qui not.infam.Alexan. conſil.95. nu.
6.volum.3. Dd.in c.1. de conſtitu. tamen
19 † hoc non procedit in cauſa matrimo-
nij,in qua opinio vnius Doctoris Claſſi-
ci pro matrimonio præualet communi
opinioni, quæ eſt cõtra matrimonium,
vt ſingulariter tenet Hoſtien. in c. ſi vir.
extr.de cogn.ſpirit.Felin.ad d. rubric. de
ſponſalibus.num.6. in fin. vbi 24. priui-
legia matrimonij recenſet.idem in d.c.1.
num.2.vt lit.non conteſt. Zaſ.d. conſil.
3.num.22.Idem conſil.2.num.83.volum.
2.incip. Tametſi in cauſa. Iaſ.in d. Au-
thent.ingreſſi.nume.32.cum ſequen. vbi
etiam dicit, quòd quãdo in aliquo arti-
culo ſunt diuerſæ opiniones Dd.tenen-
da ſit illa opinio quę fauet religioni,tex.
in l.ſunt perſonæ.in fine, ff. de religioſ.
& ſumptibus funer. facit text. in c. vide-
tur. §. final. qui matri. accuſ. poſſ. & in
c.final.de ſent. & re iudic. Natta conſil.
249. num. 7. incip. reuoluto diligenter.
volum.2.Plura ſpecialia in cauſa matri-
monij tradit gloſſ.in c.1. vt lite non con
teſt.in verbò, ſeruetur, quæ his verſibus
comprehenduntur.

Non conteſtata fertur ſententia lite.
Et mandat pubes: non ſit ſententia perpes.
Arbitrium, pœna, pactum, tranſactio ceſſat,
Et non iurati teſtes, confeſſio contra.

OBSERVATIO XCV.

Filia inſcio vel inuito patre nubens an ſit dotanda.

SVMMARIA.

1 *Pater filiam dotare tenetur.*
2 *Fallit ſi inops ſit.*
3 *Filia inuito patre nubens an dotem petere poſſit.*
4 *Patria poteſtas in ſpiritualibus non attenditur.*
5 *Matrimonium abſque conſenſu parentum contractum, de iure Canonico conſiſtit.*
6 *Ratio cur pater filiam dotare teneatur.*
7 *Maritus vxorem ſine dote quando teneatur alere.*
8 *Vxor infirma an à marito alenda.*
9 *Alimenta non debentur, ſi quis aliundè habeat vnde ſe alat.*
10 *Cautela pro liberis abſque conſenſu parentum nubentibus*
11 *Dotandi ratio quæ ſit.*
12 *Vbi duo coniunctim requiruntur non ſufficit alterum fieri.*
13 *Mulier indotata à viro contemnitur.*
14 *Pater locuples filiam dotare debet, etiamſi aliundè habeat vnde viuat.*
15 *Cauſa dotis an ſit fauorabilior, quàm alimentorum.*
16 *Dos promiſſa ſi non ſoluatur, an vxor expelli poſſit.*
17 *Filia nubens indigno, an poſſit exhæredari.*
18 *Maritus indignus quis dicatur.*
19 *Pauper non dicitur, qui bonis moribus præditus eſt.*
20 *Paupertas non repellit teſtem à teſtimonio.*
21 *Bona externa non ſunt in poteſtate noſtra.*
22 *Vitæ integritas nobilitati præferenda.*

REgulariter † pater filiam dotare 1
tenetur,& ad hoc compelli po-
teſt, non quidem iure actionis,
ſed officio iudicis, text. in l. qui liberos.
ff.de rit.nupt.text.in l.final. §. vtranque.
C. de dot. promiſſ. Baldus & Dd. com-
muniter ibid.Bartol.in Authen.res quæ.
C.communia.de legat.num.6.&in l.ob-
ligamur.num.1.ff.de acti.& oblig.Zaſius
in §.fuerat.numer.31. Inſtit. de actio. Pa-
norm.in c.accedens.de procur. Tholoſ.
num.6.deciſ. 290. Curt. ſenior pulchrè
conſil.27. nume. 30. idq; procedit etiam
quoad matrimonium ſpirituale per in-
greſſum religionis,per notata ſuprà,Ob-
ſeruat.prox.Fallit, † ſi propter inopiam 2
eam dotare non poſſet, & in alijs caſi-
bus, quos notat Zaſius in d. §. fuerat.
Baldus in d.l.final. Sed quid ſi † filia in- 3
ſcio vel inuito patre nupſerit, digno ta-
men marito, an eo caſu pater quoque
dotem dare tenebitur? Plerique diſtin-
guunt, vtrùm filia dotem marito ſuo
promiſerit, an verò abſq; dotis promiſ-
ſione nupſerit: Primo caſu concludunt,
filiam dotari oportere, dummodo ido-
neum maritum elegerit,eò † quòd in ſpi- 4
ritualibus patriæ poteſtatis nulla habea-
tur ratio,tex.in c.fin §.fin. de iudic. in 6.
& † matrimonium de iure Canonico, 5
abſque conſenſu parentum contractum
ſubſiſtat,text.in c.cum apud, & in c.cùm
locum,de ſponſalib.tex.in c. ſi.32. q.2. &
in c.ſufficiat.27.2.cum concordantibus.
Secundo verò caſu concludunt,patrem
non

6 non tenèri dotare filiam, quia † ratio cõ-
pellendi patrem eſt, vt filia dotata meli-
us nubere, & maritum faciliùs inueni-
re, poſſet, text. in d. l. qui liberos. & in Au-
then. de nupt. §. ſi quis enim duxerit, at-
qui illa ratio ceſſat, poſtquàm iam mari-
7 tata eſt, adeò vt † maritus vxorem indo-
tatam alere teneatur, quia ſibi imputare
debet, quòd indotatam duxerit, & iam
antea ſciuit, aut ſcire debuit, quæ paria
ſunt, tex. in l. quod te, ff. ſi cert. pet. matri-
monia non dotibus, ſed affectu & con-
ſenſu conſtare, tex. in l. fi. C. de repudijs,
& in l. fin. C. de donat. ante nupt. Dd. in
l. 1. ff. ſolut. matrim. Barto. in l. quòd ſi
nulla, in princip. ff. de relig. & ſumpt.
fune. Dd. in l. quòd in vxorem. C. de ne-
goc. geſt. vbi Bartol. Bald. & alij tractant,
8 quatenus † maritus teneatur vxori infir-
mæ ſubuenire, vide Dd. in l. pro oneri-
9 bus. C. de iur. dot. Cùm igitur tali † ca-
ſu vxor alimenta à marito habeat, & dos
ſuccedat loco alimentorum, Alex. con-
ſil. 7. num. 2. vol. 2. incip. viſis & diligen-
ter. Roland. conſil. 19. vol. 1. incip. reuo-
catur in dubium, non poteſt à patre ali-
menta petere, quia vbi quis aliundè ha-
bet vndè ſe alat, ceſſat alimentorum pe-
titio, tex. in l. ſi quis. §. ſed etſi filius. ff. de
lib. agnoſ. Hanc diſtinctionem refert
Barto. in d. l. obligamur. ſequitur Panor.
in d. c. accedens. & in c. 1. nu. 6. de adult.
Idem in c. cùm cauſa. nu. 5. de raptor. vbi
10 dat † cautelam puellis abſque conſenſu
parentum nubere volentibus, vt futuro
marito dotẽ promittant, quia tunc pa-
ter competentẽ dotem dare tenetur, vt
dictum eſt. Idem tenet Alex. d. conſil. 7.
nu. 1. cũ ſeq. vol. 2. apoſtil. ad deciſ. Tho.
loſ. 289. Alij ſimpliciter & indiſtinctè te-
nent, patrẽ filiã dotare debere, ſi digno
nupſerit marito, ſine conſenſu ſuo, ſiue
dotem filia marito promiſerit, ſiue nõ.
Et hæc opinio verior, magisq; cõmunis
eſt, pro qua habemus ſingula. glo. in c. fi.
32. q. 2. in verb. parentum. & gloſſ. in c. fi-
nal. 36. q. 1. in verb. conſenſerit. Archidia.
ibid. numer. 4. quæ gloſſæ indiſtinctè lo-
quuntur. Idem tenent Zaſ. in d. §. fuerat.
Iaſ. conſil. 133. nu. 12. volu. 4. incip. Vide-
retur in princip. per text. ſi ad hoc benè
ponderetur. in l. fin. C. de donat. propter
nupt. & expreſsè ita concludit Caſtr. in l.
ſi ſocer. nume. 4. ff. ſolut. matri. In quam
ſententiam etiam magis inclinat Bart.
in d. l. obligamur. & Alexand. d. conſil. 7.
num. 10. in fin. dicit, quòd eam opinio-
nem legendo tenuerit. Cuius † ratio eſt, 11
quòd pater ad duo ſit obligatus: Primò,
vt filiam ſuã matrimonio honeſtè col-
locet, deindè vt eam pro viribus faculta-
tum ſuarum dotet, tex. in d. l. qui liberos.
& in d. l. ſi quis. §. ſed & ſi filius. Ergo ſi
† primum adimpletum eſt, alterum quo- 12
que adimpleri debet: quia vbi duo con-
iunctim requiruntur, non ſufficit alterũ
fieri, tex. in l. ſi hæredi plures. ff. de con-
dit. Inſtit. Et quoties in diſpoſitione duæ
ſunt rationes, quarum vna ceſſat, alia
adhuc ſuperſit: tunc ratio ceſſans, non fa-
cit ceſſare diſpoſitionem, tex. in l. libero-
rum. ff. de his qui not. infam. & in §. affi-
nitatis. Inſtit. de nupt. Prætereà † mulier 13
nupta, ſi dotem competentem non adfe-
rat, à viro contemnitur, tex. in d. Auth.
de nupt. §. ſi quis enim duxerit. Dd. in l. ſi
ita ſtipulatus fuero. §. ſi tibi nupſero. ff.
de verbor. obligat. vt ergo euitetur talis
contemptus, & ſit inter cõiuges non ſo-
lùm corporum, ſed etiam animorum ar-
ctiſſima coniunctio, dos à patre conſti-
tui & dari debet, ſiue eam filia promiſe-
rit, ſiue non, cùm huiuſmodi matrimo-
nium de iure Canonico inculpatum ſit,
d. l. qui liberos, ff. de ritu nuptia. Accedat
quòd † pater diues & locuples de ſuo pa- 14
trimonio filiam cogatur dotare, etiam
illo caſu, quo filia aliundè habet vndè
ſeipſam dotare poſſet, putà ex bonis ma-
ternis, d. l. final. C. de repud. & ibid. com-
muniter Dd. hoc notant. Et ſic argu-
mentum ſuprà relatum de alimentis ad
dotem, non obſtat, Alexand. d. conſil.
7. numer. 11. & d. l. ſi quis à liberis. Et Bal.
in l. ſi pater dotem. numer. 1. dicit, quòd
† fauorabilior ſit cauſa dotis, quàm ali- 15
mentorum, eò quòd pater non cogatur
alere filiam diuitem, ſed benè dotare: &
ſic eſſe falſam opinionem eorum, qui
exiſtimant dotem & legitimam loco ali-
mentorum ſuccedere. Nõ obſtant quo-
que d. l. fin. C. de repudi. & d. §. ſi quis e-
nim duxerit, Authent. de nupt. quia iura
illa eò pertinent, quòd † maritus dotem 16
ab vxore exigere nequeat, ſi nulla pro-
miſſa ſit, nec eam domo, ob id quòd in-
dotata eſt, expellere poſſit, ſed ſuis ſum-
ptibus alere teneatur, cùm ſibi imputare

debeat quòd indotatam duxerit, vt ante
dictum eſt: non autem prohibent illa iu-
ra, vt filia iam nupta dotem marito pro-
miſſam à patre exigat, Caſtr. in d.l. ſi ſo-
cer. Dd. in locis ſuprà allegatis. Procedit
17 autem iſta opinio, ſi † filia digno & ho-
neſto viro nupſerit: aliud ſi indigno &
vili, contra honeſtatem familiæ & pro-
geniei, aut ſtemmatis, quo caſu tantùm
abeſt, vt pater filiam dotare teneatur, vt
etiam ſecundùm multorum opinionẽ
eam exhæredare poſſit, prout latiſſimè
refert Pariſ. conſil. 29. per totum, præ-
ſertim nume 60. & numer. 66. volum. 3.
incip. Eſto quòd de iure, vbi commu-
nem dicit. Zaſius in d. §. fuerat. Caſtr. in
l. ſi filiam. C. de Inoffic. teſtam. per text.
in l. 3. §. emancipatus. ff. de bon. poſſ. con-
18 trà tabul. Indignum † autem maritum
intelligere oportet eum, qui turpitudi-
ne vitæ & infamia aliqua laborat, non
qui inferioris ſit conditionis. Non dici-
19 tur † vilis qui pauper eſt, dummodo bo-
nis ſit præditus moribus, honeſtæ vitæ,
& ingenuis natus parẽtibus, tex. in l. hu-
milem. C. de inceſt. nupt. Baldus ibid. in
fin. dicens eum eſſe pauperem, qui malis
laborat moribus, diuitem verò qui bo-
nis ſit præditus moribus, Alexand. d. cõ-
ſil. 209. num. 3. cum ſequen. volum. 6. vbi
hoc latiùs explicat. Anthon. de Butr. &
Imola in d. c. accedens, vbi dicunt mari-
tum indignũ vocari, qui turpi indigni-
tate indignus eſt: ſecùs ſi ſit indignus, id
eſt, non paris conditionis, quo caſu mi-
nor dos marito dari poſſet, ita refert A-
lex. d. conſi. 209. Apoſtil. ad d. deciſ. Tho-
loſa. quæſtio. 289. latè Pariſ. d. conſil. 29.
num. 17. cum ſequent. vbi dicit indignũ
maritum dici, non ſolùm qui turpis eſt
& humilis, text. notabil. in l. ſed ea. ff. de
ſponſalibus. verùm etiam qui moribus
non eſt conueniens dignitati & decori
familiæ, per text. in l. viduæ. C. de nupt.
ibi, vt ſi pares ſint genere & moribus. &
d. l. ſed ea. ibi, ſi indignũ moribus, vel tur-
pem ſponſum eligat, tex. in l. tam demẽ-
tis. C. de epiſcopal. aud. Bartol. in l. ſi ro-
gatus. ff. de manumiſſ. vindic. Facit in ſi-
20 mili, quòd † paupertas non repellat te-
ſtem à perhibendo teſtimonio, ſi aliâs
ſit honeſtæ vitæ, & integræ opinionis,
non ignominioſus, aut infamis. gloſſ. in
c. ſi qui, de teſtibus. Felin. ibid. nume. 8. &
communiter Dd. glo. in l. 3. in verbo, ad-
mittãtur. ff. de teſtib. Paupertatem enim
& ignobilitatem nemo ſapiens mala di-
xerit, vt inquit tex. notabilis in c. illa cauẽ-
da. 15. quæſt. 1. tex. ſingul. in d. l. humilem.
Externa † vt ſunt diuitiæ, non ſunt in po-
teſtate noſtra, quia varijs ſubiecta caſibus:
ſed tantũ in externa, quæ nullus caſus au- 21
ferre poteſt, ſicut ea de re pulcherrima
extat Epicteti antiquiſſimi Philoſophi
ſententia, & Horatius pulchrè, inquit,

Non poßidentem multa vocaueris
Rectè beatum rectius beati nomen competit,
Qui deorum muneribus ſapienter vti,
Duramq́; callet pauperiem pati,
Peiusq́; letho flagitium timet.

Sed, proh dolor, peſſimo vbique locorũ
exemplo fieri videmus, vt in contrahen-
dis matrimonijs,

Protinus ad cenſum, de moribus vltima fiat
Quæſtio.

vt, inquit Iuuenalis Satyr. 3. Sed quã auſ-
picata ſint talia matrimonia, euẽtus do-
cet: nã veniunt à dote ſagittæ, vt inquit
Iuuenal. Satyr. 6. & dote imperium ven-
ditur, ex ſententia Plauti in Aſinaria: quod
etiam præclarè teſtatur Ariſtotel. libr. 8.
de morib. vbi viri & mulieris ſocietatẽ
Ariſtocraticã eſſe ſcribit, hoc eſt, ei Rei-
pub. formæ ſimilem, in qua præſtantio-
res, & meliores, & optimates imperant,
ideò infert virum adminiſtrationi præ-
eſſe debere, cùm vxori virtute præſtet:
ſed interdum, inquit, imperant mulieres
benè dotatæ, quia dotata regit virũ con-
iunx, teſte Hora. lib. 3. Carm. Ode 24. Vn-
dè apparet pernitioſè peccare eos, qui do-
tem, non vxorem quærunt:

Dos eſt magna, parentium
Virtus, & metuens alterius viri
Certo fœdere caſtitas.

Horatius loco allegato, & Plautus in
Amphyr. eleganter ſcribit dotem non
eſſe, quæ dos dicitur, ſed pudicitiam &
pudorem, & ſedatum cupidinem, deûm
metum, parentũ amorem, & cognatûm
concordiam. Et quod boni mores, vitæ-
que † integritas, nobilitati præferantur, 22
eſt tex. not. in l. pronunciatum, §. matrẽ
fam. ff. de verb. ſignific. Mantua. ſing. 383.
incip. mirabile, qua de re vide ampliſſi-
mè Tyraq. de Nobilitate cap. 3. 4. & 5.

OBSER.

OBSERVATIO XCVI.

Quòd adminiſtratio tutoris ex conſuetudine pubertate non finiatur.

SVMMARIA.

1 *Tutores ex conſuetudine etiam curatores manent.*
2 *Curatores dantur ab iiſdem magiſtratibus quibus tutores.*
3 *Tutores finita tutela, quando de neglecta adminiſtratione teneantur.*
4 *Tutor litem cœptam cum pupillo proſequi tenetur poſt pubertatem.*
5 *Similiter curator poſt adultam ætatem.*
6 *Tutoris appellatione venit curator.*
7 *Adultus habens curatorem, pupillo æquiparatur.*
8 *Adultus teſtamentum condere poteſt inuito curatore.*
9 *Tutores an in ſolidum teneantur, & de eorũ beneficijs remiſſiuè.*
10 *Minoris bona an ſint tacitè obligata pro dote.*

QVamuis tutela pubertate finiatur,
§.1.Inſtit. quib. mod. tut. fini.l.1.C.
1 quand.tuto.vel curato.eſſe deſin. tamen
† ex generali quadam vbiq; locorum recepta cõſuetudine, præſertim in Germania, officium adminiſtrationis, & per cõſequens periculum futuri temporis continuatur & porrigitur vſq; ad legitimam ætatem adultorum, putà 25. annos: nam qui ſemel legitimè dati ſunt tutores, iidẽ plerunq; & curatores permanent, & rebus minorum præſunt vſq; ad maiorem ætatem. Ad cuius conſuetudinis confir-
2 mationem & æquitatem pertinet, quòd †
curatores dentur ab iiſdem magiſtratib⁹ à quibus dantur tutores, tex.in §.1.Inſt.de curatoribus, ità quòd nõ ſit neceſſe alios Magiſtratus eo nomine cõuenire. Secundò, propter conſenſum tacitum, vel expreſſum, tam adultorum (quibus regulariter inuitis non datur curator, text.in §. item inuiti.Inſti.de curatorib.) quàm tutorum, qui adminiſtrationem ſua ſpõte continuant, cùm poſſint redditis rationibus tutela liberari, per tex. in l.tutores. §.curator.ff.de admi.tutor. Tertiò, quòd
3 tutores de iure cõmuni etiam † finita tu-
tela, periculũ adminiſtrationis ſubeant, & de mala adminiſtratione teneantur, ſi pupillis, iam puberibus factis, non petierint dari curatores, vel adultos teſtatores admonuerint, vt ipſimet curatores ſibi dari petant, qui eorum bona, ob iudicij imbecillitatem, & ætatis infirmitatem, probè adminiſtrent: adeò vt ſi quid intereà ex rebus minorum vſq; ad 25. annum perierit, illud eorum damno & periculo pereat, per text.elegan.in l.ita autem.§.ſi tutor. Bart.ibid. in princip.ff.de adminiſt.tut.tex.in l.à tutoribus.§.1.& in l.tutores qui poſt.ff.eod.tit. tex.notab.in l.admone.la.2.C.qui pet.tuto.gloſſ. ibid. in verb. non vetaberis. Ergò finita tutela pubertate, tutores aut debent adultis curatores dari petere, quibus reddant rationes, gloſſ. in d. l. admone. aut rectè adminiſtrare, aliàs iudicio tutelæ vſque ad 25.annum, ratione adminiſtrationis conueniri poterunt, per iura allegata.
Quò pertinet † quòd tutor litem cum pu 4
pillo cœptam, etiam poſt pubertatem proſequi teneatur tantiſper, donec adminiſtratio rerum in curatorem transferatur, per tex.in l.vnic. C. vt cauſæ poſt pubert.adſit tutor. Panor.in c.ex parte M. nu.1.in fin.de appellat. Idem in † curato- 5
re receptum eſt, qui litem, etiam poſt maiorem ætatem continuare debet, tex. in d.l.ita autem.§.fin.ff.de admi.tuto.gloſſ. in d.l.vnica in verbo, cauſarum. Quod procedit, niſi curator inſtrumenta ad cauſam pertinentia maiori reddiderit, d.l.ità autem.§.fin. Quartò, pro hac conſuetudine facit, quòd tutela & cura magnam inter ſe affinitatem habeant, ità
quòd appellatione † tutoris veniat etiam 6
curator, per tex.ſing.in l.pater Seuerinã. §.conditionum verba. ff. de conditio.& demonſtr. vbi teſtator filio ſuo impuberi dat tutorem, vſque ad 18.ætatis ſuæ annum, & ſic ibi tutor pro curatore accipitur. Iaſ.in l.ſi quis in ſundi vocabulo.nu. 46.ff.de leg. 1. & in l.qui quartã.nu.10. ff. eod.tit. quemadmodum etiam appellatione curatoris venit tutor, ſaltem largè ſumpto vocabulo, tex.in §.1.Auth. vt hi qui oblig.ſe hab.per hi.gl. ibid. in verbo, ad curationẽ. gloſſ.in Auth. minoris debitor, in verbo, à curatione.C.qui dar.tuto.poſſ. Iaſ.in d.l.ſi quis in fundi vocabulo, vbi limitationem vide. Poſſunt autẽ tutores, non obſtante conſuetudine, finita pubertate tutela, & rationibus diſtractis adminiſtrationẽ deponere, & adulto curatorẽ dari petere, tex.in d. l.à tutorib. §.1. prout in Camera ſæpè factum memini: id ſi non fiat, adminiſtratio conti-

nuatur, vt dixi, vſque ad legitimam ætatem adulti, & decretum quod in Camera ſuper adminiſtratione tutelæ interponitur, extenditur etiam ad curatoris officium, per text. in d. l. tutores qui poſt,
7 & alia iura ſuprà allegata. Porrò † adultum habentem curatorem, pupillo æquiparari notum eſt, per text. in l. ſi curatorem habens. C. de in integr. reſtitut. Bald. in c. 1. §. item ſacramenta. nume. 6. de pac. iur. firm. in vſib. feud. Iaſon in l. neque tutores. num. 3. C. de procura. & in l. quæ de legato. nume. 38. ff. de leg. 1. vndè non poteſt contrahere ſine authoritate curatoris, neque res immobiles ſine eiuſdem authoritate & iudicis decreto alienare, text. in d. l. ſi curatorem, & in l. lex quæ tutores. C. de admi. tuto. tex. in l. magis puto. §. non paſſim. ff. de reb. eorum, qui ſub tutel. ſunt, ſine decreto non alie-
8 nand. & in d. l. ſi curatorem habens † teſtamentum tamē condere poteſt, etiam contradicente curatore, per tex. in l. Aurelio. §. Caius. ff. de liber. leg. gloſſ. ibid. in verbo, intra legitimam. text. in l. cùm pater. §. curatoris. ff. de leg. 2. Bartol. in l. verba contraxerunt. num. 1. ff. de verbor. ſignific. per illum tex. & in l. 1. §. fuit quæſitum. nu. 4. vbi omninò vide. ff. ad S. C. Trebell. Iaſon in d. l. quæ de legato. nu-
9 mer. 38. Porrò pluribus † tutoribus datis, an quilibet eorum in ſolidum teneatur ratione adminiſtrationis, item quòd tutoribus quatuor beneficia iuris competant, putà ordinis, diuiſionis, ceſſionis, & vtilis actionis, vide omninò gloſſ. ſingul. in l. 1. C. de tranſact. Iaſon præclarè ibid. nume. 6. cum ſequent. Poſtremò,
10 an † bona minoris tacitè ſint obligata pro dote, vide Bartol. & Dd. in d. l. ſi conſtante. Communis opinio eſt contra Bartol. quòd ſic, atteſtāte Iaſone in d. l. ſi conſtante. num. 290. ff. ſolut. matr. vbi illam quæſtionem exactè tractat, quod eſt obſeruandum, licèt impertinenter hic ponatur.

OBSERVATIO XCVII.

Quòd filius in matrimonio natus, legitimus, non autem ſpurius eſſe cenſeatur.

SVMMARIA.

1 *Filius eſt quem nuptiæ demonſtant.*
2 *Honeſtum magis quàm inhoneſtum præſumendum.*
3 *Filiationis probatio ex parte patris difficilis.*
4 *Filiatio quomodo probetur.*
5 *Triplex filiationis probatio.*
Præſumptiones legum dicuntur liquidiſſimæ probationes. ibid.
6 *Aduocatus quomodò articulare debeat pro filiatione.*
Fœnerator probatur ex præſumptionibus. ibid.
7 *Filius natus ex vxore de adulterio conuicta, legitimus præſumitur.*
8 *Matris confeſſio, filium eſſe ſpurium, non nocet filio.*
9 *Filius præſumitur legitimus, etiamſi cohabitaret vxor adultero.*
10 *Filius adultero ſimilis, legitimus præſumitur.*
11 *Natus ex concubina retenta in domo cenſetur filius concubinarij.*
12 *Mulieri ad quam furtiuus acceſſus habetur, dicenti amaſio ſe patrem prolis, non creditur.*
13 *Filius natus ex vxore diu ſterili legitimus præſumitur.*
14 *Præſumptio pro filio an ſit iuris & de iure.*
15 *Filius an hæreditatem patris ob confeſſionem matris reſtituere teneatur.*
16 *Filius quando præſumatur ſpurius.*
17 *Præſumptio filiationis admittit probationem in contrarium.*
18 *Præſumptio vna aliam tollit.*
19 *Filiationis poſſeſſio reijcit onus probandi contrarium in aduerſarium.*
20 *Mariti diuturna abſentia facit præſumi filium eſſe ſpurium.*
21 *Præſumptio pro ſpurio vbi eſt, reſtitui in conſcientia hæreditas debet.*
22 *In filiatione tempus conceptionis & natiuitatis attenditur.*

FAuore matrimonij ex cōmuni Dd. opinione receptum eſt, vt is filius legitimus dicatur, qui in matrimonio ex vxore nat⁹ eſt: lex enim
præſumit eum † eſſe filium, quem nuptiæ 1
demonſtrant, per text. ſingularem in l. miles. §. defuncto. ff. ad leg. Iul. de adul. & in l. filium eum diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. tex. in l. quia ſemp. ff. de in ius vo. & in l. ſi vicinis. C. de nup. gloſ. ibid. in verb. poteſtatem. tex. in c. per tuas. de probat. vbiq; latiſſimè Dd. Pariſ. conſ. 10. per totum. vol. 2. incip. Aduerſus dominum. Goza. conſ. 12. per totum. incip. In hac cauſa in qua aliàs. Natta conſil. 205. nu. 1. vol. 1. incip. non puto. Vaſ. qui. exactiſſimè controuer. illuſtr. libr. 1. cap. 48. num. 21. cum ſequen. vbi omninò vide.

vide. Philip.Port. lib 1.commun. opin.
conclu.18.Petr.Duennas reg.344.Alciat.
in tracta:de præſumpt.regul.3.præſumpt.
2 37.num.1.magis † enim honeſtum,quàm
inhoneſtum præſumēdum eſt, vt inquit
Pariſ.d.conſi.10.num.5.& in dubio ſem-
per præſumptio in meliorem partē faci-
enda. Alciat.in d.tract.præſump.regul 3.
3 præſumpt.1. Et licèt † filiationis proba-
tio ex patre patris directò fieri nequeat,
tex.in l.Lucius.ff.de condit & demonſtr.
gloſſ ibid.in verbo,nullus,ſimiliter Dd.
& gloſſ.prima. in d l.filium eum diffini-
mus,quæ dicit hoc eſſe impoſſibile. Ca-
noniſt. in d.c.per tuas. Pariſ d. conſi.10.
n.11.1. Ratio,quia filiatio,vt Dd.loquun-
tur,in ſenſum teſtium non cadit, ſed po-
tiùs in iudicio intellectus comprehendi-
tur,ideoque teſtibus directè probari non
poteſt, nam eorum dicta concludere de-
bent,per notata in c. cauſam. de teſtibus,
& in l.teſtium.C.de teſtibus.Gozad.con-
ſil.13.nume.8.tamen ex coniecturis, præ-
4 ſumptionibus, alijsque circumſtantijs †
veriſimiliter filiatio probari poteſt: vt.
purà,ſi quis natus ſit ex vxore, & marito
ſimul habitantibus, ſi parens eum vt fili-
um tractauerit, ſi eum ità ſemper nomi-
nauerit, educauerit, idque ſcientibus, &
videntibus vicinis,d.l.filium diffinimus.
Bartol. ibid. & dict.l.ſi vicinis.vbi com-
muniter Dd. gloſſ.notab. in c. Michaël.
in verbo,conſtiterit.de filiis preſbytero.
Dd.ibid.Bartol.in l.1 §.idem per contra-
rium. numer.2.cum ſequen.vbi hoc de-
clarat.ff.de lib.agnoſc.Caſtrenſ.in l.non
nudis. C. de probat. Iaſon in l. ſi poſthu-
mus.§.ſi quis ita.nume.8.ff.de lib & poſt-
hum.Pariſ.d.conſil.10.& conſi.29. volu.
2. incip. Cato Sextum. Anchar. conſil.
225.nume.6. Incip. Videtur prima facie.
Bald. in l.1.C. de ijs qui accuſ. non poſſ.
5 nume.34.vbi dicit † triplicem filiationis
eſſe probationem:neceſſariam, probabi-
lem, & præſumptiuam : neceſſariam re-
ſpectu matris,illa enim ſemper certa eſt:
text.in d.l.quia ſemper,probabilem quò-
ad patrem, quia natus ex patre,in domo
ſua, vicinis ſcientibus, filius patris præſu-
mitur,tex.in d.l. filium eum diffinimus,
& in d. l. miles.§. defuncto : præſumpti-
uam, ſi pater eum filium ſuum ſemper
nominauerit,& vt talem tractauerit tex.
in d.l.c.per tuas.Gozad.d.conſil.13.& 14.
cum ſequen. vbi omninò vide, quomo-
dò filius conſtituatur in quaſi poſſeſſio-
ne filiationis ex nominatione patris, &
latiſſimè Natta conſil. 373. per totum.
volum. 2. incip. quædam nomine, per
multa allegata : quia ſola nominatio
non conſtituit filium in poſſeſſionem
filiationis,niſi alia ſimul concurrant, vt
notat gloſſ.ſing. in c. tranſmiſſæ. in ver-
bo,indicijs. qui filij ſint legitim.Iaſ. in d.
§.ſi quis Ita.Alexand. conſil.51.num.2.in-
cip. Viſo & diſcuſſo. volum.1.vbi dicit:
Aduocatum † ad probandā filiationem 6
tria articulare debere: Primò, quòd Ti-
tius ſit filius Sempronij, natus ex eo, &
Berta eius vxore in domo ſua,vicinis ſci-
entibus: Secundò,quòd Sempronius &
Berta ſemper tractauerunt Titium vt fi-
lium: Tertiò,quòd ſecundùm vulgi opi-
nionem reputabatur eorum filius, vide
omninò Alexan.d.conſ.51. vbi dicit,ſuf-
ficere alterum horum trium probari,vi-
de Bar.in l.1.nu.3.C.quor.bon.& in l.non
nudis.num.2.C de probat. vtrobique di-
cit,cautos Aduocatos facere duos articu-
los in probatione filiationis , vnum de
veritate, quod videlicet Titius ſit filius
Sempronij & Bertæ,ſcientibus vicinis.
Alterum de poſſeſſione filiationis,quod
videlicet ſemper pro filio habitus & tra-
ctatus ſit à parentibus, & ita à vicinis, &
omnibus reputatus, & talem quaſi poſ-
ſeſſionem filiationis reijcere probatio-
nem contrarij in aduerſarium. Decius
conſil.272.nume.2. incip. Viſo proceſſu
cauſæ.Panorm.in c.accedens.nume.5.de
purgat. Cano. Huiuſmodi autem præ-
ſumptiones,coniecturæ, & indicia opti-
mè & concludenter poſſunt probari per
teſtes:nam licèt iudicio intellectus com-
prehendantur: tamen tale iudicium op-
timè cadit in communem notitiam ho-
minum, & ſufficiens ratio habetur per
viſum, vt præclarè deducit Pariſ.d. con-
ſil.10.num.41.Bartol.in l.de ætate. num.
7. ff. de minoribus. Decius d.conſi. 272.
Et huiuſmodi præſumptiones legum di-
cuntur liquidiſſimæ probationes, & ipſa
veritas: gloſſ. ſingul. in l. ſi tutor peti-
tus.C.de pericul.tutor.in verbo,oſtende-
ris,in fine. & illud dicitur manifeſtum,
quod ex cōiecturis apparet, tex.in c.cùm
dilecti,de dona. Panor. ibid. nu.1.glo. in
l.1.C.de teſtam.mili.in verbo, probatur,
tex.in

text. in l. cùm proponebatur. ff. de leg. 2.
ibi, manifeſtam voluntatem. Alex. conſ.
24. nu. 6. vol. 2. incip. animaduerſis his gl.
in d. l. ſi tutor petitus. tex. notab. in l. licèt
Imperator. ff. de leg. 1. vbi communiter
Dd. & præclarè Iaſon ibid. nu. 5. vbi om-
ninò vide ampliationes & limitationes,
& quòd vſurarius manifeſtus dicatur is,
qui ex coniecturis probatus eſt vſurari-
us, licèt aliter non appareat, facit text. in
c. final. de ſucceſſ. ab inteſt. Baldus in d. l.
cùm proponebatur. & in l. 1 C. de colluſ.
deteg. vbi dicit, quòd contra fœnerato-
rem præſumptiuè probari poſſit, inſtru-
mentum ſuper ſorte confectum eſſe fal-
ſum, & illicitas vſuras fraudulenter in
ſortem computatas. refert Iaſon in d. l.
licèt Imperator: facit text. in l. ſi quis lo-
cuples. ff. de manu. vindic. Ampliatur
hæc communis opinio Dd. quòd videli-
cet filius præſumatur ex marito natus:
7 Primò, vt procedat etiam ſi † vxor de
adulterio ſit conuicta, quia etſi ſit adul-
tera, tamen lex non præſumit filium in
adulterio natum, ſed ex marito: cùm illa
præſumptio partui fauorabilior ſit, text.
in c. eſtote. de reg. iur. in antiqu. tex. in l.
quoties dubia, ff. eod. titu. & in d. l. miles.
§. defuncto. ff. ad l. Iul. de adulte. Alciat.
d. præſumptione 37. nume. 1. & ſuprà di-
ctum eſt, in dubio in meliorem partem
interpretationem faciẽdam, honeſtum-
que magis, quàm inhoneſtum pręſumen
dum. Panorm. in d. c. per tuas. numer. 4.
& in c. officij. numer. 3. de pœnitentia &
remiſſion. Baldus in d. l. filium eum dif-
finimus. Vaſquius d. cap. 48. numer. 21.
Pariſ. dict. conſil. 10. numer. 4. Gozad. d.
conſil. 13. num. 5. vbi dicit, ſi maritus vxo-
rem abſque iudicio Eccleſiæ dimiſerit,
illaque poſteà in lupanari exiſtat, quòd
filius ex ea debito tempore natus, præſu-
matur legitimus, allegat Cyn. in d. l. ſi vi-
cinis. Philip. Porti. concluſ. 18. lib. 1. com-
mun. opin. quod etiam Bald. ſentire vi-
detur in l. ſi matre. numer. 2. C. de ſuis &
legitim. Idem ad rubric. C. de probat.
numer. 6. Panorm. in c. intelleximus,
nume. 6. cum ſequen. de adult. Secundò
8 ampliatur, vt procedat, etiamſi † mater
confiteretur, & aſſeueraret filium natũ
ex adulterio, quia fauore matrimonij, aſ-
ſertioni matris contra filium nulla fides
adhibetur, lex excludit probationem in
contrarium, quæ fit per confeſſionem
matris aut patris, & præſumit eum eſſe
legitimum filium, quem nuptię demon-
ſtrant, per iura allegata. Ità habet ſe com
munis opinio Dd. in d. c. per tuas, per
text. valdè ſingularem, in l. final. ff.
de probat. gloſſ. ibid. in verbo, ſuper
fore, text. in l. ſi inſtituta §. 1. ff. de inoffic.
teſtam. Vaſqui. d. c. 48. nume. 33. vbi com-
munem dicit. Domini. Soto de iuſtit. &
iur. libr. 4. quęſt. 7. articul. 2. Cyn. Ang. Sa-
lic. & alij in d. l. ſi vicinis. Alciat. vbi ſupr.
num. 6. Alex. conſil. 157. nu. 2. incip. Circa
primum. vol. 5. Pariſ. d. conſi. 10. num. 14.
Dec. conſi. 658. num. 2. incip. Plenè & ele-
ganter. Idem d. conſil. 272. num. 2. latiſſi-
mè Pariſ. d. conſi. 29. nu. 12. cum ſequent.
volu. 2. Gozad. d. conſi. 12. num. 2. & con-
ſil. 13. num. 6. vbi dicit, ex ſola negatione
parentum, patris vel matris, filium à iu-
re filiationis non excludi. Panorm. in c.
tranſmiſſa. qui filij ſint legitimi. & in c.
pen. de adulter. Bart. in d. l. filiũ eum dif-
finimus. nu. 2. Boër. deciſ. 299. nu. 1. & nu.
4. & ſic obſerua caſum, quòd allegans
propriam turpitudinem, non ſit audien-
dus, per tex. in c. inter dilectos, de donat.
glo. ibid. in verbo, turpitudinẽ, text. in l.
tranſactione finita. C. de tranſact. gloſſ.
ibid. in verbo, magis. tex. in l. ſi creditori-
bus. C. de ſeruo pigno. dato manumiſſo.
glo. ibid. in verb. non debet. tex. in l. cùm
profitearis. C. de reuoc. donat. & in l. fi-
lios. C. de reuocan. his quæ in fraud. cred.
alien. ſunt. glo. ibid. in verbo, alienatorũ.
cuius regulæ fallentias vide apud Felin.
in c. tertio loco. nu. 6. cum ſequ. de præ-
ſumptio. Tertiò ampliatur, vt procedat
etiãſi † filius in loco ſuſpecto natus eſſet: 9
vtputà, quia vxor non eſſet in domo ma-
riti retenta, ſed cum adultero habitaret,
dummodò tamen marito ad vxorem li-
ber acceſſus pateat, ità quòd potuerit prę-
ſumtiuè filius ex eo concipi, per ratio-
nem in d §. defuncto. Panor. in d. c. offi-
cij. nu. 3. Por. d. concluſ. 18. in princip. De-
ci. d. conſi. 658. licèt Anchar. contrarium
teneat, d. conſil. 225. & Alexan. conſil. 88.
nume. 9. volum. 7. incip. Omiſſis tribus.
Quartò ampliatur, etiamſi † filius diſſi- 10
milis ſit matri, ipſumque adulterum re-
ferat, quia iſta ſimilitudo vel diſſimili-
tudo per accidens, ex imaginatione &
cogitatione mulieris, tempore conce-
ptionis

ptionis contingere poteſt, vt notat gloſ.
in l.quæret aliquis.in verbo, fataliter. ff.
de verbor. ſignificat. Gozad. d.conſil.12.
num.3. Petr. Duennas d.reg 344.in quin-
ta ampliatione. Quintò ampliatur, vt
11 procedat, etiam in † concubina retenta
in domo, quia natus ex ea præſumitur fi-
lius eius, qui eam concubinam retinuit,
gloſſ.notab.in d.c.Michaël. Panorm.in
d.c.per tuas.Boër.d.deciſ.299 num.2.Al-
ciat.d.præſumpt.37. Duennas d reg.344.
in tertia ampliatione. Gozad. d. conſil.
13.numer. 4. Hippol.in l.1.§. ad quæſtio-
12 nem.nume.20.ff.de quæſtion. Sed iſta †
ampliatio non procedit in alia muliere,
ad quam quis haberet furtiuum acceſ-
ſum, huic enim mulieri dicenti amaſio
ſuo, tolle infantem iſtum, quia tuus eſt,
non creditur, cùm talis venter fuerit in-
cuſtoditus, & latitudinem peccandi, vt
dicunt Dd. habuerit, & ſic pater incer-
tus ſit, Cyn. & Alberic.in d.l.filium diffi-
nimus.Natta d.conſi.203.num.2.volum.
13 1. Sextò ampliatur, vt procedat etiam †
in vxore, quæ diu ſterilis fuit, Dd. com-
muniter vbi ſuprà. Panorm. in d. c.per
tuas. Alciat.d.præſumpt.37. Duennas d.
regul.344. Alexand.d.conſil.157.num. 2.
cum ſequen. volum.5. Harum ampliati-
onum ratio deſumitur ex ipſa principa-
li concluſione, quòd nimirùm lex præ-
ſumat eum legitimum filium, quem nu-
ptiæ demonſtrant, per iura allegata: quæ
14 quidem † præſumptio, ſecundum mul-
tos, eſt iuris & de iure, ità vt non admit-
tat probationem in contrarium, prout
concludit Hippol. in d.§.ad quęſtionem.
nume.21.Boër.d.deciſ. 299. nume.9. Pa-
norm.& alij in d.c.per tuas. Effectus hu-
ius concluſionis eſt, vt filius natus ex ma
tre adultera, ab hęreditate patris, vel ma-
tris, aut agnatorum vel cognatorum, ab
inteſtato, vel teſtamento per exhæreda-
tionem, excludi non poſſit: nam eo ipſo
quod eſt filius, præſumitur legitimus,
text.in d.l.filium eum diffinimus. Felin.
in d. c. per tuas, in fine de probationib.
15 Præterea, quòd † adiram hæreditatem pa
ternam, ex teſtamento, vel ab inteſtato,
reſtituere non teneatur, etiamſi confeſſi-
one matris pro ſpurio habeatur: quia aſ-
ſertioni matris fidem adhibere non te-
netur, d.l.fin.de probat.& d.l. ſi inſtituta.
§.1. ſecùs ſi fidem habeat, & eius conſci-
entia ex aſſertione matris lædatur, quo
caſu bona paterna legitimis hæredibus
reſtituere debet, aliàs faceret contra con-
ſcientiam, & ædificaret ad gehennam,
per not.in c.literas. de reſtit.ſpoliat.pul-
chrè Panorm. in d.c.officij. de pœnit. &
remiſ.num.4. Alcia.d.præſump.37. Petr.
Duennas d.regul.344. in quarta amplia-
tione, vbi omninò vide, an filius poſt
præſcriptionem teneatur bona reſtitue-
re, concludens & communem dicens,
quòd non, & quòd virtute pręſcriptionis
tutus ſit, etiam ſecundùm Theologos in
foro conſcientiæ. Sotus & Vaſquius vbi
ſuprà. Limitatur autem hæc concluſio:
Primò in marito impotente, ſi † maritus 16
ob aliquam notoriam infirmitatem, vel
aliam cauſam impotens, & ad generan-
dum inhabilis ſit, per text. in d. l. filium
eum diffinimus. Pariſ.d.conſil.29.nume.
97.cum ſequen.& d.conſ.10.nu 36. & 42.
Gozad.d.conſ.13.nu.62.vbi concludunt,
† pręſumptionem filiationis non eſſe iu- 17
ris & de iure, ſed iuris tantùm, ità vt pro-
bationem in contrarium admittat: quæ
opinio verior eſt, nam etſi præſumptio
ſit pro filio, tamen illa præſumptio alia,
& quidem fortiori præſumptione tolli
poteſt, cùm † vna præſumptio aliam tol- 18
lat, tex.in l.Diuus.ff.de reſtitut. in integr.
Bart.ibid.text.notab.in l.ſi qui adulterij.
C de adult.gloſſ.in c.ex literis. in verbo,
ad plenam. de reſtitu. in integr. Schurff
conſ.50.nume.2.cent.3. incip. Veritas re-
ſponſionum.& conſi.88.num. 4. eadem
centur.incip. Caſus talis eſt.vbiq; dicunt
præſumptionem fortiorem, tollere præ-
ſumptionem minus fortem, & præſum-
ptionem, quantumuis magnam veritati
cedere debere notum eſt, tex.in l.fi. ff. de
eo quod met.cau.gl.notab.ibid. in verb.
præſumptioni, tex.in d.l fi.ff. de probat.
& in l.nuptura, in fin.ff.de iur.dot.Cæph.
conſi.272.num.12.vol.2.incip.in facto, &
conſ.185.nu.13.eod.volum.incip.in cauſa
mihi In claris enim non opus eſt conie-
cturis, neq; præſumptionibus, tex.in l.il-
le, aut ille, ff.de leg.3.& in l.continuus, §.
cùm ita ſtipulatus, in fine, ff.de verbo.ob-
lig. Sic ergò in præſenti contra præſum-
ptionem filiationis admittitur alia præ-
ſumptio, quæ deſcendit ex notoria in-
firmitate mariti. Illud quidem verum
eſt, quòd † poſſeſſio filiationis ſufficiat ad 19
obtinen-

obtinẽdam hæreditatem, ſiue talis filius
agat, ſiue conueniatur: quia habet inten-
tionem ſuam ex iuris præſumptione fun
datam, quæ onus probandi contrarium
in aduerſarium reijcit, tex. in l. non igno-
rat. C. de his qui accuſ. non poſſ. Bal. ibid.
tex. in l. generaliter, §. ſi petitum, in fine.
ff. de fideicom. liberta. & in l. ſiue poſſi-
detis, C. de probatio. Bart. in l. 1. num. 3. C.
quor. bo. Bar. in l. 1. §. ad quæſtionem. nu.
3. ff. de quæſt. & in l. non nudis. in fine.
C. de probat. Pariſ. d. conſil. 10. nu. 70. &
nu. 109. vol. 2. Dec. conſ. 54. nu. 1. in fi. in-
cip. In cauſa domini Anthonij. & con-
ſil. 400. numer. 8. incip. viſo eleganti:
Gozad. d. conſil. 13. numer. 14. quem om-
20 ninò vide. Natta d. conſil. 373. Secundò
limitatur, ſi † maritus diu abſens pere-
grè fuerit, putà diutiùs anno, tex. in d. l. fi-
lium cum diffinimus, quia in claris, vt
21 dixi, non opus eſt coniecturis, per iura al-
legata: quo caſu † etiam reſtitutio hære-
reditatis in conſcientia facienda eſſet,
Vaſquius d. cap. 48. nume. 26. in fine con-
tro. illuſtr. libr. 1. Prætereà, vt iſta prę́ſum-
22 ptio filiationis locum habeat, conſide-
rari debet † tempus conceptionis, & na-
tiuitatis, vtrùm filius marito præſente,
vel abſente, debito tempore natus ſit, Pa-
norm. in d. c. per tuas. Alciar. d. regul. 3.
præſumptio. 37. nume. 5. Hippol. d. §. ad
quæſtionem. nume. 20. Plures limitatio-
nes vide per Alciat. d. præſumptio. 37. vbi
etiam ponit quæſtionem de muliere,
quæ ſtatim poſt mortem mariti alteri
nupſit, & intra nouem menſes peperit,
cuius præſumatur iſte partus. quam quæ-
ſtionem ponit Barto. in l. Gallus. in prin-
cip. ff. de lib. & poſthum. Dic vt ibi per
eos. Et de hac materia & probatione fi-
liationis, & eius requiſitis, vide Dd. vbi
ſuprà, præſertim Pariſ. d. conſil. 10. & d.
conſil. 29. Gozad. d. conſil. 13. & Nattam
d. conſil. 373.

OBSERVATIO XCVIII.

De pœnis ſecundarum nuptiarum.

SVMMARIA.

1 *Mulier ad ſecunda vota tranſigens quid amittat.*
2 *Mulier ſecundò nubendo maritum defunctum iniuria afficit.*
3 *Pœna mariti tranſeuntis ad ſecunda vota.*
4 *Priuilegium tacitæ ſtipulationis habet locum etiam in donatione propter nuptias.*
5 *Beneficium Authent. prætereà, habet locum etiam in marito.*
6 *Tranſiens ad ſecunda vota etiam lucrum ex ſtatuto proueniens amittit.*
7 *Limitatio conſuetudinum de ſucceſſione liberorum.*
8 *Pœnæ iuris ciuilis fauore liberorum inducta, an ſint ſublatæ de iure Canonico.*
9 *Filia ſtatuto excluſa odio ſecundarum nuptiarum quandò ſuccedat.*
10 *Renunciatio filiæ iurata non extenditur ad ſacra, quæ in pœnam ſecundarum nuptiarum ei debentur.*
11 *Vbi plura competunt remedia, vno ſublato aliud adhuc ſubſiſtit.*
12 *Renunciatio non extenditur ad bona, quæ culpa parentis amittuntur.*
13 *Iuramentum non auget renunciationem extensiuè.*
14 *Non extenditur ad ignota, ſicut nec renunciatio.*
15 *Vidua luxurioſè viuens, an lucra ſibi debita amittat.*
16 *Mater non pudicè viuens tutelam amittit.*
17 *Vidua impudica deſinit eſſe de domo viri.*
18 *Ex voluntate defuncti ad ſecundas nuptias tranſiẽs nullas patitur pœnas.*
19 *Idem ſi ex voluntate liberorum contrahat.*
20 *Cautela pro conuolantibus ad ſecunda vota.*
21 *Scienti & volenti non fit iniuria.*
22 *Tacitus filiorum conſenſus ſufficit, & quomodo probetur.*
23 *Acquiſita titulo oneroſo non amittuntur per repetitionem nuptiarum.*
24 *Vxor ſecundo nubens non amittit vſumfructum bonorum mariti.*
25 *Legatum vxori relictum, ſi caſtè vixerit, etiam ſecundò nubenti debetur.*

MVlier † tranſiens ad ſecundas nu- 1
ptias, liberis extantibus, non ſo-
lùm perdit quóad proprietatẽ,
quicquid à marito defuncto titulo lucra-
tiuo, ſed etiam quicquid per ſucceſſionẽ
filiorum primi matrimonij conſecuta
eſt, ſolo vſufructu iſtorum bonorum
apud ipſam remanẽte, per tex. in l. fœmi-
nę. §. illud. & in l. cùm alijs. C. de ſecundis
nuptijs. Bald. & communiter Dd. ibid.
tex. in l. mater. C. ad S.C. Tertyll. tex. in §.
proſpeximus. Auth. de non elig. ſecund.
nubent. mulier. text. in §. ſed quod ſanci-
tum, & in §. venient, Auth. de nupt. Dec.
conſil. 87. numer. 3. incip. pro reſolutio-
ne. Capra conſi. 67. num. 3. incip. cum vi-
ſo. Schurff conſi. 91. num. 7. centu. 3. Boër.
deciſi. 185. per totum. part. 1. Deci. conſil.
206. nume. 2. incip. Quæritur an diuiſio,
quem omninò vide. Proprietatem verò
quam amittit ſecundo nubendo, tene-
tur reſeruare filijs primi matrimonij ſu-
perſti-

perſtitibus, d.l. fœminæ. Deci. d. conſil.
2 87.& alij vbi ſuprà. Vnde patet † nuptia-
rum repetitionẽ, præſertim in mulieri-
bus, ſatis eſſe odioſam, & legibus inimi-
cam, tametſi nullo iure prohibita ſit, tex.
in §. ſin autem tutelam. Authen. de nu-
ptijs. vbi dicitur, mulierem nuptias repe-
tentem tria negligere: videlicet Deum,
defuncti memoriam, & dilectionem fi-
liorum, & text. in §. quæ verò nunc, verſi.
nos igitur, eod. titu. vbi dicitur, animam
defuncti mariti, nuptijs repetitis, contri-
ſtari. Bal. in l. Deo nobis, nu.11.C. de epiſ.
& cleric. Amplia hanc concluſionem:
Primò, vt non ſolùm procedat in v-
3 xore, verùm etiam in † marito ad ſecun-
da vota conuolante: idq; ex idẽtitate ra-
tionis, per tex. in §. ſi vero expectes. in Au
then. de nuptijs. gloſ. in d.l. fœminæ. §. il-
lud. in verbo, poſſeſſione. Bar. ibid. & Bal.
nu.1. in fi. Salic. num.3. Boër. d. deciſ. 187.
num.2. Bald. in l. generaliter, num.1.C. de
ſecund. nup. Pariſ. conſil. 29. num. 77. vo-
lum.3. incip. Eſto quòd de iure. Oldrad.
conſ. 33. nu.3. incip. quidam habuit. Deci.
d. conſ. 87. nu.3. & conſ. 230. num.1. incip.
proponitur. Capra pulchrè conſi. 46. nu.
5. vbi communem dicit. Cæpol. cautela
238. incip. ſi à matre. Hac ratione identi-
4 tatis, priuilegium † tacitæ ſtipulationis,
(de quo in l. vnica. C. de rei vxor. act.) nõ
ſolùm in dote, de qua loquitur, d.l. vnic.
ſed etiam in donatione propter nuptias
locum habet, Bald. in l. 2. nu.1.C. de bon.
quæ liberis, per illum text. Iaſ. in §. fuerat.
Inſtit de action. Gramma. deciſ. 103. nu.
5 124. Quemadmodũ etiam † beneficium
Authen. præterea. C. vnd. vir & vxor. in
vtroque coniuge, & ſic etiam in marito
paupere, vxorem locupletem ſine dona-
tione propter nuptias ducente, obtinet,
per text. in §. quoniam verò. in fin. in Au-
then. de tequir reis. gloſſ. in Authen. præ-
tereà, in verb. dote. Alexand. ibid. num.6.
in fin. Secundò amplia, vt procedat eti-
am in lucro ex cõſuetudine, vel ſtatuto,
aut pacto, vltimo ſuperſtiti coniugi de-
6 bito, nam per † tranſitũ ad ſecunda vo-
ta huiuſmodi lucra etiam amittuntur,
Bal. in Authen. ex teſtamento, num.6.C.
de ſecund. nupti. Deci. in l.1.C. eod. titul.
Roman. in l. ſi cùm dotem, in princip.
ff. ſolut. matrimo. Socin. ſenior conſil.
42. volum.4. Corne. conſil. 309. volum.
3. Pariſ. d. conſil. 29. num. 78. Boër. d. deciſ.
385. num.6. cum ſequentibus. Caſtrenſ. in
l. final. C. de bon. matern. Ioann. à Ripa
in d.l. fœminæ, vbi communem dicit, &
refert rationes in vtramque partem, &
ad contraria reſpondet, Deci. d. conſ. 87.
Ex hac ampliatione ſingulariter limitã-
tur † conſuetudines quarundam ciuita- 7
tum Imperialium, quibus ſuperſtiti con-
iugi, ſoluto morte alterutrius matrimo-
nio, ſucceſſio filiorum defunctorum de-
fertur, fratribus vel ſororibus germanis
omninò excluſis, contra ius commune,
tex. in §. ſi verò, Authen. de hæredi. ab in-
teſtat. venient: vt videlicet huiuſmodi
conſuetudines nõ habeãt locum, ſi ſuper-
ſtes conuolet ad ſecundas nuptias, &
quòd ſucceſſio tunc reducatur ad termi-
nos iuris cõmunis, & ſic ſuperſtes parens
vnà cum fratribus defuncti pariter ſuc-
cedat, text. in d. §. ſi verò, & per iura alle-
gata, ſed variè obſeruatur & huiuſmodi
limitatio vbique non recipitur, eò quòd
longo vſu aliter in quibuſdam Germa-
niæ ciuitatibus obſeruatum, & multis
præiudicijs, contradictorio iudicio con-
firmatis, obtentum ſit. Tertiò amplia
iſtam cõcluſionem, vt procedat ſiue an-
te, ſiue poſt mortem filij, vel filiæ, ſuper-
ſtes coniunx contrahat ſecundas nupti-
as. Caſtren. in d.l. fin. Boër. & alij in locis
allegatis. Quartò amplia, vt non ſolùm
procedat de iure ciuili, ſed etiam de iure
Canonico: nam licèt † pœnæ iuris ciui- 8
lis in odium ſecundi matrimonij præ-
propetè contracti impoſitæ (vtputà, ſi
mulier infra annum luctus nubat, tex. in
l.1.C. de ſecund. nupt.) de iure Canonico
ſint ſublatæ, per text. in c. penul. & in c. fi.
de ſecun. nupr. Dd. ibid. tamen pœnæ iu-
ris, in fauorem filiorum primi matrimo
nij appoſitæ, nõ ſunt ſublatæ, vt notant
Inno. Antho de Butrio. & communiter
Dd. in d.c. fi. Bart. in l. liberorum. ff. de his
qui not. infamia. num.2. Anchar. conſil.
185. Ananias conſ. 73. incip. ex his, nu.1. &
2. vbi communem dicit, & ibid. Bolog.
circa finem. plenè Dd. in d. l. 1. C. de ſe-
cund. nupt. & l. hac edictali. C. eod titul.
Authen. de nupt. § quia verò hactenus,
Deci. d. conſil 87. num.3. Pariſ. d. conſil.
29. num. 80. volum.3. Quintò amplia, vt
† filia primi matrimonij dotata, ſtatu- 9
to à ſucceſſione parentum excluſa, ad-

mittatur, non obſtante ſtatuto, odio ſe-
cundarum nuptiarum ad ſucceſſionem
bonorum quæ deferuntur liberis primi
matrimonij, Salice. ſingulariter in d. l.
fœminæ. §. illud, num. 4. Socin. ſenior
conſil. 34. incip. proſequenda. volum. 1.
Deci. conſil. 396. per totum. incip. viſis
his. vbi ad omnia contraria reſpondet,
& dicit deciſionem Salicet. communi-
ter approbatam. Pariſ. conſil. 29. nume.
78. volum. 3. incip. eſto quòd. Ratio hu-
ius ampliationis eſt, quia talia lucra filijs
acquiruntur, etiamſi non ſint hæredes,
per tex. in l. generaliter. §. fi. iuncta Auth.
hæ res. C. de ſecund. nup. & illis tanquàm
æs alienum debentur. Deci. d. conſil. 87.
num. 3. Oldra. conſi. 294. incip. vltra iam
dicta, per totum. vbi in fortioribus ter-
10 minis concludit, quòd † renunciatio fi-
liæ etiam iurata, iuxta materiã c. quam-
uis. de pact. in 6. non extendatur ad lucra,
quæ filiæ deferuntur in pœnam paren-
tum tranſeuntium ad ſecundas nuptias:
eò quòd talia lucra liberis ex alia cauſa
deferantur, renunciationem non con-
cernente, nam renunciatio ad ſucceſſio-
nem ſpectat, quæ ex voto parentum de-
fertur, text. in l. ſcripto. §. fi. ff. vnde liber.
at lucra illa, iniuriam liberorum cõcer-
nunt, quæ ex repetito matrimonio ipſis
irrogantur. Quibus accedat communis
11 iuris theorica, quòd. quoties † plura re-
media vni cõpetunt, vno ſublato, aliud
adhuc ſubſiſtat, tex. in l. ſi prius. ff de aqua
pluui. arcend. & in l. ſi domus. ff. de ſer-
uit. vrban. prædio. tex. in l. quoties dupli-
ci. ff. de regul. iuris. Decius d. conſil. 396.
num. 3. vbi plures rationes adducit. Gui-
do d. deciſ. 228. allegat Bart. in Auth. hoc
amplius. C. de fideicommiſſ. in fin. quòd
12 † renunciatio non extendatur ad ea,
quæ pater ſua culpa perdidit. Non ob-
13 ſtat † iuramentum renunciationi appo-
ſitum, quia non auget renunciationem
extenſiuè, ſed tantùm intenſiuè, vt ele-
ganter inquit Oldrad. d. conſi. 294. num.
3. argumento l. Titius. ff. ad Trebell. Et
14 quemadmodum † renunciatio non ex-
tenditur ad ignota & non cogitata, text.
in l. mater. §. cæterum. ff. de inoff. teſta. &
in l. legitimam. ff. de petit. hæred. ita nec
iuramentum, tex. in c. veniens, de iureiu.
gloſſ. ibid. in verbo, præſciuiſſe, text. in c.
quemadmodum, eo. tit. tex. in l. fin. ff. qui
ſatiſd. cog. & in l. fi. C. de non num. pecu.
Guido d. deciſ. 228. Sextò amplia, vt pro-
cedat etiam in † viduis luxurioſè, & parũ 15
pudicè viuentibus, Bart. ſingulariter in l.
his ſolis, in fi. C. de reuocan. donatio. per
illum textum, vbi dicit, quòd omnes pœ-
næ impoſitæ ſecundò nubentibus, etiam
locum habeant in his, qui inhoneſtè vi-
uunt, quod dicit perpetuò menti tenen-
dum. Brunus in tract. ſtatu. artic. 7. num.
304. Panorm. in c. vxoratus. nu. 2. de con-
uerſ. coniug. p illum text. dicit, quòd ma-
ter † perdat tutelam, ſi incontinenter vi- 16
uat, perindè ac ſi ad ſecũdas nuptias tran
ſijſſet. Ad hoc eſt bonus text. in l. final. C.
quãd. mulier tutel. offic. fungatur, vbi re-
quiritur quòd pudicè viuat. & Feli. in c.
paſtoralis. nu. 7. de iudic. tradit, quòd † vi- 17
dua impudica deſinat eſſe de domicilio
viri, & perdat omnia priuilegia viduita-
tis, per iura allegata ibidem, idem in c. ſi-
gnificantibus, num. 8. de offic. ind. deleg.
Couar. practic. quæſtionum cap. 7. nu. 1.
Eſt limitatio ad l. filij §. vidua. ff. ad mu-
nicip. Hanc concluſionem ſic amplia-
tam limita: Primò, vt non procedat, ſi
† ſuperſtes coniunx ex voluntate defun- 18
cti ſecundas nuptias contrahat, per rati-
ones quas tradit Roman. conſil. 219. nu.
2. & 5. incip. ex themate con[illegible] tationis.
Pariſ. d. conſil. 29 nume. 83. Decius con-
ſil. 620. num. 4. incip. caſus de quo. gloſſ.
in Authen. de nup. §. duo igitur, verſicul.
vnum itaque. in verbo, ſiue vir. Natta
conſil. 466. num. 2. volum. 2. Incip. quæ-
ſtio quæ proponitur, Cremo. ſing. 75. in-
cip. ſi maritus. Roma. ſingul. 251. Incip.
tu ſcis, quòd ſi mulier, vbi diſtinguit v-
trùm vxor intra annum luctus: an verò
poſteà nubat, vt primo caſu non euitet
pœnas iuris communis propter conſen-
ſum mariti, altero verò impunita ma-
neat. Secundò limita, vt non procedat,
ſi liberi † primi matrimonij conſentiant 19
in ſecũdas nuptias. Vnde pro cautela ob-
ſeruandũ, vt † parentes conſenſu libero- 20
rum primi matrimonij nuptias repetãt,
vt docet Cæpol. d. cautela. 238. Dec. conſi.
206. nu. 4. idem conſil. 604. num. 5. incip.
in cauſa illuſtris. Bertrand. conſil. 175.
num. 2. incip. inſtrumentum matrimo-
nij, volum. 2. part. 1. Roma. d. conſil. 219.
gloſſ. in §. & ſiquidem in verbo, copulan
tur. Authen. de non elig. ſecund. nub.
quam

quam tanquam ſingularem notat ibid.
Ang.num 8.ponens hanc cautelam.Ra-
tio huius limitationis eſt, quia iniuria
quæ filijs propter ſecundas nuptias irro-
gatur,text.in §.proſpeximus. Authen. d.
titu.de nō elig. ſecund.nub.§.ſoluto.Au-
then. de nupt. tollitur conſenſu libero-
21 rum,per regulam,quòd † cōſentientibus
& volentibus nō fiat iniuria, text.in l.ſci-
enti.ff.de regul.iur. & in l cùm donatio-
nis.C.de tranſact.Roma.d.conſ.206. nu.
5.Idem conſi.396.num.2.in fin.latè Pariſ.
d.conſ.29.num.81. cum ſequent. vbi tra-
dunt, quòd non ſolùm expreſſè, verùm
22 etiam † tacitè,iniuria quæ filijs repetitio-
ne nuptiarum infertur, remitti poſſit, &
quomodo tacitus filiorum conſenſus
probetur. Exiſtimarem etiam pœnas iu-
ris communis ceſſare, ſi liberis in pupil-
lari ætate adhuc exiſtentibus, mulier ex
conſilio propinquorum & conſenſu tu-
torum nuptias repetat, argumento l. 2.
& l.fin.C.de adop.l.nec hi.§. & primum.
l.quod ne curatores.ff. eod. titul. Tertiò
23 limita, vt non procedat in † acquiſitis ti-
tulo oneroſo,putà ex emptione, permu-
tatione, vel locatione, quia huiuſmodi
acquiſita mulier non perdit per tranſi-
tum ad ſecundas nuptias. Bald. in Auth.
in donatione, nume. 1. C. de ſecund.
nupt. Roma.d. conſi.219.num.4. Quar-
tam limitationem vide apud Roman.
conſil.279.in fin.incip.viſis thematis &
conſilio 405. per torum. Incip. præſup-
poſitis terminis. & Socin. regul. 272.in-
24 cip.mulier quæ. Quintò † limita in vſu-
fructu vxori per maritum relicto, quia
vxor vſufructuaria bonorum mariti re-
petitione nuptiarum vſumfructum non
amittit,per tex.in §.ſi verò ſolùm vſum-
fructum, Authen. de nuptijs, gloſſ. ibid.
in verbo, manere, quæ rationem aſſi-
gnat. Authen. hoc locum.C. ſi ſecundo
mulier nupſer. Hippol.ſingul.577.num.
25 9. incipi. mulier contrahendo, ſicut †
nec legatum conditionale à marito re-
lictum,putà ſi vxor ſua caſtè, & honeſtè
vixerit:niſi adiecerit, & in viduitate per-
manſerit, quia mulier ſecundo nuben-
do,nō dicitur inhoneſtè viuere, Hippol.
d.ſingu.577.text.in l.2.C.de indict.vidui.
tollen.

OBSERVATIO XCIX.

An veritas conuicij excuſet iniuriantem.

SVMMARIA.

1. *Nocentem infamans an teneatur iniuriarum.*
2. *Reipublicæ quandoque intereſt conuicium ſcire.*
3. *Infamia abſque cauſa non detegenda.*
4. *Conuicium in rixa dicens iniuriarum tenetur.*
5. *Animus iniuriandi in actione iniuriarum attēdi debet.*
6. *In delictis voluntas non exitus ſpectatur.*
7. *Conuicium in iudicio obiectum.*

VEtus & quotidiana quæſtio eſt,
an veritatem per conuicium di-
cens iniuriarum teneatur: quòd
non videtur: quia iniquum foret eum
qui † nocentem infamauit ob eam rem 1
condemnari,text.in l.cum qui.ff.de iure-
iurand. & in l. ſi non conuicij. C. eod.
Omiſſis ambagibus, ex communi Dd.
ſententia in hac quæſtione diſtinguen-
dum eſt, vtrùm Reipublicę expediat con
uicium ſcire, vel non expediat. Primo
caſu conuicium dicens non tenebitur:
exempli gratia, ſi alicui verè obijciatur
latrocinium, lepra, vel defectus natali-
um,quòd ſit ſpurius. Mantua ſingul. 63?.
nu.1.incip.ſi te ſpurium. Ratio, quia in-
tereſt Reipublicæ infamiam iſtam ma-
nifeſtari.Primò,vt delicta puniantur:Se-
cundò, vt ab hominum conſortio con-
tagioſus remoueatur: Tertiò, vt ad di-
gnitates non admittatur incapax, & in-
famis, argument. l. ita vulneratus. ff. ad
l.Aquil. Altero caſu,quandò non inter- 2
eſt Reipublicę ſcire conuicium, tunc ve-
ritas conuicij iniuriantem non excuſat,
ſed iniuriarum tenebitur. Ratio,quia in
actione iniuriarum nō tam veritas con-
uicij, quàm libido & voluntas iniurian-
di conſideratur, text. notab. in l. iuſtiſſi-
mos.C. de offic.recto. prouinc. ibi, nam
ſi veræ voces ſunt, nec ad libidinem per
clientelas effuſæ, facit optimè textus,in
l.quiſquis.C.de poſtul. Non enim debet
aliquis alterius † infamiam ſine cauſa 3
detegere:quia defectus noſtros detegi in-
humanū & iniurioſum eſt, text. in l.2.C.
quandò & quib. quart.pars, lib. 10. Quo-
ties igitur ſine † cauſa conuicium dici- 4
tur in rixa, vel extra rixam? tunc veritas
conuicij nullam præſtat excuſationem,
ſiue conuicium illud ex culpa prouene-
rit, ſiue non: quia in † actione iniuria- 5

rum animus iniuriandi conſiderari de-
bet, cùm ſit ſubſtantiale eius actionis re-
quiſitum, tex. in l. illud. ff. de iniur. Volun
6 tas † & non exitus in delictis conſidera-
tur, text. in l. Diuus. ff. ad l. Corneliam, de
ſicar. & in l. qui iniuriæ. ff. de furt. & pra-
uus animus reuelantis, rem efficit ini-
quam: item crimen cõtrahitur, ſi volun-
tas nocendi intercedat, text. in l. 1. C. ad l.
Corn. de ſica. & Cicero in Paradoxis re-
ctè ſcribit peccata nõ rerum euentu, ſed
vitijs hominum metienda eſſe. Hanc di-
ſtinctionem ſequuntur, Oldrad. conſi. 53.
per totum. Cynus & Bartolus in d. l. ſi
non conuicij. Panor. in c. cùm te à B. nu.
26. de re iudic. Alexan. in l. etſi pepercerit.
num. 6. ff. de lib. & poſthum. Ioan. Andr.
ad Specul. in rubric. de iniur. in princip.
Roman. conſ. 96. per totum addit. ad de-
ciſ. Tholoſ. 127. latiſſimè Didac. Couarr.
variar. reſolutionum lib. 1. cap. 11. num. 6.
Roman. d. conſil. 96. vbi diſtinguunt:
7 vtrùm † conuicium in iudicio obiectum
ſit, an extra iudicium, vt priori caſu non
teneatur, ſi probet veritatem conuicij:
altero verò teneatur, prout latiùs per
eoſdem. Et ſecundùm prædictam diſtin-
ctionem ſæpiùs in Camera iudicatum
memini.

OBSERVATIO C.

Prouocatus an iniuriam retorquere poſſit.

SVMMARIA.

1 *Prouocatus non habet animum iniuriandi.*
2 *Calor inconſultus calumniæ vitio caret.*
3 *Mendacium obijcere an ſit iniurioſum.*
4 *Vim vi repellere licet.*
5 *Famam negligens crudelis dicitur.*
6 *Fama & hominis vita à pari procedunt.*
7 *Duellum pro defenſione honoris an ſit licitum.*
8 *Nobilis à ruſtico prouocatus an fingere debeat.*
9 *Retorſio iniuriæ quando non habeat locum.*
10 *Dolorem animi iuſtum compeſcere difficile eſt.*
11 *Prouocatus ſi occidat prouocantem mitius punitur.*
12 *Pœna homicidij quando locum habeat.*

SVccedit alia eiuſdem argumen-
ti quæſtio, vtrùm is qui facto
vel dicto iniurioſo ad irã pro-
uocatus, calore iracundiæ aliquid iniu-
rioſum dixerit, iniuriámve retorſerit, a-
ctione iniuriarum teneatur? Breuiter di-
1 cendum quòd non, quia in † prouocato
animus iniuriãdi abeſt, & ſic deficit ſub-
ſtantiale requiſitum actionis iniuriarũ,
text. in l. illud. ff. de iniur. & in l. Diuus. ff.
ad l. Corne. de ſicar. text. in l. qui cùm na-
tu maior. §. ſi libertus. ff. de bon. libert.
Ignoſcendum, inquit textus, ei ſi voluit
ſe vlciſci prouocatus. Et † inconſultus 2
calor calumniæ vitio caret. text. in c. ſi
quem. §. notãdum. in fine. 2. q. 3. facit text.
in l. 1. §. arietes. ff. ſi quad. paup. fec. dic. tex.
in l. quæ omnia. §. 2. ff. de procur. Barto.
ibidem. Vnde ſi alicui † crimen, vel ali- 3
quod cõuicium obijciatur: vtputà, quòd
ſit latro vel fur, poterit incontinẽti con-
uicium in iniuriantem retorquere, &
impunè dicere, Tu mentiris, tametſi illa
verba ſint iniurioſa, ita vt extra caſum
prouocationis, proferens iniuriarum re-
ctè conueniri & condemnari poſſet, Bar-
tol. in l. item apud Labeonem. §. ait
prætor. nume. 3. ff. de iniur. Iaſon in l. vt
vim. num. 36. ff. de iuſtitia & iur. Dd. in
l. turpia. ff. de lega. 1. Sed prouocatus ad
eum modum reſpondens, honoris ſui
defendendi gratia, non iniuriandi ani-
mo talia verba protuliſſe intelligitur:
vnde meritò iniuriarum conueniri non
poteſt, d. l. illud. & d. l. Diuus. Et quemad-
modum permiſſum eſt incontinenti † 4
vim vi repellere. tex. in l. vt vim. ff. de iu-
ſtit. & iur. ita iniuriam iniuria retorque-
re. d. l. quæ omnia. §. 1. vbi hoc notant,
Barto. & Angel. pulchrè Iaſon in d. l. vt
vim. num. 36. Alexand. in l. etſi peperce-
rit. num. 7. in fine. ff. de liber. & poſthum.
Specul. titul. de accuſatore. num. 11. ver.
ſicu. quid ſi te vocaui latronem. Angel.
in tractatu malefic. in verbo, verba iniu-
rioſa. num. 10. Panormi. in c. cùm te à B.
num. 25. de re iudic. Deci. conſilio 487.
num. 5. incip. in quæſtione. Quò perti-
net, quòd † crudelis ſit, qui famam ſuam 5
negligit, text in c. non ſunt audiendi, 11.
q. 3. & in c. nolo. 12. q. 1. quia hominis fa-
ma inæſtimabilis eſt, text. in l. ſi in dua-
bus. ff. de reg. iur. & omni commodo pe-
cuniario præferenda, text. notab. in l. Iu-
lianus. ff. ſi quis omiſſ. cauſa teſtamenti,
tex. notab. in l. ſeruorum. §. fi. in fin. ff. de
pœnis, Iaſon in l. admonendi, num. 228.
ff. de iureiur. grauiorq́; amiſſione oculo-
rum, text. in l. infamia. C. de decurionib.
lib. 10. adeoq́; † honor & hominis vita à 6
pari procedunt, ita vt non minori cura
& ſtudio honor atq; famę integritas no-
bis,

bis, quàm vita ipſa cordi eſſe debeat, tex.
in l. reprehendenda. C. de inſtitut. & ſub-
ſtitu. & in l. iſti quidem. ff. quod met. cauſ.
gloſſ. ibidem, verbo, infamiæ, tex. in l. iu-
ſta. ff. de manu. vindic. Dd. in l. tranſige-
re. C. de tranſ. Iaſon in d. l. vt vim, nu. 36.
Petrus Gerardus de Petra ſancta, ſingu. 1.
num. 9. cum ſequent. Idem ſingu. 82. nu.
7. incip. Quæ ſunt. & ſingul. 33. num. 4. in-
cip. nobiles. Mantua. ſing. 383. per totum.
incip. mirabile. Deci. conſil. 686. num. 8.
cum ſequen. incip. magnificus Pyrrhus,
vbi vide de duello honoris gratia indi-
cto. gloſſ. in §. ſuſpectus autem. Inſtit. de
ſuſp. tutor. in verbo, ob culpam. Bald. in
c. 3. num. 16. de pace tenend. in vſib. feud.
7 vbi dicit ex quorundam opinione, † du-
ellum pro defenſione honoris ſuſcipi
poſſe: & nobilem inſultatum à ruſtico,
ſi eum occidat, cùm fugere poterat, non
puniri debere pœna ordinaria homici-
8 dii? eò quòd † fuga turpis ſit homini no-
bili, & contra eius honorem. Idem tenet
Bart. in d. l. vt vim. num. 10. Tiraq. de No-
bilita. cap. 20. num. 63. Hippol. in pract.
crim. §. quoniam, num. 8. allegant ad hoc
tex. in l. in eadem. ff. ex quib. cau. maio. ibi
ſine dedecore, & in l. filius. ff. de cōdit. in-
ſtitutio. ibi, quæ lædunt æſtimationem,
verecundiam noſtram. Petrus Gerardus
d. ſingu. 82. & d. ſingu. 33. vbi dicit, quòd ſi-
cut pro defenſione vitę licet aliquem oc-
cidere, ita etiam pro defenſione hono-
ris: eò quòd honor & vita æquiparentur,
iuribus ſuprà ad hoc allegatis.

Quid enim ſaluis infamia nummis?

Vt inquit Iuuenalis Satyra prima. et ideò
maior eſt famæ, quàm omnium bono-
rum iactura. text. in d. l. Iulianus, & in d.
l. ſeruorum §. fina. Sed hæc quóad duel-
lum, & homicidiū magis politicè, quàm
Chriſtianè ſcribuntur & diſputantur. Li-
mita tamen hanc quæſtionem ſingulari-
9 ter, vt procedat, quandò † prouocatus re-
torquet iniuriam animo defendendi &
purgandi ſe ab iniuria illata: ſecùs ſi con
uicium prouocanti obiectum aliud fa-
ctum concernat, ita vt ad eius innocen-
tiam non ſpectet: quo caſu vtrique actio
iniuriarum competit. Panor. in d. c. cùm
te à B. nume. 25. ad quod facit text. in c.
veniens, de iureiur. ibi, alternatim con-
uicia inferendo: licèt prouocatus mitius
10 puniri debeat, eò quòd difficile ſit † iu-
ſtum animi dolorem compeſcere, text.
in l. ſi adulterium. §. Imperatores. ff. ad l.
Iuliam de adulterijs. Quemadmodum
etiam in ſimili † prouocatus ad pugnam, 11
ſi excedat moderamen inculpatę tutelæ,
& aggreſſorem occidat, non ordinaria
l. Cornel. de Sicarijs pœna puniri debet:
ſed extraordinaria, vt communiter tra-
dunt Dd. in l. 1. C. vnde vi. per illum text.
Barto. in l. ſi ex plagis. §. tabernarius. ff. ad
l. Aquil. Deci. conſ. 678. num. 4. incip. ca-
ſus de quo quæritur. Alexand. conſil. 76.
incip. viſo eleganti. volum. 1. incip. viſa
inquiſitione. Idem conſi. 109. num. 2. in-
cip. viſis vt oportet, eod. volum. Afflict.
deciſ. 206. num. 3. & 4. Canoniſt. in c. ſi-
cut. de iureiur. Panorm. in c. ſignificaſti.
de homicid. Deci. conſil. 459. per totum.
incip. viſo eleganti. quia in eo non præ-
ſumitur dolus, qui prouocatus ſe defen-
dit, licèt modum excedat. text. in l. 1. C. ad
l. Cornel. de ſicar. Dd. vbi ſuprà. ſed vt † 12
pœna homicidij corporalis locum ha-
beat, verus & expreſſus dolus requiritur,
adeò vt lata culpa dolo non æquipare-
tur. text. in d. l. 1. C. ad leg. Cornel. de ſicar.
& in l. 1. §. Diuus. ibi, animo occidendi, &
in l. in lege, & in l. qui cædem, ibi, dolo
malo. ff. eod. titu. Decius conſi. 482. num.
7. incip. pro reſolutione. Idem conſ. 622.
nume. 1. incip. viſa inquiſitione. Pariſ.
conſi. 161. num. 8. cum ſequen. volum. 4.
incip. dicendum prima fronte. Vide in-
frà eod. Obſer. 110.

OBSERVATIO CI.

Iniuria verbis facta an honoris præfatione tollatur.

SVMMARIA.

1 *Tu mentiris, ſunt verba iniurioſa.*
2 *Proteſtatio contraria facto nihil operatur.*
3 *Iure facta verborum artes non proſunt.*
4 *Prouocatus an iniuriam retorquere poſsit.*
5 *Homicidium honoris ratione commiſſum an ſit punibile.*
6 *Teſtibus crimen obijciens, ſi non probet crimen, an teneatur iniuriarum.*
7 *Iniuriam nemini facit, qui ſuo iure vtitur.*

HOnoris præfatione iniuriam nō
tolli omnium Dd. calculis pro-
batur: vtputà, ſi quis alteri in-
iurioſè dicat, Tu mentiris, ſaluo hono-
re tuo, vel ſalua reuerentia: talis enim

præfatio,vel reſeruatio ab actione iniu-
1 riarum non excuſat: quia dicere, Tu †
mentiris,ſunt verba iniurioſa, & præſu-
muntur animo aniuriãdi dicta:ipſa iniu
ria præcedens præſationem & proteſta-
rionem declarat animum iniuriandi,
ita communiter Dd. in l. ſi non conui-
cij.C. de iniur. Bartel. in l. apud Labeo-
nem. §. prætor ait, nume. 3. ff. eod. titul.
Bartol. Angel.Caſtr.Alexand. & alij in l.
ſi quis extraneus.ff.de acquirend. hæred.
per illum text. Moderni in l.turpia.ff. de
leg.1.Alexand.in l.etſi pepercerit, nume.
5.ff.de lib.& poſthum. Iaſon in l. vt vim,
num.36. de iuſtitia & iur. idem in l.fina.
num.3.ff. quòd quiſque iur. & in l. non
ſolùm.§.morte,num.47.ff.de oper.nou.
nuncia.vbi communem dicit. Panorm.
in c.cùm te,num.35. de re iudic. Felin.in
c. quæ in Eccleſiarum, num. 86. de con-
ſtitut.& in c.dilecti,num.10. de exceptio.
vbi omninò vide. Albericus in ſecunda
part.ſtatuto.quæſt.44.Couarr.variarum
reſolutionum lib.1.cap.11. num.1. Guido
deciſ.465. in fin. Iul.Clarus libr.5.ſenten.
§.iniuriarum,verſicul.ſed pone. Et pro-
cedit iſta concluſio indiſtinctè, vtrùm
proreſtatio, vel honoris præſatio iniu-
riam præceſſetit:nimirùm, Saluo hono-
re tuo, Tu mentiris, vel eam ſequatur:
videlicet, Tu mentiris, ſaluo tuo hono-
re:vtvtroque caſu actio iniuriarum com
petit, idq́ue per regulam,quæ habet quòd
in his quæ vno contexiu fiunt, non eſt
dare nec prius,nec poſterius, rex.in l. nec
enim.ff.de ſolut.Iaſon in d.l.fina.num.3.
ff.quod quiſque iur. & ad huius conclu-
ſionis probationem facit alia regula,
2 quòd † proteſtatio contraria facto nihil
operetur,per text.in c.cum M.Ferrarien-
ſis.extr.de conſtit. gloſſ. ibid.in verbo,ſi-
ne præiudicio, text. in c. ſolicitudinem.
extr.de appel.gloſſ.ibid. in verbo fin.tex.
in c. olim cauſam. gloſſ. ibid. in verbo,
proteſtatus,de cenſib. Bartol. & Dd. in l.
non ſolùm.§.morte.Ancha.conſi.33.nn.
2.incip.per ſtatutum. Felin.in d.c.quæ in
3 Eccleſiarum,num.86. vbi dicit,quòd in †
re facta verborum artes , vel ſimulatæ
proteſtationes nihil-proſint. Iaſon in d.
l.fina.num.3.& num.5. vbi dicit, quandò
actus eſt potentior proteſtatione, quòd
tunc nihil releuet facta proreſtatio,per
iura allegata. ſic in præſenti,iniuria cùm

ſit contraria proteſtationi, conſequens
eſt proteſtationem nullius eſſe momen-
ti. Fallit iſta concluſio ſingulariter,quan
dò quis iniurioſè prouocatus, iniurianti
reſpondeat, Tu mentiris, vtputà, ſi quis
ab alio furti,adulterij,aut alterius famoſi
criminis inſimuletur, eiq́ue reſpondeat,
Tu mentiris: quia tali caſu abeſt animus
iniuriandi, qui tanquàm ſubſtantiale re-
quiſitum præcipuè in actione iniuria-
rum attenditur,tex.in l.illud.ff. de iniur.
& in l. Diuus.ff. ad l. Cornel. de ſicarijs,
text.in l.qui iniuriæ.ff. de furt. nam † in- 4
iuriam ad defenſionem innocentiæ &
honoris ſui retorſiſſe creditur: quicquid
enim prouocatus facit, ad ſui defenſio-
nem facere præſumitur, plenè Dd.in l.vt
vim.ff.de iuſtit. & iure. vide infrà eod.
Obſeruat.110. probatur iſta fallentia op-
timè per text. notab. in l. quæ omnia.§.
ſed & ſi aduerſarius.ff. de procur. Barto.
ibid.num.1.facit tex.in l. libertus à patro-
no.ff.de in ius vocan.text.in l.ſi quis gra-
ui.§. vtrùm.ff.de S.C. Syllania. & in l.qui
cùm maior natu.§.ſi libertus.ff. de bon.
lib. vbi dicitur,ignoſcendum ei,qui pro-
uocatus ſe vlciſci voluit. Et ita commu-
niter tenent Dd. in d.l. vt vim. vbi Ia-
ſon num. 36. idem in d.l. fina. num.5. &
ibidem Caſtrenſ. num.4. Alexand. in d.
l.etſi pepercerit,num.6.& 7.vbi commu-
nem dicit. Felin. in d.c. dilecti, num. 10.
Panorm.in d.c.cùm te, nume.26. Angel.
in tracta.malefic. in verbo, contumelio-
ſa,& iniurioſa, num.9. mihi folio 358. &
alij Dd. vbi ſuprà. Nam ſicut offenſio ar-
mata armis repelli,d.l. vt vim, ita offen-
ſio verbalis verbis retorqueri poteſt, in
apoſtilla ad deciſ. Capell. Tholoſ. 309.
Boſſius titul. de homicidio, num.86. vbi
dicit communem eſſe opinionem Dd.
in d. l. vt vim. quòd † homicidium ho- 5
noris ratione commiſſum, licitum ſit:
maximè ſi inſultato fuga foret turpis,
& ignominioſa: quia non minor hono-
ris,quàm vitæ ratio habenda, per allega-
ta ſuprà, Obſeruat. proxima. Intellige
autem hanc fallentiam procedere, ſi in-
continenti iniuria retorqueatur: ſecùs
ſi ex interuallo hoc fiat,quo caſu talis re-
torſio magis ad vindictam.quàm hono-
ris defenſionem ſpectaret,& proindè in-
iuriarum teneretur. per rationem d.l. vt
vim.ff. de iuſtit. & iur. quòd defenſio ex
inter-

interuallo non ſit licita, ita tenet Boſſius d.titul.de homicidio, num.87. Non procedit etiam iſta fallentia in alio caſu, quem notat Caſtrenſ. in d.l.fina.num.4. ff.quod quiſque iuris, &c. vbi vide. Quid
6 autem ſi quis excipiendo contra † teſtes, dicat eos eſſe infames, periuros, adulteros, alijsq́; criminibus obnoxios, & proindè fidem non facere, an iniuriarum teneatur, ſi crimina obiecta non probet? Videtur dicendum quòd non, maximè ſi initio, vt fieri ſolet, proteſtatus ſit, ſe iniuriandi animo non excipere: idq́ue per rationem huius limitationis, quòd videlicet huiuſmodi exceptiones non fiant animo iniuriandi, ſed potiùs ad defenſionem iuris ſui, vt aduerſarium ab intentione repellat, nè ipſe in cauſa ſuccumbat, non vt teſtes ob huiuſmodi obiecta crimina puniantur, tex.in c.cùm dilectus, in fine. de ordin. cognit. nam hoc pacto, probato crimine, teſtes non fiunt infames infamia iuris, ſed bene facti, text.ſing in l.Lucius.ff.de his qui not. infam. & in d.c. cùm dilectus, in fin.nec etiam puniuntur: ſed tantùm à teſtimonio, tanquàm nulla fide digni, repelluntur, d.c. dilectus, Caſtrenſ. in d.l.fina.nume.4.ff. quod quiſque iur. Iaſon ibidem num.2. Felin.in d.c. cùm dilecti, de exceptio.nu.10. Quò pertinet, quod tam contra perſonas, quàm dicta teſtium excipe-
7 re liceat, & proindè † nemini iniuriam faciat, qui iure ſuo vtitur, text.in l.nullus, ff.de regu.iur.& in c.cũ Eccleſia, de elect. cum ſimilibus. iuris enim executio non habet iniuriam, text. in l.iniuriarũ.§.1.ff. de iniur. Sed cõmunis opinio Dd. eſt in contrarium: quia qui non probat quod opponit, etiam excipiendo calumniari videtur, text.in l.1.C.de aduoc.diuerſ.iudicio.& actione iniuriarũ conueniri poteſt, text. in l. ſi tibi ſeruitutis.C. de libe. cauſa, tex.in l.ſi quis de libertate.ff.eo.ti. adeoq́; duæ præſumptiones contra non probantem oriuntur, vna ex ipſis verbis iniurioſis, altera ex defectu probationis, quæ primam & vnicam illam elidunt, ꝙ videlicet huiuſmodi exceptiones non animo iniuriandi, ſed iuris ſui tuendi gratia oppoſitæ ſint, prôut eleganter conſuluit Oldra.conſ.51.nu.6.incip. Conſueuit dubitari, vbi hanc opinionem pluribus rationibus illuſtrat, & ad contraria reſpondet. idem tenet Anchara. conſi.325. num.1.incip.Super primo dubio.Roma. conſi.96.num.2.incip. Super eo. Soci.ſenior conſi.146.num.9. & num.12.volu.1. incip. Viſo proceſſu. Boſſius titul.de iniur.num.21.vbi communem dicit. Ang. in d. tracta.de malefic. in verbo, contumelioſa, & iniurioſa, num.4.apoſtill. ad d.deciſ. Capell. Tholoſ.409. quæ diſtinguit, vtrùm iniuria in iudicio prolata probetur: an verò non probetur, vt primo caſu, iniuriarum actio, tam agendo, quàm excipiendo, locum non habeat: altero verò ſecùs, vide omninò d. apoſtill. cum allegatis ibidem. Oldra. Anch. Roma. vbi ſupr. & quia hæc quotidiana, diligenter in praxi obſeruanda ſunt, & vide omninò Boëri.conſi.1. per totum, quod habetur in fine conſuetudi. Bituricenſ. & prolixè Afflict.tit.de pace iuram. firman.in verbo, iniuria, per totum.

OBSERVATIO CII.

Infamia in actione iniuriarum quomodo euitari poſſit.

SVMMARIA.

1 *Iniuriarum condemnatus notatur infamia.*
2 *Fallit in modica iniuria.*
3 *Actio de dolo non datur ſuper modica.*
4 *Nec reſtitutio in integrum.*
5 *Donatio modica non admittit diſpoſitionem l. ſi vnquàm. C. de reuoc. dona.*
6 *Iniuria modica infamiam irrogat.*
7 *Cautela euitandi infamiam in actione iniuriarum.*
8 *Forma pronunciandi in actione iniuriarum.*
9 *Iniuria quomodo æſtimanda.*
10 *Iniuria æſtimata & per iudicem taxata, defertur iuramentum, & ſequitur ſententia.*
11 *Expenſarum taxatio quomodo facienda.*
12 *Cautela alia euitandi infamiam.*
13 *Tranſactio in cauſa iniuriarum an infamet.*
14 *Iuſſus iudicis excuſat.*
15 *Tranſigens ſuper crimine videtur crimen confiteri.*
16 *Tranſactiones ſuper iniurijs an in Camera confirmentur.*
17 *Pacto gratuito iniuria remitti poteſt.*
18 *Secùs ſi non ſit gratuitum.*

Condemnatum † iniuriarum infamia notari certum eſt. Actio 1
enim iniuriarum, ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter intentata, modica, an atrox ſit iniuria, infamiam & ignominiam condemnatis irrogat, text.in l.1.& in l.athletas.§.fina.& in l.furti.§. qui iuſſu.ff.de his qui not. infam. text.in l.iniu-

riarum, & in l.non damnatos.C.eod.tit.
text.in l.infamem.ff.de public.iudi.& in
c.cùm te à B.de re iudic. gloſ.ibid.in ver.
bo,infamia. Panorm. num.2.& 6. Felin.
num.9. dicens, omnes ita tenere, & eſſe
communem. Regulariter enim actio.
ne famoſa conuentus & condemnatus,
infamia notatur, d.l. athletas. §. calum.
niator, d.l.infamem. Socin. regul. 179.
Doctores vbi ſuprà. Fallit tamen hæc ob.
2 ſeruatio. Primò, ſi modica † ſit iniuria,
per text. in d.c. cùm te à B. gloſſ. ibid. in
verbo,minima. Præpoſit.titu.de pace iu.
ram. firman .in verbo,iniuria, nu.1. An.
gel.in d.l.infamem. Albert.Brun.in tra.
cta.ſtatu.artic.9. num 101. quia de modi.
co non curat Prætor,text.in l.ſcio.ff.de
reſtitu.in integr.gloſſ. ibid. in verb. ſum.
3 mam. Sic † actio de dolo non datur pro
modico, text.in l.ſi oleum, in fin. cum l.
4 ſequen.ff. de dolo, neque † reſtitutio in
integrum obtinet, quandò de modica
læſione agitur, text.in d.l. ſcio, vbi Bart.
num.1. dat hanc doctrinam, quòd in ijs,
quæ cõtra ius commune, ex ſpeciali pri.
uilegio permittuntur, modica non cu.
rentur: ſecùs in ijs quæ ſecundũ ius com.
mune conceduntur, tex.in l.ſi proprieta.
rius, verſ. eadem.ff. de damn.infect. vide
omninò Iaſ.in Auth. qui rem.C.de ſacr.
eccleſ. & in l.ſciendum.ff. qui ſatiſd.cog.
vbi tractat materiam, quandò de modi.
5 co non ſit curandum,& in † modica do.
natione non habet locum diſpoſitio l.ſi
vnquam.C.de reuoc. dona. Deci.conſil.
581.nu.3.incip.viſo puncto controuerſiæ,
vbi cõmunem dicit. Curt.ſenior conſi.1.
nu.18. Philip.Port.lib.1. commu.opinio.
concluſ.35. Bald.in l. 1.nu.16.C. de inoffi.
donat. Imol.in c.fi.de donatio.item mo.
dica dos,non dicitur dos,per notata ſup.
eo. Obſerua.38. & proinde non impedit
condictionem legis, ex Auth. præterea,
C. vnde vir & vxor, vt notant ibid.com.
6 muniter Dd. Sed † magis communis opi.
nio videtur, quòd etiam modica iniuria
infamiã irroget, licèt facilior ſit reſtitu.
tio in integrum, vt tenet Feli.in d.c.cùm
te à B.nu.9.per allegata ibidem. Secundò,
7 ad † euitãdam hanc infamiam, pro cau.
tela traditur vt conuentus iniuriarum,
propter dubium litis euentum, text. in l.
eo tẽpore, & in l. quod debetur.ff. de pe.
culio. non compareat perſonaliter, ſed
tantùm per procuratorem: quo caſu in
procuratorem ſentẽtia profertur tanquã
dominũ litis,eoq; condemnato, nec ipſe
neque dominus infamia notabuntur,
per textum, in d.l.furti.§. ſi quis alieno,
gloſſ. in d c.cùm te à B. Feli.ibid. num.2.
Socin.d.regul.179.in prima fallent. Ang.
in tract.malefic.in verbo, verba iniurio.
ſa,nu.17. mihi fol: 362. Cæpol.cautela 12.
Quod tamen accipiendum de infamia
iuris: ſecùs quóad infamiam facti: nam
opinio eius nihilominus apud viros gra
ues grauatur, vt notat gloſſ.in l.ceſſat, in
verbo,pendeant,ff.de act.& oblig. Felin.
in d.c.cùm te, nu.1.per text.notab. in l.2.
ff.de obſequijs. Ang.in d.l.furti.§. ſi quis,
in prin. Et quoniã in Camera partes non
perſonaliter, ſed per procuratores, vigo.
re Ordinationis comparare debent: ideò
in actione iniuriarum, ſententia in pro.
curatorem,tanquàm dominum litis fer.
ri poterit, quod plerunque fieri ſolet ad
euitandam infamiam, & ignominiam.
Fertur etiam in perſonam domini pro
arbitrio iudicis etiam ſi nunquàm in iu.
dicio præſens fuiſſet. Et ſic obſeruãdum
quod l.1.C.de ſenten.& interlocut.omn.
iudic. non habeat locum in Camera.
Forma † pronunciandi eſt, vt ante diffi. 8
nitiuam ſententia feratur quædam præ.
ambula, circa † æſtimationem iniuriæ, 9
quæ fieri debet iuramento iniuriati,
tam in actione prætoria, quàm ciuili, vt
notat gloſſ. ſingul. in l. iniuriarum æſti.
matio.ff.de iniur.per tex.in §.pœna Inſt.
eod. titul.& in l.conſtitutionibus.ff eod.
Panorm. & Felin. in d.c. cùm te à B. vbi
formam iuramenti tradunt. pleniſſimè
Cyn. in l. ſi non conuicij.C.de iniurijs.
Maranta part.4. prima diſtinct. nu.6. vbi
dicit,licèt † pars æſtimet iniuriam, iudex 10
tamen taxat ipſam æſtimationem,& po.
ſtea defert iuramentum actori,& deinde
condemnat ad id quod æſtimatum,ſiue
taxatum eſt. Ita intelligi debet d.l.conſti.
tutionib9.& tex.in d.§.pœna,gl.in d.l.in.
iuriarũ æſtimatio. Et ita vbiq; in foro ob.
ſeruatur,nã defertur iudicialiter iniuria.
to iuramentum, vt dixi, quo præſtito,ſe.
quitur diffinitiua ad ſummã iuratã, pró.
ut in taxatione expẽſarum receptũm eſt,
per text.in §.oportet, Auth.de iudicibus,
& in l.ſancimus,iuncta Auth.poſt iuſiu.
randum.C. de iudic. text.in c. fina. extrà

de his

de his quæ vi met.cauſ. & in c.1.de reſtit.
ſpolia.lib.6.Innoc.in c.auditis,num.2.de
11 procur. vbi dicit in primis per † iudicem
expenſarum taxationem, deindè inter-
poſito partis victricis iuramẽto,condem
nationem faciẽdam eſſe: idq́; ea ratione
receptũ eſt,vt periurij occaſio euitetur, p
nota.Bal.in d.l.ſancimus,nu.2. Sed quid
ſi iniuriam paſſus,nolit iurare ad mode-
rationem & æſtimationem iudicis, eò
quòd minus petitione & opinione ſua
æſtimatum ſit. Dicendum tali caſu iudi-
cem interloqui,& recuſanti, ſub commi-
natione abſolutoriæ ſententiȩ,iuramen-
ti præſtationem iniũgere poſſe, facit tex.
in l.ſi non fuerit cum l.ſequ.ff.de iureiur.
& ita in Camera obſeruatum eſt. Tertiò
12 alia † cautela euitandi infamiã in actio-
ne iniuriarum eſt, vt reus ante cõcluſio-
nem in cauſa, vel ſi concluſum ſit, ante
condemnationem, iniuriæ æſtimationẽ
perſoluat,per tex.in l.ſi reus.ff.de procu-
ratoribus. Vide de hac cautela Obſerua-
13 tionem ſequentem. Quartò fallit in †
tranſactione ſuper iniuria, authoritate
iudicis; vel magiſtratus inita, quia ſupe-
rioris authoritate tranſigens ſuper iniu-
ria, vel pœnali aliqua actione, non no-
tatur infamia, tex.in d.l.non damnatos.
Franciſ.Marc.deciſ.663.Batt.in d.l.athle-
tas.§.item ſi quis,num.2.per tex.in l.quid
ergo.§.pœna grauior.ff. de his qui not.
infam.Batt.ibidem,nu.6.tex.in d l furti.
§.qui iuſſu.vbi glo.1.notat iudicis iuſſum
licitum facere,quod aliâs eſſet illicitum:
14 nam † iuſſus iudicis regulariter excuſat.
per text.in l.quanquàm.ff.de aqua plu.ar-
cend.text.in l.ſi ſtipulatus.§.ſi lancem.ff.
de ſolutionibus, text. in l. ſed ſi pecunia.
§.1.ff.de reb.eor.qui ſub tutel.facit ad hoc
text. in l.non videntur. §.qui iuſſu.ff. de
regul iur.& in c.quod quis mandato.eo.
titul.in 6. Secùs eſt ſi quis in propria au-
15 thoritate, ſuaque ſponte † ſuper iniuria
tranſigat: quia tali caſu tranſigens infa-
mia notabitur,per regulam,quòd tranſi-
gens crimen quodammodò fateri videa-
tur,text.in d.l.non damnatos,gloſſ.ibid.
in verb.ſed pactos. & text.in l.quoniam.
ff.de his qui not.infam.Hinc eſt quòd in
16 † Camera tranſactiones ſuper iniurijs
non confirmentur, licèt aliâs contra-
ctuum confirmatio à iudice poſtulari
poſſit & fieri debeat, per text.in l.ſi quis
ſpontaneos.C. de decurionibus, libr. Io.
Batt.& Plat.ibid. Vide ſuprà eod.Obſer-
uatione prima. Ita denegata eſt confir-
matio trãſactionis in cauſa iniuriarum
Sebaſtiani Linckn/ contra Philippum à
Neuberg/17.Nouembris. Anno ſexageſi-
motertio. & in cauſa Fuddern/ contra
Chriſtophorum Stnſſtn. Quapropter
tranſigere volẽtes ſuper iniuria, vel alia
aliqua actione famoſa,adhoc vt infami-
am euitent, circumſpecti eſſe debent,vt
videlicet talis tranſactio iudicis ordina-
rij, vel magiſtratus authoritate fiat, per
iura allegat. Quintò fallit,ſi † pacto gra- 17
tuito, nulla data pecunia iniuria remit-
tatur,nam hoc citra infamiæ notam fie-
ri poteſt, per tex.in d.l,athletas.§. item ſi
quis.Barto.ibid.nu.2.d.l.non damnatos.
& d.l.furti.§.ſi quis alieno, text. in l. ſi ti-
bi.§.quædam.ff.de pactis. Bart.ibid. nu.1.
text. in l. ſi vnus. §. pactus nè peteret.ff.d.
tit.vbi Bart.nu.4.& num.25.dicit,obliga-
tiones famoſas ipſo iure pacto tolli,per
rationem, quòd actiones deſcendentes
ex maleficio nõ cauſentur ex conſenſu,
& ſic ſint debiles, ita vt pacto rectè tol-
lantur:prȩtereà quia pœnales,ideò odio-
ſæ.ſic Bart.in d.§.quædam. Aliud eſt ſi † 18
pactum non ſit gratuitum, quo caſu pa-
ciſcentem comitatur infamia, quia tale
pactum eſt inſtar tranſactionis, & nõ ſo-
lùm inſtãtiam, ſed actionem ipſam peri-
mit, Bart.pulchrè in d.§. item ſi quis,nu.
2.gloſſ.in d.§. ſi quis alieno, in verbo,in-
humanum. vbi ex hoc infert, gratis ali-
quid fieri poſſe,quod precio dato prohi-
bitum ſit,per allegata ibid.

OBSERVATIO CIII.

Actione iniuriarum conuentus, ſi antè ſententiam æſtimationem iniuriæ ſoluat, an infamiam euitet.

SVMMARIA.

1 *Solutione æſtimationis actio iniuriarum tollitur.*
2 *Parti a ſunt concluſum eſſe in cauſa, vel ſententiam eſſe latam.*
3 *Aliud eſt confiteri iniuriam, aliud ſoluere æſtimationem.*
4 *Iniuriæ æſtimatio quomodò facienda.*
5 *Concluſio in cauſa iniuriarum non infamat, ſed ſententia.*
6 *Abſolutoria ſententia ante condemnationẽ in actione iniuriarum qualis.*
7 *Sententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij qualis.*

Quidam

QVidam actione iniuriarum con-
uentns,non ſolùm poſt concluſio-
nem in cauſa, verùm eriam poſt ſenren-
1 tiam præambulam, rarione † æſtimario-
nis iniuriæ,obtulit ſolutionem ſummę,
ſecūdùm quam actor iurare debebat, ad
effectum ſcilicet euirandi inſamiā. Quæ-
ſitum, an ſolutio admitti deberet: vide-
batur dicendum quòd non. Primò,quia
certus de condemnarione, offert ſolu-
tionem: & ſic in effectu pro cōdemnaro
habetur, cùm paria ſint, aliquem con-
demnatum eſſe, vel ex proceſſu apparere
condemnandum fore,text.ſolennis in l.
qui pœnæ.§.Diuus.ff.de manumiſſionib.
ibi, cùm futurum proſpiceret vt cōdem-
naretur,Iaſ.in l.naturaliter.§.nihil com-
mune,nu.109.ff.de acquir.poſſ. Secundò
quia res non videbatur amplius eſſe inte-
gra,propter delatum & præſtitum ab a-
ctore iuramentum,per norara Dd.in d l.
1.§.biduum.ff. quand. appell.ſit. Tertiò,
2 quia † paria ſunr cōcluſum eſſe in cauſa,
vel latam eſſe ſententiam,tex.in c.paſto-
ralis,de cauſ.poſſ.& propriet. & in l.ſi rē,
§.fi.ff.de euictio.ibi, dum tamē ne prope
ipſam cōdemnationem id fiat,gloſ.ibid.
in verbo,condemnationē,tex.in l.quam-
uis indubitati.C.ad l.Iul.de adulre Bald.
ibid. Fel.in c.cum dilectus,nu.1.vſque ad
nn.10.de fid.inſtru.& in c.cum te à B,nu.
7.de ſent. & re iudic. Iaſ.in d.l. naturali-
ter.§.nihil commune, nu.112. Hippol. in
pract.crim.§.ſequens,nu.14.cum ſequen.
vbique latè vide de effectibus concluſio-
nis. Iſtis ramen non obſtantibus conclu-
ſum fuit, reum ad ſolurionem admitren
dum eſſe, per rexr.in l. ſi reus.ff.de procu-
rat.Barto.ibid.num.4.& Ange.nu.1.imò
pro caurela rraditur,quòd actione famo-
ſa conuentus, qualis eſt iniuriarum, per
iura ſuprà eod. Obſeruatione proxima
allegara, ante ſententiam condemnato-
riam ſoluat, quia hoc pacto euirabit in-
famiam,per d.l.ſi reus,& doctrinam Bar.
in l. iuſiurandum & ad pecunias.§ cùm
res, num.1. ff. de iureiur. quem commu-
niter ſequuntur Dd ibid. Alexan. num.
2.& 3. Caſtr. num. 5. Iaſon num.2. Salice.
num.10. Bart.in l.infamem,num.11.ff.de
publ.iud. Idem in l.ictus fuſtium,nu.5.ff.
3 de his qui not.infam. vbi dicit, quòd † a-
liud ſit confiteri, aliud ſoluere: is enim
qui confitetur, pro condēnato habetur,
tex.in l.vnica.C.de confeſſ.& ideò meri-
to ex edicto prætoris infamia notatur: at
qui ſoluit, nō confiretur vt condemne-
tur, ſed vt euadar iudiciū,rex.in §.fi.Inſti.
de perpet.& temp.actio. Hanc caurelam
tradunt quoq; Panor. in d.c. cùm te à B.
nu.2.& 6.Feli.ibid.nu.7. Non obſtant ſu-
prà in contrariū adducta, & primò,quòd
poſt delatum iuramentū certus ſit Reus
de condemnatione: quia † iniuriæ æſti- 4
matio, ſiue agatur actione prætoria,ſiue
ciuili, iuramento eius, qui iniuriam paſ-
ſus eſt,fieri debet,text.in §.pœna, Inſt.de
iniur.glo.notab.in l. iniuriarum æſtima-
tio.ff.eod.riru.nè aurem in infinitum iu-
retur,iudex ad certam ſummam per ſen-
tentiam iuramētum defert,text.in l.con-
ſtitutionibus,ff.de iniur. & in d.§.pœna.
Inſti.eod. pleniſſimè Dd.in l. ſi non con-
uicij.C.eod.gloſſ.in l.iniuriarum ęſtima-
tio, vbi Bart.ff.eod. Panormi.in d.c.cùm
te à B.nu.23. ex qua quidem ſententia iu-
dicis,cùm ſit inrerlocuroria,(nam iuſſus
iudicis de iurando, non definit cauſam,
niſi ſequatur ſenrentia iudicis condem-
natoria ſuper principali,rex.in l.cùm iu-
dex.C.de ſenren. & interloc.omn.iudic.
Bart.ibid.nnm.6.Salic.num.1.) parti nul-
lum ius quæritur, niſi quóad ſummam
iuraram: poſtquam enim iurarum eſt,
iudex non poteſt interlocutoriam il-
lam reuocare, Salicer. in d.l. cùm iudex,
& ſic in effectu ſimiliter ad ſecundam
obiectionem reſponſum eſt. Non ob-
ſtar quoque cauſæ concluſio, quia ſolu-
rio poſt concluſionem facta, non red-
dir ius aduerſarij deterius, nam conſe-
quitur ſummam iuratam, Felin.in d.c.
cùm te à B.num.7. Prætereà concluſio
& ſententia non ſunt paria, quandò di-
uerſa vtriuſque eſt ratio, Felin.vbi ſuprà,
quemadmodum hoc caſu: in † actione 5
enim iniuriarum concluſio non inſa-
mat, ſed ſententia, Dd. in d.l. iuſiuran-
dum & ad pecunias. §. cùm res. ergo
antequàm ſententia fertur, res adhuc in-
tegra eſt: imò tutius eſt ſolutionem vſ-
que ad ſententiam diffinitiuam excluſi-
uè differre & extrahere, Feli. in d.c. cùm
te à B. Ita concluſum in cauſa Schwei-
ßein / contra Ioannem Veiten Megen-
ßen / 3. Septembr. Anno 67. Solutio
autem plenè fieri debet, ſecundùm ſum-
mam in ſententia præambula ſpecifi-
catam,

catam, Ita vt actoris amplius non inter-
ſit ferri ſententiam, Angel. in d.l.ſi reus,
num.3.Feli.in d.c.cùm te à B.num.7.ver-
ſicu.limita quartò.& eo abſente,pecunia
ſtatim poſt publicatam ſententiam præ-
ambulam, iudicialiter offerri debet, ne
præter opinionem condemnatoria ſe-
quatur,Barto.in d.l.ſi reus,num.5.Ange.
ibid.num.2.cum ſequen. Plat.in §. final.
num.25.Inſt.de perp.& temp.actio. Quo-
6 modò autem reus † ſolutione ante ſen-
tentiam cõdemnatoriam ſacta, abſolui
debeat, an ab inſtituta actione, an verò
ſolùm ab obſeruatione iudicij, variant
Dd. opiniones, Fab. in §.fi.num,3.Inſtit.
de perpe.& tempo.actio. cõcludit, reum
diffinitiuè abſoluendum. id quod Ful-
go.quoque ſequitur, per quatuor funda-
menta in d.l. iuſiurãdum & ad pecunias,
§.ait prætor.ff.de iureiur.num.3,cum ſeq.
adducta, ſed Accurſ. in d.§.fi.in verb.ab-
ſoluere,concludit, reum hoc caſu ab ob-
ſeruatiõe iudicij abſolui debere, eò quòd
ſolutione ejus quòd debetur, omnis ob-
ligatio ſublata, ipſaq; cauſa extincta ſit,
text.in §.1.Inſtit.quib.mod.toll. oblig. &
in l.ſolutionem.ff. de ſolutio.ſequuntur
Accurſ. Bartol.in d.l.iuſiurandum & ad
pecunias. §. cùm res, num. 1. Caſtr. ibid.
num.5.Iaſ.num.2. Feli.in d.c. cùm te à B.
num.5.de ſent.& re iudic. Barto. in l. in-
famem, num.11.ff. de public. iudic. Plat,
in d.§ fina.num.25. quæ quidem abſolu-
toria hoc caſu vim diffinitiuæ habet,per
notata Barto.in l.Titia, num.4. cum ſe-
quen.de accuſat.Iaſon in l.properãdum,
§.& ſiquidem,num.17.C.de iudic. Idem
in d.l.iuſiurãdum, & ad pecunias.§. cùm
7 res,nu.2. licèt aliàs † ſententia abſoluto-
ria ab obſeruatione iudicij ſit Interlocu-
tória,cùm nõ definiat totum negotium,
ſed remaneat facultas iterum agẽdi, per
gloſſ.in l.harum,in verbo, abſoluetur.ff.
ſi ſeruit.vendic. Bald.ibid.in fin. Caſtr.ſi-
militer num.2.Iaſon in d §.& ſiquidem.
Et hanc opinionem gloſſ.Barto. & alio-
rum Camera ſequuta eſt in præallegata
cauſa : reus abſolutus fuit ab inſtantia
propter ſolutionem ante diffinitiuã fa-
ctam: ſed in expenſis cõdemnatus, quod
hoc caſu fieri debet, vt notant Innoc.in
c. finem litibus, num.12. de dolo & con-
tumacia. Fab in d.§. final. num.3.Platea
ibid.num.26.

OBSERVATIO CIIII.

Iniuria ſcripta an ſit verbalis, & an-no tollatur.

SVMMARIA.

1 *Iniuria ſcripta verbali comparatur*
2 *An iniuria ſcripta anno tollatur.*
3 *Scriptura ſemper loquitur.*
4 *Scriptura habet actum permanentem.*

INiuriam per ſcripturam illatã,
vt ſi quis aliquem literis ſamoſis
traducat,nõ eſſe realem,ſed ver-
balẽ,pulchrè tradit Ludo.Roman.conſ.
378.nu.1. Capel.Toloſ.deciſ.127.in addit.
circa finem,per tex.in l.lex Cornelia.§ ſi
quis librum, ff. de iniur. vbi I.C. per om-
nia † iniuriam ſcriptam comparat iniu- 1
riæ verbali, non ſolùm quóad pœnam,
verùm etiam quóad delicti qualitatem:
quod non ſaceret, ſi verbalis non eſſet,
quia realis iniuria grauior eſt. ad idem
eſt tex.in l.item apud Labeonem.§.con-
uicium.ff.eod. titul. An autem hæc in-
iuria, cùm verbalis ſit, anno tollatur, ſe-
cundum diſpoſitionem l. ſi non conui-
cij. C. de iniurijs, probabiliter dubitari
poſſet, Zaſius in l. cùm lex, num.4.ff. de
legib.tenet, iniuriam † ſcriptam, vel pi- 2
ctam anno nõ tolli, per rationem, quòd
† ſcriptura ſit perpetua, ſemper maneat, 3
ſemperque loquatur, allegat ad hoc l.
Arriani.C.de hæretic. facit text.in l.quæ-
dam.§ nummularios.ff.de eden.ibi,qua-
rum probatio ſcriptura continetur, Bal.
in l.vnica, nu.5,circa finem.C. de confeſ-
ſis, vbi dicit, ſcripturam † habere actum 4
permanentem, ſed nõ confeſſionem vi-
ua voce factam,Hippolit.ſing.469.incip.
viua vox, glo.in d.l.quædam.§.nummu-
larios,in verbo,decurritur, Alex. conſil.
245.num.1.cum ſeq.volu.6.incip.ponde-
ratis his,id quod Schenck quoque obſer-
uauit concluſ. 108. & Camera in decer-
nendis proceſſibus ſequitur, nam ſi iniu-
ria ſcriptura facta ſit,temporis ratio nul-
la habetur, hoc eſt, vtrùm intrà annum
intẽtata ſit,nec nè, ſed inſtar realium in-
iuriarum perpetua eſſe cẽſetur:vnde poſt
annum quoq; intentari poterit. Ita con-
cluſum in cauſa Pauli Wodeſeto/contra
Georgium Vrangel/25.Septembris. An-
no ſexageſimoſeptimo. An autem an- 5
nus in actione iniuriarum verbalium,
currat de momento, in momentum, vel
demùm

demùm à tempore ſcientiæ, vide Obſer-
uationem ſeqnentem.

OBSERVATIO CV.

Annus in actione iniuriarum prætoria, quando currere incipiat.

SVMMARIA.

1 *Annus in actione iniuriarum à tempore ſcientia currit.*
2 *Tempus continuum eſſe intelligitur, ſi contrarium non ſit expreſſum.*
3 *Actio iniuriarum odioſa.*
4 *In actionibus prætorijs tempus intelligitur vtile eſſe.*
5 *Præſcriptio non currit ignoranti.*
6 *Ignorans non eſt negligens.*
7 *Allegatio ignorantiæ an ſufficiat.*
8 *Ignorantia regulariter non nocet.*

QVæſitum, vtrùm in † actione ver-
balium ininriarum annus ſtatim à
tempore illatæ iniuriæ, an verò à tem-
pore ſcientiæ currere incipiat: hoc eſt,
an annus ſit continuus, an verò vtilis,
Accurſius in l. ſi non conuicij.C. de in-
iur. in verbo, annus, tenet continuum
eſſe, id quod Cyn. ibid. num.5. & Alber.
num.4. ſequuntur. Rot. deciſ. 2. num.2.
de iureiur. in nouis, in vtranque pattem
diſputat, & concIndit cum Accurſ. an-
num eſſe cõtinuum, ex iſtis potiſſimùm
rationibus. Primò, quia d.I. ſi non con-
uicij, ſimpliciter anni mentionem facit,
quare de continno anno intelligenda
eſt: quoties enim in iure non exprimi-
2 tur † tempus eſſe vtile, ſemper continuũ
eſſe intelligitur, text. in l. genero. ff. de his
qul not. infam. Bart. ibid. num.1. tex. in l.
fina. ff. de diuerſ. & temp. præſcript. & in
l. ſiue pars. C. de dilatio. gloſſ. notab. in
Clem. vnica, in verbo, continuum, de re-
ſtit. in integr. Dd. ibid. Felin. in c. venera-
3 bilis, nu.7. de iudic. Deinde, quòd † actio
iniuriarum ſit odioſa, ideoq; reſtringen-
da potius quàm extendẽda, tex. in l. inter-
pretatione. ff. de pœn. & in c. odia. de re-
gul. iur. in 6. text. in l. factũ cuiq;. §. fi. ff. eo.
tit. Sed iſtis non obſtantibus contrarium
concluſum: videlicet, annum in actione
iniuriarum non eſſe continuum, ſed vti-
lem: hoc eſt, non currere ignoranti, ſed
tantùm ſcienti, idque ex ea potiſſimùm
4 ratione, quòd in omnibus † actionibus
prætorijs temporalibus, tempus intelli-
gatur vtile. Prætores enim in edictis ſuis
conſueuerunt loqui de anno vtili, tex. in
§.1. Inſtit. de perpet. & tempor. actio. Præ-
tereà notum eſt, † præſcriptiones contra 5
actiones pœnales prætorias temporales,
currere tantùm ob moram, & negligen-
tiam nõ agentium: ſed in omni præſcri-
ptione, quæ ex negligentia alicuius cur-
rit, neceſſe eſt, vt initio ponantur ea, quæ
negligentiam inducunt, text. in l.1. §. fin.
C. de anna. excep. Bart. in d. l genero, nu.
4. Schurff. conſ. 61. nu. 6. centur. 1. ſed † ig- 6
noranti nnlla negligentia imputari de-
bet, tex. in d. l. genero, gloſſ. ibid. in verbo,
ne ignorãtia, tex. in l, illud. §. ſi tamen ig-
norans. ff. de tributo. act. & in l. cum. ff. de
public. in rem act. prout pluribus rationi-
bus hanc opinionem illuſtrat Schurff.
loco allègato, vbi ad contraria reſpon-
det. eam quoque tener Baldus in d. l. ſi
non conuicij. Barto. expreſſè Inſtit. de in-
iur. §.1. nunı.2. in fin. In Camera Impe-
riali iuramentum parti † alleganti igno- 7
rantiam, iniũgitur, vt ſcilicet iuret, quòd
à tali tempore primùm in notitiam ir-
rogatæ iniuriæ venerit. Quod procedit,
ſi ab aduerſario ſcienti in puncto deuo-
lutionis non fuerit probata. Ignorantia
enim quia conſiſtit in intellectu, vel con-
ſcientia, iuramento eius, qui eam alle-
gat probatur, text. in c. paſtoralis, in fi-
ne, de except. & in c. fina. §. fin. qui matri.
accuſ. poſ. text. in c.1. de contr. inter dom.
& empto. gloſſ. ſingul. in c. ſignificâſti: el.
1. de homicid. in verb. ſi ita eſt. Barto. in l.
inter omnes. §. rectè, nume. 2. ff. de fur.
Et † regulariter negligentia nemini dam- 8
no eſſe debet, vt plenè notat Hippol. in l.
qui ignorans. ff. ad l. Cornel. de falſ. nu.
9. cum ſequen. in l. qui falſam, num. 65.
ff. eod. titu. per iura ſuprà allegata. Præ-
ſtito itaque iuramento ſuper allegata
ignorantia, lltis conteſtatio, annali præ-
ſcriptione non obſtante, citato iniungi-
tur, & in cauſa inluriarum principaliter
proceditur. Quanrum verò ad decernen-
dos & obtinendos proceſſus, putà cita-
tionem attiner, ſola Ignorantiæ allega-
tio, ad eam obtinendam in Camera ſuf-
ficit, cui tantiſper creditur, donec con-
trarium per citatum in puncto deuolu-
tionis, vt dictum eſt probetur, vulga. l.
cùm quædam puella, ff. de iuriſdict. omn.
iudic. Bart. Alexan. & communiter Dd.
ibid. regulariter enim ad fundandam iu-
riſdi-

riſdictionem iudicis, ſtatur nudis narta-
tis ſupplicantis, d.l. cùm quædam puella,
& ibid. Dd. vide ſuprà lib. 1. Obſeruat. 31.

OBSERVATIO CVI.

Iuramentum purgationis in actione iniuriarum an reo deferri poſsit.

SVMMARIA.

1. *Verba iniurioſa animo iniuriandi prolata præſumuntur.*
2. *Confeſsio eſt firma probatio.*
3. *Subiecta talia ſunt qualia prædicata demonſtrant.*
4. *Iniuria non fit ſine animo iniuriandi.*
5. *Innocentia cum iuramento probatur.*
6. *In coniunctis perſonis, iniuriandi animus non præſumitur.*
7. *Confeſsio qualificata an ſine qualitate acceptari poſsit.*
8. *Iniuria calore iracundiæ dicta an reuocari poſſit.*
9. *In delictis calor iracundiæ non excuſat.*
10. *Actus calore iracundiæ geſtus an valeat.*
11. *Iracundiæ calor quando vitio careat.*
12. *Doloris magnitudo & vehemens iracundiæ calor pœnam alleuiat.*

QVæſitum, vtrùm in actione iniutia-
rum reo purgationis iuramentum
1 deferri poſſit, quòd nimirùm † verba in-
iurioſa animo iniuriandl non protule-
rit. De ſtricto iure certum eſt iuramen-
tum purgationis à reo iudicialiter obla-
tum, in actione iniuriarum locum non
habere. eò quòd omne verbum iniurio-
ſum animo iniuriandi prolatum præ-
ſumatur, niſi contrarium probetur, per
rexr. in l. ſi non conuicij. C. de iniur. gloſſ.
ibid. in verbo, probare. Bald. num. 1. &
communiter Dd. Socin. ſenior conſil.
146. num. 7. volum. 1. incip. Viſo proceſ-
ſu. Pariſ. conſil. 149. nume. 19. volum. 4.
incip. In præſenti cauſa. vbi dicit, com-
munem eſſe omnium Dd. opinionem.
Boſſius titul. de Iniur. num. 22. Iul. Cla-
rus libr. 5. ſenten. §. Iniuriam. verſic. quæ-
ro nunc, vbi ſimiliter dicit communem
opinionem, quòd is qui inlutiam lntu-
lit, non poſſit vti exceptione illa, quòd
animum iniuriandi non habuerit: quia
præſumptio eſt contra ipſum, rex. in d. l.
ſi non conuitij, & in confeſſum nullæ a-
liæ ſunt parres iudicis, quàm in condem-
nando, text. in l. proinde, la. 2. §. fi. ff. ad l.
Aquili. & in l. poſt rem iudicatam. ff. de
re iudic. text. in l. t. & in l. Iulianus. ff. de
confeſſ. cùm † nulla fortiot in iure pro- 2
batio ſit, quàm partis aduerſæ confeſſio,
text. in l. vnica. C. de confeſſ. & in l. cer-
tum. ff. eod. tit. text. in l. qui de inofficio-
ſo. ff. de inoffic. teſtamen. ideò condem-
nari, non iuramentum purgationis ei
deferri debet, text. in d. l. certum cum §.
fin. Quod tunc demùm locum habet,
quandò actor intentionem ſuam nō ple-
nè probauit, text. in c. fin. §. fina. extrà de
iureiur. Dd. ibid. & in l. admonendi. ff. de
iureiur. quò pertinet, quòd † talia ſint 3
ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant,
& è contrario, per text. in l. ſtipulatio iſta
habere. §. hi qui. ff. de verbor. obligar. Iaſ.
ibid. num. 2. text. in l. 3. ff. de fund. inſtruc.
l. quoties, in fine. C. ſamil. erciſcun. gloſſ.
in c. inter dilectos. §. cæterum, ln verbo,
nequiuiſſent, de fid. inſtru gloſſ. ln c. du-
dum. §. fin. in verbo, prohibemus, de de-
cimls. Hac tamen communl oplnione
non obſtante, iudicem ex æquitate, con-
ſideratis perſonis, & iniuriæ circumſtan-
tijs, an à propinquo, vel amico ſacta ſit
iniuria, nō publicè, ſed priuatim, tale iu-
ramentum purgationis reo deferri poſſe
exiſtimo: nam notum eſt † iniurlam abſ- 4
que animo iniuriandi non committi,
text. in l. illud ff. de iniur. Roma. conſ. 96.
per totum. Et † innocentiam iuramen- 5
to, cùm in animo conſiſtat, probari poſ-
ſe, per text. in l. furti. §. qui iuſſu ff. de his
qui not. infam. gloſſ. ibid. in verb. inno-
centiam. Hoſtienſ. ln ſumma, titul. de
purgatione Canonica, nume. 3. in verb.
quando ſit indicenda. Et pro hac æqui-
tate, ſiue potiùs limitatlone communls
opinionis, facit optimè text. in d. l. furti,
§. qui iuſſu. iunct. gloſſ. ibid. text. in l. non
damnatos. §. fin. C. de his qui not. inſam.
text. in d. c. fina. §. fi. extra de iureiur, gloſ.
ibid. in verbo, probatione, text. in l. præ-
ſenti. §. ſicuti. C. de ijs qui ad Eccleſ. con-
fug. Facit ad idem regula, quòd actus a-
gentium non operentur vltrà eorum in-
tentionem, tex. in l. non omnis numera-
tio. ff. ſi cert. petat. Item quòd iudex defi-
ciẽte actore in probatione, reo veriſimi-
libus præſumptionibꝰ grauato, ad oſten-
dendam ſuam innocentiam, inramen-
tum purgationis deſerre poſſit, text. in d.
c. fina. §. fina. Hoſtienſ. ſingulariter loco
citato. Et ſecundum hanc limitationem

in Camera,in cauſa quadam iniuriarum
inter propinquos iudicatum memini.
Iudex tamen in deferendis huiuſmodi
iuramentis purgationis, non facilis, ſed
prouidus & circũſpectus eſſe debet, con.
ſiderando perſonas, locum & tempus,
à quo, vbi, & quando iniuria facta ſit,
iuxta tex.notab.in l.Pedius.ff. de Incend.
rui.naufrag.& in l.aut facta.§.perſona.ff.
de pœnis. nec ſtatim ad cuiuſlibet peti.
tionem huic iuramẽto locum dare, pro.
pter præſumptionem iuris, quæ eſt con.
tra iniuriantem, d. l. ſi non conuicij.&
ibid. Dd. Nam aliud eſt,ſi iniutia à pro.
pinquo, aliud ſi ab extraneo irrogata ſit:
6 in † propinquis enim & coniunctis per.
ſonis, item magiſtris, & maioribus,cor.
rigendi,potiùs,quàm iniuriandi animus
præſumitur,text.in l.vnica.C.de emend.
propinq. & in l. ſed etſi. §. ſi magiſter.ff.
ad l.Aquil. gloſſ.notab. in l.veſtem.ff.de
iniur.in verbo,teſtimonium,quæ dicit p
illum text. quòd ratio ſanguinis tollat
præſumptionem inferendæ iniuriæ, fa.
cit ad hoc tex.in l.ſi hi qui adulterij.C.ad
l. Iuli. de adult. ibi, obtentu proximita.
tis,& in l.penult.§.fi.ff. quod falſo tuto.
autho.geſt.eſſe dice.ibi,affectu enim pro.
penſiore magis quàm dolo malo id vi.
deri feciſſe. Bartol.in l.vt vim,num.4.in
fi.ff.de iuſtit.& iur. Angel. in tracta. ma.
lefic. in verbo,verba iniurioſa,num.1.&
3.mihi fol. 355. vbi dicunt, quòd iniuria,
quæ fit à parẽte vſque ad ſeptimum gra.
dum, non præſumatur animo iniurian.
di fieri.Salic.in d.l.ſi non conuicij,num.
4.pulchrè diſtinguit : vtrùm is qui iniu.
riam feciſſe dicatur,talis ſit perſona,quæ
præſumptionem iniuriæ ceſſare faciat,
vt ſi magiſter diſcipulum verberauerit,
d.l.ſed etſi.§. ſi magiſter, text.notab. in l.
item quæritur.§. item Iulianus.ff. locati.
an verò talis quæ non facit ceſſare præ.
ſumptionem iniuriæ.Idem tradit Socin.
ſenior conſ.118.nu.5 in fi. volum.1.incip.
Viſa narrati,&c. Non obſtat huic limi.
7 tationi † confeſſio Rei,quia licèt ea ab a.
ctore ſine qualitate adiecta,propter con.
trariam præſumptionem iuris accepta.
ri poſſit, per text. in c. cùm veniſſent, de
inſtitu.Panorm.ibid.nu.7.& nu.12.Alex.
conſ.99 nu.2.volu.7.incip. circa vltimũ,
Mattheſ.ſingu.37.nu.8.incip. nota quod.
Dd.in c.1. de confeſ. in 6. tamen non ex.
cludit reum à probatione adiectæ quali.
tatis : putà, quòd verba talia animo in.
iuriandi non protulerit. per notata Pa.
norm. in d. c. cùm veniſſent,nume.7. &
nu.12. at iſta qualitas,cùm in animo con
ſiſtat, vt animus neque videri, aut tangi,
vel percipi poſſit, facit tex in l.reprehen.
denda.C.de inſtit.& ſubſtit. gloſſ.ibid.in
verbo,comprobaſti,vtriq;nõ aliter,quàm
iuramento probari poteſt, vide Guido.
Pap.conſ.223. Facit etiam pro confirma.
tione huius limitationis,quòd reus con.
feſſionẽ ſuam declarare poſſit, text. in c.
cùm dilecti, extr.de accuſat.gloſſ.ibid.in
verb.reſponſionem. Bald.in l.ſiquidem,
nu.4.in fin.C.de except. Præterea ſecun.
dùm quoſdam † iniuria verbalis calore 8
iracundiæ dicta reuocari poteſt, præſer.
tim ſi incõtinenti fiat reuocatio, per tex.
in l.quicquid calore.ff.de regul.iur. & ita
pro ſingulari tenet Lanfran. in c. quoni.
am contrà, cap.7.de confeſſion.nu.11.ſe.
quitur Feli.in c.dilecti filij,num.16.de ex.
cept.Hippol.ſingu.626.incip. Calor ira.
cundiæ:licèt contrarium teneat Capella
Tholoſ.deciſ.409. Boſſ.tit.de iniur.nu.
22.Hiero.Cagnol.in d.l.quicquid calore,
num.11.Iul.Clar.libr.5.ſenten.ritul.de in.
iur.verſ.fin.per rationem illam,quòd in
† delictis calor iracundiæ non excuſet : 9
aliâs raro delinquentes punirentur, quia
plerunque calore iracundiæ delinquunt,
licèt ſecùs ſit in contractibus, Bald.in d.
l.ſi non conuicij, num.2.C. de iniur. vbi
dicit, quòd quædam ſunt quæ ſortiuntur
iuris effectum, vt contractus, confeſſio,
votum,repudium,iuramentum,exhære.
datio, & ſimilia : & iſta † nihil operan. 10
tur,ſi fiant calore iracundiæ, niſi poſteà
acceſſerit perſeuerantia, quia non pro.
cedunt ex animo : cùm ira, mentis alie.
nationem inducat, text. in l. ſi adulteri.
um.§.Imperatores.ff.ad l.Iul.de adulter.
text.in c.ſi quis iratus,2.quæſt.3.Hippo.in
pract.crim.§.quoniam,nu.62.& num 66.
Felin.in c.ſicut ex literis, num 3. de iure.
iur.intellige iſta de immoderata ira,quæ
mentem & rationem perturbat, non de
leui ira,& calore iracundiæ, Felin. & alij
vbi ſuprà. Quædam non ſortiuntur iuris
effectum,vt maleficia : & in iſtis non at.
tenditur iracundia,ne crimina maneant
impunita,ſic intelligenda eſt d. l. quic.
quid calore, refert & ſequitur Felin.in d.
c.dile.

c.dilecti filij nu.15. Roma.pulchrè ſingu.
514.nu.5.incip. Volo commentari. Hie.
rony.Cagnol.in d.l.quicquid calore, nn.
3.Iaſ.in l.ſi filiam.C. de inoffic.teſtamen.
vbi omninò vide de ſingulis,cum allega.
tionibus & limitationibus. In ſumma,
11 calor † iracundię inconſultus tunc vitio
caret,& impunitus eſt, quoties actus ſine
præiudicio tertij,vel aduerſarij retractari
poteſt,vt in diuortio, & alijs recitatis ex.
emplis, text.in l.diuortium, la.2.ff. de re.
pudijs, ſecùs ſi actus ſine læſione & præ.
iudicio aduerſarij retractari nequeat, vt
in actione iniuriarum: quia reuocata in.
iuria calore iracundię facta,non tollitur
12 læſio iniuriati,d.l.ſi non conuicij, licèt †
magnitudo doloris, & vehemẽs iracun.
diæ calor pœnam alleuiare poſſet, per ea
quæ notaui infrà eod. Obſeruat.110. nn.
32. Ita concludit Felin.in c.cùm te, nn.8.
circa finem, de ſent. & re iudic. & in d.c.
ſicut ex literis,nu.4.de iureiur.

OBSERVATIO CVII.

De tutorio, & curatorio, & quomodò actores conſtituantur.

SVMMARIA.

1. *Tutorium & curatorium actor conſtitutus à tutore vel curatore, in iudicio producere debet.*
2. *Sententia contra tutorem illegitimum, non præiudicat pupillo.*
3. *Iudicium cum pupillo ſine tutore agitatum nullum eſt.*
4. *Exceptio falſi procuratoris etiam in executione opponi poteſt.*
5. *Teſtamentarij tutores quomodo actores conſtituant.*
6. *Actor decreto iudicis conſtituitur.*
7. *Quomodo contra infantem procedendum.*
8. *Quando periculum eſt in mora, iudex pupillo ex officio curatorem ad litem dare poteſt.*

1 ACtores † conſtitui à tutoribus
& curatoribus nõ datis aut con.
firmatis in Camera,ſed ab infe.
riore magiſtratu,& ordinario iudice pu.
pilli, vel adulti, tutorium vel curatoriũ
vnà cum actorio iudicialiter prodncere
& exhibere debent, vt iudici & parti ad.
uerſæ conſtare poſſit eos eſſe tutores, vel
curatores legitimè conſtitutos: non e.
nim creditur nudæ aſſertioni tutoris, ſi
in actorio dicat, ego N. tutor vel cura.
tor,conſtituo talem actorem & procu.
ratorem, per ea quæ notat Spec.in tit.de
procuratore.§.ratione, 2.num.13. verſ.il.
lud quoque, Bart.in l.ſi tutor.nu.10.C. in
quib.cauſ.in inreg.reſti.apoſtill. ad Bart.
in l.actor.ff. rem rat. hab. Vanti. latè de
nnllita. ex defect. inhabilita. ſeu mand.
num.148. cum ſequ. aliâs acta per huiuſ.
modi actores, tanquàm falſos procura.
tores,non valerent, tex.in l.qui neque.ff.
de reb.eorum qui ſub tutela. & † ſentẽtia 2
contra tutorem minus rirè conſtitutum
ipſo iure nulla eſſet, & pupillo non præ.
iudicaret,tex.in l.ſi tutor.C. in quib.cauſ.
in integr.reſtit. non eſt neceſſ. Bald.ſing.
ibid. num.1. Marant. part. 4. diſtinct. 16.
num.33. quia † iudicium cum ſolo pupil. 3
lo,abſque legitimo tutore agitatum,ipſo
iure nullum eſt, text.in l. iuſiurandum.§.
pupillus.ff. de iureiur. & in l. cùm & mi.
nores.C.ſi aduerſ.rem iudic.text.in l.1.C.
qui legit.perſo. ſtandi in iud. & in l. cla.
rum.C.de author.præſtãda.text.in l.acta,
§.fin.ff de re iudic. & in l.contra pupillũ.
ff.eod.text.in l.neque impuberes.ff.de in
ius vocan. Et † exceptio falſi procurato. 4
ris (quæ reddit iudicium retrò nullum,
& quandocunque opponi poſſet, etiam
poſt ſententiam) locum haberet, text.in
l.licèt.C.de procu. vbi Bal.nu.2.& nu.5.&
communiter Dd. Et hæc procedunt in
legitimis,item datis & confirmatis tuto.
ribus. Quòd ſi † teſtamẽtarij tutores dati 5
ſint, tunc ſufficit loco curatorij exhibere
copiam collationatam teſtamenti, vel
aliud legitimum documentum, ex quo
iudici conſtare poſſet, conſtituẽtes acto.
rem, eſſe teſtamentarios: nam ſola, & nu.
da allegatio, quòd videlicet reſtamenta.
rij tutores ſint, non ſufficit per iura alle.
gata, & ideò per interlocutoriam iniun.
gitur conſtituentibus, vt doceant ſe eſſe
teſtamẽtarios, vt in cauſa Stolberg/con.
tra Naſſaw/acht ſtuck ringuiegh belangẽd/
26.Ianuarij, Anno 68. Porrò ſi tutores vel
curatores in Camera dati vel cõfirmati
ſint, tunc non requiritur tutorium, vel
curatorium, quia iam notorium eſt iudi.
ci, conſtituentes actorem, eſſe legitimos
tutores, vel curatores. Debent autem † a. 6
ctores decreto iudicis conſtitui, text.in l.
vnic.C.de acto à tuto. vel cura. dato.§.fi.
Inſtit.de curat.& in l.decreto.ff.de admi.
niſt.tut.gloſ.in l.neq; tutores,in verb.de.
bent.C.de procu.vbi cõmuniter Dd. quo.
modò actores conſtitui debeant, glo.in l.

 actor,

actor.in verb.omnimodò. & ibid.Barto.
nu.2.ff.rem rat.hab.Specu.titu.de actore
conſtituto,num.4.cum ſeq.vbi formam
petendi actorem ponit. latè Angel. in §.
prætereà,nu.40.Inſt.de except. Bal.in l.ſi
actor.nu.1.C.de appell. Et ita in Camera
quotidiè obſeruatur,quia poſt pręſtitum
iuramentum, de rebus vtiliter gerendis
decretũ iudicis interponitur, hoc pacto:
Vnd iſt hierůber das gerichtlich Decret in-
7 terponiert. Quomodò † autem contra in-
fantem procedendum,vide omninò Af-
flict.deciſ.262. num.2. Maranta loco ci-
tato,nu.25. Dd. in l.neque impuberes.ff.
de in ius vocan. Breuiter diſtinguẽdum,
vtrùm infans tutorem habeat: an verò
non habeat. Primo caſu citabitur tutor,
vt cum eo iudicium agitetur, text. in l.1.
§.ſufficit.ff.de adm.tuto. Secundo caſu,
citandi ſunt agnati, vel cognati, vt veni-
ant defenſuri ipſum infantem, vel tuto-
rem ei dari curent, text. in l. hæc autem,
§.1.ff.ex quib.cauſ.in poſſ.eat.Alex.& Dd.
in d.l.neq; impuberes,Afflict.& Marant.
8 vbi ſup. Et caſu † quo periculum in mo-
ra verſaretur:putà ſi bona infantis eſſent
peritura, vel alia neceſſitas celeritatem
requireret, tunc iudex ex officio curato-
rem liti in ſubſidium dare poſſet, facit
optimè tex.in l.Fulcinius.§. vtrùm.ff. ex
quib.cauſ.in poſſ.eat. præclarè Bald.in c.
1.num.20. de milite vaſall. qui contum.
eſt, quem ad hoc omninò vide, vbi in
vtranque partem diſputat.Afflict.d.deci.
262.& Maran.loco allegato.

OBSERVATIO CVIII.

De curatore ad litem.

SVMMARIA.

1 *Minor non habet perſonam ſtandi in iudicio ſine curatore ad litem*
2 *Minor curatorem ad litem nominare debet.*
3 *Contumacia minoris non nominãtis curatorem, quomodo coerceatur.*
4 *Curatores ad litem quomodo in Camera conſtituantur.*
5 *Curator ad litem debet eſſe præſens.*
6 *Curatoris ad litem officium quamdiu duret.*
7 *Indefinita locutio æquipollet vniuerſali.*
Fallit in teſtib. ibid.
8 *Minor & pupillus authoritate tutoris vel curatoris rectè agunt & conueniuntur.*
9 *Minor in ſpiritualibus pro maiore habetur.*
10 *Filiusf.a. minor an ſine conſenſu patris agere poſſit, remiſſiuè.*
11 *Curator ad litem an inuentarium conficere teneatur.*
12 *Forma iuramenti curatoris ad litem.*

QVoniam † minor ciuiliter, vel cri- 1
minaliter conuentus,non habet le-
gitimam perſonam ſtãdi in iudicio, tex.
not.in l.clarum.C.de authorita.præſtan-
da, & in l. cùm & minores.C. ſi aduerſ.
rem.iud. Bar & Bald.ibid.cum iurib.ſup.
Obſer.prox. allegatis, ideò curator ad li-
tem(ein Kriegiſcher vormunder)ei dãdus,
qui ipſius nomine iudiciũ exerceat, text.
in l,1.§.fi.ff.de minorib.& in l.acta.§.fi.ff.
de re indic.Bart.ibid.Ang.in §.1.Inſtit.de
curatorib.num.3.& 6.Barto.in l.3.§.ſi pu-
pillus,num.1.ff.de tutel. Hunc † curato- 2
rem ipſemet minor nominare, eumq́ue
ſibi dari à iudice poſtulare debet, text. in
d l.3.§. ſi pupillus, Bartol. ibid. Sed quid
ſi de † induſtria,& in fraudem actoris nõ 3
petat ſibi dari curatorem, quo remedio
erit actori conſultum, vt iudicium ſor-
tiatur ſuum effectum? nam contra inde-
fenſos minores nulla ſententia proferri
debet, text.in d.l. acta.§.fin. Dicendum,
quòd tali caſu iudex ad inſtantiam & pe-
titionem actoris, minori mandare poſ-
ſit, vt intra certum terminum compa-
reat,nominaturus curatorem ad litem:
quo non comparente, neque curatorem
nominante, iudex ex officio curatorem
ad litem dabit, ne ex mora, & contuma-
cia minoris,iudicium magno actoris in-
commodo, diu in ſuſpenſo maneat,ad
hoc eſt tex.ſing.in d.l.3.§.ſi pupillus,text.
in l.1.C.qui petant tuto.vel curat.Afflict.
pulchrè deciſ.256.per totam.Maran.par.
4.diſtinct.16.num.36.apoſtilla ad Bartol.
in d.§. ſi pupillus. Et ita in Camera ob-
ſeruatum in cauſa Dietrich Aldenbuch/
cõtra Georgium Bonen/ Anno 61. quin-
to Decembr. & in cauſa Aldenbuch con- 4
tra Brempt / vbi ex officio datus curator
ad litem. Non obſtat d.l.3.§. ſi pupillus,
quòd videlicet curator dandus ſit pupil-
lo petẽti:quia intelligi debet in caſu ſpe-
ciali de quo loquitur, nimirùm, quandò
pupillus litem cum ſuo tutore habet:cæ-
terùm ſi cum alio extraneo litem habe-
at,procedunt ea quæ iam dicta ſunt,pró-
ut decidunt Afflict.& Marãta in locis al-
legatis, quos ad hoc omninò vide,Spe-
cul.tit.de curato.§.4. Hæc diligenter ob-
ſeruanda ſunt quóad minorem contu-

macem,

macem, qui malitioſè curatorem pete-
re differt: nam per iudicem ad hoc cogi,
eique inulto curator dari poteſt,§ item
4 inuiti. Inſtit. de curato. In † Camera hu-
iuſmodi curatores ſi à minore petantur,
decernuntur iudicialiter, et extraiudicia-
liter, per ſententiam vel decretum iudi-
cis, & deputantur plerunque procurato-
res iudicij Cameræ, in libello ſupplici,
vel iudiciali ſcriptura nominati. Cura-
5 tor † enim ad litem debet eſſe præſens, &
dari præſenti, d.l.3.§.ſi pupillus, Bart. ibid.
nu.3. Ang. in d.§.1.nu.6. Fab. ibid. num.3.
Inſtit. de curato. Specu. eod. titu. §.4. Et
licèt regulariter curator non detur inui-
tus, tex. in l.2.§.quæritur, ff. de curat. bon.
dan. poteſt tamen ex iuſta cauſa cogi, per
tex. in d.l.2.§.quæritur. Bar. Ange. & Fab.
vbi ſupr. facit tex. in l. munerum, §. defen
ſores, ff. de munerib. & honorib. Nomi-
nati quoque procuratores Cameræ, ſi
curatelam ex legitima cauſa ſuſcipere
nolint, omninò audiendi ſunt, text. in l.
penult. ff. de vacat. & excuſat. muner. tex.
in l. ſi longius. ff. de iudic. text. in l. iudex,
ff. eod. titu. text. in l. non ſolùm, §. ſi. ff. de
excuſat. tutor. & in c. ſi pro debilitate, de
offic. deleg. Obſeruãdum quoq; quòd in
Camera decernatur citatio ad vidẽdum
pupillo, vel minori dari curatorẽ ad li-
tem, ſi pars principalis lite pendẽte mo-
riatur, vt in cauſa Sirgenſtein / contra
Vuerneri Comitis Zimmeren pupillũ.
6 Horũ † curatorum poteſtas & officium
tãtiſper durat, donec cauſa ad quam de-
putati ſunt finiatur: finita cauſa finitur
quoq; cura: quia limitata cauſa, limitatũ
producit effectum, tex. in §. ſi inter tuto-
rem, Inſti. de autho. tuto. glo. in l. curato-
rem, in verbo, perſeuerare. ff. de tuto. &
curato. dat. ab his. niſi indiſtinctè & vni-
uerſaliter dati ſint: quia tunc ad oẽs cau-
ſas dati eſſe intelliguntur, per text. in d.l.
3.§.fin. ff. de tutel. Bart ibid. nu.1. gloſſ. in
d.l. curatorem, Specul. titul. de actore ab
vniuerſ.§.1. num.8. per allegata ibid. quia
7 † indefinita locutio, æquipollet vniuer-
ſali, tex. in c. quia circa. in fi. de priuil. glo.
ibid. in verb. indefinitè, text. in l. ſi ſerui-
tus. ff. de ſeruit. vrba. prædio. Barto. ibid.
in princ. text. in l. ſi pluribus. ff. de leg. 2.
gloſſ. ibid. text. in l. ſi plures. ff. de leg. 3.
gloſſ. in c. venerabili, in verb. vices ſuas,
de offic. & poteſt. iudic. deleg. quod tamẽ
non eſt perpetuò verum, prout pulchrè
declarat gloſ. in c. vt circa, in verbo, alio-
rum. de reſcript. quam ad hoc omninò
vide. & Iaſ. in l. ſub prætextu, num.5. C. de
tranſact. & in l. ſed etſi. §. quæſitum, num.
33. ff. ſi quis cautio. & in l.1. num.7. ff. ſi cer.
peta. Barto. in d.l. ſi pluribus, ff. de leg.2.
nam in dictis teſtium, indefinita non
æquipollet vniuerſali, quia dictum te-
ſtis neceſſariò concludere debet, Panor-
mit. in c. auditis, de reſcript. Hippol. ſing.
171. num.1. incip. audiuiſti. Porrò, quod
initio dictum eſt, minorem † non habe- 8
re legitimam perſonam ſtandi in iudi-
cio, fallit. Primò, ſi tutorem vel curatorẽ
habeat, quo caſu tam pupillus, quã adul-
tus cum authoritate tutoris, vel curato-
ris rectè agere, & conueniri poſſunt, text.
in l.2. C. qui legit. perſo. ſtand. in iudic.
hab. & in l. in vniuerſis. C. qui dare tuto.
vel curat. poſſ. tex. in d.l. cùm & minores,
C. ſi aduerſ. rem iudic. & in l. neque tuto-
res. C. de procurat. Iaſ. ibid. num.3. Secun-
dò, fallit in † cauſis ſpiritualibus & eccle- 9
ſiaſticis, quia in illis minor quatuorde-
cim annorũ pro maiore habetur: adeò
què ſine curatoris authoritate in iudicio
agendo, & defendendo ſtare, & procura-
torem conſtituere poteſt, per text. in c. ſi.
de iudi. lib.6. Dd ibid. De † filiofamiliâs 10
minore, an agere poſſit ſine cõſenſu pa-
tris, vide Spec. tit. de actore, §.1. Bar. in l. ſi.
§. neceſſitate. C. de bon. quæ lib. gloſ. ibid.
in verbo, imponenda. Item quid iuris
in profectitijs, quid in aduẽtitijs, caſtren-
ſibus, vel quaſi caſtrenſibus bonis, an fi-
liusfamil. habeat perſonam ſtandi in iu-
dicio, abſque conſenſu patris, vide text.
& Dd. in l. ſi pupillus. §. videamus. ff. de
negot. geſt. & in l. ſed hæ perſonæ, ff.
de procurato. Dd. in d.l. fin. §. neceſſitate.
An autem † curator ad litem inuenta- 11
rium conficere teneatur, ſaltem de ijs re-
bus quæ ad ſe peruenerunt? quod Barto.
voluit in l. etſi ad ſpecies, num.1. ff. rem
pupilli. ſal. fore. ſequuntur Bar. Bald. in l.
nulli. num.11. C. de epiſcopa. audi. Ange.
in §.1. nu.6. in fin. Inſtit. de curatorib. Sed
aliter concludit Accurſ. in l. de erectio-
nibus, in verbo, conſcripto, C. de epiſco-
audien. quòd videlicet nõ teneatur con-
ficere inuentarium. ſequuntur Accurſ.
Specu. d. titu. de actore ab vniuerſ. §.1. nu.
9. Rota deciſ.1. per totam, de iudicijs. in

nouis,Mantua.ſingu 582.incip.liti erat,
vbi ita vſu forenſi receptum: ratio, quia
eius officium non conſiſtit in admini-
ſtratione,nec ei rectè ſoluitur,argumẽto
l.ad protegendam.C.de in litem curato.
dãdo.l. hoc iure.ff. de ſolut.glo.in d.l.de
creationibus.Spec.loco allegato,vbi plu-
res rationes adfert. Et ita quoque in Ca-
12 mera obſernatur,ſicut ex †formula iura-
menti,in Ordinatione par.1.tit.75.videre
eſt, quæ nullam innentarij mentionem
facit. Debet tamen ſatiſdare rem mino-
ris ſaluam fore,& promittere,quòd om-
nia vtiliter facere velit, vti ex dicta iura-
menti forma perſpicuum eſt, Specnl.vbi
ſup. Ang.& Fab.in d.§.1.Inſtit.de curato.
facit d.l.de creationibns.

OBSERVATIO CIX.

Homicidium à pluribus commiſſum quomodo puniendum.

SVMMARIA.

1 *Quæ de nocte vel in multitudine fiunt probabiliter ignorantur.*
Nocentem abſoluere in dubio melius, quàm innocentem condemnare. Ibid.
2 *Incertitudo vitiat omnem actum, & diſpoſitionem.*
3 *Author rixæ habet præſumptionem contra ſe.*
4 *Rixoſus ſimiliter.*
5 *Semel malus, ſemper præſumitur malus.*
6 *Fugiens ante inquiſitionem vel accuſationem ſuſpectus de crimine an ſit. & nu.8.*
7 *Fugiens poſt inquiſitionem factam metu carceris nõ eſt ſuſpectus vt torqueatur.*
9 *Innocentiam ſuam ex carcere probare nemo tenetur.*
10 *Omnes de homicidio tenentur, ſi omnes animo occidendi conuenerint.*
11 *Animus & intentio diſtinguunt maleficia.*
12 *Vulnerans quandò teneatur de homicidio.*

SI in rixa plurium homicidium
committatur, ſed ignoretur à
quo factum ſit: vtputà, quia il-
lud obſcura nocte, vel loco obſcuro,
incaleſcentibus vtrinque animis com-
miſſum, an tali caſu omnes pugnantes
pœna ordinaria homicidij, hoc eſt capi-
tali,an verò extraordinaria,pro arbitrio
iudicis puniẽdi ſint,dubitari ſolet: nam
1 † quæ de nocte, vel in multitudine fiunt,
probabiliter ignorantur, gloſſ. celebris
in l.ſi cum exceptione.§. in hac actione
in verbo,ignorantiam,ff. quod met.cau.
Alex conſi.24.nu.8.incip. animaduerſis
his,vol.2.& conſ.53. nu.2.incip. viſo rhe-
mate,eod.volu. & ideò tali caſu ſuffici-
unt probationes per coniecturas & præ-
ſumptiones Alexan vbi ſup. Quod au-
tem omnes de homicidio in hac incer-
titudine teneantur, eſt text.in l.item Me-
la.§ ſed ſi plures.ff.ad l.Aquil. tex.in l.ita
vulneratus,§.rurſus,ff. eod.tit.c.ſignificã-
ſti,el.2.de homicid.tex.in l.1.§.fi.cũ duab.
ll.ſequen.ff.de his qui deiec. vel effud.gl.
in l.fina.incip.ſi in rixa.ff.ad l.Cornel. de
ſicar.in verbo,ſi in rixa. Bart. & Dd. ibid.
Quibꝰ adſtipulatur cõſtitutio criminalis
Imp.Caroli V.artl.148.incip So etliche/
vbi diſponitur, ꝙ in dubio omnes pug-
natores pœna capitis plectẽdi ſint,multa
ad idem allegat Alex.conſi.15.nu.1.vol.1.
incip.viſo proceſſu.Sed vera et magis cõ-
munis Dd. concluſio eſt, quòd in iſta in-
certitudine pœna extraordinaria locum
habeat: eò quòd in delictis probationes
luce meridiana clariores requirantur,
text.in l.ſciant.C.de probatio. & in l.qui
ſcientiam.C.de pœnis, & quòd in dubio
melius ſit nocentem abſoluere,quàm in-
nocentem condemnare, text.in l. abſen-
tem.ff.pe pœn. ita tenet ſingulariter glo.
in d l.item Mela.§. ſed ſi plures, in verb.
plures percuſſerint, Anchar. conſil. 216.
num.2.incip. Nos Bartholomæus. Alex.
pulchrè & ad longum, d conſ.15.num.4.
vbi cõtraria diluit, iuncta apoſtilla ibid.
Idem conſ.14.nu.7. cum ſeq. vol.3.incip.
ponderatis his.Roland.conſ.63.num.10.
vol.2.incip.viſa inquiſitione,vbi ad iura
contraria reſpondet. Iulius Clarus in §.
homicidium, num.37. vbi communem
dicit,& pleniſſimè hanc quæſtionem tra-
ctat, vbi omninò vide. Boſſius in titu.de
homicid.nu.26.vbi communẽ dicit.Hip-
po.ad rub.C.de proba.nu.427.& nu.434.
vbi latiſſimè p multa exempla materiã † 2
incertitudinis tradit, quòd illa regulari-
ter omnẽ actum,& diſpoſitionem vitiet,
text.in l.cùm duo.ff. de in diem addict.
gloſſ.magiſtr.ibid.in verb.videtur.Hipp.
ſing.217. per totum,incip. ter vel quater.
& ſing.403.incip ſuperioribus annis. Sin
verò certum ſit, quis occiderit, ille ſolus
de homicidio, cæteri de vulnerato te-
nentur,per text.norab. in d.l.item Mela,
§. Celſus, & text. in l. huic ſcripturæ §. ſi
ſeruus.ff.eod.titu. gloſſ. in d.c. ſignificã-
ſti.in verb. quòd ſi. facit & in d.l. final.ff.
ad l.Cornel. de ſicar. Iaſon pulchrè in l.

ſi ab

ſi ab hoſtibus,§.ſi vir vxorem, in 1.lectu.
num.9.ff.ſolut.matrimo.Limita tamen
hanc communem opinionem. Primò,
vt non procedat in authore rixæ: putà,ſi
3 cōſtet,vel probatum ſit,quis † author ri.
xæ fuetit,vel pugnā inceperit: nam con.
tra eum militat iuris præſumptio, adeò,
vt ſolus de homicidio, vel vulnere poe.
na ordinaria puniri poſſet , ne delicta
maneant impunita , vt notat Bald. ſing.
in l.1.C.de ſeru fug.numer. 14. in fi.vbi
dicit,quãdò apparet de principali, quòd
ille ſolus teneatur,per text.opt.in l. quo.
niam multa,C.ad l.Iuli.de vi publ. Hip.
pol.ſingul.403.Anchar.d.conſil. 216.nu.
me.4.in fin.Hippol.ad l.1.nume.90.& §.
Diuus Adrianus,num.52.ff.ad l. Cornel.
de ſicar.Gandi.in tract.malefic.rubri.de
defenſionib.à reo faciend.nume.10.& 11.
vbi dicit,quòd author rixæ puniri debe.
at pro omnibus exceſſibus perpetratis,
per tex.in l in hoc iudicio. ff. de ſer. cor.
rup.ibi,æquius eſt eum teneri , qui Prin.
ceps fuerit delicti.Secundò limita,vt nō
4 procedat † in homine natura cōtentio.
ſo,malæ frugi,qui communiter rixas ex.
citare,& ad pugnam alios prouocare cō.
ſueuit,& qui aliâs ſimile delictũ commi.
ſit:nam tunc non obſtante incertitudi.
ne pugnantium,talis peruerſus, ad eruē.
dam veritatem,quæſtionibus ſubijci po.
terit.Bart.in l.fin.num.1.& 5.ff.de quæſti.
onibus.Salice.ibid.Hippol.in d.l.1.§.Di.
uus Adrianus, nume.52.& d.ſing.217.nu.
5 2.idq; per regulam , quòd ſemel † malus
ſemper præſumatur malus in eodem ge
nere delicti,tex.in c.ſemel.de regu.iur.in
6.& in c.ille vos.§. fin. de pigno. & alijs
cautio.tex.in l.ſi cui crimen , §.1.ff de ac.
cuſat.gloſ.ibid.in verbo,admittendum.
quam regulam per multa exempla egre.
giè explicat Hippol.ſing. 74. per totum,
idem d.ſing.217.nu.2.& in d.§. Diuus A.
drianus. Quò pertinet illud Vergilij.

Accipe nūc Danaum inſidias,& crimen ab vno
Diſce.

Tertiò, limita in eo, qui ſtatim poſt cō.
6 miſſum homicidium , & ante † inqui.
ſitionem aufugit : quia ob talem fugam
de cōſcientia ſceleris ſuſpectus efficitur.
& indiciũ facit ad torturam,pręſertim ſi
ſit homo nihili,& improbatæ vitæ, Bar.
in d.l.fin.nu.5.ff. de quęſtionib. Imol. in
c.nullus.de præſumpt.Deci. conſil. 234.
nu.3.incip.In effectu quæritur.Hippol.d.
ſing.217.nu.3.Secùs † eſſet, ſi metu carce. 7
ris poſt factã inquiſitionē,vel accuſatio.
nem aufugiat:quo caſu ſola fuga nō eſ.
ſet ſufficiēs indicium ad torturã, vt ſing.
voluit Bar.in l.1.nu.1.ff.de bon. eor. qui
ante ſentē.ſibi mortē cōſciuer. Mattheſ.
ſing.145.incip.nota auream, Deci.d.cōſ.
234.nu.3.Soc.in fallen.in verbo,fuga.Ra
tio,quia vnicuique licitum eſt redimere
ſanguinem ſuũ, quomodocũque poteſt,
tex.in d.l.1.ff.de bonis eor.qui ante ſent.
Hippol.ſing.115.incip.fuga,& ſingu.497.
incip.ſæpiſſimè,apoſtilla ad Mattheſ. d.
ſing.145.imò † fuga ſola nō facit indiciũ 8
ad torturã,etiam eo caſu,quo accuſatio,
vel inquiſitio nōdum inſtituta eſt, dum.
modò ſubſit iuſtus timor , vel ſuſpicio
vehemens futuræ accuſationis , vel in.
quiſitionis:quia † nemo tenetur ſe peri. 9
culo exponere,tex.in c.1.de cleri. nō reſi.
den.& in c.cũ perſonæ, de priuileg. in 6.
glo.ibi,in verbo,ſecuro,tex.in l. ſed ſciē.
dum,ff.ad S.C.Trebel.neq; ex carcere in.
nocētiam ſuã ꝓbare, Dd.vbi ſup. Hippo.
ad rubr.C.de probat.nu.279.Dd. in l ad.
monēdi.ff.de iureiu.Fallit in famulo do
meſtico fugitiuo, quia reb. dominicis a.
miſſis,fuga famuli indiciũ facit ſufficiēs
ad torturã,glo.notab.in § ſi verò ſemel,
in verb.factũ,Auth.de exhib.reis,Hippo.
ad d.rub.de probat.nu.283.Soci.in d.ver.
bo,fuga.Feli.in c.nullus,nu.5.de pręſump.
Boëri.latè deciſ.215.nu.29. Deci cōſi.234.
nu.3.incip.in effectu quæritur. Viuius in
ſingularibus ſuis,in verbo, fuga,numer.
19. vbique plures caſus recenſent, in qui.
bus fuga plenam probationem inducat.
Quarto limita,vt non procedat,ſi † om. 10
nes deſtinata voluntate,omnes de indu.
ſtria,& ex propoſito ad occidendum ali.
os conueniſſent:quia tunc omnes pœna
ordinaria, putà capitali plectendi ſunt,
eò quòd omnes animum occidendi ha.
buerint,gloſſ.in d.l.final.ff.ad l. Cornel.
de ſicar.Bartol.ibid.nume.1.& nume.10.
Iulius Clarus in d.§.homicidium.num.
37.Animus † enim & intentio delinquē. 11
tis diſtinguunt maleficia, tex.in l. qui in.
iuriæ,ff.de furt.& in l.quòd Reipubl.ff.
de iniur.text.in l.1. C.ad l.Cornelia. de
ſicar. Hinc eſt quòd de † homicidio 12
etiam teneatur is , qui hominem non
occidit , ſed vulnerauit , vt occidat,

tex.in d.l.1.§. Diuus Adrianus, Deci.conſil.482.nume.12.incip. pro reſolutione. Item, quòd in conſtitutione fractę pacis, omnes pœna violatæ pacis publicæ teneantur, & banniri poſſint, licèt vnus homicidium tantùm committat: quia omnes ex propoſito ad offendendum conuenerunt, & in atrocioribus delictis, ſolam volũtatem ſufficere notum eſt, text. in l. ſi quis non dicam rapere, C. de Epiſcop. & cler. & in l. vnica. C. de rapt. virgin. & in Clem. paſtoralis, de ſenten. & re iudi. latè Hippol. ad l. qui falſam, num. 2. cum ſequen. ff. ad l. Corn. de falſ. vide de hac materia, & quandò plures delinquẽtes pro vno delicto teneãtur, pleniſſimè Bartol. in d. l. fin. ff. ad l. Cornel. de ſicar. Alexand. d. conſi. 14. Felin. in d. c. ſignificâſti, el. 2. nu. 10. Conſtitutio. Imperij criminalis dicto articulo 148. Porrò auxilium vel fauorẽ delicto præſtans, vel mandans fieri delictũ, quomodo ſit puniendus, vide tex. & gloſſ. ſingula. in c. 1. de offic. iudic. deleg. in verbo, pari pœna. Dd. in d. l. 1. C. de ſeru. fugit. pleniſſimè Hippol. in practi. crimin. §. conſtante. nu. 42. cum ſequ. Salic. in l. quiſquis. nume. 16. & nume. 19. ff. ad l. Iul. maieſt. Iulius Clarus in pract. crimin. §. final. quæſt. 90. per totam. Cæpol. conſi. 34. incip. ſi vnquàm. per totum, & conſi. 36. incip. In caſu iſto. Anchar. d. conſi. 216. & in tractatu Pacis publicæ, libro primo, capite primo, in fine.

OBSERVATIO CX.

Homicidium quandò pœna ordinaria vel extraordinaria puniendum.

SVMMARIA.

1 *Homicidium dolo commiſſum punitur pœna ordinaria.*
2 *Lata culpa non æquiparatur dolo in criminalibus.*
3 *Statuta imponentia pœnam capitalem quomodò intelligenda.*
4 *Dolus non præſumitur, nec animus delinquendi.*
5 *Actus in dubio in meliorem partem accipiendus.*
6 *Bonus quilibet præſumitur.*
7 *Dolus quomodò probetur.*
8 *Operam dans rei illicitæ, cenſetur eſſe in dolo.*
9 *Prouocatus ſi aggreſſorem occidat, non tenetur.*
10 *Occidens ad ſui defenſionem non committit maleficium.*
11 *Aggreſſus præſumitur omnia ad ſui defenſionem facere, non ad vindictam.*
12 *Sacerdos miſſam celebrans an aggreſſorem occidere poſſit.*
13 *Defenſio cum moderamine inculpatæ tutelæ, quæ dicatur.*
14 *Defenſio debet eſſe neceſſaria.*
15 *Prouocatus ſi modum excedat, quomodò puniendus.*
16 *Prouocatus an fugere debeat.*
17 *Prouocatus non habet ſtateram in manu, vt poſſit dare verbera ad menſuram.*
18 *In delictis principium non finis conſiderandus.*
19 *Amicus, vel ſocius, an prouocatum defendere poſſit.*
20 *Furioſus non tenetur de homicidio.*
21 *Furioſus patitur mentis exilium.*
22 *Furioſus tempore furoris puniri an poſſit de delicto ante furorem commiſſo.*
23 *Ebrius an de homicidio teneatur.*
24 *Ebrij vitam edormire dicuntur.*
25 *Ebrius dupliciter peccat.*
Culpa ad caſum ordinata, noxia eſt, ibid.
26 *Differentia ebrietatis & ebrioſitatis.*
27 *Ebrietas quandò ſit peccatum veniale, & quandò mortale.*
28 *Mortalia peccata quæ dicantur.*
29 *Dormiens an homicidio teneatur.*
30 *Infans ex delicto non tenetur.*
31 *Pupillus doli capax an de homicidio teneatur.*
32 *Pupillus pro delicto quantũuis graui, morte aut mutilatione membri non punitur.*
33 *Item ſenes decrepitæ ætatis.*
34 *Ira an excuſet à pœna homicidij.*
35 *Ira immodica gignit inſaniam.*
36 *Difficile iuſtum animi dolorem temperare.*
37 *Homicidium caſuale an ſit punibile.*
38 *Satellites ſi maleficum occidant, an teneantur de homicidio.*
Magiſtratus prætextu officij nihil debet iniurioſè agere, ibid.
39 *Homicida ob excellentiam artis parcendum.*
40 *Homicidij pœna ob benè merita in Rempublicam minuitur.*
41 *Nobilitas an delictum extenuet.*
42 *Peccata ex circumſtantijs augentur.*
43 *Principum familiares ſeu agentes grauius puniuntur.*
44 *Nobilitate & dignitate an pœna minuatur.*

POEna † homicidij corporalis nunquàm habet locum, niſi in homicidio voluntario, furſetzliſchem todtſchlag/ quãdo homicidium ex propoſito, deſtinata voluntate, & quidẽ dolo malo commiſſum eſt, debet enim verus & expreſſus interuenire dolus, ad hoc vt pœna l. Corneliæ de ſicarijs obtineat, textus ſunt expreſſi in c. ſignificaſti

caſti

ficaſti, el.2.de homicid. & in l.1.C.ad l. Corn.de ſica.vbi communiter Dd.tex. in l.1.§.Diuus,ibi, ſi non occidendi animo,& in l.in lege.& in l.qui cædem, ibi, dolo malo,ff.eod.tit.Barto.in l.1.§.non autem,num.1.cum ſeq.ff.ſi is qui teſtam. liber eſſe iuſſus. Deci.conſil.482.num.7. incip.pro reſolutione. Idem conſil.622. nu.1.incip.viſa inquiſitione,Pariſ.conſi. 161.nu.8.cum ſequ.volum.4.incip.dicendum prima fronte.Ang.in tract.maleſi. in verbo,ſcienter,num.1.Bald.in l. data opera,nu.7.C.qui accuſa.nō poſſ. Et hoc
2 vſqueadeo verum eſt, vt etiam † lata culpa non æquiparetur dolo,nā regula l.qđ Nerua,ff.depoſiti, non procedit in pœnis corporalibus,vel infamiā irrogantibus,tex.in l.lege Cornelia.ff.ad l.Corne. d. ſica.plenè gloſſ.Bart.Iaſ. & alij in l. in actionib.ff.de in lit.iutan. & Dec. in c.2. de conſtit.Bart.in d.l.1.§.non autem.Feli.in c.preſbyterū.num.1. de homicid. & Dd.communiter,vbi ſuprà, Salic.in l.1. C.ad l.Cornel.de ſicar. Blanc. in practic. crimin.§.viſis indicijs,num.137.& num. 140.vbi plenè tractat,an, & quandò lata culpa, in delictis dolo æquiparetur. Et hæc eſt prima ampliatio ad hanc principalem regulam.Secundò ampliatur, vt
3 procedat etiam in † ſtatutis pœnam capitalem pro homicidio imponentibus, quia ſtatuta à iure communi interpretationem accipiūt,vt dixi ſup.eod. Obſer. 33.ergo intelligenda ſunt de homicidio dolo perpetrato,tex.in c.cùm dilectus,§. quia nobis.extra de cōſuet Bal.in d. l.data opera,vbi in terminis ſtatuti loquitur. Caſtr.in l.etſi verior, C.ex quib. cauſ.infam.irrog.Idē in l.nemo.C.de epiſcopa. aud.Ang.in l.ſi quis cū telo, C.ad l.Cor. de ſica.Pariſ.d.conſi.161.& Deci.d.conſi. 482.Hinc pro regula traditur, in delictis dolum requirentibus, deficiente dolo, delictum non committi, intellige quó. ad pœnā corporalem ſiue ordinariam, tex.in l.inter omnes,§. rectè, & in l. fal-
4 ſus.§.qui alienum.ff.de furtis.Dolus † autem no præſumitur regulariter, tex.in l. quoties,§.qui dolo. ff.de probat. & in l. dolū,C.de dol.Dd.cōmuniter ibid. text. in l.ſi prætor,§.Marcellus, ff.de iudic.ſicut nec animus delinquendi,text.not.in l.merito.ff.pro ſocio.Dec.conſi.234. nu. 5.incip.in effectu.vbi ex hoc infert, quòd † actus, qui in vtramque partem bonam 5
& malam accipi poſſit, per interpretationem in meliorem ſit accipiendus, text. in l.merito.ff.pro ſoci. & in l. ſemper in dubijs,ff.de regul.iur. Idem not. Bartol. in l.non ſolùm.§.ſed vt probari,numer. 3.ff.de nou.oper.nunc.Feli.in c.1.de præſcript.Blanc.in d.§.viſis indicijs, nu. 130. Bald.in l.1.num.13.C.de ſeru.fugit. Quapropter dolum allegans , eum probare debet,d.l.quoties.§.qui dolo, & d.l. do-
lum, quia † quilibet præſumitur bonus, 6
donec contrarium probetur,tex.in c. fi. de præſumpt.facit tex.in l. cum pater , §. rogo,ff.de leg. 2. natura enim bona eſt à ſuis principijs, & qualia ſunt principia, talia præſumuntur principiata, tex.in d. c.final.de præſumpt.gloſſ.ibid. in verbo,
præſumatur. Probatur † autem dolus ex 7
varijs circumſtantijs , à loco , tempore, genere armorum, ex ipſa violentia , de quibus prolixiùs Dd.in d.l.dolum.gloſſ. in c.1.in verbo, ludens, de præſumpt. Iaſon in d.l.in actionibus. Alexand. conſil.103.numer.13.volum.1.incip. videtur prima. Et regulariter dolus præſumi-
tur † ex illicito actu, quando quis dat o- 8
peram rei illicitæ, eo ipſo cenſetur eſſe in dolo,tex.in l.ſi non conuicij, C.de iniur.& in l.ſi ex plagis,§ tabernarius. ff.ad l.Aquil. & in l. 2. §. doli mali mentio, ff.vi bonor.rapt.Felin.in c.ſi autem, nu. 1.& 2.de reſcrip.vbi dicit,quòd in prohibitis malus anim9, & dolus præſumitur. Nellus in tract.ad defenſam.cap.1. num. 16.Alexand.d.conſi.103.nume.13. dicens, quòd in his quæ ſunt de genere prohibitorum,ſemper præſumitur dolus,Blanc. vbi ſuprà, numer. 130. & numer.132.vbi omnino vide de gradibus doli. & Bald. in l.quæ fortuitis,numer. 5.cum ſequen. C.de pignorat.action. Ex hac principali regula, quòd videlicet pœna ordinaria in homicidio requirat dolum , multa ſingularia,& quotidiè vſu venientia inferri poſſunt.Et primò,quòd homicidium cum moderamine inculpatæ tutelæ commiſſum, getrangter todtſchlag/
non ſit punibile: putà,ſi quis † prouoca- 9
tus ſe cum moderamine inculpatæ tutelæ defendat, & aggreſſorem occidat , talis enim homicida non puniri,ſed plenè abſolui debet,idque triplici ratione confirmatur. Primo,quòd defenſio ſit iuris natu-

naturalis, & omni iure permiſſa, tex.in
c.ſi verò,el.1.de ſent. excommun.& in d.
c.ſignificaſti,el.2.in fin .de homicid. tex.
in l.1.§.vt vim.ff. de vi & vi arm. & in l.
vt vim.ff.de iuſtit.& Iur. text. in l.itaque,
& in l.ſcientiam.§.qui cùm aliter. ff.ad l.
Aquil.quæ nobis etiam cum brutis com-
munis eſt,tex.In d.l.vt vim. & in l.1.§.cũ
arietes. ff. ſi quadru. paupe. feciſſe dica.
Deindè, quòd aggreſſor ſine prouocans,
non ab alio,ſed à ſeipſo occidi videatur,
tex.in d.l.ſi ex plagis,§.tabernarius,&per
conſequens, quòd prouocatus non cen-
ſeatur eſſe in dolo, Dd. in locis ſuprà al-
10 legatis. Tertiò,quia occidens † ad ſui de-
fenſionem,non committit maleficium,
cùm vim vi repellere liceat, Gewaldt mit
gewaldt zuwiddertreiben iſt nit verbotten/
& vbi non eſt delictum, ibi pœna abeſſe
debet,tex.in l.ſancimus,C.de pœnis.Bal.
in d.l.data opera. C. qui accuſa. poſſ. Et
regulariter ex communi Dd.opinione,
11 † aggreſſus præſumitur omnia facere ad
ſui defenſionem, non autem ad vindi-
ctam: neceſſitas, doli præſumptionem
excludit,p tex.in c.1.§. ſi quis hominem,
de pac.tenen.Afflict.ibid.in 2.notab. nu.
4.vbi plura ad hoc allegat,tex.in d.c. ſig-
nificaſti, el. 2.de homicid.gloſſ. magiſtr.
ibid.in verb.tutelæ,quam omninò vide,
tex.in d.l.ex plagis.§.tabernarius.Bar.ibi.
tex.in c.non inferenda.23.q 3. Dd.in d.l.
1.C.vnde vi,& in d.l.vt vim.ff.de iuſt. &
iur.Bald.in d.l.1.C ad l. Cornel. de ſicar.
Dec.conſ.678.nu.4.cum ſeq. incip.caſus
de quo quæritur. Hippol. ad l. 1. ff. ad l.
Cornel.de ſicar.nu.44.& nu.80.Idem in
pract.crim.§.quoniam. nu. 61.& nu.84.
vbi dicit prouerbio Italico iactari: Huo-
mo aſſaltato,mezo perduto. vtrobiq; la-
tiſſimè de inſultato ſeu prouocato diſpu
tant, Nellus vbi ſup.nu.13.Blan.in pract.
crim.§.iuris permiſſione,per totũ.Abbas
in c.clerici,el.1.de vit.& honeſt.cler.&in
c.ſicut dignum, de homicl. vbi de ſacer-
12 dote † celebrante miſſam,quòd aggreſſo-
rem occidere,& miſſam poſteà perficere
licitè poſſit,refert Blanc.in d.§.iuris per-
13 miſſione.nu.2.Defenſio † autem mode-
rata,ſiue cũ moderamine inculpatę tute-
læ dicitur,quandò quis non potuit aliter
ſe ab offenſione tueri, quã eo modo quo
ſe defendit, vtputà ſi in diſcrimine vitæ
cõſtitutus,omni meliori modo, quo po-
teſt, ne ab alio prouocatus iniquè occi-
datur,ſe defendit,tex.not.in Clem. vnic.
de homic.gloſ.ibid. in verb.non valens,
tex. in d. l.ſcientiam.§ qui cùm aliter.ff.
ad l.Aquil.Bar. & Dd.in l.1.C.vnde vi. &
in d.l.vt vim.Hippol.ſing.992.Alex.cõſ.
76.num.2.incip. viſa inquiſitione. vol.1.
Præſumitur autem in diſcrimine vitæ
quis conſtitutus,eo ipſo,quòd ab alio ar-
mata manu , & gladio euaginato aggre-
ditur,terror ille armorũ aliquem in vitę
diſcrimẽ adducit, tex. in d.l.1.C. vnde vi,
& in l.idem eſt,§.qui armati,ff.de vi & vi
arma.ibi,ſufficit terror armorum. Ang.
in d. tract.malef.in verb.& dictus Titius,
nu.1. Alex.conſi.109.nu.2.vol.1.incip.vi-
ſis, & vt oportet. vide Conſtitutionem
criminalem Impera. Caroli V.articulo
139.cum ſeq. de neceſſaria defenſione, &
eius probatione, Von rechter notwehr/ &
in tracta . pacis public. libr.1.cap.16. Ad
† obtinendam igitur abſolutionem vel 14
abolitionem perpetrati homicidij, pro-
uocatus in materia purgationis & inno-
centiæ,duo potiſſimùm, putà, prouoca-
tionem, & neceſſariam defenſionem ar-
ticulare,& probare debet,per notata Bar.
in d.l.ſcientiam.§.qui cùm aliter, Dd.in
in l.1.C.vnde vi.Angel.in d.tracta. male-
fic.in verbo, & dictus Titius ſe defenden
do,num.8.quem omninò vide,Bart.in l.
furem.nume.3.cum ſequent.ff. ad l Cor-
nel. de ſicar.gloſſ.ordinaria, in d. Clem.
vnica,in verbo,non valens,de homicid.
vbi Dd. tradunt practicam articulandi
neceſſariam defenſionem. Sed quid ſi † 15
prouocatus modum inculpatę tutelæ ex-
cedat,& aggreſſorem in fuga occidat,an
pœna ordinaria legis Corneliæ de ſica-
rijs plectendus ſit? Minimè, ſed extra or-
dinem iudicis arbitrio ratione exceſſus
puniri debet: Dd.in d.l.vt vim,& vbique
in locis ſuprà citatis.Curt. Iunior conſil.
235. nume. 16. volum. 3. incip.viſis ac di-
ligentiſſimè, vbi communem dicit. Ra-
tio,quia vt paulò ante dictum, in prouo-
cato non præſumitur dolus, & animus
occidendi,aut vindictæ ſtudium: ſed po-
tiùs defenſionis neceſſitas , Vnfurſetzli-
cher todtſchlag/gl.& Dd.vbi ſupr.& vbiq;
in conſilijs, nec etiã fugere tenetur,ſi fu-
ga ei periculum vitæ adferret, per text.
notab.in d.l.ſcientiam,§.qui cùm aliter.
Iaſ.in d.l.vt vim.nu.38. vbi communem
dicit.

dicit.Iuli.Clar.in §. homicidium. num.
33.Bald.in d.l.1.C. vnde vi. Hippol. in d.
§.quoniam.nume. 86. vbi omninò vide,
16 an † quis fugere teneatur: prouocatus e-
nim tanquàm intenſo dolore commo-
tus, non eſt in plenitudine intellectus:
metus improuiſus inſtantis periculi tol-
lit rectum iudicium,& conſilium delibe
17 randi,& ideo dicunt Dd. quòd † prouo-
catus non habeat ſtateram in manu, vt
poſſit dare ictus & vulnera ad menſurã,
per text.in c.olim cauſam,de reſtit. ſpo-
liat.gloſſ.not.ibid. in verbo, exceſſiſtis,
text.in l.ſi adulterium cum inceſtu,§.Im
peratores,ff.ad l.Iul.de adult. Bald. in d.
l.vt vim.ff.de iuſt.& iur.Ange.in d.tract.
malefic.in verb.& dictus Titius,num.19.
Alex.d.conſi.76.& conſi.119. vol. 7. Hip-
pol.in pract.crim.d.§.quoniam.num.82.
cum ſequ.in tract.ad defenſam,c.1.num.
27.Quo pertinet, quòd quandò agitur de
18 excuſandis delictis,† principium,& non
finis attendatur, tex.in l.quod ait lex. §.
quod ait.ff.ad l.Iul.de adult.Bart.ibi.tex.
in l.quoniam facinora, C.ad l. Iuli.de vi
public.Hippol.in pract. crim. §. quoniã.
nume.91.Dd.in d.l.1.C.vnde vi.Punien-
dus igitur prouocatus pro iſto exceſſu,
non vt doloſus, quia prouocatio præce-
dẽs à dolo excuſat,ſed vt culpabilis, quia
moderamen inculpatæ tutelæ exceſſit,
text.in d. l.ſi adulterium cum incœſtu.§.
Imperatores ibi, & magis quia plus fece-
rit, quam quia ſe vindicare non debue-
rit, puniendus ſit, text.in d.c. olim cau-
ſam.Curt.d. conſil.235.numer.17. Cano-
niſt.in c.ſicut,de iureiur. gloſſ.in d.c. ſi-
gnificaſti,el.2. de homicid. Panor. ibid.
num.15. vbi omninò vide. Bald. in d.l.1.
C.vnde vi. Afflict.deciſ.206.num.3. & 4.
Nellus vbi ſuprà,nume.27. Hippol.in d.
l.1.nume.42.ff.ad l.Cornel.de ſicar.vide
eundem ſingul.100.638.640. & d.ſingul.
19 692.Dd.communiter vbi ſuprà. Adeò †
autem defenſio fauorabilis eſt, vt etiam
tertius, putà amicus,prouocati, ſi inter-
cedendo aggreſſorem oaccidat, excuſe-
tur à pœna ordinaria. Nell. loco citato,
nume.80.cum ſequ.Hippol. in repetit.l.
vnic.C.de rapt.virg.num.243.vbi omni-
nò vide, Baldus in d.l.vt vim. Ange. in
d.tract.malefic.in verb. & dictus Titius.
Secundò, ex hac principali Regula in-
20 fertur, quòd † furioſus homicida non
teneatur pœna ordinaria, textus elegans
in c.aliquos.15.q.1.& in l. Diuus, ff.de of-
fi.præſid.text.in d.l.penul.§.ſanè. ff.ad l.
Pomp.de parricid. vbi parricidium ob
furorem excuſatur,text.in d. Clem. vni-
ca,de homicid.vbi bona glo.in verb.fu-
rioſus,text.in l.infans.ff.ad l.Corn.de ſi-
car.tex.in l.quod infans.ff.de rei vendic.
tex.in l.fin. ff.de adminiſtr.tuto.Bart.&
Dd.in l.furioſum. C. qui teſta. fac. poſſ.
Ratio,quia non poteſt eſſe in eo dolus,
qui mente & ſenſu communi caret,ſatis
enim furore ſuo punitur,text.in d.l. Di-
uus.ff.de offi.præſid.delictum non cadit
in eum, qui mente & intellectu caret,
quia peccata ex volũtate procedunt,quæ
libero mẽtis arbitrio, & delinquendi ꝓ-
poſito cõmittuntur,tex.not.in c.1.15. q.1.
vbi omninò vide. Sed † furioſus patitur 21
mentis exilium,tex.in l.ſed & ſi,§.igitur,
ff.de iniur.&in omnibus pro abſente,ig-
norante,adeoq; mortuo habetur,fati in-
fœlicitas eum excuſat.tex.in d.l.infans,&
in l.qui ad certum.ff.locati.&in l.bono-
rum.ff.rem rat.hab.tex.in l.ſed & ſi.§.fi-
liofam.ff.de iniur.& in l.Iulianus. ff. de
diuor.& repud.tex.in §.furioſus, Inſtit.
de inutilib.ſtipulat.& in l.2.§.furioſus.ff.
de ꝓcurat.tex.in l.furioſi.&in l.vbi.§.fu-
rioſus.ff.de reg.iur.Bal.in l.humanitatis.
C.de impub.&alijs ſubſt.Nellus in tract.
ad defenſam.c.1.nu.37.cum ſeq. Hippol.
ad d.l.1.nume.49.ff.ad l.Cornel.de ſicar.
Blan.in pract.crim.in verbo, imbecilli-
tate caſus.nume.1.Dd.in l.ex facto. ff. de
vulg.& pupill.Iaſon ibid.nu.49. Ang.in
tract.malefi.in d.verb.ſcienter,nu.7. vbi
vide quid iuris in furioſo dilucida inter-
ualla habente, Iaſon in l. patre furioſo.
nume.39.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.
iuris, concludit, eum puniri debere de
delicto commiſſo tempore dilucidi in-
terualli,quo ſanæ mentis fuit, per tex.in
d.l.Diuus.§.ſi verò. Antho. Gomeſi. va-
riar.reſol.lib.3.cap.1.nu.70. vbi num.72.
etiam concludit furioſum † tempore fu- 22
roris puniri poſſe de delicto, quod ante
furorem ſana mẽte perpetrauit, ſed hoc
moribus noſtris non obſeruatur.Ratio,
quia furioſus pro mortuo habetur, text.
in d.l.bonorũ.ff. rẽ rat. hab. at mortuus
nõ poteſt regulariter condẽnari, nec pu-
niri poſt mortẽ,tex.in l. defuncto. ff. de
publi. iud. ergo nec furioſus poſt furorẽ
puni-

puniri poterit, quia mortuo ſimilis, per
iura allegata,& ita tenet Iaſon in l.furio.
ſum.C.qui teſta.face.poſſ.num.8. dicens
communem, Gomeſ. loco citato, Iul.
Clarus in pract.crim.§.fin.nu.7.Iaſ.in d.
l.ex facto,nu.30. vbi etiam communem
dicit. Fallit tamen in atrociſſimo crimi.
ne, pro quo etiā furioſus propter exem.
plum puniri poſſet,vt no. Hippol. in d.l.
1.nu.58.ff.ad l.Cornel.de ſicar.nam & pe.
cora rationis inexpertia eo caſu morte
puniuntur, non propter conſcientiam
peccati,ſed quia refricant indignam me.
moriam facti,tex.in c.firmiſſimè,& in c.
mulier.15.q.1.Hippol.in d.l.1.idem in l.v.
nius.§.cogniturum.num.71.ff. de quæſt.
23 Tertiò,ex principali regula infertur, ꝙ †
homicidium commiſſum ab ebrio, non
puniatur pœna ordinaria,tex.in l.omne
delictum.§ per vinum.ff. de re milit.tex.
in c.ſanè.& in c. inebriauerunt Loth. 15.
q.1.vbi inopinata ebrietas Loth, eum ab
inceſtu excuſat, Bartol. & Dd.in l.reſpi.
ciendum, §. delinquunt.ff. de pœnis, per
illum text.Bald.in d.l. data opera. C. qui
accuſar.non poſſ.nume.6.vbi dicit,quòd
ebrietas magna delictum attenuet, non
autem in totum excuſet,Hippol. in d.l.1.
num. 63.ff.de ſicar.Salic.ibidem. Ratio,
quia in ebrijs nulla eſt ratio, nec vllum
vitæ gerendæ rectum conſilium, nec vl.
la artium, nec geſtorum, aut lectionum
memoria: imò ebrij vitam edormire di.
cuntur,tex.elegans in c.à crapula, de vita
& honeſt.cler.vbi dicitur, quòd ebrietas
mentis inducat exilium, & abuſus meri.
tò taxatur,quóad potus & hauſtus æqua.
les plenis ampullis ſe ſtrenui potatores
& conbibones obligant, Geſellen drunck.
Quo ſpectat illud Horatij libr. 2. Sermo.
Satyr.6.

Prout cuiq; libido eſt
Siccat inæquales calices conuiua, ſolutus
Legibus inſanis.

Inſanas leges rectè vocat,quibus quis co.
gebatur à bibendi Arbitro,ſiue Magiſtro
calices æquales exhaurire: De hoc more,
& de Magiſterijs,bibendiq; legibus, vide
Horatium Carm.lib.1.Ode 4.

Nec regna vini ſortiere.

Et Sermo.lib.2.Saty.2.

Poſt hoc ludus erat cuppa (aliàs culpa) *potare ma-*
giſtra.

Vide quoque Platonem libr.1. & 2. de le.
gib.& Gellium Noct.Attic.libr.15.cap. 2.
Reprobatur quoq; iſta immoderata ad.
bibendi conſuetudo lege Publica Impe.
rij in Comitijs Auguſtanis, Anno 1500.
1530.& 1548.ſub tit.de compotationibus,
von zudrincken. Sed quemadmodum lex
noua vſu non recepta, viribus caret, &
deſuetudine tollitur, text.in l.de quibus.
ff.de legib.& in Auth. quib. mod. natur.
effic.ſui. §. quoniam verò, in fine. gloſſ.
ſolennis in c.1.de treuga & pace, in verb.
frangere.Felin.ibid.num.6.cum ſequen.
& communiter Dd.Alexand.conſil. 132.
nu.4.volu.1.incip. Viſa facti narratione,
ita quoq; hæ leges Imperij,contrario vſu
quaſi abrogatæ & ſublatæ ſunt, idq; peſ.
ſimo exemplo, & quadam turpitudinis
infamia. Sed tamen † circa hunc articu. 24
lum ebrietatis Dd.variè loquūtur, & vi.
detur text.in d.l.reſpiciendum, §. delin.
quunt. quòd ebrietas non excuſat à deli.
cto,quod etiam Bartol.ibidem annotat.
Imò † ebrius homicidium committen. 25
do dupliciter peccat: Primò, propter e.
brietatem,deinde propter homicidium,
& quia culpa præceſſit caſum, & dedit
operam rei illicitæ, non debet eum ebri.
etas excuſare,tex.in c.vnico.de commo.
& in c.2.de depoſi.tex.in l.qui occidit.§.
hac quoque.ff.ad l.Aquil. & in l ſi ſeruus
ſeruum. §. ſi fornicatius, & §. ſi ex plau.
ſtro.ff.eod.titul.tex.in l.quoniam.C.ad l.
Iul.de vi pub. ibi,cauſam malorum præ.
buit, vbique probatur culpam ad caſum
ordinatam,noxiam eſſe. Felin. in c. cùm
inter.num.9.de excep.Roland.conſil.81.
nume.53.vol.1.incip.prima facie. Diſtin.
guendum tamen eſt inter † ebrietatem 26
Trunckenheit/& ebrioſitatem, Vertrun-
ckenheit/ Gewonheit vol zu ſein. Ebrietas
ex caſu quodam & ignoratione: ebrioſi.
tas verò ex habitu vitioſo naſcitur. Pri.
mo caſu, quandò quis non ex propoſi.
to, & de induſtria, ſed vini ignorata vi
deceptus inebriatur, ebrietas † etiam ſe. 27
cundùm Theologos non eſt peccatum
mortale, ſed tantùm veniale, tex.in c.v.
num.§.criminis.diſtinc.25.& homicidiū
per talem ebrium commiſſum non pu.
nitur pœna ordinaria,quia ebrius,furio.
ſo & mortuo comparatur:text.in c.ven.
ter.35. diſtinct. & in d.c.ſanè. 15.q.1.& per
conſequens in eo abeſt dolus & volun.
tas peccandi. Dd. in c. 2. de maledicis.

Alte.

28 Altero caſu, quandò † quis ex habitu, &
conſuetudine ſciens prudenſque inebri-
atur, tunc peccat mortaliter: quia mor-
talia peccata accipiũt ſpecies nô ab his,
quæ per accidens veniunt præter inten-
tionem, ſed ab eo, quod eſt per ſe inten-
tũ, tex. in d. §. criminis, vbi peccata mor-
talia & venialia enumerantur, gloſſ. ibid.
in verbo, ebrietas. Et homicidium per ta
lem ebrium commiſſum pœna ordina-
ria puniendũ eſt: maximè, ſi ebrius cõſue
uerit eſſe rixoſus, & excitare turbas, ſci-
atque ſe ebrium tali vitio laborare, quia
tunc ebrietas cenſetur deſtinata ad ca-
ſum, & proindè homicidium non excu-
ſat, ſed illud magis aggrauat, per iura al-
legata: prout hæc latiùs & pulchrè decla-
rat Blanc. in tract. crimi. §. ebrius, per to-
tum. Nell. in d. tract. ad defenſam, cap. 1.
nume. 44. Ang. in tract. malef. in verbo,
ſcienter. nu. 17. Bald. in l. 1. num. 40. C. vn-
de vi. Et ſic obſeruandum, multum in-
tereſſe, an quis præter opinionem ob ce-
rebri imbecillitatem aliquandò, an verò
habitu quodam, & peruerſa quadam cõ-
ſuetudine frequenter inebrietur: nam
quæ fieri ignoratione ſolet ebrietas, mi-
nus eſt vitioſa, quàm quæ ex vſu penè
quotidiano: ſiquidẽ illa ſemel, hæc ſem-
per rationem perturbat. Præterea, iſta ac-
cipienda ſunt de ſumma, & enormi ebri-
etate, quæ homines rationis vſu priuat,
& dolum in delicto, ſed non culpam tol
lit, non de leui ebrietate, quæ à pœna or-
dinaria homicidam non excuſat, Bal. in
d. l. data opera. C. qui accuſar. non poſſ.
Damhauderius in pract. crimin. cap. 84.
nume. 19. Ang. in tracta. malefic. in verb.
ſcienter. nume. 17. Ripa in l. final. nume.
79. C. de reuoc. don. Quartò infertur ex
29 hac principali regula, quòd † homicidi-
um à dormiente commiſſum pœnam
ordinariam non mereatur: Ratio, quia
dormiens caret dolo, adeoque mortuo,
& furioſo, quóad intellectum, compara-
tur, tex. in d. Clemen. vnica, de homicid.
tex. in l. 1. §. adipiſcimur. ff. de acquirend.
poſſ. & ibid. communiter Dd. facit text.
in c. maiores. §. fin. de Baptiſ. gloſſ. ibid.
in verbo, perdurare. Bar. in l. vt vim. ff. de
iuſtit. & iur. vnde illud:

Stulte, quid eſt ſomnus gelida niſi mortis imago?

In maleficijs ſemper voluntas ſpectan-
da eſt, tex. in d. l. 1. C. ad l. Cornel. de ſicar.
& in d. c. 1. 15. q. 1. at dormiens non habet
voluntatem peccandi, & ideò non com-
mittit maleficinm, tex. in d. Clem. vnica.
de homicid. & in c. ſi concupiſcentia, 15.
q. 1. gloſ. notab. in c. teſtamentum. diſtin.
6. in verb. rea, per illum tex. Sed hic quo-
que diſtinguendum inter eum, qui dor-
miens habet conſuetudinem ſurgendi
& lædendi alios, & eum qui ſurgendo nõ
eſt ſolitus aliquem lædere: nam primo
caſu tenetur de homicidio, quia ſciens
vitium, ſolus dormire debet. Secundo
caſu planè inculpatus eſt: ita diſtinguunt
Dd. vbi ſuprà, maximè Blanc. in §. dor-
miens. & Ange. in d. verbo, ſcienter. Hip-
pol. ad l. 1. num. 64. ff. ad l. Corne. de ſicar.
Quintò infertur, quòd † infans ex deli- 30
cto non teneatur pœna ordinaria, quia
innocentia cõſilij eum excuſat, & ſic do-
lo caret, tex. in d. l. infans, ff. ad l. Cornel.
de ſicar. & in d. Clemen. vnica. extra. de
homicid. quod eſt intelligendum de in-
fante doli non capace, text. in l. impube-
rem. ff. de furtis. & in l. pupillum. ff. de re-
gul. iur. tex. in d. l. ſed & ſi. §. ſed & infans.
ff. de iniur. Bar. in l. ſi quis in tantam. nu.
6. C. vnde vi. vbi dicit, quòd ſi † pupillus 31
homicidium commiſerit, licèt ſit doli
capax, non tamen debet decapitari, ſed
pœna minuenda eſt. tex. in l. auxilium. §.
in delictis. ff. de minoribus. & in l. ſacri-
legij pœnam. in princip. ff. ad l. Iul. pe-
cula. Iulius Clar. in practic. crimin. §. fin.
quæſt. 60. nume. 2. & 3. vbi dicit, pupillum
† ex delicto, quantumuis graui, pœna 32
mortis, vel membri mutilationis puniri
non debere, facit tex. in l. 1. §. impubes. ff.
de S. C. Syllania. vbi dicitur, ætatem ex-
cuſationem mereri. ad idem eſt tex. in l.
ſi adulterium cum incœſtu. §. fratres. &
§. ijdem Imperatores. ff. ad l. Iul. de adul-
ter. & in l. qui contra. C. de incœſt. nupt.
Nell. in tracta. ad defenſam. numer. 32. &
numer. 43. vbi hoc extendit † ad decrepi- 33
tos ſenes, qui infantibus comparantur,
iuxta illud: Bis pueri ſenes. text. in l. 2. ff.
de termi. moto, vbi pœna propter ſe-
nectutem minuitur. Angel. in tract. ma-
lefic. in d. verbo, ſcienter. & ſenectus ma-
gna morti dicitur ſimilis. Dd. in c. quo-
niam freqnenter, vt lite non conteſta.
Barbat. conſil. 21. volum. 2. quò pertinet
illud Lucani: 1.

Sed parcimus annis, Donamuſq; nefas.

34 Sextò infertur quòd † homicidium ca-
lore iracundiæ perpetratum non puni-
atur pœna ordinaria: quod eſt intelligen
dum de iracundia laceſſita, quandò quis
ab alio verbis iniurioſis ad iram prouo-
catur: nam eo caſu ira excuſat à pœna or
dinaria: Dd. in l. ſi non conuicij. C. de in-
iur. & in c. ſi quis iratus. 2. q. 3. & in l. iuriſ-
iurandi. C. de re reb. cred. & in l. quicquid
calore. ff. de reg. iur. Et neceſſe eſt, vt pro-
betur quòd talis fuerit ira, quę delinquen
tem à mente alienauerit: irati enim toto
animo conturbantur, rationis vſu carēt,
loqui neſciunt, ſenſibus vti non poſſunt,
adeoque inſaniunt, proindè præſumitur
in ijs abeſſe dolus, & voluntas nocendi
propter nimiam iracundiam, quæ tan-
quàm ſuror arma miniſtrat. Immodica
35 enim † ira vbermeſſiger zorn/ gignit inſa-
niam, inquit Lucas de Penna, in l. omnes
omninò. C. de decur. libr. 10. Et Perſius
Satyra tertia inquit:

Nunc face ſuppoſita, ferueſcit ſanguis & ira
Scintillant oculi, dicuq́; facuq́; quod ipſe
Non ſani eſſe hominis, non ſanus iuret Oreſtes.

Et Ouidius:

Qualibet iratis ipſe dat arma dolor.

Quo pertinet quod ſuprà dictum eſt, ho-
minem intenſo dolore permotum, non
eſſe in plenitudine intellectꝰ. Item quòd
36 † difficillimum ſit, iuſtum animi dolo-
rem temperare, tex. in d. l. ſi adulterium.
§. Imperatores. ff. de adult. ita tenet Hip-
pol. in d. l. 1. ff. ad l. Corn. de ſica. Idem ſin-
gul. 626. & in practic. crim. d. §. quoniam.
nu. 62. & nu. 66. Deci. plenè d. l. quod calo-
re. ff. de regul. iur. Roma. ſingu. 514. num.
5. Nellus d. c. 1 num. 64. Ang. in tract. ma-
lefic. in verbo, & dictus Titius, num. 27.
cum ſequen. Septimò, ex hac principali
37 regula infertur, quòd committens † ho-
micidium caſuale puniēdus non ſit, cùm
abſit in eo dolus: maximè ſi rei licitæ
operam dedit: putà ſi quis propter diſci-
plinam aliquem verberauerit, & caſu oc-
ciderit, tex. in c. fin. 15. q. 1. item, ſi in licito
ludo aliquis inopinatè occidatur, tex. in
l. 1. C. ad l. Corn. de ſica. & in l. ſi ex plagis.
§ cùm pila. ff. ad l. Aquil. & in l. ſi fortui-
to. ff. de incend. ruin. nauſr. Anch. conſi.
283. nu. 1. incipiente, iure ſtricto. Homici-
dia enim quæ ex improuiſo caſu potius,
quàm fraude accidunt, fato plerunque,
non noxæ imputantur, ita tex. in d. l. 1. C.
ad l. Cornel. de ſicar. Octauò infertur,
quòd † ſatellites, ſi maleficum armis reſi- 38
ſtentem occidant, non teneantur de ho-
micidio, quia officij neceſſitas eos à dolo
excuſat, & repugnantes maleficos de iu-
re occidere poſſunt, ſi aliter prehēdi ne-
queant: idque ne crimina maneant im-
punita, tex. in l. ſi ſeruus. C. de his qui ad
eccleſ. confugiunt, text. in l. quemadmo-
dum. §. magiſtratus, ad fin. ff. ad l. Aquil.
Damhaud. in practic. crimi. d. c. 84. nu. 35.
Quò pertinet quod iuris executio nō ha-
beat iniuriam, text. in l. iniuriarum. §. is
qui iure, & §. quæ iure poteſtatis. ff. de in-
iurijs, non tamen licet Magiſtratibus fi-
ducia magiſtratus aliquid iniurioſè face-
re, aliàs iniuriarū poſſent conueniri, tex.
in l. nec magiſtratibus, ff. d. tit. vel actio-
ne legis Aquiliæ, text. in d. l. quemadmo-
dum, §. magiſtratus: Et vt compendio di-
cam, mala nō ſunt, niſi quę crimine men
tem implicant, & conſcientiam ligant,
text. in d. c. 1. et c. illa cautela 15. q. 1. Plura
alia ex hac principali regula inſerri poſ-
ſent. ſed de ijs copioſè per Dd. in locis al-
legatis, & vide prolixiùs Afflic. in c. 1. §. ſi
quis hominem, num. 2. cum ſeq. de pace
tenend. vbi 14. caſus ponit, in quibus ho-
micidium non punitur: latè Tiraquel. in
tractatu ſuo de pœnis, per diſcurſum. Il-
lud tamen memoria tenendum, quòd
pœna homicidij ordinaria eo caſu, quo
illa de iure infligi deberet, quandoque
in extraordinariam commutari poſſit:
putà ob benè † merita delinquentis, ſi de 39
Principe, vel Republica ſit benè meritus,
aut excellens artifex, cuius opera & in-
duſtria Principi, & Reipublicæ vtilis &
commodo eſſe poſſit, text. ſingul. in l. ad
beſtias. ff. de pœ. Hippol. in practic. crim.
§. oportunè, nume. 6. Nellus in tractatu
ad defenſam. §. 1. nu. 131. & nu. 134. Iaſ. in
l. cum filiofam. nu. 101. ff. de leg. 1. Idem in
l. lex eſt. nu. 12. ff. de legib. Felin. in c. quæ-
renti, num. 6. de offi. deleg. vbi plures ca-
ſus recenſet. Pariſ. de Puteo in tracta. de
ſyndica. in verbo, quot ſunt qui faciunt,
mihi, fol. 231. & in ver. licèt dicatur. fol.
230. Alexand. conſi. 131. per tot. volum. 7.
incip. viſo proceſſu inquiſitionis. Poſtre-
mò † nobilitas, & dignitas, delictū quan- 41
doque auget, quandoque minuit: auget
ſi commiſſum ſit delictum contra nobi-
litatis ſplendorem, & dignitatis excel-
lentiam:

lentiam: veluti ſi delictum ſit indignum
nobilitate: quo caſu crimina & delicta
nobilitate, & dignitate augentur, text. in
l. quædam delicta, ff. de pœnis, text. in l.
omne delictum, §. qui manus. ff. de re mi-
lit. latè Tiraqu. de nobilitate, cap. 20. vbi
omninò vide, text. in c. cùm quidam, de
iureiur. gloſſ. notabilis ibid. in verbo, di-
gnitate. Felin. nu. 1. & communiter Dd.
tex. in c. homo Chriſtianus, 40. diſtinct.
42 gloſſ. ibid. in verbo, cadit, dicens † ex cir-
cumſtantijs peccata augeri, putà ratione
loci, dignitatis, ac ſcientiæ, & ideò magis
peccare clericum, quàm laicum in eodē
genere delicti, magis literatum, quàm il-
literatum, per text. in l. Pedius. ff. de in-
cend. ruin. naufrag. vbi I. C. ait, ex perſo-
narum conditione, & rerū qualitate, pœ-
nas diligenter æſtimandas eſſe, ne quid
aut durius, aut remiſſius conſtituatur,
quàm cauſa poſtulabit, facit ad hoc text.
notab. in l. aut facta. §. perſona. ff. de pœ-
nis. & in d. c. ſicut dignum. text. in c. 1. §. ſi
quis vero temerario, de pace iurament.
firman. vbi pulchrè Bald. nume. 1. ex hoc
43 infert, familiares Principis † & Agentes
in rebus, grauius puniri alijs, non exiſten-
tibus in aula. Item Nobiles contem-
ptores Mandatorum Principis ſeuerius
ipſis popularibus puniri debere propter
exemplum, per text. notab. in l. vnica, in
fi. C. de conductorib. & procuratorib. lib.
44 11. Minuitur † verò nobilitate, & dignita-
te delictum, ſi qualitas delicti ex nobili-
tate, & dignitate incrementum non ac-
cipiat: quo caſu, quóad pœnam corpora-
lem, mitius cum Nobilibus, & clariſſimis
perſonis, quàm cum ignobilibus, & ple-
beis agendum: ſed quóad pœnam pecu-
niariam intenſius Nobiles, quàm igno-
biles plectendi, per tex. in l. 2. C. vt nemo
priuatos titul. gloſſ. in d. c. cùm quidam.
Felin. ibid. num. 5. cum ſequ. Tiraquel. de
nobilitate d. cap. 20. verùm apud Deum
nulla eſt perſonarum differētia, ſed ani-
ma quæ peccauit, ipſa morietur, vt habe-
tur Deuter. cap. 18. Regum cap. 14. Ezech.
cap. 18. Felin. in d. c. cùm quidam.

OBSERVATIO CXL

Vulneratus ſi ex interuallo moriatur, vtrùm ex vulnere mortuus eſſe cenſeatur.

SVMMARIA.

1. *De vulneris qualitate recurrendum ad iudicium medicorum.*
2. *Medicos eligunt partes, vel iudex.*
3. *Iudicium plurium medicorum ſuper vulnere requiritur.*
4. *Fallit ſi plures non reperiantur.*
5. *Statutum requirens conſenſum propinquorū quandoque verificatur in vno.*
6. *Medicus ciuitatis an ſolus fidem faciat de vulneris qualitate.*
7. *Medicorum iudicio quandò ſtandum.*
8. *Cuilibet in ſua arte credendum.*
9. *Letaliter vulneratus præſumitur ex vulnere mortuus.*
10. *Medicis variantibus de vulnere quid ſtatuendum.*
11. *In dubio melius eſt nocentem abſoluere, quàm innocentem condemnare.*
12. *Medicorum appellatione qui veniant.*
13. *Medicorum iudicium de vulnere an iuratum eſſe debeat.*
14. *Medicorum iudicium quandoq; incertum.*
15. *Lex non debet dare occaſionem periurij.*
16. *Sententia ſecundùm iudicium peritorum in arte lata, nunquàm tranſit in rem iudicatam.*
17. *Sententia lata ex falſis teſtibus retractari poteſt.*
18. *Sententia lata ſecundùm conſilium ſapientis nunquàm tranſit in rem iudicatam.*
19. *Periti in arte quandò veritatis iuramentum præſtare debeant.*
20. *Vulneratus ſi nolit curam adhibere, an vulnerans pœna ordinaria puniendus.*
21. *Fruſtra expectatur, cuius euentus nil operatur.*
22. *Practica articulandi pro vulnerante.*
23. *Vulneratus ſi febri corripiatur an ex febri mortuus præſumatur.*
24. *Vulnerati quandoque ob malam curam medicorum moriuntur.*
25. *Requiſita vt medico culpa mortis imputari non poſſit.*
26. *Imperitia medici quomodò punienda.*
27. *Medicus dolo quem occidens qua pœna teneatur.*

QVæſtio quotidiana eſt, vtrùm vulneratus, ſi ex interuallo mortuus ſit, ex vulnere mortuus præſumatur: Accurſius in l. 1. C. de emendat. ſeruo. in verbo, depulſæ, putat vulneratum non præſumi in dubio ex vulnere mortuum, ſi poſt triduum ſurrexerit & ambulauerit. Iura de tempore & interuallo variè loquuntur, vt videre eſt in c. preſbyterum, & ibidem præclarè Felin. nume. 1. & in c. audientiam, de homicid. text. in c. 2. de cleric. percuſſ. gloſ. ibidem, in verbo, poſt octo, text. in l. ait lex. ff. ad l. Aquil. Socin. in d. c. preſbyterum. nu. 8. Breuiter omiſſis ambagibus dicendum, quòd tali caſu

1 quandò dubitatur de † vulneris qualita-
te, vtrùm letale, nec ne, Ob die wundt
todtlich/ oder nit/ recurrendum ſit ad iu-
di.ium medicorum, per text. in c. ſignifi-
câſti, el. 2. § & ſi quidem, de homicid. &
ibi communiter Canoniſt. text. in l. ſe-
mel. C. de re milit. libr. 12. Bart. in proœm.
digeſtorum. §. 1 num. 8. Idem in l. 1. num.
1. ff. de ventr. inſpicien. Specul. tit. de ho-
micid. §. 1. nume. 4. Socin. in d. c. preſbyte-
2 rum. Et ſiquidem † partes circa electionẽ
medicorum conueniunt, benè eſt, per
text. in l. hac edictali. §. his illud, verſic.
mobilium. C. de ſecund. nupt. ibi, quos
vtraque pars elegerit: ſin minus, iudex eli
get, per text. in l. 3. in fin. C. fini. regund.
text. in l. In venditione §. final. ff. de bon.
author. iud. poſſid. Bar. ibid. in d. l. ſemel.
num. 1. Felin. in c propoſuiſti, nume. 6. de
3 probat. Plurium † autem medicorum
iudicium requiritur, per tex. in d. c. ſigni-
ficâſti, & text. in l. lex quæ tutores, §. ſed
etſi parens, ff. de adminiſt. tutor. ibi, mul-
torum fide. ſaltem duorum, cùm plura-
lis locutio duorum numero contenta
ſit, text in c. pluralis. de regul. iuris. in 6.
Dd. vbi ſuprà. Quod tamen eatenus pro-
4 cedit, ſi ibi loci, vbi † iudicium de vulne-
re faciendum, plures medici reperian-
tur: ſecùs ſi vnus tantùm adſit, quo caſu
vnius etiam iudicium admittitur, vt no-
tant Bart. in d. proœm. digeſtorum. nu. 9.
Bald. ibid. nume. 6. circa fin. Bart. in l. fin.
num. 12. cum ſequentib. ff. ad l. Corne. de
ſicar. Socin. in d. c. preſbyterum. nu. 11. Fe-
lin. in d. c. propoſuiſti. num. 7. per text. in
§. quòd autem. Authen. de non alienand.
aut permut. reb. eccleſiaſt. Afflict. titu. hic
fin. lex. §. 1. in 2. notab. num. 8. Faciunt ad
hoc notata Bal. in l. 1. num. 2. C. vnde vir
5 & vxor. quòd videlicet † ſtatutum requi-
rens conſenſum propinquorum, verifi-
cetur etiam in vno, ſi plures non extent,
argumento, l. non eſt ſine liberis. ff. de
verb. ſignific. vnius quoque medici iudi-
cium ſufficit, ſi ita viſum fuerit partibus,
argum. l. 1 §. ſi quis ſimpliciter, in fine. ff.
de verborũ obligat. Felin. in d. c. propo-
ſuiſti. numer. 7. Dd. in locis ſuprà allega-
6 tis. Fallit quoque in † medico alicuius
inſignis Reipublicæ, qui à Senatu, ob ſin-
gularem ſuam peritiam, & communem
ciuium curam receptus, & ex publico ſa-
larium habet: quia induſtria perſonę ele-
cta cenſetur, & eruditionis atque peritiæ
opinio apud ciues fidem meretur, ſecun-
dùm Bart. in l. 1. C. de ponderatoribus. &
auri illatio. libr. 10. nume. 2. per illum tex.
Felin. in d. c. propoſuiſti. nu. 7. Medicis † 7
autem ritè vocatis, ſi de vulneris qualita-
te, vtrùm letale ſit, nec ne, conueniant,
ſtandum erit omninò eorum iudicio, d.
l. ſemel. d. c. ſignificâſti, el. 2. per rationẽ,
quòd † cuilibet in arte ſua ſit credẽdum, 8
text. in d. l. 1. §. 1. ff. de ventr. inſpiciend.
tex. in l. nemini. C. de aduoc. diuerſorum
iudiciorum, text. in c. fraternitatis, de fri-
gid. & maleficis gloſſ. ibid. in verbo, ma-
tronas, text. in. c. quia iudicante, de præ-
ſcript text. in d. c. propoſuiſti. Felin. ibid.
nume. 5. in fine. Bartol. in d. proœm. dige-
ſtorum, num. 8. vbi exempla adfert. Bald.
ibid. num. 6. Spec. in titu. de probat. §. fin.
nume. 25. ponens multa exempla. Socin.
regul. 194. incip. perito, vbi hoc tribus
modis limitat. Et ſiquidem letale dixe-
rint tunc, nihil refert, verùm † vulnera- 9
tus breui mortuus ſit, an poſt longum
interuallum, tex. in d. l. ait lex, glo. ibid. in
verbo, vulneratus, tex. notab in l. huic. §.
ſi ſeruus, verſi. hoc ita, ff. ad l. Aquil. quia
ſtatur iudicio medicorum, & præſumi-
tur ex vulnere diſceſſiſſe. Ita intelligen-
da ſunt iura ſupradicta variè de interual-
lo loquentia. Socin. in d. c. preſbyterum.
nu. 2. Variantibus † verò & diſſentienti- 10
bus medicis, quibuſdam letale vulnus,
aliis contrarium aſſerentibus, cõtra per-
cuſſorem, ſecundùm quoſdam, ſi vulne-
ratus moriatur, interpretatio facienda
eſt: eò quòd percuſſor operam rei illicitæ
dederit, & quod in delictis præſumptio
ſit contra delinquẽtem, tex. in c. 1. de præ-
ſumpt gloſſ. ibid. in verbo, ludens, tex. in
d. c. ſignificâſti, el. 2. §. quod ſi diſcerni, de
homicid. prout latè hoc proſequitur
Hippol. in l. 1. num. 110. & §. Diuus Adri-
anus. num. 32. ff. ad l. Corne. de ſicar. Idem
in l. final. numer. 57. eod. titul. vbi omni-
nò vide, per multa allegata. Socin. in d. c.
preſbyterum. num. 10. pulchrè Deci. con-
ſil. 415. per totum, incip. viſo eleganti cõ-
ſilio. Ego exiſtimo iudicem in dubio,
quandò dubitatur, vtrùm vulnus ſit mor
tale, nec nè, in mitiorem partem incli-
nare, & extraordinariam pœnam elige-
re debere: quia vbi de vita hominis agi-
tur, probationes dubiæ ad mortem infe-

rendam

ſendam non ſufficiunt,text.in l.final. C.
11 de probationibus. Et quòd melius † ſit in
dubio nocentem abſoluere,quàm inno-
centem condemnare, tex.in l.abſentem.
ff.de pœnis. ita quoque concludit Deci-
us d. conſi. 415. Idem conſi. 678.num.8.
cum ſequen.incip.caſus de quo quęritur:
& hoc maximè procedere puto, ſi ex in-
teruallo,ſecùs ſi intra modicum tempus
vulneratus moriatur, quo caſu omninò
præſumptio contra percuſſorem mili-
tat, Deci.vbi ſuprà. De iure tamen Cano-
nico in dubio contra percuſſorem præ-
ſumitur, per tex.in d.c.ſignificaſti.el.2.§.
quòd ſi diſcerni.gloſſ.ibid.& text.in c.ad
audientiam.eod.titul.de homicid.gloſſ.
ibid.in verbo,in dubijs,quę iura concor-
dantia allegat, text. in c. penultim. eod.
12 titul. Appellatione autem † medicorum
in hac quæſtione, non ſolùm Doctores,
verùm etiam alij in arte periti, vt ſunt
chyrurgi, veniunt,quorum iudicio per-
inde atque medicorum ſtari debet, per
text. in l.1 §.medicorum. ff.de var. & ex-
traord.cogni.Bar. ibid.tex.in l.1.§.ne au-
tem. C. de commun.ſer. manu. pulchra
apoſtila ad Bart.in d.l.1.ff. de vent.inſpi-
cien.ad verb.quæro. quã omninò ad hoc
vide.Iaſ.in l.2.circa fin. ff. quod quiſque
iur.apoſtil.ad Bar.in proœmio digeſtorũ,
§.1.num.8.in verbo, teſtimonio. An au-
13 tem † medicorum vel peritorum in arte
ſimplici aſſertioni, an verò iuratæ cre-
dendum ſit, more teſtium, quibus iniu-
ratis fides nulla adhibetur, tex. in l.iuriſ-
iurandi.C.de teſtib.& in c.nuper.eod.tit.
cum ſimilibus. Communis Dd.opinio
eſt, credulitatis, non veritatis iuramen-
tum exigendum, ne in periurium inci-
dant: Bald.in l.comparationes.nu 3.in fi.
14 ff.de fid.inſtrum. nam † medicorum iu-
dicium quandoque incertum, & fallax
eſt,quia deſperati à medicis ſæpè priſtinę
ſanitati reſtituuntur,& eorum opinione
ſaluati, nonnunquàm moriuntur: ita-
que ob hanc incertitudinem, & pericu-
15 loſam experientiam † lex non debet da-
re occaſionem periurij,tex.in l.1.C.de in-
dicta viduit.tollen.Bart.in d.proœmio di-
geſtorum diſtinguit,ſed Bald.ibid. num.
6. clarius loquitur, quem ad hoc omni-
nò vide,ſimiliter Fel. in d.c. propoſuiſti.
nu.7.verſi.tertia concluſio:vbi hoc qua-
16 tuor modis limitat. Hinc eſt quòd † ſen-
tentia ſecundùm iudicium peritorum
lata,nunquàm tranſeat in rem iudicatã,
per text.in d.c.fraternitatis, gloſſ.ibid.in
verbo,per errorem. Alexan.in l.ſi ab ho-
ſtibus num.10.cum ſequen.ff. ſolut. ma-
trimo.Iaſon in d.l.admonendi,nume.3.
& num.41.ff.de iureiur.Hippol. in l.vni-
ca.nume.145.C.de rapt.virg.Quapropter
vulnerans poſt latam contra ſe ſententi-
am ex iudicio medicorum, peritiores
medicos & chyrurgos adhibere poſtula-
re poteſt: & ſiquidem illi aliter ſentiant,
iudex ſuam ſententiam reuocare poteſt,
propter conſilium magis peritorum,
Quod eſt ſingulariter notandum:quem-
admodum in ſimili, † ſententia lata ſu- 17
per falſo teſtimonio,vel falſis inſtrumẽ-
tis retractari poteſt,text.in l.falſam.C.ex
falſis inſtrumentis, & in l.final. de re iu-
dic.ità tenet Ioan. Andr.ad Specul. d. tit.
de homicid.§.1.ad verbum noſcunt, cir-
ca fin. ſequitur Felin.in d.c. propoſuiſti.
nume.10. vbi communem dicit, & mul-
ta ad hoc allegat,dicens,quòd eadem ra-
tione † ſententia lata ſecundùm conſili- 18
um ſapientis,nunquàm tranſeat in rem
iudicatam, & quod poſſit reuocari pro-
pter conſilium ſapientioris. Illud tamen
meminiſſe oportet, peritos † in arte iu- 19
ramentum veritatis præſtare debere, ſi
vocentur in teſtimonium ſuper eo, de
quo poſſit haberi infallibilis notitia ve-
ritatis, vt dicit Felin. in d.c.propoſuiſti.
num.7. Sed quid ſi † vulneratus nolit ad- 20
hibere curam,& à medicis vel chyrurgis
peritis mederi,an vulnerans pœna ordi-
naria puniendus ſit, ſi vulneratus poſteà
moriatur? Hippo.in d. l.1.ff.ad l.Cornel.
de ſica.numer. 110. mouet hanc quæſtio-
nem:& concludit quòd ſic.ſi vulnus fue-
rit aliàs mortale,quia,inquit,† fruſtra ex- 21
pectaretur, id cuius euentus nihil opera-
retur,per text.ſingul.in l. hæc ſtipulatio.
§. Diuus. ff. vt legat. no. caue. & in d.l.
huic. §. ſi ſeruus, verſicul.hoc ita.ff. ad l.
Aquil.& in d.l. ait lex.cum gloſſ.ibid. ff.
eod.titul.& ſic paria ſunt,quem eſſe mor-
tuum, vel letaliter vulneratum, eo quòd
letaliter vulneratus, pro occiſo habea-
tur, per iura allegata. ſecùs ſi letale non
fuerit, ſed Bald. in l. ſi ab hoſtibus. §.1.
nume.1.ff.ſolut. matrimon. tenet, quòd
† hoc caſu in dubio, putà, ſi qualitas vul- 22
neris iudicio medicorum ad vitam vel

Sſ 3 mortem

mortem ſe habere poterat, percuſſor non de homicidio, ſed vulnere tantùm puniendus ſit. refert & ſequitur Caſtren. in d. §. 1. num. 3. dicens hoc eſſe ſingulare dictum, & communiter approbatum, quia tendit in fauorabiliorem partem, iuxta text. in l. ſemper in dubiis, & in l. ea quæ. §. in re dubia, ff. de reg. iur. Idem tenet Gulielmus Mayner. in l. Imperitia. num. 9. ff. de regul. iur. Hinc eſt quòd practici articulare conſueuerunt pro percuſſore, quòd vulnus non fuerit letale, quòd iudicium medicorum ſit incertū & fallax, quod vulneratus ex longo interuallo mortuus ſit, quòd non obtemperauerit medicis & chyrurgis, ſed cibis aliiſque rebus interdictis vſus ſit, quòd ex immoderato cibo & potu febri correptus, vel ex alia infirmitate obierit, idque domeſticis, medicis, chyrurgis atque vicinis notum ſit, quos ſuper dictis articulis examinari percuſſor petit. Cer-
23 tè ſi vulnus † fuerit exiguum, & ſuperuenerit febris aliqua acuta, rapida, & quercera aut aliud ſyntoma periculoſum, non ex vulnere, ſed febri vel ſyntomate potius vulneratus mortu⁹ præſumitur, per text in d. c. ad audientiam, & d. c. ſignificaſti, el. 2. de homicid. Anthon. Gomeſi. variarum reſolut. libr. 3. cap. 3. num. 29. Felin. in d. c. preſbyterum, nu. 1. & 2. de homicid. Socin. ibid. nume. 9. vbi etiā dicit, ſi vulneratus in capite in parte ſuperiore, poſt quadraginta dies obierit, quòd non præſumitur mortuus ex vulnere, ſed ex mala cura, eò quòd ſecundùm Phyſicos, effluxis quadraginta diebus, nullum amplius ſubſit ex vulnere capitis periculum mortis, & Deci. d. conſil. 415. concludit, quòd variantibus medicis, ſi vulneratus in febrem ex interuallo incidat & moriatur, percuſſor mitiùs ſit puniendus, quem ad hoc omninò vide. Has circumſtantias non ſolùm peritus Aduocatus, verùm etiam diligēs & circumſpectus Iudex, ad cuius officiùm ſpectat cuncta rimari, text. in c. iudicantem, 30. q. 5. accuratè obſeruare debet, per elegantem doctrinam Bartol. in d. l. ſemel. numer. 1. C. de re militar. lib.
24 12. nam quandoque † ob malam curam, vel imperitiam medicorum, vulnerati moriuntur, text. in l. illicitas. §. ſicuti medico, ff. de offic. præſid. de quo vide omninò Innoc. Panorm. & Socin. in c. tua nos. numer. 1. & 2. de homicid. vbi dicit quòd † quatuor concurrere debeant, ad 25
ad hoc, vt mors infirmi, non imputetur medico. Primò, ne excedat limites ſuæ profeſſionis, quia culpa eſt immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti, text. in l. culpa eſt, ff. de regul. iur. Secundò, quòd ſit peritus in arte, quia imperitia culpæ adnumeratur, text. in l. imperitia, ff. de reg. iur. & in §. prætereà, verſicul. imperitia, Inſti. ad l. Aquil. text. in l. idem iuris, §. mulionem, ff. eod. & in l. ſi quis fundum, §. Celſus. & in l. item quæritur, § ſi gemma. ff. loca. Quò pertinet illud Horatianum Epiſtol. lib. 2. Epiſtola 1.

abrotanum ægro
Non audet, niſi qui didicit dare: quod Medicorū eſt
Promittunt Medici, tractant fabrilia Fabri,

Tertiò, quòd ſit diligens circa curam infirmi, text. in c. ad aures, de ætat. & qualitat. & in c. final. de homicid. text. in d §. prætereà, Inſtitut. ad l. Aquil. & in l. idem iuris eſt. ff. eod. titul. ibi, & dereliquerit curationem. Quartò, quòd edoceat ægrotum de his, quæ contraria ſunt ægritudini ſuæ, text. in d. c. ad aures, & in d. c. final. de homicid. text. in l. ſi merces, §. qui columnam. ff. locati, vbi dicitur, culpam abeſſe, ſi omnia facta ſunt, quæ diligentiſſimus quiſque obſeruaturus fuiſſet. Ad idem eſt tex: in l. ſi putator. ff. ad l. Aquil. vbi dicitur culpam eſſe, quod cùm à diligente prouideri potuit, non ſit prouiſum, aut tunc denunciatum ſit, cùm periculum euitari non poſſit. Iſtis quatuor concurrētibus ſi mors ſuperueniat, concludit Soci. medicum tutum eſſe, etiam in foro conſcientiæ, quia

Non eſt in Medico ſemper releuetur vt æger,
Interdum docta plus valet arte malum.

Ita quoque tenet Mayneri. in d. l. imperitia, nu. 3. ff. de reg. iur. & Panorm. in d. c. tua nos, numer. 2. text. in d. l. illicitas, §. ſicuti medico, vbi dicitur imperitiam, non euentum mortalitatis in medico culpandam. An autem infirmus inobediens medico, item miniſtri & familia curam præſcriptam non obſeruantes, ſed noxia infirmo exhibentes peccent: Prætereà an medicus teneatur, ſi peritè quidem & dextrè medicinam præſcripſit, ſed ſpecies, mixturæ, ſiue ingredientia, vt vocant, ſint exoleta, vel adulterata,

terata, aut vetuſtate corrupta, vide omninò Innoc. io d. c. tua nos. nume. 2. & 3.
26 Et vtrùm † medicus, mortuo infirmo ob imperitiam eius, teneatur pœna legis Corneliæ, vide Alber. & Dd. in d. l. illicitas, § ſicuti medico, Mayne. in d. l. imperitia. nume. 2. & in d. l. culpa eſt immiſcere. numer. 19. ff. de regul. iur. & conſtitutionem criminalem Caroli V. Imperatoris, articul. 134. incip. Item ſo ein Artz auß vnfleiß/ꝛc. Communiter concludunt Dd. cum arbitrio iudicis extra ordinem puniendum, quando per imperitiam peccauit ſine dolo, argumento, l. reſpiciendū, §. delinquunt. ff. de pœnis. Alberic. in d. §. ſicuti medico. Mayner. in d.
27 l. culpa eſt. Quòd ſi nō per † imperitiam, ſed dolo occiderit ægrotum, dubium nō eſt, quin lege Cornelia de ſicarijs pœna capitali teneatur, gloſſ. ſingu. in d. §. præterea, in verb. imperitia, Inſt. ad l. Aquil. cum plus ſit hominem veneno extinguere, quàm occidere gladio, text. in l. 1. C. de maleficis & mathematic. & in l. eiuſdem, ff. ad l. Cornel. de ſicarijs & veneſic.

DE VLTIMIS VOLVNTATIBVS.

OBSERVATIO CXII.

De teſtamento paterno inter liberos.

SVMMARIA.

1 Teſtamentum patris imperfectum cenſetur habere clauſulam codicillarem.
2 Solennitas iuris ciuilis non attenduntur in teſtamento paterno.
3 Hereditas paterna iure naturali liberis debetur.
4 Priuilegium teſtandi inter liberos habet etiam locum in teſtamento nuncupatiuo.
5 Teſtes non rogati nec vocati admittuntur.
6 Item mulieres.
7 Teſtamentum paternum ſcriptum valet ſine teſtibus.
8 Schedula priuata continens voluntatem patris an valeat.
9 Schedula paterna continens diuiſionem bonorū inter liberos an fidem faciat.
10 An filio aliquid inſtitutionis titulo relinquendū ſit, & vtrùm teſtamentum patris imperfectū pro codicillo habendum.
11 Inſtitutionis titulus fauorem filij reſpicit.
12 Filius expreſſè inſtitui aut exhæredari debet.
Tacita inſtitutio in filio non obtinet, & quæ ſit.
13 Teſtamentū patris ex conſilio Galli Aquilij inter liberos non valet.
Teſtamentum paternum inciſum, an ruptum cenſeatur.
14 Voluntatis defectus vitiat teſtamentum paternum.
15 Scriptura notarij vel tertij, mandato teſtatoris facta an probetur inter liberos.
16 Pater ſi moriatur ante acceſſum notarij, an ſcriptura patris probet.
17 Teſtamentum non ſubſcriptum vel ſigillatum à teſtibus an valeat.
18 Priuilegium teſtandi inter liberos non habet locum in filijs naturalibus & ſpurijs.
19 Appellatione filiorum veniunt legitimi.
20 Fallit in matre.
21 Priuilegium teſtādi an habeat locum in legitimatis.
22 Legitimatus dicitur legitimus.
23 Aequalitas inter liberos ſeruanda.
24 Pater vni filiorum plus quàm alteri relinquere poteſt.
25 Aequalitatem pater inter filios ſeruare non tenetur.
26 Teſtamentum liberorum minus ſolēne an valeat inter aſcendentes.
27 Teſtamentum patris imperfectum quomodò per ſecundum reuocari poſſit.

TEſtamentum † paternum imperfectum, putà coram duobus teſtibus factū, inter liberos valere noti iuris eſt, tex. in l. hac cōſultiſſima, §. ex imperfecto. C. de teſtam. vbi communiter Dd. gloſſ. vnica, in Authent. quod ſine, C. d. titu. cenſetur enim tale teſtamentum paternum annexam habere clauſulam codicillarem, quòd valeat omni meliori modo quo poteſt, ſi non iure teſtamenti, ſaltem iure codicillorum, Antho. de But. & Imol. in c. Raynutius, de teſtam. gloſſ. ſingu. in l. cohæredi. §. cùm filiæ, in verbo, non valuit. ff. de vulg. & pupill. gloſſ. in l. filij, in verbo, teſtato. C. famil. herciſcund. Iaſon in Authen. nouiſſima. num. 21. C. de inoffic. teſtamen. & in d. §. ex imperfecto. nume. 8. Alexand. conſil. 105. num. 5. volum. 7. incip. ſuper his. Huc accedat alia ratio, quòd in † teſtamento paterno 2
inter liberos condito non attendantur diſpoſitiones iuris ciuilis, putà ſolenni-

tates teſtamentorum, quæ ſunt de iure
ciuili introductæ, vt fraudibus obuietur:
text.in l. fin. §.cum enim res,C.fideicō.
ſed tantùm ius gentium conſideratur,&
ſic de voluntate patris quæritur, an illa
ſit perfecta nec ne, nō de ſolennitatibus
iuris ciuilis, text. in l.fin. C. famil.erci-
ſcun.Iaſon in d. §. ex imperfecto.num.
3 2. Tertia † ratio eſt, quòd iure naturali
parentum hæreditas liberis debeatur,
tex.in l.ſcripto,§.fin.ff.vnd.liberi,& in l.
cum ratio, ff.de bon. dānato. Iulius Cla-
rus,§.teſtamentū, quæſt.8. nu.1. Ampliā
hanc concluſionē Primò,vt non ſolùm
4 procedat † in teſtamento ſolenni, & in
ſcriptis facto: verùm etiā,ſecundùm ma-
gis communem opinionem,in teſtamē-
to nuncupatiuo,gloſſ.in d.§. ex imperfe
cto.Alex.conſi.176.nu.9. vol.5. inclp. vi-
ſo proceſſu,vbi communem dicit. Secū-
5 dò amplia,vt procedat,ſiue † teſtes adhi-
biti ſint rogati & vocati: ſiue nō ſint,glo.
ſing.& cōmuniter approbata in l. fin.C.
de codicill.in verbo,excepto.Bald.Salic.
& Fulg.in Authen.quod ſine.C.de teſta.
Iaſ.in d.§.ex Imperfecto. nume. 8. Deci.
conſ.610.nu.2.incip.viſo themate.Idem
conſil.627.nume.11.Incip.in caſu.Tertiò
6 amplia,quòd licèt † mulieres vtroq; iure
teſtes in teſtamento eſſe nequeāt, tex. in
c.forus.de verb.ſign.gloſſ. ibid. In verb.
teſtimoniū. tex. in §. teſtes aūt, Inſtit. de
teſtam.ordin.& in l. qui teſtamento, §.
mulier,ff.eod.tit.& ibid.Imol. & cōmu-
niter Dd.Alex.latè conſi.177. nu. 2. vol.
2.incip.viſo teſtamento, tamen hoc nō
obtinet in teſtamento inter liberos, in
quo admittuntur perindè fœminæ, atq;
maſculi: quia,vt dixi ius gentium, non
ius ciuile conſideratur in teſtamento pa
terno,glo.in d.Authen.quod ſine.Bald.
bid.Deci.d.conſi.627.nume.11. Guid.de-
ciſ.538.nume.2.incip.factum eſt. Gratus
conſil.90.nume.3.lib.2.vbi communem
dicit. Iulius Clarus in d.§. teſtamentum,
quęſt.8.nu.4.Quartò amplia,ꝙ huiuſmo
7 di † teſtamēta paterna valeāt,quomodo-
cunq; facta ſint,etiā nuda ſcriptura, ſine
ſolēnitate & teſtibus, tex.in l. inter om-
nes,C.fam.exciſcun.Dd.in Auth.ſi mo-
do.C.eod.tit.& in d.Auth.quod ſine, A-
lex.conſi.4.nu.10. vol.7. incip. attentis
narratis.Zaſ.pulchrè cōſi.1.vol.1.ꝙ tamē
intelligendum, vt mox in prima limi-
tatione dicetur. Hinc eſt quòd † ſchedu- 8
la priuata, continens volūtatem patris,
ſine teſtibus probet voluntatē patris in-
ter liberos, ſi propria manu patris ſcri-
pta vel ſubſcripta ſit,per text.in d.Auth.
quod ſine.Bald.& Iaſ.ibid.& d.Authent.
ſi modo, vndè Inferunt Dd.quòd † ſche- 9
dula reperta in capſula patris,continens
diuiſionem bonorum inter filios,fidem
faciat,& ſeruanda ſit,ſi manu patris ſcri-
pta, vel ſaltem ab eo ſubſcripta ſit, per
tex.in d.Authen.quod ſine.Bald.ibid. &
Iaſ. nume.1.quem ad hoc omninò vide,
& per tex.in d.Authen.ſi modo. Bartol.
& Caſtr.in l.ſi is qui. ff. de teſtam. Quin-
tò amplia ex ſententia Iaſ. contra com-
munem opinionem,vt procedat etiam.
ſi † filio non ſit aliquid relictum titulo 10
inſtitutionis,quia eſt defectus ſolennita-
tis requiſitæ à iure ciuili, ergò inter libe-
ros non debet attendi, vt initio dictum
eſt. Ita Iaſ.in d.authen.nouiſſima. nu.16.
C.de inoff.teſtam. dicens ſe credere eam
opinionem eſſe veram ſicut Euangeli-
um, quam illuſtrat multis rationibus,
idem tenet in d.§.ex imperfecto.num.4.
Sed communis, vt dixi, eſt in contrari-
um, à qua non recedas, quia titulus † in- 11
ſtitutionis reſpicit fauorem liberorum,
& ideò eo omiſſo ceſſat diſpoſitio d. §.
ex imperfecto,Salic.In Authen. nouiſſi-
ma.communem dicit.Alber.ibid. nu. 1.
Iulius Clarus d.quæſt.8.nu.7.Alex.conſi.
76.nume.17. volum.3. incip. ponderatis
his, vbi plures allegat. Filius † enim ne- 12
ceſſariò inſtitui vel exhæredari debet,
tex.in §.1.Inſtit.de exhęred.liber.& in l.1.
ff.de hęred.inſtit.tex.in l.maximū vitiū,
C.de liber.ꝑteri.& toto tit. ff. de liber. &
poſth.hęred.inſtit.vel exhęredādis.adeò
vt nō ſufficiat ad validitatē teſtamēti,&
ſubſtitutionis tacita inſtitutio,quę in ex-
traneis admittitur, hoc pacto: Si is qui
ab inteſtato mihi ſucceſſurus eſt, nolit
eſſe hæres,ſubſtituo Titium, talis tacita
inſtitutio admittitur in perſonis, quas
non eſt neceſsè expreſsè, aut inſtituere,
vel exhæredare. Sed quoniam filij iu-
ris neceſſitate expreſsè, vel inſtitui,aut
exhæredari debent: Ideò talis tacita in-
ſtitutio in filijs non ſufficit. Eſt commu-
nis opinio teſtante Iulio Claro in d. §.
teſtamentum,quæſt.35. numer.2. Hinc † 13
eſt quòd non valeat teſtamentum patris
condi-

conditum ſecundùm conſilium Galli
Aquilij,putà,ſi filius me viuo morietur,
nepotem inſtituo, quia filius prius no-
minatim inſtitui debebat, ſecundùm
communem opinionem Dd. in l. Gal-
lus.ff.de lib.& poſth.Alex.ibid nu. 6. idē
conſil.108.nume. 4.volum.1. incip.viſo
themate,& conſil.135.num. 17.volum.2.
incip.viſo titulo,& conſil.199 nume.12.
eod.volum.incip.viſo præſtanti conſi-
lio,Clarus d.quæſt.35.nume. 3. Hæc ſunt
diligenter notanda. Sextò amplia,quòd
ex communi Dd. opinione teſtamen-
tum imperfectum conditum à patre In-
ter liberos præſentibus duobus teſtibus,
habeat effectum teſtamenti, & non co-
dicillorum. gloſſ.ſing. in l. ſilij, in verb.
ab inteſtato.C. famil. herciſcund. Bald,
Salic.& Fulg. ibid.Imol.in l. ſi filius qui
in poteſtate.ff.de lib.& poſth.Iaſon in d.
§.ex imperfecto,num,14. quæ ampliatio
magnum habet effectum in ſtatutis,fœ-
minas ab inteſtato excludentibus, vt de-
clarat Iaſ. loco alleg. Septimò amplia,
quod teſtamentum conditum à patre
inter liberos,cum ſolennitate d. Authē.
quod ſine,non tollatur ipſo iure,vel eti-
am ope exceptionis per inciſionem ſeu
inductionem & lituram teſtamenti : ſed
requiratur expreſſa reuocatio per ſecun-
dum teſtamentum ſolenne cum clauſu-
la derogatoria, per text. in Authen. hoc
inter.C.de teſtamen. ibi,& aliam diſpo-
nit voluntatem,Iaſ.ibid.nume.1.Angel.
& Alexand. in l.noſtram. C. dict. titul.
vbi Caſtrenſ.aliter ſentit. Limita hanc
cōcluſionem,Primò, vt procedat, quan-
14 dò † ſolennitatis ratione teſtamentum
inter liberos imperfectum eſſet, quia il-
las,cùm ſint iuris Ciuilis, non conſide-
ramus : ſecùs ſi voluntatis ſit defectus,
vtputa ſi pater morte præuētus volunta-
tem ſuam inter liberos non compleuiſ-
ſet,aut teſtamentum ſuum pro perfecto
& abſolùto non habuiſſet,tex.in d. l.ſi is
qui.gloſſ.Bartol.& alij ibid. Caſtr. in d.l.
hac conſultiſſima. numer. 5. pulchrè Ia-
ſon conſil.8.numer.1.volum.3.Alexand.
d.conſil.76. numer.13.volum.3.vbi com-
munem dicit, quòd teſtamentum inter
liberos ratione voluntatis imperfectum
non valeat.Deci.conſil. 488.nume.9. in-
cip.in cauſa & lite.gloſſ.in l.final. C. fa-
mil.herciſcun.in verbo , neque imple-
tum.Bartol.&Bald.ibid.Ange.in §.ex eo
autem, Inſti. quibus mod. teſtam. infir.
Iulius Clarus in d.§. teſtamentum, quæ-
ſtio.9.num.1.Salic.in d.§.ex imperfecto,
vbi dicit,ſi ſcriptura manu patris ſcripta
inter liberos reperiatur in cauſa poſt
mortem patris, & non appareat, quod
fuit lecta & publicata,quòd non valeat,
non ſolùm ratione omiſſę ſolennitatis,
ſed etiam ex defectu volūtatis principa-
liter,per tex.in d.l. hac cōſultiſſima, ibi,
elogiū ipſe ſuū profiteatur. refert Alex.
d.conſi.76.nu.12.Sed Salic. opinionē re-
probat Iaſ.in d. Auth.quod ſine,quod nō
requiratur lectio & publicatio, ſed ſuffi-
ciat ſchedulam manu patris ſcriptā vel
ſubſcriptam eſſe,vt anteà dixi, vide latè
de hac limitatione Philip.Port.lib.2.cō-
cluſ.6.Alex.d.cōſ.4.vol.7. Imò ſi à † No- 15
tario vel tertio ſcripta ſit mādato ipſius
teſtatoris,valebit ſcriptura inter liberos,
non quidem vt teſtamētum in ſcriptis,
ſed vt teſtamentum nuncupatiuum, per
text.in d.§.ex imperfecto, Iaſ.in d Auth.
quod ſine,nu.1.in fin. An autem † defe- 16
ctus voluntatis vel ſolennitatis ſit, ſi te-
ſtator poſt diſpoſitionem dicat ſe velle
adhuc adhibere Notariū, & ante acceſ-
ſum Notarij moriatur,vide in vtranque
partem Philip. Port. loco allegato. Iaſ.
in d.§.ex imperfecto,nume. 4. vbi con-
cludit,quòd non , quia eſt defectus ſolē-
nitatis & non voluntatis, facit ad hoc, ſi
† teſtator cœperit facere teſtamentum 17
in ſcriptis,& non adhibuiſſet omnes ſo-
lēnitates requiſitas : putà quia omnes te-
ſtes ſe non ſubſcripſerunt, vel ſigillârūt,
q òd tale teſtamentū valebit vt nūcupa-
tiuum,per tex.in l.3. ff. de teſta. mili. ita
tenēt Cyn.Albet. Fulgo.& Iaſ.in d.l. hac
conſultiſſima.§ per nuncupationem.C.
de teſtam.Imol.in l.1.§.ſin aūt.ff.de her.
inſti.Secundò ſingulariter limitatur in † 18
filio naturali vel ſpurio , quia beneficiū
d.§.ex imperfecto,ſecundùm communē
opinionem non habet locū in filio natu-
rali,vel ſpurio.Alexā. in d.§. ex imperfe-
cto.Iaſ.ibi.nu.4.Bal.Salic.Caſtr.&alij,in
d.l.fi.C.fam.herciſ.Deci.d.cōſi.610.nu.3.
vbi communem dicit: Ratio , quia quo-
ties † lex mentionē facit filij, intelligitur 19
de naturali & legitimo , text.in l.filiū eū
diffinim9.ff. de his q ſui vel alie. iu. ſunt.
Bal.in d.l.fin.Ang.in l.filio pręterito. ff.
de

de iniuſt.rup.& irr. fac. teſta. Iſta limita:
20 tio procedit quóad patrẽ: ſecùs † eſt quó:
ad matrem , ſi non ſit illuſtris perſona,
ga reſpectu matris filij naturales dicun:
tur legitimi,tex. in §. nouiſſimè. Inſt. ad
S.C. Orphitia, & in l. hac parte. ff. vnde
cognati. Et ſic obſerua beneficiũ d. §. ex
imperfecto, habere locum etiam in ma.
tre teſtante inter liberos, per illũ tex.glo.
ibid in verbo, liberos. Iaſ.num. 4. in fin.
21 Quid iu † legitimato receptũ ſit, an priui
legium d. §.ex imperfecto. In eo quoque
obtineat? vide Dec.d.conſi.610. vbi con.
cludit q̃ nõ. Sed aliter Bal. & rectius ſen.
tit in c.de cauſis, de offi. deleg. Iaſ.in d.§.
22 ex imperfecto, nu.2 quia † legitimatus
dicitur verè legitimus, & iura ſuitatis &
ſucceſſionis habet, vt plenè notãr Dd. in
l. is qui pro emptore. ff. de vſucap. & in l.
qui ſe patris. C. vnde liberi. & in c. tãta, q̃
filij ſunt legit. tex. In Auth. quib. mod. na.
tur. effic. leg. §. & quoniã. & §. palã. De le.
gitimatis per ſubſequens matrimonium
nulla eſt dubitatio, quia matrimonium
omnem maculam præcedentẽ abſtergit,
& emundat, tex. in d.c. tãta. vide inf. eo.
Obſer.141. Tertiò limitatur iſta cõcluſio
ſecundùm Roma.conſi.179. Incip. Am:
pliſſime Doctor, nu.13. & conſil.385.nu.2.
incip. In caſu præmiſſo. Deci. conſil.349.
nu 9. incip. Conſuluit. & conſ. 631. nu. 2.
incip. Caſus de quo, vt procedat, quandò
23 † pater filios ex æquis portionibus inſti.
tuiſſet: ſecùs ſi ex diſparibus partibus hę.
redes ſcripti eſſent, idque per rationem
quòd pater inter filios æqualitatem ſer.
uare debeat, ad quam ipſa lex eũ inuitat,
quia inæqualitas ſeminarium diſcordiæ
eſt, tex. in l. inter filios. C. fam. hercíſ. &
in Authen. In ſucceſſione. C. de ſuis le.
git. cũ ſimilib. Sed contrarium verius eſt
vt videlicet hoc priuilegiũ teſtandi indi.
21 ſtinctè parentibus inter liberos cõpetat,
ſiue ex æquis, vel diſparibus portionibus
filios hæredes ſcripſerint. Eſt enim expe.
24 diti iuris, † patrem vni filiorum plus quã
alteri relinquere poſſe , dũmodò debita
legitima neminem defraudet, text. in l.
parentibus C. de inoffic. teſtam. Iaſ. ibid.
nu.1. tex. in l. ex parte §. inteſtato. ff. fam.
hercıſ. & in l. quoties. C. eod. tit. vbi gloſ.
in verbo , diuidit. & communiter Dd.
tex. in l. cùm pater, §. euictis. ff. de leg.2. &
in l. hac edictali. §.1. C. de ſecund. nup. &

in §. penultim. Auth. de nup. Iaſ. in Au.
then. vnde ſi parens, nume.4. C. de inof:
fic.teſtam. vbi dicit per illum text. quòd
pater poſſet filio ſecũdi matrimonij plus
relinquere, quàm filijs primi matrimo:
nij, per tex. in d. §. penultim. Authen. de
nup. Non obſtant iura de æqualitate in.
ter liberos ſeruanda: quia procedunt , ſi
non ſit expreſſa voluntas patris teſtantis
in contrariũ, tex. in d. §. euictis , & in d. l.
quoties. nam in dubio † lex vult ſeruari 25
æqualitatem inter liberos, l. vt liberis. C.
de collat. Bald. ibid. nu.1. & in Authen. ex
teſtamẽto. C. eod. tit. Iaſon in d. l. paren.
tibus. Et pro hac opinione conſuluit Pa
riſ. conſi.34. num.50. cum ſequen. volu.
2. incip. Ad reſolutionem , per iura alle:
gata. Iulius Clarus in d. §. teſtamentum,
quæſt. 14. nu.8. vbi dicit illud procedere
in modica, non autem in magna diſpa.
ritate. Quartò limita hanc concluſionẽ
non procedere in minus † ſolenni teſta. 26
mento liberorum , quandò aſcendentes
inſtituunt, quia tunc duo teſtes non ſuffi
cerent: ſed ad minus quinque requirun:
tur, quia in omnibus alijs ſuccedentibus
ab inteſtato, exceptis filijs , requiruntur
quinque teſtes, per text. expreſſum in d. l.
hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. Bald.
ibid. & in d. l. final. C. famil. erciſcun. Ia.
ſon in d. §. ex imperfecto, num. 4. vbi plu
res limitationes recenſet. Quomodò au:
tem teſtamentum † patris imperfectum, 27
per ſecundum teſtamentum ſolenne re:
uocari poſſit ac debeat, vide tex. in d. Au:
then. hoc inter. C. de teſtamen. Dd. ibid.
præſertim Caſtr. & Iaſ. tex. in Authen. de
teſtamentis imperfect. §. & ſiquidem, gl.
ibid. in verbo, perfecta. Roma. d. conſil.
385. nume. 2.

OBSERVATIO CXIII.

Legata & fideicommiſſa an ex teſtamento nullo debeantur.

SVMMARIA.

1 Quid ſit.

2 Filius ignoranter præteritus rumpit teſtamentum, etiam quoad legata.

3 Filius ignoranter præteritus , etiamſi patris teſtamentum approbet vel ratificet, nihil agit.

4 Poſthumo nato, ſi pater teſtamentum antea factum non mutet, an legata ſalua exiſtant.

5 Legata pro exoneratione conſcientiæ relicta an ex teſtamento nullo debeantur.

6 Legatum

6 *Legatum ſilio exheredato impugnanti teſtamentũ relictum an valeat.*
7 *Fratris teſtamẽto per querelam inoffícioſi irrito facto, an legata ſubſiſtant.*
8 *An filius ignoranter præteritus cenſeatur inſtitutus in generali filiorum inſtitutione.*
9 *Qua actione petantur legata ex teſtamento nullo.*

CErtum & indubitatum eſt, idque ex cõmuni Dd. opinione
1 † teſtamentum hodie ex cauſa
præteritionis vel exhęredatio-
nis, ſolummodò quóad inſtitutionẽ hę
redis rumpi, & ſic in illo ſolo vitiari, in
quo facta eſt iniuria filio præterito vel
exhæredato: cætera in teſtamẽto relicta,
putà legata & fideicommiſſa firma ſub-
ſiſtere, & ab hæredibus ab inteſtato ve-
nientibus præſtanda eſſe, per text. in Au-
then. vt cùm, de appellat. §. illud. & in Au
then. ex cauſa. C. de liber. præter. vbi ſe-
des ordinaria, & ibid. cõmuniter Dd. &
in l. filio præterito, ff. de iniuſt. rup. teſta:
glo. notab. in l. ob quã, C de fideicom. in
verbo, traditur. Pariſ. conſi. 60. nu. 8. cum
ſeq. & nume. 19. cum ſeq. vol. 2. incip. pri-
ma facie, idq́; procedit tam in pręteritio-
ne matris (quod nullam habet dubitati-
onem) quàm etiam in præteritione pa-
tris: item procedit tam in filio in poteſta
te patris conſtituto, quã emãcipato, Dd.
In d. l. filio præterito. & d. Authen. ex cau
ſa, vbi Iaſon nu. 1. & num. 7. communem
dicit. Iulius Clarus §. teſtamentum, quę-
ſtio. 52. nu. 1. Limita hanc communem
concluſionem, vt non procedat, ſi filius
2 † ſit ignoranter à patre præteritus, vt pu-
tà ſi teſtator certo ſibi perſuaſum habeat
filium è viuis exceſſiſſe, vel quia de poſt-
humo non cogitauit, ſecundùm Bartoli
opinionẽ, quæ eſt æquior & magis com-
muniter approbata, in d. Auth. ex cauſa.
& d. l. filio præterito. Ratio, quia fortior
eſt donatio inter viuos, quæ duorum vo
luntate nititur, tex. in l. 1. ff. de donatio.
& in l. 1. C. de pact. quàm legatum aut fi-
deicommiſſum, quòd ex ſola teſtatoris
voluntate pendet, text. in l. cum virum,
C. de fideicom. & in l. penul. ff. de leg. 1.
tex. in l. ex facto, §. rerum autem, ff de hę-
red. inſtit. cum ſimilibus, ſed donatio in-
ter viuos natiuitate liberorum, tanquã
inofficioſa reuocatur, tex. in l. ſi vnquã.
C. de reuoc. dona. ergo multò magis le-
gatum & fideicõmiſſum reuocari debẽt:
Sequuntur, Bart. Caſtrenſ. Alexan. & Iaſ.
in d. Auth. ex cauſa, num. 4. Alex. conſil.
41. nu. 6 vol. 1. incip. Viſo tenore allega-
ti. & conſi. 47. nu. 8. vol. 2. incip. Abundè.
Bart. in l. 1. nu. 58. C. de ſacroſ. eccleſ. vbi
tenet, quòd etiam legata ad pias cauſas
non valeant, neque ſuſtineantur benefi-
cio d. Auth ex cauſa, filio ignorãter pręte-
rito: imò † ſi filius ignoranter præteri- 3
tus cõfirmaret vel ratum haberet teſta-
mentũ patris: tamen adhuc nõ ſubſiſte-
ret, quia deficit ſubſtantia, id eſt volũtas
teſtatoris, ita ſingulariter tenet Bal. in l.
ſi cùm vel in vtero, nu 10. C. de teſtam.
milit. & in l. ſicut certi. C. eod tit Iaſ. ibid.
num. 2. Caſtr. nu. 7. & Alex. ibid. nume. 3.
quod eſt notatu dignum: idq́ue maximè
ꝑcedit, ſi extraneus hæres inſtitutus ſit:
nam teſtamentum tali caſu nullum eſt,
non ſolùm ex cauſa præteritionis, ſed e-
tiam ex defectu voluntatis defuncti, qui
ſi ſciuiſſet ſe habere filium, extraneum
non inſtituiſſet: & ideò teſtamentum ex
duplici defectu nullum, non reconuale-
ſcit ratihabitione & approbatione filij
ignoranter præteriti, quia ſua approba-
tio non faceret inſtitutum habere vo-
lũtatem defuncti, ſine qua inſtitutus hę-
reditatem habere nequit. l. fin. ff. de hæ-
red. inſtitu. Dd. vbi ſuprà. Amplia præ-
tereà hanc limitationem, vt procedat e-
tiamſi nato † iam poſthumo pater diu 4
adhuc ſuperuixiſſet, nec voluntatem pri
orem mutaſſet, ita quòd videatur volu-
iſſe mori cum tali diſpoſitione: quia ne-
que eo caſu legata ſuſtinẽtur, ſed omnia
corruunt, vt ſingulariter tenet Iaſ. in d.
Auth. ex cauſa, num 5. allegat Franciſ. A-
ret. in conſi. 94. incip. Viſo legato. facit
ad hoc tex. in l. filio. §. Seia ff. de adim. le-
gar. & tex. in l. filiusfam. miles, ibi, ſi verò
militãte adhuc. ff. de teſtam. milit. vide
infrà, Obſer. ſeq. Secũdò ſingulariter li-
mitatur, vt procedat in legatis libero &
mero teſtatoris arbitrio relictis, quia ta-
lia legata filio ignoranter præterito cor-
ruunt: ſecùs ſi † legata neceſſaria relicta 5
eſſent, putà pro reſtitutione iniquè abla-
torũ, pro vſurarũ reſtitutione, & exone-
ratione conſcientiæ ſuæ, quia talia lega-
ta ſubſiſtunt, etiamſi filius ignoranter ſit
præteritus: cùm ſit veriſimile teſtatorem
talia legata relinquere voluiſſe etiam eo
caſu, quo ſciuiſſet filium ſuperſtitem &
conſci-

conſcientiam ſuam magis,quàm filium dilexiſſe,ita præclarè Baldus in d.l.filio præterito,nu.2. Angel.& Imol.ibid. Baldus in l.Titius.in fine,ff.de lib.&poſthu. Angel.in l. militis codicillis.§. miles in ſuptemis.ff. de milit.teſtamen. Iaſon in l.precibus. C.de impuber.& alijs ſubſtitut.idem in d.Authen.ex cauſa,nume.6. & nume.16.vbi omninò vide plures notabiles limitationes. Ioann. de Anania, conſil.28.nume.3.& nume.5.incip. Viſis
6 & ponderatis. An antem † legatum relictum ipſi filio præterito,vel exhæredato impugnanti teſtamētum ſuſtineatur beneficio d.Authen.ex cauſa, Dd.variant, Communis opinio eſt,prǿut ibidem atteſtatur Iaſ.num.15.quòd non,per tex. in l.filium.§.omnibus.ff.de leg.preſt.quem ad hoc Dd. inducunt. Præterea meminiſſe oportet prædictam Authen.ex cauſa, non habere locum in tranſuerſalibus,
7 vtputà ſi † frater fratem præteriret, inſtituta turpi perſona: quo caſu teſtamentum fraternum per querelam inofficioſi teſtamenti ſimul cum legatis corruit. Eſt ampliatio ad l.fratres. C.de inoffic.teſtamen.& limitatio ad d. Authē. ex cauſa.Iaſon ibidem,num. 16. Alexan. ibid.num. 19.vbi hanc opinionem dicit eſſe veriorem,Angel.in §.fin. in Authē. vt cùm de appel.cognoſ.Imola in d. l.fi
8 lio præterito. Sed quid ſi † pater vniuerſaliter filios hæredes inſtituat,an eo caſu intelligatur quoq; inſtituiſſe filium quē ignorabat ſe habere, aut mortuum eſſe credebat. Magis communis opinio eſt, quòd non,quam tenet Bartol.in l.ſi quis ita.§.penultim.ff.de teſtam. tute. per illum text.gloſſ in l.Titius.in verbo final. ff.de lib.& poſthum.Sed benignior opinio eſt hoc caſu teſtamentum valere,& filium ignoranter præteritum vniuerſaliter inſtitutum cenſeri,quia in materia teſtamenti, vbi pugnantes ſunt Dd. opiniones,tenenda eſt illa opinio, quæ fauet teſtamento,tex.in l.ſi pars.ff.de inoffic.teſtamen.& in l.fin.§.fin. C. de poſthum.hæred.inſtit.Et hanc opinionem tenent Imol. Caſtr. & Alexand. in d. l. Titius,per tex. in d.l.final.§.fin.C.de poſthum.hæred.inſt.& in l.cùm mater. ff. de inoffic.teſtamen.gloſſ.ibid.in verbo, pertinere,Caſtr.in d.l.ſicut certi, nume. 4.Iaſ. ibidem,numer.2.vbi ad contraria reſpondet. Porrò qua † actione petantur 9
legata, rupto teſtamento ex cauſa præteritionis vel exhæredationis quóad inſtitutionem, variant quoque Dd. opiniones: Communis eſt, directam ex teſtamento competere,per tex.in §. ſiue igitur. & in §. ſi autem hæc obſeruata, Authen.vt cùm,de appellat.rex. in l.fin. ff.de hæred.inſtit.Iaſon in d. Authen.ex cauſa,numer.20.vbi communem dicit, Bartol.& alij ibid.Vide de virtute & efficacia clauſulæ codicillaris, infrà Obſeruat.ſequen.

OBSERVATIO CXIIII.

Teſtamentum natiuitate poſthumi ruptum,an ſuſtineatur virtute clauſulæ codicillaris.

SVMMARIA.

1 *Clauſula codicillaris inducit fideicommiſſum.*
2 *Inſtitutiones hæredum per clauſulam codicillarem conſeruantur ab inteſtato.*
3 *Subſtitutio facta per verba directa, virtute clauſulæ codicillaris trahitur ad fideicommiſſum*
4 *Teſtamentum natiuitate poſthumi ruptum an ſuſtineatur per clauſulam codicillarem.*
5 *Bartoli diſtinctio reprobatur.*
6 *Clauſula codicillaris adiecta per verba futuri temporis quid operetur.*
7 *Clauſula codicillaris omnem ſucceſſionis ſpeciē comprehendit: & de varijs ſucceſſionum ſpeciebus.*
8 *Bartoli opinio defenditur.*
9 *Clauſula codicillaris hodie ex quadam cōſuetudine notariorum apponitur.*
10 *Clauſula codicillaris nō debet extendi ad nō veriſimilia.*
11 *Teſtamentum rumpitur ex varijs cauſis.*
12 *Codicillaris clauſula non conſeruat teſtamentū vbi eſt defectus voluntatis.*
13 *Poſthumo nato,ſi pater teſtamentum non mutet, an clauſula codicillaris inducat fideicommiſſum.*
14 *Iuramētum habet vim clauſulæ codicillaris, & vim expreſſi.*

COmmunis Dd.opinio eſt per † 1
clanſulam codicillarē teſtamento adiectam,inſtitutiones hæredum in vim fideicommiſſi ab inteſtato conſeruari:ita quòd hæredes ſcripti, virtute illius clauſulę per indirectum bona hæreditaria conſequantur, quæ directò ob teſtamenti nullitatem conſequi non potuiſſent:maximè ſi adiecta ſit huiuſmodi clauſula,per verba futuri temporis,videlicet, ſi hoc meum teſtamētum non

non valebit iure teſtamenti, valeat ſaltē
2 iure codicillorum: quo caſu † filius præ-
teritus vel exhæredatus, cēſetur ab inte-
ſtato rogatus reſtituere hæreditatem in
vim fideicommiſſi vniuerſalis hæredi-
bus ſcriptis, per text. in l. generaliter. §. ex
teſtamento, ff. de fideicom. liber. Bart. in
Auth. ex cauſa, num. 22. C. de liber. præ-
ter. Alex. ibid. nu. 13. Iaſ. nu. 22. cum ſequ.
gloſſ. & Dd. in l. ex ea. §. ex his verbis. ff.
de teſtam. tex. in l. ex teſtamento, C. de fi-
deicommiſſ. & in l coħæredi, §. cū filiæ.
ff. de vulg. & pupill. text. in l. ſi iure, ff. de
teſtamenta. manumiſſio. Bart. ꝑlixè in l.
1. ff. de iur. codicill. & in l. 2. ff. de leg. 2.
Alexan. conſi. 42. nu. 2. vol. 2. incip. Viſo
proceſſu. & cōſi. 50. nu. 3. vol. 6. incip. Cir-
ca primā, & conſi. 123. nu. 10. vol. 1. incip.
Diſcuſſis. vbi communē dicit. Deci. cōſi.
242. nu. 2. incip. In caſu propoſito. idem
conſil. 478. nu. 4. incip. In cauſa domini.
Pariſ. conſ. 60. nu. 20. volu. 2. incip. Licèt
aliâs. vbi communem dicit. & conſil. 30.
nu. 11. vol. 3. Soci. iunior conſi. 107. nu. 24.
volu. 1. Guid. deciſ. 323. nu. 1. vbi dicit, ita
in Parlamento Franciæ ſeruari. Iulius
Clarus in §. teſtamentum, quæſtio. 46.
num. 1. Ferra. in forma libel. pro legato
rei ſingula. Alexan. in l. cum filio, nu. 22.
ff. de leg 1. idem cōſi. 51. nu. 3. vol. 6. incip.
Perſpectis his, vbi dicit clauſulam codi-
cillarem teſtamento adiectam hoc ope-
3 rari quod † ſubſtitutio facta per verba di-
recta, ſi non poteſt habere effectum iure
directo, trahatur ad fideicōmiſſum, tex.
in l. ſi frater. C. de fideicō. & in l. Scęuola.
ff. ad S.C. Trebel. Bal. in l. verbis ciuilibꝰ.
ff. de vulg. & pupil. Iaſ. in d. Auth. ex cau-
ſa, nu. 22. vbi dicit quòd quomodocunq;
irritum fiat teſtamentū, ſiue ratione ſo-
lennitatis omiſſę, ſiue ratione exhęreda-
tionis vel præteritionis filij in poteſtate
conſtituti, ſemper clauſula codicillaris
habet vim fideicommiſſi vniuerſalis, ita
quòd filius ab inteſtato teneatur hæredi-
bus ſcriptis reſtituere hæreditatem retē-
ta Trebellianica, per text. in d. l. generali-
ter, §. ex teſtamento. Et iſta deciſio nullū
4 habet dubium. An autem † dicta clauſu-
la codicillaris aliquid operetur in teſta-
mento natiuitate poſthumi rupto, vari-
ant mirificè Dd. opiniones. Rom. conſi.
181. nu. 1. incip. Pro deciſione. dicit in ea
quęſtione tot eſſe ſententias quot capita.
Iaſ. in d. Auth. ex cauſa, nu. 24. aſſerit illā
eſſe altam & profundā quæſtionem. Bar.
in l. filio præterito, nu. 8. ff. de Iniuſt. rupt.
teſtamen. & in d. l. 1. numer. 10. ff. de iure
codicill. diſtinguit inter ſcientiam &
ignorantiam teſtatoris, vtrùm ſciuerit
vxorem ſuam prægnātem fuiſſe, vel hoc
ignorauerit: primo caſu concludit clau-
ſulam codicillarem operari prædictum
effectum, & de eo inter Dd. nulla eſt du-
bitatio: altero verò caſu exiſtimat eā nul
lius eſſe momenti, neq; poſthumo præ-
iudicare, per rationē in præcedenti Ob-
ſer. poſitam: quòd donatio inter viuos
ſit potentior & firmior, eò quòd duorū
voluntate nitatur, tex. in l. 1. C. de pact.
quàm fideicommiſſum, quòd ex ſola te-
ſtatoris voluntate pendet, text. in l. cùm
verum, C. de fideicommiſſ. cum ſimili-
bus: at illa natiuitate liberorum reuoca-
tur, l. ſi vnquam. C. de reuoc. dona. ergò
multò magis fideicommiſſum. Sed con
tra † Bart. magis communis eſt opinio, 5
videlicet clauſulam codicillarem indi-
ſtinctè prædictum effectum habere ſine
diſcrimine ignorantiæ vel ſcientiæ: ma-
ximè ſi † clauſula codicillaris adiecta ſit 6
teſtamento per verba futuri tēporis, pu-
tà ſi non valebit teſtamentum iure teſta-
menti, valeat iure codicillorum: quia il-
la verba oſtendunt teſtatorem ſaltem in
genere de poſthumo cogitaſſe, quod ſuf-
ficit, vt tenent Bald. & Sali. in l. fi. C. de co
dic. Alex. in d. Auth. ex cauſa, nu. 14. in fi-
ne, vbi magis communē dicit. idem atte-
ſtatur Iaſon ibid. nu. 24. Imol. in d. l. filio
præterito. Ang. in §. 1. Inſt. de codicillis.
Alex. d. conſi. 50. nu. 5. cum ſeq. & conſil.
30. num. 1. vol. 3. incip. Ponderatis his. vbi
dicit, quòd ſemper legendo & conſulen-
do tenuerit eam opinionem tanquàm
magis communem, per tex. in d. l. gene-
raliter. §. ex teſtamēto, & in l. ſi quis cùm
teſtamentū nullum, & in l. ab inteſtato.
ff. de iure codicil. idē Alex. conſi. 26. nu. 5.
vol. 1. incip. Circa primum. & d. conſi. 123.
nu. 10. vtrobiq; dicit magis communem
eſſe cōtra Bart. & quòd ſufficiat in gene-
re de liberis cogitaſſe, idq; virtute clauſu-
læ codicillaris factum eſſe præſumi, per
tex. in l. qui iure militati. ff. de teſtam. mi-
lita. Idem Alex. conſ. 142. num. 9. cum ſe-
quen. dicit quòd apponens † clauſulam 7
codicillarem, omnem ſucceſſionis ſpe-

ciem grauate intelligatur. text. in d. l. ſi
quis cum teſtamẽtum. Sunt autem mul-
tæ inſtitutionnm ſpecies: nam quædam
ſunt directæ, quædam obliquæ, ſiue fidei-
commiſſariæ, quædam per quas directò
ſucceditur teſtatori, & tantùm in eius bo
nis, quædam per quas ſucceditur alijs
quàm teſtatori, vt in exemplari & pupil
lari ſubſtitutione. Item quædam ſunt
inſtitutiones vniuerſales, quædam par-
ticulares, vt docet Iaſ. in d. Authen. ex
cauſa, nu. 9. & alij ibid. Ad d. l. ſi vnquam,
reſpondent, quòd donatio in caſu illius
legis tanquàm inofficioſa reuocatur: ſed
codicilli non poſſunt dici inofficioſi,
quia præteritus virtute huius clauſulæ
ab inteſtato ſuccedẽs, detrahit debitam
legitimam, per notata Dd. in c. Raynu-
tius. de teſta. & in l. ſancimus. C. de inoff.
teſta. plures ratiões tradit Alex. in d. Au-
8 then. ex cauſa. & d. cõſi. 142. Sed † Bar. opi
nio benè ad amuſſim reuocata, æquitati
magis & iuri quoq; cõſentanea eſt, à qua
in iudicando non eſt recedendum: nam
9 Dd. communiter huic † clauſulæ codi-
cillari nimiuſculum tribuũt, quæ hodie
magis ex cõſuetudine quadã notariorũ,
quàm peritè, vel ex teſtatoris voluntate
aut diſpoſitione apponitur teſtamentis,
cuius efficaciam neque ipſi notarij, ne-
que etiam teſtatores plerunque intelli-
gunt, Bar. in d. l. 1. num. 10. ff. de iur. codi-
cil. Alexand. conſil. 52. num. 28. vol. 4. In-
cip. circa hanc dubitationem, Soci. ſeni-
or conſil. 250. nnm. 8. vol. 2. Quapropter
clauſula non debet eſſe tanti momẽti, vt
poſthumum ignoranter præteritum, ac-
cepta ſola legitima, à ſucceſſione pater-
na excludat: maximè extraneo hærede
ſcripto, ſi non de expreſſa teſtatoris vo-
luntate appareat. Hãc opinionem Bart.
Molinæus ad Alex. d. conſi. 26. atteſtatur
hodie communẽ eſſe, idem ad Alexã. d.
cõſi. 30. dicit Barto. opinionem eſſe veri-
tatem: & generalẽ, vagam, atq; incertam
10 cogitationem, quæ ex adiectione † clau-
ſulæ codicillaris colligitur, nõ extẽdi ad
ea, quæ quis veriſimiliter non ſtatuiſſet:
ſecùs ſi ex verbis teſtatoris & alijs circũ-
ſtãtijs appareat, quod in ſpecie & expreſ-
sè de liberis cogitauerit. Hanc opinionẽ
Bar. ſequitur quoq; Iaſ. in d. Auth. ex cau-
ſa, nu. 4. & nu. 24. vbi dicit Bar. opinionẽ
eſſe æquam & tenendam, & quòd de fa-
cto ita fuerit iudicatum. Imò ita tenet
quoq; ipſemet Alex. conſi. 41. nu. 6. vol. 1.
incip. Viſo tenore. Bald. in l. qui totas. C.
de inoff. don. & in l. fi. C. de codicil. Ang.
in l. idemq; erit. ff de milit. teſt. per illum
text. & tex. in l. ex facto. ff. de vulg. & pu-
pil. ibi, nec enim aut patrẽ aut principem
de hoc caſu cogitaſſe veriſimile eſt; text.
in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. Franciſ.
Aret. cõſi. 114. incip. quatuor dubia. idem
conſi. vlt. vbi dicit argumentũ illud, quod
virtute clauſulę codicillaris per verba fu
turi tẽporis adiectæ, cẽſeatur ſaltẽ in ge-
nere de liberis, & ſic de poſthumo cogi-
taſſe, eſſe falſum: quia † teſtamentũ etiam 11
ex alia cauſa, quàm natiuitate poſthumi
rumpi poteſt: putà ſi hæres moriatur vi-
uo teſtatore, vel eo mortuo hæreditatẽ
adire nolit, aut reddatur incapax: per text.
in l. vnica, §. in nouiſſimo, C. de caduc.
toll. tex. in §. poſteriore Inſt. quib. mod.
teſtam. infirm. & quòd vnuſquiſque cõ-
ſcientiam ſuam conſiderare debeat ſe-
cundum rationem naturalẽ, & videre an
veriſimile ſit patrem interrogatum, ex-
traneum filio præferre voluiſſe, ita Fran
ciſ. Aret. conſil. 113. incip. Viſo legato, re-
fert Iaſ. in d. Auth. ex cauſa, Deci. cõſ. 394.
nu. 9. incip. pro vera reſolutione, vbi di-
cit, clauſulam † codicillarem nihil ope- 12
rari, vbi eſt defectus voluntatis: quia te-
ſtator dum dicit, ſi non valet iure teſta-
mẽti, valeat iure codicillorum, enixam
ſuam voluntatem oſtendit ſuper ijs, de
quibus tẽpore teſtamenti cogitauit, non
ſuper ignotis: clauſula codicillaris ten-
dit ad conſeruationem voluntatis teſta-
toris, ſed non entis nullæ ſunt qualita-
tes, tex. in l. eius qui, §. quod ſi ſtipulatus,
ff. ſi cert. pet. & in l. ſi ſeruum, §. 1. ff. de
act. empt. cum ſimilibus, ita tenet Deci.
d. conſil. 394. & Iulius Clarus in d. §. teſta
mentum, quæſt. 46. nu. 2. vbi dicit, quod
intrepidè conſulendo & iudicando il-
lam opinionem ſequi vellet, quam e-
tiam tenet Socin. ſenior conſil. 94. nu.
35. volum. 4. Rubeus conſi. 112. num. 12. &
conſi. 125. nu. 2. cum ſeq. Alciat. in tract.
de præſumpt. regula 1. præſump. 13. Volũ-
tas, eſt actio intellectus cognoſcentis, &
ideo qui ignorat, non dicitur velle, text.
not. in l. Labeo, §. idem Tubero, ff. de ſup
pel. leg. & in l. mater. §. cæterum, ff. de in-
offi. teſtam. Limitatur autem prædicta
opinio

13 opinio Barto. vt non procedat, ſi † nato
iam poſthumo, pater diu ſuperuixiſſet,
& teſtamentum anteà factum, non mu-
tâſſet, cùm mutare commodè potuiſſet,
quia tunc videtur decedere voluiſſe cum
tali teſtamento: & ideò virtute clauſulæ
codicillaris, poſthumum cenſetur gra-
uaſſe fideicommiſſo vniuerſali, per text.
not. in l. tractabitur, ff. de mil. teſt. gloſſ.
ibid. in verb. nihil noui, & tex. in d. l. idẽ
que erit. ff. cod. titul. facit l. tribunus, ff.
dicto titul. Caſtr. in l. 1. C. de poſthum.
hæred. inſt. quem omninò vide. & Iaſ. in
vtramque partem, in d. Authen. ex cau-
ſa, num. 25. Sed Iulius Clarus d. quæſtio.
46. nume. 2. in fine ſimpliciter contrariũ
tenet, videlicèt, quòd etiam eo caſu teſta
mentum natiuitate poſthumi ruptum;
non ſuſtineatur, quod verum puto, vt di
xi ſuprà, Obſeruat. proxima. Illud obiter
4 notandum quòd † iuramentum teſtato-
ris habeat vim clauſulæ codicillaris, per
notata Barto. in l. ſi quis in principio, nu.
15. ff. de leg. 3. Hippol. ſingul. 504. num. 2.
vbi dicit illam eſſe mirabilem vim iura-
mẽti, & plura ad hoc allegat. Iaſ. in l. ſan-
cimus. C. de teſtam. nu. 8. vbi dicit, quòd
iuramentum appoſitum in teſtamento
habeat vim ſpecialis derogationis ad ſe-
quẽtia, item vim expreſſi, per tex. notab.
in l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de leg.
2. & ibid. Dd. Bal. in l. 1. C. commod. Bar.
in l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de
leg. 3. Bald. in l. eam quam, nume. 13. C. de
fideicommiſſ. Iaſ. præclarè ibid. num. 18.
Imol. in c. cum contingat, num. 73. de iu-
reiur. Matheſ. ſing. 56.

OBSERVATIO CXV.

Nepotem ex ſpurio an auus hæredem inſtituere poßit.

SVMMARIA.

1 *Nepos ex ſpurio non ſuccedit auo ab inteſtato.*
2 *Conſequentia legitima non eſt ex illegitimo naſcendi principio.*
3 *Baſtardi non ſunt de familia parentum.*
4 *Natus ex damnato coitu non poteſt inſtitui.*
5 *Communis opinio eſt auum nepotem ex ſpurio inſtituere poſſe.*
6 *Intellectus l. fi. C. de natu. lib.*
7 *Lex non prohibet nepotem ex filio ſpurio hæredem inſtituere.*
8 *Auus nepoti ex filio ſpurio contemplatione patris nihil relinquere poteſt.*
9 *Idem ſi nepos natus ſit ex filio inceſtuoſo.*
10 *Inceſtuoſi liberorum appellatione nõ continentur.*
11 *Spurij retinent iura cognationis.*

INdubitata concluſio eſt, nepo-
tem † ex ſpurio auo ſuo ab inte- 1
ſtato non ſuccedere, nam licèt
ipſe ex legitimo matrimonio natus ſit,
tamen originem ducit ex radice infecta,
tex. in l. fin. C. de natur. libe. Dd. in l. Gal-
lus. §. quòd ſi is. ff. de lib. & poſthum. De-
ci. conſil. 462. nu. 16. incip. viſa legitima-
tione, & conſil. 85. nu. 9. incip. & diligen-
ter. Alex. conſil. 174. nu. 2. incip. ſuper eo
de quo, vol. 5. Anchara. conſi. 381. in prin.
Bald. in l. fi. C. de verb. ſign. num. 4. Capr.
conſi. 1. nu. 24. cum ſeq. Philip. Port. con-
cluſ. 26. per totam. lib. 1. commu. opinio.
vbiq; dicunt, nullam poſſe † conſequen- 2
tiam eſſe legitimã ex illegitimo naſcen-
di principio, tex. in d. l. fin. & regulam ge
neralem eſſe, quandò vna perſona pro-
hibetur ſuccedere, tunc etiam deſcendẽ-
tes ex ea à ſucceſſione excludi, l. ſi viua
matre. C. de bon. mater. Dd. vbi ſup. Hinc
eſt † quòd Baſtardi, vt vocãt, & eorum fi- 3
lij legitimi & naturales, non dicantur eſ-
ſe de domo & familia parentũ, vt not.
Bal. in d. l. fi. nu. 4. Caſtr. in l. ex libera, nu.
2. C. de ſuis & legitim. per illum tex. An-
char. d. conſil. 389. Deci. d. conſi. 85. An au
tem auus nepotem ex ſpurio hæredem
inſtituere poſſit, variant Dd. opiniones.
Bald. in d. l. fi. Idem conſil. 406. nu. 2. vol.
3. Incip. Talis caſus eſt. Capr. d. conſil. 1.
Raph. Fulgoſ. pulchrè conſi. 23. nu. 2. In-
cip. Engelbertus. & alij, quos citat Port.
d. cõcluſ. 26. tenent, quòd † inſtitui, vel ei 4
aliquid relinqui ab auo nequeat, per ra-
tionem prædictã, quia ex illegitimo prin
cipio nulla poſſit eſſe legitima cõſequen
tia: quicquid enim eſt cauſa cauſę, eſt cau
ſa ipſius cauſati, vt dicit Capr. d. conſil. 1.
num. 25. per l. liberorum. ff. de verb. ſign.
l. liect. ff. de procurat. Prætereà quòd na-
tus ex damnato coitu inſtitui non poſ-
ſit à parente, id quidem non in pœnam
ipſius ſpurij, ſed potiùs genitoris recep-
tum eſt, nè videlicet ſui ſceleris ſolatium
aliquod cõſequatur ex inſtitutione ſpu-
rij, vt dicit tex. in Authen. quib. mod. na-
tu. effic. ſui. §. final. quæ ratio militat non
ſolùm in ipſis filijs inſontibus malè ſuſ-

ceptis, verùm etiam in eorũ deſcenden-
tibus: nam ſi nepotem parentes Inſtitue-
re poſſent, daretur ipſis illicitæ concupi-
ſcentiæ occaſio, & per indirectum cõcé-
deretur, quòd directò eſſet prohibitum,
quod fieri non debet, tex. in c. cum quid,
1 vna, de reg. iur. in 6. & in l. ſcire oportet,
§. 1. ff. de tuto. & cura. dat. ab his, text. in l.
cum hi, §. ſi cum lis, ff. de tranſact. vide
omnino Bald. Ful. Caprã, & alios vbi ſu-
5 prà. Breuiter, † communis & benignior
opinio, quam etiam Camera ſequitur,
eſt in contrarium, nepotem ſcilicet ab
auo inſtitui poſſe, caſu quo ei nulla extet
legitima proles, per tex. in d. l. final. ibi,
nulla legitima ſobole exiſtente: quia, vt
ibidem dicitur, ratio prohibitionis quæ
erat in filijs ad refrenandum vitium pa-
ternum, ceſſat in nepotibus legitimis, &
6 licèt text. in † d. l. fin. loquatur tantùm de
filijs naturalibus, non autem de ſpurijs:
tamen gloſſ. ibid. in verbo, aperimus,
hoc extendit etiã ad ſpurios, quam com-
muniter Dd. tanquàm ſingularem ſequũ-
7 tur, cùm nulla † lege prohibitum reperi-
atur quòd nepos ex filio ſpurio legitimè
procreatus inſtitui nequeat, Bartolus
Alex. & Dd. in d. l. Gallus. §. quòd ſi is,
Deci. d. conſil 462. num. 17. cum ſequen.
incip. Viſa legitimatione. vbi plures ad
hoc allegat, & communẽ eſſe atteſtatur
Corne. conſ. 25. incip. In præſenti cõſul-
tatione, vol. 1. vbi quoq; communem di-
cit Philip. Port. concl. 26. per totam. lib.
1. commu. opi. Petrus Duennas reg. 366.
in ſecunda limitatione. Iaſ. in l. heredi-
tas. num. 8. C. de his quib. vt indig. vbi cõ-
munẽ dicit. Boer. deci. 107. nu. 16. Saray.
ad Mattheſila. deciſ. 146. incip. nota ſin-
gulare, nu. 8. Iulius Clarus in §. teſtamen-
tum. quæſtion. 32. num. 3. Et licèt Alexan.
conſil. 74. per totum, volum. 3. incip. Cir-
ca primum dubium, indiſtinctè velit,
auum nepoti ex ſpurio nihil relinquere
poſſe, ſiue legitima extet proles, ſiue nõ:
tamen idem Alexan. in d. §. quòd ſi is, fa-
tetur contrariam opinionem eſſe ma-
gis communem, quam etiam veram &
communem atteſtatur Molin. ad Alex.
in d. conſ. 74. Fallit tamen hæc commu-
8 nis opinio, Primò, ſi † auus nepotem in-
ſtitueret, vel ei aliquid relinqueret con-
templatione patris: quo caſu relictum,
tanquàm in fraudem legis factum non
valeret, per Auth. ex complexu. C. de in-
ceſt. nup. Decius d. conſi 462. in fin. Port.
d. concluſ. 26. Dd. in d. l. Gallus §. quòd ſi
is; vndè Bald. d. conſi 406. diſtinguit hoc
pacto: Aut, inquit, nepos ex ſpurio in-
ſtituitur vt nepos, & non valet inſtitu-
tio: aut vt extraneus, propter eius benè
merita, quæ probari debent, & valet: aut
dubitatur, & in dubio affectio naturalis
inducit præſumptionẽ quòd inſtitutus
ſit vt nepos ſpurij, & non valet propter
affectionem præſumptiuam, quę ex ma-
la radice deſcendit. Secundò fallit † in 9
nepote nato ex filio inceſtuoſo, quia à
nullo ex parentibus inſtitui poſſet, per
doctrinam ſingul. Bald. in c. in præſen-
tia. num. 35. de probat. vbi dicit illud men-
ti tenendum. Idem in l. ſi quis inceſt. C.
de inceſt. & inutilib. nupt. nume. 2. per il-
lum text. Hippol. ſingul. 143. Phillp. Port.
d. concluſ. 26. circa finem. Corſet ſingul.
4 in verb. hæres. Duennas d. reg. 366. Ince-
ſtuoſi † enim ne naturalium quidem fi- 10
liorum appellatione veniunt, tex. in §. fi.
Authent. quib. mod. nat effic. ſul. & in l.
licet. §. fin C. de naturalib. lib. Hinc eſt q
licèt mater ſuccedat filio ſpurio, & vice
verſa, eò quòd † ſpurij retineant iura co- 11
gnationis in matribus & coniunctis per
lineam maternam, tex. in l. ſi ſpurius. ff.
vnd. cognat. Dd. in l. ſi qua illuſtris. C. ad
S.C. Orficia. text. in §. nouiſſime. Inſtit.
eod. titul. tamen hoc non procedit in
ſpurijs ex damnato coitu procreatis, vt
plenè notat Capra d. conſil. 1. per to-
tum, cum allegatis ibid. Dd. in d. l. ſi ſpu-
rius.

OBSERVATIO CXVI.

Diuiſio paterna inter filios facta ſeruanda.

SVMMARIA.

1. *Diuiſio à patre facta ſeruanda eſt.*
2. *Diſtributio paterna inæqualis inter filios valet.*
3. *Legitima grauari non poteſt.*
4. *Immenſa donatio vni filiorum facta per alios filios vſque ad legitimam reuocatur.*
5. *Pater quomodò poſſit filios priuare legitima.*
6. *Diuiſio per patrem in teſtamento vel codicillis fieri poteſt.*
7. *Loco inſtitutionis habetur.*
8. *Heredis inſtitutio quibus verbis ſignificetur.*
9. *Diuiſio in bonis feudalibus an per patrẽ fieri poſſit.*

10 Feu-

10 *Feudum ad omnes filios æqualiter ſpectat.*
11 *Feudum filij habent ex perſona concedentis, nō ex perſona patris.*
12 *Feuda iure communi diuidi poßunt.*
13 *An hæredes inter ſe feudum diuidere poßint.*
14 *In diuiſione an frater maior portiones facere, & minor natu eligere debeat.*

QVamuis pater bona ſua inter fili-
os, ſe viuo, diuidere nequeat, eò ꝙ
huiuſmodi diuiſio donationis inſtar ſit,
quæ inter patrem & filium in poteſtate
conſtitutum regulariter non ſubſiſtit,
tex. in l. 1. §. ſi pater. ff. pro donato, & in l.
donationes. C. de donat. inter vir. &
vxor. Hippol. ſingul. 674. vide ſupr. eod.
1 Obſer. 38. tamen ſi † facta, & teſtamento,
vel codicillis cōfirmata ſit, valida, & à fi-
lijs omninò ſeruāda eſt: quia hoc pacto,
vim & ordinationem ſupremi iudicij &
vltimæ voluntatis, non donationis ha-
bet, text. in l. ſi filia nupta. §. ſi pater. ff. fa-
mil. erciſcun. tex. in l. quæ pater, & in l. ſi
paterfami. l. ex parte. §. fi. ff. eod. tit. l. quo-
ties. C. eod. vbi ſingularis tex. quòd pater
in codicillis bona ſua diuidere, vnique
filiorū plus, quàm alteri relinquere poſ-
ſit. Ad idem eſt text. in l. parentibus. C. de
inoff. teſta. Iaſ. ibid. num. 1. tex. in l. hac ē-
dictali. §. 1. C. de ſecund. nupt. & in §. pe-
nult. Auth. de nup. Diſtributio enim pa-
terna, etiam inæqualis, inter filios ſeruā-
2 da: eò quòd † diſtributio, & bonorū diui-
ſio vim prælegatorum habeat, quæ à pa-
rentibus filijs relicta valent: adeò, vt re-
tento prælegato, hæreditatem repudiare
poſſint, vt eſt text. notabilis in l. ex facto
proponebatur. ff. de hęred. inſtit. tex. in l.
qui filiabus. §. fi. cū l. ſeq. ff. de legat. 1. Di-
uiſio ergo ad eum modū inęqualiter per
patrem facta, à filijs accuratè obſeruari
debet, quam impugnare nequeunt, etiāſi
vni plus, quā alteri aſſignatū ſit, tex. in d.
l. ex parte. §. fi. & in d. l. quoties. & tex. in
l. ſi vni. §. idem Papinianus. ff. fam. herci-
ſcun. Iſta procedunt, dummodò quiſque
3 filiorum † legitimam ſuam ſaluam &
integram habeat, tex. in d. l. parentibus:
nam in ea grauari filios non poſſe explo
rati iuris eſt: per notata infrà, Obſer. 119.
4 & ideò ſi vni filiorum † immenſa dona-
tio à patre facta ſit, poſſunt reliqui filij
huiuſmodi donationē vſque ad legiti-
mam per querelā inofficioſæ donatio-
nis, aut teſtamenti reuocare, per text. in
Auth. vnde ſi parēs. C. de inoffi. teſtam. Ia
ſon ibid. nu. 2. cum ſequent. tex. in l. ſi to-
tas. C. de inoffi. donat. Iaſ. conſi. 125. num.
2. vol. 1. incip. circa primum dubiū. Bart.
in l. Titia. la. 2. §. Imperator. num. 4. ff. de
leg. 2. per illum text. Et ſic obſeruandum
quòd filij, quamuis ſint hæredes patris:
tamen ratione ſuæ legitimæ poſſint im-
pugnare patris contractum, licèt regula-
riter ſecùs ſit, text. in l. cùm à matre. C. de
rei vendic. gloſſ. & Dd. ibid. Iſtud proce-
dit in titulo lucratiuo, putà donatione:
aliud eſt in † titulo oneroſo, videlicet 5
venditionis: nam pater vendendo om-
nia ſua bona, cum pacto, vt poſt mortē
ſuam fiat traditio, poſſet priuare filios
legitima in totum, ſi probatum ſit pre-
cium reuera patri numeratum fuiſſe: nā
ſola confeſſio patris filijs non nocebit.
Ratio eſt, quia legitima dicitur deducto
prius ære alieno, text. in l. Papinianus. §.
quoniam autem quarta. verſ. quarta au-
tem. ff. de inoffic. teſtam. ita tenent, Bart.
in l. hæreditarium. nume. 1. ff. de bon. au-
thor. iudic. poſſid. per illum tex. idem in
l. cùm emancipati. §. illud. numer. 1. ff. de
collat. bon. Bald. in l. 1. num. 8. C. de inof-
fic. dona. Iaſ. in d. Auth. vndè ſi parens.
nu. 3. Alexan. conſi. 45. nu. 11. vol. 1. incip.
habita ſuper his. & conſil. 26. num. 1. vo-
lum. 2. incip. Viſo & conſiderato thema-
te. & conſil. 18. num. 1. volum. 4. incip. nō
minuitur legitima. Poteſt autē huiuſ-
modi † diuiſio bonorum paternorum, 6
non ſolùm in teſtamento, ſed etiam co-
dicillis fieri, text. in l. filij patris. C. fa. her-
ciſc. d. l. ex parte. §. fin. & d. l. quoties. Pa-
riſ. conſi. 34. nu. 13. cum ſequen. volum. 2.
incip. Ad reſolutionē, cùm quælibet vo-
luntas patris inter filios valeat, & ab ipſis
religiosè pieq; ſeruanda ſit, tex. in l. hac
cōſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta.
& in l. cū pater. § euictis. ff. de leg. 2. text.
ſing. in l. fi. C. fam. herciſ. Caſtr. in d. l. filij
patris. nu. 2. vbi tex. not. ꝙ iudex in faci-
enda diuiſione, patris defuncti volunta-
tem, etiam non ſolennem ſequi debeat.
Et huiuſmodi † diuiſio in teſtamēto pa- 7
terno facta, inſtitutionis loco habetur.
Quod tamē cum moderamine accipien-
dum, vt procedat, quādò diuiſio per par-
tes † hæreditarias facta eſt: putà, volo, 8
quòd talis filius habeat quartā partem,
talis tertiam, & talis dimidiam, quia nō

omnis teſtator ſcit dicere: Hæredem in-
ſtituo. ita notat gl. in d.l. quoties, in verb.
diuidit, quam Bal. ibid. nu. 3. tanto enco-
mio celebrat, vt dicat, non eſſe meliorē
in corpore iuris: ſecùs eſt, ſi fiat diuiſio
de rebus particularibus: quo caſu verbũ
diuido, vel aſſigno, hæredis inſtitutionē
non ſignificat, ſed erit ſimplex relictum
particulare, & codicillis ab inteſtato: eò
quòd hæredis inſtitutione careat, & ſic
filij ab inteſtato ex volũtate patris ſuc-
cedent in rebus ſibi aſſignatis. Bal. in d.l.
quoties. Caſtr. in d.l. filij patris. Bart. in l.
illa inſtitutio. nu. 3. ff. de hęred. inſtit. vbi
dicit, verbũ relinquo, adiectum vniuer-
ſitati, ad inſtitutionem trahi: ſecùs ſi rei
particulari adiectum ſit, tex. in l. cogi. ff.
S.C. Trebel. Bart. ibid. nu. 3. Prædicta acci-
piēda ſunt de bonis ꝓprijs, ſiue allodiali-
9 bus: In bonis verò † feudalibus, diuiſio
inter filios locum nō habet: ſed nec vni
filiorum pater feudum aſſignare poteſt,
niſi accedat fratrum conſenſus, vel ratifi-
10 catio: quia lex feudalis reſiſtit, quæ † vult
feudum ad oēs filios æqualiter pertine-
re, tex. in c.1. §. & quia, de his, q feud. dare
poſſ. tex. in c.1. de ſucceſ. feud. ita pręclarè
ſcribit Bald. in c.1. nu. 15. cum ſeq. de pro-
hib. feud. alien. p Freder. quē ad hoc om-
11 ninò vide. Ratio, quia † quãdò Princeps
concedit feudum Titio, & eius liberis,
mortuo Titio, vocantur liberi ex ꝓpria
perſona, nō ex perſona patris: & ideò pa-
ter ſua voluntate feudum illis adimere
non poteſt, & vni filiorum aſſignare, eò
ꝙ feudũ non à patre, ſed primo concedē-
te habeãt, poſteaquàm in inueſtitura ex-
preſſè nominati fuerunt, Iſer. in c.1. §. itē
ſi fuerint, quib. mod. feud. amitt. Dec. cō-
ſi. 389. nu. 1. incip. viſa longa ſerie. Alexã.
conſi. 7. nu. 4. vol. 5. incip. in conſultatio-
12 ne, vbi dicunt, feudũ † de iure communi
diuidi poſſe, niſi datum ſit à concedente
ea lege, ne diuidatur, vel iure municipali
conſtitutum ſit, vt primogenitus ſucce-
13 dat. An autem ipſi † hæredes vaſalli feu-
dum inter ſe ſine domini conſenſu di-
uidere poſſint, vide infrà eod. Obſer. 153.
Regulariter feuda minora diuidi poſ-
ſunt, maiora verò feuda dignitatem an-
nexam habẽtia nō poſſunt, vt plenè no-
tant Dd. in c. Imperialē. §. prętereà Duca-
tus. de prohib. feud. alien. per Fred. & pul
chrè Curt. in tract. feud. par. 4. nu. 121. cũ
ſeq. vbi omninò vide duas regulas, cum
ſuis limitationibus. Porrò ſi † pater diui- 14
ſionem inter filios nō fecit, & inter fra-
tres contentio ſuper diuiſione facienda
oriatur, ex generali quadã Germanię &
in Camera approbata conſuetudine re-
ceptum eſt, vt ſenior fratrum diuiſionē
pro ſuo arbitrio, bona fide, & ex æquo fa
ciat, & minor natu optionis & eligendi
pręrogatiuã habeat, per tex. in c.1. de par-
roch. Anchar. Imol. & Panor. ibid. num.
4. cum longa apoſtilla. Guid. deciſ. 289.
nu. 1. Hiero. Schurff. conſi. 71. cen. 1. nu. 13.
incip. caſus ſuper quo, vbi latiſſimè. & Iaſ.
in §. oēs. nu. 62. Inſtit. de actio. licèt de iu-
re cōmuni aliud ſit, quo frater natu ma-
ior nō poteſt facere diuiſionē, & minor
eligere: ſed in dubio electio ſorte, vel of-
ficio iudicis fieri debet. Bart. & Ang. in l.
1. C. de his qui ſe deferũt. libr. 10. Iaſ. in l.
ſi duobus. nu. 7. C. cōmu. deleg. per illũ
tex. & in l.1. nu. 39 ff. ſi cert. petat. vbi om
ninò vide in vtranq; partem, & vtrinſq;
opinionis authores. Et hæc vltima opi-
nio, de iure communi magis commu-
nis eſt, atteſtante Iaſ. locis allegatis: ſi ve-
rò aliter cōſuetudine receptum ſit, quòd
ſcilicet frater maior natu teneatur face-
re portiones, & minor eligere: ſtandum
erit conſuetudini, quæ valet, & iure de-
fendi poteſt, idque ex authoritate Diui
Auguſtini, dicẽtis, quòd in diuiſionibus
bonorũ maior frater debeat facere diui-
ſionem, & minor eligere, & quòd in ve-
teri teſtamento ita facta ſit diuiſio inter
Abrahã & Loth. Geneſ. cap. 13. vbi Abra-
ham diuidens cum fratre ſuo Loth, de-
dit ei optionē, refert Iaſ. ex mẽte aliorũ,
in d.l.1. ff. ſi cer. pet. vbi dicit, maiorē in-
telligi eũ, qui diutiùs adminiſtrauit, non
qui ætate maior eſt, idem in d. §. omnes.
Panor. in d.c.1. nu. 4. de paroch.

OBSERVATIO CXVII.

De mutuo coniugum teſtamento.

SVMMARIA.

1 Mutuum teſtamentum coniugum valet.
Statutum reprobatur diſponens vxorem abſq; mariti cō ſenſu teſtari non poſſe. ibid.
2 Duo teſtamenta vna ſcriptura fieri poſſunt.
3 Cautela pro teſtantibus in eadem ſcriptura.

4 Con-

4 *Coniuges mutuis blanditijs ſe ad inſtitutionem hæredis prouocare poſſunt.*
5 *Captatoria inſtitutio & captatorium legatum non valet.*
6 *Pactum inter coniuges reciprocum de ſuccedendo valet.*
7 *Teſtamentum extremè infirmi ad interrogationem factum an valeat, remiſſiuè.*

COniuges in eadem ſcriptura, & mē-
1 brana teſtari, & ſe † mutuò hæredes
inſtituere poſſunt, per tex. in l.licet.C.de
pact.vbi hoc notant Bal.nu.1. Salic.nu.1.
& Caſtr.nu.2.Iaſ.num.3.Oldra.in termi-
nis conſ.174.incip.Thema eſt tale, vir &
vxor.Bello.cōſi.85.nu.9.vbi communem
dicit.Iulius Clar.§.teſtamētum, quæſtio.
60.nu.1. Et quilibet intelligitur diſpone-
re de ſuis bonis, text.in l.qui tabernas.ff.
de contrah.emp.& in l.ſerui electione.§.
cùm fundus.ff.de leg.1.cùm nemo alteri
teſtari poſſit: nam captatoria eſt volun-
tas vltima, quæ in arbitrium alterius con
fertur, text.in l.illa inſtitutio, & in l.cap-
tatorias.ff.de hæred.inſti.Oldra.d.conſi.
174. & ideò reprobatur ſtatutum diſpo-
nens vxorem abſq; conſenſu mariti te-
ſtari non poſſe, vt ſingulariter tenet Caſt.
in l.ex facto, in princip.ff. de vulg.& pu-
pill.Alex.conſ.155.nu.6. vol.2.incip.viſis
& accuratè, per text.in l. nemo poteſt.ff.
de leg.1.& in l.1.C.de ſacroſ.eccle. quam-
uis Molin.in conſuetu.Pariſien.§.105. &
in apoſtil.ad Alex.d.conſil.155.tale ſtatu-
tum valere affirmet, quale etiam in am-
pliſſima Republica Lubecenſe hodie in
viridi obſeruantia eſt, Sed quid ſi vltimò
ſuperſtes coniunx teſtamentum quoad
ſua bona mutare velit, an hoc ei permiſ-
ſum ſit, præſertim ſi mutuum, vel (vt Dd.
vocant) reciprocum inter coniuges te-
ſtamentum factum ſit: Dicendum quòd
2 ſic, quia licèt in vna † membrana duo te-
ſtari poſſint, vt dictum eſt: tamen tale te-
ſtamentum non pro vnico, ſed duobus
habendum eſt, per rationem prędictam,
quòd nemo alteri teſtari poſſit. Oldra.
Bello.& Dd. vbi ſup. vndè etiam vna ro-
gatio, & teſtium ſubſcriptio non ſufficit
hoc caſu: ſed neceſſe eſt vt vtriuſque no-
mine ſignacula & ſubſcriptiones fiant.
3 Et ideò pro † cautela tradit Ang.in §.igi-
tur, Inſti. de teſtam. vt notarius & teſtes
diſertè dicant, ſe ſignare & ſubſcribere
tale teſtamentū vtriuſq; tā mariti, quàm
vxoris nomine, nominando coniuges
ſeparatim, & ſpecificè referi Bello.d.cōſ.
85. Et ita in Camera iudicatum memini,
per vulgaria, quòd voluntas debeat eſſe
ambulatoria vſq; ad vltimum vitæ ſpiri-
tum, tex.in d.l.1.C.de ſacroſ.eccle.& in l.
cùm hic ſtatus.§.ait oratio. ff.de don.in-
ter vir.& vxo.cum ſimilib.Dd.in l.fin.ff.
de pact.& in l.ſtipulatio hoc modo con-
cepta ff.de verb.obl. Licèt autem capta-
toria ſit voluntas, quæ in arbitrium alte-
rius, vt dictum eſt, confertur, text.in l.ca-
ptatorias.C.de teſtam.mil. & in d.l.cap-
tatorias.ff.de hæred. inſtit. vtrobiq; Dd.
Bald.in d.l.1.C.de ſacroſ.eccl.Panor.in c.
cùm tibi, de teſtam.tex.in d.l.illa inſtitu-
tio, in princ.ff.de hæred.inſtit. tamen te-
ſtamentum † coniugum non vitiatur, ſi 4
coniugali amore, & verborum lenoci-
nijs alter alterum inſtituat, dummodò
abſit metus, text.notab. in l.fin.ff. ſi quis
aliquem teſta.prohib.& in l.fin.C.eo.tit.
vtrobiq; Bartol. & Caſtr.docent, quandò
vxor cēſeatur metu coacta maritum in-
ſtituiſſe: nam probato metu vitiatur in-
ſtitutio tanquàm captatoria. Adeò autē
† captatoria inſtitutio reprobata eſt, vt 5
etiam non valeat in teſtamento militis,
tex.in d.l.captatorias.C.de teſtam.milit.
Iaſon ibid.nu.1. Sed nec legatum capta-
torium ſubſiſtit ſecundùm communem
opinionem, atteſtante Iaſ. in d.l. capta-
torias.per tex.in l.captatoriæ.ff. de leg.1.
& in l.nonnunquàm.ff. de condit. & de-
monſtrat. Pactum † autem reciprocum 6
inter coniuges de ſuccedendo, videlicèt,
quòd ſuperſtes in caſu non exiſtentium
liberorum præmorienti ſuccedat, valet:
quia viciſſitudinarium, vt præclarè tenet
Cyn.in l.ſi pater puellæ.C. de inoffic. te-
ſtam. Bald.Salic.Iaſ.& alij ibid. Hippol.
ſingul.50.per totum, incip donatio. &
ſingul.331.num.2.incip.Pactum.Roman.
ſingul. 820.incip.prohibiti Socin.in fal-
lent. in regula, donatio inter virum &
vxorem, in prima fallentia. quod etiam
conſuetudine paſſim receptum, & in
Camera approbatum eſt. An † autem ca- 7
ptatoria voluntas ſit, ſi fiat teſtamentum
ab infirmo extremè laborante ad inter-
gationem alterius, prout ſæpè fraudu-
lenter fieri ſolet, vide Alexand.conſil.33.
per totum, volum.3. incip. ponderatis
his.

OBSERVATIO CXVIII.
De militari teſtamento.

SVMMARIA.

1 *An milites noſtri temporis gaudeant beneficio militari.*
2 *Solennitas aſſumendi milites, abijt in deſuetudinem.*
3 *Stigmata olim brachijs militum inſigebantur.*
4 *Clerici per tonſuram agnoſcuntur.*
5 *Signum quid operetur.*
6 *Milites in diſcrimine belli poſiti gaudent priuilegio militari.*
9 *Imperitia iuris & ſimplicitas eſt cauſa militarium priuilegiorum.*
8 *Scholaris deſidioſus non gaudet priuilegijs ſcholarium.*
9 *Scholaris dicitur qui ſtudet, non qui vagatur.*
10 *Receptus in numerum artificum, ſi non exercet artem, non gaudet priuilegijs artis.*
11 *Clerici non vacantes rebus diuinis an fructus Eccleſiæ ſuos faciant.*
12 *Mercatores recepti in matriculam mercatorum quandò gaudeant priuilegijs mercatorum.*
13 *Limitanei & ſtationarij milites non habent priuilegium militare.*
14 *Filiusfam. vel mutus miles teſtari poteſt.*
15 *Miles togatus an gaudeat priuilegio teſtandi.*
16 *Doctor an ſit militi præferendus.*
17 *Solennitates iuris gentiũ militibus nõ ſunt remiſſæ.*
18 *Teſtamentum tempore peſtis conditum valet cum duobus teſtibus.*
19 *In dubio tenenda illa opinio quæ fauet teſtamentis.*

QVidam ſtationarius & limitaneus
miles teſtamentum condidit, præ-
ſentibus tantùm duobus teſtibus, hære-
des ab inteſtato ob defectum ſolennita-
tis impugnabant illud, quòd videlicet le-
gitimus teſtium numerus non eſſet adhi-
bitus, & ideò teſtamentum non valeret.
1 Quæſitum fuit de duob⁹: Primò, an † mi-
lites noſtri temporis gaudeant priuile-
gio teſtandi iure militari, iuxta tex. in l. 1.
& in l. Lucius. ff. de mil. teſta. tex. in l. mi-
lites, & in l. ſcriniarios. C. eo. tit. vtrobiq;
gloſſ. & Dd. tex. in §. 1. Inſti. eod. tit. Secun
dò, an teſtamentum iure militari (ſicut
allegabatur) conditum, ſubſiſteret. Quod
ad primam quæſtionem attinet, conclu-
ſum, militaria priuilegia adhuc hodie
ſarta tectaq; conſiſtere: licèt enim ordo,
2 & † ſolennitas aſſumendi milites in de-
ſuetudinem abierit, de quibus ſolennita-
tibus vide tex. in l. ſtigmata. C. de fabricẽ.
lib. 11. gloſ. in l. pen. in verb. periculo. ff. ex
quib. cauſ. maio. vbi ſex militiæ requiſita
recenſentur: tamen quóad priuilegia mi-
litaria, & ſolennitates teſtandi nihil eſt
immutatum, facit text. in l. ordo. ff. de
public. iudic. Alex. in l. centurio. num. 23.
ff. de vulg. & pupil. Dd. communiter ibi.
Spec. tit de procur. §. 1. nu. 21. Dec. ad rub.
C. de teſtam. milit. Dd. ad §. 1. Inſtit. eod.
Socin. ſenior conſ. 33. nu. 4. vol. 3. Zaſ. cõſ.
6. nu. 16. cum ſeq. vol. 1. Inter cæteras autẽ
militares † ſolennitates requirebantur 3
ſtigmata, quæ militum brachijs inſigebã-
tur, vt inquit tex. in d. l. ſtigmata, vt hoc
modo latitantes agnoſci poſſent, nam p
huiuſmodi ſigna latitantes agnoſceban-
tur: ſicut † clerici à ciuili magiſtratu ca- 4
pti, per tonſuram & veſtem clericalem
agnoſcuntur, per tex. in c. ſi iudex laicus.
§. idem eſſe, de ſent. excommu. libr. 6. & † 5
præſumptiuè per ſignũ probatur res eſſe
eius, cuius eſt ſignum, vt plenius notat
Platea in d. l. ſtigmata. Quod ad ſecundã
quæſtionem attinet, deciſum huiuſmo-
di militis teſtamentum ob defectum ſo-
lennitatis iuris communis nõ valere, &
per conſequens eius hæreditatem hære-
dibus ab inteſtato venientibus adiudica-
ri debere, prout eius adiudicata fuit: nam
licèt † milites noſtri temporis, quóad ſo- 6
lennitates teſtamẽtorum, vt dictum eſt,
iuris prærogatiuam habeant, tex. in l. quã-
quam. C. de teſt. milit. & alijs iuribus ſup.
allegatis: tamen illud priuilegium certis
finibus circumſcriptum eſt, & non ſem-
per, neq; vbiq; militib⁹ competit: ſed tũc
demùm, quãdò ſunt in expeditionis ne-
ceſſitate & diſcrimine belli: extra verò
neceſſitatem expeditionis, quóad ſolen-
nitates teſtamentorum iure communi
vti debent, tex. in §. ſed hactenus. & in §.
illis autem. gloſſ. ibid. in verbo, iure. Inſt.
de milit. teſt. tex. in l. ex eo tempore. & in
l. penult. C. eod. & in l. Diuus. ff. eod. Im-
peritia † iuris, & ſimplicitas, cauſa qui- 7
dem impulſiua eſt priuilegiorum mili-
tarium, tex. in d. l. 1. ff. de milit. teſtam. &
in d. l. quanquàm. C. eod. tit. Iaſ. ibid. nu. 3.
cum ſeq. tex. in d. l. 1. C. de iur. & fact. ign.
& in l. fin. §. 1. C. de iur. delib. Arma enim
magis quã iura milites ſcire debent, text.
in d. l. fi. §. 1. Sed cauſa finalis eſt ipſa expe-
ditionis neceſſitas, iuribus ſuprà allega-
tis: & tex. in l. fin. C. quibus non obijcitur
longi temp. præſcript. & in l. fin. C. de re-
ſtitu.

ſtitut. milit. ceſſante igitur cauſa finali,
hoc eſt,expeditione, ceſſat quoq; effectꝰ,
videlicet priuilegium teſtandi iure mili-
tari,c.cùm ceſſante, de appell. Alex. in d.
l.centurio. Dd.vbi ſuprà. Quemadmo-
dum in ſimili † ſcholaris deſidioſus, aut
8 vagabundus, qui animum ſtudijs non
intendit,nec librum cum lumine ſumit,
non debet etiā gaudere priuilegijs ſcho-
larium, licèt in album, vel matriculam
vniuerſitatis receptꝰ ſit,tex in d.l.ſcrinia-
rios.Cy. Bar.Bal.& Iaſ.ibid. Bal.in Auth.
habita.C.ne fili pro patr.num.21. vbi di-
9 cit † illos eſſe propriè ſcholares, qui fa-
cto & animo ſunt ſcholares, hoc eſt,qui
ſtudent,non qui vagantur. Angel.in d §.
hactenùs. Bello. in § ſed ſi in expeditio-
ne.nu.2 Inſtit. de exhæred.liber. dicens,
quòd Ciuitas,vel Reſpublica aliqua,ſoli-
ra dare aliquid menſtrui, vel annui ſub-
ſidij alicui ſtudioſo, non teneatur quic-
quam dare ei,qui non ſtudet,allegat An-
dr. Sicul. in c. quod Clericus, de foro
compet.Iaſ.in d.l.ſcriniarios.num.4. vbi
10 dicit, quòd † is qui non excercet artem,
quamuis ſit receptus in matricem illius
artis, nō debeat gaudere priuilegijs artis.
11 Quod extenditur etiam ad † perſonas
Eccleſiaſticas,quòd non debeant gaude-
re fructibus beneficiorum, imò percep-
tos fructus reſtituere teneantur,ſi nō va-
cent debito tempore rebus diuinis, &
penſum quotidianarum precum deno-
tè abſoluant: tex.notab.in l.generaliter.
la.2.C.de epiſcop.& cleric.gloſſ.in d §.il-
lis autem,in verbo,adiuuantur. Inſtit. de
milit.teſtam.Iaſ.in d.l.ſcriniarios. num.
6. quia beneficium datur propter offici-
um,tex.in c.final.de reſcript. in 6.text.in
c.ſi Canonici.§.ſcitur.de offic. iudic or-
din.in 6.text.notab.in c.1.de celebr. Miſ-
ſar. & in d. l. generaliter.la.2. Iaſon in d.
l. ſcriniarios. numer. 6. & numer. 8. vbi
12 hoc quoque extendit ad mercatores † de-
ſcriptos in matricula mercatorū, quòd
non debeant gaudere priuilegijs merca-
torum, niſi ipſimet artem exerceant, &
maiorem partem ſuarum facultatum in
illa negociatione habeant. Bartol. in l.
fin.ff.de excuſat. tuto, per illum text.ibi,
per ſemet piſtrinum exerceant. idem
Barto.in l.ſemper.§.negociatio.ff.de iut.
immunita. per illum text. & ad rubric.
C.de nauicula.libr.11. Itaque, vt ad pro-
poſitum reuertar,ad otioſos milites hoc
priuilegium non pertinet,ſed ad eos qui
ſunt in caſtris,& in præſenti periculo ho-
ſtium,tex.in d l.1.ff.de teſtament. milit.
& in d.l.milites,cum l.ſequen. tex. in d.l.
final.C.de reſtitu.militum,& in d.l. fina.
C.quib.non obijc.longi tempo.præſcrip.
vtrobique aduerſus præſcriptionem ſuc-
curritur militibus in expeditione degen-
tibus,non otioſis, & domi exiſtentibus:
atque ita in terminis, quoad limitaneos
& ſtationarios milites, concludit Zaſ.d.
conſi.6.numer.20. & Viglius in d.§ illis.
videlicet, huiuſmodi † ſtationarios mi- 13
lites iure communi teſtari debere, cùm
ſint extra periculum belli, & peritiores
conſulere,pluresque teſtes adhibere poſ-
ſint;tex.in l penul.C.de teſtamen. milit.
d. l. 1. & d. l. ex eo tempore, & d. §. illis.
Meminiſſe tamen oportet,milites etiam
noſtri temporis priuilegia iuris commu-
nis habere, quæ generaliter ipſis com-
petunt, etiamſi non ſint in caſtris, aut
diſcrimine belli: videlicet quòd † mu- 14
tus, vel filiusfamilias miles teſtari poſſit.
text.in l.iure militari ff.de milit. teſtam.
& in §.quinimò. Inſtitut.eod titul.gloſſ.
prima. in d. §. ſed hactenus. Bello. in d.
§. ſed ſi in expeditione. pulchrè Iuuena-
lis Satyr. 14.

Solis præterea teſtandi militibus ius.
Viuo patre datur, nam quæ ſunt parta labore,
Militia, placuit non eſſe in corpore cenſus.

Item quòd † miles partim teſtatus, & 15
partim inteſtatus decedere queat, text.
in l. 1. C. de teſtament. militar. & in l. ſi
duobus.ff.eod.& ſic de reliquis. Alex. in
d.l.centurio.nu. 24. vbi militiam arma-
tam,togatæ comparat,& de præeminen-
tia Doctoris, & militis præclarè diſpu-
tat,concludendo,quòd in † actibus mili- 16
taribus miles præferendus ſit Doctori,&
vice verſa, in actibus facultatis Doctor
anteponendus ſit militi, quod prolixè
ibi proſequitur,&ad hoc eſt text.in l.1.C.
de offic.vicarij. Iaſon in l.ſi quis in con-
ſcribendo.nume.4.C. de pact. vbi per il-
lum text. probat Doctorem militi præ-
ferendum.quò pertinet quod ſcribit Gel-
lius libr.2. Noct.Atticar. cap. 2. de filio
Magiſtratū gerente,& patre priuato qua-
lis inter eos debeat eſſe ratio & obſerua-
tio officiorū. Item obſeruādum,quòd in
dubio miles non præſumatur vti voluiſ-
ſe pri-

ſe priuilegio militis, ſed iure communi, niſi contrarium probetur, per text. in l. quanquàm.C.de teſt.mil.Iaſ.ibid.num.1. tex.in l.in teſtamento.C.eod.tit.Iaſ.ibid. nu.6.Caſt.& alij ibi. Adhæc in hac mate-ria teſtandi iure militari obſeruandum,
17 quòd licèt in teſtamentis † militum,quã-dò ſunt in diſcrimine belli,omnes ſolen nitates iuris ciuilis remiſſæ ſint:tamẽ ſo-lennitates iuris gentium locum habent: & ideò cùm de iure gentium in ore duo-rum conſiſtat omne verbum, text. in c. cùm eſſes,de teſtam.ſaltem duo teſtes re-quiruntur, iuxta notata Accurſ. in d.l.1. in verb.cõmilitones. & in d.l.milites.In verbo, ſub ipſo. C. eod.tit.Iaſ.ibid. nu.1. Bar.Imol.Roma.in l.filiusfa.ff.de dona-tio. Prætereà & illud hic memoria obi-ter tenẽdum, quòd ad imitationem mi-
18 litiæ humanæ, teſtamentum † tempore peſtis coram duobus vel tribus teſtibus conditum, valeat: nam tempus belli,& peſtis æquiparantur,cùm tunc cenſeatur eſſe bellum inter Deum, & homines, vt eleganter notat Bart.in l.naturaliter.nu. 23.ff.de vſucap. quod eſt intelligendũ de peſte nimioperè graſſante, quandò iam multis viduâſſet ciuibus vrbẽ, aut ciues, relicto domicilio, in loca tuta recedant, vel præſentes periculum metuerent, ita vt copiã plurium teſtium teſtator, peſte correptus,non facilè habere poſſet, quia tunc neceſſitas eum excuſat à ſolennita-te legali: & ideò à regulis iuris commu-nis receditur, text. in l. ſed ſciendum.ff. ad S.C.Trebel. & in l.1.ff.de dam.infect. Hanc opinionem tenet Bald. in l. & ab antiquis.num.1.C.de teſtamen.Iaſ. ibid. in vtramque partem, vbi pleniſſimè vi-de Rapha.Cuman. in l. conficiuntur. §. codicilli.ff.de iur.codicill. Guid. deciſi. 543.nu.4.incip.vltimarum voluntatum. vbi dicit ita iudicatum fuiſſe,Boër.deciſ. 228.num.11.incip.præſuppono. Roland. conſi.81.nu.44.cum ſequen.volum.1.in-cip. prima facie, vbi latè in vtramq; par-tem. & eandem opinionẽ ſequitur quo-que Camera Imperialis, quia æquior &
19 in dubio † tenenda illa opinio,quæ fauet teſtamentis, & conſeruatio teſtamento-rum publicam vtilitatem concernit,tex. in l.ſi pars.ff.de inoffi.teſt.& in l. vel ne-gare.ff.quemad.teſta.aper.gloſſ.in l.Gal-lus.§.quid ſi is,in verb.vtilitate. ff. de lib. & poſth.Iaſ.in d.l.& ab antiquis. num.7. & in l.ſicut certi.nume.2.C.de teſtamen. milit.vide Philip.Por.lib.3.cap.9.& Rip. in tracta.ſuo de peſte.Alex.conſi. 70.nu. 16.vol.2.incip.viſo conſilio. vbi commũ-nem dicit.

OBSERVATIO CXIX.

Quòd legitima fideicommiſſo grauari non poſſit.

SVMMARIA.

1 *Pater filios fideicommiſſo grauare poteſt.*
2 *Legitima grauari non poteſt.*
3 *Legitimæ adiectum grauamẽn pro non adiecto eſt.*
Legitima filio debetur non tam ex voluntate patris, quam ex legis diſpoſitione & prouidentia, ibid.
4 *Legitima filijs auferri nequit, etiamſi Deo relinquatur.*
5 *Pia cauſa fauorè præualet liberis extra legitimam.*
6 *In legatis ad pias cauſas non detrahitur Falcidia.*
7 *Legata ad pias cauſas non extenuant legitimam.*
In legatis ad pias cauſas ceſſat Falcid. Trebell. ibid.
8 *Filius approbando teſtamentum patris non præiudicat ſibi in legitima.*
9 *Filius ſub conditione grauatus detrahit duas quartas.*
10 *Duæ quartæ aſcendunt ad dimidietatem bonorum.*
11 *Legitimam æs alienum extenuat.*
12 *Legitima eſt quota bonorum, non hæreditatis.*
13 *Propriè bona dicuntur ære alieno deducto.*
14 *Subſtitutus filij an fideicommiſſo grauari poſſit.*
15 *An filius legitimam de rebus paternis pro ſuo arbitrio detrahere poſſit.*

ETSI † pater filios fideicommiſ- 1
ſo grauare poſſit, inſtituendo il-los & reciprocè ſubſtituendo, vt notatur in l.quoniam in prioribus.& in l. omnimodo. & in l.ſcimus.§. cùm au-tem.C.de inoffi.teſtam.tex. in c.Raynu-tius.de teſtamen.Canoniſt.communiter
ibid. tamen † legitimam filijs iure natu- 2
re debitam nullo fideicommiſſi,vel ſub-ſtitutionis onere grauare poterit: ſed eã filij integram,& abſq; omni onere habe-bunt:quia quò ad eam, vero creditori æ-quiparantur,per tex.in §.prohibemus.in Auth.de trien. & ſemiſ.&in l.ſi quãdò.§. final.& Auth.nouiſſima.C.de inoffic.te-ſta. Aethiologia eſt, quia legitima debe-tur liberis ex legis prouidentia,& non iu-dicio teſtatoris, text. in l. cùm ratio.ff.de bon.damnato.&in §.primum itaq;.Au-then.de hæredib.& Falcid.Cæphal.conſ. 189.num.8.vol.2.incip.vnus ex filijs.ideò quem

quem teſtator non honorault,eum non
poteſt etiam grauare,tex.in l.ab eo.C. de
defideicom.& In l.1.§.ſciendū. ff. de leg.
3.Iaſ.in l.cum filiofa.nn.45.ff.de leg.1.idē
obtinet in filio arrogato, qui non poteſt
in ſua etiam quarta grauari,tex. in l.ſi ar-
rogator,ff.de adoptio.Iaſ. vbi ſupr. Qua-
3 propter ſi † parens iuris imperitus, onus
vel grauamē aliquod legitimę imponat,
illud pro non adiecto habebitur,per tex.
in d.l.quoniam in priorib.& in d. Auth.
nouiſſima.Rom.conſ.239. incip. In hac
re.Idem conſ.185.nu.1.incip. Pro deciſio-
ne.Dec.conſ.419.nu.1.incip. viſo elegāti
conſilio,& conſ.236.nu.4. & nu.6.incip.
Non parua difficultas.Calcan. conſil.11.
nu.36.Imol.conſ.112.nu 9. Alex. cōſ.103.
nu.2.vol.2.incip.viſis ſcripturis, & conſ.
175.nu.2.vol.6.incip. contingit dubitari,
& conſi.3.nu.2.vol.7.incip. circa pręmiſ-
ſam conſultationem. Capra conſil.103.
nu.2.incip.Viſo & cōſiderato. Pariſ.cōſ.
46.nu.1.cum ſeq.incip. In præſenti con-
ſultatione.vol.2.Idem conſ.30.nu.5.vol.
3.incip. Viſo teſtamento:quibus locis di-
cunt, quòd legitima non veniat reſtitu-
enda in fideicommiſſaria reſtitutione:
nā licèt legitima proficiſcatur ex ſubſtā-
tia patris,tex.in d.Authen.nouiſſima, &
in d.l.ſcimus, tamen filius eam non con
ſequitur ex iudicio & voluntate patris,
ſed ex mera prouidentia & diſpoſitione
legis,per iura allegata.Et regulariter, eti-
am in fideicommiſſo vniuerſali, nun-
quàm veniunt ea, quæ aliunde hæredi,
quàm ex ſubſtantia & iudicio teſtatoris
obueniunt,tex.in l.ſi res aliena.ff.ad S.C.
Trebeli. & in l.3. ff. de dote præleg. ibi,
quia matrimonij cauſa id lucratus eſt,
non ex patris iudicio,Bartol.ibid.nume.
2. text. in l. cohæredi, § cùm filiæ,(aliàs
cùm filio)ff.de vulga.& pupill.ibi,nec fi-
deicommiſſo propriæ facultates filij re-
nebuntur, text. notab. in l.ſequens quæ-
ſtio,ff.de leg.2.& ibid. communiter Dd.
Deci conſi.81.nume.9.incip. in caſu pro-
poſito,& conſi.203.nume.3.incip.vt vera
reſolutio, & conſi.218. nume.5. incip. in
caſu ad me tranſmiſſo. & Bald. in Au-
thent. ſi qua mulier.num.2.C. de ſacro.
ſanct. eccleſ. per illum tex.dicit,patrem
4 † filio legitimam auferre non poſſe, eti-
amſi Deo dare vellet, quia filius dicitur
creditor in legitima, cùm iure naturæ ei
illa debeatur, text.in d.l. cùm ratio, in d.
§.primum itaque:refert Curt.ſen.conſil.
13.num.25.Iaſon in l.licèt,nume.6. C. de
pact.vbi dicit,quòd in legitima magis fa-
ueatur filio quàm Eccleſiæ: Deci. conſil.
300.num.1.incip.in cauſa mihi commiſ-
ſa,vbi dicit hoc caſu locum habere con-
ſilium Auguſtini,dicentis ſe conſultore
filium non eſſe exhęredandum,& Eccle-
ſiam hæredem inſtituēdam, vt legitur in
tex.c.ſi,incip.quicunq; vult,17.q.4. Alex.
conſi.18.per totum,vol.4.incip. non mi-
nuitur legitima, vbi dicit deductionem
legatorum ad pias cauſas,ante deductio-
nem legitimę,non habere locum, gloſſ.
in l.ſi quis ad declinandam,C.de epiſc.&
cleric.in verbo,ſimili modo. Sed ſalua † 5
legitima filiorum, magis fauendum piæ
cauſæ,quàm liberis,Bar.in repet.l.1.C. de
ſacroſ.eccl.Alex.conſ.4.nu.10.vol.7. in-
cip.attentis narratis: Amplia hanc con-
cluſionem, vt procedat etiam in legatis
† ad pias cauſas:nam licèt ſecundū com- 6
munem opinionem, in legatis particula
ribus relictis ad pias cauſas non detraha-
tur Falcidia,nec etiam Trebellianica,d.l.
quoniā in priorib. Auth. ſimiliter. C. ad
l.Falcid.gl.ibi.in verb.cauſas,& commu-
niter Dd.Cano.in c.ſi pater.de teſta.in 6.
Capra conſi.66.nu.12.cum ſeq. hoc tamē
non procedit in legitima, quam ne † le- 7
gata quidem ad pias cauſas extenuare po
terunt,iuxt. notata in d.l.ſi quis ad decli-
nandam.Imol.d.conſ.112.nu 9 glo.in d.
Auth.ſimiliter Dd.vbi ſup.Quòd autem
aliàs de fideicōmiſſo vniuerſali relicto
ad pias cauſas non detrahatur Trebellia-
nica,eſt communis opin.Dd. Bart. Ang.
Raph.Cuma.Salic.Alex.& aliorum in l.
Marcellus.ff.ad S.C. Treb.Iaſ. ibi.nu.20.
& nu 33.communem dicit,per tex.in d.l.
ſi quis ad declinandam, ibi, nulla Falci-
dia:tex.in §.ſin autem hæres:Auth.de ec-
cleſiaſ.tit.ibi,omni Falcidia:Rom. conſ.
239.incip.In re hac,& conſ.275.incip.Vi-
ſis dubijs.Alex.cōſ.12.vol.3.incip. Atten-
tis verbis teſtamenti.Pano.in c. Raynal-
dus.de teſta.vbique communem dicunt,
quia hæc opinio piæ cauſæ fauorabilis
eſt, & in dubio pro pia cauſa iudicandū,
tex.in l.ſunt perſonæ.ff.de relig.& ſump.
fun.c.ſi.de re iud. Quò pertinet ꝙ appel-
latiōe Falcidię Trebellianica cōtineatur,
tex.in l.iubemus.C.de S. C. Trebel.& in l.
Titia

Tiria.ff.ad l.Fal. At Falcidia abſq; dubio
ceſſat in legatis ad pias cauſas, per tex.in
d.Auth.ſimiliter: Secundò amplia,vt ꝓ-
8 cedat etiamſi † filius teſtamentum patris
approbâſſet, acceptando relictum in eo,
qnia nõ obſtante tali approbatione,inte-
gram legitimam petere,vel acceptam re-
tinere poterit. Anch.conſ.151.incip. Plu-
ra ſunt dubia. Pariſ.d.conſ.46.nu.8. Dec.
conſ.688.nn.7.incip.ad. cõfirmationem,
& conſil.218.nu.3.incip. in caſu ad me.&
conſ.269.nu.14.in fin.incip.conſultus ab
illuſtri.& conſil.419.nu.1.incip. viſo ele-
ganti. Maran. diſp.10.num.19.Caſt.Iaſ.&
Dd.in d.l. ſi quandò. §. generaliter. C.de
inoff teſt.vide omninò Maran. vbi ſupr.
Dec.conſ.228.nu.3.incip.in caſn mihi ꝓ
poſito. Alex.conſ.69.nu.3.vol.1.incip.ſu-
per primo dubio. Et licet nonnulli con-
tratium ſentiant propter tacitam pater-
næ voluntatis approbationem, próut te-
net Calcan.conſ.56.nu.18.incip. in cauſa
dominæ. Cæphal.conſ.272.nu.143.vol.2.
incip.in facto præſupponitur. & cõſ. 291.
nu.16.eod. vol. incip.mihi quoq;, per ra-
tiones ibidem adductas, tu tamen ab iſta
ampliatione in iudicãdo nõ recedas, cũ
ſit magis communis, & mellotibus fun-
damentis firmata: niſi filius adeundo ex-
preſſe renunciauerit legitimæ, vel eius
ſupplemento, quod facere poteſt,tex.in
d.l.ſi quandò,§.fin.C.de inoffi. teſtam.&
ibid.Dd. Deci.Pariſ.& alij vbi ſnp.Socin.
iunior conſ.122.nu.9.& conſ.136. num.7.
9 vol.1.vide Obſer.ſeq. Tertiò amplia in †
filio ſub conditione grauato, quia is nõ
ſolùm legitimam, ſed etiam Trebellia-
nicam,& ſic duas quartas detrahet,ſecun
dùm opinionem communem Dd. in d.
c.Raynutius,próut infr.Obſer.121. proli-
10 xiùs dixi,quæ quidem duæ † quartæ com-
muniter aſcendunt ad dimidietatem bo
norum reſtituẽdorum, hoc eſt, ad dimi-
diam hęreditatis. Pariſ.d.conſ.46.Capra
conſ.23.nu.8.incip.Cùm viſo.& conſ.65.
nu.5. Et de iſtis duabus quartis diſponere
poterit pro arbitrio ſuo, per allegata d.
Obſer.121. & rationẽ, quòd huiuſmodi
quartas abſq; omni onere & grauamine
habere debeat, iuribus allegatis. Illud ta-
11 men memoria tenendum, æs † alienum
à defuncto relictum legitimam extenu-
are, hoc eſt, legitimam non deberi, niſi
ære alieno prius deducto, & impenſa fu-
neris,text.in l.Papinianus.§. quarta.ff.de
in offi. teſta.Dd.in d.Authen.nouiſſimà.
Schurff.conſ.28.nu.9.cent.2. Idem conſi.
60.n.2.cent.3. Ratio eſt in promptu,quia
† legitima eſt quota, ſcilicet tertia,vel di- 12
midia pars bonorum paternorum,& nõ
hęreditatis,tex.in d.Auth.nouiſſima.Iaſ.
ibid.nu.3. & communiter Dd.tex.in d.l.
Papinianus.§.quarta. Schurff.d.conſ.28.
Ang. in d.l.Papinianus.§.ſi conditioni.
nn. 2. ſed † bona propriè non dicuntur, 13
niſi prius deducto ære alieno, text. in l.
ſubſignatum.§.bona.ff.de verb.ſignif.&
in l.non amplius.in prin. ff.de leg.1. Dd.
vbi ſnprà. Dednцto igitur in primis hoc
ære alieno,in reliquis bonis paternis fili-
us legitimam abſque omni onere, vt di-
ctum eſt, habere debet. Vide huius con-
clnſionis plures ampliationes & limita-
tiones apud Port.lib.1.conclu.42.vbi po
nis 29. limitationes. Singulariter autem
limitatur in † ſubſtituto filij: nam ſubſti- 14
tutus ad quem peruenit legitima filij, be-
nè grauari poteſt,per text.not. in l.ſi fun-
dum per fideicommiſſum,§ fi.ff. de leg.
1.Bar.ibid.& Iaſ. nu. 6. idem in l.cùm fi-
filiofa.nn.43.ff.eo.tit.vbi dicit, idem ob-
tinere in filio arrogato,& patrono,vt ibi
per eum: Ratio, quia teſtator ſubſtitutũ
honorat, ergò eum quoq; grauare poteſt,
tex.in d.l.ab eo,& in d.l.1.§.ſciendum, ff.
de leg.3.ſecùs eſt in filio,vt initio dictum
eſt,vide Bar.Iaſ.& Dd.in d.l. cùm filiofa.
& in d. l. ſi fundum ꝑ fideicommiſſum.
§.fi. Quomodò autem pater filios legiti-
ma priuare poſſit,vide ſup.eo.Obſer.116.
Et quòd † filius legitimam habere poſſit 15
in re,quã velit, cùm cẽſeatur in ea credi-
tor, tex.in d.l.Papinianꝰ.§.quarta,& in l.
non amplius,§ fi.cum l.ſeq.ff. de leg.1.&
in l.ſcimus.in prin.C.de inoff.teſt. Iaſ.in
d.l.Marcellus. §.res quæ.nu. 16. intellige
arbitrio boni viri,id eſt, iudicis, per no-
tata ſup.lib.1.Obſerua.149.ne meliorem
eligat. Item non poteſt eligere legitimã
ſuper re alteri legata, Bal.ad rubr.nn.1.ff.
de rer.diuiſ.& in d.l. non amplius.§.fin.
ff.de leg.1.Alexan.ibi. Iaſ.in d. §. res quæ,
nu.17.Dd.in l.filium quem habentem.C.
fam.herciſ.Bar.& Dd.in l.in quartã,ff.ad
l.Falcid.gloſſ.& Dd.in d.c.Raynutius.de
teſtam. vbi plenè tractant, an hæres poſ-
ſit detrahere Falcidiam vel Trebelliani-
cam in qualibet re.

OBSERVATIO CXX.

Legitimæ ſupplementum qua actione petatur, & de eius præſcriptione.

SVMMARIA.

1. *Condictio ex l. omnimodo, competit pro ſupplemento legitimæ.*
2. *Legitima eſt quota bonorum non hæreditatis.*
3. *Non debetur niſi deducto ære alieno.*
4. *Quota bonorum non facit filium hæredem.*
5. *Querela inofficioſi teſtamenti quinquennio præſcribitur.*
6. *Surrogatum ſapit naturam ſui ſurrogati, & nu. 8.*
7. *Actio agendi ad ſupplementum eſt perpetua.*
9. *Querela reſcindit teſtamentum, ſupplementi petitio conſeruat.*
10. *Alia differẽtia inter querelam & petitionem ſupplementi.*
11. *Filius acceptando relictum in teſtamento patris, an illud poſtea impugnare poßit.*
12. *Legitima grauari non poteſt.*
13. *Petitio ſupplementi an locũ habeat cõtra legatarios.*
14. *Fructus legitimæ à tẽpore mortis teſtatoris debẽtur.*
15. *Legata non minuunt legitimam.*
16. *Petitio hæreditatis tollitur ſpacio triginta annorũ.*
17. *Ius petendi ſupplementum legitimæ an tranſeat ad hæredes.*

QVO inre vel remedio ſupplẽmentum legitimæ petatur, variant Dd. Alij actionẽ ex teſtamento, nonnulli iudicis officiũ cõcedunt, Bar. in l. ſi quis in ſuo, nu. 4. C. de inoffi. teſt. & in l. non eſt. nu. 3. C. fam. herciſ. concludit, ad ſupplementũ legitimæ agendum petitione hæreditatis. Sed verior & cõmunis concluſio Dd. eſt, con
1 dictionem † ex l. omnimodò. C. de inoff. teſta. non petitionẽ hæreditatis, competere: petitio enim hæreditatis hæredi da-
2 tur: legitima † verò, non hæreditatis. ſed
3 bonorum quota eſt, † quia non debetur liberis, niſi omni ære alieno prius deducto, tex. in l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffi. teſta. Ang. ibid. in §. ſi conditioni. nu. 2. tex. in Auth. nouiſſima. vbi Iaſ. nu. 3. C. eo. tit. Schurff. conſ. 28. nu. 9. cent. 2. Idem conſ. 6. nu. 2. cent. 3. Salic. in l. ſcimus, nu. 5. C. de inoff. teſta. Curt. ſen. conſ. 13. nu. 25.
4 vbi communem dicit: Quota † autẽ bonorum non facit quem hæredem, & ſic filius in legitima inſtitutus nõ poteſt dici hæres, neq; reuera hæres eſt, niſi quóad duo, ſcilicet excluſionem querelæ, & ius accreſcendi. Ang. in Auth. de trien. & ſemiſſ. §. 1. nu. 2. Sali. in d. l. ſcimus. & Iaſ. in d. Auth. nouiſſima. p text. in l. ſi quis bonorum, & in l. non amplius. ff. de leg. 1. Si itaq; filius quóad legitimã, non ſit propriè hæres, neceſſariò ſequitur ad ſupplementũ petitione hæreditatis agi nõ poſſe. Et ita cõmuniter Dd. contra Bart. concludunt. Bal. in l. ſi quis filium. C. de inoff. teſtam. nu. 6. Salic. ibid. nu. 8. Caſtr. in d. l. omnimodò. nu. 6. Alex. conſ. 128. num. 5. volu. 1. incip. Conſideratis verbis. Idem conſi. 8. nu. 25. vol. 3. incip. Viſis ſubtiliſſimis. Ang. in d. §. 1. Auth. de trien. & ſemiſ. & d. §. ſi cõditioni. Idem in §. 1. nu. 5. Inſti. de inoff. teſtam. vide ſup. obſer. prox. Iſtis præmiſſis videndum quanto tẽpore huic iuri agendi ad ſupplementum legitimæ præſcribatur. Bart. in d. l. ſi quis filium. ff. de inoffic. teſtam. & conſ. 14. vol. 1. per to-
tum, incip. An ius agendi, concludit † 5
quinquennio poſt aditam hæreditatem præſcribi, idq; per multas rationes oſtendit: quarũ pręcipua, quòd hoc ius petendi ſupplementum Inductum ſit in locum querelæ inofficioſi teſtamenti, cui quinquennio præſcribitur, p text. in d. l. ſi quis
filium. in fi. vt ſic † ſurrogatum ſapiat na- 6
turã ſui ſurrogati, text. in l. ſi eum qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. glo ibid. in verbo, dãda. tex. in l. duobus. §. 1. ff. de iureiur. & in c. eccleſia 1. vt lit. penden. text. in l. quod debitori. ff. de donat. cauſa mortis. tex. in l. item illa. §. 1. ff. de conſt. pec. Dec. conſ. 543. nu. 6. incip. Diuino implorato ſubſidio. Breuiter cõtra Bart. communi-
ter concludunt Dd. videlicet † filium in- 7
ſtitutum, ſi minus legitima acceperit, nõ ſolùm intra quinquennium, verùm perpetuò, id eſt, vſq; ad annos 30. ad ſupplementum legitimę agere poſſe. Ratio, qa, vt initio dixi, ad ſupplemẽtum legitimæ agitur condictione ex d. l. omnimodò, at illa condictio perſonalis, & per conſequens perpetua eſt, text. in l. 2. §. hac apertiſſima, & ibid. gloſ. in verbo, triginta. C. de conſti. pec. & in l. ſicut. C. de præſcrip. 30. ann. §. 1. Inſti. de perpet. & temp. act. ergò & quælibet eius pars perpetua eſſe debet, nimirùm petitio ſupplementi, quia quod iuris eſt de toto quóad totum, idem de parte quóad partem, text. in l. quæ de tota. ff. de rei vend. ita tenet Salic. in d l. ſi quis filium, nu. 8. Ang. in §. 1. nu. 5. Inſti. de inoff. teſta. Guid. deciſ. 82. nu. 1. Alex. cõſi. 108. num. 2. vol. 1. incip. viſo themate, vbi magis communẽ dicit. Idem d. conſ. 128.

nu.5.Iaſ.plenè in d.l. ſi quis filium. Bald.
ibid. Idē in Auth.preſbyteros.C. de Epi-
ſcop.& Cleric.vbi omninò vide.Schurff.
conſ.96.nu.9.cent.1.incip.quòd prædictę,
vbi communem dicit, Non obſtat argu-
mētum Batt.de querela inofficioſi teſta-
menti:quia regula illa,quòd ſurrogatum
ſapiat naturam ſui ſurrogati, iuribus al-
legatis non procedit. Primò,quãtum ad
præſcriptionem,ſiue vitam actionis atti-
net,vt inquit Ang.in d.l.Papinianus.§.ſi
conditioni,nu.2. Deindè,ſi diuerſa qua-
litas ſit in ſurrogato,per text.in l.1.§.ſi qs
autem.ff.de ſucceſſ.edict.Alex.conſi.196.
nu.17.vol.3.incip. viſo themate.ſed non
9 eſt eadem qualitas & ratio † querelæ &
ſupplementi:querela enim ad reſcinden
dum teſtamētum comparata,& ſic odio-
ſa:ius verò petendi ſupplementum legi-
timæ, eius conſeruationem reſpicit, &
per conſequens fauorabile eſt, tex.in d.l.
omnimodò,& in §. ſed hæc ita. Inſtit.de
inoffic.teſtam. & ſic ad diuerſum finem
10 tendunt.Item † illa exhæredato,tex.in §.
1.Inſtit.d. tit. illud verò inſtituto hæredi
datur,d.§.ſed hæc ita,& d.l.omnimodò.
11 Ad hæc † filius acceptando relictum in
teſtamento patris, tacitè querelæ renun-
ciare intelligitur, ita vt penitùs ab ea ex-
cludatur, per text. in d.l. Papinianus.§.ſi
conditioni.gloſſ.ibi.in verb.excludatur.
tex.in l.parentibus.C. de inoffi.teſta.& in
l.ſi proponas.§.ſi hęreditatem.ff.eod.tit.
Petr.Duennas reg.349.nu.1. vbi hoc qua-
tuor modis limitat, ſecùs eſt quóad ius
petendi legitimam, vel eius ſupplemen-
tum, quia nihilominus legitimam, vel
quod deeſt legitimæ,exigere & petere po
teſt, per text.in l.ſi quandò §.& generali-
ter.C.de inoffic.teſtam. Bald.Sali.& Dd.
ibid. Petr.Duennas d.regu.349.in 4.limi-
tatione.vide ſuprà, Obſerua.proxi.Pariſ.
conſi.9.nu.1.volu.3. vbi hoc limitat non
procedere, ſi filius in teſtamēto eſſet ex-
preſſè prohibitus aliquid vltra relictum
petere, & ipſe mortuo patre teſtamentū
approbet,relictum capiendo,quia tunc à
ſupplementi petitione excluditur, & iu-
ri ſuo renunciaſſe cenſetur,per text.in d.
§.& generaliter Dd. ibid. Socin. iunior
conſi.122.num.9.vol.1.ſecùs ſi nulla adie-
cta ſit prohibitio,ſed tantùm ſimpliciter
filius relictum agnoſcat : quo caſu nō ex-
cludìtur à petitione ſupplementi, quia
per talem petitionem nō cenſetur filius
impugnare teſtamentum patris: imò lex
præſumit eam fuiſſe patris voluntatem,
vt ſi relictum non ſit ſufficiens ad legiti-
mam,ſupplementum eius præſtetur,tex.
in d.l.omnimodò. Pariſ. d.conſ.9. num.
3.cum ſequen.& nu.27.imò Bald.in d.l.ſi
quando.§. & generaliter.num.1. dicit, fi-
liam ad ſupplementum legitimæ agere
poſſe:etiam eo caſu, quo eſſet prohibita
in teſtamento patris plus ratione legiti-
mæ petere, & ipſa relictum acceptâſſet,
abſq; proteſtatione : quia † legitima nul- 12
lo onere grauari poteſt,neq; comprehen
ditur ſub fideicommiſſo etiam vniuer-
ſali,per iura ſuprà,Obſer.proxi. allegata.
Quò pertinet quod generalis diſpoſitio
non porrigatur ad illum caſum, in quo
quis nullam diſponendi poteſtatem ha-
bet, text. in c. à nobis, el.1. de ſenten. ex-
commu. Deci.conſi.81.nu.1.incip. in ca-
ſu.& ideò onus à patre in teſtamento ad-
iectū nihil valet,text.in d.l.omnimodò.
& in l.quoniam.in prioribus.C.de inoff.
teſta.nec opus eſt proteſtatiōe, quia pro-
uiſione legis hoc beneficio vtitur. liberi
enim legitimam habent non ex patris
iudicio, ſed ex neceſſitate & prouiſione
legis, text.in l.cùm ratio.ff. de bon.dam-
nat.& in §.primum itaque. Auth. de hæ-
red.& Falcid. text. in l. ſi arrogator.ff.de
adopt.& in §. cæterum. Auth. vt cùm,de
appellat.cog.text.in §.1.Auth.de trien.&
ſemiſ.gloſſ.ibid.in verbo,debetur. Alex.
conſ.69.num.3.vol.1.incip. Super primo
dubio.Decius conſil.228.num.3.incip. in
caſu mihi propoſito,& conſ.346.num.1.
incip.omiſſis his. Et ita ſe habet veritas,
niſi conſtaret de expreſſa, vel æquipol-
lente renunciatione filij acceptantis re-
lictum, & approbantis iudicium patris,
text. in d.l. ſi quandò.§. & generaliter, &
ibid. communiter Dd. & per ea quæ latè
ad hoc deducit Pariſ.d. cōſ 9. per totum,
vbi omninò vide. Et iſta † petitio ſupple- 13
menti,non ſolùm contra hæredem,ſed
quandoque etiam contra ipſos legata-
rios locum habet, vt declarat Ange.in d.
§. ſi conditioni. per text. in d.l.ſcimus.§.
quærebatur.& §.repletionem. Bal.in d.l.
omnimodò,quem omninò vide,vtrùm,
ſupplementum legitimæ poſſit peti eti-
am à legatarijs , quia quóad hæredem
nulla eſt dubitatio, text. in l.1.§. ſi hæres

præce.

præcepto.ff.ad S.C.Trebel.Guid.d.deciſ.
14 82.nu.2.& ibid.apoſtil. nam † hæres non
tantùm legitimam ſupplere, ſed etiam
fructus eius à tempore mortis teſtatoris
perceptos,præſtare debet.d. Authen. no-
uiſſima.C.de inoffi.teſtam.glo.in l.fidei-
commiſſaria.ff.ad Trebel. Bald.in l.non
eſt.C.famil.herciſ nu.3. Alex.d.conſi 69.
nu.3.Curt.iunior conſ.327. num.14.cum
ſeq.volu.3.incip.& ſi dubitationibus, vbi
dicit communem,& ab omnibus appro-
15 batam eſſe concluſionem, † legata regu-
lariter legitimam non minuere : ideoq;
eius ſupplementũ, neceſſitate poſtulãte,
legatarios præſtare debere, & potiorẽ eſ-
ſe cauſam legitimæ,quàm legatorum. Et
ita tenent cõmuniter Dd. in d.l.Papinia-
nus.§.quoniã autem quarta.ff.de inoffic.
teſt.Bar.in l.in quarta,nu.13.ff.ad l.Falcid.
Et ſic ex prædictis patet,magnum eſſe in-
ter vtrunq; remedium diſcrimen, & per
conſequens regulam ſurrogationis hoc
caſu locum habere non poſſe.Prętereà,ſi
opinio Bart.in d.l.ſi quis in ſuo. nu.4.C.
de inoff.teſtam.quod ad ſupplementum
legitimæ agatur pet tione hęreditatis,ve-
ra eſſet:conſequens erit,hanc quoq; peti-
tionem ſupplemẽti eſſe perpetuam,cùm
16 actio † petitionis hęreditatis pręſcriptio-
ne 30.annorum demum tollatur,l.hære-
ditas.C.de petit.hæred.Caſt.ibid.in prin.
Bal.in l.licèt.nu.5.C.de iur.delib. Ad alia
contraria reſpondet Bald. in additio ad
Bar.d.conſ 14.vbi pulchra apoſtilla Por-
17 rò an hoc † ius petendi ſupplementum
tranſeat ad hæredes, vide Deci. conſ.218.
incip.In caſu ad me tranſmiſſo.nu.4 vbi
concludit.quòd ſic, etiam ad extraneos.
Salic in d.l ſcimus.C. de inoff.teſta. Sed
Ang.in §.1.nu.6. Inſtit.de inoff.teſta. exi-
ſtimat eatenus tranſire, ſi ſupplemẽtum
petitum ſit per filium, vide ad hoc Salic.
remiſſiuè in d.l. ſcimus.nu.5. multa enim
non petita conſiſtunt,quæ petita corrue-
rẽt, vt per multa exempla comprobatur
ſuprà eod.Obſer.46.vbi vide. Sed verior
& communior opinio eſt, hoc ius peten
di ſupplementum legitimæ tranſire ad
hæredes etiam extraneos, licèt à filio pe-
titum non ſit, & ſic ipſo iure ad hæredes
deuolui, cùm non ſit quota hæreditatis,
ſed bonorum, text. in d.l Papinianus.§.
quarta, quæ filio ipſo iure ex legis proui-
ſione,& non iudicio patris debetur, per
iura ſupr allegata. Et niſi ſine agnitione
legitima, vel eius ſupplementum ad hæ-
redes ipſo iure tranſiret, ſed ex patris vo-
luntate penderet,contineret in ſe graua-
men,quod legitimæ adijci nequit, tex.in
d.l.quoniam in prioribus.C. de inoffi.te-
ſtam. Et regulariter lucrum quod alicui
defertur,non vt hæreditas,vel pars hære-
ditatis, illud tranſmittitur etiam ſine ag-
nitione, text. in d. l. ſi arrogator, vbi fi-
lius arrogatus tranſmittit ad hæredes ſu-
os quartam partem bonorum, ſiue qua-
drantem non agnitum, ſed ſibi ex bonis
arrogatorijs ex conſtitutione Diui Pij
debitum.Salic.in d.l.ſcimus, Alex.conſi.
55.nu.6.volu.2.incip.viſo titulo,& conſi.
150.nu.8.eod.volum.incip.viſo themate,
& conſi.188.nu.1.vol.6.incip.viſo thema-
te,Ruinus conſi.26.nu.2.& nu.16.volu.3.
vbi communem dicit, Decius d.conſ 81.
num.1.& d.conſi.218.num.4. & conſ.238.
nu.4.incip.proponitur.

OBSERVATIO CXXI.

Filius fideicommiſſo grauatus an duas quartas detrabat.

SVMMARIA.

1 *Filius ſub conditione grauatus duas quartas detrabit.*
2 *Secus ſi purè rogatus ſit.*
3 *Trebellianica quando in legitimam computetur.*
4 *Duæ deductiones eodem tempore fieri non poſſunt.*
5 *Ius Canonicum in hac quæſtione ſequimur.*
6 *Authores huius opinionis.*
7 *Duæ quartæ ad ſemiſſem hæreditatis aſcendunt.*
8 *Pater poteſt filium fideicommiſſo grauare.*
9 *Fallit in legitima & Trebellianica.*
10 *Filio fideicommiſſo grauato, intelligitur ſi ſine liberis deceſſerit.*
11 *Pater à filio fideicommiſſo grauatus an duas quartas deducat.*
12 *Melioramenta in re ſubiecta fideicommiſſo quomodo repetenda.*
13 *Expenſæ in rem melioratam facta quando perceptione fructuum extenuentur.*
14 *Expenſæ rem meliorantes cum fructib. compenſantur.*
15 *Emphyteuta quando melioramenta repetat.*

Filius † hæreditatẽ reſtituere ro- 1
gatus ſub conditione, ſi ſine li-
beris decedat, vel In diem, duas
quartas detrahit. Primò legitimam iure
naturæ ſibi debitam , deindè Trebellia-
nicam, vt quilibet extraneus hæres, reſti-
tutione vel fideicommiſſo grauatus : ſe-

cùs † ſi purè rogatus ſit reſtituere, qa tunc
tantùm vnam quartam detrahet: nam
3 Trebellianica † imputatur ei in legiti-
mam, & ſufficit ad excludendam quere-
lam quod ſit inſtitutus, & aliquid iure in-
ſtitutionis habeat. text. in §. aliud quoque
capitulum, Authen. vt cùm de appel. tex.
in l. omnimodò, & in l. ſcimus. C. de inof-
fic. teſtam. Aliud ſi ſub conditione vel
in diem grauatus ſit, quia tunc ſtatim à
morte teſtatoris conſequitur legitimam
ſuam, in reſiduo pendet fideicõmiſſum:
ergo adueniente cõditione vel die, Tre-
bellianicam, vt quilibet alius extraneus
fideicommiſſo grauatus, detrahet. Præ-
tereà ratio, cur duas quartas deducere
nequeat, caſu quo purè inſtitutus hęc eſt,
quia in reſtitutione purè facienda & de
4 præſenti concurrunt † duæ deductiones
eodem tempore, quas iuris regula fieri
non permittit, tex. in l. in ratione. § quod
vulgo. ff. ad l. Falcid. & in l. iubemus. C. ad
S.C. Trebell. Sed quandò reſtituere roga-
tus eſt ſub conditione, vel ad certum di-
em, iſtæ duæ deductiones non concurrũt
vno eodemque tempore, ſed diuerſis fi-
unt temporibus, quod iure non prohi-
betur. Hanc rationem tradit Accurſ. in l.
Papinianus. §. meminiſſe. in verb. Falci-
diæ. ff. de inofficioſ. teſtam. & Panor. in c.
Raynutius. nu. 25. extr. de teſta. Aliam ra-
tionem tradit Iaſ. in l. filium quem ha-
bentem, nu. 6. C. famil. hercìſc. quæ in ef-
fectu eadem eſt, videlicet quòd filius pu-
rè reſtituere grauatus, eo ipſo quod acce-
pit legitimam, cenſeatur quoque Trebel-
lianicã accepiſſe, & vice verſa: quia Tre-
bellianica iuris diſpoſitione computatur
in legitimam, text. in l. quoniam. C. de in-
offic. teſtam. & legitima computatur in
Trebellianicã, tex. in l. in quartam. §. 1. ff.
ad l. Falcid. & ibi plenè notatur per Dd.
vndè infert impoſſibile eſſe filium purè
grauatum poſſe habere & Trebellianicã,
& legitimam ſimul: quia quamcunque
eatum prius habuit, vtranque cenſetur
habuiſſe, cùm vna in aliam computetur:
ſecùs eſt ſi ſub conditione grauatus, quia
primò accipit legitimam abſque omni
onere, text. in l. omnimodò. C. de inoffic.
teſta. cum concordan: ib. poſteà adueni-
ente conditione rectè deducit Trebellia-
nicam, & ſic diuerſis temporibus fit iſta
deductio. Trebellianica enim non debe-
tur hæredi, niſi reſtitutionis tempore, ita
intelligi debet text. in d. l. quia poterat, &
tex. in §. ſed quia hæredes, Inſt. de fideicõ.
hæredita. Cæpha. conſ. 189. nu. 27. volu 2.
incip. vnus ex filijs. Nam qualitas adiun-
cta verbo, ſecundum tempus verbi intel-
ligi debet, tex. in l. in delictis §. ſi extrane-
us. ff. de noxal. act. & in l. ex facto. ff. de
vulg. & pupill. Et licèt de iure ciuili vtro-
que caſu, ſiue purè, ſiue ſub conditione fi-
lius ſit grauatus reſtituere nõ detrahat
niſi vna quarta, per tex. in d. §. meminiſſe.
& in Auth. res quæ. C. communia. de leg.
vbi hoc atteſtatur Iaſ. nu. 3. & Bart. in d. §.
meminiſſe. nu. 5. & tex. in d. l. filium quem
habentem. Tamen de iure † Canonicè aliter 5
receptum eſt, & prædicta diſtinctio com-
probatur, per text. in d. c. Raynutius, vbi
hoc expreſſum, gloſſ. ibid. in verb legiti-
mam. ſimiliter Panor. nu. 25. & per tex. in
c. Raynaldus, eo. titu. Accedat recepta re-
gula, quę habet, quando aliquid eſt dubiũ
de iure ciuili, & clatũ de iure Canonico,
quod tunc ſtandũ ſit iuri Canonico, etiã
in foro ciuili, vt notatur in c. 1. & 2. de no.
op. nun. glo. in c. per venerabilẽ. §. ratio-
nibus, in verbo, venies, & Dd. ibid. qui fi-
lij ſint legit. Iaſ. in d. l. filium quem. nu. 8.
Hæc eſt communis † omnium Dd. vtri- 6
uſq; cenſuræ opinio, quam tenent glo in
d. §. quod vulgò. Ange. ibid. dicens ita in
iudicijs obſeruari, & cõmuniter Dd. Bar.
in d. §. meminiſſe. Iaſ. in d. Auth res quę.
nu 3. vbi hoc limitat duob⁹ modis. Idem
in Auth. nouiſſima. nu. 39. C. de inoffi. te-
ſta. vbi communem dicit. Ang. in l. cohę-
res. §. cùm filiæ. ff. de vulg. & pupil vbi di-
cit illam opinionem approbatã, tam in
ſcholis, quàm iudicijs. glo. in l. quãquàm.
in verb. legis Falcidiæ. C. ad l. Falcid. Alex.
conſ. 142. nu. 13. volu. 2. incip. circa primã
dubitationem, & conſi. 139. nu. 1. vol. 1. in-
cip. eleganter fuit. vbi communem dicit.
Dec. conſ 55. num. 8. incip. Ego pro tenui.
Idem conſ. 300. num. 3. incip. in cauſa mi-
hi commiſſa. & conſ. 578. nu. 1. incip. Viſo
conſil. item conſ. 688. nu. 7. incip. ad con-
firmationem, vbi dicit illam opinionem
eſſe communem in ſcholis & iudicijs ap-
probatam. Natta conſ. 250. nu. 5. vol. 2. in-
cip. præſupponitur in facto, Rolan cõſ.
85. num. 9. vol. 1. incip. domini, vbi com-
munem dicit. Iacob. Mandel. conſi. 41.
nu. 2. Alex. conſi. 43. nu. 8. volu. 2. incip.
atten-

attenta & conſiderata. vbi Molin.dicit,
vſu vbique ita receptum eſſe,licèt veritas
iuris ciuilis ſit, quòd vna tantùm legiti-
ma detrahatur, Pariſ. conſil.60. num.37.
volu.2.incip. Prima facie,vbi caſum po-
nit,quem omninò vide. Idem conſil.45.
volu.2.nu.10. incip. Vidi teſtamentum.
& conſil.46.nu.1.eod volu.incip. In præ-
ſenti conſultatione. Roma.conſ.185.nu.
4.incip.pro deciſione. Curt.ſen.conſ.75.
num.5.vbi dicit, quòd illa opinio ſerue-
tur per totum mũdum. Cotta in memo.
in verb.filius grauatus. latè Couarr.in d.
c.Raynutius.§.11.num.5.vbique commu-
nem dicunt, & ſecundum quoſdam etiã
de iure ciulli ſubſiſtit, per notata Bart.in
d.§.meminiſſe. & Alex.in l. quod de bo-
nis iure Falcidiæ.§.quod auus,nn.2.ff. ad
l.Falcid. Filius ergo ſub conditione vel
7 in diem grauatus fideicommiſſo, duas †
detrahit quartas, quæ ad ſemiſſem hære-
ditatis aſcendunt, vti communiter rece-
ptum eſt, & ſic dimidium hæreditatis re-
tinet. Dd. vbi ſuprà. Cæphal. conſil. 188.
num.31.volu.2.incip. Dominus Ambro-
ſius. In iſtis bonis pro arbitrio ſuo diſpo-
nere legata relinquere, & hæredes quos
vult inſtituere poterit, nulla prohibitio-
ne, nullo fideicommiſſo in contrarium
8 facto, obſtante. Nam,licèt † pater inſti-
tuendo filium hæredem, poſſit eundem
fideicommiſſo grauare,purè,vel ſub con
ditione,aut ad certam diem, vt bona pa-
terna fideicommiſſario reſtituat: tamen
9 in ijs quæ debentur,filio ratione † legiti-
mæ & Trebellianicæ, nullo fideicom-
miſſo grauari poterit, text. in d.Authen.
nouiſſima,& in l.quoniam in prioribus,
C.eod.titu.quinimò de ſua parte,purà de
legitima & Trebellianica, non obſtante
prohibitione paterna,pro arbitrio,vt di-
ctum eſt,diſponere poteſt, cùm in ijs ple-
num dominium habeat,& loco credito-
ris ſit,per text.in d.c. Raynaldus,de teſta.
Panor.ibid.num.1.& 2. Pariſ.d.conſi.45.
nu.6.& 7. Dd.in d.l.quoniã in prioribus,
& in l.ſcimus.C.de inoffic.teſta.Bart.ple-
nè in l.Marcellus.§.res quę.ff.ad S.C.Tre-
bel.& ibid. Alexan. & communiter Dd.
Pariſ.d.conſil.46. legitimam enim ſine
onere habere debet,per tex.in §.prohibe-
mus,in Auth. de trien. & ſemiſſ. & in d.
Auth.nouiſſima.& in d.l.quoniã in prio-
10 ribus.Illud † tamen obſeruandum,quòd
in fideicommiſſo filio facto,ſemper ſub-
intelligatur conditio illa, ſi ſine liberis
diſceſſerit, tex.in l.cùm auus.ff. de cõdit.
& demonſtr.& in l.cùm acutiſſimi.C.de
fideicom. Philip.Por.commun.opinio.
lib.2.cõclu.43.vbi hoc 21.modis ampliat,
& 23. modis limitat. Porrò an eadem † 11
ratio obſeruetur in patre fideicommiſſo
per filium grauato, controuertunt Dd.
Bald.in l.ſi à milite.§.fin.in fin.ff. de mi-
lit.teſtam. putat quòd non. videlicet pa-
trem vel alium aſcendentem, non poſſe
niſi vnam quartam detrahere:eò quòd
in patre iſtud iure deciſum non reperia-
tur,hoc tamẽ cogitandum relinquit. re-
fert & ſequitur tanquàm ſingulare dictũ
Iaſ. in d: Authen. nouiſſima, num. 33. &
Cotta loco ſuprà citato. ſed Couar.in d.
§.11.nu.6.aliorũ opiniones refert, & con-
cludit communem eſſe, quòd etiam pa-
ter ſub cõditione vel in diem à filio gra-
uatus,duas quartas deducat, vide Ang.&
Cuma.in d.l.ſi à milite.§ fin. Et Iaſ.in d.l.
filium quem habentem, nu.9. vbi cõclu-
dit,aſcendentes duas quartas non detra-
here,idq; tribus rationibus confirmat,vt
ibi per eum. vide Dd.in l.nam etſi paren-
tibus.ff.de inoff teſta. Quod ad † melio- 12
ramẽta in re ſubiecta fideicommiſſo fa-
cta attinet,illorum æſtimatio refertur ad
tempus reſtitutionis,non autem ad tem
pus præteritum, & factæ reſtaurationis:
nam conſiderari debet quanti valeat,vel
æſtimetur res refecta tempore reſtitutio-
nis,non quanti initio valuerit. Eſt com-
munis opinio per text. in l. domos hæ-
reditarias.ff. de leg.1. Bartol.ibid.num.1.
Similiter Bald.nu.1.& Iaſ.nu.4.Menoch.
in tract.recup.poſſ. in 15.remedio,nu.557.
Pariſ.conſ.16.nu.82.cum ſeq.vol.2.incip.
circa præſentem. vide text.& glo.in l.vbi
purè.§.fin.ff.ad S.C.Trebell.De alijs † im- 13
penſis vtilibus & neceſſarijs ad perpetuã
rei vtilitatem, vel fructuum quærendo-
rum cauſa factis, & quando fructus per-
cepti expenſas extenuent,vide text.nota-
biles in d.l.domos. text.in l. fundo.ff de
rei vend. gloſſ. ſing. ibid. in verbo,dedu-
cto.tex.in l.domum.C.eod tit vbi com-
muniter Dd.text.in l.diuortio.§. impen-
dia.ff.ſolut. matrimon. text.in l. 1. cum
duabus ſequẽtibus,& l.impenſæ.ff.de im-
penſ.in reb.dotalib.factis, tex.in l.planè,
& l.vtiles.ff.de petit.hæred. tex. in l.ſum-

ptus.ff. de rei vendicat. & l. hactenus.ff.
de vſuſruct. Alexan.conſi.123.num.11.vo-
lu 1.incip.diſcuſſis hæſitationib9. & con-
ſi.162.nu.2.vol.7.incip.viſis narratis.Bre-
14 uiter impenſæ † quæ rem faciunt melio-
rem regulariter compenſantur cum fru-
ctibus, d.l.ſumptus. & d.l.emptor. gloſſ.
in d. l. in fundo, plenè Menoch. in d.
trac.recup.poſſ.in 15.remedio, nu.500. &
nu.513.cum ſequentib. & ſic nota caſum,
in quo bonæfidei poſſeſſor fructus ſuos
non facit.Fallit prædicta regula in expen
ſis à domino rei melioratæ factis, quæ
perceptione fructuum non extenuãtur,
per gloſſ. approbatam in d.l. emptor.in
verbo, ſuperfluum, circa finem, Dd. vbi
ſup.Natta conſ.256.per totum,volu.2.in-
15 cip.in facto proponitur. Quod ad † em-
phyteutæ melioramenta attinet,is,ſi ob
culpam emphyteuſim amittit, nihil re-
petit,tex.in l.2.C.de iur.emph.ſi verò per
generationẽ finita ſit emphyteuſis, me-
liorationum ratio meritò haberi debet,
text.in l.penul.ff.locat. Dd.in l. Senatus.
§.Marcellus.ff. de leg.1. Eſt communis
opinio,teſtante Decio conſil.517. nu.3.in
fin.incip.viſo inſtrumento,vbi omninò
vide.Bal.in c.1.§. ſi vaſallus, nu.1.& 2.tit.
hic fini. lex dom. Freder. Dd. in d.l.2.C.
de iur.emphyt. Menoch.loco cirato,nu.
502.quem omninò vide in materia me-
lioramentorum, quia per varias ſactorũ
ſpecies ampliſſimè eã tractat. Hæc quam-
uis ſint extra propoſitum, tamen quia in
foro vtilia,& quotidiana, obiter hîc an-
notare volui.

OBSERVATIO CXXII.

Legitima an conſuetudine vel ſtatuto prorſus tolli, vel ſaltem minui poßit

SVMMARIA.

1 *Legitima an ſtatuto tolli poßit.*
2 *Prima opinio quòd minui poßit.*
3 *Legitima liberis iure naturæ debetur.*
4 *Alimentorum loco ſuccedit.*
5 *Iura naturalia ſunt immutabilia.*
6 *Secunda opinio quòd tolli poßit.*
7 *An legitima iure ciuili debeatur.*
8 *Sublato medio an extremum ſublatum ſit.*
9 *Secunda opinionis authores.*
10 *Statuta excludentia fœminas etiam iure diuino approbata.*
11 *Prima opinio in Camera approbata.*
12 *Concordia opinionum.*
13 *Dos loco legitimæ ſuccedit.*
14 *Alimenta ſtatuto tolli non poſſunt.*
15 *Necare dicitur qui alimenta denegat.*
16 *Legitima materia iuris naturalis eſt.*
17 *Filia renuncians cum iuramento, numeratur inter liberos ad conſtitutionem legitimæ.*
18 *Frãciſcani, item exhæredati liberi pro mortuis ſunt.*

MAgnus eſt Doctorum cõflictus,
vtrùm † legitima liberorum ſta- 3
tuto vel conſuetudine prorſus
tolli, aut ſaltem minui poſſit. Socin.ſe-
nior conſi.150.per totum, volum.1. dicit,
circa veritatem huius quæſtionis à ducen
tis retrò annis à Doctoribus diſputatum
eſſe, & adfert infinitas authoritates in
vtranq; partem. Idem facit latiſſimè Al-
bertus Brun.in tracta. ſtatu. attic.1 ſuper
ſtatuto, fœminas excluden. & multi alij,
vt infrà dicemus. Quidam † volunt legi- 2
timam liberorum ſtatuto vel conſuetu-
dine minui poſſe, ſed non in totum tol-
li,per rationem: Primò quòd ea liberis
iure † naturæ debeatur, text. in l.cùm ra- 3
tio,in prin.ff.de bon.damnat.& in §.præ-
mium itaque, Auth. de hæred. & Falcid.
tex.not.in l.ſcripto,in fin.ff. vnde liberi:
Deinde quòd legitima † alimentorum 4
loco ſuccedat, quæ naturali iure filijs de-
bentur.tex.in l.1.§.ius naturale.ff.de iuſt.
& iur.& in §.1.Inſt.de iure nat.gent.& ci-
uil.tex.in §.prohibemus. verſ. vnde enim.
Auth.de trien.& ſemiſſ.Iura † autem na- 5
turalia cùm ſint immutabilia,tex.in l.iu-
ra ſanguinis.ff.de regu.iur.& in §.fi.Inſt.
de iur.natur.gent. & ciuil.conſuetudine
vel ſtatuto tolli nequeunt. Quò pertinet,
quòd Imp.Iuſtinian.tradit in §.non lice-
bit,in Auth.de triente,& ſemiſſ.vbi dicit
omninò relinquendam legitimam, ſi fi-
liorum, qui non ſtatim fame moriãtur,
ſed habeant vnde viuant,patet appellari
velit.facit ad idẽ tex.expreſſus in l. hac e-
dictali.C.de ſecund.nup.ibi,nullo modo
minuatur. & ſic Impe. videtur omnem
cõſuetudinem repudiare & tollere, qua
contrarium,receptum eſt,adeò,vt ne mi-
nui quidem poſſe videatur. Alij † volunt 6
contrarium,legitimam ſtatuto non ſo-
lùm minui, ſed etiam prorſus & in totũ
tolli poſſe, negantes eam iure naturali
liberis debitam, ſed tantùm ciuili,natu-
rali iure cooperante, hoc eſt, ſuadẽte na-
turali ratione, quæ mentibus hominum
inſita eſt,d.l.ſcripto.& d.l.cùm ratio.Sa-
lic.in d.Authen.nouiſſima. Dyn.in c.in-
dul-

dultum.de reg.iur.in 6. Alexan.conſi.75.
nu.11.volu.1.incip. viſis & diligenter per.
ſpectis.Schurff.conſi.21. nume.2.centu.1;
ideoque contrario iure ciuili, nimirum
ſtatuto tolli poſſe. l. de quibus. ff. de le.
7 gib. Quòd autem † legitima iure ciuili
debeatur, probatur per tex.in l.lege.C.de
legit.hæredib.& & in §.1. in Auth. de tri.
ent.& ſemiſſ.tex.in§.1.ver. ptimã. Auth.
de hęred.& falci.vbi Imperator inquit, ꝙ
lex imponat neceſſitatem parentibus re.
linquendi legitimam: ſi lex, ergò ius ciui.
le, quia lex eſt pars iuris ciuilis, tex.in l.ius
autem.ff.de iuſt. & iur. Prætereà, naturali
iure nihil erat proprium : Ius gẽtium re.
rum dominia primum diſtinxit, tex.in l.
ex hoc iure.ff.de iuſt.& iur. Accedat quòd
omnia remedia iuris, quib⁹ legitima pe.
titur, vel ad eam peruenitur, à iure ciuili
introducta ſint: vtputà querela inofficio.
ſi teſtamẽti, petitio hæreditatis, actio qua
ad ſupplemẽtum agitur: atqui illa reme.
dia abſq; dubio ſtatuto tolli poſſunt, er.
8 go & ipſa legitima: per rationem, quòd †
ſublato medio ſine quo ad extremũ per.
ueniri non poteſt, & ipſum extremum
ſublatum cenſetur. l.ſcimus.§.fi.C.de in.
off.teſtam. Sublata ergo querela, per quã
peruenitur ad petitionem hęreditatis, &
ipſa petitio ſublata intelligitur. Eodem
modo ſublata petitio hęreditatis tanquã
medio, ad ipſam legitimam, videlicet ex.
tremum perueniri non poteſt. Non ob.
ſtat d.§.non licebit, quòd legitima liberis
neceſſariò relinquenda ſit, quia talis ne.
ceſſitas iuris ciuilis, alia conſtitutione,
alia lege ciuili, putà municipali, tolli &
9 mutari poterit, d.l.de quibus. Hanc † par.
tem tenent Dyn. latè in d. c. indultum.
Cyn. in l.ſancimus.C.de nupt. Alexan.d.
conſ.75.nu.11.vol.1.Panor.conſi.75.nu.9.
vol.1.Curt.iun cõſ.10.nu.7.cum ſeq. Ol.
dra.conſ.107.nu.2.& 3.Signoro.conſi.37.
per totum. vbi hanc opinionem plurib⁹
rationibus, & aliter quàm Dyn.in d.c.in.
dultũ, illuſtrat. Eandẽ tenet Alber. Brun.
in d.tracta.ſtatu.art.1. nu.19. Capel. Tho.
loſ.quæſt.437. Decius conſ 525.nu.5.incip.
Viſis his, vbi cõmunem dicit. Idem cõſi.
19.nu.6.incip. Et pro tenui. Natta cõſ.308.
nu.5.vol.2.incip.circa propoſitã. Calcan.
conſ.37. nu.2.vbi communẽ dicit, Cæph.
conſi.278.num.48. volu.2.incip. diſceſſit
Comes. vbi quoque communem dicit.
Bart.in l.Titio centum. §. Titio genero,
nu.6.ff.de condi.& demonſtr. Ex quibus
videtur iſtam opinionem eſſe commu.
nẽ, eamq; maximè procedere exiſtimãt,
ſi legitima ſubſit cauſa, vtputà fauor ma.
ſculorum & agnationis: vt ſi ſtatuto re.
ceptum ſit, quòd extãtibus maſculis, fœ.
minæ excludantur : nam † tale ſtatutum 10
ex iuſta et rationabili cauſa receptum in.
telligitur, ſcilicet ad conſeruandum ius
agnationis, & nomen familię, ne hęredi.
tas eat ad extraneam familiã, quod vide.
re luctuoſum eſt, text.in l.in fundo.ff. de
rei vendic. & in l. ſi in emptionem. ff. de
minorib.25.annis, tex. in l. lex quæ tuto.
res §.ergo.C.de admi.tuto. Et talia ſtatu.
ta etiam iure diuinó approbata vidẽtur,
Numer. cap.27. vbi ex lege Moſaica ex.
tantibus maſculis, fœminæ à ſucceſſione
parentum excluduntur. Sed † prima opi. 11
nio, quòd videlicet legitima minui poſ.
ſit, & nõ prorſus tolli, ęquior, verior, ma.
giſq; communis eſt, quàm tenet Salic. in
d.Auth. nouiſſima, num.10.C.de inoffic.
teſtam. Iaſ.ibid.nu.56.dicens magis com.
munẽ. Panor.in c.Raynuti⁹, nu.12. iunct.
apoſtilla.de teſta.per illum text. Zabarel.
in Clem.2.num.15.de re iud. Alberic.in l.
quoniam in priorib.C.de inoff.teſta. Bo.
ẽr.deciſ.188.nu.6.par.1. vbi magis cõmu.
nem dicit. Soci.d.conſ.150.nu.3.vbi dicit,
quòd ſit communiter approbata, & ma.
gis æqua. Corn.conſi.113.nu.7.volu.3. De.
ci.conſil.106.num.4.incip. Et pro tenui,
vbi cõmunem dicit. Hiero. Cagno.in d.
l.iura ſanguinis, nu.10. communem di.
cens. Boẽr.deciſ.204. nu.12. part.2. Alex.
conſ.211.nu.8. vol.7.incip. viſo themate,
vbi dicit hanc opinionẽ eſſe magis com.
munem & æquiorem, & cõſi.55.nu.5.vol.
2.incip. viſo titulo, & cõſi.134.nu.33.cum
ſeq.vol.6.incip. animaduerſis diligenter,
vbi contraria diluit, Schurff.conſ.96.nu.
11.cent.1.& conſi.36.nu.4.cent.2. vtrobiq;
dicit communẽ: apoſtill. ad Capel. Tho.
loſ.queſtio.437. Molinę ad Alex.d.conſ.
75. vbi dicit hanc opinionem crebriorẽ,
& veriorem. Rota deciſ.1.num.1.& 2. de
cõſuetud.in nouis, & infiniti alij. Quam
opinionẽ etiam Camera Imperialis non
ſemel, ſed multoties iudicãdo ſecuta eſt.
Et poteſt legitima ſtatuto non ſolùm in
quantitate, ſed etiam in tempore minui,
vt ante certum tempus non exigatur, vt

volnit Bart.in d.l. Titio centum.§.Tltio
genero, nu.6. Natta d.conſil.308.num.7.
Alex.d.conſi.55.nu.5.cum ſeq. Capra cõſi.
72.nu.6. incip. Cùm viſo argumento.§.
12 plus, Inſti.de actio. Si opiniones Dd.ad †
concordiam reducere velimus, dicl poſ-
ſet, Dyni ſententiam In d.c.indultum. &
aliorum in locis ſuprà allegatis, eatenus
procedere, ſi ſtatutum ex rationabllicau-
ſa tollat omninò legitimam, fauore ſci-
licet agnationis, vt in ſtatuto excludente
fœminas à ſucceſſione parẽtum, maſcu-
lis extantibus, ſed in alio liberis, quod vi-
cem legitimæ obtineat, ita vt alimẽta ne-
ceſſaria habeant, prouideat, puta quòd fi-
liæ dotatæ excludantur à ſucceſſione pa-
13 rentum, nam tunc † dos loco legitimæ
ſuccedere Intelligitur, text.in l.3.§.proin-
de, el.2.in fi.ff. de minorib.25.annis, facit
text. in l.quiſquis. §. ad filias.C. ad l. Iul.
maieſt. & ſic in effectu non penitùs ſtatu-
to à legitima excluduntur, licèt minus le-
gitima accipiant, neque ad ſupplementũ
legitimæ agere poſſint, Deci.conſil.505.
nu.7.incip.copioſè & eleganter, vbi com
munem dicit, pulchrè Curt.iunior conſ.
286.num.29.volu.3.incip.viſis, ac dillgen-
ter. Si verò ſtatutum, vel cõſuetudo ſim-
pliciter auferret legitimam, nec in alio
quod vicem eius habeat, compenſatio-
nem faceret, tunc intrepidè tenendum,
tale ſtatutum, tanquàm cõtra rationem
& omnem legem, tam naturalem, quàm
diuinam, Canonicam, & ciuilem non
14 valere: Alimentorum † enim petitio
nullo ſtatuto tolli poterit, cùm de iure
naturali liberis alimenta debeantur, d.l.
1.§.ius naturale.ff. de iuſt.& iur. d. l. iura
15 ſanguinis. nam † necare videtur qui ali-
menta denegat, text.in l.necare.ff. de lib.
agnoſc. & ideò tali caſu nõ obſtante ſta-
tuto, legitima competentibus remedijs
peti poſſet. vnde ſi ſtatutũ dicat quòd pri-
mogenitus in totũ ſuccedere debeat, tale
ſtatutum quóad legitimam non valebit,
quia meta legitimæ, eſt de iure ciuili, tex.
in Auth.nouiſſima.C.de inoff.teſta ideò
poteſt augmentum vel decremẽtum ac-
16 cipere: ſed † materia legitimæ & alimen-
torum, eſt iuris naturalis: proinde pror-
ſus tolli nequit, Alex.d.conſi.134. nu.34.
vol.6. Imol.in d.l. Titio centum.§.Titio
genero, vbi variãtes Doctorum opinio-
nes, modo prędicto, cõcordat. An autem
matrum legitima in bonis filiorum ſta-
tuto tolli poſſit, vide Alber.Brun. in tra-
cta.ſtatu art.1.nu.15.cum ſeq. vbi conclu-
dit quòd ſic, per rationem ꝙ non ſit de-
bita iure naturæ, vide allegata ibid. Por-
rò † vtrùm filia dotata, quæ hæreditati 17
paternę cum iuramẽto renunciauit, par-
tem faciat quóad legitimam, hoc eſt, an
referatur in numerum liberorũ, quóad
computationem legitimę, quæ eſt ſecun-
dum numerum liberorum, vel triẽs, vel
ſemiſſis, text.in d. Auth.nouiſſima.C. de
inoffic.teſtam. & in §. frequenter igitur,
Auth.de trien.& ſemiſſ quæſtio ſatis in-
tricata eſt. Communis tamen opinio eſt,
filiam dotatam tali caſu facere partem,
licèt ipſa ad partẽ non admittatur, eiuſq;
portionem ex prouidentia paterna hęre-
di accreſcere, & ſic connumerari inter li-
beros, tex.in l.qui repudiantis.ff.de inoff.
teſtam.text.in l.ſi proponas.§.fin.ff.eod.
tit.Curt.Iunior d.conſ.268.cum ſequ. vbi
omninò vide. Bald. in d. Auth. nouiſſi-
ma, nu.9. Dd.ibid. Alexan.in l.planè.§. ſi
duobus, nu.8.ff. de leg.1. Boẽr. deciſ. 104.
Guido deciſ.295.per totã, incip. an filiuſ-
fa.& deciſ.599.nu.1.incip. item etiam, vbi
dicit per Senatũ ita fuiſſe conclusum. De
filio † legitimè exhæredato, quòd non 18
computetur in numero liberorum, item
monachus Frãciſcanus, ſed pro mortuis
habeantur, vide Barto.in l. pater filium,
nu.20.cum ſeq.ff.de inoffic.teſta.Alex.in
d.l.planè.§.ſi duobus, nu.3.& nu.7. Bal.in
d.Auth.nouiſſima, nu.6.cum ſeq. Guido
d.deciſ.599. Ang.in §.fi.Inſt.de inoff.teſt.

OBSERVATIO CXXIII.

Teſtamentum ſecundum conſuetudinem loci factum an vbiq; valeat.

SVMMARIA.

1 *Quòd ſic.*
2 *Locus contractus quóad ſolemnitates attendi debet.*
3 *Forenſis ſi teſtetur ſecundum conſuetudinem loci, an eius teſtamentum valeat.*
4 *Acta in vno iudicio fidem faciunt etiam in alio iudicio.*
5 *Inſinuatio donationis in vno loco facta extenditur ad bona ſita extra territorium.*
6 *Tutoris adminiſtratio extenditur ad bona ſita extra territorium.*

ALIBI ſtatutum eſt, vt teſtamen-
tum coram Notario & duobus
teſtibus factum valeat. Quæſi-
tum,

1 tum, vtrùm tale † teſtamentum vbique
vires habeat, etiam extra territorium ſta-
tuentium, vbi fortè maior ſolennitas re-
quiritur, vel ius ciuile obſeruatur. Con-
cluſum quòd ſic, quia ex communi Dd.
opinione, ſtatutum diſponens circa ſo-
lennitates teſtamenti extendit ſe etiam
extra territorium, ita vt hæres ſuccedere
poſſit in omnibus bonis, vbicunq; ſitis,
2 & in vniuerſum ius teſtatoris : quia †
quòad ſolennitates attenditur conſue-
tudo loci, in quo actus celebratur, text. in
l. ſi fundus. ff. de euictionib. & in l. ſemper
in ſtipulationibus. ff de reg. iur. text. in l.
1. C. de emancip. liber. gloſ. ibid. in verbo,
duumuiris, text. in l. 2. C. quemad. teſtam.
aperiant. Dd. in c. quod clericis, de foro
comp. & in l. 1. C. de ſum. trini. & fid. Ca-
tho. Cæph. conſ. 170. nu. 21. vol. 2. incip. in
cauſa. ſicut in contractibus quoq; receptũ
eſt, quòd locus contractus conſiderãdus
ſit. Contractus enim celebratus cum ſo-
lennitate requiſita in loco cõtractus, ex-
tendit ſe ad omnia bona, licèt in loco
bonorum maior ſolennitas requirere-
tur, text. in d. l. ſi fundus. Dd. vbi ſuprà, &
in l. 2. ff. de eo quod cert. loco. Alex. conſ.
37. nu. 7. volu. 2. incip. viſo & opportunè.
latè Port. lib. 5. commu. opinio conclu. 31.
Et hanc deciſionem approbant, Bar. in l.
1. nu. 37. C. de ſumm. trinit. & fide Catho.
Bald. ibid nu. 17. Salic. num. 13. Iaſ. nu. 44.
qui poſt lõgam diſputationem in vtran-
que partem hanc opinionem commu-
nem dicit. Nicol. Euerh. conſil. 185. Boër.
ad conſuet. Bituricenſ. tit. des couſtumes
concernant le teſtam. §. 1. Bald. conſil.
439. part. 4. per totum. Anchar. conſil.
363. Alexand. conſi. 128. num. 2. volum. 1.
incip. conſideratis his. Ioan. Andr. in ad-
dit. ad Spec. tit. de inſtrumen. edit. §. com-
pendioſè. ad nu. 16. Signoro. de Homod.
conſi. 166. num. 3. Roman. conſi. 39. Pariſ.
conſi. 12. num. 45. volum. 3. vbi commu-
nem dicit. Port. libr. 5. commun. opin.
concluſ. 29. in princi. Baptiſta à Villabos,
in verb. Teſtamentum. verſicu. 57. Am-
pliatur hæc cõcluſio, vt procedat etiam
3 in † forenſe, videlicet quòd eius teſta-
mentum, ſecundum conſuetudinem lo-
ci in quo illud fecit, valeat quòad bona
vbicunque ſita, vt tenent Alexand. conſi.
44. num. 20. volum. 5. incip. Videretur
prima, vbi communem dicit, per ratio-
nem, quòd eo caſu, quo ſtatutum diſpo-
nit tantùm circa ſolennitatem actus, in-
ſpiciendum ſit, etiam quòad forenſes,
an ſit ſeruata ſolennitas requiſita à ſta-
tuto illius loci, in quo actus eſt celebra-
tus, per tex. in l. 1. C. de emanc. lib. & in l. ſi
non ſpeciali. C. de teſtamen. Idem tenet
Port. d. concluſ. 29. Bald. in l. in hac. C. de
donat. num. 2. Bart. in d. l. 1. num. 37. C. de
ſumm. trinit. & fid. Cathol. Alexand.
conſi. 19. num. 6. incip. Circa primum du-
bium. Gozadin. conſi. 49. num. 14. & 18.
vbi dicit, quòd quòad ſolennitates ſem-
per inſpiciatur locus, vbi res agitur, tam
circa contractus, quàm vltimas volun-
tates, etiam quòad forenſes. Quoties e-
nim ſtatutum principaliter habilitat, vel
inhabilitat contractum, ſeu diſpoſitio-
nem quòad ſolennitates, ſemper atten-
ditur locus, in quo talis contractus ſeu
diſpoſitio celebratur, & obligat etiam
non ſubditum, d. l. ſi non ſpeciali. Go-
zad. d. conſil. 49. vbi dicit, quòd aditio
hæreditatis extendit effectum ſuum ad
bona vbicunque ſita: ad hoc adducit Bar.
in d. l. 1. num. 37. text. in l. omnium. C. de
teſtam. Accedat, quòd teſtamentum ruri
coram quinque teſtibus factum, vbique
valeat, tex. in l. fi. C. d. tit. Iaſ. ibid. num. 11.
Caſtren. & alij ibid. Item quòd † acta corã 4
vno iudice facta fidem faciant etiam in
alio iudicio, text. in l. is apud quem. C. de
edend. & ibid. Dd. tex. in l. ne cauſas. & in
l. à procõſulibus. C. de appel. Bar. plenè in
l. cum lite, nu. 4. cum ſequ. ff. iudic. ſolui.
Maran. par. 5. nu. 55. Plures rationes addu-
cit Bart. in d. l. 1. Præterea † inſinuatio do- 5
nationis in vno loco facta, porrigit effe-
ctum ſuum etiam ad bona ſita extra ter-
ritorium: quia donatio in loco inſinua-
tionis ſumit eſſentiale principiũ & for-
male, per text. in l. in hac ſacratiſſima. C.
de dona. ibi. vbicunque poſitarum. text.
in l. ſecundum diui Leonis. C. eod. tit. ar-
gumento l. 1. C. de contrah. empt. ita Bal.
conſi. 166. num. 6. volu. 5. incip. Quidam
Franciſcus. Sic † adminiſtratio tutoris 6
porrigitur etiam ad bona ſita extra terri-
torium eius, qui tutorem dedit. Bart. in l.
legitimos, num. 5. ff. de legit. tutorib. vbi
dicit, quòd decretum ſuper actu volunta-
rio à iudice ordinario interpoſitum va-
leat etiã ſuper rebus extra territoriũ ſitis,
p tex. in l. magis puto. § illud. ff. de reb. eo.
qui

qui ſub tutel.& in l.1.C. qui pet. tuto. vel
curat. & in l. propter litem. §. licet.ff. de
excuſat.tuto.Bart.in l.pupillo, nu.1.ff. de
tutorib.& curat.datis ab his. Bald.in l.fi.
num.46.C.de edict. Diui Adrian.tollen.
Alex.d.conſ.128.nu.4.volu.1. Deci. conſ.
207.num.5.incip.pulchrum eſt dubium,
vbi dicit, diſpoſitionē principaliter per-
ſonam reſpicientem, effectum ſuum in
conſequentiam ad bona ſita extra terri-
torium porrigere, facit text. in l. ſi fidei-
commiſſum.§.tractatum.ff.de iudic.

OBSERVATIO CXXIIII.

Conſuetudo vel ſtatutum de rebus vel perſonis diſponens, an extra territorium extendatur.

SVMMARIA.

1 *Conſuetudo de mutua ſucceſsione coniugum valet.*
2 *Conſuetudo poteſt iuri communi derogare.*
3 *Conſuetudo vel ſtatutum, quòd ſuperſtes coniux extantibus liberis ſuccedat in bonis mobilibus, valet,*
4 *Conſuetudo vel ſtatutum de mutua ſucceſsione coniugum an extendatur extra territorium.*
5 *Conſuetudo vel ſtatutum obligat tantùm ſubditos.*
6 *Cauſa finita non poteſt producere effectum infinitum.*
7 *Statutum contra ius commune ſtrictè intelligi debet.*
8 *Non extenditur, ne ex identitate quidem rationis.*
9 *Statuta aut conſuetudines extra territoria ſua non extenduntur.*
10 *Extra territorium ſtatuentium ſeruatur conſuetudo illius loci.*
11 *Conſuetudo vel ſtatutum diſponens de perſonis non extenditur extra territorium.*
12 *Filiusfamil. non poteſt teſtari, niſi de Caſtrenſi peculio.*
13 *Fallit, ſi conſuetudine aliter ſit receptum.*
14 *Partim teſtatus, partim inteſtatus nemo mori poteſt.*
15 *Filiusfam. forenſis non poteſt in loco conſuetudinis teſtari.*
16 *Filia ſtatuto excluſa à ſucceſsione parentum, ſuccedit in bonis extra territorium ſitis.*
17 *Statutum afficit res.*
18 *Mobilia reſpiciunt perſonam, immobilia territorium.*
19 *Actio perſonalis creditoris oſsibus adhæret.*

ETſi de iure communi, tunc de-
mùm ad ſucceſſionem vocen-
tur coniuges, quoties omnis pa-
rentum vel liberorum ſeu propinquo-
rum legitima deficit ſucceſſio, text.in l.1.
1 C.vnde vir & vxor: tamen † conſuetudi-
nem valere, quòd defuncti coniugis hæ-
reditas, non extantibus liberis, neque pa-
ctis dotalibus in contrarium confectis,
ſuperſtiti ab inteſtato deferatur, excluſis
defuncti coniugis fratribus, ſororibus,
alijsque ex latere proximioribus hæredi-
bus, ſæpè in Camera concluſum fuit. Pri-
mò, quia notum eſt † conſuetudine vel 2
ſtatuto iuri cōmuni derogari poſſe, text.
in l.3.§. Diuus Adrianus.ff. de ſepul.viol.
ibi. Quid tamen ſi lex municipalis, gloſſ.
ibid. in verbo, ſepeliri, text.in l.item eo-
rum. §. ſed ſi ita.ff. quod cuius.vniuerſ.
nom.tex.in l.venditor.§.ſi cōſtat.ff.com-
mu.prædio.glo.ibid.in verbo, conſuetu-
do. Dd.in l fi.C.de teſta ſi modò conſue-
tudo rationi ſit conſentanea. Dd. in l.de
quibus.ff.de legib. atqui huiuſmodi con-
ſuetudinem, propter indiuiduam, non
tam corporum, quàm animorum con-
iunctionem atq; ſocietatem, propter tot
matrimonij onera, quæ coniuges mode-
ratè ſuſtinere, & ſuſque deque ferre de-
bent, iuſtiſſimam, adeoq; fauore dignam
eſſe, quis inficias ire poteſt? facit text.in l.
aduerſus.C. de crimin. expilat. hæred. &
in l.1.ff.rer.amot. Nicol.Fuerh. conſi.52.
Deinde etiam de iure communi notum
eſt, nullam neceſſitatem ipſis coniugibus
incumbere inſtituendi hæredes ipſos col
laterales, text. in l.fratris, & in l. fratres.
C.de inoffic.teſtamen.& in l.1.ff.eod.poſ-
ſunt enim coniuges conſuetudinis rigo-
rem, ſi quis ſit, aut teſtamento, aut pactis
dotalibus prorſus tollere, & de rebus ſuis
pro arbitrio diſponere. Quòd ſi ſcien-
tes prudenteſq; non fecerint, illos ſecun
dum conſuetudinem vel ſtatutum loci
voluiſſe mori planè non eſt dubitandū.
imò hoc amplius matrimonij fauore,
conſuetudinem † vel ſtatutum valere, vt 3
alteruter coniugum etiam extantibus li-
beris, in omnibus bonis mobilibus, ex-
cluſis penitùs liberis ſuccedat. tenet Ro-
ta deciſ.1. de reſcript. in nouis. Chaſſ.in
conſuetu. Burgundiæ. tit. des inſans.§.4.
in verb. & à ſon profit. quod etiā Came-
ra ſequitur. per rationem, quòd legitima
liberorū ſtatuto vel cōſuetudine minui
poſſit. Dd.in Auth nouiſſima.C. de inof
fic.teſta. vide prolixiùs ſupr. eod.Obſer,
122. Si igitur talis cōſuetudo in caſu exi-
ſtentium liberorū valet, quibus iure na-
turæ parentū hæreditas debetur, text.in l.
cùm

cùm ratio.ff. de bonis damnato. & in l.
ſcripto.§.fi.ff.vnde liber. tex.in §.non li-
cebit. in Auth. de trien. & ſemiſ.& in §.
præmium itaque. Auth.de hæred.& Fal-
cid.multò magis ſubſiſtet liberis non ex-
tantibus in præiudicium collateralium,
quos aliâs inſtituere non eſt neceſſe. tex.
in d.l.1.ff.de inoffic.teſta.& in d.l.fratres.
Sed vt ad primam conſuetudinem rede-
am,de mutua coniugum ſucceſſione ab
inteſtato ex facto proponebatur, vtrùm
4 talis † conſuetudo vel ſtatutum extende-
retur etiã ad bona extra territorium con
ſuetudinis vel ſtatuentium ſita, ita quòd
ſuperſtes cõiunx ſuccedere poſſit etiam
in bonis extra territorium ſitis. Conclu-
5 ſum quòd non. Ratio, quia † conſuetu-
dines vel ſtatuta (quæ regulariter paribus
paſſibus ambulant) ſunt locales, vel loca-
lia, & ſic non obligant niſi ſubditos. Vbi
igitur ceſſat iuriſdictio ſtatuentium, ibi
ſtatuti diſpoſitio non obtinet, tex.in l.fi.
ff.de iuriſd.om.iud.l.1.C.de ſuſpect.tuto.
c.vt animarum.de conſtitu.in.6.cum ibi
6 not. Quò pertinet, quòd † cauſa finita,
nõ poſſit producere effectum infinitum,
ſed ſicut limitatur potentia cauſæ, ſic eti-
am debet limitari effectus, text. in l.ſi ar-
rogator.ff. de adop.l.iuriſperitos §. cùm
oriundus.ff. de excuſa.tutor.l.pupillo.ff.
de tutor.& curator.dat.ab his. Sed poten
tia & authoritas conſuetudinis non ex-
tendit ſe extra proprios limites, tex.not.
in l.duûmuirum.C.de decurionib.lib.10.
ergo nec eius effectus ſe extẽdere poteſt.
Ita pulchrè Iaſ.conſi.163.volu.2.incip. In
iſto paſſu, circa medium. Et hæc maxi-
mè procedunt, quandò ſumus in corre-
7 ctorijs, quãdò † ſtatutum à iure commu-
ni, vt hoc caſu, exorbitat, quia tunc ſtri-
ctiſſimè interpretari debet.tex.in c.cùm
dilectus.§.quia nobis,de conſuetud. Soc.
ſen.conſi.31.num.2.vol.1.Anchar.conſi.
8 91.in prin.adeò vt † extenſio fieri neque-
at etiam ex identitate rationis, text. in
Authen.de adminiſtrantib. officia in ſa-
cris appellatio §.penul. gloſſ.ibid.in ver-
bo, quoniam.Bart.Alex.& Dd.in l.ſi con
ſtante.ff.ſolu.matri. Bald. in l.fi. nu.9.C.
communia vtriuſque iud.Dec.conſ.669.
nu.6.7.& 11.incip. viſo & perlecto. Curt.
ſen.conſ.43.nu.19. Itaque res extra terri-
torium ſitæ, propriè legi illius loci vbi ſi-
tæ ſunt, ſubiacent, & non legi ſtatuentiũ,
per rationem prædictam: & ſic hæredes
ab inteſtato, putà collaterales, excluſo ſu-
perſtite coniuge, in illis bonis ſuccedere
poſſunt. Hanc concluſionem tenet An-
cha.in c.Canonum ſtatuta, de conſtitu-
tionib.quem omnes allegãt. Cyn. in ter-
minis in l.1.C de ſum.trini. & fide Cath.
vbi ſedes ordinaria. Ioan.Fab.ibid.nu.18.
Alber.Brun. elegantiſſimè in tract.ſtatu.
art.8.nu.123.cum ſeq. Alex.conſi.16.num.
1.volum.1.incip.viſo titulo, vbi Molinæ.
atteſtatur ita practicari, quòd † videlicet 9
ſtatuta, vel conſuetudines indiſtinctè nõ
extendantur extrà ſua territoria, per tex.
in d.l. fin.ff. de iuriſd. omn. iudic. Idem
Alexan.conſil.128.per totum, eod.volu.
incip.conſideratis verbis.pulchrè Anch.
conſi.163.per totum. Bald. conſil.131. nu-
mer.4. volum.2. Curti. ſeni. d. conſi.43.
num.19. Iaſ.d.conſil. 163. per totum. Cæ-
phal conſi.278.num.104.vol.2.incip.de-
ceſſit Comes. Caſtren.conſ.32. in princi.
part.2.vbi dicit, quòd † extra territorium
ſeruari debeat conſuetudo illius loci, vel 10
ſi nulla ibi ſit conſuetudo, diſpoſitio iu-
ris communis. Schurff.conſi.6.num.1.&
2.cent.1. Vbi quaſi in terminis decidit,
quòd diſpoſitio iuris Saxonici, deferens
vxori certas res ex bonis mariti defun-
cti, non extendatur ad res exiſtentes ex-
tra territorium, per d.l. pupillo.ff.de tu-
to.& curat. Et hæc eſt veritas, atque com-
munis opinio, atteſtante Brun.loco cita-
to, quicquid in contrarium adducat Sa-
lice.in d.l.1.C. de ſumm.Trini. & fid.Ca-
tho.quem conſulendo ſecutus eſt Socin.
ſeni.conſi.36.volu.1. Bart.Bald.Iaſ. & alij
in d.l.1.diſtinguunt, vtrùm quis teſtatus
decedat vel inteſtatus, vt primo caſu ex-
tenſio locum habeat, altero verò nõ ha-
beat per rationes ibid.adductas. Sed hîc
verſamur in caſu inteſtati, quandò ſta-
tutum ab inteſtato defert vltimo ſuper-
ſtiti ius ſuccedendi. vnde indubitanter
prædicta concluſio procedit ſecundum
Fab.in d.l.1. Anchar. d.conſil.163.num.
2.& alios vbi ſuprà. Et hæc obtinent non
ſolùm in hac conſuetudine de ſucceſ-
ſione coniugum, ſed in omni conſuetu-
dine vel ſtatuto de rebus diſponentibus.
Dd.in locis allegatis. Idem quoque re-
ceptum, ſi † conſuetudo vel ſtatutum cir- 11
ca perſonas aliquid diſponat vel ſtatuat,
putà habilitando eas, vel prohibendo
aliquid,

aliquid, vtroque caſu extra territorium
conſuetudinis vel ſtatuti non fit exten-
ſio, per rationem prædictam, quòd ſta-
tutum non poſſit effectum ſuum exten-
dere, vltra quàm extendatur poteſtas ſta-
12 tuentium. Exemplum in † filiofamil. qui
de iure communi teſtari non poteſt, niſi
de bonis caſtrenſibus, text. in l. qui in po-
teſtate. ff. de teſta. Bar. ibid. Socin. reg. 153.
13 Sed ſi † ſtatuto contrarium inducatur, te-
ſtamentum à filiofam. vigore ſtatuti fa-
ctum, non extenditur ad bona extra ter-
ritoriũ ſita, ſed quóad illa inteſtatus de-
cedit. Et ſic limitatur regula l. ius noſtrũ,
14 ff. de reg. iur. cum ſimilibus. quòd † nemo
partim teſtatus, partim inteſtatus dece-
dere poſſit, quia non procedit in ſtatuto
vel conſuetudine, de rebus vel perſonis
contra ius commune diſponẽtibus. Soci.
reg. 400. fallen. 15. Bart. in d. l. 1. num. 36. &
nu. 38. Alex. conſ. 19. num. 6 in fi. vol. 6. in-
cip. Circa primũ dubium. Gozad. conſil.
49. num. 9. incip. Circa primum, vbi di-
cunt, quòd propter diuerſitatẽ patrimo-
nij, & ex legis poteſtate fieri poſſit, vt quis
partim teſtatus, partim inteſtatus dece-
dat, diuerſitas patrimonij facit, vt teſta-
tor duplicem perſonam ſuſtinere vide-
atur: conſideratur vt duplex homo, alius
in loco ſtatuti, & alius extra territorium
ſtatuentium. Gozadin. conſil. 49. Ita te-
nent Barto. in d. l. 1. C. de ſumm. trinit. &
fid. Catho. num. 26. ſimiliter Bald. num.
16. per plures rationes ibid. allegatas.
Alexan. d. conſ. 128. nu. 2. vol. 1. Et hæc ac-
cipienda ſunt de eo filiofam. qui iuriſdi-
ctioni ſtatuentium ſubiectus eſt: nam is
non ſolùm in loco cõſuetudinis ſed eti-
am extra territorium, vigore conſuetu-
dinis patriæ teſtari poterit de illis bonis,
quæ ſunt in territorio ſtatuentium, niſi
aliter ſtatuto expreſſe cautum eſſet, quia
ſtatuta ſeruãda ſunt ad vnguem. per no-
15 tata ſup. eod. Obſer. 34. Secùs eſt in † filio-
famil. forenſi, qui nec in loco conſuetu-
dinis rectè teſtamentum facit, quia ſtatu-
tum non poteſt habilitare perſonam nõ
ſubditam, cum ſit locale & ſtricti iuris,
per text. in l. 1. in fin. ff. de tuto. & curato.
dat. ab his. Bartol. in d. l. 1. num. 26. Bald.
num. 13. cum ſequen. Idem in l. fin. num.
9. C. communia vtriuſque iudic. Aliud
exemplum eſt in ſtatutis fœminas dota-
tas, extantibus maſculis, excludentibus:
nam huiuſmodi ſtatuta cùm ſint exor-
bitantia, & contra ius commune, text. in
l. maximum vitium. C. de liber. præter.
non extenduntur ad bona extra territo-
rium ſtatuentium ſita, idq́; procedit ſiue
ſtatuta in rem, ſiue in perſonam ſcripta
ſint. Quapropter † filia præterita ab inte- 16
ſtato ſuccedere poteſt, in bonis extra ter-
ritorium ſitis. Bart. in d. l. 1. num. 32. in fin.
Bald. num. 13. C. de ſumm. trin. & fide Ca-
thol. Idem conſ. 131. num. 5. volum. 2. Cæ-
pha. d. conſ. 278. nu. 104. cum ſeq. vol. 2. &
communiter Dd in locis allegatis. Illud
tamen meminiſſe oportet, ſtatutum ha-
bere locum etiam in non ſubdito, quóad
bona ſita in territorio ſtatuentium, ſi ad-
uena vel forenſis teſtetur in loco ſtatuti,
& ibi bona habeat, valet eius teſtamentũ
quóad bona ibi ſita: quia † ſtatutũ afficit 17
res ipſas, ſiue poſſideantur à ciue ibi dece-
dente, ſiue ab aduena. Barto. in d. l. 1. in ſe-
ptima quæſt. Alex. d. conſ. 19 nu. 3. volu. 6.
Gozad. d. conſ. 49. nu. 14. vbi dicũt, quòd
† mobilia quæ erãt extra territorium ſta- 18
tuentium, debeant iudicari perindè, ac ſi
fuiſſent in eo loco, in quo erat perſona
teſtatoris tempore conditi teſtamenti:
quia mobilia reſpiciunt perſonam, im-
mobilia verò territorium, vt inquit Bal.
in l. mercatores. num. 1. C. de commer. &
mercat. Imò Alex. d. conſ 19. vult, quòd
idem dicendum ſit in nominibus debi-
torum, eò quòd † actio perſonalis ſemp 19
cohæreat oſſibus perſonę, & ab ea ſepara-
ri nequeat, text. in l. quis ergo caſus. ff. de
pecul. glo. ibid. in verbo, nominibus. tex.
in l. 3. ff. pro ſocio. Gozad. d. conſ. 49.

OBSERVATIO CXXV.

An conſuetudo de coniunctione ſiue vnione prolium valeat.

SVMMARIA.

1 *Vniones prolium vbique in Germania recepta.*
2 *Pacta futuræ ſucceſſionis etiam iurata non valent.*
3 *Hæreditas non datur pacto.*
4 *Ne ex ſtatuto quidem.*
5 *Vniones prolium cauſa cognitionem requirunt.*
6 *Adoptio ſpecies vnionis.*
7 *Vniones prolium in Camera confirmatæ.*
8 *Adoptionis requiſita.*
9 *Qualitas requiſita à facto principali ſeparari nequit.*
10 *Vbi maius periculum, ibi cautius agendum.*
11 *Conſuetudines de vnione prolium quando non valeant.*

Ex

EX facto proponebatur, vtrùm
cõiunctiones, ſiue vniones pro-
lium, (vulgariter die Einkind-
1 ſchafft) de iure ſubſiſtant. Huiuſmodi †
vniones prolinm paſſim in Germania,
alijsq́; prouincijs conſuetudine receptæ,
vel ſtaturo comprobatæ ſunt. Ratio du-
bitãdi ex iure communi deſumitur, quo
2 † pacta ſuturæ ſucceſſionis, præſertim ac-
quirendę, adeò improbata ſunt, vt ne iu-
rata quidem valeant, tex. in l. licet. & in l.
fi. C. de pact. vbi latè Bar. & Dd. Canoniſt.
in c. quamuis, eo. tit. in 6. Dd. in l. ſtipula-
tio hoc modo concepta. ff. de verbo. ob-
lig. vbi latiſſimè Alex. & Zaſ. text. in l. de
fideicommiſſo. C. de tranſact. text. in l. ſi
quandò. §. illud etiam. C. de inoffi. teſtam.
gloſſ. ibid. in verbo, prægrauari, text. in
l. hæreditas. C. de pact. conuen. & in l. ex
eo. C. de inutil. ſtipula. Deci. conſ. 578. nu.
5. incip. viſo conſilio. Cyn. Ange. Bart. &
Salic. In l. pactum quod dotali. C. de pa-
3 ctis. Hæreditas † enim non datur pactis,
ſed teſtamento, tex. in d. l. hęreditas, & in
d. l. licèt. Deci. conſ. 608. num. 8. incip. vi-
ſo eleganti. Alex. conſi. 28. nu. 4. volu. 3.
incip. põderaris verbis. idq́; adeò verum
4 eſt, vt neq; † ſtatuto vel cõſuetudine con
trarium recipi, & introduci poſſit, Alex.
in d. l ſtipulatio hoc modo concepta, nu.
7. Zaſ. ibid. nu. 49. cum ſequẽtib. Alex. in
d. l. fin. C. de pact. Ratio, quia vbi non va-
let pactum tanquàm contra bonos mo-
res, ibi nec ſtatutum, vel conſuetudo va-
let, text. in l. fin. C. de reb. alien. non alie-
nan. Alexan. & Zaſ. in d. l. ſtipulatio hoc
modo concepta. Bartol. in l. omnes po-
puli, nume. 22. ff. de inſtit. & iur. Deci.
conſ. 516. nu. 6. incip. quoniam cauſa iſta.
Sed huiuſmodi vniones prolium nihil
aliud ſunt quàm pacta futuræ ſucceſſiõis
acquirẽdæ, ideò nullo iure ſubſiſtere, aut
conſuetudine, vel ſtatuto aliquo confir-
mari poſſunt, cùm ſint cõtra bonos mo-
res, & inducant votùm captandæ mor-
tis, d. l. fi. c. non eſt obligatorium, de reg.
iur. in 6. & per inra ſuprà allegata. Hac ra-
tione dubitandi non obſtante, conclu-
ſum, huiuſmodi conſuetudines & ſtatu-
ta de vnione prolium eatenus valere, &
5 & de inre ſubſiſtere, ſi ad † vnionis con-
tractum exactam cauſę cognitionem re-
quirant, & certas ſolennitates pręſcribãt,
vt ſcilicet ante vnionis contractum, præ-
ſentibus tutoribus, vel curatotib9, & con
ſanguineis, inprimis excutiatur, quæ ſint
facultates eorum, quorum nomine pari-
ficatio prolium petitur, vt ex compara-
tione earum æſtimetur, an ea vtriſqne
ſalubris ſit futura, idq́; apud Magiſtratũ
loci, & competentem Iudicem cauſa co-
gnita fiat, quemadmodum in ſimili, in
† adoptionibus & arrogationibus, quæ 6
naturam imitantur, text. in l. 1. & in l. ad-
optio. ff. de adoptio. & cum hoc vnionis
contractu comparari poſſunt, receptum
eſt, per text. not. in l. 2. C. de adopt. & in l.
nec ei. §. & primum. ff. eod. text. in §. cùm
autem. Inſt. d. tit. ad idem facit tex. notab.
in l. cùm hi. §. ſed & perſonarum, cum §.
ſeq. ff. de trãſact. His ſolẽnitatibus ex ſor-
ma ſtatuti concurrentibus, dubitandum
non eſt, huiuſmodi vnionis cõtractum,
etiam de iure communi, ad exemplum
adoptionis, vel arrogationis ſubſiſtere.
Hinc eſt, ꝙ † Ordinatio Moguntinenſis 7
de vnione prolium in Camera confir-
mata ſit, eò quòd plenam exactamq́; cau-
ſę cognitionem requirat, an expediat, an
vtriſque ſalubris ſit. Debet enim fieri in
præſentia amicorum, tutorum, aut cura-
torum, ijsq́; conſentientibus, accedente
authoritate præfecti eius loci, à quo talis
contractus, cauſa cognita confirmari, &
porrò actis publicis inſinuari debet, quo-
libet horum deficiente nõ ſubſiſtit, ex d.
Ordinatione vnionis contractus. Sic &
in † adoptione, quæ ſpecies vnionis eſt, 8
huiuſmodi requiſita concurrere debent,
videlicet tutoris, vel curatoris authori-
tas, amicorũ præſentia, Magiſtratus con-
firmatio, pręterea publica inſinuatio, tex.
in l. quod nec curatoris. ff. de adopt. & in
d. l. 2. & in l. fi. C. eod. tit. tex. in l. hæc autẽ.
§. non defendi. ff. quib. ex cauſ. in poſſ.
eat. Si quid horum factum non erit,
nõ valet adoptio, quia quoties plura co-
pulatiuè requiruntur, omnium comple-
mentum requiritur, & nõ ſufficit partis
adimpletio, text. in l. ſi quis ita ſtipulatus
fuerit decem. ff. de verbor. oblig. text. in
l. ſi hæredi plures. ff. de condit. inſtit & in
l. quoties. §. cùm ita. ff. de reb. dub. Pariſ.
conſ. 30. nu. 37. vol. 1. incip. diſcutiendum,
& conſ. 31. nu. 129. eod. vol. incip. omiſſa.
Bar. & Dd. in l. 1. ff. de iuſt. & iur. Et ita fuit
confirmata vnio in cauſa Theoboldi
Wagner / contra Petrum Vaſt. Item in

cauſa Hans & Wendel Muller/ contra
Jacobum Koch/ in Marchionatu Badēſi,
vbi prædictæ quoq; ſolennitates ad con-
tractum vnionis legitimè celebrandum
ſimul requiruntur: aliâs non valet, per
9 ſup.allegata. Et quia † qualitas requiſita
non poſſit à facto principali ſeparì, text.
in l.Prætor ait.2.§. docere.ff. vi bon rap.
& in l.Fulcinius.§.cùm autem.ff.ex quib.
cauſ.in poſſeſ.ea. Deci.conſil.261.num.2.
vol.2. Alex.conſi.82.num.14.vol.3.incip.
viſo proceſſu inter, & conſi. 172. num.5.
incip.viſis,& oportunè. Caſt.in l.2.ad fi.
C.ad l.Iul.de vi public. Et hoc omnium
maximè obtinere debet in caſu vnionis
prolium:cùm propter pacta futuræ ſuc-
ceſſionis vtroque iure improbata, tex.in
d.l.ſtipulatio hoc modo concepta. & in
d.c.quamuis.de pact.in 6. tum quia † vbi
10 maius periculum, ibi cautius agendum,
ne liberi primi, vel ſecundi matrimonij
indebitè damnum ſentiant. text. in l.1.§.
ſed ſi quis.ff.de Carb.edict. & in c. vb pe-
riculum,de elect.in 6.tex.in d.l. nec hi.§.
& primum.ff de adoptio.Quòd ſi ex † ge-
11 nerali quadam cõſuetudine promiſcuè,
cuiuſlibet voluntati, & priuatæ affectio-
ni, citra vllam publicæ ſolennitatis ne-
ceſſitatem,vnionis contractus permitte-
retur,dubitandum non eſt, tali conſue-
tudine tanquàm corruptela, non atten-
ta,vnionem ipſo iure nullam eſſe,per iu-
ra ſuprà alleg.

OBSERVATIO CXXVI.
Pactum mutuum de ſuccedendo an valeat.

SVMMARIA.

1 *Pactis hæreditas non datur.*
2 *Pactum reciprocum de ſuccedendo valet.*
3 *Pactum reciprocum de ſuccedendo inter coniuges ſubſiſtit.*
4 *Pacta de mutua ſucceſſione habent vim donationis quæ ſubſiſtit ſine inſinuatione.*
5 *Item permutationis, aut venditionis, & ſunt irreuocabilia.*
6 *Diſtinctio huius obſeruationis.*
7 *Fraternitas iurata de ſuccedendo nõ tribuit ius ſucceſſionis.*
8 *Pactum particulare de ſuccedendo valet.*
9 *Pactum de non alienandis rebus, agnationis conſeruandæ gratia factum, valet*

1 PActis † hæreditatem dari non
poſſe notum eſt,tex.in l.hæredi-
tas.C.de pact.conuen.& in l.1.ff.
de petit.hæred.adeò vt ne iurata quidem
valeant,neq; ſtatuto aut cõſuetudine fir-
mari queāt, vt notant Dd. in c. quamuis
de pact.in 6. & in l. ſtipulatio hoc modo
concepta ff.de verb. oblig. & in l.fi.C.de
pact.ſicut prolixius dixi ſuprà Obſer.pro-
xi.Fallit † ſingulariter in mutuo & viciſ- 2
ſitudinario pacto, putà ſi inter duos vel
plures cõuentum ſit, quòd alterutro ſine
liberis mortuo,ad ſuperſtitem bona per-
ueniant:tale enim pactum valet: Ratio,
quia mutuum & reciprocum eſt, tollens
ſiniſtram illam ſuſpicionem deſiderādi
mortē alterius: imò mutua illa conuen-
tio non eſt pactum futuræ ſucceſſionis,
quia bona non promittuntur vt futura
ſucceſſio, ſed eſt obligatio cõditionalis,
ſi alteruter ſine liberis præmoriatur, quæ
obligatio eueniente conditione,ad tem-
pus cõuentionis retrotrahitur,& pro pu-
ra habetur, text. in l. neceſſario.§.1.ff. de
pericu.& commod. rei vend.glo.ibid.in
verbo,in præteritum, tex.in l.potior.§.1.
ff.qui potio.in pigno. habeāt & in l. vni-
ca.C.vt actio.ab hæred.& contra hæred.
Bona in pactum deducta, ſtatim ex obli-
gatione, & ex cauſa donationis inter vi-
uos debentur,ſed exactio,ob conditionē
appoſitam,ad tempus mortis differtur &
ſuſpenditur. Hinc eſt, quòd donationes
& † pacta reciproca de ſuccedendo inter 3
coniuges,ſtatim conſtante adhuc matri-
monio valeant:putà,quòd alterutro con
iugum mortuo,ſuperſtes, liberis non ex-
tantibus,defuncto cõiugi ſuccedat: ſicut
quotidiè in pactis dotalibus huiuſmodi
conuentiones fieri conſueuerunt,quę de
iure validæ & firmæ ſunt p tex.in l quòd
autem.§. ſi vir & vxor.ff. de dona. inter
vir.& vxo. Bald.in l.ſi pater puellæ.nu.2.
C.de inoff.teſta. Salic.ibid. nu.1.Iaſ.nu.2.
Caſt. & alij ſimiliter. Hippol.ſing.333.nu.
2.Idem ſingul.50.incip. donatio. Roma.
ſing.820.incip.prohibiti. Dd. in l. quæ iā
nuptæ.ff.de don.int.vir.& vx. Hanc opi-
nionem, quòd huiuſmodi pacta mutua
de ſuccedēdo valeant. & in ſpeciem do-
nationis inter viuos cadant, tenent præ-
clarè Oldr.conſ.139.per totum.incip. Ad
habendam aliqualem. Ioan.Andr.in ad-
dit.ad Specul.titu.de inſtr. edit. §. porrò.
nu.5.ad verbum minus.vbi dicit ita iudi-
catum.Salic.in d.l.fin.nu.3.C.de pact.Iaſ.
in d.l.ſi pater puellę.nu.3. Idem in d.l.ſti-

pulatio

pulatio hoc modo concepta.nu.19. Dec. conſ.63.num.4.incip. & pro tenui. idem eleganter conſi.516.nu.1. cum ſequ.vol.1. incip. in facto proponitur. Zaſ. ſingulariter conſi.1.num.1.cum ſequen.volum. 2.Socin.iunior conſ.143.num.34. volu.1. incip. in facto proponitur. Curt. iunior conſ.81.nu.1.incip. viſo ac diligēter conſiderato. Deci.conſil.655.num.9. cum ſequen. incip. viſo eleganti. Natta conſil. 474.num.1.& nu.8.incip. de anno. Boër. deciſ.355.num.2.& 3. Hippol.d.ſingul.333.

4 Amplia hanc doctrinam, quòd † pacta viciſſitudinaria de ſuccedēdo in vim donationis valeant, vt neque traditione, neque inſinuatione opus ſit. glo.approbata in l.licèt.C de pact.in verbo,mortis. Oldra.d.conſi.139.num.14.Boër.d.deciſ.355. num.4.& alij vbi ſuprà.Secundò amplia,

5 quòd huiuſmodi † pacta adeò firma ſint, vt reuocari nequeant, ne ob ingratitudinem quidem: quia vim permutationis habēt, imò magis venditioni, quàm donationi comparantur, & in iis incertitudinis ratio, dubiuſque euentus conſideratur. gloſſ.in l. quod autem.§. ſi vir & vxor.ff.de donat. inter vitum & vxor.in verbo,donationum. Oldra. d.conſil.139. Boēr.d. deciſ.355. Guido ſingu.878.incip. donatio. Fab. in l.1.C. de inoffic. teſtam. Et ratione incertitudinis licitū eſt,quod aliàs in caſu certo illicitum foret, text. in l. ſi ea pactione.C. de vſur. gloſſ. ibid. in verbo,conducta,tex.in l.ſi ea lege,& in l.oleo,C.eod.tit. Sed ne impingamus in hoc articulo difficili, & vt veritas magis

6 eluceſcat, diſtinguendum † eſt: vtrùm fiat promiſſio mutua de ſuccedendo per ſtipulationem cauſa donationis inter viuos,an verò ſimplex promiſſio per pactū de ſucceſſione reciproca. Primo caſu valet promiſſio, quia non eſt pactum futuræ ſucceſſionis, vt dixi, ſed obligatio deſcendens ex contractu de præſenti inter viuos celebraro,licèt effectum poſt mortem ſortiatur, ideoque valet & tenet irreuocabiliter. Dd.in locis ſupr.allegatis, Curt.iun.d. conſ.81. num.3. vbi communem dicit, quòd promiſſio ex cauſa donationis facta poſt mortem valeat, per text.in d.l.vnica.C. vt actio ad hæred.& contra hæred.gloſſ notab.ibid.in verbo, vel cōtra. Iaſ.in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta.nu.19. Boēr.d.deciſ.355.nu.2.dicens illud procedere abſque vllo perſonarum diſcrimine,etiam inter ignobiles & ruſticos. Secundò caſu † promiſſio nō 7 valet,putà ſi duo, pluréſve paciſcātur inuicem vt alter alteri, deficientibus liberis ſuccedat, talis fraternitas & ſocietas, tanquàm pactum futuræ ſucceſſionis,inter priuatos (quid de illuſtribus perſonis ſit receptum dicam ſeq. Obſer.) vtroque iure prohibita eſt, per iura ſuprà allegata, nec ius ſucceſſionis tribuit, cùm non ſit neque naturalis, neque ciuilis, text.in l.iura ſanguinis.ff. de reg.iur. & in l. ius autem agnationis.ff.de pac. pulchrè Ferrarien. in forma libel. in cauſa ſocietatis,in verb.ſocietatem,nu.7.Alex.conſil. 28.nu.5.volu.3.incip. pōderatis verbis.vbi conſuluit,quòd pactum ſucceſſionis eorum, qui ſe fratres iuratos, geſchworene bruder/ conſiſtunt, nullius ſit momenti p rationem prædictam.Curt.d.conſ.81.et Boēr.d.deciſ.355.Hoc ſecundū diſtinctionis membrū accipiendū eſt de pacto vniuerſali,ratione omniū bonorum : ſecùs eſt in † pacto particulari,ſiue conuentio- 8 ne ſuper quibuſdam rebus poſt mortem relinquendis, nam tale pactū valet, quia in reſiduo ſupereſt liberum tēſtandi arbitrium,& hanc deciſionem Euangelicā eſſe teſtatur Iaſ.in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta,nu.19. vbi ex illa communi Dd.deciſione dicit, valere † conuentionē 9 nobilium de non alienandis quibuſdam bonis in vita, nec in vltima voluntate. Imò hoc ampliùs Boēr.d. deciſ.355. nu.3. communiter receptum ſcribit, donationem,ſocietatē,& fraternitatem reciprocam valere inter fratres , conſeruandæ agnationis gratia factam, & etiam inter quoſlibet, tam in cōtractu matrimonij, quàm alias initam, per quam quis alteri omnia ſua bona donat in eū euentum,ſi ſine liberis decedat, dummodò aliquid ſibi referuet,ſuper quo teſtari poſſit. Natta d.conſ.474.nu 8. Vide plura ad confirmationem iſtorum,Obſer.ſeq.

OBSERVATIO CXXVII.

Pacta gentilitia vel ſtatuta familiæ de ſuccedendo an valeant.

SVMMARIA.

1 *Pactum ſucceſſionis inter Principes & illuſtres perſonas initum valet.*

2 *In Principibus ceſſat præſumptio fraudis, & votum captandæ mortis.*
Antiqua caſtra & prædia ad extraneorum manus peruenire, eſt inuidioſum. Ibid.
3 *Pacta particularia de ſuccedendo valent.*
4 *Donatio omniũ bonorum, deducto vſufructu, valet.*
5 *Confirmatio Cæſaris pacto ſucceßionis robur addit.*
6 *Fictio in caſu ficto tantum operatur quantum veritas in caſu vero.*
7 *Princeps non obligatur iure poſitiuo.*
8 *Contractus Principum an vim legis obtineant.*
9 *Militis pactum de ſuccedendo valet.*

1 PActa & † ſtatuta de mutua ſuc-
ceſſione, in caſu deficientium li-
berorum maſculorũ, inter Prin-
cipes, Comites, Barones Imperij, adeoq́;
inter Nobiles Germaniæ in vſu ſunt fre-
quenti, & conſuetudine hominum me-
moriam excedente confirmata valent.
Etſi autem omnia pacta futuræ ſucceſſi-
onis regulariter vtroque iure, tanquàm
contra bonos mores, & votum captãdæ
mortis inducentia, prohibita ſint, ita vt
ne iurata quidem valeant, vt plenè no-
tant Canoniſt. in c. quamuis. de pact. in 6.
Dd. in l. ſtipulatio hoc modo concepta.
ff. de verb. oblig. per text. in l. licèt. & in l.
pactum quod dotali, & in l. fi. C. de pact.
tex. in l pactum dotali. C. de collationib.
hoc tamen in perſonis illuſtribus nõ ha-
bet locum, ſed inter eas pacta & ſtatuta
familiarum, ſiue in perſonã promitten-
tis, ſiue ſuper bonis poſt mortem relin-
quendis concipiantur, nõ attenta diſtin-
ctione, de qua in præced. Obſeru. dictum
eſt, ex conſuetudine Germaniæ valent,
& de iure communi etiam defendi poſ-
ſunt. d. l. licèt. In Principibus † enim &
2 illuſtribus perſonis omnis ſiniſtra præ-
ſumptio, vel ſuſpicio captandæ mortis,
alienæ ceſſat, adeoq́; huiuſmodi pacta &
ſtatuta gentilicia, quæ vulgariter Erbai-
nigung / vocantur, fauorabilia ſunt, quia
ad pacem, tranquillitatem Imperij, & de-
fenſionem ſubditorum, ſpectãt, quorum
intereſt ne alienis & ignotis dominis
ſubijciãtur, text. not. in l. inuitus. ff. de fi-
deicommiſ. libertat. gloſſ. ibid. in verbo,
non eſt, text. in l. Titius cùm diſcederet.
ff. de act. emp. & in c. 1. §. ſi quis fecerit, quo
tempore mil. tex. in c. 1. §. prætereà Duca-
tus, de prohib. feudi alien. per Frederic.
Bald. ibid. nu. 9. facit optimè text. in l. in
adoptionibus. ff. de adopt. Vaſq. contro-
uerſ. illuſtr. lib. 1. cap. 5. nu. 5. vbi prolixius
vide. Item ad conſeruationem agnatio-
nis & proſapiæ, omnium maximè perti-
nent, lugubre enim & deplorandum fo-
ret videre antiqua maiorum prædia &
caſtra ad extraneas peruenire manus, text.
in l. in fundo. ff. de rei vendic. & in l. ſi in
emptionem. ff. de mino. 25. annis. text. in
l. lex quæ tutores. §. ergo. C. de adminiſt.
tuto. & curato ideoq́; meritò fauore di-
gna ſunt, vt præclarè per multas rationes
in terminis conſuluerunt Zaſ. conſil. 1.
nu. 12. cum ſequentib. vol. 2. & Socin. iun.
conſi. 143. num. 34. cum ſeq volu. 1. incip.
in facto proponitur, & Dd. ſupr. Obſeru.
præced. allegati. Et hæc ſine † dubio pro-
cedunt, ſi ex conuentione vel ſtatuto fa- 3
miliç ius teſtandi prorſus ſublatum non
ſit, prout communiter reſeruatio ſuper
certa bonorum portiõe ad maiorem ſe-
curitatem & cautelam in huiuſmodi pa-
ctis familiæ fieri conſueuit: quo caſu de
iure communi etiam talia pacta particu-
laria, quia ius teſtandi penitùs non tol-
lunt, ſubſiſtunt. Iaſ. in d. l. ſtipulatio hoc
modo concepta. nu 19. vbi dicit, ita ſe ſæ-
pius cõſuluiſſe. Boër. deciſ 355. nu 3. Curt.
iunior cõſi. 81. nu. 3. incip. viſo, ac diligen-
ter conſiderato. Hinc eſt, quòd ex com-
muni Dd. opinione valeat † donatio om- 4
nium bonorum præſentium & futuro-
rum, deducto vſufructu, quia de fructib9
teſtari poterit, de qua quęſtione vide om-
ninò Iaſ. in d. l. ſtipulatio hoc modo. nu.
18. & Curt. d. conſil. 81. Dd. in d. l. final. C.
de pact. Prætereà ex † cõfirmatione ſum- 5
mi Principis, putà Imperatoris, huiuſ-
modi pacta & ſtatuta familiæ magnum
robur accipiunt, ſi Cæſar ad petitionem
illuſtrium perſonarũ talia mutua pacta
& ſtatuta familiæ confirmet: ſicut ſæpius
factum memini. Cæſaris enim autho-
ritate & abſoluta poteſtatę ſuffulta, ma-
lorum morum reprehenſione carent, &
affectatæ mortis votum tollitur: adeoq́;
plenitudinis arbitrio effici poteſt, vt pa-
ciſcentes fratrum loco habeantur, licèt
pacto aut ſtatuto veri & naturales fratres
fieri nequeant, cùm iura ſanguinis ſint
immutabilia, text. in l. iura ſanguinis. ff.
de regu. iur. & in l. ius agnationis. ff. de
pact. Et tantum operatur † fictio in caſu 6
ficto, quantum veritas in caſu vero, text.
in l. 1. ff. de adop. & in l. cùm ex oratione.
ff. de excuſa. tutor. Et huiuſmodi Cæ-
ſaris

ſaris cõfirmatio omninò neceſſaria eſt,
quóad feuda Imperij, vt cauſa cognita
perſpicuum fiat, an talia pacta & ſtatuta
Imperio ſint futura nocumento, debét-
que fieri ex certa ſcientia Cæſaris, & ple-
nitudine poteſtatis: quæ confirmatio ro-
bur pactis tribuit, etiãſi aliâs de iure com
7 muni non ſubſiſterent: quia † Princeps
iure poſitiuo non obligatur, ſed ei licitè
derogare poteſt, text. in l. digna vox. C. de
legib. & in l. Princeps. ff. eod. tit. Dd. in l.
fin. C. de conſtit. Princ. vbi latiſſimè Iaſ.
Idem in l. reſcripta. num. 2. C. de precib.
Imp. offer. Bald. in l. 2. num. 4. C. de ſeruit.
& aqu. & in c. cùm ſuper. num. 1. de cauſ.
poſſ. & proprie. Deci. conſil. 390. nu. 13. in-
cip. quoniam ex facto. & conſil. 373. nu. 8.
incip. viſo conſilio celebratiſſimi. Inſe-
runtur tamen huiuſmodi confirmatio-
ni Imperatoriæ clauſulæ ſalutares & con
ſuetæ, videlicet, Salno iute Imperij, &
cuinſcunque, dem H. Reich vnd mennig-
lichen an ſeinem recht vnnachteilig. Ad
confirmationem prędictorum pertinet,
8 quòd huiuſmodi † pacta gentilitia & fa-
miliæ, à Principibus & Statibus Imperij,
pacis publicæ, & dignitatis conſeruandæ
gratia facta, vim legis obtineant: cùm
Status & Ordines Imperij habeant om-
nimodam iuriſdictionem, & ſic poteſta-
tem condendi legem in ſuis territorijs,
tex. in l. 2. C. de offic præfec. præto. Orien.
glo. vnica ibid. Dd. in l. cunctos populos.
C. de ſum. Trin. & fid. Catho. ſed contra-
ctus per eos celebrati, qui poteſtatem le-
gis condendæ habent, vim legis obtinẽt,
tex in l. Cæſar, ff. de public. & vectig & in
l. penul C. de donat. int. vir. & vxo. Barto.
ibid. num. 4. & in l. 4. §. actor, nu. 9. ff. de
re iudica. Alexan. in d. l. 4. num. 21. Zaſ. d.
conſi. 1. volum. 2. & Socin. iunior d. conſ.
143. volum. 1. per allegata ibid. Accedat
9 quòd iure ſpeciali † pactum de ſucceden-
do inter milites conſiſtat, per text. in d l.
licèt. C. de pac. At Principes Germaniæ
ſemper Cæſari & Imperio militare, &
ſumptus bellicos, occurrente publica ne-
ceſſitate, ex lege Imperii præſtare tenen-
tur. Pluribus rationibus hanc Obſerua-
tionem illuſtrant Zaſ. & Soci. locis alle-
gatis. quibus accedant rationes & allega-
tiones Dd. ſuprà, Obſeruat. præceden. in
medium adductæ, quæ huc accommo-
dari poterunt, & ad tollendas omnes dif
ficultates huiuſmodi pacta mutuæ ſuc-
ceſſionis fieri poſſent per ſtipulationem
in vim donationis, & nõ ſimplicis pro-
miſſionis de ſuccedendo: quo caſu etiam
inter priuatas perſonas valent, vt in præ-
ced. Obſeruat. dictum eſt, per multas au-
thoritates ibidem allegatas.

OBSERVATIO CXXVIII.

De aditione hæreditatis.

SVMMARIA.

1 *Creditores aditionem hæreditatis probare debent.*
2 *Filius habet beneficium abſtinendi.*
3 *Filius, ergo heres, quomodo procedat.*
4 *Filius ante aditionem impropriè hæres dicitur.*
5 *Hæres propriè quis dicatur.*
6 *Ius adeundi eſt ius quærendi.*
7 *Non eſt in bonis noſtris.*
8 *Hæreditas non adita non tranſmittitur.*
9 *Aditio in animo conſiſtit.*
10 *Quæ in animo conſiſtunt quomodo probentur.*
11 *Cernere hæreditatem adire ſignificat.*
12 *Filius inhabitando domum patris an præſumatur hæres.*
Præſumptioni ſtatur, donec contrarium probetur. Ibid.
13 *Fructus domus in habitatione conſiſtunt.*
14 *Vxor inhabitans domum viri an præſumatur hæres.*
15 *Poſſeßio hæreditatis non probat filium hæredem.*
16 *Confeßio filij ad poſitionem, poßidet vt hæres, probat immixtionem.*
17 *Filius opponens ſe legatarijs, immiſcuiſſe ſe docet.*
18 *Emphyteuſis repudiata hæreditate retineri poteſt.*
19 *Idem obtinet in feudis.*

Filius, defuncto parente à credi-
toribus patris, tanquàm hæres,
conuentus, negat ſe immiſcuiſ-
ſe hæreditati paternæ, creditores contra
affirmant, & ſolutionem vrgent. Quæſi-
tum, vtrùm incumbat onus probandi a-
ditionem ipſis creditoribus, an verò fi-
lio? Concluſum, probationem † aditio- 1
nis, tanquàm fundamentum petitionis,
& intentionis, ipſis creditoribus incum-
bere, tex. in l. aſſeueratio. C. de nõ nume.
pecu. quam niſi legitimis modis probẽt,
de quibus Dd. in l. gerit. ff. de acqu. hær. &
l. pro hærede. §. Papinianus. ff. eod. titul.
Maran. pleniſſimè in rep. l. is poteſt. eod.
titu. vbi 37. modos probandi aditionem
tradit, filium abſolui oportere. Et licèt
ſtatim mortuo parente, hæreditas ex l.
12. tabularum filio delata ſit, text. in §. in-

 teſta.

teſtatorum; Inſtl. de hæred. quæ ab inteſt.
2 deferun. ob id tamen non † cenſetur hæ-
res eſſe realiter, & cum effectu, niſi pro-
betur eum quoque hæ. editati parentis ſe
immiſcuiſſe, idq́; propter abſtinendi be-
neficium, quod prætor ei conceſſit, tex in
l. cum hęreditate patris. ff. de acqu. hær. &
in l. neceſſarijs. ff. eod. tit. Bart. ibid num.
1. tex. in §. ſui autem. Inſti. de hæred. qual.
& differ. & in l. 1. C. ſi minor ab hæred. ſe
abſtinu. gloſſ. ibid in verbo, ob eam rem.
& gloſſ. ſing. in l. ſi cùm dotem, in verb.
extitit. ff. ſolu. matr. Alex ibid. in §. tranſ-
grediamur, num. 10. in fi. Imol. in princi.
qui communem dicit. Ang. ibid. nu. 6. &
communiter Dd. Naira in terminis con-
ſil. 140. num. 3. vol. 1. incip. in cauſa & lite.
& conſil. 488. num. 11. volum. 3. incip. cla-
riſſime Doctor, vbi dicit illud etiã pro-
cedere filio non opponente, Alexand. in
d. l. ſi cùm dotem. §. tranſgrediamur. ff.
ſolu. matrim. Sic accipiendum illud vul-
3 gatum, ſi † filius, ergo hæres, quia proce-
dit, quóad ius ſuccedendi, non quóad ne-
ceſſitatem adeundi: filius mortuo patre
nomine quidem hæres eſt, ſed non re ip-
ſa, & cum effectu, quóad commodum
vel incommodum, niſi ſe immiſceat, ita
tradit gloſſ. in d. l. neceſſarijs. in verb. te-
neantur, gloſſ. in l. 1. in verb. ob eam rem.
C. ſi min. ab hæred. ſe abſtin. Bald. in l. ſi
non ſpeciali, nu. 7. C. de teſtam. idem in
d. l. ſi cum dotem §. tranſgrediamur. Vn-
4 de perſpicuum eſt, filium † ante aditio-
5 nem impropriè hæredem dici, cùm † is
propriè hæres dicatur, qui re & nomine,
adeoq́ue cum effectu hæres eſt, qui facto
& verbis hæredem ſe declarauit, immi-
ſcendo ſe hæreditati defuncti Bald. in d.
l. ſi non ſpeciali. Dd. in l. reprehendenda.
C. de inſti. & ſubſti. Quò pertinet, quòd
6 † ius adeundi hęreditatem ſit ius tantùm
quærendi, non autem ius quæſitum, cùm
hęres ex teſtamento, vel ab inteſtato, an-
te aditionem nihil effectualiter acquiſi-
uerit, vt notat Barto. in d. l. is poteſt, nu.
14. ff. de acquit. hæred. latè Marant. ibid.
num. 271. Alexand. in l. precia rerum, nu.
3. ff. ad l. Falci. Hinc eſt quod dicimus, ius
7 † adeundi non eſſe in bonis noſtris, nec
eum, qui ius adeundi habet, ob id locu-
pletiorem factum, cùm abſtinere vel re-
pudiare hęreditatem delatam poſſit, per
tex. in d. l. precia rerum. Bar. ibid. in prin.
Marant. in d. l. is poteſt, nume. 271. Hinc
quoque eſt, quòd regulariter † hæreditas 8
non adita non trãſmittatur. l. 1 §. in no-
uiſſimo. C. de cad. toll. l. vnica. C. de his
qui ante apert. tab. Bar. in d. l. is poteſt. Cũ
autem † aditio non tam facti, quàm ani- 9
mi ſit, tex. in d. l. pro hærede. adeoq́ue in
nuda voluntate conſiſtat. §. final. Inſtit.
de hæred. qual. & differ. text. in l. 2. & 3. ff.
de interrog. actio. d. l. gerit. l. ſi auia. C. de
iur. delib. eius probatio omnium diffi-
cillima eſt: ea enim quæ † in animo con- 10
ſiſtunt, tanquàm occulta, aliter quàm
per extrinſeca probari nequeunt, l. qui-
dam in ſuo. ff. de condit. inſtitu. Marant.
in d. l. is poteſt, num. 42. quæ quidem ex-
trinſeca, aut verbis, aut factis cognoſcun
tur: verbis, ſi declaret, & profiteatur ſe
hæredem: factis, ſi ſe hæreditati immi-
ſceat, tex. in d. l. pro hęrede, quod fit mul-
tis modis, próut latiſſimè tradunt Dd. in
d. l. is poteſt. & d. l. gerit. & d. l. reprehen-
denda. Antiqui † cernere hæreditatem, 11
pro adire dicebant, Cicero lib. 6. & lib. 11.
ad Atticum inquit, ex teſtamento creui
hæreditatem, id eſt, adiui. ſic accipitur l.
cretionum. C. de iure deliber. Fallit au-
tem iſta † concluſio in caſu, quo præ- 12
ſumptio legis contra filium militaret,
videlicet, quia poſt mortem patris diu
in domo paterno permanſerit, fructus
& redditus ex hæreditate perceperit, de-
bita hæreditaria exegerit: quia tunc cre-
ditores, legis præſumptione, ex habita-
tione, & perceptione fructuum, inten-
tionem fundatã habent, quę pręſumptio
iuris transfert onus probandi contrari-
um in filium, quia pręſumptioni iuris re-
gulariter tantiſper ſtatur, donec contra-
rium probetur, text. not. in l. fina. ff. de eo
quod met. cauſ. gloſſ. ibid. in verbo, præ-
ſumptioni. text. in l. nuptura, in fine. ff.
de iur. dot. & in l. ſiue poſſidetis. C. de pro-
bat. Cæph. conſi. 85. nu. 13. volu. 2. incip. in
cauſa mihi. Hanc fallentiam tenet Bart.
in d. l. gerit, nu. 20. per tex. ſing. in d. l. 1. C.
de repud. hæred. gloſ. ibid. in verb. proba-
tum. & Bald. nu. 2. idem conſil. 207. nu. 2.
volum. 1. incip. quæritur vtrùm, vbi dicit,
quòd † fructus domus conſiſtant in ha- 13
bitatione, vnde filius inhabitãdo domũ
dicitur percipere fructus, & per conſe-
quens hęreditatem patris adijſſe. ita quo-
que notat Bal. in d. l. 1. C. de repud. hęred.

Caſtren.

Caſtrẽn.ibid.num.2. vbi præclarè diſtin-
guit, quandò per habitationem filius cẽ-
ſeatur hæres patris. Alex.conſi.32.nume.
1.volum.3.incip.viſo proceſſu. Quapro-
pter tali caſu filius negatiuam, & contra-
rium docere debet, quòd videlicet non
inhabitauerit domum paternam, vel
fructus perceperit, vt hæres patris, ſed tã-
quàm dominus rei emphyteuticæ, vigo-
re pacti, vel iure pignoris: pro dote ma
terna, quòd videlicet dom⁹ patris ei ob-
ligata ſit pro dote matris, cuius ipſe hæ-
res eſt, & ſic iure pignoris eam tanquàm
creditor retineat, quo probato tollitur
aditionis præſumptio, quia hoc facere
potuit citra ius & nomen hæredis, per
ſingularem doctrinam Bar. in d.l. gerit,
nu.20.Bal.in d.l.1. num. 2. per illum tex.
gloſſ.ibid.in verb.probatum Marant.in
d.l.is poteſt.nu.57.cum ſeq.Afflict. deciſ.
14 372.nu.1.vbi hoc extendunt ad † vxorem
hęredem inſtitutam à viro, quòd per ha-
bitationem, & vſum rerum hæreditaria-
rum non intelligatur mariti hæreditatẽ
adijſſe: ſed potius iure pignoris, pro dote
ſua domum mariti inhabitaſſe, & res
15 eius retinuiſſe. Et † ſic obſeruandum,
non valere conſequentiam, filius poſſi-
det bona paterna, ergò hæres, quia poteſt
poſſidere bona paterna, vt tamẽ non ſit
hæres patris, non ergo ſola poſſeſſio, ſed
animus filium hæredẽ facit, tex.in d. l.ge
rit, & in d.l.pro hærede, & ideò confeſſio
16 † filij ad articulum vel poſitionem con-
tinentem, filium poſſidere bona pater-
na, nõ probat aditionẽ, niſi articulatum
& poſitum ſit, filium poſſidere vt hære-
dem: quo caſu confeſſio filio nocumen-
to eſſet, & aditionem probaret, vt pręcla
rè notat Bal.in c.1.num.14.an agnat. vel
17 filius defuncti. Fallit † quoque iſta cõclu
ſio, quando filius a legatarijs conuentus
iudicium ſuſcipit, ipſisq; non contradi-
cit: quo caſu non eſt opus aliter probare
immixtionem, Dec.conſi.440. nu.11.in-
cip.viſis duobus. Bald.in l.1.in fi.C.com-
18 mu.de legat. Quod ad † emphyteuſim
attinet, quandò pater eam pro ſe, & filijs
recepit, tunc filius repudiata hæreditate
poteſt retinere emphyteuſim, quia ſucce
dit vigore pacti, vt filius, non vt hæres,
per notata Barr.in l.ſi tibi.§.ſi pactus.nu.
9.ff.de pact.Bald.in Auth. ſi quas ruinas.
nu.5.C.de ſacroſ.eccleſ.latè Maran. in d.
l.is poteſt, nu.22. vbi plures allegat, & id-
eò filius poſsidens rẽ emphyteuticam à
creditoribus cõueniri nequit, quia eam,
non vt hæres patris, ſed dominus poſsi-
det. Dd. vbi ſupr. Idem eſt quóad † feuda 19
antiqua, familiæ, quia illa debentur filijs
ex pacto & prouidentia primi acquiren-
tis, tex. in d. c. 1. an agnat. vel fil. Aluar.
ibid.nu.9.Bald.nu. 8. Iſern. in c. 1. §. hoc
quoq;.nu.7.de ſucceſſ.feud.Zaſ.par.8.nu.
6.Marant.d.l.is poteſt.nu.35.cum ſeq.quẽ
in materia aditionis omninò vide.

OBSERVATIO CXXIX.

Aditione hæreditatis non acquiri poſſeſsionem.

SVMMARIA.

1 Aditio hæreditatis non transfert poſſeſsionem.
2 Adeundo quis dominium non poſſeſsionem conſequitur.
3 Quod etiam in ſuo hærede procedit.
4 Poſſeſsio plus facti, quàm iuris habet.
5 Aditio in animo & nuda voluntate conſiſtit.
6 Vna re hæreditaria apprehenſa an cæterarum poſſeſsio ſit apprehenſa.
7 Caſtri poſſeſsione apprehenſa omnes pertinentia apprehenſa cenſentur.
8 Effectus huius Obſeruationis.
9 Spolium non committitur abſq; poſſeſsione.
10 Spoliatus duo extrema probat.
11 Aditio animo facta non probat poſſeſsionem.
12 Princeps ſpoliare quem bonis proprijs non poteſt.
13 Conſuetudo valet quòd dominium transferatur ſine poſſeſsione.

ADitionem † hæreditatis nõ trãſ- 1
ferre poſſeſsionem rerum hære
ditariarum in hæredem abſque
vera apprehẽſione hæreditatis commu-
niter receptũ eſt. Quapropter licèt quis
adeundo † hæres efficiatur, dominium- 2
que omnium rerũ hæreditariarũ acqui-
rat, nõ tamen poſſidere dicitur, niſi poſ-
ſeſsionem apprehendat, etiãſi ſuus hęres
ſit, tex.in l.1.§.veteres, ff.de acq.poſſ. Bar.
Alex.& Iaſ.ibid.text.expreſſus in l. cùm
hæredes.ff.eod.tit.Iaſ.in l.3.num.31. Zaſ.
ibid.nu.27.& communiter Dd.ff. d.titu.
Alexã.& communiter Dd.in l.in ſuis.ff.
de lib.& poſth. Afflict.deciſ.299.num.4.
Pariſ.conſi.1.nu.160.incip.viſa facti nar-
ratione. Panorm.in c.2.de conſuetu.nu.
4.gloſſ.Batt.Bald.Alber. in l.cùm miles.
ff.ex quibus cauſis maior. Bald.in l. fina.

numc.2.C.de edict.D.Adria.toll. vbi di-
3 cir quòd † exiſtenria ſui hæredis facit
quem hæredem, ſed non poſſeſſorem.
Tiraqu. in tract.de retract. municip.§.36.
gloſſ.3.num.3.Innoc.in c.in preſentia.de
probat. num.2. Albetic. in l.de his. C. de
furtis.Zaſ.in d.l.hæredes.nume.6. Idem
conſi.10.num.6.cum ſeq.volum.1. vtro-
bique dicit ſe ita conſulendo obtinuiſſe.
4 Ratio, quia † poſſeſſio in acquirēdo plus
facti habet, quàm iuris, facto opus eſt,
hoc eſt,apprehenſione, text. expreſſus in
l.denique,ff.ex quib. cauſ.maio. & in l.ſi
quis vi,§.differentia.ff.de acq.poſſ. & in
d.l.cùm hæredes, gloſſ. in l. ſi fratres, §.
idem reſpondit,in verbo,dominium, ff.
pro ſocio,quia poſſeſſio dicitur à pedum
poſitione,tex.in l.1.ff.de acquirend. poſſ.
Afflict.d.deciſ.299.nume.7. vbi omninò
vide: poſſeſſio cum defuncto deſinit,
quia mors omnia ſoluit,text. in §. dein-
ceps.Authent.de nupt.& in l.in ſumma,
§.fi.ff.de re iudic. cum concordantibus,
ergò poſſeſſio, quæ in rerum natura non
eſt,in filium continuari non poteſt. Zaſ.
in tract.feud.part.6.num.41.Alex in d.l.
in ſuis.Dd.vbi ſuprà. Hinc eſt quòd non
aliter niſi corpore ac animo acquiratur,
tex.in d.l.3.in princip.& in l.quemadmo
dum.ff.de acquirend.poſſeſſ. text.in l.ne-
mo.C.eod.titul.licèt ſemel acquiſita, ſo-
lo animo retineri poſſit, tex.in l.licèt.C.
d.tit.gloſſ.ibid.in verbo,non poſſit,& in
5 d.l.3.in verb.animo.Additio † verò non
tam facti,quàm animi eſt,tex.in l.pro hę
rede.ff.de acq.hær.adeoq; in nuda volun
tate adeuntis conſiſtit,tex.in §.fi.Inſti.de
hæred. qual. & differ.& in l. ſi auia.C.de
iur.delib.cum ſimilib. Prædicta vſque a-
6 deò vera ſunt, vt etiam † apprehenſa poſ-
ſeſſione vnius rei hæreditariæ, cæterarū
rerum eiuſdem hæreditatis non ſit ap-
prehenſa poſſeſſio: vt ſi quis apprehen-
dat rem hæreditariam ſitam intra terri-
torium, non cēſetur apprehendiſſe poſ-
ſeſſionem rei extra territorium ſitæ, pu-
tà Caſtri, vel fundi, tametſi hoc in alijs
caſibus fallat, veluti in emptione Caſtri,
7 vel alicuius prædij, quia † apprehenſa
poſſeſſione Caſtri, vel prædij, cenſentur
omnia apprehenſa, omnes pertinentiæ
quæ ad Caſtrum, vel prædium pertinent.
Ita concludūt Dd.in d.l.3. vbi rationem
diuerſitatis tradunt,per text.in d.l.1.§.ve-
teres.& in l.prędia.ff.de acq.poſſ.Ang.in
d.l.licèt. C. eod. tit. Non ſequitur ergò,
ſum hæres, adij hæreditatem, geſſi me
pro hærede: ergò poſſideo hæreditatem,
vel res hęreditarias: quia, vt dixi, facto
opus eſt,ſiue apprehenſione,nam poſſeſ-
ſio ad hęredes non trāſit,text.in d.l. cùm
hęredes,ita in Camera ſępiùs iudicatum.
Et ideò non † poſſum contra poſſidentē 8
aliquo interdicto Retinendæ, vel Recu-
perandæ poſſeſſionis experiri,ſed petito-
rio iudicio agendum erit, petitione hæ-
reditatis,vel rei vendicatione. Quod eſt
ſingulariter notandum: quia plerunque
iuniores aduocati ea in re valdè cœcuti-
unt.Nemo poteſt retinere quod non ha-
buit,ſicut nec perdere,quod nunquā poſ-
ſedit,tex.in l.non poteſt videri.ff.de reg.
iur.& in l.obſeruare,§.poſthęc.ff de offi.
proconſul Spolium † non committitur 9
abſque poſſeſſione,text.in l.1.§. ſi quis, ff.
de vi & vi arma.Dec.conſ.125.in prin.in-
cip. in cauſa ſpoliationis. nā † ſpoliatus 10
duo extrema probare debet, primò poſ-
ſeſſionem tempore ſpolij:ſecundò quòd
ſit ſpoliatus ab eo qui conuenitur, vel de
mandato eius, vel eo ratum habente,per
tex.in c.cūolim,de cauſ.poſſ.& propriet.
& in c.cùm ad ſedem, de reſtit.ſpol. glo.
ibid.in verbo,diutiùs,text.in c. conſulta-
tionibus,de offi.iudic.deleg.gloſ.ibid. in
verbo,poſſeſſionem,tex.in d.l.1 § ſi quis,
verſic.interdum,ff.de vi & vi arm. gloſſ.
Ibid.in verb.poſſidebat,Dec. d. conſ.125.
nu.1.& conſ.671.nu.1.& 2. incip. applau-
dunt rationes,Boë.deciſ.238.num.3.part.
2.Curt.iunior conſ.334.nu.8.volum.3.in-
cip.circa promiſſam. Sed † hæres poſt a- 11
ditionem ſolo animo factam, nondùm
eſt poſſeſſor rerum hęreditariarum:ideò
ſuper ſpolio agere nequit, nam hæredi-
tas etiam poſt aditionem nomen hære-
ditatis retinet : ſed apprehenſa poſſeſſio-
ne,amittit nomen hæreditatis,& eſt pro-
prium patrimonium adeuntis , Natta
conſil.619.num.11.volum.3. incip. ad hæ-
re ſuperius. quo fit † quòd Princeps pri- 12
uando hęredē rebus hęreditarijs appre-
henſis, non dicatur eum priuare hæredi-
tate,ſed ſpoliare rebus proprijs, quod fa-
cere non poteſt ſine legitima cauſa, Bar.
& Dd.in l.final.C.ſi contra Ius vel vtilit.
public. Natta d.conſil.619. num.12. & ſu-
prà eod.Obſer.58. Valet tamen † conſue- 13
tudo

tudo, quòd poſſeſſio ipſo iure abſque tra
ditione in hæredem trăsferatur, per text.
ſingul. in c. ex literis, de conſuetud. gloſſ.
ibid. in verbo, ſignum. & talis conſuetu-
do in Gallia vbique recepta eſt, vt tradit
Tiraq. in d. tract. le mort ſaiſit le vif. Pyr-
rhus in cōſuetud. Aurelia. tit. de teſtam.
cap. 6.

OBSERVATIO CXXX.

De hæreditate iacente, curatore bonorum, & debitore latitante.

SVMMARIA.

1. *Hæreditas quandò dicatur iacens, & quandò vacans.*
2. *Curator bonorum iacenti hæreditati dandus.*
3. *Iudicium contra hæreditatem ſine curatore nō procedit.*
4. *Immiſſio in bona ex primo decreto quandò fieri poſſit.*
5. *Curator inuentarium conficere debet.*
6. *Quandò contra hæreditatem ſine curatore procedatur.*
7. *Periculum vbi in mora eſt à regulis iuris receditur.*
8. *Hæreditas iacens primum decretum patitur ſine curatore.*
9. *Sed non ſecundum decretum.*
10. *Hæreditas vicem perſonæ quomodò ſuſtinere dicatur.*
11. *Creditor an poſſit eſſe curator bonorum.*
12. *Curator debitoris fugitiui quomodò conſtituatur.*
13. *Debitore latitante, an iudex domicilij adeundus ſit.*
14. *Executio ad iudicem loci ſub quo bona ſita ſunt ſpectat.*
15. *Ciuitates an ius fiſci habeant.*

INter hæreditatem iacentem &
1 vacantem hoc intereſt, quòd †
iacens dicatur hæreditas, quan-
do ſpes adhuc ſupereſt hæreditatem adi-
ri poſſe: vacans verò, ſi nullus naturalis,
vel legitimus vſq; ad decimum gradum
hæres exiſtat, quo caſu bona tanquàm
vacantia, ad fiſcum cum ſuo onere de-
uoluuntur, tex. not. in l. 1. in princip. ff. de
ſucceſſo. edict. & plenè notatur in l. 1. &
in l. vacantia. C. de bon. vacantibus. libr.
10. vtrobique præclarè Platea, quem ad
2 hoc omninò vide. Iacenti † autem hæ-
reditati curator bonorum dădus eſt, id-
que ad petitionem creditorum, vel etiā
ex officio iudicis. tex. in l. 2. & ibid. Barto.
nume. 1. ff. de cura. bon. dan. Alexan. con-
ſil. 100. num. 16. vol. 5. incip. diſcuſſis his,
hoc niſi fiat, iudiciū † contra hæreditatē 3
iacentē inſtitutum nullum erit, quia res
hæreditariæ, antequàm aliquis hęres ex-
iſtat, nullius in bonis ſunt, text. in l. 1. §. quod
autem. ff. de rer. diuiſ. ideò curator peten-
dus, qui ſit loco hæredis, quo nō petito,
deficeret vna perſona, putà reus: at iudi-
cium ex tribus perſonis conſiſtere notū
eſt, tex. in c. forus, §. in omni, de verb. ſig-
nific. Proindè cauti ſint creditores actu-
ri contra hæreditatem iacentem, vt ante
omnia, ab ordinario magiſtratu curato-
rem bonorum petant, quo dato; optimè
procedit iudicium, per text. in d. l. 2. ff.
de curato. bonis dand. vbi communiter
Dd. Ang. in l. 4. §. toties. nu. 3. ff. de dam.
infect. vbi dicit per illum text. ſe plures
deſtruxiſſe proceſſus, abſq; curatore con-
tra hæreditatem iacentem factos. Alex.
in d. l. 4. §. Prætor ait. nu. 4. Matth. ſing.
4. num. 7. Alexan. d. conſi. 100. nume. 10.
vbi dicit, per rationem prædictam, hære-
ditatem iacentem exequi non poſſe. An-
tequàm autē curator bonis detur, nomi-
natim citari debent, quos prima ſucceſ-
ſionis cauſa, ex teſtamēto, vel ab inteſta-
to cōtingit, tex. in d. l. 1. ff. de ſucceſſ. edic.
tex. notab. in l. 1. § pen. ff. de vent. inſpic.
Bar. in d. l. 2. nu. 3. ff. de curat. bon. dan. ad-
dito termino competente. putà centum
dierum, ad adeundam vel repudiandam
hæreditatem: tex. in l. 1. cū l. ſeq. ff. de iure
deliber. quo effluxo, ſi nullus appareat
hæres, fit † immiſſio in bona ex primo 4
decreto, & poſteà rectè curator bonis da-
tur, & cōtra eundem iudicium inſtitui-
tur, & ſententia diffinitiua proferri po-
teſt, per tex. in l. ſi bona, & ibid. Bart. nu. 2.
C. de bonis autho. iudic. poſſid. text. no-
tab. in l. ſi diu. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ.
eat. Conſtitutus autem curator † inuen- 5
tarium rerum hæreditariarum confice-
re, creditoribuſque petentibus copiam
eius communicare debet, vt notat gloſſ.
in d. l. 1. in verbo, venter. ff. de cur. bon.
dan. Bart. ibid. num. 5. Fallit ſingulariter
hæc doctrina: Primò in † caſibus celeri- 6
tatem deſiderantibus, quandò videlicet
periculum eſt in mora, quia tunc poteſt
intentari iudicium contra hæreditatem
iacētem, nullo etiam curatore dato, per
text. in d. l. 4. §. toties. Angel. ibid. dicens,
hoc notandum, quia honorem aliquan-
dò ad.

dò adferret:ad idem eſt gloſ.in d.l.ſi diu,
7 in verb.vrgeat.Ratio, quòd † regulariter
in his, in quibus eſt periculum in mora,
diſpoſitio iuris prohibitiua remittatur,
per text.in l.ſi quis filio exhæredato,§.hl
autem.ff.de iniuſt.rupt. teſtam. & in l.1.
ff.de dam.infect.text.in l.1.ff.de exercito.
actio.& in l.2.ff.de ferijs,& in l. de pupil.
lo. §. ſi quis riuos. ff. de nou. oper. nunc.
Secundò fallit, quóad interpoſitionem
primi decreti, (ſo vil dem einſatz auß er-
8 ſter erkandtnuß belangt)quod contra† hę-
reditatem iacentem abſque curatore in-
terponi poteſt.nam poſtquàm citatis hę-
redibus nullus comparet,ſtatim credito-
res,vt anteà dictum,nullo adhuc exiſten
te curatore, in bona defuncti ſeruandæ
rei cauſa immittuntur, per text. in d.l.ſi
bona. Bartol.ibid.num.1. & in d.l.ſi diu.
9 Secùs † eſt quóad ſecundum decretum,
(wegen des einſatz auß anderer erkhandt-
nuß)ad quod perueniri non poteſt, niſi
dato curatore bonis, per text. in l.ſi quis
inſtituatur.ff.de hæred.inſtit. & tex.in d.
l.ſi diu.Bartol.in d.l.ſi bona.num.3.Bald.
pulchrè ad rubr.de ſucceſſ.edict.Alexan.
in d.§.Prætor ait.num.14.Ang. & Imol.
in l.ad diem.ff.de verbor. obligat. Non
10 obſtat quòd † hæreditas vicem perſonæ
ſuſtineat,tex.in l.non minus §.1.ff.de hę
red.inſti.& in l.hæreditas,ff. de acqu. rer.
domin. & in l.cùm hæreditas. C. depoſ.
cum concordant. quia hoc verum eſt,
quóad perſonam defuncti, ſed non rati.
one futuri hæredis, atque defunctus nec
citari, aut latitare, & per conſequens ſe.
cundum decretum,quod contra latitan.
tem decernitur,tex.in l.Fulcinius §. cùm
hoc edictum.ff.quib.ex cauſ. in poſſ.eat.
pati non poteſt:quod tamen fallit in ca.
ſu,l.ſi deceſſerit.ff. qui ſatiſd.cog. & in l.
cùm quaſi. ff. de fideicommiſ. liber. Ita
docet Bal.in d.rub.C.de ſucceſſ.edict.An
11 autem † creditor poſſit eſſe curator? di.
cendum quòd ſic,per text.ſingul. in l.de.
bitor.ff.de neg.geſt.tex.in d.l.2. verſicul.
nec omninò.ff.de cur.bon.dan. Roma.
ſing.131.incip.volo tibi dare.idem conſi.
187.nu.5.incip.in re pręſenti,vbi dicit per
illum tex.quòd creditor, qui negocia ſui
debitoris gerit,in culpa eſſe dicatur, ſi de
pecunia ſui debitoris ſibimet non ſol.
uat,adeò vt actionem amittat,ſi pecunia
aliò perueniat. Et hactenùs de curatore
bonorum debitoris defuncti. Quod ad
bona debitoris † fugitiui, vel fraudulen. 12
ter latitantis,& in creditorum fraudem
ſolùm vertentis, vulgò falliti, & banca.
rotti, attinet,curator bonis conſtituitur
ex conſenſu maioris partis creditorum,
per text. ſingularem, in d.l.2.ff. de curat.
bon.dan.vbi gloſſ.in verb.rata habebun
tur.& Bar.num.1.diſtinguunt inter debi.
torem latitantem & abſentem,vt primo
caſu: bona abſq; curatore vendi poſſint,
altero verò curator bonis dandus ſit, ex.
emplo curatoris furioſi, & prodigi. tot.
tit.C.de curat.furioſ. & prodig.Sed quo.
niam ſæpè contingit huiuſmodi deco.
ctores,& † debitores fugitiuos,& fraudu 13
lenter latitantes, in diuerſis locis mer.
ces, & alia bona habere, quis erit iudex
competens, pro facienda immiſſione,
vel venditione bonorum, in alieno ter.
ritorio exiſtentium? Dicēdum,iudicem
domicilij debitoris adeundum eſſe, ad.
hoc,vt cognoſcat & pronunciet ſuper fa
cienda immiſſione,vel venditione quo.
rumcunque bonorum, vbicunque loco.
rum exiſtentium: at † executio non po. 14
teſt fieri per eundem iudicem, ſed iudex
territorij adiri,& pro facienda executio.
ne requiri debet, per text.in l.1.ff.de bon.
autho.iud.poſſid.Bar.ibid.nu.1. & tex.in
l.cùm vnus.§.is qui poſſidere.ff. eod. tit.
Bart.ibid.nu.1. quemadmodum in ſimi.
li, adminiſtratio bonorum pupilli vbi.
cunq; ſitorum, ad tutorem, à iudice do.
micilij datum, pertinet: ſed ſi immiſſio
facienda ſit extra territorium, iudex lo.
ci, vbi res ſita eſt, adiri debet. Ita intelli.
genda eſt,l.magis puto.§.illud. ff. de reb.
eor.qui ſub tute. Bart. in d.§.is qui poſſi.
dere.nu.1.& pleniùs in l. legitimatos. ff.
de legit.tut nu.5.& in l.pupillo §.1. nu. 1.
ff.de tutor.& cur.dat.ab his. Illud obiter
obſeruandum,Ciuitates † non habere de 15
iure communi ius fiſci,& proindè bona
vacantia occupare non poſſe certum eſt,
per text.in d.l.1.C.de bon.vacan.libr. 10.
in l.item veniunt.§.ait Senatus. ff. de pe.
tit.hæred.in verb.peterentur.Bart.in l.2.
ff.de iur.fiſc. Fallit in ciuitatibus liberis,
non recognoſcentibus ſuperiorem, ali.
jſque Ciuitatibus, ex ſingulari Principis
conceſſione ius fiſci,merum,& mixtum
Imperium, aliaque regalia habentibus,
per tex.in l.ſimile, ff. ad municip. gloſſ.
ibid.

ibid.in verb.ſimile.tex.in l. non dubito. & in l.hoſtes.ff.de capt.&poſtlim.reuer. gloſſ.in d.l.1.C.de bon. vac.in verbo, ex permiſſu.Plat.ibid.nu.1.& in d. l. vacantia.eod.tit.Bar.in d.l.2.nu.2.ff.de iu. fiſc. quos in hac materia omninò vidè, præſertim Plat.tradentem, quot modis bona dicantur vacantia,& quæ perſonæ fiſcum excludant:item, an fiſcus teneatur hæreditatem vacantem adire.

OBSERVATIO CXXXI.

Fideicommiſſum non agnitum, item hæreditas non adita, an transmittatur.

SVMMARIA.

1. *Hæres compelli poteſt vt hæreditatem adeat.*
2. *Officium iudicis nobile tranſit ad hæredes.*
3. *Hæres non aditam hæreditatem non tranſmittit.*
4. *Deliberandi ius tranſmittit.*
5. *Pater hæreditatem non aditam tranſmittit in filium.*
6. *Sui hæredes ſimiliter tranſmittunt hæreditatem nõ aditam.*
7. *Monachus & in dignitate conſtituti, licèt exeant patria poteſtate iura & priuilegia tamen ſuitatis retinent.*
8. *Infans an tranſmittat beneficium reſtitutionis in integrum ad hæredes.*
9. *Quæſtio egens deciſione Principis.*
10. *Infans non poteſt adire hæreditatem per ſe.*
11. *Monachus tranſmittit hæreditatem non aditam in monaſterium.*
12. *Legitima liberorum etiam non agnita tranſmittitur ad quoſcunque hæredes.*
13. *Lucrum cum defertur non vt hæreditas vel pars hæreditatis ſine agnitione tranſmittitur.*

COmmunis eſt concluſio, fideicommiſſum vniuerſale purè relictum,etiam nõ agnitũ, ad hæredes fideicommiſſarij tranſmitti, hoc eſt,ſi contingat fideicommiſſarium ante reſtitutionem ſibi factã diſcedere, ipſum ius illud fideicommiſſi vniuerſalis ad hæredes ſuos tranſmittere, per tex.in l.poſtulante,in princ.ff.ad S.C. Trebell. tex.in l.cogi,§.idem Merianus.eo. tit.l.3. C.de fideicommiſ.Bart.ibid.num.1.& 2. Bald nu.1.l.à teſtatore.ff.de condit.&demonſtr.Bar.ibid.nu.4.Idem in l.cum filio.nu.12.cum ſeq.ff.de leg.1. Alex. ibid. nu 21.dicens communem eſſe. Imol. in l.1.§.1.ff.de leg.2.Dec.conſi.478. nu.5. in
cip.in cauſa domini Aurelij, vbi quoque
communem dicit, & per alia iura Obſer.
ſeq. notata. Ratio autem huius cõcluſi.
onis eſt, quia † fideicommiſſario offici- 1
um iudicis, ad compellendũ hæredem,
vt hęreditatem periculo fideicommiſſa-
rij adeat & poſtea reſtituat, cõpetit, text.
in l.quia poterat,& in l.nam quòd,§.1.ff.
ad S.C. Trebell. gloſſ. in l. & ſi ſine. in
verb.contentos.C.eodem titul. ſed † of- 2
ficium iudicis nobile tranſit ad hæredẽ,
text. in l. non ſolùm. ff. de in integr.
reſtitut.Alex.in d.l.cum filio.num. 22.&
Dec.d.conſ.478.Et licèt Accurſ.in d l.cũ
filio,& in d.l.à teſtatore, contrarium teneat,
fideicommiſſarium vniuerſalem
ante reſtitutionem defunctũ, non tranſ-
mittere ius fideicommiſſi ad hęredes:tamen
eius opinio communiter à Dd. in
locis ſuprà allegatis,reprobatur.Nec obſtat,
hæreditatem non aditam, non trãſ-
mitti,per tex.in l.1.§.in nouiſſimo.C.de
caduc.tollen.& in l.quoniã ſoror, C. de
iure delib.& eadem ratione fideicõmiſ-
ſum non agnitũ non debere tranſmitti;
cùm fideicommiſſarius inſtar hæredis
ſit,tex.in §.reſtituta,Inſtitu.de fideicom:
hęredita.gloſſ.in l.ita tamen, §.Marcel-
lus,in verbo,iudicium,ff.ad S C. Trebel.
quia † hæres ante aditam hæreditatem 3
nihil iuris eſt conſecutus ſuper illa hęre-
ditate,quapropter ius quod non habet,
non poteſt quoque tranſmittere, text.
in l. Titio vſusfructus, ff. de condit.
& demonſtrat. & in l. 1. §. vſque adeò,
ff. quibus mod. vſusfruct. vel vſus
amitta. text. in l. ille à quo. §. ſi de teſtamento.
ff. ad S.C. Trebellian. & in l.
non poteſt videri. ff. de regul. iur. latè
Anthon. Gomeſ. varia. reſolut. libr. 1.
cap. 9. cum ſequent. At diuerſa ratio
eſt in fideicommiſſario vniuerſali: nam
is, vt dictum eſt, officium iudicis habet,
item actionem ex teſtamento,quam
ad hæredes tranſmitere poteſt, prout
hoc prolixiùs & ſingulariter declarat,
Bartol.in d. l. cum filio. & d. l. à teſtatore.
Sicut etiam hæres hodiè, id quod
habet, nimirùm † ius deliberandi, ad 4
hæredes tranſmittit.text. in l. cum antiquioribus,
C. de iur. deliber. gloſſ. in l.
eam quam,§.fin. C.de fideicommiſſ. in
verbo,coguntur.Bart.vbi ſupr. Et obſerua
obiter, fideicommiſſariũ habere ius
deli-

deliberandi, quod ad hæredes ſimiliter
tranſmittit.Bartol.in l.1.§.1.num.3. ff.de
iur.delib.& in d.l.cum filio.nu. 14. Præ-
dicta quoq; regula, quòd hæreditas non
adita non tranſmittatur, fallit in hære-
5 ditate aſcendentium, quia † pater hære-
ditatem non aditam tranſmittit in fili-
um,tex.in l.vnica.C.de his qui ante aper.
tabul.Bald.in l.ſi auia.nu.4.C.de iur.lib.
plenè Bart.in l.ventre.ff.de acqu. hæred.
quem ad hoc omninò vide. & Socin. in
6 fallen.regul.168.& 173.Fallit ſecundò in†
ſuis hæredibus, qui hæreditatem non a-
ditam tranſmittunt.Barto.& Dd. in d.l.
ventre.& in l.qui duos.§.1.ff.de reb. dub.
l.apud hoſtes.C.de ſuis & legitim.Capra
conſ.66.incip.cùm viſo.nu.1,& conſ.67.
nu.1.Soci.vbi ſup.Antho.Gomeſ.d. cap.
9.num.7.10.& 11.vbi omninò vide,quod
7 † filius monachus, vel in dignitate con-
ſtitutus, licèt patria poteſtate per ingreſ-
ſum religionis, vel decurionatum libe-
retur,nihilominus iura & priuilegia ſui-
tatis retineat.præattereà filiusfamiliâs eti-
am infans morte præuentus, tranſmit-
tit hæreditatem patris non agnitam ad
quoſcunque hæredes iure ſuitatis, prout
eſt communis opinio, text.in l.apud ho-
ſtes. C.de ſuis & legitim.gloſſ.final.ibid.
Dd.in l.ſi infanti.C.de iur. delib. Socin.
ſenior conſil.116.num.11.volum.2.incip.
Non poteſt negari.Dec.conſi.331.num.5.
& 6.incip.pro reſolutione. vbi commu-
nem dicit.Idem conſi.245.num.1. incip.
in cauſa quæ iamdiu, vbi etiam commu-
nem dicit.Alexan. In d.l.ſi infanti, ſimi-
liter communem dicit.Roman.conſ.58.
incip.viſis narratis.num.2.& 3. vbi dicit,
communi omnium opinione firmatũ
eſſe, quòd beneficio ſuitatis, filius etiam
infans decedens, paternam hęreditatem
non aditam in quoſcunque tranſmittat,
etiam extraneos,per tex.in l.fin.§.ſin au-
tem perpetuo.C.de curat.furio.Barto.in
d.l.ſi infanti.& in d.l. ventre.nume.18.Et
licèt nonnulli aliter ſentiant, tamen à
communi opinione non eſt recedendũ,
quæ etiam æquitati planè conſentanea
eſt. Quantùm verò ad hæreditatem fra-
tris, vel ſororis,aut aliorum attinet,pu-
8 pillus vel † infans tranſmittit ad hære-
des ſuos beneficium reſtitutionis in in-
tegrum,aduerſus omiſſam hęreditatem:
hæredes eius poſſunt petere reſtitutio-
nem in integrum, ad adeundam hære-
ditatem ex clauſula generali, ſi qua iu-
ſta cauſa, &cæt. vt concludit Bartol.in l.
Pantonius.ff. de acquirenda hæreditate,
per illum text. Et licèt iſte † articulus ſit 9
adeò dubius, vt deciſione Cæſarea indi-
geret,teſte Bald.in d.l.ſi infanti. nu.15.in
fin.& Soc. ſenior d.conſil.116.num.13.ta-
men communis opinio eſt, reſtitutionē
hæredibus competere, vti atteſtatur Ro-
ma.d.conſi.58.num.3.Socin.d.conſil.116.
Idem conſil.9.nu.34.Incip.perſequendo
ordinem. Idem in d.l.Pantonius.Deci.
d.conſi.331.Alex.in d.l.ſi infanti.Franciſ.
Viuius,in verb. hęrede,vbi quoque com-
munem dicit, quòd † infans non poſſit 10
adire hæreditatem per ſe,ſed per patrem
vel tutorem adire debeat.Bartol.in d.l.ſi
infanti.Bello.conſil.24.numer.16. incip.
viſis ſcripturis. An autem filius emanci-
patus tranſmittat quoque hæreditatem
patris non aditam,vide Bart.in d.l. ven-
tre.num.24.vbi ſentit quòd ſic:cùm ho-
die differentia emancipationis,& patriæ
poteſtatis ſublata ſit.Fallit tertiò in † mo 11
nacho, quia is tranſmittit hæreditatem
aſcendentium non aditam ad monaſte-
rium, beneficio, d.l.vnica. C.de his, qui
ante apert.tab.quia monaſterium habe-
tur loco filij,text.cum gloſſ. in Authent.
de ſanctiſſ.Epiſcop. §. ſed hoc de præſen-
ti.Ang.ibid.Canoniſt. in c. in præſentia,
de probat.Socin ſenior conſi.81. num.2.
volu.1. incip.in præſenti conſultatione.
Moderni in l.1.ff.de vulg & pup.vbi do-
cent, quòd hæreditas delata monacho,
quęratur monaſterio. quod tamē etiam
limitatur per gloſſ.ſing in c.Raynaldus.
de teſtam.Dec.in c.in pręſentia.num.25.
de prob.Didac.libr.1.variar.reſol.cap.19.
nu.8.Boër.deciſi.354.nu.5 Ripa in l.ex fa-
cto. §. ſi quis rogatus.nu.9 ff. ad Trebell.
vbi vide.Quartò fallit † in legitima libe- 12
rorum,vt dixi ſuprà eod.Obſer.120.in fi:
quia illa tranſmittitur ad quoſcunq; hæ-
redes,etiam extraneos ſine agnitione,ſi-
cut etiam ius petendi ſupplementum le-
gitimæ. Ratio,quia legitima nō eſt quo-
ta hæreditatis,ſed bonorum,text.in l.Pa-
pinianus. §. quarta. ff. de inoffic. teſtam.
& regulariter † quoties lucrum non de- 13
fertur, vt hæreditas,vel pars hæreditatis,
tunc illud ſine vlla agnitione ad hære-
des tranſmittitur,per text.in l. ſi arroga-
tor.

tor.ff.de adop. vbi filius arrogatus tranſ-
mittit ad hæredes ſuos quartam partem
bonorum non agnitam, ſed ſibi debitã
in bonis arrogatoris ex Conſtitutione
Dini Pij,tex.in l.Papinianus.§.ſi quis im-
pubes.ff.de inoffic.teſtam. & in d.l.ſi ar-
rogator gloſſ.ibid. in verb.quartam par-
tem.Hanc limitationem tenent Salic.in
l.ſcimus.C.de inoffi teſtam. Alex. conſi.
150.nu.7.cum ſequ.vol.2.incip. viſo the-
mate ſupraſcripto.Natta conſ.238. num.
4.vol.2.incip.præſens quæſtio, & conſil.
255.num.4.eod.vol.incip.pręſupponitur
in facto. Bald.in l.2.C.de lib. præteri. fa-
cit optimè text. in l. quanquàm. C. ad l.
Falcid. Quibus autem caſibus relicta in
teſtamento debeantur hæreditate non
adita,vide gloſſ.not.in d.l.eam quam,in
verbo,traditur, & Dd. in Auth.ex cauſa.
C.de liber.præteri.

OBSERVATIO CXXXII.

Fideicommiſſum conditionale an ad hæredes tranſmittatur.

SVMMARIA.

1 *Fideicommiſſum conditionale ad heredes nõ tranſmittitur.*
2 *Dies fideicommiſſi quando cedat.*
3 *Conditio nihil ponit in eſſe,conditione deficiente deficit ipſa diſpoſitio,ibid.*
4 *Conditio habetur pro cauſa.*
5 *Chirographum non continens cauſam, non valet.*
6 *Conditio chirographo adiecta, pro cauſa habetur.*
7 *Fideicommiſſum conditionale quandò ad heredes tranſeat.*
8 *Tranſmiſſibile non tranſmittitur ex volũtate teſtatoris,& è contrario.*
9 *Fideicommiſſa ampliantur & reſtringuntur ex voluntate teſtatoris.*
10 *Ius non ex verbis pendet.*
11 *Verborum à proprietate recedi poteſt vt mentem ſequamur.*

EX communi Dd.opinione lega-
tum, vel fideicommiſſum con-
ditionale ad hæredes fideicom-
miſſarij non tranſmittitur.Exempli gra-
tia: Teſtator inſtituit hæredem Titium,
eiuſque fidei commiſit,vt poſt mortem
ſuam Sempronio hæreditatem reſtituat.
Moritur fideicommiſſarius ante hære-
dem inſtitutum: hoc caſu fideicommiſ-
1 ſarius ius † fideicommiſſi & ſpem illam
ſuccedendi non tranſmittit ad hæredes
ſuos: quia tale fideicommiſſum eſt con-
ditionale, videlicet, quatenùs fideicom-
miſſarius in viuis eſt poſt mortem hære-
dis grauati,tex.in l.2.ff.quand.di.leg.ced.
& in l.ſi cùm hæres, & in l. cùm illud, ff.
eo.tit.tex.in l.1.§.dies.& in l.hęres meus.
ff.de cond.&demonſtr.Alex.in l.cùm fi-
liofamil.num.3.ff.de leg.1.Cęphal.conſi.
158.nu.10.vol.2.incip.teſtator: Dies † le- 2
gati vel fideicommiſſi conditionalis nõ
cedit,niſi adueniente conditione,tex. in
l.vnica.§.ſin autem aliquid. C. de caduc.
toll.& in l.ſi in perſona, C.de fideicom-
miſ. tex.in l.legata ſub conditione, ff.de
condit.& demonſtr.& in l.intercidit le-
gatum. ff.eod. tit.licèt ſecùs ſit in legatis,
& fideicommiſſis purè relictis, quo caſu
dies cedit ſtatim à morte teſtatoris, vt
ſuprà,proxim. Obſerua. dictum eſt, per
text.in d.l.vnica.§. ſin autem aliquid. C.
de caduc.toll. Bart.& Bald. ibid.in princ.
& communiter ſcribentes, gloſſ. com-
muniter approbata, in l. vnica. C. de his
qui ant.aper.tab.in verbo,derelictis, tex.
& gloſſ.in l.hæredes mei.§.cùm ita.ff. ad
Trebel.in verbo final. Dd. communiter
ibid. Bartol.in d.l.cùm filiofamil. Alex.
ibid.num.7.per illum tex.Pariſ.conſi.30.
num.67.pat.2.incip.Dubitatur,vbi com-
munem dicit.Bald.conſil.115.per totum.
volum.5.incip.Super iſto. Idem conſil.
146.num.1.eod.volum. Natta conſi.372.
num. 9. volum.2.incip.iam dudum ſcri-
pſeram,Bald.in d.l.ſi in perſona.C.de fi-
deicom.per illum tex. Facit, quòd regu-
lariter in omni conditionali diſpoſitio-
ne actio vel exceptio non competat, niſi
priùs conditionis euentus euenerit, &
probetur,per iura allegata,& text. in l.le-
gatum,C. de conditio.inſert. conditio † 3
enim nihil ponit in eſſe,text. in l. cedere
diem.ff.de verb.ſignif. Alcia. & alij ibid.
tex.in c.1.de plus petitio.Anch.conſ.297.
Plot.in tract.de in lit.iuran.§.2. nu.3. vbi
dicit, quòd quoties in diſpoſitione legis,
ſtatuti,vel hominis, ponitur aliquid ſub
conditione, illud cenſetur requiri, pro
forma,& eſſe de forma: adeò quòd for-
ma non ſeruata, actus ſit nullus, pulchrè
Felin.in c.cùm dilecta,de reſcrip. nume.
6.cum ſeq. vbi omninò vide de forma &
eius effectu. Pariſ.conſi.95.nu.21. volum.
1.& deficiente conditione,perinde eſt,ac

ſi diſpoſitio facta non fuiſſet,tex. in l. pe-
cuniam quam,ff.ſi cert.peta.tex.not.in l.
neceſſario,§.quod ſi prndēte,ff. de peric.
& commod.rei vendit. Et paria ſunt,ni-
hil fieri, vel fieri ſub conditione quæ nō
purificetur:natura enim conditionis eſt,
vt prius impleatur,quam effectus aut ali-
quod emolumentum ex ea ſequatur,per
iura allegata,&tex.in l.ſi poſt diem,§.ſed
ſi,ff.quādò dies leg.vel fideicom.ced.tex.
in l.Thais puella,§ Stichus & Damas ff.
de fideicom.liberta.Cæph.conſ. 269. nu.
23.volu.2.incip.illuſtris Comes:Roland.
4 conſ.59.nu.8.vol.3.incip.in cauſa. Item †
conditio habetur pro cauſa : deficiente
igitur conditione,deficit quoq; cauſa: &
per conſequens,non ſubſiſtit obligatio.
Feli.in c.ſi cautio,nu.16.de fid.inſtru. Ex-
5 empli gratia: Obligatio ſiue † Chirogra-
phum non habens cauſam expreſſam,
purà,mutui, emptionis,vel venditionis,
non valet,text.in l.cùm de indebito.§.fi.
6 ff.de prob.text.in d.c.ſi cautio. Fallit ſi †
adiecta ſit conditio,vt promitto decem,
ſi nauis ex Aſia ſalua huc appulerit, quia
illa pro cauſa habetur, per text. in l.à Ti-
tio.ff.de verb.oblig.tex.in l.cùm ad præ-
ſens.ff.ſi cert.peta.vtrobique Dd. Plotus
vbi ſuprà,nu.5.Felin . in d.c.ſi cautio,nu.
16. vbi plures caſus refert in quibus cau-
tio nuda ſine cauſæ expreſſione valet:
Prędicta non procedunt,quandò ex pro-
babilibus coniecturis euidenter apparet
7 volūtatem teſtatoris fuiſſe, quòd † fidei-
commiſſum conditionale transferatur
in hæredem.Bal.in d.l.vnica.Deci.conſ.
397.nu.5.incip. Viſo puncto,& conſ.515.
nu.1.&2.incip.in caſu occurrente.Ratio,
quia in vltimis voluntatibus ſufficit vo-
luntas teſtatoris etiam tacita,quæ ex ve-
riſimilibus coniecturis colligitur, tex.in
l.licèt Imperator.ff.de leg.1.Bar.ibid.tex.
in l.cùm auus ff.de condit. & demonſtr.
& in l.cùm acutiſſimi,C.de fideicom. &
in l.generaliter,§.fi. C. de inſtitut. & ſub-
ſtitutio. Quò pęrtinet,quòd teſtator ſua
8 voluntate efficere queat, vt † tranſmiſſi-
bile non tranſmittatur,text.in l. in con-
ditionibus primum locum, §. hæc ſcri-
ptura,ff.de condit.& demonſtrat.&non
tranſmiſſibile tranſmittatur:Baldus in l.
ſi parer.C.de inſtit.& ſubſtit.Dec.d.conſ.
397.vbi etiam docet, quales debeant eſſe
coniecturæ, ex quibus talis tranſmiſſio
inducatur. Præterea notum eſt † fidei- 9
commiſſa ampliari & reſtringi ex men-
te & voluntate teſtatoris,tex.in l.cùm pa
ter,§.dulciſſimis.ff.de leg.2.,Pariſ.conſil.
30.volum.2.incip.Dubitatur.Idem con-
ſil.18.num.21.cum ſequen.& conſ.89.nu.
1.& numer.33.cum ſequent.volum.4. in-
cip.In pręſenti.Et quòd in fideicommiſ-
ſis ante omnia debeat attendi & conſi-
derari mens teſtatoris,etiam tacita &cō-
iecturata , eſt tex.in l.cùm virum.C.de fi-
deicommiſſ.text. in d. l. hæredes mei, §.
cùm ita. ff. ad S.C. Trebell.text.in d.l. in
conditionibus primum locum, & in l.
penultim.ff.de leg.1.tex.in l.cùm propo-
nebatur, in fine. ff. de leg.2. & in l. fidei-
commiſſa.§.item ſi quis.ff.de leg.3.Deci.
conſi.38.num.1.& 2.incip.Circa primum
dubium. Cicero in Oratione pro Cecin-
na inquit,ſcriptum ſequi calumniatoris
eſt,boni verò iudicis volūtatem ſcripto-
ris, authoritatemq; defendere: & paulò
poſt, Non enim † ex verbis pendet ius, 10
ſed verba ſeruiunt hominum conſilijs,
& authoritatibus: nec verba veniunt in
iudicium, ſed ea res, cuius cauſa verba in
leges coniecta ſunt. Hinc dìcimus verba
menti,non mentem verbis ſeruire debe-
re,item † à proprietate verborum recedi 11
poſſe vt mentem ſequamur,text. eſt pul-
cherrimus in l.3.C.de lib.præter.tex.in l.
pater Seuerinam.§.conditionum verba,
ff.de condit.& demonſt.& in l. Labeo.ff.
de ſuppel.leg.tex.in d.l.cùm virum,& in
d.l.hæredes mei.§.cùm ita.Plures fallen-
tias huius concluſionis notat Accurſ. in
d.l.vnic.§.ſin autem aliquid,in verb.con
ditio.C.de caduc.toll.& Dd.ibid.

OBSERVATIO CXXXIII.

Hæres fideicommiſſò conditionali grauatus,an fructus pendente conditione perceptos ſuos faciat.

SVMMARIA.

1 *Fructus pendente conditione fideicommiſſi percepti an hæredis lucro cedant.*

2 *Fructus non hæreditati ſed ipſis rebus accepto feruntur.*

3 *Fructus ex re legata ſub conditione computantur in Falcidiam.*

4 *Liberi primi gradus fructus ſuos faciunt abſque diminutione Trebellianica.*

5 *Fructus non extenuant legitimam.*

6 *Fructus*

6 *Fructus à liberis ſecundi gradus percepti computantur in Trebellianicam.*

7 *Liberi primi gradus quandò teneantur reſtituere fructus.*

8 *Fructus tempore mortis teſtatoris percepti etiam quóad filios primi gradus in legitimam & Trebellianicam computantur.*

HAERES inſtitutus & fideicom-
miſſo conditionali grauatus, nõ
1 tenetur regulariter † fructus ex
hæreditate, medio tempore perceptos,
pendente nimirùm conditione, fidei-
commiſſario reſtituere: quia tali caſu iu-
dicio teſtatoris eos percipere intelligi-
tur, per tex. notab. in l. in fideicommiſſa-
riam. ff. ad S.C. Trebell. iuncta pulchra
gloſſ. ſing. ibid. in verbo, in fideicommiſ-
ſariam, tex. in l. quod his verbis. ff. de leg.
3. gloſſ. in l. iubemus. C. ad Trebel. in ver-
2 bo, hæreditarijs. adeoque † fructus non
hæreditati, ſed ipſis rebus accepto ferun-
tur, vt inquit text. in d. l. in fideicommiſ-
ſariam. Limitatur iſta concluſio. Pri-
mò, ſi hæres ſpecialiter fuerit à teſtato-
re rogatus reſtituere fructus. Secundò,
ſi hæres interpellatus à fideicommiſſa-
rio, ſit in mora reſtituendi hæreditatem:
atque hæ duæ limitationes probantur
per text. in dict. l. In fideicommiſſariam,
gloſſ. ibid. in verbo, accepto, & commu-
niter Dd. Tertiò limitatur ſingulariter,
ſi hæres grauatus velit vti beneficio Fal-
cidiæ aduerſus legatarios, vel Trebellia-
nicæ contra fideicommiſſarios, quo ca-
ſu fructus medio tempore percepti non
cedunt lucro hæredis, ſed in Falcidiam
vel Trebellianicam computantur, per
text. in d. l. in fideicommiſſariam, gloſſ.
ibid. in princ. & Bart. nu. 2. text. in l. quod
de bonis. §. fructus. ff. ad l. Falcid. Alex.
3 ibid. vbi dicit, quòd † fructus ex re legata
ſub conditione computentur in Falci-
diam, & quòd hæres debeat habere quar-
tam quartæ, idque ex tempore mortis
teſtatoris: quod Accurſius quoque notat
in d. l. in fideicommiſſariam. Idem no-
tat Alexan. in d. l. quod de bonis. §. quod
auus, nume. 1. Caſtr. ibid. nume. 2. Quar-
tò præclarè limitatur ex communi Dd.
4 opinione, in † liberis primi gradus fidei-
commiſſo cõditionali grauatis: nam hi
duas quartas detrahunt, legitimam ſcili-
cet & Trebellianicam, vt ſuprà eod. Ob-
5 ſeruatione 121. dictum eſt, nec † fructus
medio tempore pcepti Trebellianicam
extenuant, ſed eos abſque diminutione
Trebellianicæ ſuos faciunt, per text. no-
tab. in d. l. iubemus. Bartol. ibid. nume. 1.
Alexand. num. 2. Caſtr. num. 4. Couar. in
c. Raynutius. §. 11. num. 8. Pariſ. conſil. 25.
nume. 53. volum. 2. incip. Vide teſtamen-
tum. Idem conſil. 45. nume. 17. cum ſequ.
& conſil. 47. numer. 15. eod. volum. incip.
Requiſitus. Vbique dicit hanc eſſe com-
munem omnium Dd. opinionem, quæ
communis opinio ampliatur, vt proce-
dat etiam ſi teſtator voluerit fructus in
Trebellianicam computari, per text. in
d. l. iubemus. Bald. Salic. & Caſtr. ibidem,
Iaſ. in l. Marcellus, nume. 53. & nume. 55. ff.
ad S.C. Trebel. Dd. in Authent. ſed cùm
teſtator. C. ad l. Falcid. Pariſi. d. conſi. 47.
num. 16. vbi dicit, iſtud eſſe ſpeciale priui-
legium liberis primi gradus conceſſum,
vt ne teſtatoris quidem voluntate fru-
ctus in Trebellianicam computentur,
ex diſpoſitione d. l. iubemus. vbi gloſſ.
hoc quoque notat, in verbo, hęreditarijs,
in fine. Quod ad quartam iure naturæ
liberis debitam, putà legitimam attinet,
certum eſt fructus medio tempore per-
ceptos in legitimam non computari,
per text. in l. ſcimus. C. de inoffic. teſta-
ment. Caſtrenſ. in d. l. quod de bonis. §.
quod auus. Alex. ibid. nu. 2. gloſſ. in d. l. in
fideicommiſſariam. Hæc tamen quarta
limitatio non extenditur ad † liberos ſe- 6
cundi gradus, hoc eſt, ad nepotes, quia
quóad illos fructus percepti extenuant
Trebellianicã, d. l. quod de bonis §. quod
auus. Bart. Alexand. & Dd. ibid. Bartol. in
d. l. in fideicommiſſariam, & Dd. vbi ſu-
prà. Alex. conſi. 36. num. 3. volum. 7. incip.
conſideratis narratis. Similiter non pro-
cedit hæc limitatio, ſi † filij primi gradus 7
poſt litis conteſtationem non reſtituant
fructus, quia tunc dicuntur malæfidei
poſſeſſores, vnde rectè ad reſtitutionem
tenentur, vt notat gloſ. ſingularis. in d. c.
Raynutius, in verb. cõteſtatę. per tex. in l.
certum eſt. C. de rei vendicat. Quintò † li- 8
mitatur, quóad fructus tempore mortis
teſtatoris perceptos, quia illi, etiam quó-
ad liberos primi gradus, in legitimam &
Trebellianicam computantur, licèt ſe-
cùs ſit in poſtea perceptis. Eſt ſingulare
dictum Iacobi Butrigar. in d. l. iubemus,
C. ad S.C. Trebel. próut eũ refert Petrus

de Rauenna,ſing.231.incip. fructus computantur,Franciſ.Mate.quæſt.829.n.1.incip.quæritur de fructibus,quia huiuſmodi fructus tempore mortis teſtatoris in horreis, vel alibi reperti, patrimonium defuncti dicuntur,augentq́; ipſam hæreditatem,ſiue ante,vel poſt aditionem hęreditatis acceſſerint, tex. in l.2.§.fructib⁹. C.de petit.hæred.text.in l. item veniunt, §.fructus.ff.eod.tit.Alex.prolixè in l.centurio.ff.de vulg. & pupil. & conſ.49.nu. nu.8.vol.3.incip.viſo proceſſu.

OBSERVATIO CXXXIIII.

Fideicommiſſum vniuerſale an ex teſtamento nullo debetur.

SVMMARIA.

1 *Legata & fideicommiſſa particularia debentur ex teſtamento nullo.*
2 *Idem obtinet in fideicommiſſis vniuerſalibus.*
3 *Clauſula codicillaris teſtamento adiecta quid operetur.*

IN teſtamento ex cauſa præteritionis nullo , fideicommiſſum vniuerſale ab inſtituto hærede relictum erat, nulla in d.teſtamento adiecta clauſula codicillari. Quæſitum, an diſpoſitio Auth.ex cauſa.C.de lib.præter. etiam in fideicommiſſo vniuerſali locum habeat,ita quòd filij ſuccedentes ab inteſtato,rupto teſtamento teneantur fideicommiſſum reſtituere fideicommiſſario,beneficio d. Auth.ex cauſa? Quod
1 ad † legata & fideicommiſſa particularia attinet, nulla eſt dubitatio,quin debeantur ex teſtamento,ex cauſa præteritionis vel exhæredationis nullo, per tex. in Authen.ex cauſa,& pleniùs notaui ſuprà eod.Obſeruat.13. cum ſequ. Breuiter omiſſis ambagibus,ex communi Dd.ſententia concluſum, idem obtinere etiam in fideicommiſſis vniuerſalibus,& appellatione cæterorum, in d.Auth.ex cauſa,
2 non ſolùm legata & † fideicõmiſſa particularia,ſed vniuerſalia quoq; comprehendi,& beneficio d. Auth.ex cauſa, etiã abſq; clauſula codicillari conſeruari. Ita tenet Bar.in l.filio præterito,num.5.ff.de iniuſt.rup.teſt.Imol.ibid.num.36. Pariſ. conſ.60.nu.8.cum ſequ. vol.2.incip.Prima facie.Dec.conſ.86.num.3.incip. Viſo puncto. vbi communem dicit. Anchar. conſ.144.nu.1.incip. Præfatis Alex.In d. Auth.ex cauſa,nu.8. vbi quoq; communem dicit.Iaſ. & communiter Dd. ibid. Rom.conſ.181.incip.Pro deciſione.nu.3. gloſſ.in l.ita tamen,§ quoties.ff.ad Treb. in verb.compelli. Dd.ibid.gloſſ.in l. eam quam,in verbo,traditur,C. de fideicommiſſis,per text.in §.ſi autem hæc omnia. in Auth. vt cum de appellatio.facit text. in l.ſi ſeruũ.§.inſtitutus. ff. ſi quis omiſ. cauſ.teſta. Ratio,quia fideicommiſſa nõ impediũt ſucceſſionem inteſtati, & ideò ſicut filio inſtituto onus fideicommiſſi abſq; iniuria imponi potuiſſet,ita etiam fideicommiſſa ſuſtineri debent in pręiudiciũ præteriti,cui ſatis eſſe debet, quod inſtitutio corruat, Iulius Clarus in §.teſtamentum, quæſtio.54. num. 1. vbi plures allegat. Quòd ſi † clauſula codicil- 3
laris adiecta ſit teſtamento, præſertim ꝑ verba futuri temporis, & contingat inſtitutum hæredem ante teſtatorem mori,tunc virtute huius clauſulæ,fideicommiſſum vniuerſale nihilominus peti poterità venientibus ab inteſtato.Clauſulæ enim codicillaris magnã eſſe efficaciam conſtat,vt notaui ſup.eod. Obſer.114.nã ex duplici cauſa teſtamenti nullius defectum ſupplet. Primò ratione præteritionis, vel exhæredationis: deindè ratione caducitatis, cò quòd inſtitutus hæres ante teſtatorem defunctus ſit, vt prolixiùs notant Dd.in d.Auth.in cauſa. Soc. ſen. conſi.140.nu.5.vol.1.incip. Conſiderato. Dec.conſ.242.nu.4.incip.In caſu propoſito.Alex.conſ.9.incip. Viſis verbis, nu. 4.in fi.vol.1.Pariſ.conſ.60.nu.22. Idem conſ.61.nu.22.vol.2.incip.Licèt aliàs.

OBSERVATIO CXXXV.

Prælegata ſub fideicommiſſo vniuerſali an comprehendantur.

SVMMARIA.

1 *Prælegata hæredi relicta an veniant in fideicommiſſum.*
2 *Prælegata,ſi ampla ſint, veniunt in fideicommiſſum.*
3 *Idem ſi grauamen à teſtatore verbis generalibus iniunctum ſit.*
4 *Similiter ſi hoc ex voluntate teſtatoris colligatur.*
5 *Mens & voluntas teſtatoris in fideicommiſſis magis quàm verba attendi debent.*
6 *Fideicommiſſa ampliantur & extenduntur ex coniecturata voluntate teſtatoris.*

7 *Prælegata*

7 *Prælegata extraneo relicta an veniant in fideicommiſſum.*
8 *Dos prælegata non venit in fideicommiſſum.*
9 *Item ſi teſtator prohibuerit res prælegatas alienari.*
10 *Neque fructus ex prælegato percepti.*
11 *In ſubſtitutione vulgari non veniunt prælegata.*
12 *Feuda an prælegari poſſint, & vtrùm in fideicommiſſum veniant.*

COmmunis eſt Dd. cõcluſio præ-
ceptiones ſiue prælegata particu
laria ſub fideicommiſſo vniuer-
ſali catenùs contineri, ſi ante fideicom-
miſſum relicta ſint, hoc eſt, ſi præceſſerint
fideicommiſſum & hæredis inſtitutio-
nem. ſecùs ſi poſt hæredis inſtitutionem,
vel fideicommiſſum relinquantur, quia
tùnc cenſetur hæres tantùm grauatus re-
ſtituere portionem hæreditatis, non etiã
prælegata, per text. ſingul. in l. Marcellus.
§. quidam liberis. ad S.C. Trebell. gloſſ.
ibid. in verbo, hæreditatem. & gloſſ. com
muniter approbata in l. cùm virum. C.
de fideicommiſſ. in verbo, comprehen-
ſam. vtrobique Bar. & Dd. tex. in l. Titia,
gloſſ. ibid. in verbo, debere. ff. ad l. Falcid.
Alex. conſ. 25. nu. 8. incip. Circa primum
dubium, volu. 1. vbi dicit † communem
1 eſſe concluſionẽ, quòd illud quòd obue-
nit hæredi ex cauſa legati vel fideicom-
miſſi, veniat in ſubſtitutionem fideicom
miſſariam, ſi præceſſit grauamen ſubſti-
tutionis fideicommiſſariæ. Idem conſil.
33. num. 1. incip. Videtur, vol. 4. & in d. §.
quidam liberis. Pariſ. conſil. 18. nu. 15. vol.
3. incip. Eſto quòd. Dec. cõſ. 254. num. 1.
incip. Viſo puncto. Socin. reg. 303. incip.
prælegata. Caſtr. in d. l. cùm virum, num.
6. Iaſon pulchrè conſ. 175. num. 1. volum.
4. incip. Videretur prima. Ratio diuer-
ſitatis eſt, quia quandò teſtator primò
fecit ſubſtitutionem fideicommiſſari-
am, & poſteà fecit prælegatum, certè te-
ſtator in fideicommiſſo non videtur ro-
gaſſe de eo quod nondum dederat. argu-
mento l. in lege. ff. de contrahend. em-
ption. gloſſ. in d. l. cùm virum. Iaſon d.
conſil. 175. vbi communem dicit. Fallit
hæc communis concluſio. Primò, ſi tam
† ampla & magna ſint prælegata, vt to-
2 tam quodammodò hæreditatem abſor-
beant: ſi teſtator quaſi omnia ſua bona
particulariter inter hæredes diuiſiſſet, ita
quòd reſtitutio fideicommiſſaria inanis
foret, niſi præceptiones fideicommiſſo
continerentur, tex. not. in l. quid ergò. 2.
ff. de lega. 1. Barto. in d. l. Marcellus. §. qui-
dam. Idem in l. ex parte. §. inteſtato. ff. fa-
mil. herciſcun. Bart. & Caſtr. in d. l. cùm
virum. Iaſ. ibid. num. 7. Deci. d. conſi. 254.
& Pariſ. d. conſil. 18. Iaſ. d. conſil. 175. nam
tali caſu indiſtinctè prælegata ſub fidei-
commiſſo continentur: Ratio, quia in
locum hæreditariæ portionis grauatus
cenſetur omnia iure hæreditario habẽ-
re. Bartol. in d. l. Marcellus. & communi-
ter Dd. vbi ſuprà. Secundò non † pro-
cedit quandò grauamen à teſtatore ver- 3
bis generalibus iniunctum fuit, veluti,
quicquid in bonis, vel hæreditate mea ad
te peruenerit: quo caſu indiſtinctè quo-
que prælegata fideicommiſſis inſunt, per
text. in d. l. cùm virum. Iaſ. ibid. nume. 7.
& Caſtr. num. 6. Bartol. in d. l. Marcellus,
numer. 12. Iaſon d. conſil. 175. Idem ſi di-
xerit teſtator, omnia bona reſtituas, quia
perindè eſt ac ſi dixiſſet, quicquid ad te
peruenerit. Bart. in d. l. Marcellus. §. qui-
dam. Iaſ. d. cõſ. 175. Tertiò limitatur, ſi ex
† teſtatoris voluntate hoc colligi poſſit,
quòd nimirùm præceptiones, ſiue præle- 4
gata, ſub fideicommiſſo comprehendi
debeãt, per text. in l. Lucius. §. maritus. ff.
ad Trebel. gl. ibid. in verb. ſenſiſſe, text. in
§. diſponat. Auth. de nup. & in l. in condi-
tionibus primũ locum. ff. de cond. & de-
mõſt. Dd. in d. l. cũ virũ. & d. §. quidã libe-
ris. Mens † enim & volũtas teſtatoris, eti-
am ex coniecturis apparens, in fideicom 5
miſſis magis quàm verba attendi debet,
per tex. in d. l. cùm virũ. & in l. pen. ff. de
leg. 1. vbi dicitur ſolã voluntatem in fi-
deicommiſſis ſeruari, text. in l. hæredes
mei, §. 1. ff. ad S.C. Trebellian. Pariſ. cõſ.
90. nu. 20. volu. 4. incip. Viſis teſtament.
Bar. in l. regula. §. item ſi quis. ff. de iur. &
fact. ignor. Iaſ. d. conſil. 175. & in l. ſi quis
filium. ff. de liber. præter. nume. 1. per il-
lum text. vbi omninò vide. Deci. conſil.
38. numer. 1. & 2. incip. Circa primum du-
bium, & conſi. 288. nu. 5. incip. In ciuitate 6
Placentiæ, vtrobiq; dicit, in † fideicom-
miſſis ſolam voluntatem teſtatoris, eti-
am tacitam, & ex coniecturis collectam
ſpectari, eò quòd fideicommiſſa, etiam per
coniecturas relinqui poſſunt, text. in d. l.
cùm virum, & in l. pen. ff. de leg. 1. gloſſ.
ibid. in verbo, volũtas, text. in l. cùm pro-
ponuntur, in fi. ff. de leg. 2. & in l. fideicõ-

miſſa.§.itẽm ſi quis.ff.de leg.3.gloſſ.ibid. in verbo, voluntatem. Hinc eſt quòd regulariter dicimus fideicommiſſa ampliari, extendi, & declarari, per rationem & cauſam, quibus teſtator motus fuit, ad faciendum fideicommiſſum, ita vt in ijs ratio & cauſa potiùs, quàm verba expreſſa attendi debeant, tex.in l.cùm pater, § dulciſſimis.ff.de leg.2. Bart. & communiter Dd.ibid. Pariſ.d.conſ.18. nu. 21. cum ſeq. nu.1. Idem conſ.89.& 33.cum ſequ.vol.4. incip.In præſenti, & d.conſ. 90. Quartò
7 limitatur, ſi † extraneus ſit grauatus reſtituere hæreditatem filio teſtatoris, quo caſu indiſtinctè prælegata fideicommiſſo continentur, quibuſcunq; verbis teſtator vtatur, per text.not.in l.liberto. §.filium. ff.de annu.legat. Barto.ibid.num.5.Iaſ.d. conſ.175.verſicu. iſta eſt communis. & in d.l.cùm virum, nu.7. Roma. ſing.175.in-
8 cip.tu habes. Quintò limitatur in † dote prælegata, quia illa non venit in fideicõmiſſum vniuerſale, niſi teſtator hoc expreſſè voluerit, tex. in d.l.Lucius.§.maritus. & in l.ſi vſusfructus, §.dos legata, & in l.cùm dotem. ff. ad l.Falcid. & in d.l. cùm pater.§.fidei tuæ.ff.de leg.2. tex.in l. cùm patrem, C.de iur.dot. Sextò fallit ſi
9 † teſtator prohibuerit res prælegatas alienari. nam prohibita alienari non veniunt in fideicommiſſum vniuerſale, per text.not. & vnicum, in d.l.Lucius.§.pluribus.Bart.ibid.num.1.Rom.ſing.174.in-
10 cip.hæres. Septimò fallit in † fructib⁹ medio tempore ex prælegatis perceptis: quia licèt regulariter ſub fideicommiſſo vniuerſali, verbis vniuerſalibus facto, veniãt nõ ſolùm res hæreditariæ, ſed etiam præceptiones, vt ſuprà in ſecunda limitatione dictum eſt, tamen hoc non obtinet in fructibus perceptis ex rebus prælegatis, d. §.plurib. Iaſ.in d.l.cùm virum, nu.1.text. in l.in fideicommiſſariã. ff. ad S.C.Treb. niſi à tempore moræ, vel cùm quis ſpecialiter fuerit rogatus etiam fructus reſtituere, d.l. in fideicommiſſariam: aut teſtator dixerit, quantacunq; pecunia reſtituatur, per text.not.in l.Baliſta.ff.ad S.C. Trebel.glo.ibid.in verbo, etiam fructus: computantur tamen fructus percepti in quartam, vt notaui ſup.eod. Obſeru. 133.
11 Octauò fallit in † ſubſtitutione vulgari, in qua non veniunt prælegata, per tex.in l.Sextilia. ff.de leg. 3.gloſſ. ibid.in verbo, non eſſe. Et ſic obſeruandum quòd regula illa, de qua in præcedenti limitatione, procedat in obliqua ſiue fideicommiſſaria, non autem in vulgari ſubſtitutione. Bal. Ang. & Iaſ.in d.l.cùm virum. Dd.in d.l.Marcellus §.quidam. An autem † feu- 12
da prælegari poſſint? vide infrà eo.Obſer. 154 Breuiter, feudum hæreditarium prælegari poteſt, ſed nõ feudum antiquum, ex pacto & prouidẽtia, per notata d. Obſer. 154. quia feudum antiquum non venit in reſtitutione vniuerſalis fideicommiſſi, quia teſtator de tali feudo teſtari nequit, tex.in c.1.de ſucceſſ.feu. Alex.pleniſſimè in l.ſi patroni, nu.21.cum ſeq. ff. ad S.C.Treb.& conſ.29.nu.18. cum ſequ, vol.5.incip. In cauſa & lite.Curt. part.4. nu. 133. Dd. in d.l.cùm virum.C.de fideicommiſſ.

OBSERVATIO CXXXVI.

De ſubſtitutione conditionali, ſi ſine liberis hæres deceſſerit, & verùm filius naturalis ſubſtitutum excludat.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutum ſemel excluſum perpetuò eſt excluſum.*
2 *Qualitas adiuncta verbo debet intelligi ſecundùm tempus verbi.*
Conditionem ſemel extitiſſe ſufficit, licèt diu non durauerit impleta. ibid.
3 *Limitatio huius concluſionis.*
4 *Filius naturalis ſubſtitutum excludit.*
5 *Fallit in filijs naturalibus illuſtrium perſonarum.*
6 *Similiter in Eccleſia ſubſtituta.*
7 *Monaſterium an ſubſtitutum excludat.*
Vbi quid de Franciſcanis dicendum. ibid
8 *Subſtitutus ex fideicommiſſo, ſi ſine liberis ex legitimo matrimonio procreatis deceſſerit, non excluditur per naturalem.*
9 *Filius ex matrimonio in gradu prohibito ignoranter contracto excludit ſubſtitutum, ſi ſine liberis, &c.*
10 *Sine liberis decedere quis dicatur.*
11 *Nepos ex filio ſubſtitutum excludit.*
12 *In odioſis appellatione filiorum non veniunt nepotes.*
13 *Adoptiuus ſubſtitutum non excludit.*
14 *Adoptiuus vel arrogatus an nomine liberorum veniat.*
15 *Non admittitur ad feuda, neque emphyteuſim.*
16 *In priuilegijs & ſtatutis non veniunt filij adoptiui.*
17 *Verba tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus ſecundùm propriam ſignificationem accipienda.*
Spiritualis neceſſitudo nihil habet commune cum bonis externis. ibid.

Filij

18 *Filij in cõditione poſiti nõ cenſentur vocati vel ſubſtituti.*
19 *Filijs in conditione poſitis non vocatis, pater hæreditatem delatam libere alienare poteſt.*
20 *Filij in conditione poſiti ab inteſtato ſuccedunt excluſo ſubſtituto.*

1 SI ſubſtitutio facta ſit ſub condi-
tione, ſi filius vel heres † inſtitu
tus ſine liberis deceſſerit, tunc
extantibus liberis, tempore mortis hæ-
redis, ſubſtitutio euaneſcit, ita vt ſubſti-
tutus ſit in perpetuũ excluſus, tametſi in-
cõtinenti poſt mortẽ hæredis liberi mo-
riantur. Ratio, quia liberos tẽpore mor-
tis hæredis extitiſſe ſufficit per regulam,
2 quòd † qualitas adiuncta verbo intelligi
debeat ſecundùm tempus verbi cui ad-
iungitur, tex. in l. in delictis §. ſi extrane-
us ff. de noxa. actio. & in l. Titius. ff. de mi
lit. teſta. tex. in l. ex facto. ff. de vulg. & pu-
pil. ſubſtit. Iaſ. in l. qui Romæ. §. duo fra-
tres, nu. 60. ff. de verb. oblig. & in l. cũ ſti-
pulamur, nu. 70. ff. eod. tit. & in l. ſi quis
mihi bona, §. iuſſum. nu. 42. ff. de acquir.
hæred. Deci. conſil. 427. nu. 2. incip. licèt
in cauſa, & cõſ. 421. nu. 9. incip. plenè &
ſubtiliter. Probatur iſta cõcluſio per tex.
in l. filiusfa. §. cum quis erat, ff. de leg. 1. &
in l. pater Seuerinã, §. 1. ff. de condit. & de-
monſtr. tex. in l. ex facto, §. ſi quis roga-
tus. ff. ad Trebel. & in l. nõ videtur ſine li-
beris. ff. de verb. ſignif. quã ſequũtur com
muniter Dd. in d. l. ex facto. §. penul. vbi
Caſtr. nu. 6. Soci. ſenior in l. ſolemus, nu.
6. ff. de condit. & demõſtr. Deci. cõſi. 218.
nu. 7. & 8. incip. In caſu ad me tranſmiſſo
idem conſil. 480. nu. 8 incip. In caſu, qui
contingit, & conſil 585. numer. 4. incip.
Ioan. Bartholomæi, item conſi. 636. nu. 6.
incip. Prima facie, & d. conſil. 427. Oldr.
conſ. 21. per totum, incip. Thema tale eſt.
Pariſ. conſil. 36. num. 2. volum. 2. incip.
Conſideratis. Alex. conſ. 53. num. 9. volu.
6. incip. Conſideratis & conſil. 101. num.
12. volum. 7. incip. Super primo dubio.
Cæphal. conſi. 221. nu. 1. & 2. volum. 2. in-
cip. teſtator iuſſit. Quo pertinet regula
generalis, ſufficere conditionem ſemel
eſſe impletam, licet non durauerit im-
pleta, text. notab. in l. ſi quis hæredem,
C. de inſtitut. & ſubſtit. vbi Iaſ. & com-
muniter Dd. facit text. in l. quidam in
teſtamento, ff. de fideicommiſſ. liberta-
tib. ibi, quia ſemel extitit conditio, & tex.
in l. rogo, ff. eod. titul. Et ita ſe habet cõ-
munis Dd. concluſio. Fallit † ſingulari- 3
ter, ſi verba teſtatoris ſubſtituentis non
referantur ad tempus mortis, ſed ſim-
pliciter facta ſit ſubſtitutio, hoc pacto:
Non extantibus, vel deficientibus libe-
ris, ſubſtituo Titium. talis enim ſimplex
indefinita, & nullo tempore circumſcri
pta oratio operatur, quòd quandocun-
que deficiunt liberi, ſiue ante, ſiue poſt
mortẽ hæredis, ſubſtitutus admittendus
veniat, text. in l. in ſubſtitutione, ff. de
vulg & pupil. ſubſtit. Pariſ. d. cõſ. 18. num.
43. vbi dicit, ſi verba habent tractum in
futurum, in quo ſimpliciter cõſideratur
defectus liberorũ, quod tũc ſufficiat libe-
ros quandocunq; decedere, gloſſ. Bart. &
alij in d. l. in ſubſtitutione. Et ſic obſeruã-
da eſt differentia inter vtramque ſubſti-
tutionem, prout dilucidè explicat Pariſ.
d. conſ. 18. nume. 43. Alexan. d. conſ. 101.
nu. 12. Deci. & alij communiter vbi ſupr.
An autem † filius naturalis ſubſtitutum 4
excludat, putà ſi teſtator inſtituto ſubſti-
tuat, ſi ſine liberis decedat. & contingat
hæredem decedere relictis tantùm filijs
naturalibus, vide Dd. in l. generaliter. §.
cùm autem. C. de inſtit. & ſubſtit. vbi Iaſ.
in vtranque partem, nu. 7. Alex. nu. 2. Ca-
noniſt. in c. in præſentia. de prob. Panor.
ibid. nu. 12. Iaſ. in l. 2. num. 204. C. de iur.
emphyt. Communiter placuit, regulari-
ter filiũ naturalẽ ſubſtitutum excludere:
maximè ſi teſtator ſimpliciter dixerit, ſi
hæres ſine liberis deceſſerit, per tex. in d.
l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad S.C. Tre-
bel. Bart. ibid. nu. 1. & 2. & cõmuniter Dd.
tex. in l. cũ pater. §. volo. & in l. Lucius.
§. fi. ff. de leg. 2. glo. notab. in d. c. in præ-
ſentia, in verb. ſi abſq; liberis. Deci. ibid.
nu. 37. Panor. nu. 12. Felin. nu. 21. glo. in c.
Raynaldus, in verbo, legitimè. de teſta.
Curt ſeni. conſ. 35. nu. 10. Deci. conſ. 433.
num. 17. incip. viſa copia. Alex. conſi. 94.
nu. 1. incip. Conſideratis his quæ in the-
mate, vol. 1. idem conſ. 2. nu. 13. eod. vol.
incip. Viſis codicillis. Pariſ. conſ. 14. nu.
20. cum ſeq. volu. 2. incip. Cùm in facto.
idq; in filijs naturalibus legitimatis om-
nium maximè obtinet, quia ex cõmuni
Dd. opinione legitimati naturalium &
legitimorum numero habentur, vt no-
tat Barto. in l. ſi is qui pro emptore, nu.
29. ff. de vſucap. Dd. in Authẽ. licèt. C. de

natural.lib.Bart.in l.fin.num.3. ff. de his
quib.vt indig.Imol. in d. l. ex facto, §. ſi
quis rogatus,in fin. Alex.in d.§. cùm au-
tem,& d.conſ.2.nu.13.volu.1. vbi cõmu-
nem dicit,cum limitatione tamen.Dec.
conſi.365.num.6.incip.viſo conſilio,vbi
communẽ dicit.Idem cõſi.366.nu.3.& 4.
incip.pro declaratione,& conſ.399.nu.6.
incip.concluſionẽ,vbi etiã communem
dicit.Curt.iunior conſi.247.nu. 14. cum
ſeq.volum.3.incip.in cauſa vertente, vbi
communem dicit,Alex.conſil. 67. nu. 5.
vol.1.incip.Conſideratis his,&d.cõſ.94.
nu.4.Iaſ.in d.l.Gallus.§. & quid ſi tantũ,
nu.139.& in d.l. generaliter. §. cùm autẽ,
nu.7.vtrobiq; communem dicit,ſi ad ta-
lem legitimationem citatus ſit ſubſtitu-
tus,licèt in d.l.2.nu.204.contrariam opi
5 nionem communem dicat.Fallit in † fi-
lijs naturalibus illuſtrium,item clariſſi-
marum perſonarum quæ in aliquo di-
gnitatis gradu, & populari obſeruantia
conſtituti ſunt, quia tales perſonæ non
cenſentur de naturalibus liberis cogitâſ-
ſe: abhorrent enim huiuſmodi liberos
gẽtilitiæ & generoſæ familiæ,& aliæ ſpe-
ctabiles perſonæ,tex.not.& ibid. Bartol.
in d.l.ex facto,§.ſi quis rogatus,numer.1.
vbi omninò vide, & Alexã.d.conſil.94.
nu.1.& d.cõſi.67.nu.5.Dec.in d.c. in præ-
ſentia,nu.37.cũ ſeq.Felin.num. 21. & alij
ibid.facit,tex.in l.1.§.generaliter,ff.de vẽ
tre in poſſ.mitt.& in l.ſi qua illuſtris, C.
ad S.C.Orfician. Quapropter harũ illu-
ſtriũ & clariſſimarum perſonarũ liberi
ſubſtitutum nõ excluderent,etiamſi legi
timati eſſent,vt volunt Dd. in locis alle-
gatis.Alex.d.conſ.67.&d.cõſ.84.De legi-
timatis per ſubſequẽs matrimoniũ nul-
lũ eſt dubium, quin ſubſtitutũ excludãt.
6 Dd. vbi ſup. Secundò fallit in † Eccleſia
ſubſtituta,nã illa naturalibus,etiã legiti-
matis præfertur, quia Eccleſia loco filij
habetur,tex.in §.ſed & hoc p̃ſenti.Auth.
de ſanctiſſ.epiſc.& in Authẽ. niſi rogati,
C.ad S.C.Trebel.Hippol.ſing. 131. incip.
tu ſcis.Bald.& Felin.in d. c. in præſentia,
nu.21.de probatio.per illum tex.Iaſ.in d.
l.generaliter.§.cùm autem,num.2. Hac
7 ratione volunt,† monaſterium ſubſtitu
tum excludere,ſi filius ingrediatur mo-
naſterium, & ſic ciuiliter mortuus ſit,
(niſi de contraria teſtatoris voluntate
expreſsè appareat)quia,vt dictũ eſt, mo-
naſteriũ loco filij habetur, glo. in l. ſi ita
quis,§.ea lege,in verb.intereſt,ff.de verb.
oblig.latè de hac quæſtione Bald. in d.c.
in præſentia,nu. 13.cum ſequ. Felin.ibid.
nu.42.& Iaſ. in Auth. ſi qua mulier, nu.
18.C.de ſacroſ.eccleſ.Quòd tamen ex cõ-
muni Dd.opinione nõ procedit in Mo- 1
nachis Franciſcanis, quia tali caſu Mo-
naſterium non habetur loco filij,ſed in-
gredientes pro ciuiliter mortuis haben-
tur, cùm nihil, ob votum ſummæ pau-
pertatis,in commune acquirere,& poſſi-
dere,poſſint,& ſic ſucceſſionum incapa-
ces ſint,tex.in Clem.exiui de Paradiſo,§.
cum igitur in primis,de verb.ſignific.p.
inde ipſo religionis ingreſſu,conditio,ſi
ſine liberis, pro impleta habetur, & per
conſequens ſubſtitutus ſtatim admitti-
tur non exſpectata morte naturali ipſius
Monachi Franciſcani,cum effectus pro-
feſſionis, & mors naturalis hoc caſu in
idẽ recidãt.Bart.in l.cũ pater,§.hæredita-
tem,nu.3.ff.de leg.2.Felin.in d.c. in præ-
ſentia,nu.50.de probat.vbi communiter
Dd.Bald.præclarè in Auth.ingreſſi,C.de
ſacroſ.eccleſ. nu. 15. & in l.cũ acutiſſimi,
nu.12.C.de fideicõ.Alex.cõſi. 13.nu.4. cũ
ſeq.vol.3.incip.circa primũ.Deci.conſil.
419.nu.2.incip.viſo elegãti,Pariſ.cõſi.65.
nu.10.cũ ſeq.vol.2.incip.viſo teſtamẽto,
Iaſ.in d.Auth.ſi qua mulier, nu.18. vbiq;
communẽ dicunt, idq; generaliter verũ
eſt etiã in alijs Monaſterijs ex voto & re-
gula ſucceſſionũ incapacibus,Dd.vbi ſu-
prà,& ideo exiſtente generali conſuetu-
dine,quod Monachi cuiuſcunque ordi-
nis fuerint,nõ ſuccedant ab inteſtato pa
rentibus ſuis, ſtatim per ingreſſum reli-
gionis ipſius grauati, ſubſtitutus admit-
tetur.Boẽr.deciſ.354.nu.8.cũ ſeq. Bart. in
l.fi.num.6.C.de pact. facit tex.in l.ſi poſt
mortẽ,§.liberi,cũ §.ſeq. ff.de bono. poſſ.
cõtr.tab.Sed Feli.in d.c.in præſentia,nu.
38.negat valere ſtatutũ,excludẽs ingredi-
entes Monaſteriũ à ſucceſſione parentũ,
per multa allegata ibid. vide ſuprà, eod.
Obſer.32.Et obſerua Monaſteriũ nõ ha-
beri loco filij, niſi in caſibus in iure ex-
preſſis,& ſic in Monaſterijs bonorũ capa
cibus, ſecùs in incapacib.Iaſ.Pariſ. & alij
vbi ſup.Tertiò † ſingulariter fallit,quãdò 8
fideicõmiſſum factũ eſſet per illa verba,
ſi deceſſerit ſine filijs legitimè natis, vel
ſine filijs legitimis, & naturalibus ex le-
gitimo

gitimo matrimonio procreatis,per tex.
in c.cùm in cunctis, de electio. & electi
poteſt.ibi,de legitimo matrimonio, &
text.in c. innotuit, ibi, non legitimè ge-
nitos,eod.tit.quos ad hoc inducit Curt.
iunior d.conſi.247.num.17.cum ſeq.vbi
communem dicit,Alexand.d. conſil. 2.
num.13.vol.1.& conſi.121.num.18. vol.2.
incip.viſo themate.idem in d. l. genera-
liter.§.cùm autem. Felin. in d. c. in præ-
ſentia,num.36.Bald.& Salic. in d. Auth.
9 niſi rogati. An autem † natus in figura
matrimonij,hoc eſt,ex matrimonio pu-
tatiuo,putà contracto in gradu prohibi-
to ignoranter,iuxta tex.in c.2. & in c.ex
tenore,qui filij ſint legitimi,tex.in c.1.de
eo qui duxit in matri.quam poll. per ad-
ult. ſubſtitutum excludat, admodũ con-
trouerſum eſt,Deci. cõſ. 153. per totũ, in-
cip.in effectu quæritur, per multas ratio-
nes concludit talem filium ſubſtitutum
excludere,ſequitur Soci.iunior conſi. 39.
nu.18.cum ſeq.vol.3.&conſil.63.eod.vol.
quorũ opinionem & veriorẽ & æquiorẽ
puto.licèt Curt.iunior d.conſil.247. nu.
39.cum ſeq.contrarium concludat,cuius
rationibus Socin.optimè reſpondet.Di-
10 citur autem ſine † liberis decedere,ſi libe
ri nati præmortui ſint,d.l.ex facto. §. pe-
nult.ff.ad Trebell.glo. in d. c. in præſen-
tia. Quòd ſi teſtator † nepotem ex filio
11 reliquit,dubium non eſt,nepotem exclu
dere ſubſtitutum , quia ſine liberis non
dicitur deceſſiſſe, qui nepotem reliquit,
text.in l.1.C.de condit.inſertis, & in l.li-
berorum.ff.de verbor.ſig. gloſſ.in d.c.in
præſentia.Deci.in l.in teſtamentis,nu.4.
12 ff.de reg. iur. In materia tamen † odioſa
appellatione filiorũ non continẽtur ne-
potes,vt per exẽpla tradit Deci.conſ.218.
nu. 10. incip. In caſu ad me tranſmiſſo.
Bart.plenè in d. l. liberorũ. Porrò quod
13 ad filium † adoptiuum & arrogatum at-
tinet,certum eſt illos non excludere ſub-
ſtitutum,ne videlicet ſit in poteſtate gra
uati pro ſuo arbitrio fideicõmiſſum ex-
tinguere , & caducũ facere, & ſubſtitutũ
callidè adoptionis commento exclude-
re,per text.in l.ſi ita quis, §. fi. ff.de leg.2.
tex.notab.in l.fideicõmiſſum.ff. de con-
dit.& demonſt. tex. in §. adoptio,Auth.
quib.mod.natura.effic.ſui,Dec.d.conſil.
399.nu.1.& nu.6.Curt.iunior cõſi. 339.nu.
19.cũ multis ſeq.vol.3.incip.præſupponi-
tur in facto. Eſt † enim cõmunis cõclu- 14
ſio,adoptiuũ vel arrogatum appellatio-
ne liberorum non venire, quoties adop-
tione,vel arrogatione , diſpoſitio legis,
ſtatuti,vel hominis fieret eiuſorla:& ge-
neraliter ſcire oportet,appellatione fili-
orum non venire adoptiuũ,& arrogatũ,
niſi in caſibus in iure nũcuparim expreſ-
ſis,gl.in d.l.ſi ita quis.§.fi.in verbo , cõſe-
qui,Curt.iunior d.cõſi.339.nu.27.38.& 45.
vbi omninò vide. Hinc eſt quòd † ado- 15
ptiuus nõ admittatur in feudis, text.in c.
1.§.adoptiuus,ſi de feud.defunct.fuer.cõ-
trou.int.dom.& agn.vaſall. ſicut nec in
emphyteuſi.tex.in l.filio quẽ pater. ff. de
lib.præter . Specu. titul. de emphyt. §. 1.
num.88.Bald. in l. fideicommiſſo. ff. de
condit. & demonſt.item in † priuilegijs 16
& ſtatutis appellatione liberorum non
comprehenduntur filij adoptiui , quia
verba in ſtatutis propriè intelligi debẽt:
propriè verò appellatione liberorũ non
veniunt adoptiui,tex.in l. liberorum. ff.
de verb.ſignific.quo fit vt adoptiui non
comprehendantur ſub ſtatuto excluden
te fœminas,Curt.d.conſil.339.nu.24.ne-
que in materia l.ſi vnquam,C.de reuoc.
donat.Iaſ.in d.l.generaliter.§.cùm autẽ,
nu.2.in octaua limitatione.Deci.d.con-
ſil.349.Alex.in l.adoptiuum, nu.2. ff. de
in ius vocan.& d.conſi.2.nu.13.vol.1.Iaſ.
in l.Gallus,§.inſtituẽs, nu.10. & §. ſi eius,
num.10.ff.de lib. & poſth.quia † in omni 17
diſpoſitione,tam in contractibus, quàm
in vltimis voluntatibus, verba ſecundũ
propriam ſignificationem intelligi de-
bent,niſi expreſsè contrarium ſit cautũ,
tex.in l.non aliter, ff.de leg.3. Iaſ. in d. l.
Gallus.§.inſtituens,num.10. & §. ſi eius,
nu.19.vbi vide, an & quando adoptiuus
habeatur vt ſuus,& in d.l.filio quem pa-
ter,num.2.Idem obtinet in filio ſpiritu-
ali , quòd videlicet ſubſtitutum non ex-
cludat,quia ſpiritualis neceſſitudo nihil
habet commune cum bonis externis,
Bald.in Auth.niſi rogati,nu.19.C.ad S.C.
Trebel.Ripa in d.l.ex facto, §. ſi quis ro-
gatus,ff.eo.tit.Dec.d.cõſi.399.nu.2.An au
tẽ † filij in cõditione poſiti , cẽſeantur à 18
teſtatore vocati,hoc eſt ſubſtituti , variè
tractatur.Cõmunis opinio eſt , nõ cẽſeri
vocatos, ratio , quia quæ ſunt in condi-
tione,nõ ſunt in diſpoſitione, eo qđ cõ-
ditio nihil ponat in eſſe,tex.in l. ex facto
etiam.

etiam.ff.de hæred.inſtit.&in l.ſi quis ſub
conditiõe,ff.ſi quis omiſ.cauſa teſtam.&
per alia iura ſuprà eod.Obſer.132. allega.
ta,& ideò ſi teſtator dixerit : filiũ meum
hæredẽ inſtituo,& ſi deceſſerit ſine libe.
ris,Semproniũ ſubſtituo:hoc caſu filij fi.
liorũ in conditione poſiti, nõ dicuntur
vocati ex teſtamento aui ad eius hæredi:
tatẽ,tanquã ſubſtituti fuerint, quia non
fuerunt ſubſtituti patri,ſed tantùm poſi.
19 ti in conditione.Huius communis† opi.
nionis effectus magnus eſt, quia cùm fi.
lij poſiti in conditione, non ſint in diſ.
poſitione, & ſic non vocati, hæres ſcri.
ptus poterit bona hæreditaria pro arbi.
trio alienare, & de ijs diſponere ſicut
vult, excluſis liberis, quod alias facere
nõ poſſet, ſi filij filiorũ poſiti in cõditio.
ne vocati,& ſic ſubſtituti eſſent. Hoc ta.
20 men † operatur illa conditio teſtatoris,
vt filij in conditione poſiti ab inteſtato
ſuccedant hæredi inſtituto, excluſo ſub.
ſtituto,quia ius legitimæ ſucceſſionis ip.
ſis per huiuſmodi conditionem teſtato.
ris reſeruatum intelligitur,& ſic ab inte.
ſtato duntaxat vocati cenſentur, nõ iure
fideicommiſſi ex teſtamento, ita ſe ha.
bet,vt dixi,communis opinio,per tex.in
d.l.ex facto etiã,tex.in l.ex facto, §.ex fa.
cto.ff.ad S.C.Trebell.Dd.ibid.tex.in l.ge
neraliter.§.ſi enim.C.de inſtit. & ſubſti.
ibi,fructu paterno,Bal.in l.poteſt,cum l.
ſeq.ff.de vulg.& pupil. glo. ordinaria, &
communiter approbata,in l.Lucius, la.
2. in verbo,liberos.ff.de hæredib. inſtit.
vbi cõmuniter Dd.Bart.& Dd.in l.cent.
ff.de vulg.& pupill. & in l. 1. C. de pact.
Alexand.conſil.91.num.6.volu. 1. incip.
ponderatis his,& conſil.108.nume.9.eo.
vol.incip.viſo themate,itẽ conſ.66.nu.5.
vol.2.incip.viſo teſtamẽto, & conſi.109.
nu.4.eod.vol.incip.videtur prima fron
te,Dec.conſi.270.num.1.incip.dominus
Raynaldus,vbi dicit hanc ſententiã eſſe
Canoniſatã.Idem conſ.377.nu. 6. incip.
viſis & diligenter,& conſi. 422. nu.1. in.
cip.& pro tenui,Bertran.conſi.18.nu. 21.
vol.ſecunda parte,Natta conſil.551. nu.3.
4.& 8.vol.3.incip.quoniã ſuper,Cephal.
conſil.263.nume. 17. volum.2.incip.bo.
na quæ,& conſil.251.num.6.eod. volum.
incip.quoniam in hac cauſa. Guido de.
ciſ.39.nume.2.incip. Dd.in iure, Philip.
Port.commu.opinio. lib.1. concluſ. 12.
per totam,Iulius Clarus in §. teſtamen.
tum,quæſt.77. cum duabus ſequentibus
vbique dicunt hanc opinionem eſſe cõ.
munem, ſecundùm quam etiam in Ca.
mera in ardua quadam cauſa iudica.
tum memini. Fallit tamen communis
iſta opinio in quibuſdam caſibus, quos
vide apud Clar. Port. & alios in locis
citatis.

OBSERVATIO CXXXVII.

Res ſubiectæ fideicommiſſo quando alienari poſſint.

SVMMARIA.

1 *Res ſubiecta reſtitutioni regulariter alienari nequeunt.*
2 *Trebellianica alienari poteſt.*
3 *Item legitima liberorum.*
4 *Res ſubiecta reſtitutioni vendi poſſunt pro ſoluendo ære alieno defuncti.*
Item pro redemptione hæredis, vel ob neceſſitatem famis, ibid.
5 *Dies incerta in teſtamentis pro conditione habetur.*
6 *Res ſubiecta reſtitutioni ſub conditione, vel in diẽ incertum quomodo alienari poſſint.*
7 *Creditor, item debitor quis propriè dicatur.*
8 *Legatarius ſub conditione, an pendente conditione dicatur creditor.*
9 *Emptor ſciens rem ſubiacere reſtitutioni, re euicta precium cõſequitur, ſed non intereſſe, nec melioramenta.*
10 *Alienatio rei ſubiecta reſtitutioni an valeat, ſi facta ſit ab hærede ignorante emptori ignoranti onus fideicommiſſi.*
11 *Hæres extraneus, non ſuus & neceſſarius, præſumitur ſcire contenta teſtamenti.*
12 *Res ſteriles & tempore perituras fideicõmiſſo ſubiectas hæres vendere poteſt.*
13 *Res ſubiecta reſtitutioni, vigore pupillaris ſubſtitutionis vendi poſſunt.*
14 *Teſtamentum non impedit alienationem rerũ propriarum.*
15 *Vulgaris ſubſtitutio dicitur onus & grauamen: pupillaris verò fauor & prouiſio filij.*
16 *Res prohibita alienari per viam contractus poteſt non obſtante prohibitione alienari.*
17 *Res ſubiecta reſtitutioni ex cauſa dotis vel donationis propter nuptias alienari poteſt.*
18 *An legata purè relicta, fideicommiſſo conditionali pendẽnte, ſolida præſtanda ſint.*
19 *Reductio facienda ad vires patrimonij, ſi teſtator vires patrimonij exceſſerit.*

REgulariter † res ſubiectæ reſtitu. 1
tioni titulo legati, vel fideicom.
miſſi particularis, vel vniuerſa.
lis, purè, vel in diem certam relicta per
hære.

hæredem aliènari non poſſunt,per text.
ſing.in l.Marcellus.§.res quæ.ff.ad S.C.
Trebell tex.in l.fi.§.ſed quia noſtra.cum
§.ſeq.C.cōmu.de leg.& in Auth.res quæ.
C.eod.tit.vbiq; communiter Dd. Et iſta
eſt mareria vtilis,in foro frequēs, & pre-
cioſa,ideo quaſdā limitationes ſingula-
2 res breuiter annotabo. Primò † fallit iſta
regula quóad Trebellianicā, quam hæ-
res alienare poteſt: & ſic res ſubiectæ te-
ſtitutioni, ſi alienentur, computantur
hæredi in Trebellianicam, d.l. Marcel-
3 lus. §. res quæ. Secundò † fallit in legiti-
ma liberorum,quia vſque ad legitimam
valet alienatio rerū fideicommiſſo ſub-
iectarū:fideicommiſſum enim eſt onus
& grauamen,tex in l.cohæredi §.cùm fi-
lio.ff.de vulg.&pupill.ergo ipſo iure de-
trahitur de legitima, nā legitima nullo
onere grauari poteſt, text.in l.quoniā in
prioribus,& in l.ſcim⁹, §.1.C.de inoff.te-
ſta.vide ſup. eod.Obſer.119.Iaſ.in d.§. res
quæ,nnme.1. Tertiò limitatur,vt non ꝓ-
4 cedat in † neceſſaria alienatione , putà
quæ fit pro ſolutione æris alieni ipſius
defuncti:nam tunc valet alienatio, etiā
earum rerum,quas teſtator expreſsè pro-
hibuiſſet alienare, intellige, ſi alia bona
nō ſufficiūt,nec alienata hæredi in quar-
tam computantur,per tex.notab.in l.pa-
ter filium.ff.de leg.3.& in l.filiusfa.§. Di-
ui.2.ff.de leg.1.text. not.in l. cū fidei hæ-
redis.ff.de fideicom. libertat. vbi reddi-
tur ratio,ꝙ defunctus nō videatur ſenſiſ-
ſe de huiuſmodi caſu alienationis, text.
in l.cū hæreditas.ff.ad S.C.Trebell.gloſſ.
in d.l.Marcellus.§.res quę,Iaſ.in d.Auth.
res quæ,num.2.& d.§.res quæ,num 3.vbi
illud extendit ad alienarionem ob ne-
ceſſitatem famis , vel pro redemptione
hæredis factam , eò quòd neceſſitas non
habeat legem, tex.in c.2.§. fi. de obſerua.
ieiuniorum, & in l.item quamuis, ff. cō-
mu.diuid.gloſſ.ibid. in verbo, neceſſita-
tem,Bar.in l.quemadmodū,C. de agric.
& cenſit.libr.11.Et aliàs in iure differētia
eſt inter voluntariam, & neceſſariā alie-
nationē,text.in l.alienationes. ff. famil.
herciſ.& in l.quia redhibitio, cū l. ſeq.ff.
de alien.iudic.mut.cauſ.fact. Si verò fiat
alienatio ob æs alienū ipſius hæredis,tūc
quidem valet alienatio,quandiu res mā-
ſura erat penes hæredē, poſtea verò reuo
cabitur,per tex.in l.peto.§.prędium.ff.de
leg.2.Iaſ.in d.§.res quæ, num.3. & per ea
quæ in ſeq.limitatione habentur. Quar-
tò fallit,quandò fideicōmiſſum vniuer-
ſale relictum eſt ſub † conditione, vel in 5
diem incertā,quæ pro cōditione in teſta-
mentis habetur,text.in l.dies incertus.ff.
de condit. & demonſtr. quia pendente
conditione valet alienatio, & dominiū
transfertur: nam ante reſtitutionem hę-
reditatis fideicommiſſario nullum ius
competit, ſed dominium rei penes hæ-
redem manet, igitur illud pendēte con-
ditione in alium transferre poteſt: poſt-
quā verò † conditio extiterit , dominiū 6
ipſo iure retrò trāsfertur in ipſum fidei-
commiſſariū abſq; vlla reſtitutione rea-
li,vel verbali, eiq; cōpetit contra poſſi-
dentem rei vendicatio,nō obſtante vſu-
capione vel præſcriptione,d.l. peto. §. p̄-
dium,tex.not.in d.l.fi.§. ſin aūt ſub con-
ditione,cū cōcordātibus allegatis in glo.
ibid.in verbo,celebrata.Sed pendēte con
ditione, vt dictum eſt, nulla fideicōmiſ-
ſario actio competit,per iura allegata,&
text.in l.cedere diem.ff.de verb. ſignific.
& in l.ſi ſeruus furtiuus,in princip. ff. de
condict.furt.glo.ibid. in verb. condicti-
onem.Neguzant.in tract.de pigno.&hy
pot.in primo mēbro quintæ part.nu.24.
26.& 27. nam ex cōmuni Dd. opinione
creditor † propriè nō dicitur, qui ſub cō- 7
ditione creditor eſt , & debitor propriè
dicitur ille, à quo inuito debitum exigi
poſſit,tex.in l.debitor.ff.de verb. ſignifi.
& in l.fideiuſſor.§ fideiuſſor. ff. de fide-
iuſſ.tex.not.in l.Fulcinius, §. ſi in diē, ff.
quib. ex cauſ. in poſſeſſ. cat. vbi dicitur,
quid intereſt debitor quis non ſit,an nō-
dum conueniri poſſit? Bartol. in l.1.nu.
22.ff.ſi cert.per. Sed pendente conditio-
ne non poteſt quicquam ab inuito debi-
tore exigi,gloſſ. in d. l. debitor , in verb.
exigi.Ita intelligendus eſt tex.in l. credi-
tores.ff.de verb ſignifi.vbi dicitur,quòd
creditor accipiatur is, cui aliquid debe-
tur,ſiue purè,ſiue in diem , aut ſub cōdi-
tione : quia creditor cōditionalis credi-
tor quidem eſt,ſed non propriè. Bart. in
d.l.1. Eodem modo intelligi debet l. is
cui. ff. de act. & oblig. quòd is cui ſub † 8
conditione legatum eſt , pendēte con-
ditione non ſit creditor,ſcilicet propriè
& cū effectu,ſed tunc cùm extiterit con-
ditio,d.l.cedere diem.Bart.in d.l.1.num.
32.&

32.& nu.34. Et hæc ſine dubio procedunt
9 in malæfidei † emptore, qui ſcienter rem
reſtitutioni ſubiectam ab hærede emit.
Is enim re euicta precium tantùm con-
ſequitur, non autem id quod intereſt,
nec melioramenta, niſi neceſſaria fuiſ-
ſent, quibus nõ factis res perijſſet, text. in
l. domũ. in fi. C. de rei vendic. tex. in l. do-
mos hereditarias. ff. de leg. 2. vide omni-
nò ſuprà eod. Obſer. 121. in fine. Aliud in
bonæfidei emptore, qui etiã ad intereſſe
agit, per text. in d. l. fi. §. emptor autẽ. Iaſ.
ibid. nu. 3. Et ideo pro cautela tradũt Dd.
vt aduocatus vtriuſq; ſcientiã, putà hære-
10 dis & emptoris alleget: nam ſi † vterque
fideicõmiſſi grauamẽ ignorauerit, valet
alienatiò irreuocabiliter: ſed cõditione
exiſtente: vel adueniẽte die, legatario vel
fideicõmiſſario ſuccurritur contra alie-
nãtem ad æſtimationẽ vel preciũ rei alie-
natæ. Quod verum eſt, ſi talis hæredis ig-
norantia ex facto teſtatoris procedat, vt
ſi prohibuiſſet aperiri codicillos, in qui-
bus cõtinebatur fideicõmiſſum, per text.
ſingulariſſ. in l. fi. §. fin. ff. de leg. 2. Bald. in
d. Auth. res quæ, Iaſ. in d. §. ſed quia no-
ſtra, quẽ ad hoc omninò vide. quia non
caret ſcrupulo. & Alex. cõſ. 3. vol. 3. incip.
Viſo proceſſu cauſæ principalis. & in d.
l. Marcell. §. res quæ. Secùs ſi in teſtamen
11 to fideicõmiſſum relictũ eſſet, cuius † cõ-
tenta hæres extraneus ſcire præſumitur.
Bart. in l. eius qui in prouincia. nu. 29. ff.
ſi cert. pet. per illum tex. & in l. qui Romę
§. duo fratres. num. 13. ff de verbor. oblig.
Alexand. in d. §. res quæ. Aliud eſt in ſuis
& neceſſarijs hæredibus, qui contenta te-
ſtamenti ignorare præſumuntur, niſi ſci
entia probetur, Bart. in d. l. eius qui in ꝓ-
uincia, & in d. l. qui Romæ, §. duo fra-
tres, vtrobique rationem diuerſitatis tra
dit. Quintò limitatur principalis regula,
12 vt non procedat in † alienatione rei ſte-
rilis, & quæ ſeruando ſeruari non poteſt,
quo caſu huiuſmodi res rectè vendun-
tur: adeò, vt ſi non vendat eam hæres,
culpam committat, & precium, ſi ad
hæredis vtilitatem & vſum conuertatur,
loco rei ſuccedit, & hæredi in quartam
imputatur, gloſſ. in d. l. Marcellus, §. res
quæ. Iaſ. ibid. nu. 6. per text. notab. in l.
mulier. §. ſed enim. ff. ad S.C. Trebell. fa-
cit text. in l. Diuus. ff. de petit. hæred. Se-
13 xtò limitatur in † ſubſtitutione pupilla-
ri, quãdo res ſubiecta eſt reſtitutioni, vi-
gore pupillaris ſubſtitutionis, quia illa
non impedit, quò minus pupillus tuto-
ris authoritate & iudicis decreto, rem ꝓ-
priam irreuocabiliter alienare poſſit, cũ
ſubſtitutio pupillaris ſit teſtamentum i-
pſius pupilli, tex. in § 1. Inſtitu. de pupill.
ſubſtit. & in l. Papinianus. §. ſed nec im-
puberis. ff. de inoffic. teſtam. tex. in l. pa-
tris & filij, in princip. ff. de vulga. & pu-
pill. Ergo adueniente conditione, ſubſti
tutus pupillaris rem alienatam nõ reuo-
car, ſed facta alienatio ſubſiſtit, quia † te- 14
ſtamentum non impedit, nec prohibet
rerum alienationem, text. in l. cùm hic
ſtatus. §. ait oratio. ff. de donar. int. vir. &
vxor. poteſt enim quilibet poſt conditũ
teſtamẽtum, res ſuas alienare, vel alium
hæredem inſtituere: cùm voluntas vlti-
ma ſit ambulatoria vſq; ad vltimum vi-
tæ ſpiritũ, tex. in l. 1. C. de ſacroſ. eccle. &
in d. l. cũ hic ſtatus. §. ait oratio, cũ ſimili-
bus. Ita tenent Ang Alex. & Imol. in d. l.
Marcellus. §. res quæ. Iaſ. ibid. nu. 5. & in
d. l. fin. §. ſed quia noſtra. nu. 2. & in d. Au
then. res quæ, nu. 2. per tex. in l. 1. §. ſed &
ſi. ff. de tute. & ratio. diſtrah. ibi, ſubſtitu-
tũ eius quætẽtes. Bart. in repet. l. ſi arroga
tor, nu. 5. ff. de adoptio. facit text. in l. ſi à
ſubſtituto. ff. de leg. 1. Et ſic obſeruandũ,
quòd regula prohibitiua procedat tantũ
in ſubſtitutione fideicommiſſaria, vel
vulgari, & nõ in pupillari, per rationem
prædictã. Accedat alia ratio, quòd † vul- 15
garis, vel fideicõmiſſaria ſubſtitutio, di-
catur verè onus, & grauamen hæredis, d.
l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulg. & pu-
pil. ſed ſubſtitutio pupillaris dicitur me-
rus fauor, & prouiſio filij, d. §. 1. Inſtit. de
pupill. ſubſt. cum concordantibus: ergo
per huiuſmodi ſubſtitutionem pupillus
non debet impediri alienare res propri-
as, ne id, quòd in fauorẽ introductũ eſt,
in eius odium & præiudicium vertatur,
& ex fauore grauamen inferatur. contra
regulam, c. quod ob gratiam, de reg. iur.
in 6. text. in l. nulla iuris ratio, ff. de le-
gib. & in l. quod fauore, C. eod. Iaſ. in d.
Authen. res quæ. Dd. vbi ſuprà. Septimò
fallit in † cõtractibus, quia res ſubiectę re- 16
ſtitutioni ſub conditione, vel in diẽ in-
certum, ex conuentione per viam con-
tractus alienari poſſunt, & dominium
in accipientem transfertur, & obligatio

ad

ad intereſſe tantùm committitur, vel ad pœnam, ſi adiecta ſit, Guido deciſ. 569. Iaſ. in d. Authen. res quæ, num. 2. in quarta limitatione. & in d. l. fin. §. ſed quia noſtra, num. 4. gloſſ. notab. in l. ea lege, in verb. alienat. C. de condict. ob cauſam, per illum text. Dd. ibid. text. notab. in l. ſi ita quis promiſerit. §. ea lege. ff. de verbo. oblig. gloſſ. ibid. in verb. Intereſt, text. in l. nemo paciſcendo, ff. de pact. gloſſ. vnica ibid. tex. in l. fin. C. de reb. alien. non alienand. gloſſ. ibid. in verbo, ſancimus. Natta conſi. 474. volu. 2. incip. de anno, vnde patet potẽtiorem eſſe prohibitionem vltimarũ voluntatum, quàm contractuum. Tiraq. in tract. de rettact. conuen. §. 1. gl. 7. nu. 10. cum ſeq. d. l. filiusfa. §. Diui, Dd. in d. l. qui Romę. §. cohæredes, ff. de verb. oblig. Octauò fallit, quandò
17 fit † alienatio rei fideicommiſſo ſubiectæ ex cauſa dotis, vel donationis propter nuprias: idq́ue procedit non ſolùm quóad matrimonium ſeculare, ſed etiã ſpirituale, per text. in d. Authen. res quæ, C. commu. deleg. vbi Iaſ. nu. 32. cum ſeq. hanc limitationem ampliat 17. & limitat 15. modis. dic vt ibi per eum, vbi communiter Dd. gloſ. in d. l. Marcellus. §. res quæ. Iaſ. ibid. nu. 2. Plures regulæ principalis limitationes vide per Bartol. Iaſ. & alios in d. Authẽ. res quæ, & alijs in locis
18 ſuprà citatis. An autem † hęres grauatus fideicommiſſo conditionali, ſi ſine liberis deceſſerit, ſtatim legata purè relicta, ſolida & integra, ſine deductione Falcidiæ præſtare teneatur, & exiſtente conditione, de ſolo fideicommiſſo vniuerſali detrahere debeat quartam Trebellianicam, vide Barto. in d. l. Marcellus. §. item Pomponius ff. ad S.C. Trebell. vbi cõcludit, ſolida legata ſtatim præſtanda, ſi vires hæreditatis patiãtur, quoniam ea videtur fuiſſe mẽs teſtatoris, poſtquàm legata purè reliquit, per text. in l. penul. §. 1. ff. ad l. Falcid. ſed contra Bart. multi concludũt, quòd hæres tam de legatis, quàm fideicõmiſſo vniuerſali detrahat quartam, prǿut refert Iaſ. in d. §. itẽ Pomponius, numer. 2. cum ſeq. per illum text. vbi vide, quia eſt quæſtio precioſa &
19 quotidiana. Et obſerua hîc obiter ſi † teſtator vltra vires patrimonij ſui relinquit, quòd ſit facienda reductio ad vires patrimonij, text. in l. in quantitate. §. fi. ff. ad l. Falcid. & in d. l. Marcellus. Iaſ. ibid. nume. 4.

OBSERVATIO CXXXVIII.

Trebellianica, inuentario non confecto, an amittatur.

SVMMARIA.

1. *Falcidiam amittit non conficiens inuentarium.*
2. *Legem contemnens non eſt dignus beneficio legis.*
3. *Quæſtio egens deciſione principis.*
4. *Trebellianicam an amittat non conficiens inuentarium.*
5. *Appellatione Falcidia venit Trebellianica.*
6. *Inuentarium eſt caput rationum.*
7. *Legum correctio euitanda.*
8. *Intellectus l. non poſſunt. ff. de legibus.*
9. *In pœnalibus benigniorem partem ſequi debemus.*
10. *Stare debet quod non reperitur prohibitum.*
11. *Falcidiæ appellatiõe Trebellianica venit impropriè.*
12. *Verba propriè accipienda in correctorijs.*
13. *Legata an fideicommiſſis comparentur.*
14. *An teſtator poſſit prohibere detractionem Trebellianicæ.*
15. *Legitima iure naturæ debita nõ perditur omiſſione confectionis inuentarij.*
16. *Trebellianica non poteſt prohiberi quóad liberos primi gradus.*
17. *Falcidia prohiberi poteſt.*

NOn conficiens † inuentariũ abſque omni dubio Falcidiæ beneficium amittit, quia hoc expreſſa lege cautum eſt, propter præſumptam videlicet fraudem & malitiam, quaſi hęres omiſſo inuentario, tantum ſubtraxerit quantum valeat Falcidia, per text. in §. ſi verò non fecerit. Authen. de hæred. & Falcid. text. in Authen. ſed cùm teſtator. C. ad l. Falcid. vbi communiter Dd. text. in l. fin. §. etſi præfatum. & §. ſin verò poſtquàm. vbi gloſſ. in verb. cenſuerunt. C. de iure delib. Lex vult, quòd volens vti beneficio legis Falcidiæ conficiat inuentarium: ſi igitur hæres legem † 2 ſpernit, facit ſe indignum beneficio legis, text. in l. auxilium. §. fin. in fin. ff. de minor. gloſſ. in d. §. ſin verò poſtquàm, text. in c. bonæ memoriæ, el. 1. de elect. vbique dicitur, quòd fruſtra legis auxilium inuocet, qui in legem committit. Sed an idem obtineat in Trebellianica, quòd hæres non conficiens inuentarium amittat commodum Trebellianicæ, admodũ apud iuris Interpretes con-

trouertitur.Caſſod. deciſ.3. ſub tit. de te-
3 ſtam.num.8.in fin.dicit, † quæſtionem
iſtam indigere deciſione Principis, Iaſ.
in l.Marcellus,num.57.& nu.68. dicit eſ-
ſe ancipitem & varium paſſum. ff. ad S.
C.Trebell.vbi communiter Dd.Partem
4 affirmatiuam quòd † perdatur Trebelli-
anica, inuentario non confecto, tenent
Cyn.Bald.& Salicet.in d.Auth. ſed cùm
teſtator.Deci.conſil.480.nu. 16. incip. in
caſu qui contingit, vbi magis commu-
nem dicit.Idem conſil.236.num.5. incip.
Non parua difficultas,vbi dicit, Dd tam
variè in hac quæſtione loqui, vt perſcru-
tari non poſſit, quæ ſit verior & magis
communis opinio. Hanc partem ſequi-
tur quoque Oldr. conſil.134. per totum.
Couar.in titu.de teſtamen.c.Raynutius.
§.11.nu.10.Molinæ.ad Alex.conſ.67.nu.
2.vol.4.incip. viſis & ponderatis, vbi ad
hoc multorum authoritates recenſet,&
eam opinionem crebriorem magiſque
fundatam dicit. & Ange.in § extraneis,
nu.4. Inſtit.de hæred.qual.& differen.di-
cit ſecundùm eam iudicatum fuiſſe Fer-
rariæ. Plures alij hãc partem ſequuntur,
quos refert apoſtilla ad Alex.in d.l.Mar-
cellus & Caſſod. deciſ.3. Rationes verò
5 potiſſimũ ſunt. Primò, quòd † appellatio-
ne Falcidiæ veniat etiam Trebellianica,
tex.in l.pater filiã.ff.ad l. falcid. gloſſ. in
Authen.vnde erſi parens,in verbo Falci-
diæ,C.de inofficioſ.teſtam. Alex. in d.l.
Marcellus,nu.8. Secũdò, quòd hæres ob-
ligatus ſit vniuerſali fideicõmiſſario red-
dere rationes,tex.in l.cũ tale.§.1.ff.de cõ-
ditio.& demonſtr.glo.ſing.ibid in verb.
nõ interponenda,text. in l. mulier.§.ſed
enim.ff.ad Trebellia.Bal.in l.filiũ quem,
nu.43.ff.fam.herciſ.vbi dicit,quòd hęres
teneatur reddere rationem adminiſtra-
tionis fideicommiſſario vniuerſali, de
rebus neglectis,per tex. elegantẽ, in d.§.
ſed enim,niſi teſtator remiſerit rationes
tex.in d.l.cùm tale.§.1. glo. ibid. Bald. in
d.l.filium quem: At rationes inuẽtario
legitimè nõ confecto, commodè reddi
6 nequeunt, cùm † inuentarium ſit exor-
diũ & caput rationũ,tex.in l.1. §. officio.
ff.de tute.& ration.diſtrah.Caſtren.in d.
l.cũ tale.§.1.nu.2.in fi. Tertiò, ꝙ legata fi-
deicommiſſis exæquata ſint,tex.in l.1. ff.
de leg.1.& in l.2.§.1.C.communia de leg.
Partẽ negatiuam tenent Bart.in d.Auth.
ſed cùm teſtator,nu.12. idem in d.l. Mar-
cellus, nu.8. vbi magis communẽ dicit.
Iaſ.ibid.nu.68.& Alexan.ad longum,nu.
10.vbi ſimiliter magis cõmunem dicũt.
Idem Alexan.in d.conſi 67.nu.2. & cõſi.
29.vol.5.incip.Perſpectis conſideratiſq;.
Ang.in l.1.§.hæc ſtipulatio,num. 17. ff.ſi
cui plus quàm per l. Falcid. Imol. ibid.
nu.12.vbi communem dicit. Rofred. de
libell.ad titu.de S.C. Trebelliano. Ioan.
And.in addition.ad Specul.§.fin.nume.
13.ad verb.fecerit,titu.de inſtru. edition.
Ananias conſil.61.nu.2.& num.6.Ang.
in §.ſi verò expreſſim,num. 43. Authen.
de hæred.& Falcid. Bald. conſil. 101. in
princip.volu. 4.Caſſod.d. deciſ.3. vbi in
vtranq; partem ad longum diſputat, &
dicit cõcluſum pro hac parte negatiua.
Huius opiniõis præcipua ratio eſt, ꝙ de
iure hæredi grauato Trebellianica con-
ceſſa ſit,quæ non reperitur expreſsè pro-
hibita propter omiſſionẽ inuẽtarij, prout
in Falcidia expreſsè deciſum eſt, iuri-
bus ſuprà allegatis: ideo nõ debet induci
legum correctio in caſu nõ expreſſo, cũ
illa nũquã præſumatur facta niſi expreſ-
sè appareat,tex.in l.præcipimus.§. fin.C.
de appellat.&in l.ſancimus.C.de teſtam.
Maran.part.6.titu.de inquiſit. nume.84.
adeò, vt ne ex idẽtitate quidem rationis
† legum correctio vel extenſio admit- 7
tenda ſit,prout pulchrè docet Bartol. in
Authẽ.quas actiones, nu.10.C. de ſacroſ.
eccleſ.vbi † interpretatur l.non poſſunt, 8
ff.de legib.ꝙ illa in correctorijs non ha-
beat locum, vt ibi ſingulariter per eum.
Idem in d.l.præcipimus.§.fin.nu. 2.& in
l.inter accuſatorem,nu.5.ff. de publ. iud.
gloſſ.in Clem.2.in verb.ijſdem, de ætate
& qualitat.Alex. Ang.& cõmuniter Dd.
in locis ſupr. allegatis. Quibus accedat,
ꝙ in † pœnalibus ſemper benigniorem 9
partẽ ſequi,& odia nõ ampliare, ſed po-
tius reſtringere debeamus,tex.in c.odia.
de reg.iur.in 6.&in l.factũ cuiq;.§.fi.ff.eo.
tex.in l.pen.ff.de pœnis. Et ab hac parte
tãquã æquitati & iuri magis cõſentanea,
iudex in iudicando recedere non debet.
Cur enim † ſtare ꝓhibetur,quod nõ repe- 10
ritur expreſsè prohibitũ,tex. in d.l.ſanci-
mus,&in d.l.præcipimus.§.fi. Nõ obſtãt
argumenta ſuprà in contrariũ pro parte
affirmatiua adducta, quia longius petita
ſunt: & primò nõ obſtat, quòd ſub † ge- 11
nerali

nerali nomine Falcidiæ veniat etiam Trebellianica, quia impropriè & largè ſumpto vocabulo venit, non autem pro
12 priè. Sed † verba, præſertim in correcto. rijs, propriè accipienda ſunt, tex. in l. 3. §. hæc verba, ff. de negot. geſt. et in l. non aliter, ff. de verb. oblig. tex. in l. 1. ff. ſi ager vectig. Ang. in d. l. 1. §. hæc ſtipulatio. Secundò non obſtat redditio rationum, quia non ſequitur, hæres tenetur fidei cõ miſſario vniuerſali reddere rationes: ergo etiam Inuentarium conficere, quia hæc ſeparata ſunt, ex quibus nihil infertur, per vulgaria. Sic nec tertia ratio ob.
13 ſtat, quòd † legata exæquata ſint fideicõ. miſſis, quia legata particularia de quibus Falcidia detrahitur, nõ ſunt æquiparata fideicommiſſo vniuerſali, vel ècontra, vt plenè notant Dd. in d. l. 1. ff. de leg. 1. & in d. l. 2. C. communia de legat. Alexã. in d. l. Marcellus. nume. 11. in fin. Iaſ. ibid. §. idem Pomponius. nu. 5. Et hanc partem negatiuam Camera quoque ſequitur.
14 Quòd † verò ad legitimam iure naturæ debitam attinet, dubium non eſt, ſecundùm communem opinionẽ, illã omiſſione inuentarij non amitti, niſi de fraude & bonorum interceptione manifeſtè probetur, quia illa tanquàm æs alienum debetur, tex. in Auth. nouiſſima C. de inoffi. teſta. & in §. prohibemus, Authẽ. de trien. & ſemiſſe. & nõ eſt quota hæreditaris, ſed bonorum, tex. in l. Papinianus, §. quarta, ff. de inoff. teſtam. ita tenet, glo: ſingu. in Auth hoc amplius, in verbo, naturale. C. de fideicom. Alex. conſi. 67. nu. 1. vol. 4. incip. viſis & ponderatis, vbi tenet ita indubitàter iudicandũ. Guid. deciſ. 53. nu. 1. incip. obſeruatur, vbi commu
15 nem dicit. Sed an † teſtator detractionẽ Trebellianicæ expreſsè prohibere poſſit; Dd. variãt: Communis opinio, à qua in iudicando non recedendũ, eſt, valere ꝓhibitionem, Dd. in d. l. Marcellus, gloſſ. in §. ſin verò expreſſim, in verbo, ſubſtitutis, Authen. de hæred. & Falcid. Iulius Clarus in §. teſtamentum, quæſt. 62. nu. 1. vbi communem dicit, per multa allegata. Alex. conſil. 67. nu. 1. vol. 1. incip. conſideratis his. & conſi. 29. nnm. 2. vol. 5. incip. perſpectis conſideratisq́;. Rom. ſing. 195. incip. eſt dnbium, vbi bona apoſtilla varias opiniones referens. Ang. in §. ſed quia ſtipulationes. Inſtit. de fideicom. miſſ. hæred. Iaſ. in vtranque partem in d. l. Marcellus. num. 40. & num. 45. vbique communem dicunt, per rationes ibid. aſſignatas. Fallit in † filijs primi gradus 16
grauatis de reſtituenda hæreditate alteri, nam quòad illos, pater teſtator nõ poteſt prohibere detractionem Trebellianicæ. Bald. Salic. Caſt. in l. iubemus. C. ad S. C. Trebell. per illum tex. Iaſ. in d. l. Marcellus. num. 53. Alex. conſi. 5. num. 16. vol. 3. incip. circa primum dubium. Rom. cõſil. 206. incip. licèt ex communi concluſione. Sali. in d. Auth. Sed cùm teſtator. C. ad l. Falc. Natta conſi. 528. num. 35. cum ſequ. volum. 3. incip. vltimo ſuo teſtamẽto, Iulius Clarus in §. teſtamentũ. quæſt. 63. num. 1. per multa allegata, quam fallentiam plurimi intelligunt tunc procedere, quandò filius vnam tantùm quartam detraheret: ſecùs ſi duæ quartæ forent deducendæ, iuxta notata ſuprà eod. Obſeru. 121. quia tunc exiſtimant valere prohibitionem patris ne filij vltra legitimam detrahant, atque ita intelligunt d. l. iubemns, Dd. in d. l. Lucius, §. maritus. ff. ad Trebell. per illum tex. Roma. d. ſingul. 195. Alex. d. conſi. 29. nnm. 2. & d. conſi. 67. num. 1. quod vernm puto, licèt aliter ſentiat Iulius Clarns d. quæſtio. 63. videlicet vtroque caſu non valere prohibitionem teſtatoris, per rationem ibidem allegatam. Quòd autem † Falcidia 17
per Teſtatorem prohiberi poſſit, nulla eſt dubitatio, per tex. in d. Auth. ſed cùm teſtator. Alex. d. conſil. 67. & d. conſi. 5. Et ſic obſeruãdum, quòd ex communi Dd. opinione idem quoque obtineat in Trebellianica, per rationes Dd. in locis ſup. allegatis.

OBSERVATIO CXXXIX.

Diuiſio hæreditatis an tollat fideicommiſſum.

SVMMARIA.

1 *Diuiſio inter grauatos facta an tollat fideicommiſſum.*
2 *Promiſſio de non contrauenendo diuiſioni, non extenditur ad fideicommiſſi ius.*
3 *Stipulatio refertur ad actum ſuper quo interponitur.*
4 *Erronea diuiſio probato errore non officit.*
5 *Ignorans nihil poteſt remittere.*
6 *Iudex non poteſt derogare iuri futuro.*

 7 *Fidei-*

7 *Fideicommiſſo grauati expreſſè renunciare poſſunt fideicommiſſo.*
8 *Cùm ſit fauorabilis.*
9 *Non viſo teſtamento ſimplex renunciatio non ſufficit.*
10 *Cautela vt valeat tranſactio ſuper rebus ex teſtamento dependentibus.*
11 *Qui liberam alienandi poteſtatem cōcedit, omnem conditionem excludit.*
12 *Quem de euictione tenet actio, &c.*
13 *Poteſtas alienandi quando conceſſa intelligatur.*
Tria concurrere debent vt fideicommiſſum diuiſione intercidat. ibid.
14 *Alienatione non facta, ius fideicommiſſi durat.*
15 *Hæres recipiēs rem ſciēter ſubiectam reſtitutioni, an re euicta ad precium agere poſſit.*
16 *Malefidei emptor an precium re euicta recuperet.*
17 *Diuiſio ad tempus per teſtatorem prohiberi poteſt.*

1 QVæſitum, an per † diuiſionem hæ-
reditatis inter plures hæredes, one-
re futuri fideicommiſſi grauatos factā,
tacitè fideicommiſſum remiſſum & ſub-
latū eſſe cēſeatur. Cōcluſum ex cōmuni
Dd. ſententia, ꝙ nō, per text. in l. cùm pa
ter. §. hæreditatem. 2. ff. de leg. 1. Bartol.
Ange. & Dd. ibid. text. in l. qui Romæ. §.
duo fratres. ff. de verb. oblig. vbi Bartol.
Alexand. Zaſ. & communiter Dd. Et ita
quoque concludunt Bald. conſil. 84. in-
cip. res prohibitæ. vol. 1. per totum. Idem
pulchrè conſil. 440. incip. factum propo
nitur. volum. 3. per totum. Deci. conſil.
86. num. 4. incip. viſo puncto. Idem con-
ſi. 495. nu. 17. incip. viſo eleganti, vtrobi-
que communem dicit, Rom. conſi. 404.
incip. pro deciſione. nu. 1. Raph. Cuma.
conſil. 108. incip. teſtator inſtituit. Alex.
conſil. 40. nu. 3. incip. ſuper primo. volu.
4. Molin. ibid. dicēs eam eſſe veritatem.
Idem Alex. conſi. 8. nu. 8. vol. 5. incip. vi-
ſo themate & conſi. 208. nu. 4. vol. 6. in-
cip. ponderatis narratis, vbi communē
dicit. Benedict. Capra prolixè conſil. 80.
per totum, incip. viſo dicto puncto. Ana
nias conſi. 29. num. 9. incip. viſa Impe-
riali. Raph. Fulgoſ. conſil. 41. nu. 4. incip.
caſus talis. Pariſ. eleganter conſil. 46. nu.
9. cum ſequ. vol. 2. incip. in præſenti con-
ſultatione. latiſſimè Socin. iun. conſ. 116.
nu. 32. cum ſequ. parte prima, incip. viſo
puncto, vbi omninò vide. Caſtr. in l. tres
fratres, nu. 6 ff. de pactis. Dd. in l. 1. C. eod.
tit. Franc. Marc. quæſt. 245. per totū, part.
1. vbi vnanimiter concludūt, ſolam diui-
ſionem non inducere fideicommiſſi re-
miſſionem. Amplia hanc communem
cōcluſionem. Primò, vt procedat, etiāſi
hæredes in diuiſione promiſiſſent, & ſe
obligâſſent, quòd contrauenire factæ di-
uiſioni nolint. Nam talis † promiſſio 2
vel obligatio, non poteſt ad ea, quæ ex
teſtamento dependent, & ſic ad ius ſub-
ſtitutionis, ſeu fideicommiſſi, ſed tātùm
ſpecificata & in diuiſione comprehen-
ſa, referri. d. l. tres fratres. l. ſi ex plurib. ff.
de ſolut. argumen. l. de certa. C. de tranſ.
act. l. fi. §. idem quæſiuit. ff. de condict. in-
debit. Quò pertinet, quòd † ſtipulatio ſu- 3
per actu aliquo interpoſita, intelligi de-
beat ſecundùm naturam illius actus, ſu-
per quo interponitur, l. ſi ſtipulatus, in
prin. ff. de vſur. l. ſi legati ſerui. ff. de leg. 1.
Bartol. & Alexā. in d. l. qui Romæ, §. duo
fratres, Dd. vbi ſupr. plures ad hoc addu-
centes rationes, & actus agentium non
operantur vltra eorum intentionem,
tex. in l. non omnis, ff. de reb. cred. ſi cert.
pet. quo fit, vt † erronea diuiſio, probato 4
errore, non officiat diuidenti, text. in l.
maioribus. C. commun. vtriuſque iu-
dic. text. notab. in l. ſi poſt diuiſionem,
C. de iur. & fact. ignor. l. cùm putarem,
in fin. ff. famil. erciſcund. text. in d. l. tres
fratres, præſumitur autem error, ſi po-
ſteà appareat rem aliter ſe habere, Bald.
in d. l. ſi poſt diuiſionem. Secundò am-
plia hanc communem concluſionem,
vt procedat ſiue ſciuerint hæredes, ſiue
ignorauerint fideicommiſſum recipro-
cum in teſtamēto factū: quemadmodū
enim ignorantia non præiudicat, cùm † 5
ignorans nihil remittere poſſit, tex. in l.
mater decedēs. ff. de inoffi. teſta. & in l. in
repudianda. ff. de acq. hær. Natta conſil.
501. nu. 58. incip. in cauſa & lite, vol. 3. Dd.
in d. §. duo fratres, & d. §. hæreditatē, ita
ſola ſciētia fideicōmiſſi non ſufficit, per
ea quæ infrà in prima limitatione dicen-
tur. Tertiò amplia, vt non ſolùm proce-
dat in diuiſione voluntaria, quam inſti-
tuti hæredes ex conuentione faciunt, ſed
etiam in diuiſione facta per iudicē, vel
arbitrum. Ratio, quia † iudex non poteſt 6
derogare iuri futuro, & actus qui ex cau-
ſa de præterito tantū vim capiūt, nō in-
cludūt actus futuros, tex. in l. qui cū tuto-
ribus, ff. de tranſact. Bal. d. conſi. 440. Dd.
vbi ſup. Limita hanc communem con-
cluſio.

7 cluſionem, vt non procedat, ſi expreſsè † fideicommiſſo renũciatum ſit, caſu, quo hæredes tempore diuiſionis ſcientiam fideicommiſſi habuerunt, viſis nimirùm & inſpectis tabulis teſtamenti: nam tunc expreſsè fideicommiſſo conditionali renunciari poſſe certi iuris eſt, Sie mögen ſich auff den widderfhall außtrucklich verzeihen/vnd ſich deſſelbigen begebē/ per tex. in l. 1. & in l. cùm proponas. C. de
8 pact. Dd. ibid. concludentes, talem † renunciationem & remiſſionem fideicommiſſi fauorabilem eſſe, eò quòd votum captandæ mortis auferat, & inter fratres concordiam alat, atque æqualitatem ſeruet. Iaſ. in d. l. 1. num. 2. C. de pact. tex. nota. in l. fideicommiſſo. C. de tranſact. vbi dicitur, fideicõmiſſum reciproco cum pacto remitti poſſe, Iaſ. ibid. num. 1. Bar. & alij ſimiliter, dicentes, laudabilem eſſe conuentionem, qua concordia fratrum retinetur, & votum captãdæ mortis tollitur, Alex. d. §. duo fratres. nu. 28. & nu. 30. Pariſ. d. conſ. 46. nu. 22. & alij in lo
9 cis citatis. Sed non † viſis tabulis teſtamẽti, ſimplex renũciatio, etiamſi fideicommiſſo expreſsè renunciaretur, non ſufficeret: quia tranſactio nõ valet ſuper his, quæ pendent ex teſtamento, niſi expreſsè teſtamenti mentio fiat, per tex. in l. de his, ff. de tranſact. tex. in l. non eſt ferẽdus, ff. eod. tit. & in l. 1. ff. quemad. teſta.
10 aper. Et ideò † cautela eſt, ad hoc vt valeat trãſactio, ſuper dependẽtibus ex teſtamento, quòd ſemper fiat mentio de ipſo teſtamento, & quòd apponantur illa verba, Inſpectis, cognitisq; verbis teſtamenti. Hanc cautelam tradunt Dd. poſt Bart. in d. l. de his. Idem Bar. in l. ſub prætextu, prima. nu. 2. C. de tranſact. Pariſ. d. conſi. 46. numer. 11. alias non viſo, nec inſpecto teſtamento, promiſſio de non contraueniendo, & renunciatio fideicommiſſi nihil momenti habebit, Dd. in d. §. duo fratres, Bald. d. conſil. 440. Quò pertinet, quòd valeat alienatio rei ſubiectę reſtitutioni, ſi cohęredes alienationi conſentiant, quibus reſtitutio fieri debebat, text. in l. quoties. la. 1. C. de fideicõmiſſ. & in l. ab omnibus, ff. de leg. 1. Iaſ. in Authen. res quæ, nume. 2. in 9. limitat. C. communia de legat. Secundò limita hãc communem concluſionem, vt nõ procedat, ſi in diuiſione cuilibet libera alienandi poteſtas quandocunque in futurum data, & ſic iuribus futuris renunciatum ſit: nam tunc ſi res fideicommiſſo ſubiecta alienata ſit, emptor eueniente conditione à fideicõmiſſario moleſtari non poſſet, quia qui † liberam alienandi 11
poteſtatem concedit, omnem conditionem excludit, tex. in c. extirpãdæ. §. final. de præbend. Socin. conſil. 43. num. 10. volum. 4. incip. viſo teſtamento. Et tali caſu alienatio fieri poſſet, non ſolùm inter viuos, ſed etiam in teſtamento. Bartol. in d. §. duo fratres. Alexan. ibid. num. 58. Pariſ. d. conſil. 46. nu. 28. Soc. ſen. d. conſil. 43, nu. 1. & 8. Curt. ſen. conſil. 63. nu. 19. incip. antiquiſſima, Natta conſi. 330. nu. 2. volum. 3. incip. conſultus aliàs. Et obtinebit regula, † quem de euictione tenet 12
actio, eundem agẽtem repellit exceptio, tex in l. vendicantem. ff. de euictio. Bart. ibid. in princip. tex. in l. venditrici, C. de reb. alien. non alien. & in l. cùm à matre, C. de rei vendicat. Curt. d. conſil. 63. vbi dicit hoc nullam recipere dubitationẽ, per text. in c. 1. de feud. non hab. propt. feudi natur. Bald. ſingul. ibi. Pariſ. d. cõſ. 46. volum. 2. qui hoc latiùs proſequitur. num. 23. cum ſequen. Socin. d. conſil. 43. Dd. in d. §. duo fratres. Cenſetur quoque data † poteſtas alienandi, ſi expreſsè in 13
diuiſione dictum ſit, quòd quilibet de ſua parte pro arbitrio diſponere, & quicquid velit facere poſſit, promiſſumque de euictione & defenſione, vnde ſi de tali clauſula in inſtrumento diuiſionis conſtat, fideicommiſſum remiſſum & ſublatum eſſe intelligitur, per regulam in d. l. vendicantem. & d. l. cùm à matre. Dd. in locis citatis. Et ſic obſeruandum, tria concurrere debere ad hoc, vt diuiſione fideicommiſſum intercidat, Primo ſcientiam fideicommiſſi, Secundo reciprocationem fideicommiſſi, Tertiò futurorum iurium renuntiationem, Cæphal. conſil. 253. num. 10. & per totum, vol. 2. incip. Magnifici. Illud tamen memoria tenendum, quòd conceſſa † pote- 14
ſtate alienandi in diuiſione, ſi nulla ſequatur alienatio, ſed res fideicommiſſo ſubiecta permãſerit penes grauatum, ius fideicõmiſſi adhuc ſaluũ ſit, tex. in l. ſicut §. ſuperuacaneum. & §. pen. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſolui. Bar. in d. §. duo fratres. Soc. d. conſi. 43. num. 1. Pariſ. d. conſi. 46. num.

46.num.23.Plures ampliationes & limi-
tationes hujus Obſeruationis vide apud
Port.lib.2 concluſ.39. vbi duodecim li-
mitationes ponit.& Socin.iun.d.conſil.
316.per totum.Cæphal.conſil.296.num.
22.volum.2.incip.primo quæritur. Præ-
tereà obiter obſeruandum,quòd cohære
des facta diuiſione non teneantur de e-
15 uictione, ſi † vnus eorum in portione
ſua hæreditatia, rem reſtitutioni & fi-
deicommiſſo ſubiectam ſciens prudenſ-
que acceperit:quo caſu re euicta non po-
terit agere ad precium, quia tali caſu di
uiſio ita cenſetur eſſe facta,vt quilibet pe
riculum ſuæ partis in ſe recipiat:aliâs re-
gulariter cohæredes de euictione obli-
gantur.tex.in l.ſi familiæ. C. fam. herci-
ſcun.Bart.in d.l. qui Romæ. §. duo fra-
tres,in nona quæſt.Iaſ.in l.fin §. emptor
autem.nume.2.C.commu. de leg. Secùs
16 tamen eſt in † emptore malæfidei, qui
rem reſtitutioni ſubiectam ſcienter e-
mit, quia re euicta preciũ recuperat, eti-
amſi illud non ſit ſtipulatus,ſed non du-
plum,neque intereſſe,per tex.in d §. em-
ptor autem. Regulariter tamen malæfi-
dei emptor,ſi nõ ſit ſtipulatus precium,
re euicta nihil cõſequitur,text.in l. ſi fun
dum. C.de euictio. text. in l. ſi fratres.C.
commu.vtriuſq; iud.Iaſ.in d. §. emptor.
17 Teſtatorẽ † autẽ poſſe prohibere diuiſio-
nem ad tempus,ſed non in perpetuum,
cõmunis eſt opinio,Iulius Clar. in §. te-
ſtamentum,quæſt.67. per totam. Hiero.
Grat.conſi.65.nu.24. vol.2. Crot.in rep.
l.nemo poteſt,nu.88.ff.de leg.1.Et obſer-
ua memorabilem caſum tacitæ renũcia-
tionis fideicommiſſi,quem tradit Papi-
nianus in l.Procula.ff.de probat.

OBSERVATIO CXL.

De legitimatis per reſcriptum Principis, an ſub ſtatuto excludente fœminas comprehendantur.

SVMMARIA.

1 *Statutũ excludens, fœminas, extantibus maſculis, an habeat locum in legitimatis.*
2 *Legitimati per omnia æquiparantur legitimis & naturalibus.*
3 *Legitimationis effectus.*
4 *Legitimato debetur legitima.*
5 *Præteritus rumpit teſtamentum.*
6 *Legitimatus per reſcriptum non excludit fœminas.*
7 *Legitimatus quandò legitimus comparetur.*
8 *Legitimatus per reſcriptum non ſuccedit in feudis.*
9 *Aut emphyteuſi eccleſiaſtica.*
Feuda ſecundum locorum cõſuetudines regulãtur.
10 *Non habet beneficium l. ſi vnquam. C. de reuocan. donat.*
11 *In exorbitantibus non fit extenſio.*
12 *Statuta quam interpretationem recipiant.*
13 *Statutum excludens fœminas eſt inſtar exhæredationis.*
14 *Verba ſtatuti in proprio ſignificatu accipienda.*
15 *Et ſecundum communem loquendi vſum.*
16 *In caſu vero & non ficto.*
17 *Factum ciuile non æquiparatur facto naturali.*
18 *Mors ciuilis non æquiparatur morti naturali.*
19 *Legitimati æquiparantur Alchimiæ, & quãdò propriè legitimi dicantur.*
20 *Princeps poteſt, ſi vult, legitimare filium naturalẽ in præiudicium agnatorum.*
21 *Reſcripti verba ad ius commune reducenda, & impropriè potius, quàm in præiudicium tertij accipienda.*

GRauiter diſputant Dd. vtrùm
† ſtatuta excludentia fœminas 1
extantibus maſculis,locum ha-
beant etiam in legitimatis per reſcriptũ
Principis?quam quæſtionem ſparſim va
rijs in locis tractant: communiter verò
in l.ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap.
vbi latè in vtranque partem Iaſ. nu. 277.
cũ ſeq.Albertus Bru.in tract.ſtatu. quæſt.
12.per totam.Pro parte affirmatiua mul-
ta poſſunt argumenta adduci. Inprimis
quòd † legitimatus æquiparetur per om- 2
nia legitimo,quóad ſuitatem, ſucceſſio-
nem legitimam, querelam inofficioſi
teſtamenti, inſtitutionem, & alia iuris
remedia atque beneficia : eò quòd † legi- 3
timatio amoueat omnem maculam ge-
nituræ,& ponat legitimatos loco legiti-
morum ab ipſa origine, reducatque eos
ad primæuum ſtatum naturæ,ſiue ad ius
naturale, quo omnes liberi & legitimi
naſcebantur. Ita pulchrè tradit Anchar.
conſi.290.in princ.Curt.ſenior conſi. 13.
num.1.Dd.in c. innotuit,de elect. & in c.
tanta.qui filij ſint legitimi.& ibid.Anth.
de Butr.num.3.per text.expreſſum in Au-
then.quib.mod.natur.effic leg.§. ſi quis
verò,verſic.liceat.& in §. ſit igitur licen-
tia.Similiter in Authen.quibus mod.na
tur.effic.ſui.§. & quoniam. & §. palam,
tex.in l.ſed ſi hac, ſed ſi ius, ff. de in ius
vocan.ibi, nam Princeps ingenuum fa-
cit,tex.in l.2.&in l.quæris,& in l.fi.§.fi.ff.
de

de natalib. reſtit. Alex. in l. generaliter. §.
cùm autem, num. 2. C. de inſtitu. & ſub.
ſtitu. Idem conſi. 2. num. 10. volum. 1. vbi
dicitur, quòd legitimatus dicatur verè le-
gitimus, & non per fictionem. Bartol. in
d. l. ſi is qui pro emptore. nume. 29. Idem
tenet Iaſ. in l. cùm acutiſſimi. num. 6. in
fin. C. de fideicommiſſ. & in d. §. cùm au-
4 tem. num. 7. Quòd † autem ſimul ſucce-
dat cum legitimis & naturalibus, item
5 quòd ei debeatur legitima; & † præteri-
tus rumpat teſtamentum patris, exhære-
datus querelam inofficioſi teſtāmenti
habeat, pulchrè deducit Curtius ſenior
conſil. 35. num. 1. & 11. Deci. conſil. 343. nu.
2. circa finem, incip. in cauſa partus, &
conſil. 289. nume. 1. incip. quæritur in ef-
fectu, & conſil. 276. num. 7. incip. in cau-
ſa quæ Lucæ. Bal. in l. ſi te parens. nu. 1. C.
de ſuis & legit. per illum text. Iulius Cla-
rus in §. teſtamentum, quæſt. 83. per to-
tam, vbi communem dicit. Præterea ra-
tio ſtatuti excludentis fœminas, militat
etiam in legitimato, conſeruatio ſcili-
cet agnationis, vt latiùs deducit Roma.
in d. l. ſi is qui pro emptore, nu. 18. Si igi-
tur legitimatus per omnia comparatur
legitimo, & ſtatuta recipiant interpreta-
tionem paſſiuam à iure communi, text.
in l. 1. ff. ad l. Falcid. Dd. in l. 2. C. de nox.
actio. conſentaneum erit legitimatos ex-
cludere fœminas. Et hanc partem affir-
matiuā expreſſò tenet Bald. in l. eam quā.
C. de fideicommiſſ. nu. 26. & in d. l. cùm
acutiſſimi. nu. 7. dicens, legitimationem
eſſe verum ſtatum legitimorum, licèt nō
ſit verum principium, eandem ſenten-
tiam ſequitur Caſtrenſ. in l. ſed ſi hac le-
ge. §. patronum. num. 7. in fin. ff. de in ius
vocan. Idem conſil. 27. nu. 2. & conſ. 102.
num. 3. in fin. vol. 2. Alex. d. conſi. 2. num.
10. Iaſ. in d. l. cùm acutiſſimi. nu. 6. & plu-
res alij, quos refert Molin. in conſuetud.
Pariſ. §. 8. gloſſ. 1. nu. 45. & Albertus Brun.
d. quæſt. 12. Sed omiſſis ambagibus, pars
negatiua verior & communior eſt, quòd
6 ſcilicet † legitimatus per reſcriptū Prin-
cipis, vel Comitem Palatinum, aut ali-
um modum ciuilem, non habeat bene-
ficium ſtatuti excludētis fœminas, vel fi-
lias, quam etiam Camera ſequitur, & ip-
ſemet Iaſon in d. l. ſi is qui pro emptore,
num. 186. magis communem dicit. Ean-
dem partem multis confirmat & appro-
bat rationibus Rom. in d. l. ſi is qui pro
emptore. nu. 18. cum ſeq. Curt. ſen. conſi.
16. nu. 4. idem conſ. 17. nu. 2. & d. conſi. 13.
nu. 1. latiſſimè Antho. de Butr. in c. vene-
rabilem. qui filij ſint legitimi. & Molin.
vbi ſupr. nume. 46. cum ſequentib. plures
allegans. Idē in apoſtilla ad Alex. d. conſ.
2. dicens, partem affirmatiuā eſſe falſam,
negatiuam autem veram & communē,
& quòd tali caſu legitimatus ſuccedat cū
filia æqualiter, ſecundùm terminos iuris
communis, nec poſſit legitimatus con-
tra legitimos pinguiori iuris aut conſue-
tudinis prærogatiua vti. Sequitur hanc
partem quoque Dec. conſi. 52. num. 3. vbi
magis communem dicit. idem conſ. 145.
nu. 4. & conſi. 276. nu. 8. vbi communem
dicit: item Tiraq. in l. ſi vnquàm. C. de re-
uocan. donat. in verb. ſuſceperit liberos,
nu. 98. vbi dicit, eos qui hāc partē ſequun-
tur, nō ſolùm numero: ſed etiam ratio-
ne vincere, & ibid. allegat ſuo more infi-
nitas authoritates. Breuiter, hæc pars ne-
gatiua & æquitati & iuri naturali cōſen-
tanea eſt, nam licèt † legitimatus ex Bar. 7
opinione, in d. l. ſi is qui pro emptore, &
aliorum qui eum ſequuntur, quoad om-
nia legitimo & naturali æquiparetur, id-
que verè, & nō per fictionem, toto titul.
ff. de natalib. reſtit. & per iura ſup. allega-
ta: hoc tamen cum moderamine quodā
accipiēdum eſt, vt procedat in caſibus in
iure expreſſis & definitis: multi enim ca-
ſus reperiuntur, in quibus inter ſe pluri-
mum differūt: exempli gratia, legitimus
† & naturalis ſuccedit in feudis, item † in 8
emphyteuſi eccleſiaſtica, tex. in c. 1. §. na- 9
turalis, ſi de feud. fuer. cōtrouer. inter do-
min. & agnat. Legitimatus non ſuccedit,
niſi hoc expreſſe in legitimationis reſcri-
pto dictum & cautum ſit. Dd. in d. §. na-
turales. Bal. ibid. nu. 3. & 4. & in d. c. inno-
tuit: & pulchrè in c. quæ in eccleſiarum.
de conſtitut. & in d. l. generaliter. §. cùm
autem. Salicet. ibid. Anchar. conſil. 406.
incip. circa primum quæſitum. Alexan.
conſil. 94. incip. conſideratis. volum. 1.
& conſil. 60. incip. Viſa legitimatione.
pleniùs in conſil. 128. incip. conſideratis
verbis. volum. 1. cum duobus ſequen. Ia-
ſon in d. §. cùm autem. num. 9. vbi dicit,
quòd ab illa concluſione nemo diſcre-
pet. Deci. d. conſil. 276. nume. 9. Vel niſi
aliter ſingulari loci conſuetudine re-

ceptum ſit, vt in Francia teſte Guido. de-
ciſ.59.nu.2.incip.ſecundùm vſus. Natura
enim feudi ſecundum diuerſas locorum
conſuetudines regulari debet, tex.in c.1.
§.hoc quoq́;, de his qui feud.da.poſſ. glo.
ibid.in verbo, à ſucceſſione, tex. not.in c.
1.§.in iudicio, de feudi cogn. ſicut proli-
xius annotaui infrà, Obſer.149. Similiter
10 † beneficium d.l.ſi vnquàm, non obtinet
in legitimatis: ſecùs eſt in legitimis & na-
turalibus vt latè deducit & cõmonſtrat
Tiraquel.in d.l.ſi vnquàm. nume. 64. in
verbo, ſuſceperit, per multa allegata. De-
cius conſi.365.numer.3.incip. viſo conſi-
lio. Plures differẽtias vide apud Roman.
in d.l.ſi is qui pro emptore, vbi octo po-
nit. Curt.d.conſil.13. Prætereà, cùm ſtatu-
tum excludens fœminas ſit contra ius
commune, tex.in l.maximum vitium.C.
de lib.præter. non debet in odium legiti-
morum & naturalium fieri extenſiua in-
terpretatio, ſed ſtrictè accipi & intelligi
debet, tex. in c.quæ à iure, de reg.iur.in 6.
& in l.quod contra.ff.eod.glo.in c.ſtatu-
tum.de præbend.in 6.in verbo, numeran-
dum. Curt.ſenior conſil.35.num.15. Soci.
ſen.conſi.31.num.1.volum.1. idem conſi.
61.numer.8.eod.volum. ne ex identitate
quidem rationis, text.in l.præcipimus.§.
final.C.de appellat.Bartol.in Auth.quas
actiones, num. 9. C. de ſacroſanct.eccleſ.
11 Deci.conſi.19.nu.13. Nam in † exorbitan-
tibus & correctorijs non fit extenſio de
vna perſona ad aliam, nec de vno caſu
ad alium, ne ex identitate quidem ratio-
nis, tex. in Auth. de adminiſtran.officia.
in ſacr. appellationib.§.penul.gloſſ.ibid.
in verbo, quoniam, gloſſ.in l.2. C.de pa-
trib. qui filios diſtrax.in verb. vendide-
rit, Curt.Senior, d.conſil.13.nu.7.Curt.iu-
nior conſi.238.nume.18.volum.3. incip.
12 habita diligenti. Et quamuis † ſtatuta à
iure communi recipiant interpretatio-
nem paſſiuam, vt ſuprà dictum eſt: tamẽ
interpretatio ita facienda, vt quòad fieri
poſſit minus corrigant ius commune,
text.in c.cùm dilectus, §.quia nobis, extr.
de conſuetud.& in d.l.præcipimus.§.fin.
Alexand.conſil.107.num.4.volum.5.in-
cip. perſpectis ſtatutis. Molinæ. dict.§.8.
gloſſ.1.num.48. vbi dat nouam reſoluti-
onem, quandò in ſtatutis locum habeat
interpretatio paſſiua, & concludit, quòd
de exorbitanti ad exorbitans non ſit fa-
cienda interpretatio, vel extenſio. Idque
ſingulariter notandum putat ad mate-
riam, l.omnes.ff.de iuſt.& iur.& l.1.C.de
ſumma Trinitate & Fide Catholic. & c.
1.de Conſtitu. Cùm igitur † ſtatutum ex- 13
cludens fœminas, ſit odioſum & exorbi-
tans, atque contra ius commune, d.l.ma-
ximum vitium. quia inducit quandam
exhæredationem. Dd.in d.l. maximum
vitium. Alber.Brun.in tracta.ſtatu.artic.
4.nume.2. Natta ibid. quæſt.4.nume.126.
142.& 150. Ideò ſtrictè intelligendum &
interpretandum, gloſſ. in d.c.ſtatutum,
cum alijs iuribus ſuprà allegatis: nam li-
cèt ſtatuti ratio ſit agnationis conſerua-
tio, & ſic ſecundùm quoſdam fauorabi-
le & non odioſum, vt not. per Benedict.
in c.Raynutius, de teſtamen.num.126.in
verb.duas habens filias: tamen ipſa natu-
ra nullam facit ſexus differentiam: imò
lex ſcripta ait, eos eſſe naturæ accuſato-
res qui tales differentias inducunt, d.l.
maximum vitiũ. Quibus accedat, quòd
verba † ſtatuti accipienda ſint in pro- 14
prio & potiore ſignificatu: adeòque † ſe- 15
cundùm communem loquendi vſum,
text.in l.final. C. de his qui ven.ætat.im-
petr.Caſt.ibid.nu.5 Bar.ad rub.ff.de nou.
oper.nunciat.nu.6.& ibid. plenè Iaſ. nu.
7. Dec.d.conſi.52.num.3. Molin. vbi ſupr.
nu.49. Curt.ſen.d.conſil.13.nu.7. Propriè
verò & ſecundùm communem loquen-
di vſum, legitimorum appellatione ve-
niunt illi, qui verè naturales & legitimi
ſunt origine, non ex accidenti, per mo-
dum ciuilem: ſed qui nati ſunt in legiti-
mo matrimonio ex viro & vxore, non
autem legitimati, tex.in l.filium eum de-
finim9.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iu-
ris. Eodem ſpectat quòd ſtatuta ſint † in 16
caſu vero, & non ficto intelligẽda: ſtatu-
ta enim non extendũtur ad caſum fictũ,
text.in c.in noſtra, de iniurijs, & in l.3.§.
hæc verba.ff.de nego.geſt.Bar.ibid.& cõ-
muniter Dd.Caſtren.in d.l.final.Curt.d.
conſil.13.nume.7. ſed legitimatus in caſi-
bus in iure non expreſſis non æquipara-
tur legitimo verè, ſed iuris fictione fictè
filius eſt: quia † factum ciuile non æqui- 17
paratur facto naturali, niſi hoc reperia-
tur expreſſum, vt notat glo. ſing. in c.pla-
cuit.16.q.1.in verbo, mortuus, vbi pro re-
gula traditur, quòd † mors ciuilis non 18
æquiparetur morti naturali, niſi in caſi-
bus

bus in iure expreſſis.glo.in c. ſuſceptum, in verbo,non morte,de reſcript. in 6. facit optimè text.in l.ex ea parte.§. in inſulam.ff.de verb. oblig. & in l.ſed ſi mors. ff.de donat. inter virum & vxorem.Feli. in c.licet,nu.2.de offi.iudic.deleg.Cur.d. conſ.13.nu.2. Iaſ.in Auth.ſi qua mulier, nu.19.C.de ſacroſ.eccl.Roma.in d.l.ſi is qui pro emptore.nu.19.pulchrè Benedic. in rep d.c.Raynutius.vbi dicit, quòd etſi concedatur legitimatum p reſcriptum eſſe verè legitimum,vt voluit Bart. in d. l.ſi is qui pro emptore:non tamen eſt legitimus de iure communi, ſed tãtùm de iure ſpeciali,beneficio nimirùm Principis: de quo ſpeciali iure non præſumitur ſtatutum in præiudicium legitimorum & naturalium cogitaſſe. Baldus pulchrè in c.1.de conſtit. vbi præclarè dicit, quòd
19 † legitimatio eſt ſimilis Alchimiæ, quæ facit apparere illud, quod non eſt, tranſmutare tamen vnam ſpeciem in aliam non poteſt. Sic legitimatus gerit figuram legitimi, tamen non habet eandem in ſubſtantia, refert Iaſon in d.§.cùm autem.idem Iaſ.in l.filio quem pater.num. 10.ff. de liber. & poſth. & in l. cùm acutiſſimi. nu. 8. C.de fideicommiſ. Deci.d. conſi.276.num.8.vbi dicit, filium legitimatum propriè legitimum dici, quando de impedimento iuris ciuilis agitur, & ſic largo modo. Plura in hanc ſententiam adduci poſſent, ſed concluſiuè vera, firma, & indubitata, adeoque communis concluſio eſt, ſtatutum excludens fœminas, extantibus maſculis, ad legitimatos per reſcriptum Principis non extendi. Et hanc opinionem, vt ſuprà dixi, Camera etiam ſequitur. vide Obſeru. ſequ, de legitimatis per ſubſequens matrimonium. Fallit tamen iſta communis opi-
20 nio. Primò, ſi † Princeps voluerit eum eſſe legitimum, etiam quóad ſtatuta: nam in legitimatione ſola Principis voluntas attenditur, per notata infrà, Obſeru.142. Secundò fallit, ſi legitimatio facta ſit in ampliſſima forma, putà quòd ſuccedat parẽtibus, agnatis & cognatis.prout has fallentias latiſſimè proſequitur Gozad. conſi.6.num.71.cum ſequentibus. incip. prima facie videtur dicendũ, quem omninò vide. Dec.d.conſil.52.nu.3.circa fin. idem conſi.317.num.8.incip.In caſu propoſito. Poteſt enim ſummus Princeps hoc pacto legitimare, quia de eius poteſtate diſputare inſtar ſacrilegij eſt, vulgata, l.diſputare, C.de crimin.ſacrileg. attamen non debet hoc facere in præiudiciũ legitimorum & naturalium: intentio enim Principis talis eſſe præſumitur, qualis eſt legis ſcriptæ & rationis naturalis, tex.in l.ex facto.ff.de vulg.& pupil. & in c.ſuper eo, de offic.deleg. Panor.ibid.nu. 2.tex.in l.nec auus.C.de emancip.libe. & in l.2.§.ſi quis à Principe. & §. meritò. ff. ne quid in loc.pub.Dec.conſi.11. num. 3. & 4. incip. quoniã iudicantium. & pulchrè conſi.209.num.5.cum ſeq. incip.in caſu propoſito, vbi dicit, † verba reſcri- 21
pti ad ius commune reducẽda, & potiùs impropriè, quàm in præiudicium tertij accipienda, quod etiam notat gloſſ.ſing. in c.paratus.in verb.ſi verba 23 q.1.Bello. conſi.18.nume. 6 incip.perpenſis. Zaſ.in tract.feud.par.8.nu.74. vbi tenet, principem non poſſe legitimare filium naturalem ad ſucceſſionẽ bonorum feudalium in præiudicium agnatorum, quibus ex pacto & prouidẽtia primi acquirentis ius quæſitum eſt. Et ſcio Diuum Maximilianum Imperatorem eius nominis ſecundum, fœliciſſimæ memoriæ, talia priuilegia nunquam concedere voluiſſe, vide omninò infrà, Obſeruat.142.

OBSERVATIO CXLI.

Legitimati per ſubſequens matrimonium ex ſtatuto fœminas excludunt.

SVMMARIA.

1 *Legitimati per ſubſequens matrimonium verè legitimi dicuntur.*
2 *Matrimonium ſubſequens omnia præcedentia purgat.*
3 *Ius primogenituræ an locum habeat in legitimatis per ſubſequens matrimonium.*
4 *Perſonarum differentia nulla in matrimonio.*
5 *In cauſis matrimonialibus ius Canonicum ſequimur.*
6 *Matrimonium cum meretrice contractum valet.*
7 *Meretricem ducens meretur ſecundùm Canones.*
8 *Matrimonium in mortis articulo contractum valet.*
9 *Nepos ex filio naturali an legitimetur per ſubſequens matrimonium.*

SVprà Obſerua.prox.dictum eſt, legitimatos per reſcriptũ principis, ſub ſtatuto fœminas extãtibus maſculis excludente non comprehendi.

hendi. Quid ergò de legitimatione con-
iugali, hoc eſt, legitimitatis per ſubſe-
quens matrimonium? Breuiter, etſi de ea
quæſtione dubitari quoque poſſet, per ea
quæ notant Antho. de Butrio in c. tanta.
nu. 3. qui fil. ſint legit. Iaſ. in l. ſi is qui pro
emptore. ff. de vſucap. tamen vera con-
cluſio eſt, eos ſub ſtatuto comprehendi:
1 legitimati † enim per ſubſequens matri-
monium verè legitimi dicuntur quòad
omnia, matrimonium quippe retrotra-
hitur ad tempus natiuitatis filiorum: ita
quòd illud cõtractum eſſe cenſeatur an-
te filiorum natiuitatem, per text. in d. c.
2 tanta gl. ibid. in verbo, legitimi. dicens, †
matrimonium omnia præcedentia pur-
gare. quam ſequitur ibid. Panorm. num.
4. & 7. vbi indiſtinctè concludit, legiti-
matos per ſubſequens matrimonium
ſub tali ſtatuto comprehendi, quod eti-
am ipſemet Anthon. de Butrio fatetur
in c. per venerabilem. nu. 17. qui filij ſint
legit. Et ita tenet Curt. ſenior conſ. 13. nu.
9. & conſ. 17. nu. 2. Molinæ. in conſuetud.
Pariſien. §. 8. gloſſ. 1. num. 49. Deci. conſil.
155. nu. 4. incip. Et diligenter. Tiraqu. in l.
ſi vnquàm. C. de reuocand. don. in verb.
ſuſceperit. nu. 71. nu. 98. Iaſ. in l. generali-
ter. §. cùm autem. nu. 9. C. de inſt. & ſubſt.
idem in l. ſed eſt quæſitum. nu. 11. ff. de lib.
& poſth. Quorum opinionem Camera
quoq; approbauit in quodam caſu. Hu-
iuſmodi enim legitimati, verè legitimis
& naturalibus comparantur, text. in d. c.
tanta. & ideò ſuccedunt quoque in em-
phyteuſi eccleſiaſtica, perindè ac veri le-
gitimi & naturales, ſi parens pro ſe & fi-
lijs ſuis legitimis rem aliquam ab Eccle-
ſia in emphyteuſin acceperit. Philipp.
Port. libr. 4. commun. opin. concluſ. 37.
Similiter ſuccedũt in feudis. Philip. Por.
vbi ſupr. concluſ. 36. Afflict. in c. 1. §. natu-
rales, ſi de feud. fuerit contro. inter don.
& agnat. vaſal. in quinto notab. num. 1.
vbi communem dicit, quem ad hoc om-
ninò vide, Bald. & alij ibid. Habent ius re-
tractus ſiue prothomiſeos, & gaudent be-
neficio d. l. ſi vnquàm, aliaque iuris reme-
dia habent, quæ veris legitimis & natu-
ralibus competũt, quemadmodum hoc
Dd. in locis allegatis latiùs deducũt, præ-
ſertim Couar. ad longum in tit. de teſta.
cap. 8. §. 2. per totum, quem ad hoc omni-
nò vide. item legitimati per ſubſequens
matrimonium admittuntur ad Epiſco-
patum, gloſſ. notab. in c. innotuit, in ver-
bo, coniugata, de elect. per text. in d. c. tan
ta. Iaſ. in d. §. cùm autem. nu. 10. Præterea
quòd verba illa, de legitimo matrimo-
nio natus, verificentur in eo, qui legiti-
matus eſt per matrimonium ſubſequẽs,
notat Afflict. vbi ſupr. Dec. conſil. 155. nu.
3. incip. & diligẽter. per allegata ibid. Pet.
Duennas regu. 350. incip. Filius naturalis.
vbi regulam illam, quòd legitimatus per
ſubſequens matrimonium ſit verè legi-
timus, ampliat 20. & limitat 14. modis.
An autem † ius primogenituræ locum 3
habeat in legitimatis per ſubſequens ma
trimonium? vide plenè Dd. in l. quoties.
C. de rei vend. Iaſ. ibid. num. 40. Bartol.
in l. bonorum. nu. 2. ff rem rat. hab. Caſtr.
in l. Pomponius. §. quæſitum. ff. de acqui-
rend. poſſeſſ. Molin. vbi ſupr. & Couar. d.
cap. 8. num. 28. Duenn. vbi ſuprà in 14. li-
mitatione, vt infinitas authoritates alle-
gat, & concludit quòd non. Vndè ſtante
conſuetudine, quòd primogenitus ſuc-
cedat in tali dignitate, legitimatus per
ſubſequens matrimonium non exclu-
det ſecundogenitum natum ex vxore le-
gitima, ſi ea mortua pater concubinam
in vxorem ducat, ex qua antea filium na-
turalem habuit. Tiraquel. in repe. l. ſi vn-
quàm, in verb. ſuſceperit liberos. nu. 64.
Idem in tracta. de primogenitura. q. 34.
per totum. Alexand. conſil. 25. num. 2. in-
cip. Circa primum dubium. volu. 1. Curt.
ſen. conſ. 73. nu. 29. incip. Super memora-
ta. vtrobiq; dicũt, ꝙ legitimatus ꝑ ſubſe-
quens matrimonium non auferat ſpem
ſucceſſionis alteri acquiſitam, per allega-
ta ibid. Dd. vbi ſuprà. Et hæc eſt commu-
nis opinio, licèt multi contrarium tene-
ant, quos refert Tiraq. d. tracta de primo-
gen. Et hæc doctrina, quòd legitimatus
per ſubſequens matrimonium compre-
hendatur ſub ſtatuto excludente fœmi-
nas indiſtinctè, ſecundùm communem
opinionem procedit, ſiue æqualis ſit viri
& mulieris conditio, ſiue inæqualis: hoc
eſt, an nobilis ducat pauperem & igno-
bilem, & è contrà, an mulier nobilis nu-
bat ignobili & vili viro, an inſtrumen-
ta dotalia confecta ſint, nec nè. Latè Phi-
lip. Port. libr. 4. commun. opin. concl. 35.
In 4. ampliat. an natus ſit filius ex concu-
bina retenta in domo, quòd requirit Bar.
in l.

in l.fi.in fi.ff. de concub. aut non retenta
in domo:quia ad ſubſtantiam matrimo-
nij de iure Canonico ſolus conſenſus
contrahentium ſufficit, nec aliæ ſolen-
nitates requiruntur,tex.in c.cùm locum,
de ſpõſalib. Abbas ibi tex.in c. matrimo-
nium.27.q.2.& in l.nuptias.ff de reg. iur.
matrimonia debent eſſe libera, tex. in c.
4 gemma.de ſponſalib.in fin.& acceptio †
perſonarum in Sacramento matrimo-
nij non admittitur ,ita pulchrè cõcludit,
Iaſ.conſ.234.volu.2.incip. Pro parte.per
totum.Ripa in d.l.ſi vnquàm,q.23. nu.55.
vbi dicunt, quòd nati ex quacunque mu-
liere,cum qua tempore conceptionis po
terat eſſe matrimonium,legitimentur p
ſubſequentes nuptias. Idem tenet Dec. d.
conſi.155.nu.1.in fin.vbi communem di-
cit.Alcia.de prçſump. reg.2. præſump. 5.
nu.5.in fi.Caſtr.conſ.429. incip. Præſup-
poſito.volum.2.Plenè Pariſ. conſ.13.per
totum.volum.2.incip.de pluribus. Non
obſtat text.in § ſed & aliud. in Authent.
quib. mod. natural. effician. legitim. &
tex.in §.ſit igitur licentia, gloſſ. ibid. in
verbo,permittimus eod.tit.quod videli-
cet non aliter per ſubſequens matrimo-
nium filij legitimantur, quàm ſi mulier
talis conditionis ſit,cum qua commodè
& pro dignitate natalium matrimoni-
um contrahi poſſit, & quæ vitæ turpitu-
dine careat, text. in l. Imperiales. C. de
nupt. & in l.humilem. C.de inceſt.nupt.
Bald. in l.2.C.quib.res iud.non nocet.nu.
3.iſta,inquàm,non obſtant, quia iura illa
5 procedunt de iure ciuili:ſed in materia †
matrimonij, tanquàm ſpirituali, ius Ca-
nonicum ſequimur, tex.in c.pen. & in c.
fi.de ſecun.nup.Panor.& Canoniſt in c.
eccleſia S. Mariæ,de conſtit.Bal.in l. Pau-
lus.ff.de ſtatu hom.Curt.Iun.conſ.7. nu.
6.Boër.deciſ.240.nu.16. quem ad hoc vi-
de.Iaſ.conſ.234.Deci.d.conſ.155.atqui eo
iure dignitas vel indignitas perſonarum
6 quóad perfectionem † matrimonij non
conſideratur, valet matrimonium, eti-
amſi cum impudica & meretrice ſit con-
tractum, vel cum concubina non reten-
ta in domo:item nobilis,an ignobilis,&
vilis ſit vxor non conſideratur,latè in v-
tranque partem Duennas d. reg.350 in 8.
limitatione, per iura allegata: Dd. vbi
7 ſup. Imò de iure Cano. impudicam aut †
meretricem ducens opus charitatis exer-
cet,text. in c.inter opera. de ſponſalib.&
in c.integritas.§.fi.32.q.1. Huius concluſi-
onis ampliationes vide apud Philip.Pon.
d.concluſ.3..vbi decem ampliationes, &
quinque limitationes ponit,& Petr.Du-
ennas d.regu.350.vbi in prima limitatio-
ne recitando varias opiniones Dd. con-
cludit,† quòd filij legitimentur etiam p 8
matrimonium in mortis articulo, vel à
ſene decrepito contractum. & commu-
nem atteſtatur Alexand.in l. ſi quis poſt-
humos.nu.4 ff.de lib.& poſth.vbi com-
munem dicit,& ad contraria reſpondet,
cum limitatione,vt ibi per eum p multa
allegata.Pariſ.d.conſ.13.nu.35.Dd. in d.c.
tanta.Iaſ.in l.ſed eſt quæſitum.nu.1.nu.5.
& nu.10.ff.d.titul.vbi communem dicit,
quòd valeat matrimonium cõtractum
cum concubina in mortis articulo, &
quòd filij iam antea nati per illud matri-
monium efficiantur legitimi & natura-
les,& ita in Camera obſeruatum memi-
ni. Vide in vtranque partem argumen-
ta apud Iaſ.in d.l.ſed eſt quæſitum. Sin-
gulariter autem limitatur illa commu-
nis doctrina,quod † filius per ſubſequens 9
matrimonium legitimetur, vt non pro-
cedat in nepote:quia nepos ex filio natu-
rali non legitimatur per ſubſequens ma-
trimonium , ſi filius naturalis mortuus
ſit antequàm pater cum matre filij natu-
ralis matrimonium contraxiſſet. vndè
iſte nepos per ſubſequentes nuptias non
tranſit in poteſtatem aui.Bald. ſingul.in
l.benignius.num.4 ff.de legib.Caſtr.in l.
1.§.cæterùm num.2.ff. de acquiren. poſſ.
Hippol.ſing. 121.incip.Credo re ſcire.nu.
2.Port.d.concluſ. 25. in tertia limitatio-
ne. Ratio, quia legitimationis principi-
um debet fieri in filio, quo ſublato, non
poteſt incipere à nepote.ita Bald.& Caſt.
vt ſuprà.

OBSERVATIO CXLII.

Filius naturalis an in præiudicium legitimorum & naturalium legitimari poſſit.

SVMMARIA.

1 *Filius naturalis filijs legitimis non extantibus, à patre non vocatis agnatis, legitimari poteſt.*

2 *Citatio non neceſſaria quoties citando inuito actus explicari poſſet, vel præſens actum impedire nequiret.*

3 Natu-

3 *Naturalis filius matre ſuperſtite an legitimari poſſit.*
4 *Reſeruata Principi alteri demandari poſſunt.*
5 *Legitimatio an ſuperuenientibus legitimis filijs vitietur.*
6 *Diſpenſatio & legitimatio differunt.*
Pater poteſt legitimare filium quoad quid, & cum certo pacto, ibid.
Filius legitimatus poteſt partim eſſe legitimus, & partim illegitimus, ibid.
7 *Legitimatio filij naturalis an valeat in caſu exiſtẽtium legitimorum & naturalium.*
8 *Princeps cum clauſula non obſtante an poſſit naturalem legitimare extantibus legitimis.*
9 *Legitimato pater non poteſt plus relinquere, quàm legitimis.*
10 *Priuilegia ſine præiudicio tertij intelligenda.*
11 *Legitimatio extantibus legitimis odioſa eſt.*
12 *Legitimatus an ſuccedat in feudis.*
13 *Princeps poteſt legitimare naturalẽ in præiudicium agnatorum.*
14 *Agnatorum ius in feudis incertum, quia in ſpe conſiſtit.*
15 *Ius quæſitum facilius quàm quærendum tollitur.*
16 *Legitimatio poſt mortem patris facta an noceat agnatis.*
17 *Diſpenſationis & legitimationis differentia.*

DVbium non eſt, viuo & conſen-
1 tiente patre, filium † naturalem,
non extantibus legitimis & na-
turalibus, à Principe, vel Comite Palati-
no, etiam non citatis agnatis, vel cogna-
tis legitimari poſſe, vt plenè Bart. & Dd.
pręſertim Iaſ. in l. Gallus. §. & quid ſi tan-
tùm. ff. de lib. & poſth. Dec. conſ. 55. nu. 2.
incip. Et pro tenui. vbi communẽ dicit,
idem conſ. 338. nu. 2. Incip. In caſu propo-
ſito. & conſ. 367. nu. 6. incip. Viſo puncto.
& conſil. 698. nu. 2. incip. in cauſa legiti-
mationis, vbi cõmunem dicit. Franciſc.
Burſatus conſ. 10. num. 5. vol. 1. incip. illu-
ſtris Comes. Alex. conſi. 187. nu. 16. vol. 5.
incip. Perſpectis verbis. Curt. ſen. conſil.
73. nu. 29. incip. Super memorata. Couar.
de teſta, cap. 8. §. 9. num. 7. Ratio, quia hoc
caſu in legitimatione filij naturalis pa-
tris intereſſe principaliter conſideratur:
& quoniam ipſe de rebus ſuis, præſertim
ſi nullo fideicõmiſſi onere ſubiectæ ſint,
pro arbitrio, excluſis collateralibus, diſ-
ponere poteſt, nemini iniuriam facit, ſi
natalium reſtitutioni conſentiat, vulga-
gata l. nullus videtur, ff. de reg. iur. Cùm
igitur pater poſſit filium naturalem legi-
timare inuitis agnatis, ergo etiam illis
ignorantibus, & non citatis, text. in l. qui
poteſt. ff. de reg. iur. & in l. nec non igno-
rante. ff. de tuto. & curat. dat. ab his, quia † 2
regulariter citatio non requiritur, quan-
dò actus inuito eo, qui citandus eſſet ex-
plicari poſſet, vel ſi præſens actum impe-
dire non poſſet, tex. not. in l. 4. §. 1. verſ. il-
lud. ff. de fideicom. libert. tex. in l. ſi cum
ſeruum, §. fi. ff. eod. tit. & in l. recuſare. ff.
ad S.C. Trebel. facit tex. in d. l. qui poteſt,
Hippol. ſing. 30. nu. 2. incip. tu ſcis. Alex.
conſ. 130. num. 1. & 2. vol. 1. incip. viſo de-
creto. & in l. de pupillo, §, meminiſſe, nu.
4. ff. de noui oper. nunciat. Deci. conſil.
274. nu. 7. incip. viſo decreto. & d. conſil.
698. nume. 3. Iaſ. in l. nec quicquam, §. vbi
decretum, num. 7. ff. de offic. proconſ. &
lega. & in l. reſcriptum, nu. 4. ff. de pact.
Pariſ. conſ. 1. nu. 33. volum. 1. Hanc com-
munem opinionem tenet etiam Afflict.
in c. 1. §. naturales. verſicul. ſecundò no-
ta. num. 4. cum ſequ. ſi de feud. fuer. cont.
inter dom. & agnat. vbi plures rationes
tradit, idq́ue potiſſimùm procedit in † le- 3
gitimatione poſt mortem matris filij na
turalis facta: nam ea adhuc ſuperſtite, ſi-
quidem talis ſit mulier cum qua matri-
monium licitè contrahi queat, legitima
tio facta non ſubſiſteret, ſed per hæredes
ab inteſtato iure ſubuerti poſſet: Ratio,
quia cùm in poteſtate patris poſitum ſit,
filium naturalem per ſubſequens matri-
monium legitimare, text. in c. tanta, qui
filij ſint legiti. non extraordinarium re-
medium quærere, neque legitimationis
beneficio fornicationis turpitudinem
operire debet, per tex. in §. ſit igitur licen-
tia. Auth. quib. mod. natura. effici. legit.
gloſ. ſing. ibid. in verb. permittimus. Bal.
in c. illud. nu. 3. ext. de præſumpt. idem In
c. per tuas. nu. 3. de maio. & obed. Iaſ. in d.
§. & quid ſi tantùm. num. 107. vbi dicit il-
lud benè notandum, & digito alligan-
dum, poteſt tamen huiuſmodi defectus
expreſſè, adiecta clauſula derogatoria, à
Principe tolli. A comite verò Palatino
nõ aliter, quàm ſi hoc ei priuilegio nun-
cupatim conceſſum ſit, vt notat Cæpoll.
cautela 123. incip. Habens filios natura-
les: nam reſeruata † Principi, poſſunt per 4
eum alteri, etiam priuato, demandari. c.
prudentiam. de offic. deleg. text. in l. non
ſolent. C. de vectig. noua inſti. non poſſe,
tex. in l. vectigalia. ff. de publica. & vecti-
galibus. gloſſ. ſingul. in l. 1. ff. de tutor. &
curat. dat. ab his, in verbo, dare poterit.
Alex.

Alex.conſ.138.num.1.vol.1.incip. Opor-
tunè conſideratis. Et procedit iſta com-
5 munis opinio, etiamſi poſt factam † le-
gitimationem filij naturalis, naſcantur
ex matrimonio ſubſequuto filij legitimi
& naturales: quia res perfecta & conſum
mata, licèt perueniat ad eum caſum, à
quo incipere non poſſet, non irritatur,
text.in l.ſi ſub vna.§.1.ff. de verb.oblig.&
in c.factum legitimè, de regu.iur.in 6.ita
tenent Bart.in l.ex facto, nu.3.ff. de vulg.
& pupil.Bald.ibid. nu.1.in fin. & Iaſ.ple-
nè ibid.nu.15.cum ſequ.vbi communem
dicit, Antho.de Butri. in c.per venerabi-
lem,nu.18.qui filij ſint legit.Alex.d.conſ.
187.nu.18.idem d.conſil.138. nu.1. Roma.
cõſ.194.nu.10.incip. In propoſita. Tiraq.
in l.ſi vnquàm,in verb.donatione largi-
tus,nu.275.cum ſeq.C.de reuoc.dona.vbi
infinitas authoritates in vtramq; partẽ
allegat, & pro hac parte cõcludit, eamq́;
multis rationibus confirmat. Item pro-
6 cedit iſta opinio in vera † legitimatione,
quæ eſt fauorabilis, & largè interpretan-
da, Dd.in d.c. per venerabilem, & in c.1.
& 2.de filijs presbyte.in 6. non autem di-
ſpenſatione: quia cùm ſit odioſa, & ſtri-
cti iuris, citatio agnatorum requiritur, vt
tenet Gozad.cõſ.6.nu.2.incip. Prima fa-
cie, vbi vide omninò de differentia legi-
timationis & diſpenſationis, nu.66.cum
ſequen. & Deci.d.conſil.338. num.3.Curt.
iunior conſi.302.nu.20.volu.3.incip.dili-
genterq́;. Iaſ.in l. ſed ſi hac lege §. patro-
num.el.2.num.6.ff.de in ius voc.quandò
quis ſimpliciter reſtituitur natalibus, illa
dicitur propriè legitimatio: ſecùs ſi quis
ex diſpenſatione quóad quid conſequa-
tur iura ingenuorum, putà, quòd nõ ſuc-
cedat niſi in certa portione, extantibus
legitimis & naturalibus, per text. in c. v-
nico.de filijs natis ex matrim.ad morga.
Iaſ.in d.§.patronum.2.Caſtr.in l.pactum
quod dotali.C.de coll. & in rub.C.de iu.
re aureo.annulo. Et iſta diſtinctio valet
ad quæſtionẽ, vtrùm legitimati excludãt
fœminas, ſtante ſtatuto, quòd maſculis
extantibus fœminæ non ſuccedant: quia
ſi aliquis legitimetur cum certo pacto,
non comprehendetur ſub ſtatuto, cùm
non ſit propriè legitimatio, ſed diſpẽſa-
tio, quod eſt diligenter notandũ: & quòd
pater poſſit legitimare filiũ naturalem
cũ pacto, vt non ſit legitimus quóad ſuc-
ceſſionem, vide Caſtr.Roma.& Alex.in
d.l.pactum quod dotali. Antho.de Butr.
in d.c.per venerabilem, qui filij ſint legit.
Iaſ.in l.1.§.hoc autem, nu.18.in prima le-
ctura, & nu.29.in ſecunda lectura.per tex.
In d.c vnico.de filijs nat. ex matrimo.ad
morga.cõtract. Et ſic taliter legitimatus
cenſebitur quóad quid legitimus, & con-
ſequenter in poteſtate patris, & quóad
quid illegitimus, vide prolixiùs Iaſ. in d.
l.1.§.hoc autem.in vtraque lectura, Curt.
iuni.d.conſi.302.num.10.cum ſeq. & in-
frà, ead. Obſer.in fi. Maior autem dubi-
tatio eſt, an valeat legitimatio, † liberis 7
legitimis & naturalibus extantibus. Di-
ſtinguẽdum, vtrùm pater in libello ſup-
plici liberorum naturalium & legitimo-
rum mentionem fecerit: an verò eos ſi-
lentio præterierit: Primo caſu ex com-
muni Dd. opinione, valet † legitimatio 8
à Principe facta, cum clauſula, non ob-
ſtante, vel, de plenitudine poteſtatis, in
præiudicium legitimorum & naturali-
um.Iaſ.in d.§.& quid ſi tantum, num.96.
vbi cõmunem dicit.Caſtr.ibid.nu.20. A-
lex. in d.l.ex facto, nu.24. idẽ d.conſ.187.
nu.16. Salic.in Auth.item ſi quis, nu.2,C.
de natural.lib. Canon.in d.c.per venera-
bilem. Gozad.d.conſ.6. per totum, tam-
etſi hoc à nonnullis in controuerſiam
vocetur, eò quòd filijs legitimis iure di-
uino hæreditas patris debeatur, cui Prin-
ceps derogare nõ poſſet, vt prolixiùs ex-
plicant Iaſ.in d.§.& quid ſi tãtùm. Alex.
d.conſi.187.nu.4. Sed tenenta communi
opinione, † pater facta legitimatione, 9
nõ poteſt filio naturali legitimato plus
relinquere, quàm vni filiorum legitimo-
rum & naturalium, cui minimum reli-
quit, per tex. valdè ſingularẽ, in §. & quo-
niã.ibi, vt non ampliùs.Auth.quib, mod.
natural.effi.ſui. Ang. ibid. Bal.in d.c.per
tuas.num.2.de maio.& obed. Iaſ. in d.§.
& qd ſi tantũ, nu.108. Dec.conſi.393.nu.2.
incip.conſului ſuperioribus. Comes ve-
rò Palatinus naturalem in caſu exiſten-
tium legitimorum, legitimare non po-
teſt, niſi hoc ei expreſſè priuilegio con-
ceſſum ſit. Bald.in l.cùm filiusfam.ff. de
teſtam.milit.nu.1. per illum text. Alex.d.
conſ.138.nu.1. Caſtr.in d.l.Gallus.§. & qd
ſi tãtùm, num.20.Iaſ.ibid.nu.106, Secun-
do caſu, quandò legitimorum nulla fa-
cta eſt mentio, legitimatio, tãquàm ſub-

10 reptitia,non valet: quia † priuilegia ſine
præiudicio & diminutiõe iuris tertij in-
telligenda ſunt,text in c.ſuper ea,de offi.
deleg.& in l.1 §.meritò.& §.ſi quis à Prin
cipe.ff.nè quid in loco public. cum ſimi-
11 lib. Legitimatio † naturalium, extanti-
bus legitimis, & naturalibus, odioſa & à
iure reprobata eſt, quia nõ ſolet fieri, ni-
ſi in defectum naturalium & legitimo-
rum,text.in §.ſi quis verò non habens fi-
lios. Authen.quib.mod.natu.effic.legit.
& tex.in §.ſi quis autem filios legitimos.
Authent. quibus modis natur. effic. ſui.
ideoq; vt valeat,naturalium & legitimo-
rum,de quorum præiudicio agitur, cita-
tio & conſenſus requiritur,tex.in l.nam
ita Dinus.ff.de adop.Bal.ibid.nu.1.Alex.
in d.l. ex facto, num.25. idem conſil.187.
num.10.Iaſ.in d.§. & quid ſi tantùm, nu.
94.cum ſequ. non tamen neceſſe eſt fa-
cere mentionem agnatorum, Bal.in d.l.
nam ita Dinus. Dec.d.conſ.698.nu.3.Pręe-
dicta omnia procedunt in proprijs, ſiue
allodialibus,vt vocant,bonis. Quod ad
12 feudalia attinet,regulariter ſimpliciter †
legitimatus non cenſetur ad feuda legi-
timatus:hoc enim diſertis verbis in legi-
timationis reſcripto, vel priuilegio ex-
primi debet,tex.in d.c.1.§ naturales.ſi de
feud.fuerit controu.inter dom.& agnat.
vbi Afflict. nu.1.& cõmuniter Feudiſtæ:
Sed quid ſi hoc à Principe expreſſum ſit,
an fiet præiudicium in caſu non exiſten-
tium liberorum agnatis? Quóad feuda
noua, res caret ſcrupulo,in quo aliâs ag-
nati non ſuccedunt, tex.in c.1.circ.fin.de
feud.Marchiæ:proindè legitimatus quó-
ad feuda noua rectè collaterales exclu-
dit. Afflic.præclarè in d.§.naturales.verſ.
ſecundò nota.nu 9. In feudis verò anti-
quis, in quibus agnatis ex pacto & proui-
dentia primi acquirentis ius quæſitum
eſt,& non ab ipſo agnato, qui filium na-
turalem legitimari facit, maior eſt dubi-
tatio. Deciſio ex eo pendet: vtrùm Prin-
ceps ius alteri quæſitum, ſine cauſa tolle-
re poſſit? de qua quæſtione pleniſſimè
Dd.in l.fina.C.ſi contr. ius vel vtil. publ.
Iaſ.ibid. Cyn. in l. reſcripta.C. de precib.
Imper.offer. latè Afflic.in c.1.§.ſimiliter
poteſt,nu.13.de Capit.qui Cur.vend.vide
ſuprà,eod.Obſer.16.cum duabus ſequen-
tibus. Breuiter communis opin.eſt,Prin-
13 cipem † ex plenitudine poteſtatis,& certa
ſcientia hoc facere poſſe,iuxta l.fin.ff.de
conſtit. Princ. vbi latè Iaſ. Ratio, quia 14
† vaſallus in feudo antiquo non habet
ius quæſitum in re,ſed tantùm in ſpe:ha-
bet ſpem ſuccedendi ex prouidentia pri-
mi acquirentis,quæ ſpes ſuccedendi non
dicitur eſſe in bonis noſtris, ſicut nec ius
adeundi hæreditatem,text.in l.precia re-
rum.ff.ad l.Falcid. Dec.conſi.269.num.8.
incip.conſultus ab illuſtri, & conſil.390.
num.11.incip. quoniam ex facto, & ideò
Princeps illam ſpem ſuccedendi, cùm
ſit iuris poſitiui, etiam ſine cauſa, mul-
tò magis ex iuſta cauſa, putà, remunera-
tionis,auferre, & per conſequens ex cer-
ta ſcientia, & cum clauſula, non obſtan-
tibus iuribus feudorum, filium natura-
lem in præiudicium agnatorum legiti-
mare poteſt: eò quòd ius agnatorum in
ſpe poſitum ſit, & ſic ius † quærendum, 15
quod facilius tollitur, quàm ius quæſitũ,
glo.communiter approbata in c.1.§ na-
turales, in verbo, legitimi, ſi de feud.de-
funct.content.ſit inter domin. & agnat.
vaſal. Ita communiter concludunt Dd.
Decius præclarè per multas rationes d.
conſil.269. num.12. vbi omninò vide, &
d.conſi.390.nume.10. Gozadin.conſi.92.
num.18.Brunus conſi.1. num.19. Curt.iu-
nior conſi.1.nume.18.& conſi.138 num.3.
4.&5.& conſil.157. num.15. cum ſequen.
vbi communem dicit. Pariſ.pulchrè cõſ.
1.nu 63.& nu 125.volu.2. & conſ.16.num.
25.vol.1.Couar.varia.reſolut. lib.3.cap.6.
num.2.& Dd in locis ſuprà citatis. Licèt
autem ſummus Princeps hoc facere poſ-
ſit, vt dictum eſt: attamen ſine legitima
cauſa hoc facere nõ debet, per notata l.
digna vox.C.de legib. & tex.in l.2.in fin.
ff.de natalibus reſtitu. vbi dicitur, ꝙ Im-
peratores nõ facilè ſolent quenquã nata-
libus reſtituere, niſi conſentiente patro-
no. Ad idem eſt text. in l. nec auus.C.de
emanc.liber. pulchrè Aluarot.in d.§.na-
turales,num.4. Andr.de Iſer.ibid.ſimili-
ter Afflict.verſic.Secundò nota nu.6.vbi
omninò vide, dicens, tũc Principem vti
abſoluta poteſtate, quãdo apponit clau-
ſulam,non obſtante aliqua lege. Bald in
l.ſi teſtamentũ.C.de teſtam.nu.1. Proin-
dè in huiuſmodi legitimationibus natu-
ralium, quóad feuda antiqua, cõmuni-
ter adijci ſolet clauſula illa ſalutaris, Sal-
uo iure agnatorum, vel tertij. Ius enim
agna-

agnatis, ex pacto & prouidẽtia primi acquirẽtis in ſpe acquiſitum, ſine iuſta cauſa ipſis auferri non debet, vide omninò Bald.in d.c.1.§.filij nati.num.2.& §.naturales,nu.2.cum ſequ. ſi de feud.fuer.contro.int.dom.& agnat. Afflic.loco citato, nu.9.Anchar.conſ.308.num.5.incip. Prima facie. Zaſ.in tract.feud.part.8.nu.74. vbi tenet,Principem,in præiudicium agnatorum in feudo antiquo, ex pacto & prouidẽtia filium naturalem legitimare non poſſe,quemadmodum etiam nõ valet† legitimario in bonis proprijs, ſiue allodialibus, poſt mortẽ patris inteſtati, in prǽiudicium eorũ,quibus ius ſuccedẽdi ab inteſtato quǽſitum eſt, licèt ex poteſtate abſoluta hoc fieri poſſet, vti præclarè tenet Deci.d.conſ.269. nu.8. cũ ſeq. Afflic.in d.c.1.§.naturales.verſ. Secundò nota.nu.6. ſi de feu fuer.contr.int.dom. & agnat. Iaſ.in d.l.Gallus.§.& quid ſi tantùm,nu.91.& nu.139.per tex.in l.penul.ff. de natal.reſtit.Sed nunquàm præſumitur Princeps vti velle plenitudine poteſtatis,niſi hoc exprimat,ſed potiùs ordinaria poteſtate.Inno.in c.innotuit.de elec. niſi apponat clauſulã, ex certa ſciẽtia, qa tunc præſumitur vti poteſtate abſoluta. gl.ſing.in c.ad hęc, de reſcrip.in verb.teperitur.Deci.d.cõſi.269.Roma.ſing.764. incip. Dixi aliàs.Panor.ibid.& cõmuniter Dd.Hipp.ſing.84.incip. Princeps. vbi limitat doctrinam Innoc.in d.c. innotuit, vt procedat in actu, qui poteſt explicari ſine plenitudine poteſtatis: ſecùs ſi actus plenitudinem poteſtatis requirat, quòd tunc in dubio præſumitur vti voluiſſe plenitudine poteſtatis, ad hoc vt actus potiùs valeat, quàm pereat, ita anteeum tenet Caſt.conſ.414. nu.5.volu 1. incip. In facto præſenti nõ intendo adulari. Idem in l.ex imperfecto,num.1.C.de teſtam. Alex.in l.2.num.5.C.de teſta.mil. & plures alij, quos allegat Hippo. d.ſing. 84. Breuiter communiter receptum eſt, Principem abſolutam poteſtatem nunquàm exercere debere,niſi iuſta & legitima ſuadente cauſa & ratione: aliàs peccatum committit, ſecundum Inno.in c. innouamus.nu.1.in fi.de cenſib. Afflic.in d.§.ſimiliter,nu.15. id enim dicimur poſſe, quod honeſtè poſſumus, text.in c.faciat homo.22.q.2. gloſſ.in Clem.ſæpè,in verb.poterit.de verbor.ſignifi.Nam quæ lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiã noſtram,& generaliter,quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum eſt, text. elegans in l.filius qui fuit.ff.de condit.inſtit.& in l.nepos Proculo.ff.de verbo.ſignifi. Et Princeps à Deo conſtitutus eſt, vt faciat iuſtitiam & iudicium, 3.Reg.cap.10. Proindè ſi terminos iuſtitiæ excedat, peccat contra ordinationẽ Dei, & Principis nomine indignus eſt, text. in c. ſcelus.2.q.1.vide Afflic.in d.c.1.§.ſimiliter. Porrò, † in 17
materia legitimationis diligenter obſeruanda eſt differentia inter veram legitimationem & diſpenſationem: Vera legitimatio eſt,quandò legitimatus natalibus & ingenuitati plenè reſtituitur, ita vt omnis macula tollatur, perindè ac ſi de legitimo matrimonio natus eſſet, quandò quis ad omnes, tam iuris cõmunis, quã municipalis effectus pleniſſimè reſtituitur, vt dixi ſup.eod.Obſerua.140. & ſic talis legitimatio debet eſſe ſolida & integra, quia idẽ homo partim legitimus,& partim illegitimus, & ſic diuerſo iure cenſeri nequit,argu.l.eum qui ædes. ff.de vſucap.& vſurpatio.Curt.iunior d. conſi.302.nu.8.Sed diſpenſatio eſt,quandò tollitur tantùm defectus nataliũ quòad quid,vel in certo caſu,veluti ſi quis legitimetur quòad honores, vel dignitates,vel ad ſucceſſiones non obſtante defectu natalium,& tunc in caſu diſpenſationis pro vero legitimo habetur:ſed vltra illum caſum non fit extenſio, quia diſpenſatio ſtricti iuris eſt, text.in c.1.& 2.& in c.fina. de filijs presbyter.text.in c. non poteſt,de præbend. lib.6. Ita notant Gozad.d.conſ.6.num.62. Caſtr.conſi.30. nu.3.vol.1.incip. ſuper puncto iſto plura, Deci.conſil.52.num.3.incip. viſo elegant. Curti. iuniot d.conſil.302. nnm.11.per tex.in d.c. vnico, de filijs natis ex matrimo.ad morga.& Dd.ſuprà citati.et limitata cauſa,limitatum producit effectum, text.in l.in agris.ff.de acq.rer.domi.& in l.age cum Geminiano.C. de tranſact.cũ ſimilibus. Illud quoq; obſeruandum, legitimationem repeti, & à diuerſis plures fieri poſſe, idq; ad abundãtiorem cautelam,vt pleniori legitimatione vti, & adiuuari legitimatus queat, fieri ſolet: quẽadmodum aliquoties factum memini,et ita conſuluit Dec.conſ.338.nu.8.incip. in

caſu propoſito, & conſ.393. num.3.incip.
conſului ſuperioribus, & conſ.698.num.
1.incip. in cauſa legitimationis,per alle-
gata ibidem.

OBSERVATIO CXLIII.

*Legatum vſusfructus omnium bono-
rum vxori relictum, alio hærede
poſt eius mortem inſtituto,
an valeat.*

SVMMARIA.

1 *Legati dies ab adita hæreditate cedit.*
2 *Dependentia ex teſtamento confirmantur per adi-
tionem.*
3 *Qui vult antecedens, videtur & conſequens velle.*
4 *Verba teſtatoris cum effectu accipienda.*
5 *Falcidia detrahitur à legato vſusfructus omnium
bonorum.*
6 *Fideicommiſſum conditionale ad heredes nō tranſ-
mittitur.*
7 *Legatum vſusfructus quandoq; proprietatē cōtinet.*
8 *Inſtitutus in re certa habet ius accreſcendi.*

VTilis & quotidiana, ſed admo-
dum intricata quæſtio eſt, an le-
gatum valeat, quādo maritus re-
linquit in teſtamento vxori ſuæ vſum-
fructum omnium bonorum,& poſt eius
mortem,fratrem ſuum, vel alium hære-
dem vniuerſalem inſtituit? Quatuor cir-
ca hāc quæſtionem Dd. ſunt opiniones,
quas Iaſ.poſt alios refert in l.extraneum,
nu.5.C.de hæred.inſti. Dd.in l. filius à pa-
tre.ff.de lib.& poſthu.Roma.conſ.71.nu.
5.incip.viſis dubijs. In effectu tamen duæ
ſunt tātùm opiniones: Prima negatiua,
altera affirmatiua. Pro parte negatiua,
quòd huiuſmodi legatum nō valeat, po-
1 tentiſſimè facit, quòd † dies legati cedit
demum ab adita hæreditate per hæredē
inſtitutum, tex.in l.vnic.§.nouiſſimo.C.
de cadu.tol. & in l.1.§.1.ff.quādo dies leg.
ced. Atqui hæres viuente vxore non po-
teſt adire: ergo legatū vſusfructus eſt in-
utile,tanquàm relictum poſt mortē vxo-
ris:nam incipit deberi illo tēpore, quan-
dò finitur,quod fieri non poteſt,tex.in l.
Titio cùm morietur.ff.de vſufr. idq; etiā
confirmatur ex ipſa definitione legati,
quòd ſit donatio à defuncto relicta,& ab
hęrede præſtanda,tex.in §.1.Inſt. de lega.
Hæres tanquàm conditionaliter inſtitu-
tus,viuente vxore,adire non poteſt,ergo
neq; legatum ſoluere: † dependētia enim 2
à teſtamēto requirunt confirmationem
per aditionem hæreditatis, text.in l.eam
quam.C.de fideicom. & in l.ſi patronus,
la.2.§.ex teſtamento.ff.de bo.liber. Hanc
partem negatiuā tenēt Io.Andr.ad Spec.
tit.de pign.§.fin. aliâs tit. de diuerſis cau-
tionib.verſi.pono quòd vſusfructus, nu.
16.Alex.in d.l.extraneum,nu.8.in fi.& in
d.l.filius à patre. Idem conſ.162. nu.2.in-
cip.Circa primum dubium, vol.2.facit p
hac parte l.qui filio.ff.de hæred.inſti.Sed
omiſſis ambagibus, pars affirmatiua ve-
rior eſt,quòd videlicet tale legatum vſuſ-
fructus valeat, non obſtātibus argumen-
tis in contrarium adductis, quia ex men-
te teſtatoris,inſtitutus poſt mortem vxo-
ris cenſetur purè inſtitutus, proindè ſta-
tim adire,legatum ſoluere, adeoq; hæ-
reditatem, ſi ante vxorem vſufructuariā
moriatur, ad ſuos hæredes tranſmittere
poteſt. Talis autem mens teſtatoris eui-
denter ex eo colligitur: quia cùm † vo- 3
luerit conſequens, hoc eſt, vxorem vſu-
fructuariam, neceſſariò cenſetur antece-
dens voluiſſe, id eſt, inſtitutionem purā,
ſine quo conſequens ſubſiſtere non poſ-
ſet,text.in l.illud.ff. de acq.hæred. & in l.
2.ff.de iuriſd.om.iud.tex.in c.prętereà,de
offi.deleg. Pariſ.conſi.89.nu.7.volu.2.in-
cip.In præſenti cauſa. Legatum enim eſt
conſequēs, inſtitutio antecedēs, & verba
† teſtatoris cū effectu accipiēda ſunt, tex.
in l.in conditionibus primū locum.ff.de 4
cond.& demon.& in l.cùm virum.C.de
fideicō.& ibid.pulchrè Iaſ.nu.2.tex.ſing.
in l.3.C.de liber.pręter. & in l.pater Seue-
rinā.§.conditionū verba.ff. de cōd.& de-
monſt. & ita interpretanda, vt actus po-
tiùs valeat,quàm pereat,p vulgaria. Tem-
pus mortis vxoris non cenſetur adiectū
inſtitutioni, vt aditionem impediat, ſed
tantùm differendi gratia,vt hęres nō ha-
beat commodum vſusfructus, quamdiu
vixerit vxor, ſed nō ſuſpenditur per hu-
iuſmodi verba inſtitutio poſt mortem
vxoris facta, ſed oſtenditur potiùs enixa
teſtatoris voluntas, volentis vxorem in
vſufructu, quóad vixerit p hæredem tur-
bari non debere. Hæc eſt benignior opi-
nio, æquitati, materiæ ſubiectæ,& menti
teſtatoris magis conſentanea. Proindè
iudex ab ea iudicando recedere non de-
bet,hanc tenent Bald.in l.id quod paupe-
ribus.

ribus.nn.27.C. de Epiſcop. &;cler. Idem
In d.l.filius à patre. Caſt.ibid.nu.5.dicens,
ſecundum eam opinionem iudicatum
fuiſſe. Idem conſi.459.nu.2.cir.fin.vol.2.
incip. Dubium de quo quæritur. Viglius
in §.hæres,nu.6.Inſt.de hær.inſt.Rom.d.
conſ.71. num.5.latè Pariſ.conſi.97.incip.
Vidi proceſſum,nu.1.cum ſeq.vol.2.Co-
uarr.variar.reſolut.lib.2.cap.2.nu.5. præ-
clarè Molinæ. ad Alex.d.conſil.162.nu.3.
vbi dicit, cõtrariam opinionem, tanquã
iniquam,contra naturam materię ſubie-
ctæ, & teſtatoris voluntatem reijciẽdam
eſſe. Et iſta opinio abſq; dubio procedit,
ſi vxori ſit relictus vſusfructus omnium
bonorum, & poſt eius mortem filius in-
ſtitutus:quia cùm filius debeat habere le-
gitimam abſqne onere & dilatione tem-
poris, text.in l. quoniam in prioribus.C.
de inoffi.teſta. poteſt ſaltem quóad legi-
timam, hæreditatem ſtatim adire, & ſic
legatum confirmabitur.Ioann.Andr.ad
Spec.loco citato. Iaſ.in d.l.extraneũ, nu.
6.in prima limitatione,vide infrà Obſer.
ſeq.Caſt.cõſi.459.nu.2.incip. Dubium de
quo qnęritur,vol.2.Ex hacObſeruatione
pro parte affirmatiua infero,quòd hęres
5 inſtitutus poſſit † Falcidiam detrahere à
legato vſusfructus omnium bonorum,
quia purè inſtitutus habet beneficiũ Fal-
cidiæ, tex.in l.omnium,la.2.ff.de vſufru.
& quemad.quis vta.gloſ.vnica in l.vxori
meæ.ff.de vſu & vſufruc.legat.Barto.in l.
Titia cum teſtamento.§.fin.nu.7.ff.de le-
gat.2. Caſtr.d.conſi.459. num.2. vbi hoc
mouet, ſed non reſoluit, vide infrà Ob-
ſeruat. ſequen. Sed quid ſi maritus vxo-
rem inſtituat in vſufructu omnium bo-
norum,& alium poſt eius mortem inſti-
tuat hæredẽ vniuerſalem, an hoc caſu fi-
deicommiſſum inductum cẽſeri debeat,
Ita quòd vxor grauata ſit poſt mortem
ſnbſtituto hæreditatem reſtituere.Com-
mnniter placuit,hoc caſu inſtitutionem
poſt mortem vxoris factã ad fideicom-
miſſariam ſubſtitutionem trahi, & vxo-
rem eſſe hæredem,non ſolùm in vſufru-
ctu,ſed etiam in proprietate, per tex.in l.
ſi quis ita inſtituatur ex certo fundo, ali-
as,l. ſi ita quis hæres inſtitutus, excepto
fundo.ff. de hæred.inſtit. Ita tenet Salic.
in d.l.extraneum,num.6.in vlt.quæſt.Iaſ.
Ibid. num.6. in tertia limitatione. Alex.
d.conſi.162. Dec.conſi.279.nnm.2.incip.
Non leuis perplexitas.Ang.in d.l.filius à
patre.Sed Molinæ. ad Alex.d.conſil.162.
indiſtinctè tenet, vxorem vtroque caſu
meram legatariam vſusfructus eſſe, ſiue
maritus relinquat vxori vſumfructum,
ſiue eam Inſtituat in eo, per rationem
prædictam, quòd tempus inſtitutioni
hæredis vniuerſalis adiectum, non ſu-
ſpendat inſtitutionem, ſed tantùm hæ-
redem à perceptione & commodo vſuſ-
fruct⁹ remoueat, & quòd huiuſmodi in-
terpretatio magis ſit voluntati teſtatoris
conſentanea. Inſtitutio igitur vxoris in
vſufructu cenſebitur tãtùm legatum eſ-
ſe, próut dicitur de quolibet inſtituto in
re certa, is enim loco legatarij habetur,
text.in l. quoties.C. de hæred. inſtit. vbi
Iaſ.hoc trib⁹ modis limitat. Philip.Frãc.
in c.ſi pater,nu.24.de teſta.in 6. vbi vide,
quandò inſtitutus in re certa loco hęre-
dis habeatur.Effectus huius opinionis ex
ſuperioribus perſpicuus eſt:nam ſi inſti-
tutio poſt mortem vxoris facta ad fidei-
commiſſum trahitur, conſequens eſt,
moriente fideicommiſſario ante vxo-
rem, hęreditatem ad hæredes fideicom-
miſſarij non tranſmitti:quia † fideicom- 6
miſſum conditionale non trãſmittitur
ad hæredes, ſi fideicommiſſarius penden
te conditione ante grauatum decedat,
text. in d.l. vnic.§. ſin autem aliquid.C.
de caduc.toll.vbi communiter Dd. vide
prolixiùs ſuprà eod.Obſer.133. Sed cum
vtroq; caſu eadẽ militet ratio, Molinæi
opinionem veriorem exiſtimo, & inſti-
tutum poſt mortem vxoris, purè inſtitu-
tum cenſeri, ac proindè hęreditatem ad
ſuos tranſmittere,per rationem d.l.quo-
ties.Illud quoq; notandũ,quòd ſub † lega- 7
to vſusfructus quandoq; cõtineatur pro-
prietas, vtputà ſi teſtator vſus ſit verbis,
quæ vſufructui non conueniunt, ſed po-
tiùs proprietati, ꝑ tex.in l.Proculus.ff.de
vſufru. vbi teſtator dixit ſe legare vſum-
fructum domus,poſteà talibus ædibus le-
gatis impoſuit ſeruitutem altiùs nõ tol-
lendi,dicitur ibi,quòd videtur legaſſe ꝓ-
prietatem, licèt dixerit, ſe légare vſum-
fructum, & hoc propter naturam inſer-
ti oneris, ſeu appoſitæ ſeruitutis, quæ a-
liâs non obtineret in vſufructu. Bal.in d.
l.Proculus. circa fi. vbi dicit hoc notatu
dignũ.apoſtil.ad Bart.ibid.Raph.Cuma.
conſ.121.incip. Ser.Petrus condidit,nu.3.

Curt.iun.conſi.14.nu 1.incip. Vt veritas. Porrò, ſi vxor ſit inſtituta hæres à marito, quamdiu vixerit, nullo alio hærede poſt mortẽ eius ſcripto, an vxor cenſeatur grauata reſtituere hæreditatem poſt mortem ſuã hæredibus ab inteſtato venientibus, vide Bar.in l.quoties.§.ſi duo, nu.3.cum ſequ.ff.de hæred.inſtit. Decius d.conſil.279.nu.2. Iaſ.in d.l.quoties.C.de
8 hęred.inſti.nu.6.vbi tradit, vtrùm † inſtitutus in re certa, dato ſibi cohærede vniuerſali, habeat ius accreſcẽdi. Dd. cõmuniter ibid. Communis opinio eſt, quòd ſic, vt dicit Alex.conſ.58.incip. Habita ſuper.nu.4. vol.3. per rationes ibid. allegatas, l.1.§.ſi ex fundo.ff.de hæred.inſtit.

OBSERVATIO CXLIIII.

Vxor relicta vſufructuaria omniũ bonorum, liberis vel extraneis ſcriptis hæredibus, quid conſequatur.

SVMMARIA.

1 *Vxor vſufructuaria omnium bonorũ an legitimam filijs ſoluere teneatur.*
2 *Vxor vſufructuaria an tantùm alimenta conſequatur.*
3 *Vxor in iure domina appellatur.*
4 *Alimenta quomodo æſtimanda.*
5 *Vxor ex voluntate teſtatoris conſequitur integrum vſumfructum.*
6 *Præſumptio ſpecialis tollit generalem.*
Præſumptio nihil operatur vbi de veritate conſtat. Ibid.
7 *Vxor vſufructuaria omnium bonorum, liberis defunctis, integrum habet vſumfructum.*
8 *Priuilegium perſonale non extenditur ad extraneũ.*
9 *Subſtitutus vulgariter vel pupillariter an vſumfructum vxori præſtare cogatur.*
10 *Extraneus inſtitutus deducit Falcidiam ab vſufructu omnium bonorum.*
11 *Relictum ſub conditione caſuali, extinguitur deficiente conditione.*
12 *Legatum alimentorum non extinguitur morte eius in cuius perſona conditio adimpleri debet.*
13 *Conditio in forma impleri debet.*
14 *Vxor ſi commodè cum filijs habitare nequit emigrare poteſt.*
15 *Vxor vſufructuaria mortuo marito cui operari debeat.*
16 *Inuentarium conficere, & cautionem præſtare tenetur.*

MAritus in teſtamẽto ſuo vſumfru-
1 ctum omniũ bonorum † ſuorum
vxori reliquit, filijs hæredibus inſtitutis, filij maiores facti legitimam à matre petunt: at illa, propter vſusfructus commodum, eam darè recuſat. Quæritur an ad hoc teneatur? Dicẽdum, quòd ſic: Ratio, quia legitima ſtatim poſt mortẽ parentis, pleno iure, abſq; onere liberis debetur, hoc eſt, cum proprietate & vſufructu: nec parens poteſt deſtinata & enixa ſua voluntate vxori ſuæ, multò minus extraneo vſumfructũ legitimę relinquere: legitima enim non iudicio patris, ſed ex legis prouiſione filijs debetur, per iura ſupr. eod. Obſeruat. 119. allegata, & alimentorum loco ſuccedit, quibus alimentis durante vſufructu matris, liberi carere non debent: aliàs mortuorum, non viuorum filiorum parens dici poſſet, tex. & caſus in terminis in §. prohibemus. Auth. de trient. et ſemiſſ. & in Auth. nouiſſima. gloſſ. ibid. in verb. nec vſufructu. C. de inoffic. teſtam. text. in l. quoniam in prioribus. C. eo. tit. Bar. in l. vxori meę. ff. de vſu & vſufr. leg. Dec. expreſſè conſi.590.num.8.incip. Teſtator reliquit. Idem conſi. 454.nu.3.incip. Iuridicas eſſe. & conſ.620. num.8. incip. Caſus de quo quæritur. Caſtr. conſi. 459.nu.2.volu.2.incip. Dubium de quo quæritur, vbi omninò vide. Alex. conſil.29.nu.2. incip. Viſo themate, vol.4. Idem conſi.214.num.14. vol.6.incip. ponderatis verbis. Iaſ. in l. extraneum, nu.6. in prima limitatione. C. de hær. inſtit. & Dd. in locis infrà citandis. Et iſta obſeruanda ſunt pro interpretatione ſtatutorum, vel conſuetudinum quorundam locorum, vbi ex ſtatuto, vel conſuetudine alterutro coniugum mortuo ſuperſtes vſumfructũ omnium bonorum defuncti cõſequitur: quia huiuſmodi ſtatuta & conſuetudines intelligi debent, vt procedant deducta legitima liberorum, vel eo quod loco legitimæ ſuccedit, putà competente dote, vel donatione propter nuptias, ſecundum facultates & dignitatem defuncti parentis, iuxta text. in l. quæro, & in l. cùm poſt. §. gener, cum §. ſeq. ff. de iur. dot. Pariſ. conſ. 43.nu.50.incip. capiendo primum, vol.5. & per alia iura infrà allegata. Facit ad ſuperiora, quòd ex communi Dd. opi-
nione vxor relicta domina, & † vſufru- 2
ctuaria omnium bonorum, filijs hæredibus inſtitutis, tantùm alimenta conſequi debeat, & non vſumfructum omnium bonorum. Huiuſmodi enim te-

ſtato.

ſtatoris verba, liberorum fauore, ex præſumpta mente teſtatoris, ad nuda tantùm alimenta, ad victum & veſtitum reſtringuntur, quaſi maritus velit vxorem domi ſuæ in ea præeminentia, & in eodē ſtatu manere, in qua & in quo ſe adhuc viuo fuit, ne à liberis poſt mortem ſuam contemnatur. Verbum, domina, à marito prolatum, alio hærede, etiā extraneo inſtituto, non concludit dominium bonorum, ſed vt dixi, præeminentiā quandam ſignificat: non enim veriſimile eſt maritum voluiſſe vxorem proprietatem bonorum habere, ex quo alium hæredē inſtituit, præſertim ſi filios hęredes ſcripſit, quos chariores pręſumitur habere ipſa vxore, text. in l. cùm acutiſſimi. C. de fideicom. & in l. cùm auus. ff. de condi. & demonſtr. Roma. conſ. 118. num. 2 incip. Quóad primum. Prætereà dicunt Dd. ꝙ ex communi loquendi vſu, mariti con-
3 ſueuerunt † vxores ſuas dominas vocare, & in iure domina appellatur, tex. in l. Titia. §. qui Marco. ff. de annu. leg. & text. in l. 1. ff. rer. amot. facit ad idem text. in l. 1. §. ſi vir. ff. de S.C. Sylla. Sed iſte dominatus non debet eſſe vltra colum, penſum, & fuſum. Eſt communis opinio Dd. quòd legatum vſusfructus, filijs hæredibus inſtitutis, ad alimēta tantùm reſtringatur, gloſſ. in Authen. hoc locum. C. ſi ſecund. nup. mul. cui marit. vſumfru. reliq. in verb. derogari, Barto. Bald. Salic. & alij ibid. Bart. in l. Titia cum teſtamento. §. fin. num. 3. cum ſequ. ff. de lega. 2. Bald. Imol. & communiter Dd. ibid. vbi ſedes ordinaria. Bar. d. conſil. 56. num. 3. Idem in l. etſi contra tabulas. num. 2. Iaſ. ibid. num. 5. ff. de vulg. & pupill. Alex. Imol. & alij ibid. Tiraqu. in l. ſi vnquam. C. de reuocan. donat in verb. ſuſceperit liberos. nu. 163. Deci. d. conſi. 454. nu. 1. vbi cōmunem dicit. idē conſi. 279. nu. 3. incip. Non leuis perplexitas. Caſt. conſ. 218. nu. 1. vol. 1. incip. Quòd vxor quondam. idē d. cōſi. 452. nu. 2. Capra cōſ. 72. nu. 11. incip. Cum viſo. Alex. conſi. 56. nu. 2. vol. 3. incip. Perlectis verbis, vbi cōmunem dicit. idē cōſ. 57. nu. 1. incip. Ponderatis verbis. eod. vol. & d. conſ. 29. num. 1. Spec tit. qui filij ſint leg. §. 1. Bal. in l. ſi. C. de indict. viduit. töll. Anchar. in c. ſi pater, nu. 3. de teſtam. in 6. idem conſ. 185. nu 1. incip. Quæſtio videtur. idem conſ. 237. incip. Quia in primo quæſito, vbi ampliat hanc communem opinionem non ſolùm ꝓcedere in vxore, ſed etiam in matre teſtatoris vſufructuaria omniū bonorum, vt ſcilicet matre teſtatoris hęrede inſtituta, vxori tantùm alimenta relicta cenſeātur, per pulchras rationes, vt ibi per eum. idē tenet Ang. in d. Auth. hoc locum, & Molin. ad Alexan. d. conſ. 56. Alimenta † ſecundum 4
facultates, & conſuetudinem mariti, eſtimanda & taxanda ſunt, per tex. in l. cùm alimenta. ff. de alim. & cibar. legat. tex. in l. ius alimentorum. ff. vbi pupil. educ. debeat, tex. ſing. in l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de leg. 1. & in l. hęredes palàm. §. ſed etſi notā. ff. de teſtam. text. in d. l. quæro, & in d. l. cùm poſt, §. gener. Capra d. conſ. 72. nu. 17. Bart. Caſtr. & Alex. in l. Imperator. ff. ad S.C. Trebel. Pariſ. conſ. 98. nu. 28. cum ſeqn. incip. quoniā reuerendi, vol. 2. Bald. in d. Auth hoc locū, nu. 2. vbi plura ad hoc allegat. Limita hāc concluſionē quòd vxor relicta domina, & vſufructuaria, liberis inſtitutis, alimenta tantùm habere debeat, non procedere. Primò, ſi
de alia † teſtatoris voluntate ex teſtamen- 5
to conſtat, putà, quòd vxorem voluerit habere vſumfructum: quo caſu deducta legitima, quæ nullo onere grauari poteſt, vt initio dixi, vxor non alimenta, ſed integrū & formalem vſumfructum omnium bonorum habebit, & in eo à filijs hæredibus inſtitutis, turbari non debet, Alex. d. conſi. 56. num. 2. & d. conſi. 57. num. 1. Idem conſi. 214 num. 13. volum 6. incip. Ponderatis verbis. Decius d. conſil. 454. num. 1. Caſtr. d. conſi. 218. facit enim totum voluntas defuncti, vt dicit text. in l. ex facto. §. cùm hæc ita, verſic. & facit. ff. de hæred. inſtit. text. in l. in conditionibus primum locum. ff. de condit. & demonſtrat. text. notab. in l. cùm virum. C. de fideicom. Nam vna præſumptio tollit aliam, text. in c. literas, de præſumpt. gloſſ. ibid. in verbo, exiſtimari, text. in l. Diuus. ff. de in integ. reſtit. Bartolus ibidem, Alexan. conſi. 124. num. 11. vol. 6. incipi. quoniam abundè. Et † præſumptio 6
ſpecialis tollit generalem præſumptionem, text. in l. cùm de indebito, vbi Bart. ff. de probat. Et ideò ab illa generali præſumptione, quòd ex coniecturata mente defuncti, fauore filiorum, legatū vſuſfructus vxori factum, reſtringatur tan-

tùm ad alimenta,receditur, quandò ſpe.
cialirer in teſtamento de alia teſtatoris
voluntate apparet,quia præſumptio ſpe.
cialis potentior eſt generali, text.in d.l.
cùm de indebito.Imò in claris non opus
eſt coniecturis, text. in l. ille aut ille.§.
cùm in verbis.ff. de legat.3. Deci. d. con.
ſil. 454. & præſumptio nihil operatur,
vbi veritas apparet in contrarium,text.
in l.qui ad certũ.ff.locati, Deci.conſ.442.
nu.25.incip.in cauſa in qua.Cæpha.conſ.
148.nu.32.vol.1.incip viſis inſtrumentis.
Secundò limita, vt non procedat, ſi filij
inſtituti viua matre moriantur, quo ca.
7 ſu,†vxor integrum vſumfructum omni.
um bonorum rectè percipit, & ab hære.
dibus filiorum ex teſtamento, vel ab in.
teſtato moleſtari non debet, deducta ta.
men legitima filiorum, in qua non po.
teſt vſufructuaria conſtitui. Bartol. con.
ſil.56.nu.3.incip. Bartolus fecit teſtamen.
tum. Alexand.d.conſil 56.num.2.vbi di.
cit,quòd legatum vſusfructus vxori reli.
ctum,non reſtringatur ad alimẽta,quan
dò hæreditas tranſit ad tranſuerſales.
Anchar.in d.c.ſi pater,num.3. Bald. in d.
l.Titia cum teſtamento.§.fin. Huc perti.
nent,quæ in ſequenti limitatione anno.
tantur. Tertiò limita, vt non procedat,
quàdò vxor eſt relicta vſufructuaria, ex.
traneis hæredibus inſtitutis,quia tunc ex
communi opinione non alimenta ſed
integrum & formalem vſumfructũ con
ſequitur:ceſſat enim eo caſu præſumptio
teſtatoris,ſcilicet fauor liberorum, pro.
inde à proprietate verborum non eſt re.
cedendum, videlicet, quòd ſub legato
vſusfructus, comprehendatur tãtùm le.
gatum alimentorum, Bartol.in d.l.Titia
cum teſtamento.§.fin. Ang.ibid.& com.
muniter Dd.Anchar.in d.c.ſi pater.nu.3.
Alex.d.conſi.57.volu.3.& conſil.42.nu.3.
vol.2.incip. Viſo proceſſu.Roland.conſ.
74.nu.9.volu.2. incip. quia de pluribus.
Iaſ.in d.l. etſi contra tabulas.nu.5. Regu.
8 lariter enim † priuilegium perſonale,nõ
extenditur ad extraneum hæredem.gloſ.
Bartol. & Dd.in l.1.§. ſi quis hoc interdi.
cto.ff.de itin.actuque priuat.qualitas pri.
uilegij mutatione perſonæ, quæ eſt alte.
rius conditionis mutatur, & per conſe.
quens priuilegium amittitur, tex.notab.
in l.licitatio.§.pen. & §.fin.ff. de acquir.
hæred.& in c.1. de iur.patron. in 6. Iaſon

In d.l. etſi contra tabulas,nu.6. Et ideò ſi
teſtator vxore vſufructuaria omniũ bo.
norum relicta, extraneum ſimul cũ filio
inſtituiſſet,vxor, quóad partem extranei
vſumfructum formalem rectè exigit, qa
quod fauore liberorum introductum eſt
ad extraneos extendi non debet. Bart. in
d.l. Titia cum teſtamento.§.final.num.
9.facit text.in l.hac cõſultiſſima.§.ex im.
perfecto.C.de teſtam. Pari ratione, vul.
gariter † filio ſubſtitutus integrũ vſum. 9
fructum vxori præſtare debet, cùm ſit
extraneus.Bartol.in d.§.fin. & in d.l. etſi
contra tabulas,nu.2. Quod ad ſubſtitutũ
pupillariter attinet,variant Dd.ſed com.
muniter approbatur diſtinctio Bartol.in
d.§.final. num.11. quæ eſt, vtrùm vxor ſit
ſimpliciter relicta domina vſufructua.
ria, an verò donec, vel quouſque caſtè
vixerit: vt primo caſu legatum dicatur
purum, & tantùm alimenta vxori reli.
cta intelligantur: ſecundò verò annuum
legatum ſit, & conſequenter plura lega.
ta:pro primo anno purum, pro ſequen.
tibus conditionale cenſendum ſit, &
tunc integrum vſumfructum à ſubſtitu.
to deberi: Ratio,quia in perſona ſubſti.
tuti cenſetur diuerſum legatum, & ideò
cùm ſit extraneus, meritò ad integrum
vſumfructum tenetur. vide prolixè in
vtranque partem. Iaſ. in d.l. etſi contra
tabulas. Meminiſſe tamen oportet, hæ.
redem † extraneum de legato vſusfru. 10
ctus omnium bonorum Falcidiam de.
trahere poſſe, illa enim inſtituto debe.
tur, reliquum verò vſusfructus ad vxo.
rem ſpectat. Bartol. in d.l. Titia cum te.
ſtamento.§.final. num.7. Caſtr.d.conſil.
459.num.2.circa fi.per tex.in l.omniũ.la.
2.ff.de vſufr. glo.vnica in l.vxori meæ.ff.
de vſu & vſufr.lega. Quid ſi teſtator vxo.
ri ſuæ vſumfructum omnium bonorũ,
hac conditione, ſi in domo mariti cum
liberis ſuis permanſerit, & vitam hone.
ſtam, vel vidualem ſeruet, legauerit, an
mortuis liberis, legatũ extinguatur? Re.
gulariter in † cõditione caſuali,quocun. 11
que modo deficiat conditio,legatum in.
tercidit, text. in l.1.§. ſin autem aliquid
ſub cõditione,C.de cad.tol.Bart.in l.1.C.
de inſtit.& ſubſtit. Dec.conſ.620.nu.2.in.
cip.Caſus de quo quæritur. qualitercunq;
conditio caſualis deficit, pro defecta ha.
betur: quia videntur partes ſolùm con.
ſideraſ.

ſideraſſe conditionis euentum, gloſſ.in
l.in teſtamento, la.2.in verb. conditione
videri.ff. de condi.& demonſtr. d.l.1.§.ſi
autem.C.de cad.tol.Socin.ſen.conſi.44.
nu.3.vol.1.Incip.In præſenti conſultatio-
12 ne, vbi omninò vide. Fallit in † legato
alimentorum,quia morte eius,cum quo
morandum fuit,non extinguitur legatũ,
tex.in l.1.C.de leg.gl.notab.i bid.in verb.
poſt mortem.text.notab.in l.Caio.§.Im-
perator.ff. de alim. & cibar.leg.text.in l.
annua.ff.de ann.legat.Breuiter,pro veri-
tate huius dubij,diſtinguendum eſt inter
legatum vſusfructus,& legatum alimen-
torum.Primo caſu,morte eius,cum quo
morandũ fuit, vel in cuius perſona con-
ditio impleri deberet, legatum extingui-
tur,vt notant Dd.in d.l.1.C.de legat.Dec.
d.conſ.620. Altero caſu iterum diſtin-
guendum, vtrùm legatum alimẽtorum
principaliter relictum ſit in fauorem le-
gatarij, an verò in fauorem liberorum,
cum quibus vxor morari debet. Primo
caſu valet legatum etiã deficiente condi-
tione. Secundo verò corruit, quia ceſſat
cauſa finalis, qua motus fuit teſtator ad
faciẽdum tale legatum alimentorũ. hæc
diſtinctio probatur p text. ſingularẽ in l.
illis liberis.ff.de condit. & demonſt.glo.
communiter approbata in d.l.1.C. de le-
gat. Barto.Bald.& alij ibid. Dec.d.conſi.
620. vbi communem dicit. Anchar. d.
conſil.237. nu.1.vbi dicit ita omnes tene-
re, & ideò occurrente caſu verba teſta-
menti diligẽter ponderanda ſunt. In du-
bio verò legatum alimẽtorum in fauorẽ
legatarij, & per cõſequens perpetuò reli-
ctum videtur,d.l.illis liberis. glo.in d.l.1.
C.de leg.Deci.& Anchar.vbi ſupr. Scire
quoq; oportet, quòd pluribus conditio-
nibus vxori datis, omnibus parendũ ſit,
vt legati fiat capax. veluti quandò reli-
ctum eſt legatum,ſi,& donec honeſtè vi-
xerit,& vitam vidualem ſeruauerit, neq;
ad ſecunda vota tranſierit, & in domo
teſtatoris habitauerit, text.elegans in l.ſi
hæredi plures.ff.de condi.inſt. & in l.cè-
dere diem.§. vbi ſub conditione.ff. de
verbo.ſignifi.Capra d.conſil.72.num.12.
13 Cõditio enim † in forma impleri debet,
tex.in l.qui hæredi.ff.de cond.& demon.
14 Si tamen commodè, † vel honeſtè in do-
mo teſtatoris cum liberis morari neque-
at, poteſt licitè mutare habitationem,
Bald.in d.Auth. hoc locum, nu.3. Capra
d.conſil.72.nu.13. cum ſeq. Dd.paſſim in
locis ſuprà allegatis,facit tex.in l.qui con
cubinam.§.vxori.ff.de leg.3.& in l.repre-
hendẽda.C.de Inſt.& ſubſt.l. ſi cùm dies.
§.quod ſi.ff.de recept.arbit. An autem † 15
vxor vſufructuaria omnium bonorum
dotem ab hæredibus viri repetere poſſit?
Guid. deciſ.541. num. 1. concludit quòd
non. Sed aliter conſuluit Capra d.conſi.
72.num.17. quem omninò ad hoc vidè,
& Bello.conſi.31.nu.4. incip. Caſus talis
eſt.Item cui vxor operari debeat, marito
mortuo,ſi legatum ſit cõditionale, quòd
videlicet in domo teſtatoris habitare de-
beat, vide Bald.in d.l.1.C.de leg.Bart.in l.
diuortio.ff.ſolu.matr.plenè Capra d.cõſ.
72.nu.15.Illud quoque hîc annotandum,
vxorem † vſufructuariam, omnium bo- 16
norum inuentarium conficere debere,
nec maritum talem confectionem in te-
ſtamento ſuo,nec etiam cautionem vſu-
fructuariam remittere poſſe, tex.in l.1.§.
rectè.ff.vſufr.quemadmodum caue. tex.
in l.1.& in l.4.C.de vſufr. Dd.vtrobique.
Boër.deciſ.63.nu.12.Caſtr.conſi.221.nu.1.
volu.2.incip. Antequàm veniam. Pariſ.
conſ.96.nu.1.vol.2.incip. An mater reli-
cta.Idem conſ.61.nu.47.cum ſequ.vol.3.
incip. Aduerſus teſtamentum. vbi dicit,
veram & cõmunem eſſe concluſionem,
vxorẽ vſufructuariam, eo caſu,quo con-
fectio inuentarij remiſſa eſt, non teneri
facere inuentarium ſecundum ſolenni-
tatem,l.fi.C.de iur.delib.ſed ſufficere de-
ſcriptionem bonorum, quæ loco inuen-
tarij erit,per tex.in d.l.1.§. rectè.ff.vſufru.
quemad.caueat, idem tenet Rolan.conſ.
92.nu 2.vol.1.incip.in cauſa,& plures alij
per eum allegati.

OBSERVATIO CXLV.

Cautio vſufructuaria an à teſtatore remitti poßit.

SVMMARIA.

1 *Cautio vſufructuaria per teſtatorem remitti non poteſt.*
2 *Cautio in quo fundetur.*
3 *Dolus de futuro non poteſt remitti.*
4 *Cautio vſufructuaria hæredis fauorem concernit.*
5 *Cautionem exigens proprietarius contra prohibitionem pœnalem teſtatoris an in pœnam incidat.*
6 *Quando non valet diſpoſitio, non ſubſiſtit etiam conditio pœnalis.*

† Tem-

7 *Tempus inſtantiæ non poteſt prorogari conſenſu partium.*
8 *Pœna adiecta contra ius non vitiat diſpoſitionem.*
9 *Hærede per teſtatorem priuato, ſi cõtra eius prohibitionem fecerit, ad quos deuoluatur hæreditas.*
10 *Vſufructuarius tenetur inuentarium conficere.*
11 *Deſcriptio bonorum eſt antecedens fideiuſsionis vſufructuariæ.*
12 *Cautio vſufructuaria quibus caſibus remitti poſsit.*
13 *Pater non ſatiſdat filio in bonis aduentitijs.*

TEſtatorem indiſtinctè in quocunq;
vſufructu, tam rerũ mobiliũ, quàm
1 immobiliũ cautionẽ † vſufructuario re-
mittete non poſſe, cõmunis eſt Dd. opi-
nio, atteſtante Socino ſen. conſil.131.nu.
14.vol.1.incip. In præſenti cõſultatione,
per text.in l.1.C.de vſufruct.gloſſ.ibid.in
verb.cautionem.Bart.nu.6. Salic.nu.2.&
cõmuniter Dd.Iaſ.conſil.40. nu.1.incip.
Circa primũ.volu.1.tex.in l.ſcire debetis.
C.vt in poſſ.legat.glo.& Dd.ibid. Bart.&
Dd.in l.nemo poteſt.ff.de legat.4.Cano-
niſt.cõmuniter in c.fi. extr. de pignorib.
Alex.conſil.58.nu.10.volu.3. incip.habita
ſuper.Roland.conſi.92.nu.1.vol.1.incip.
in cauſa. Soci.iun.conſ.115.num.23.incip.
Circa primam. part.1. Iulius Clarus in §.
teſtamẽtum,quæſt.64. nu.1.vbi commu-
nem dicit,licèt nõnulli velint remiſſio-
nem cautionis valere quóad res quæ vſu
conſumuntur, vt Cyn.in d.l.1.Ancha.&
Panorm.in d.c.fin.vt refert Iaſ.d.conſil.
40.num.1. Sed communis, vt dixi, eſt in
cõtrarium,per rationes: Primò,quia hæc
cautio per legem,putà edictum prętoris,
vel S.C.inducta eſt, per ea quæ ſuprà eod.
2 Obſeruat.46.dicta ſunt,& in eo † funda-
tur, quoniam cùm quis rem ſuam alij in
manum tradit,æquum eſt vt de ea aliquã
habeat certitudinem, text.eleg. in l.ſi cu-
ius.cum l.ſequen.ff.de vſufruct. Eſt enim
cautio loco nudæ proprietatis, text. in l.
2.ff.de vſufruct.ear.rer.quę vſu conſum.
gloſſ. in l. tribus, in verbo,quia cautio,ff.
eod. Secundò,teſtator remittendo hanc
cautionem daret occaſionem delinquen
di,quia inuitaret vſufructuarium ad ab-
uſum,& ſic ad diſſipandũ, & conſequen-
3 ter ad delinquendum : dolus † autem de
futuro nullo modo remitti poteſt,tex.in
l.cõuenire.ff.de pact.dota.& in l.ſi vnus,
§.illud.ff.de pact.Iaſ.d.conſ.40.Dd.com-
muniter vbi ſuprà. Tertiò notum eſt,
4 iſtam † cautionem ad fauorem hæredis
inductam eſſe, & nõ ipſius teſtatotis: ita-
que teſtator fauori non ſuo renunciare
quoque non poteſt. Bal.& communiter
Dd.in l.ſi quis in cõſcribendo.C.de pact.
Canoniſt. in c. ſi diligenti.§.fina. de for.
compet.ita concludunt Dd.in d.l.1.C.de
vſufru.Ang.in d.§.1.Inſti.de don.num.5.
Dec.conſ.565.num.2.incip. clariſſima vi-
detur, Philip.Port.lib.3.cõmu.opin.con-
cluſ.18.in 6.ampl. Guid.deciſ.515.nu.1.Pa-
riſ.conſ.96.vol.1. Ampliatur hæc cõclu-
ſio. Primò, vt procedat etiam in vxore,
cui à marito relictus eſt vſusfructus, Caſt.
conſ. 221.num.1.volu.2.incip.antequam
veniam, Deci.d.conſi.565.Iaſ.d.conſi.40.
& Dd.vbi ſup. Secũdò ampliatur vt pro-
cedat etiamſi teſtator remiſerit † cautio- 5
nem,adiecta pœna, ſi ab hærede contra
fiat, videlicet quòd priuatus eſſe debeat
hæreditate, ſubſtituendo in eum caſum
alios : quia non obſtante pœna cautio
pręſtari debet etiam ab vſufructuario lo-
cupletiſſimo, ſi ab eo petita ſit, & pœna
adiecta pro non adiecta habebitur : quia
teſtatot non poteſt facere, vt leges nõ ha-
beant locum in teſtamento ſuo,tex.in d.
l.nemo poteſt.ff.de leg.1.et talis pœna cẽ-
ſetur in fraudem legis adiecta,ideoq; hæ-
res petens contra prohibitionem teſta-
toris cautionem, non incidit in pœnam
priuationis hæreditatis, per tex.in l.vni-
ca,in fi.C. de his quæ pœn.nom. & tex.in
l.Seius & Augerius.ff. ad l.Falci. vbi I.C.
tradit regulam : quod fieri nequit per vi-
am † diſpoſitionis,non poteſt etiam fie- 6
ri per viam conditionis pœnalis, ne per
indirectum concedatur quod directò eſt
prohibitum, Bartol. & Dd.in d.l.Seius &
Augerius,Iaſ.d.conſ.40.nu.3. Caſt.d.cõſ.
221.Quemadmodũ in ſimili,ſicut † tem- 7
pus inſtantiæ,de quo in l.properandum,
§.& ſi quidem.C. de iudic. non poteſt ex-
preſſo partium pacto prorogari: ita nec
pœna adiecta prorogari poteſt, Bar.in d.
l.properãdum,in prin.Bal.in l.1.C.de in-
dict.vidui.tol. Idem in d.l.vnic.C. de his
quæ pœn.nom. vbi dicit † pœnam adie- 8
ctam contra ius, non vitiare diſpoſitio-
nem, neque priuationem aliquam indu-
cere. Facit regula, quòd acceſſorium ſe-
quatur naturam ſui principalis, per vul-
garia,tametſi aliâs teſtator poſſet priua-
re hæredem hęreditate, ſi aliquid contra
eius prohibitionem & ſupremã volun-
tatem

9 tatem faciat, quæ † priuatio hoc opera-
tur, vt hæres in vim fideicommiſſi tenea-
tur hæreditatem reſtituere cohæredibus,
vel ſubſtitutis, ſi dati ſunt: ſin minus, hæ-
redibus ab inteſtato venientibus: ſed nō
poteſt illa prohibitio teſtatoris hoc ope-
rari, vt hæres ſemel inſtitutus, deſinat eſ-
ſe hæres. Ita ſe habet communis opinio,
teſtante Iulio Claro in §. teſtamentum,
quæſt. 69. Bart. in l. paterfamiliâs, nu. 7. ff.
de hæred. inſt. Iaſ. in l. fi. §. fi. nu. 3. ff. ſi cert.
pet. Bertrand. conſil. 131. num. 5. volum. 3.
in ſecunda parte, & plures alij, quos alle-
gat Clarus vbi ſuprà. Tertiò ampliatur,
10 vt non ſolùm † cautionem, ſed etiam de-
ſcriptionem bonorum & inuētarij con-
fectionē contra teſtatoris expreſſam pro-
hibitionem pœnalē hæres petere poſſit.
Caſtr. d. conſ. 221. Iaſ. d. conſil. 40. nu. 1. &
Soc. iun. d. conſi. 115. Alex. d. conſi. 58. num.
10. Rolan. d. conſ. 92. nu. 15. Port. d. concl.
83. in 6. ampliat. per text. in l. 1. §. rectè. ff.
vſusfru. quemad. caueat. Et hoc maximè
procedit, ſi rerum mobilium vſusfructus
relictus ſit: quomodo enim fideiuſſores
vſufructuarij fideiubere poſſunt pro re-
bus incertis? Inanis prorſus foret & elu-
11 ſoria fideiuſſio. Deſcriptio † igitur in pri-
mis fieri debet tanquàm antecedens fi-
deiuſſionis, ad hoc vt cognoſcatur pro
quibus rebus fideiuſſores teneantur. text.
in d. l. 1. §. recte. & illa deſcriptio loco in-
uentarij erit, vt dixi ſup Obſeruat. proxi.
Prætereà ſi remitti poſſet iſta deſcriptio,
daretur vſufructuario anſa delinquen-
di, ſicut initiò in ſecunda ratione huius
concluſionis dictum eſt, quod fieri non
debet, vt prolixiùs tenet Iaſ. in d. conſil.
40. quem ad hoc omninò vide. Soci. iun.
d. conſi. 115. num. 18. cum ſequentibus, vbi
communem dicit. Non obſtat, quòd ſu-
prema teſtatoris voluntas pro lege ob-
ſeruanda ſit, text. in §. diſponat. in Auth.
de nupt. quia hoc non procedit, ſi aliquid
contra ius vel legem diſponat, text. not.
in l. quidam in ſuo. ff. de condit. inſtitu.
& in l. conditiones. ff. eod. tit. non enim
ſtatuere poteſt, vt leges non habeant lo-
cum in ſuo teſtamento, text. in d. l. nemo
poteſt. Dd. communiter ibid. d. §. 1. Inſtit.
de don. Et ſic obſeruandum non ſemper
teſtatoris voluntatem ſeruandam, tex. in
d. l. quidā in ſuo, vbi etiam laudatur hæ-
res ob non ſeruatam teſtatoris irreligio-
ſam voluntatem, ad idem eſt tex. in l. pa-
terfa. ff. de hęred. inſtit. glo. ibid. in verbo,
hæredem eſſe. Limitatur hæc concluſio.
Primò ſi inter † viuos vſusfructus alicui 12
conſtitutus ſit, quod fieri poteſt. §. 1. Inſti.
de vſufruct. quo caſu remiſſio cautionis
valet, quia proprietarius conſtituens v-
ſumfructum inter viuos, vtique ſuo fa-
uori renunciare poteſt, quia ceſſat hoc
caſu fauor tertij, Bart. in d. l. 1. num. 13. C.
de vſufru. Ang. in d. §. 1. in fin. Inſt. eo. tit.
Gozad. conſil. 91. num. 6. incip. prima fa-
cie videtur. Secundò limitatur, ſi hæres
propria ſponte cautionem vſufructua-
rio remittat, per eādem rationem, quòd
quilibet ſuo fauori bene renunciare poſ-
ſit. gloſſ. in d. l. 1. in verb. cautionem, per
text. in d. l. ſi quis in conſcribendo. Ale-
xand. conſ. 120. volum. 6. num. 8. in fin. in-
cip. quia oportunè. Tertiò limitatur in
† patre habente vſumfructum bonorum 13
aduentitiorum filij, quia liberatur à cau-
tione fructuaria, per text. in l. fi §. ſin au-
tem. C. de bon. quæ lib. Salic. ibid. in prin-
cip. gloſſ. in d. c. fin. de pignorib. Quartò
teſtator poteſt grauare hæredem vt fide-
iuſſorem pauperem ab vſufructuario ac-
cipiat, & ſic quaſi per obliquū huius cau-
tionis fit remiſſio, per notata Bald. in d. l.
1. num. 11. Salic. ibid. Ange in d. §. 1. num. 5.
in fin. per text. in l. tribus. ff. de vſufru. ea-
rer. quæ vſu conſum. Quam limitationē
ſatis infirmā eſſe exiſtimo, eò quòd cau-
tio idonea præſtanda ſit, per notata ſup.
eod. Obſeru. 47. neque per obliquum con
cedi debeat, quod fieri nequit directò, vt
paulò antè dictum eſt, per text. in c. cùm
quid vna, de reg. iur. in 6. & in l. ſcire opor
tet. §. 1. ff. de tuto. & curato. dat. ab his.
Quintò limitatur in eo qui omnia ſua
bona deducto vſufructu alteri dono dat,
quia cùm ex ſua liberalitate conuenia-
tur, cum eo mitiùs agendum eſt, argu-
mento l. ad res donatas. ff. de ædil. edict.
per text. in l. filio. ff. vt leg. no. caue. Deci.
conſil. 265. num. 5. incip. in inſtrumento.
Gozad. d. conſil. 91. num. 5. Idem conſi. 95.
num. 10. incip. prima facie. Socin. in l.
omnes. ff. de exceptionibus. Philip. Port.
d. concluſ. 18. in ſecunda concluſione, vbi
plures limitationes vide.

OBSERVATIO CXLVI.

Vſufru-

Vſufructuarius omnium bonorum an æs alienum & legata ſoluere teneatur.

SVMMARIA.

1 *Quòd non, ſecundum communem opinionem contra Bart.*
2 *Vſufructuarius omnium bonorum quòd non ſit loco fideicommiſſarij vniuerſalis.*
3 *Onera hæreditaria hæres ſuſtinere debet.*
4 *Actio perſonalis datur contra debitorem vel eius hæredem.*
5 *Vſufructuarius non repræſentat perſonam defuncti.*
6 *Vſufructuarius propria authoritate poſſeſſionem capere non poteſt.*
7 *Cautela pro hærede contra vſufructuarium.*
8 *Legata annua vſufructuarius ſoluere debet.*

1 VSufructuarius † omnium bono-
rum an ad ſolutionem ætis alie-
ni, & legatorum teneatur, con-
trouerti ſolet. Bart. in l. fi. nu. 5. ff. de vſu,
& vſufruc. leg. tenet, quòd æs quidē alie-
num ſoluere teneatur, ſed non legata, al-
legat ad hoc l. vxori meæ. ff. d. titu. & l. li-
cèt. C. de pact. quem ſeqn. Gnid. deciſ. 541.
per totum. Ange. in §. conſtituitur, nu. 4.
Inſt. de vſufr. Mouetur Bart. hac ratione,
quòd quandò fit in vltima voluntate di-
ſpoſitio de omnibus bonis, intelligitur
cum onere æris alieni, tex. in l. nam quod
§. fi. cum l. ſeq. ad S.C. Treb. Sed commu-
nis opinio eſt in contrarium, vti atteſta-
tur Dec. conſ. 536. nu. 13. incip. in cauſa quę
agitatur, & conſil. 590. per totum, incip.
teſtator reliquit, vtrobiq; dicit indiſtin-
ctè communem eſſe opinionem, vſufru-
ctuarium omnium bonorum neque ad
debita hæreditaria, neque etiam ad ſolu-
tionem legatorum obligari. idem per
multas rationes tenet Gozad. intrepidè
conſi. 94. nu. 22. Bello. cōſ. 7. nu. 1. & Alex.
in l. vſufructu, nu. 2. cum l. ſeq. ff. ad l. Falc.
Matheſ. ſingu. 4. cum addit. vbi pleniſſi-
mè. Et illa opinio contra Bat. verior eſt,
optimeq; probatur, per tex. in d. l. vſufru-
ctu. & in l. fin. §. ſin autem æs alienum. C.
de bon. quę lib. vbi hoc etiam tenet Caſt.
nu. 1. Alex. in l. ſi filioſa. §. ſi vir in quin-
quennium. ff. ſolut. matr. vbi communē
dicit. Paul. Caſt. conſil. 294. nu. 3. & 4. vol.
2 2. vbi ait ridiculū eſſe, dicere quòd † vſu-
fructuarius omnium bonorum habea-
tur loco fideicommiſſarij vniuerſalis, vt
ea ratione attenta à creditoribus hęredi-
tarijs conueniri poſſit. Non obſtat d. l. nā
quòd. quia loquitur quandò plena pro-
prietas omnium bonorum relinquitur.
Alex. in d. l. vſufructu, nu. 2. Mattheſila.
d. ſing. 4. vbi omninò vide. Sit ergo vera
& firma concluſio, vſufructuarium om-
nium bonorum neq; à creditoribus hæ-
reditarijs ratione æris alieni, neq; à lega-
tarijs ad ſolutionem legatorum conue-
niri poſſe: ſed hæredem inſtitutū vtriſq;
obligatum eſſe actione perſonali, vel ex
teſtamento. Onera † enim hæreditaria 3
& legata ab hærede ſoluenda ſunt, tex. in
l. 1. C. ſi cert. pet. & in l. 1. & 2. C. de hær. vel
action. vendit. text. in l. fin. C. de hæredit.
actio. text. in l. pacto. C. de pact. & in l. le-
gatorū. ff. de leg. 2. cum ſimilibus. Actio † 4
perſonalis datur ſolùm contra debito-
rem vel alium qui eius perſonam reprę-
ſentat, text. in l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Trebell.
Sed † vſufructuarius nō repræſentat per- 5
ſonā defuncti, quia ſi ſemel eſſet hæres,
non poſſet deſinere hæres eſſe, text. in l.
ei qui ſoluendo. ff. de hær. inſt. & in §. re-
ſtituta, Inſtit. de fideicom. hæredit. tex. in
l. etſi ſine dolo. §. ſed, quod Papinianus,
verſi. & quod ait. ff. de minorib. 25. annis.
Socin. ſen. d. c. conſ. 131 nu. 12. Mattheſ. d.
ſing. 4. Et quoniam † vſufructuarius pro- 6
pria authoritate poſſeſſionē capere ne-
quit, niſi quādò hęres eſſet inſtitutus poſt
mortem vſufructuarij. Bal. in l. extraneū,
num. 5. C. de hæred. inſtituend. Socin. ſe-
nior conſ. 131. num. 8. volu 1. incip. in præ-
ſenti conſultatione. Ideò † cautela pro 7
hęrede eſt, quòd antequàm vſufructuario
bona hæreditaria tradat, in primis æs a-
lienum deducat, diſtrahendo etiam bo-
na immobilia, ſi aliundè debita ſolui nō
poſſint, poſteà reſiduum, quod ære alie-
no deducto & ſolutis legatis ſupereſt,
vſufructuario vtendum fruendumq; tra-
dat: vt vtriuſque par ſit incommodum,
hæres in proprietate: vſufructuarius in
ſolo vſufructu ſentiat & habeat detre-
mentum, & ius ſuum diminutum. Caſt.
d. conſ. 294. Idem conſ. 459. nu. 2. volum.
2. Incip. dubium de quo quæritur. Socin.
iun. conſi. 115. nu. 11. cum ſequen. par. 1. in-
cip. circa primam quæſtionem. Deci. d.
conſ. 590. num. 5. & 7. Idem conſi. 620. nu.
8. & 9. incip. caſus de quo quęritur, vbi hāc
practicam tradit, & dicit veram & com-
munem

munem reſolutionem eſſe. Prætereà dicit, quòd delegato vſuſfructus omnium bonorum vxori relicto non ſolùm legitima filiorum deducēda ſit, vt plenè notaui ſup. eod. Obſerua. 144. verùm etiam æs alienum, per tex. in d. l. vſufructu. ff. ad l. Falcid. vbi expreſſè dicitur, quòd legato vſufructu bonorum, æs alienum deducendum ſit. ita tenet quoque Caſtr. d. conſil. 459. num. 3. Limita tamen hanc Obſeruationem vt non procedat in legatis annuis, nam ſecundum magis com
1 munem concluſionem, legata † annua ab vſufructuario omnium bonorum ex reditibus vſuſfructus præſtanda ſunt, per text. in l. final. §. ſin autem legata. C. de bon. quæ liber. Salicet. ibid. in princip. Socin. iunior d. conſ. 115. nu. 10. vbi magis communem dicit. vide ampliſſimè Couar. varia. reſolut. lib. 2. cap. 2. per totum.

OBSERVATIO CXLVII.

Filia dotata renuncians ſucceſſioni paternæ, an ob læſionem in integrum reſtituatur.

SVMMARIA.

1 *Filia ſucceſſioni paternæ renunciare poteſt cum iuramento.*
2 *Læſa habet reſtitutionem in integrum.*
3 *Iuramentum debet habere tres comites.*
4 *Intellectus §. quamuis, de pactis.*
5 *Nomen dotis intelligitur de competente.*
6 *Non debet eſſe minor legitima.*
7 *Dos congrua quæ dicatur.*
8 *Enormis læſio dolum præſuppomit.*
9 *Filia non poteſt enormi læſioni renunciare.*
10 *Non opus habet abſolutione à iuramento.*
11 *Paria ſunt dolum interuenire re ipſa, vel ex propoſito.*
12 *Filia renuncians hæreditati paternæ quando enormiter læſa dicatur.*
13 *Filiæ indotatæ renunciatio non valet.*
14 *Alimentis non poteſt renunciari.*
15 *Filia metu renuncians ſibi non præiudicat.*
16 *Metus reuerentialis non attenditur.*
17 *Matrimonium metu reuerentiali parentū contractum, vitiatur.*
18 *Cautela pro filia, vt renunciatio non valeat.*
19 *An ſecundum iuramentum primo cōtrarium, præferendum ſit primo.*

1 COmmunis eſt concluſio filiam † dotatam de iure Canonico cū iuramento ſucceſſioni paternæ renunciare poſſe: cùm eo iure iuramentum omne ſeruandum, quod abſque diſpendio ſalutis æternæ ſeruari poſſit, tex. in c. cùm contingat, de iureiur. & in c. quamuis, de pact. in 6. tex. in Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vend. vbiq; communiter Dd. & in l. pactum dotali, C. de collat. item in l. pactum quod dotali. C. de pact. Sed quid ſi † filia enormiter læſa ſit, per huiuſmodi renunciationem, prout plerunque fieri ſolet, an non poſſet relaxationem à iuramento, & reſtitutionem in integrum petere? Maximè, quia iuramentum nō debet eſſe vinculum iniquitatis, tex. in c. quanto, de iureiuran. & in c. inter cętera. 22. q. 4. cum ſimilibus: ſed † tribus comitibus ſociatum eſſe debet, veritate, iudicio, & iuſtitia, c. etſi Chriſtus. de iureiur. Præterea cū tex. in d. c. quamuis, loquatur de † dote, intelligi debet de dote competente ſecundum facultates & diuitias parentis, quia † nomen dotis intelligitur de congrua dote, tex. notab. in l. cùm poſt. §. gener. ff. de iure dotium. & in l. quarto. ff. eod. tit. Et ex communi opinione Dd. nō debet † eſſe minor legitima, quia eius loco ſuccedit, tex. in l. quoniam. C. de inoffi. teſta. Deci. conſi. 611. nu. 7. incip. magnificus. & conſil 379. num. 14. incip. requiſitus pro conſilio, vbi communem dicit. Pariſ. conſ. 43. num. 50. cum ſeq. volum. 5. incip. capiēdo primum, vbi latiùs explicat, quæ dicatur † congrua dos, quod ſcilicet illa legitimæ reſpondere debeat, & conſideranda ſit ſecundum qualitates & facultates patris, morem regionis, & arbitriū boni viri. Idem tenent Iaſ. Sal. & alij Dd. in Authen res quæ. C. communia de leg. per illum text. vbi Salic. per hoc decidit, quòd in ſtatuto excludente filiam dotatam propinqui nō debeant arbitrari minus legitima. Et hæc omnia maximè procedunt in filia adhuc in minori ætate conſtituta, propter fragilitatem ſexus, & imbecillitatem iudicij, quæ huic ætati potiſſimum ineſſe ſolet, tametſi indiſtinctè illa obtineant, etiam in maioris ætatis filia, quia ex † enormi, vel enormiſſima læſione, putà ſi vltra dimidium decepta ſit, dolus præſumitur, text. in l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. credit. & in l. ſi ſuperſtiti. §. ſi. C. de dolo malo, Felin. in c. in præſentia, num. 8. de probatio. Cæpha. conſ. 207. nu. 74. vol. 2. incip. illuſtriſſi-

Margin numbers, right column: 2 (beside "tali. C. de pact. Sed quid ſi † filia enormi-"), 3 (beside "milibus: ſed † tribus comitibus"), 4 (beside "in d. c. quamuis, loquatur de † dote"), 5 (beside "† nomen dotis"), 6 (beside "† eſſe minor legitima"), 7 (beside "dicatur † congrua dos"), 8 (beside "tis filia, quia ex † enormi").

ſtriſſimus.Berous conſ.49.num.12.volu.
1. Anthon.Gabriel. in communib. con-
cluſio.tit.de iur.dot.concluſ.1. nu.12.lib.
3.Zaſ.conſi.18.num.17. volu.1. Canoniſt.
in c.quintauallis. de iureiur. cui enormi
9 † læſioni non poſſet etiam filia in ſpecie
renũciare,per text.in l. ſi quis cùm aliter.
ff. de verb.oblig.vbi communiter Dd.fa-
ciunt ad hoc notata Bartol. in l. ſocieta-
tem.§.arbitrorum, num.25.ff. pro ſocio.
Imò in Camera reſtitutio in integrum
conceditur, probata enormi læſione,eti-
10 am ſine † abſolutione à iuramento,cùm
tale iuramẽtum ſit captioſum,iniuſtum,
& contra bonos mores iuris Canonici,
per ea quæ notaui ſuprà eod. Obſerua.39.
& ſic non obligatorium,tex.in c.non eſt
obligatorium de reg.iur.in 6. Hanc con-
cluſionem quòd videlicet filia læſa reſti-
tuatur, non obſtãte renunciatione & iu-
ramento,tenent vltra prędictos.Philipp.
Franc.Anchar.& alij in d.c.quamuis. Pa-
nor.in d.c.cùm contingat, nu.23.Caſtr.
conſi.174.per totum.volu.1.incip.contra
ſuperius. latiſſimè Iaſon conſ.133. per to-
tum, vol.4.incip. videretur in præmiſſa.
Deci.conſi.180. per totum, incip.viſa re-
nunciatione, vbi nu. 7. communem di-
cit,& infinitas authoritates allegat.idem
conſ.181.nu.1. & 2.incip. Satis notabilis,
quem omninò in hac materia vide. Ma-
ran.diſpu.10.nu.52. Anch.conſi.83.incip.
viſis diligenter.idem conſi.180.nu.10.in-
cip.viſa diligenter.& conſ.375.num.2.in-
11 cip.in ſupradicta. Et † paria ſunt, dolum
interuenire re ipſa,vel ex propoſito,quia
quóad reſciſſionem contractus, idem
operatur dolus re ipſa, quod dolus ex
propoſito, text. in l.2.ff. de doli mali &
met.except. text.in d.l. ſi quis cùm aliter,
Afflict.deciſ.322. num 7.cum ſequ.incip.
dominus Ciccus, Grammat. deciſ. 102.
Deci.conſil.349. num.7. incip. conſuluit
excellentiſſimus. & d.conſi. 180. num.4.
Et p̱ iſta ſingulariter limitatur d.c.quam-
nis. & d.Authen. ſacramenta puberum,
quia illa iura intelligenda ſunt de iura-
mento non dolo præſtito: at dolus ex
enormi læſione præſumitur, & compa-
ratur dolo ex propoſito. Dd. vbi ſupr.
12 Dicitur † autem filia enormiter læſa, ſi
pro modica dote non continente legiti-
mam, renunciauit ampliſſimæ hæredi-
tati paternæ,& omnium maximè, ſi plu-
rium hæreditatibus renunciauerit, vtpu-
tà non ſolùm paternæ, ſed etiam mater-
næ, fraternæ, & collateralium, à quibus
nihil ſubſidij, vel loco dotis, aut alimen-
torum accepit, vt pulchrè concludit De-
ci.d.conſil.379.num.14. cum ſequen. So-
cin.iunior conſi.67.volum.2. Cæphal.d.
conſi.207. nu.76. Porrò ſi † renunciatio 13
ſimpliciter facta ſit, nulla dote conſtitu-
ta,eo caſu non opus eſt aliqua reſtitutio-
ne in integrum: quia talis renunciatio
etiam iurata nullius eſt momenti, quia
dos ſuccedit loco alimentorum.d.l.quo-
niam. Dd.ibid. & quemadmodum † ali- 14
mentis non poteſt renunciari,text.in c.
cùm quidam.§.fin.de iureiur.& in l.cùm
hi.ff. de tranſact. & in l. de alimentis.C.
eòd.tit.ita nec iuri dotis,próut hoc latiùs
proſequuntur Anchar. Franc.& alij in d.
c.quamuis. vide tamen Dd. in l.cùm hi.
& d.l. de alimentis, quomodò ſuper ali-
mentis tranſigere liceat. Eodem modo
non valet renunciatio,ſi filia † minis,vel 15
verberibus, à patre ad renunciandum ſit
inducta, vel callida machinatiõe & per-
ſuaſione,quæ dolum contineret, text. in
l.1. §. dolum.ff. de dol. malo. Caſtr. latè
d.conſi.174. Franc.in d.c.quamnis, nu.2.
Ex ſola tamen reuerentia non præſumi-
tur metus in filia renunciante: nam me-
tus † reuerẽtialis non vitiat renunciatio- 16
nem legitimè factam. Franc. vbi ſupr.
quemadmodum neque † matrimonium 17
metu reuerentiali parentum cõtractum
vitiatur,tex.in c.veniẽs.el.1.de ſponſalib.
Panor.ibid.nu.5. Hippo.ſing.347. per to-
tum.incip.matrimonium. Obſeruanda
quoque hic obiter † cautela pro filia,quæ 18
inuitè renunciat,vt inprimis coram qui-
buſdam conteſtatione facta,iuret ſe pro-
pria ſponte nunquàm ſucceſſioni pater-
næ renunciaturam: & ſi contingat eam
in futurum renunciare, id ſe inuita fieri,
quo caſu ſubſecuta renunciatio non va-
lebit, per gloſſ.in c. licèt mulieres. de iu-
reiur.lib.6.in verb.compellendos: Imol.
& Canoniſt.in d.c.cùm contingat. Bart.
in l.ſi quis pro eo, nume.9.ff. de fideiuſſ.
Alexand.in l. ſtipulatio hoc modo con-
cepta.ff.de verbor.oblig. Iaſon in l. duo-
bus.§.fin.nu 9.ff. de iureiur. Dd.ibid. vbi
dicunt, ſi mulier primò iurauit ſe non
alienaturam fundum dotalem,& poſteà
alienet, interpoſito iuramento de non

reuo.

reuocanda alienatione, quòd ſecunda a-
lienatio nõ valeat. Ratio,quia tale iura-
mentum iuri communi conſentaneum
eſt, & ideò merito præfertur ſecundo iu-
ramento, vt pulchrè tradit Iaſon in d.l.
duobus.§ fin. num.9. & num.11. vbi Dd.
19 communiter tractant , an valeat † pri-
mum iuramentum derogatorium ad
ſequentes actus, & vtrùm primum iura-
mentum ſit ſecundo præferendum, ſi il-
lud ſit contrarium primo. Regulariter
vltimo iuramento ſtandum eſt, etiamſi
primo contrarium ſit,licèt contraueni-
ens primo iuramento fiat periurus, per
tex.in d.l.duobus.§.fina. & in c. tua nos.
extr.de ireiur. Idem obtinet in pactis,
contractibus, teſtamentis, codicillis, re-
ſcriptis,conſuetudinibus, & mora : quia
ſemper vltima derogant prioribus, text.
in,l. pacta nouiſſima.C. de pact. & in l. ſi
vnus.§ pactus.ff eod. Iaſ.in d.§.final. per
iura ibid.alleg. Vtrùm autem renuncia-
tio filiæ,noceat nepotibus,vide Marant.
in diſput.10.nu.53. vbi in vtramq; partem
latè diſputat.& Philip.Fran.in d.c.quam-
uis,nu.14. Dic vt ibi per eos.

OBSERVATIO CXLVIII.

Fœmina propter maſculos à ſucceßione paterna vel feudo ſemel excluſa, an perpetuo cenſeatur excluſa.

SVMMARIA.

1 *Fœmina à ſucceßione feudi ſemel excluſa perpetuò excluſa cenſetur.*
2 *Conſanguinei vltimi vaſalli, feudo aperto, an præferendi extraneis.*
3 *Emphyteuſi finita, proximioribus renouatio facienda.*
Feudum apertum proximioribus Agnatis concedendum. Ibid.
4 *Statutum excludens fœminas propter maſculos, an perpetuo illas excluſiſſe cenſeatur.*
5 *Filia dotata ſtatuto excluſa non eſt perpetuò excluſa.*
6 *Statuta excludentia filias reſpectu filiarum ſunt odioſa.*
7 *Filia à ſucceßione patris excluſa,non eſt à fratris ſucceßione excluſa.*
8 *Statutum excludens fœminas extenditur ad nepotem.*
9 *Surrogatum ſapit naturam ſui ſurrogati.*
10 *Filia renuncians ſucceßioni patris,non intelligitur perpetuò excluſa.*
11 *Pater filiam quæ renunciauit ſucceßioni paternæ, heredem inſtituere poteſt.*
12 *Renunciatio filiæ ſuper hæreditate paterna non extenditur ad hæreditatem matris,vel fratris.*
13 *Hæredi poſt aditionem hæreditatis ſpoliato nõ competit petitio hæreditatis.*

Difficilis & perplexa eſt quæſtio,
vtrùm † fœmina ſemel à ſucceſ- 1
ſione paterna propter maſculos
excluſa, perpetuò excluſa eſſe cenſeatur?
Pro cuius reſolutione tres caſus diſtin-
guendi ſunt. Primus in materia feudali.
Secundus in materia ſtatutorum. Ter-
tius in materia renũciationis.Quòad pri-
mum, communis eſt opinio Dd. fœmi-
nam à ſucceſſione feudi, per exiſtentiam
maſculorum ſemel excluſam, perpetuò
excluſam eſſe. Hanc communem dicit
Curt.iunior in tracta.feud. in prima par-
te tertiæ partis principalis, nu.32.per tex.
expreſſum in c.1 §. quinetiam. titul. Epi-
ſcopum Abbat.feud. dare non poſ.gloſſ.
ibid.in verbo, non admittuntur. Baldus
ibid.num.3. Aluarot.nume.3.& 4.Zaſ.in
epito.feud.par.8.titu. de ſucceſſ.feud.nu.
58. Idem conſil.11.num.7.volum.1.incip.
X.de B. ab Eccleſia. Alexand. conſil. 29.
num.7.incip. quoniam abundè, volum.
1.Idem conſi.53.nu.4.incip. conſideratis,
vol.6. Pariſ.conſi.23.num.50.vol.1.incip.
prima in huiuſcemodi.vbi communem
dicit, quòd filia in feudis ſemel excluſa,
cenſeatur perpetuò excluſa, etiamſi is
qui eam excluſit, moriatur ſine maſcu-
lis, & ſic excluditur ab omnibus agna-
tis,etiam remotioribus. Idem conſil.16.
nu.9.incip.ſi caſtrum.vol.4. Rom.conſi.
1.nu.3. Franciſ.Burſatus conſi.80.num.9.
volu.1.incip.dominus Ludouicus. Deci.
conſil.517.num.6.incip. in ſententia.Ro-
land.conſ.59.nu.65.vol.3. Præpo. in d.c.1.
§.quinetiam, vbi communem dicit. Af-
flict.titu.de natu. ſucceſſ. feudi, num. 113.
Tiraqu. prolixè, in l. ſi vnquàm, in verb.
ſuſceperit liberos, num.195. Et tali caſu,
quandò vaſallus vltimus ſine hæredibus
maſculis moritur,filiæ, vel earum hære-
des maſculi, ad ſucceſſionem feudi am-
plius non admittuntur: ſed illud tanquã
apertũm,ad dominũ reuertitur, per text.
in d.c.1.§.quinetiam. Dd.vbi ſupr. Beni-
gnius tamen eſt, vt in feudi renouatio-
ne,cõſanguineos † vltimi vaſalli domi- 2
nus extraneis præferat, etſi adhoc nõ te-

neatur.

neatur. quod etiã in emphyteuſi locum
3 habet,quandò finita † emphyteuſis eſt,vt
latè deducit Alex.conſi.80.num.10.cum
ſequ.vol.1.incip. viſo, & opportunè, vbi
Molin.communem dicit, Deci. pulchrè
conſil.131. per totum,incip. reuocatur in
dubiũ, vbi omninò vide in vtramq; par-
tem.Cæpha conſ 173.nu.17.volu.2.incip.
feudum primum, vbi dicit illud proce-
dere etiam eo caſu quo dominus velit
feudum pro ſe retinere. Anchar.conſil.
134.nu.2. incip. plenè & ſubtiliter. Idem
conſ.171.num.6.incip.caſus talis. Afflict.
deciſ.238.num.2.Boẽr.deciſ.107.nu.4.vbi
omninò vide.Ripa in l.1.nu.6.& num.7.
ff.de priuileg.credit. vbi communem di-
cit.Bart.in l.1.§ permittitur.ff.de aq.quo-
tid.& æſti.num 1.Idem in l.ſi mihi & Ti-
tio.ff. de verb.obliga. num.7. idem in d.
l.1.ff.de priuileg.credit.num.1.vbi dicit,ſi
emphyteuſis ſit finita per tertiam gene-
rationẽ, cognati qui ſunt in quarto gra-
du debent præferri extraneis: & ſi domi-
nus hoc non faciat, poſſunt, ſecundum
iura Canonica, ad ſuperiorem appella-
re:quia videtur iniuria affici, vt dicit tex.
in d §.permittitur.& ibid.hoc notat Bar.
& facit ad hoc text.in c.ad aures.de emp.
& vend. Sed verior opinio eſt, quòd do-
minus non teneatur cõſanguineos præ-
ferre extraneis,ſi nolit,vt pręclarè oſten-
dit Curt.ſenior conſil.47. num.12.incip.
ſuper cõtrouerſia,vbi omninò vide.Zaſ.
d.conſi.11.nu.8.Roma.conſi.70.nu.3.in-
cip. viſo themate. & ita in practica ſer-
uatur, niſi aliter conſuetudine receptum
ſit, quod videlicet dominus teneatur
conſanguineos extraneis præferre, quia
tunc conſuetudo, quæ in materia feu-
dali Principem locum obtinet, ſeruan-
da eſt,tex.not in c.1.§. in iudicio de feud.
cognit. Aluarot.ibid. num.5. text. in c.1.
§. hoc quoque,de his qui feud. dar.poſſ.
gloſſ.ibid.in verbo,à ſucceſſione. Limi-
ta hunc primum caſum. Primò, vt pro-
cedat in feudo proprio. ſecùs ſi ſit feu-
dum improprium, in cuius ſucceſſione
proceditur, ſicut in ſucceſſione allodia-
lium.Pariſ.d.conſ.23.num.55.Zaſ.d.conſ.
11.num.7.Secundò limita,vt non procè-
dat,ſi pactum inueſtiturę adiectum eſſet,
vt fœmina non ſuccederet, donec ma-
ſculus ſupereſſet: quo caſu deficientibus
maſculis fœmina admitti debet. c. 1. de
eo qui ſibi & hæred. maſ. Curti. loco
citato. quod etiam in ſtatutis fœminas
excludentibus receptum eſt, vt ſequitur.
Quod ad ſecundum caſum attinet, vi-
delicet ad † ſtatuta excludentia fœmi- 4
nas, maſculis extantibus, an fœminæ ſta-
tuto ſemel excluſæ cenſeantur perpetuò
excluſæ, diligenter ad verba ſtatuti ani-
maduertendum eſt: nam, aut ſtatutum
extantibus maſculis, fœminas ſimplici-
ter à ſucceſſione parentum excludit, aut
vtitur verbis temporalibus, videlicet
quouſque, vel donec maſculi extent. Pri-
mo caſu, magis communis concluſio
eſt, fœminam ſemel excluſam perpetuò
cenſeri excluſam, Bart. in l.fin ff. ad Ter-
tyll.nu.2.in fin.Bal.in l. poſthumus.ff.de
inoffic.teſta. Idem conſi.267.nu.5 volu.5.
Deci.conſi.506.num.3.incip.in caſu pro-
poſito.Pariſ.conſ.48.nu.22. vol.4.incip.
vidi teſtamentum, vbi dicit,quandò ver-
ba ſtatuti ſimpliciter fœminas exclu-
dunt,extantibus maſculis, ſatis eſt, quòd
tempore quo defertur hæreditas ſeu fi-
deicommiſſum, reperiantur maſculi, ad
excluſionem ipſarũ filiarum, licèt poſt-
modum dicti maſculi deficiant, tales e-
nim fœminæ ſemel excluſæ, non poſ-
ſunt amplius venire ad bona, à quibus
perpetuò fuerunt excluſæ: ſed huiuſ-
modi bona ad alios hæredes venire de-
bent ex teſtamento, vel ab inteſtato ipſi-
us maſculi, qui fœminas excluſit, per do-
ctrinam Bartol. in d. l. final. communi-
ter approbatam, ita Pariſ. d. conſil. 48.
Zaſ.in d.tract.feud.par.8.num.59. Secun-
do caſu, communis concluſio eſt, filiam
ſemel excluſam, non perpetuò, ſed tan-
tùm ad tempus excluſam eſſe: hoc eſt,
donec maſculi extent. Illis igitur defici-
entibus, rectè ad ſucceſſionem admittun-
tur, vt tenet expreſſe Bart.in d l.fin.num.
2. in princip. quem communiter Dd. ſe-
quuntur. Alexand.d.conſil.52.num.4.vbi
plures allegat. Deci.d.conſil.506.num.2.
Socin.ſen.conſil.64 nu.3.volum.1.incip.
in cauſa vertente. vbi dicit magis com-
munem opinionem, quòd † filia dota- 5
ta, ſtatuto excluſa, non ſit in perpetuum,
ſed tantùm temporaliter excluſa, vide-
licet donec maſculi ſuperſint quibus de-
ficiẽtibus, reintegratur ad ſucceſſionem
patris. Ita tenet quoque Bald.in d.c.1.§.
quinetiam.num.3.dicens, quòd filia hoc
caſu

caſu non ſit in totum excluſa, ſed con-
ditione ſuſpenſa, & quòd hæres anoma-
la dicatur, interim tamen maſculus in
ſolidnm eſt hares.l.2.ff. ſi pars hæred.pe-
ta. refert & ſequitur Zaſ. in tracta. feud.
par.8.num.59. Iaſ.in l.venia, num.6. cum
ſeq.C.de in ius voc. & plures alij infrà ci-
tandi. Ratio, quia licèt huiuſmodi ſta-
tuta fauore agnatorum, vt bona in fa-
milia •naneant, & nomen familiæ reti-
neant, quod per filias maritatas amitti-
tur, text. in l. cùm quædam puella.ff. de
iuriſdict.omn iudic.fauorabilia ſint, &
ideò exrãtibus maſculis etiam amplian-
da, ita quòd appellatione filiorum, ve-
niant quoque nepotes ex maſculis. Bart.
In l.liberorum,nu.4.ff.de verbo.ſignific.
6 Iaſ. in d. l. venia: tamen † quia reſpectu
filiarum, quæ à ſucceſſione parentum ex-
cluduntur, ſunt odioſa, rex.in l.maximũ
vitium.C.de lib.præter.Cæpha.conſ.278.
nu 85. & num.106.incip. deceſſit Comes.
vol.2. ideò reſtringenda, & ita interpre-
tanda, vt quóad fieri poſſit, minus lędant
ius commune, nimirum, vt ad tempus
tantùm excluſæ cenſeantur, donec, &
quouſque maſculi extent, texr. in c.cùm
dilectus. §. quia nobis, de conſuetud. &
in l. præcipimus. §. final.C. de appellat.
7 Hinc eſt, quòd filia † ſtatuto ab hæredi-
tate patris excluſa non excludatur ab hę-
reditate fratris, qui paternam hæredita-
rem adijt, & poſteà ſine liberis mortuus
eſt: quia hæreditas patris à fratre ſemel
adita, non dicitur amplius patris hęre-
ditas, ſed proprium patrimonium fra-
tris, per text in l.ſed ſi plures.§ filio.ff de
vulg. & pupill. ſubſtit.l.1.§ veteres.gloſſ.
ibid.in verb. per vnum ff. de acquirend.
poſſeſſ. texr. in §. 1. Inſtitu quib. ex cauſ.
manumitt. non licet. Iaſ. in d. l. venia,
num. 6.7. & 8. proinde ab inteſtato fra-
tri rectè ſuccedit. Bald. in d.§.quinetiam,
num 3.Zaſ.in d.tracta.feud.part.8.Rom.
conſil.40.num.2.incip. Viſis ac diſcuſſis.
Deci.conſi.431.per rotum, incip. Viſa co-
pia.idem conſil.627. num.9.incip. In ca-
ſu in quo.Socin.d.conſi.64.Marant.part.
4.diſtinct.7.num.6. Dd. communiter in
c.quamuis.de pact.lib 6 & in l.ſtipulatio
hoc modo concepta.ff. de verbo.obliga.
Præterea, quòd ſtatutum ſimpliciter ex-
cludens fœminas dotatas, intelligatur
tantùm de ſucceſſione dotantium, pro-
batur per gloſſ.ſingu.in l.1.C.de legit.hæ-
red.in verbo, dotatas, & text. in l deſun-
ctis.C.eo.tit. Deci.d.conſi.433.Soc.ſenior
conſi.241.num.0.volu.2.incip. Circa pri-
mam. Idem conſil.30.nu.30.volum.1.in-
cip. Quamuis ex his.& conſil 84 num.4.
eod.volum.incip. Viſa prædicta. An au-
tem ſtatutum † fœminas excludens, ex- 8
tante maſculo, extendatur ad nepotem,
vide latè in vtranque partem, Socin.ſen.
conſi.252.nu.8.cum ſequ.volum.2. incip.
Viſis inſtrumentis. Verior, & commu-
nis opinio eſt, quòd ſic, vt notat Bar.in d.
l.liberorum, per tex. in l.1 §. ſi ſit filius.ff.
de coniungen. cum emancip.lib. & per
regulam, quòd † ſurrogatum ſapiat natu- 9
ram ſui ſurrogati, tex.in l.1.§.hęc actio.ff.
ſi quis teſta.lib.eſſe iuſſ.fuerit.& in l.duo-
bus. §.1.ff.de iureiur. tex.in l.ſi eum.§.in-
iuriarum.ff. ſi quis cautio gl.ibid.in ver-
bo, danda. item quòd perſona ſurrogata
regulariter vtatur ijſdem priuilegijs, qui-
bus ille, in cuiuslocum ſurrogatur, tex.in
l.decernimus.C de aquæduct.lib.11. & in
l.minor.§.quoniã.ff.de procur. glo ibid.
in verbo, ſubire.text.in l.verum eſt,§.1.ff.
pro ſocio. Quóad tertium caſum, in ma-
teria renunciationis firma cõcluſio eſt,
filiam † per renũciationem ſucceſſionis 10
paternę non cenſeri perpetuò excluſam,
ſed tantùm quouſque ſuperſunt maſcu-
li: proinde ſi fratres, quorum fauore re-
nunciatio facta eſt, patre adhuc ſuper-
ſtite, è vita decedant, filia, nõ obſtante re-
nunciatione, ad ſucceſſionem patris ad-
mittitur: excludi enim nõ debet filia re-
nuncians, niſi ſuperſit perſona, quæ ex
præſumpta patris defuncti voluntate ex-
cluderet renunciantem. Iſta probantur
ratione naturali, & confirmãtur autho-
ritatibus Dd. Bal. in l.pactum dotali, nu.
3.C.de collat. Salic.in l.pactum quod do-
rali, nu.5.circ. finem.C. de pact. argum.l.
iubemus.C.ad S.C.Velleianum. Dd.in d.
c.quamuis, Philip.Franc.ibid.nu.10. De-
ci.d.conſi 433.Socin.ſenior d.conſi.441.
num.9.per regulam, quòd ceſſante cauſa,
effectus ceſſare debeat, tex.in c.cũ ceſſan-
te, de appell. ita etiam concludit Maran.
diſput.19.num.15.cum ſeq.per rationem,
quòd talis renunciatio facta cenſeatur
fauore maſculorum, & intelligatur, re-
bus ſic ſtantibus, tex in c.quemadmodũ,
de iureiur.glo.notab.ibid. in verbo, con-

ditio, quæ enumerat caſus, quibus in iuramentis conditio ſubintelligatur. Limitationes, & ampliationes huius tertij caſus vide apud Marant. loco allegato, Prætereà, non obſtante tali renun-
11 ciatione, pater † filiam hæredem inſtituere poteſt, quia huiuſmodi renunciatio de ſucceſſione ab inteſtato, & non ex teſtamento intelligitur: imò pater inſtituendo filiam, cenſetur renunciationem etiam iuratam remiſiſſe, Bald. in l.fin.C. de pact. Salic.in d.l. pactum quod dotali, nu.5.in fin. Maran.d.diſputat.10.num.35. Alex.in d.l. ſtipulatio hoc modo concepta, vbi Iaſ. & communiter Dd. Ad hæc
12 † filia quæ renunciauit bonis paternis, non intelligitur renunciâſſe bonis maternis, vel fraternis: quia cùm renunciationes filiarum de non ſuccedendo ſint odioſæ, & ſtricti iuris, text. in d.l.pactum quod dotali, & in d.l.pactum dotali, ideò extra caſum rennnciationis non extendũtur, tex. in l. tres fratres.ff. de pact. glo. ibid.in verb.poſſe, text.in l.emptor,§.Lucius.ff.eo.ti. Dd.in d.c.quãuis. Guid.decĩſ. 231 per totam. Deci.conſi.230.nu.3.incip. Proponitur quòd Petro. & cõſi.266.nu.2. incip. ad exclnſionem, vtrobique dicit, quòd filia, quæ renũciauit hęreditati maternæ, non prohibetur ſuccedere fratri, qui maternam hęreditatem adijt, quia non agitur amplius de hæreditate matris, per rationem, & iura ſupr.allegata, & Dd.in locis citatis. eſt enim proprium patrimoninm adeuntis poſt aditionem hęreditatis, & apprehenſionem poſſeſſionis rerum hæreditariarum, text.in d.l. ſed ſi plures.§.filio.ff. de vulg. & pupill. Natta conſil.619.num.11. volum.3.incip.
13 adhæreo ſuperius. Hinc eſt, quòd † hęredi, ſi poſt aditionem cadat à poſſeſſione rerum hęreditariarum, non competat petitio hæreditatis, ſed rei vendicatio, tanquàm vero domino. Barto.in l.fin.ff. de fideicommiſſ.hæred.petit. nu.1. gloſſ. magiſt.ibid.in verbo, non competere, in fine, & gloſſ.magna in c.1.de confeſſ.lib. 6.in verb. ſtatuimus. ibi, caueat autem. Iaſ.in d.l.venia, num.7.in fin.C. de in ius vocan.Maran.d.diſputat.10.nu.15.cũ ſeq.

OBSERVATIO CXLIX.

In ſucceßione feudi primi acquirentis probatio requiritur.

SVMMARIA.

1 *In feudis ſucceßio reſpicit ſtipitem.*
2 *Proximitas in feudis quomodo conſideretur.*
3 *Vltimus agnatus eſt primi acquirentis ſucceſſor.*
4 *Hæredes quomodo accipiantur in materia feudali.*
5 *Agnatus poteſt repudiare hæreditate retento feudo.*
6 *Cautela pro agnatis ratione primi acquirentis.*
7 *Libri genethliaci familiæ an probent.*
8 *Libri antiqui plenè probant.*
9 *Probationes inſufficientes quandò recipiantur.*
10 *Conſuetudo valet, quòd agnati non teneantur probare primum acquirentem.*
11 *Primi acquirentis probatio quandò non ſit neceſſaria.*

111

AGnati in feudo antiquo, defuncto vaſallo ſuccedere volentes, primũ acquirẽtem, cuius beneficio & prouiſione ipſi ad ſucceſſionem feudi vocãtur, inprimis oſtẽdere debent: putà, quòd à primo acquirente deſcendant, ſi hoc à domino vel alijs agnatis eiuſdem nominis & familiæ in contro-
uerſiam vocetur: quia in † feudis ſucceſ- 1
ſio ſemper ſuum ſtipitem aſpicit, nec alium, qui nõ ſit ſtipes communis agnationis ſequitur, vt refert Aluaro.in c.1 §.his verò. de ſucceſſ. fratrum, vel graduum ſucceſſ.num.2. vbi ad hoc eſt text.expreſſus. Laud.ibid.nu.8. & communiter Feudiſt. Non ſufficit probare agnationem, quòd ſint gentiles, putà, eiuſdem familiæ & nominis, quòd ijſdem vtantur armis, & maiorum imaginibus, quòd eadem inſignia gentilitia habeant, Daß ſie eines nhamens vnd Stammes / eines Helms vnd Schildt ſeynd / & quod defunctus non habeat proximiores agnatos: quia poſſunt eſſe agnati, & quidem proximiores, vt tamen non deſcendant, vel originem habeãt à primo acquiren-
te Proximitas † in ſucceſſione feudi non 2
conſideratur reſpectu vltimi vaſalli, ſed reſpectu eius perſonæ, à qua feudum originem habet, Bald.conſil.137. nu.1.volu. 2. idẽ in c.1. nu.7. de eo qui ſibi & hæred. ſuis. Aluaro.in c.1. de alien. feud. pater. nu.7. Hinc pro regula traditur, vltimum
† agnatum ſemper eſſe primi acquiren- 3
tis ſucceſſorem, etiamſi feudũ per mille manus ambulauerit, per tex.in c.1.in fin. de ſucceſſ.feud. Deci.conſi.78.num.4.incip. licèt in caſu propoſito, & per plura allegata infrà eod. Obſeruat.154. Nam
in † materia feudali hęredis vocabulum 4
non ſignificat qualitatem ſucceſſionis & hære-

& hæreditatis, ſed qualitatē ſucceſſoris,
vt inquit Pariſ.conſi.65.nume.3.& num.
26. volum. 3. incip. paternum feudum,
quem ad hoc omnino vide. Agnati ſunt
ſanguinis ſucceſſores & hæredes, quos
natura feudi vocat, non hæreditas de-
functi vaſalli: nam veniunt & ſuccedūt
proprio iure ex prouidentia legis, & ex
pacto primi acquirētis, primus enim ſti-
pes defert feudū ad poſteros, ſicut fons
aquam ad riuulos, vt plenius dixi d. Ob-
5 ſer.154. Quo fit, vt † hæreditatem defun-
cti vaſalli repudiare poſſint, retento feu-
do, p text. in c.1. an agnat. ſeu fil. defunct.
poſſ. ret. ner. feud. vbi communiter Dd.
Zaſ. par.3. num.15. Deci. d. conſi.78. idem
conſi. 203. nume. 9. incip. ad clariorem,
Bald. conſi.137. nu.1. Dd. vbi ſupr. Præ-
terea quod non teneantur ad ſolutionē
æris alieni à defuncto vaſallo contracti,
cum non ſint ipſius hæredes, ſed primi
acquirentis, per notata in d. Obſeruat.
154. nec etiam delictum defuncti ipſis
vaſallis præiudicat, vt dixi in tract. fra-
ctæ pacis, lib.2. cap.13. Cōcluſiuè ergo, ag-
nati volentes ſuccedere vltimo vaſallo,
neceſſario originē feudi, & ꝙ ipſi à com-
muni ſtipite, & à primo acquirēte deſcē-
dant probare debent, aliàs ſuccumbent:
quia ſola agnationis & gentilitatis qua-
litas, atque gradus prærogatiua non ſuf-
6 ficit. Quapropter † cauti & prouidi ſint
agnati vt maiorum antiquas inueſtitu-
ras accuratè & magna diligentia cuſto-
diant, atq; lineam, originem feudi, adeo-
que primum acquirentem ſolicitè ob-
ſeruent. Nam in huiuſmodi feudis an-
tiquis, agnatis proximioribus ſæpè non
ius, ſeu probatio deeſt, iuxt. text. in l. duo
ſunt Titij. ff. de teſtam. tutel. Vnde prudē-
ter faciunt magnæ familiæ & agnati gē-
tiles, & primariæ nobilitatis, quòd libros
7 † genethliacos conficiant, in quibus cō-
tinua ſerie originem & ſucceſſiones fa-
miliarum deſcribi curent. Nam huiuſ-
modi libri, ſi in archiuo familiæ, in
loco honeſto, ſi apud viros omni exce-
ptione maiores cuſtodiantur, ſi ipſi de
familia librū pro fide digno habeāt, ple-
nè propter antiquitatem probant, per
text. in c. ad audientiam. de præſcrip. Pa-
normit. ibid. & communiter Canoniſt.
text. in c. cum cauſam, de proba. Panor.
ibid. nume.1. Felin. nume.7. facit text. in
l. cenſus. ff. eod. titu. Bart. in l.1. nume.22.
ff. ſi cert. pet. Spec. in tit. de inſtru. edit. §.
nunc dicendum, idem in titu. de probat.
§. videndum. verſ. Nonò per libros, vbi
dicit, per † libros antiquos & ſcripturas 8
antiquas, etiam lapidibus vel columnis
inciſas, induci plenam probationē. In-
nocen. in c.1. num.1. in fi. de probat. Dd.
vbi ſupr. vbiq; dicunt, priuatam ſcriptu-
ram in antiquis etiam plenè probare, fa-
cit ad hoc tex. notab. in c. videtur, qui ma
trimo. accuſ. poſſ. Et ita in Camera pro
huiuſmodi libro gentilicio iudicatum
memini anno 58. in cauſa Haller/ con-
tra Brandenburg. Quò pertinet quò per-
tinet quod propter difficultatem † pro- 9
bandi admittantur probationes, quæ
aliâs non admitterentur: lex enim con-
tenta eſt ea probatione, quæ fieri poteſt
ſi materia ſui natura difficultatem pro-
bationis habet, tex. in c. veniens, el.2. §. fi.
de teſtib. Dd. ibid. tex. in l. ſi vicinis, C. de
nupt. & in l. ſi quando. C. vnde vi, text in
l. filium. cum diffinimus, ff. de his q ſunt
ſui vel alien. iuris, & in l. cōſenſu. §. ſuper
plagis. C. de repud. Zaſ. conſi.15. nu.1. vol.
2. Alex. conſil.24. num. 6. incip. animad-
uerſis his, vol.2. & cōſil.53. incip. viſo the-
mate, eod. vol. Natta conſi.235. nu.9. vol.
2. incip. ſuperioribus. vbiq; dicunt in caſi-
bus difficilis probationis admitti proba-
tiones leuiores etiam per coniecturas,
veluti in maleficijs, quæ obſcura nocte
perpetrantur, & probabiliter ignoran-
tur, vel quæ in multitudine fiunt, gloſſ.
ſing. in l. ſi cum exceptione, §. in hac a-
ctione, in verbo, ignorantiam, ff. de eo,
quod met. cauſ. Iaſ. in l. ſi quis ex argen-
tarijs, §. fin. ff. de eden. Alexand. conſil.
59. num.1. vol.2. incip. viſa facti, Obſeruā-
dum hîc, quòd inſtrumenta cōmunia, ra
tione dominij & vtilitatis, debeāt eſſe pe-
nes digniorē, & ſeniorē, per tex. in l. pro-
curator, C. de eden. Iaſ. ibid. nu.3. tex. in l. 11
cæteræ. §. fin. & in l. ſi quæ ſunt. ff. famil.
herciſc. tex. in l. fin. ff. de fid. inſtrum. ib.
ſemper ſeniorē iuniori, tex. in l. cū pater.
§. pater. pluribus. ff. de leg. 2. Porrò † con- 10
ſuetudines, quòd agnati eiuſdem nomi-
nis, gentis & familiæ, nō teneantur pro-
bare primum acquirentem, valent: idq;
non ſolùm propter præſumptionem iu-
ris, & antiquitatem familiæ, atque diffi-
cultates probationis, verumetiam quòd

huic rigori iuris conſuetudine, vel ſtatu-
tò derogari poſſit: quia in materia feuda-
li, conſuetudo præcipuè attendi debet,
tex no. in c. 1 §. in iudicio, de feudi cogn.
vbi dicitur, Leges, ne Romanas quidem,
tantùm valere, vt in feudalibus vſum,
aut mores vincant, ad idem eſt tex. in c. 1.
§. hoc quoq;, de his qui feud. dar. poſſ. gl.
ibid. in verbo, à ſucceſſione. Si igitur con
ſuetudo feudalis legib⁹ ſcriptis derogat,
text. in d. c. 1. §. in iudicio, multò magis
ſpecialis locorum conſuetudo, derogat
generali cõſuetudini feudali, cùm in to-
to iure, generi p ſpeciem derogetur, tex.
in c. generi, de reg. iur. in 6. & in l. in toto.
ff. de reg. iur. Hinc eſt quod ex conſuetu-
dine locali fœminæ vna cũ maſculis ad
ſucceſſionem feudi admitti poſſint, qua-
lis eſt conſuetudo in Gallia, teſte Guido-
ne deciſ. 59. nu. 2. incip. ſecũdum vſus, vbi
dicit feudalia ad inſtar patrimoniorum,
quóad ſucceſſionẽ, redacta eſſe, idem de-
ciſ. 297. nu. 2. incip. conſtitutiones, vbi di-
cit feuda ex cõſuetudine patriæ Delphi.
ſine conſenſu domini legari, in dotem
dari, & alienari poſſe, & conſuetudinem
in talibus attendendam & obſeruandam
eſſe. Idem tenet Fab. in Auth. ingreſſi. nu.
24. C. de ſacroſ. eccl. Alex. conſ. 29. nu. 2.
vol. 1. incip. quoniã abundè. Boër. in con-
ſuetud. Bituricen. tit. de feud. §. 7. Pyrrhus
in conſuetudines Aurelia. eo. tit. allegat
ad hoc text. in c. ſignificauit, de reſcript.
Sed huiuſmodi conſuetudines, cùm ſint
facti, nõ præſumuntur, ideoq; in iudicio
allegari & probari debent, text. in c. 1. de
conſtit in 6. & in l. in bello. §. factæ. ff. de
cap. & poſtlim. reuer. cum ſimilib. Et me-
mini in Camera Imperiali tales conſue-
tudines in proceſſu cauſæ allegatas, & re-
ſciſſa concluſione cauſæ, ad probandum
ex officio admiſſas fuiſſe. Obſeruandum
quoq; pro limitatione huius obſeruati-
11 onis, quòd non ſit neceſſe † probare pri-
mum acquirentem, quandò feudum no-
uum cõceditur vt antiquum auitum, &
paternum, vti notaui ſup. eod. Obſer. 50.

OBSERVATIO CL.

De ſucceſſione collateralium in feudo antiquo.

SVMMARIA.

1. *Agnati & cognati in allodialibus ſuccedunt vſque ad decimum gradum.*
2. *Differentia agnatorum & cognatorum, quóad ius ſucceſſionis ſublata eſt.*
3. *Parentela extendit ſe vſq; ad ſeptimum gradum.*
4. *Iſernia princeps & auriga Feudiſtarum.*
5. *Vltimus agnatus primi acquirentis ſucceſſor.*
6. *In ſucceſſione regni non datur terminus.*

AGnatum † de iure communi in 1
bonis allodialib⁹ vltra decimũ
gradum non ſuccedere, ſed fi-
ſcum vocari non ambigitur, per tex. in §.
fin. Inſtitu. de ſucceſſ. cognat. Iaſ. in l. cer-
tum, num. 3. C. vnde legit. Deci. ibid. nu.
6. & communiter Dd. Idem conſi. 85. nu.
1. incip. & diligenter, Barto. in Authent.
in ſucceſſione, num. 3. C. de ſuis & legit.
gloſſ. ibid. in verbo, ſolet. Afflict. titul. de
his qui feud. dar. poſſ §. & quia, num. 26.
Laudenſ. ibid. num. 38. Iſer. eod. tit. §. hoc
quoque num. 23. Idem obtinet in ſucceſ-
ſione cognatorum, licèt olim vſque ad
ſextum tantum gradum ſuccedebant, d.
§. fi. Dd. vbi ſupr. quia hodie iure authen-
ticorum, differentia † agnatorum & co- 2
gnatorum, quóad ius ſuccedendi ſublata
eſt, tex in §. nullam verò. Authen. de hæ-
redib ab inteſtato venient. gloſſ. Bartol.
& alij in d. Authen. in ſucceſſione. Iaſ. in
d. l. certum, nume. 3. circa fin. Sed quid iu-
ris in feudi antiqui ſucceſſione, an agna-
torum ſucceſſio certis gradibus circum-
ſcribatur, aùt in Infinitum procedat? Va-
riant in eo ob pugnantes textus, Dd. opi-
niones: nam in c. 1. § hoc quoque, de his
qui feud. dar. poſſ. limitatur † ſucceſſio 3
agnatorum vſque ad ſeptimum tantùm
gradum, eò quòd vltra eum gradum nõ
poſſit inueniri parentela: quam partem
ſequuntur Baldus in Authent. defuncto.
num. 2. C. ad S C. Tertyllia. Iaſ. in d. l. cer-
tum, num. 3. vbi dicit ita communiter te-
neri. Iſernia Princeps † & auriga Feudi- 4
ſtarum, in d. § hoc quoque, num. 23. Sed
in alio textu, videlicet in c. 1. de natura
ſucceſſ. feud. dicitur, quòd agnati defici-
entibus deſcendentibus, in infinitũ ſuc-
cedant. Breuiter, crebrior adeoque veri-
or opinio eſt, vtrunque tex. diſtinctionis
fœdere ad concordiam reducẽdum hoc
pacto: Aut feudum antiquum ſemel ad
deſcendentes tranſitum fecit, poſteà ve-
rò ad collaterales puenit, & tunc agnati
in infinitum ſuccedunt, per text. in d. c. 1.
de natura ſucceſſ. feudi. ita quòd tali ca-
ſu locum habeat regula, vltimum † agna 5
tum

tum primi acquirentis ſucceſſorem eſſe,
etiamſi feudum per mille manus ambu.
lauerit, per text. in c. 1. in fin. de ſucceſſ.
feud.& per notata ſupr. Obſeruat. proxi.
ma.& infrà Obſer.154. Aut feudum non
fecit ſemel tranſitum ad deſcendentes,
ſed ex pacto, vel alijs caſibus quibus po.
teſt, à primo acquirente ad collaterales
peruenit,& tunc locum habet ſucceſſio
vſque ad ſeptimum tantùm gradum. ſic
intelligendum d. c.1.§. hoc quoque. Hãc
diſtinctionem tenet Afflict. ſibi contra.
rius in d.c.1. de feud. Marchiæ. nume. 14.
vbi dat rationem: Quia (inquit) reſpectu
primi acquirentis, cui facta fuit inueſti.
tura, omnes dicuntur deſcendẽtes ipſius
agnati vltimò moriẽtis, licèt ſint tranſ.
uerſales,& propterea meritò in infinitũ
eſt ſuceeſſio. Idẽ Afflict. in c.1.§. hoc quo.
que, num.4. de ſucceſſ. feudi. Bald. ſibi cõ.
trarius in d.c 1. de feudo Marchiæ. num.
6. Iacob. de Beluiſu. in fi. ibid. Aluaro. ſi.
militer in §. ſi capitanei, nu. 2. Gozadin.
conſil.26. num.27. Decius d. conſil.85. nu.
5. vbi dicit ſucceſſionem eſſe infinitam,
quando, de primo acquirente fit tranſi.
tus in deſcendentes. idem in d. l. certum,
num.8. Laudenſ. in tit. qui feud. dar. poſſ.
§.& quia, num.38. cum ſeq. Curt. iuni. in
2. partæ tertiæ partis principalis, num.48.
cum ſeq. Couar. reſolut. lib.2. cap.5. num.
4. vbi communem dicit. Zaſ. part.8. nu.
mer. 5. & num. 34. vbi dicit, prædictam
diſtinctionem magis communem,& in
Germania receptam eſſe; quam diſtin.
ctionem etiam Camera Imperialis, cùm
hæc quæſtio ex facto proponeretur, ſecu.
6 ta eſt. Illud autem † planè pugna caret,
in ſucceſſionibus regnorum & principa.
tuum agnatos indiſtinctè ſuccedere in
infinitum: vnde ſi tota proſapia regia ſit
extincta, ſuperſit autem adhuc aliquis de
ſanguine antiquo, etiamſi vltra milleſi.
mum gradũ eſſet, ſuccederet in Regno,
ſecundum ſingularem doctrinam Bald.
in d.c.1. de feud. Marchiæ, quàm, vt ora.
culum Apollinis, refert & exclamat Lau
denſ. ibid.& Iaſ. in d, l. certum, nu.3. Dec,
d. conſil.85. nu.3.

OBSERVATIO CLI.

*An in feudis frater vtrinque coniun-
ctus excludat fratrem ex vno
latere tantùm.*

SVMMARIA.

1 *In feudis vinculi duplicitas non conſideratur.*
2 *Conſanguinei fratres ſimul cum Germanis admit-
tuntur.*
3 *Limitatio ad authẽticã ceſſante. C. de legit. hæred:*
4 *Frater fratri an in nouo feudo ſuccedat.*
5 *Agnati niſi ſimul cum defuncto inueſtiti, in feudo
antiquo iure Saxonum non ſuccedunt.*
6 *In feudis iure cognationis non ſucceditur.*

PVlchra quæſtio eſt, vtrũ in † ſuc. 1
ceſſione feudi frater vtrinq; cõ.
iunctus excludat fratrẽ conſan.
guineũ, & ſic ex vno latere tantùm ſibi
coniunctum, an verò pariter admitten.
di ſint? Cùm hæc quæſtio ex facto pro.
poneretur, cõcluſum fuit, eos pariter ad
ſucceſſionem bonorum feudalium fra.
tris defuncti admittẽdos. Nam ex com.
muni Dd. ſententia, vinculi duplicitas
in feudis non cõſideratur: hæc enim eſt
natura feudorum, vt in eorum ſucceſſi.
one non fiat differentia, an frater vtrin.
que defuncto ſit coniunctus, an verò ex
vno tantùm latere. Ratio euidens eſt,
quia in feudo non conſideratur nec pa.
trocinatur vinculum ex parte matris,
nam fratres ſuperſtites defuncto fratri
ſuccedunt, non quia cognati, ſed quia
agnati, nec propriè iure hæreditatis, ſed
potius domini beneficio. latè Pariſ. con.
ſil.65. per totum, volu. 3. incip. paternum
feudum. Licèt igitur in fratre ex vtro.
que parente coniuncto duæ qualitates
concurrant: quia tamen altera ipſarum
eſt impertinens, non auget ſuccedendi
effectum. Ita ſingulariter concludit Bal.
in c.1. de ſucceſſ. fratr. vel grad. ſucced. §.
his verò, nu.1. per illum tex. qui indiſtin.
ctè admittit fratres ſuperſtites ad ſucceſ.
ſionem bonorum feudalium fratris de.
functi. Idem Bal. in l.1. nume.4. C. de le.
git. hęred. Iacob. de S. Georg. In verb. prę.
ſentes & recipientes, nume.11. Aluaro. in
d.c.1. Deci. conſil.444. num.5. incip. con.
currit patruus. Alexand. conſil.9. volu.5.
num.14. incip. Ponderatis his. Molinæ.
ibid. qui plures ad hoc allegat, Curt. in
tract. feud. in 2. part. tertiæ par. princip. in
6. quæſt. num.56. Ferrat. in form. lib. quo
agitur ad reuocatio. feudi. in verb. nec
ſuperſtitibus, num. 10. vbi ſimiliter con.
cludit, quòd in feudo defuncti fratris
conſanguinei † ſimul cum germanis ad. 2
mittantur: quia ius agnationis,& nõ co.
gnatio.

gnationis ſpectemus. Et hæc eſt ſingula.
3 ris † limitatio ad Authent. ceſſante, cum
Authen. ſeq. C. de legit. hęred. Nam licèt
in allodialibus præferatur frater vtrin.
que coniunctus : hoc tamen, vt dictum
eſt, nõ obtinet in ſucceſſione bonorum
feudalium: quia, vt dictum eſt ius agna.
tionis, & non cognationis ſpectamus.
Quid autem in fideicommiſſo relicto
agnatis pro conſeruatione familiæ: item
in ſtatuto excludente fœminas extanti.
bus maſculis, an cõſanguinei ſimul cum
germanis fratrib⁹ vtrinq; coniunctis ſuc.
cedant, an verò vtrinq; coniuncti pręfe.
rendi ſint? quęſtio mirabiliter Dd. opini.
onibus inuoluta eſt. Multi tenẽt conſan.
guineos cũ Germanis ſimul admitti, eo
quod in conſeruanda familia eadem ra.
tio militet in cõſanguineis, quę in vtrin.
que coniũctis, ſicut de feudis dictum eſt.
Sed contraria opinio verior propter ex.
preſſam iuris regulam, vtrinq; coniũctos
conſanguineis pręferẽtem, tex. in Auth.
itaq;, C. commu. de ſucceſſ. & in Auth. de.
functo, C. ad S.C. Tertull. tex. in d. Auth.
ceſſante, & in Auth. poſt fratres, C. de le.
giti. hæred. qui autem regulam pro ſe ha
bet, ius certum habere dicitur, tex. in l. ab
ea parte, ff. de prob. Bar. in l. quoties. nu. 1.
ff. ſi quis cautionib. Bal. in l. ſi tutor. nu. 5.
in fin. C. de ſeru. pigno. dat. mann. vbi di.
cit, regulas iuris tenaciter eſſe ſeruandas
tantiſper, donec in contrarium appare.
at ſpecialis diſpoſitio: quod enim nõ re.
peritur expreſſè prohibitum, firmum eſ.
ſe debet, text. in l. ſancimus, C. de teſtam:
legumq; correctio, præſertim per tacitos
intellectus, pręſumptiones, & coniectu.
ras, euitãda eſt, text. in c. cùm expediat, de
electio. in 6. gloſſ. communiter approba.
ta in c. cupientes, § quod ſi per viginti, in
verbo, petere, eod. tit. in 6. text. in l. præci.
pimus, §. fi. C. de appel. Ergò in certis non
opus eſt interpretatione, & coniecturis,
tex. in l. ille aut ille, ff. de leg. 3. cum ſimili.
bus. Statuta verò ſecundum diſpoſitionẽ
iuris communis interpretanda ſunt, tex.
in c. cùm dilectus, de fide inſtru. glo. ſing.
in l. 2. in notab. C. de noxalib. act. Bart. &
alij ibid. Ius autem cõmune vtrinq; con.
iunctos cõſanguineis pręfert, iuribus al.
legatis, quia duo vincula fortius ligant,
quam vnum, tex. in c. 1. de treuga & pace,
& in l. pen. §. ſi verò pater. C. de adopt. Et
hanc partẽ multis rationibus illuſtrat &
comprobat Tiber. Decianus conſ. 16. nu.
19. vol. 1. incip. primo ergò, vbi in vtranq;
partem prolixè diſputat, & vtriuſq; opi.
nionis authores longa ſerie recenſet.
Idem facit Cæphal. conſil. 323. per totum
vol. 3. incip. difficilis ſanè, Pariſ. conſil. 59.
nu. 17. cum ſeq. vol. 3. incip. conſiderata.
Deci. d. conſil. 444. num. 16. cum ſequen.
Alexand. cõnſi 5. nu. 4. cum ſeq. vol. 6. in.
cip. conſideratis omnibus. Porrò in no.
uo † feudo regulariter frater fratri, & cæ. 4
teri collaterales ſibi inuicem non ſucce.
dunt: niſi hoc ſpeciali pacto in inueſtitu.
ra prouiſum ſit, ſed feudum ad domi.
num reuertitur, text. in c. 1. §. filia. in fin.
de ſucceſſ. feud. tex. in c. 1. circa fi. de feud.
Marchiæ. c. 1. de fratrib. de no. benefic. in.
ueſti. c. 1. de benefic. fratr. Ferra. vbi ſupr.
Zaſ. part. 8. nume. 23. cum ſequen. vbi hoc
ſex modis limitat. Quare in nouo feudo
primus acquirens circumſpectus eſſe de.
bet, vt frater aut alius collateralis ſimul
inueſtiatur, vt fiat ſimultanea inueſtitu.
ra. Das ſie mit belehnet werden/ vnd die ge-
ſambte handt haben. Et de † iure Saxoni. 5
co non ſuccedunt proximiores agnati e.
tiam in feudo antiquo, niſi ſint ſimulta.
neè inueſtiti, & ſic agnatus non ſuccedit
ex iure defuncti, ſed ex ſimultanea inue.
ſtitura, nit auß krafft der erbſchafft/ oder
angepornet ſipſchafft / ſonder allain auß
macht des gedings/ vnd geſambten leh..n/
Schurff. conſil. 59. num. 3. cent. 2. incip. ca.
ſus qui in facto. Henning. latè conſil. 22.
incip. nach dem. Illud quoq; memoria te.
nendum, fratrem vterinum non ſucce.
dere in feudo fratri ſuo defuncto: quia
in † feudalibus iure cognationis nõ ſuc. 6
ceditur, tex. in c. 1 §. 1. de ſucceſſ. fratr. vel
gradib. ſuccedent. in feudo. Iacob. de S.
Georg. vbi ſupr. num. 12. Curt. ſimiliter,
num. 55. vbi dicit, quòd finitum ſit genus
primi acquirẽtis feudum, quandò ſolùm
adeſt frater vterinus.

OBSERVATIO CLII.

Feudi poſſeſſio an in filium continuetur ipſo iure ſine apprehenſione.

SVMMARIA.

1 *Filius ſuccedendo patri non acquirit, ſed acquiſitum retinet.*

2 Spolia-

2 *Spoliatus duo probare debet.*
3 *Suus hæres ipſo iure dominium rerum paternarum acquirit, ſed non poſſeßionem.*
4 *Hæres per aditionem non fit poſſeſſor hæreditatis.*
5 *Legatarius efficitur dominus rei legatæ, ſed non poſſeſſor.*
6 *Eccleſia ex ſolo contractu acquirit dominium, ſed non poſſeßionem.*
7 *Monachus an per ingreſſum religionis transferat poſſeßionem in monaſterium.*
8 *Fiſcus bonorum vacantium fit dominus, ſed non poſſeſſor.*
9 *Poſſeßio non tranſit in caſibus vbi dominium transfertur ipſo iure.*
10 *Poſſeßio morte patris extinguitur.*
11 *Poſſeßio eſt de iure gentium.*
12 *Poſſeßio dupliciter in filio conſideratur.*
13 *Inueſtitura an opus ſit in feudo antiquo.*
14 *Poſſeßio an acquiratur per inueſtituram.*
15 *Inueſtitura fit per translationem inſtrumentorum.*
16 *Inueſtitura abuſiua an producat remedium Recuperandæ poſſeßionis.*
17 *Poſſeßio ficta quid operetur.*
18 *Poſſeßio abſque apprehenſione transfertur ex ſtatuto.*

VAriant interpretes, vtrùm feudi
poſſeſſio, mortuo patre, ipſo iu-
re in filium cõtinuetur, an verò
opus ſit apprehenſione? Feudiſtæ in par-
tem affirmatiuã inclinant, per glo. com-
muniter ab illis approbatam, in c.1.§.fin.
de feud.cog.in verb.fin.quæ dicit, quòd
1 † filij in feudis ſuccedendo patri non
acquirunt, ſed acquiſitũ capiunt, id quod
Aluaro.Prępo.Mart.Lauden.& alij ibid.
approbant. In eandem ſententiam de-
ſcendit Bal.in l.cùm antiquioribus, nu.
11.verſic.decimò ſic. C.de iur.delib. vbi
dicit, quòd in feudis filius viuo patre in-
telligatur inueſtitus, ac etiam poſſidere:
& quòd in eum continuetur poſſeſſio
ſine alia inueſtitura, adeò quòd filio, vi-
uo patre non deſit ius, ſed tantùm ad-
miniſtratio. ſequitur Iaſ.in l. in ſuis. ff.
de lib.& poſthu. & in l.quoties. C.de rei
vendic.Idem conſi.87.nu.2.volum.1.in-
cip.Conſultus in iure.& conſi.182. num.
2.verſic. Septimò notabiliter, volu.2 in-
cip. In præſenti.& conſi.10.num.2.verſi.
prædicta fortius, volum.3.Schurff.conſi.
36.nn.7.centu.3.incip.Quanquam in pręſenti. Cotta in memorab.in verb. feu-
dum.Accurſ.in d.l. in ſuis. in verb. quo-
dammodo, & in §.ſui.in verb.exiſtiman
tur. Inſtit.de hæred.qual. & differ. vtro-
bique dicit, non ſolùm in ſuum hæredẽ
ipſo iure dominium rerum paternarum
transferri & continuari: ſed etiam poſ-
ſeſſionem, eò quòd perſona patris, & fi-
lij vnà perſona cenſeatur, text. in d.l.in
ſuis, & in d.§. ſui. & per alias rationes,
quas Dd.ibi allegant. Sed pars negatiua
verior eſt, videlicet, non ſolùm poſſeſſi-
onem rerum patrimonialium, ſed etiã
feudalium non cõtinuari in filium, ſed
facto opus eſſe, hoc eſt, apprehenſione:
adeò, vt ſi poſt mortem patris, alius occu
pet ſundũ patrimonialem, vel feudum,
filio non competat interdictum Recu-
perandæ poſſeſſionis, quia non poſſedit:
at ſpolium nõ committitur niſi contra
poſſidentem: ſpoliatus † duo probare 2
debet. Primò quòd poſſidebat tempore
ſpoliationis. Secundò, quòd fuerit ſpo-
liatus ab eo qui conuenitur, vel de man-
dato eius, vel eo ratum habente. Hæc
ſunt requiſita interdicti recuperãdæ poſ-
ſeſſionis, text.in c. conſultationibus. de
offic.deleg.Panor.ibid.poſt gloſſ.in ver-
bo, poſſeſſio, tex.in c.olim.el.1. & in c.cũ
ad ſedem de reſti.ſpoliat.tex.in l.1.§.in-
terdictũ aũt, ff.de vi & vi arm. gloſſ.ibid.
in verbo, poſſidebat.Deci.conſ.125.nu.1.
incip.In cauſa ſpoliationis. Curt. iunior
conſi.334.num.8.volu.3.incip.circa præ-
miſſam Suus † hæres ipſo iure etiã abſq; 3
aditione conſequitur quidem dominiũ
rerum paternarum, tex.in d.l. in ſuis. &
in d.§.ſui.ſed nõ poſſeſſionem, quia iſta
ſunt ſeparata: dominij trãslatio non in-
fert poſſeſſionis translationẽ, tex in l.na
turaliter.§.nihil commune. ff. de acqui-
rend.poſſeſſ.reprobata communiter opi
nione Accurſ.in d.l.in ſuis.& d.§. ſui.vo
lentis poſſeſſionem ipſo iure etiam in
ſuum hæredem transferri, gloſſ. Bart.&
Dd.in l.miles.ff.ex quib.cauſ.maior.& in
l.cũ hæredes.ff.de acquir. poſſ. Sic hæres
† adeundo hæreditatẽ, dominiũ quidem 4
acquirit, ſed nõ poſſeſſionem, tex. in d.l.
cũ hæredes, cũ ſimilib. vt plenè dixi ſup.
eod. Obſer.129. per multa allegata, tex.in
c.paſtoralis, de priui.& exceſſib. priuile-
giato. Afflict.deci.299.nu.4. Sic in † lega- 5
tarium tranſit dominium rei legatę ipſo
iure, tex.in l.à Titio.ff.de furt.& in l.ſi ti-
bi homo.§.cũ ſeruus.ff. de legat. ſed non
poſſeſſio, per iura allegara, Bald.in l.ſan-
cimus, §.cũ autẽ, nu.10.C.ad S.C.Trebel.

Afflict.

Afflict.d.deciſ. 299. Eodem iure ſpeciali
6 † ex ſolo contractu cum Eccleſia cele-
brato tranſit dominium in Eccleſiam
abſque traditione,tex.in l.fi.C.de ſacroſ.
Eccleſ. contra regulam. l.traditionibus.
C.de pact. cum ſimilib. tamen poſſeſſio
non acquiritur Eccleſiæ abſq; apprehen-
ſione,tex.in d.l.fin.Panor.in c.2. de con-
ſuet. num.6.& 9.Afflict.d.deciſi.299.nu.
4.Mattheſ.ſing.43.num.1.iuncta apoſtil.
7 quæ tradit,quòd Monachus † per ingreſ-
ſum religionis transferat poſſeſſionem
In Monaſterium, ſine apprehēſione poſ-
ſeſſionis,de quo vide etiam Afflict.d. de-
ciſi.299.nume.16.& Tiraquel.in tracta.le
mort ſaiſit le viſ.in 6.declaratio. præfa-
tionis,nume.9.Bald.Salic. & communi-
ter Dd.in Authen. ingreſſi, C. de ſacroſ.
8 Eccleſ. Et fiſcus † licèt bonorum vacan-
tium proprietatem habeat,tex.in l.com-
miſſa, ff. de publica.& vectigal. & in l.1.
verſic.an bona,ff.de iur.fiſci, & in l.Im-
perator,ff.eo.tit. tamen non transfertur
in eum poſſeſſio, ſi non apprehendat eã,
gloſſ.notab.in l.ſi fratres,§. idem reſpon
dit,in verbo,dominium,ff.pro ſoc.Bald.
in c.1.num.3.quid ſit inueſtitura.Et gene-
9 raliter pro regula traditur, in † omnibus
caſibus , in quibus dominium ipſo iure
tranſit, poſſeſſionem ſine apprehenſio-
ne non transferri,gloſſ.in d.l.ſi fratres,§.
idem reſpondit, & in d. l. final. C.de ſa-
croſanct.Eccleſ.in verb. in rem. Tiraqu.
in d.tract.le mort ſaiſit le viſ.in 4.decla-
rat.præſationis,num.3. vti conſtat ex ex-
emplis modo adductis. Ratio autem hu-
ius deciſionis ſiue partis negatiuæ eſt,
quia vt dixi, poſſeſſio in ſacto conſiſtit,
text.in l.1.ff.de acquir.poſſeſſ. & non ali-
ter quã corpore & animo acqniritur,tex.
in l.3.in princ.& in l.quemadmodum.ff.
d.tit.& in l.nemo.C.eod. licèt ſemel ac-
quiſita,ſolo animo retineri poſſit, tex.in
l.licèt.C.d tit.poſſeſſio enim dicitur à pe-
dum poſitione,& ideò ſacto opus eſt, id
eſt,apprehenſione,text.in d.l.1.ff.de acq.
poſſeſ.& in d.l.3.ff.eod.tit. quod pulchrè
Afflict.d.deciſ.299.nu.7.explicat,vt ibi p
10 eum.Præterea,cùm poſſeſſio † morte pa-
tris extinguatur, eo quòd mors omnia
ſoluat,tex.in Auth.de nup.§.deinceps.in
prin.non poteſt continuari poſſeſſio in
filium,quç non eſt in rerum natura.Zaſ.
in tract.ſeud.par.6.num.4.Alex.in d.l.in
ſuis,vbi communiter Dd. Ad acquiren-
dam enim poſſeſſionem requiritur ani-
mus & corpus, tex.in d.l.3. & in d.l. quē-
admodum: ſed defuncti animus & vo-
luntas ad hæredem non tranſmittitur,
tex.in l.4.ff.locati.Iaſ.in l.non ſolùm.§.
morte,nu.2.ff.de nou.oper.nunc. vbi cō-
muniter Dd. text. in c.ſi gratioſè, de re-
ſcrip.in 6.gloſſ.ibid.in verb. exſpirat. Ti-
raq.vbi ſup in 3 declarat præſationis,nu.
9 Afflic.d.deciſ.299.nu 9.vbi dicit,acqui-
ſitionem † poſſeſſionis eſſe de iure gen- 11
tium,& ideò actum naturalē requirere,
text.in d.l.1.& in d.l.3.ff.de acq. poſſ.Hãc
partē negatiuã in feudis (quia quóad bo-
na patrimonialia,quòd poſſeſſio nō trãſ-
feratur ipſo iure in ſuũ hæredē, nulla eſt
dubitatio,nã Accurſ.opinio. vt ſupr. di-
ctum,communiter reprobata eſt)tenent
Iaco.de S.Georg.in tract.feu. in verb.ita
quòd ipſi inueſtit.nu.13.Afflict in d.c.1.§.
fi.de feud.cog.Pariſ.conſ.1.nu.160.vol.1.
incip. Viſa facti narratione, vbi meliorē
& ſaniórem dicit.Curt.Iun.conſ.108.nu.
23.incip.Circa controuerſiam. Zaſ.præ-
clatè cōſ.10.nu.13.vol.1.incip.Cùm quon
dam.Idem in tract.ſeu.par.6.nu.41. cum
ſeq. Tiraqu.in d.4.declar.per totam.quã
etiam Bald approbat in c.1.nu.5. an mut.
vel imperſ.& Iaſ.in l.ſi vxori,in 3.limita.
C.de iur.delib. Eandem opinionem etiã
Camera, cùm hæc quæſtio ex ſacto pro-
poneretur, ſecuta eſt, conſiderata vera
poſſeſſione,quia † poſſeſſio qnóad filium 12
dupliciter conſiderari poteſt. Primò quò
ad habitum,& hoc caſu filius fictè & ima
ginariè pro poſſeſſore habetur, d.l.in ſu-
is. Deinde quóad actualē effectum, & eo
caſu poſſeſſio nō eſt apud filium, niſi ap-
prehenſa ſit. Zaſ d.part.6. num.44. Dd.
vbi ſupr.per rationes allegatas. Non ob-
ſtat authoritas gloſſ pro parte affirmati-
ua adducta in d.c.1.§.fin de feud. cognit.
quia rectè expenſa intelligitur de conti-
nuatione dominij, non de poſſeſſione:
ſicut etiã authoritas Bal.in d.l.cum anti-
quioribus, de dominio tãtùm accipi po-
teſt,próut eruditè explicant Zaſ.d. conſi.
10.& Tiraqu.in d.4.declaratione. Præte-
reà his non aduerſantur ea,quæ tradunt
Aluaro. & Præpo.in d.c.1.§. fin. dum vo-
lunt , quòd in † feudo antiquo non ſit 13
opus filium in poſſeſſionem mitti, vel
tradi ei poſſeſſionem,cùm eam priùs ha-
beat:

beat:quia hoc eſt verũ, ſi filius poſt mor-
tem patris in feudo paterno inuenitur,
vti communiter fieri conſueuit,quia tũc
nõ opus eſt ei poſſeſſionem tradere quã
prius habet. Vnde non datur noua inue-
ſtitura,ſed antiqua confirmatur : ſecùs ſi
non eſſet in poſſeſſione, quia tunc non
prodeſſet illi vlla cõtinnatio, niſi ſequu-
ta ſit apprehenſio poſſeſſionis, ita Zaſ.d.
conſ.10.nu.16.& d.par.6.nu.39. Porrò an
14 per † inueſtituram acquiratur poſſeſſio,
vide Bal.in d.c. 1.quid ſit inneſtitura, nu.
2.vbi dicit, quòd per abuſiuam inueſtitu-
ram non transferatur poſſeſſio, ſed fin-
gitur ei dari licentia propria authoritate
apprehendendi ipſam poſſeſſionem, c.
ex parte,extrà,de conſuetud. Fallit,ſi fiat
inueſtitura apud rem ipſam, & in re præ-
ſenti:argu.l.clauibus ff.de contrah.emp.
15 quæ † inueſtitura videtur fieri etiam per
traditionem Inſtrumentorum, text.in l.
1.C.de donat.facit text.in l. cùm conſtet.
C.quæ res pigno.oblig.poſſ.vbi obligato
inſtrumento, intelligitur quoq; obliga-
tum ius in eo contẽtum, ad idem eſt tex.
in l.ſeruũ filij,§.eum qui chirographũ,ff.
de leg.1.Bald.vbi ſupt.num.3.vide omni-
nò Panorm.in d.c.2.nume.10.de conſue-
tud. quatenùs per inueſtituram transfe-
ratur poſſeſſio.& Afflict.d.deciſ.299. vbi
16 ſingulariter loquitur, quòd talis † abuſi-
ua inueſtitura nõ producat interdictum
Recuperandæ poſſeſſionis. Bald. in Au-
then. defuncto. C. ad Tertyll. vbi dicit,
quòd poſſeſſio continuata in filium vi-
17 gore ſtatuti, quia † ficta eſt,non parit in-
terdictum Recuperandę poſſeſſionis,ſed
tantùm adipiſcendæ, vt notat Caſtrenſ.
in d.l.ſi ſorori.C.de iur.delib. & Tiraqu.
remiſſinè d.tracta. le mort ſaiſit le viſ. in
3.declarat.præfat.nume.4. Multi tamen
18 caſus ſunt quibus transfertur † poſſeſſio
abſqne apprehenſione,quos notant Dd.
in d.l.clauibus.ff.de contrah.empt.gloſſ.
notab. in d. c. 2.de conſuetud. in verbo,
ſignnm.Panor.&alij ibid.Statuto autem
vel lege introduci hoc poſſe non eſt du-
bium,tex.in l.raptores.§.bona autem eo-
rum.C.de Epiſ.& cler.Afflic.d.deciſ.299.
num. 4. prolixè Tiraq.in d.tract.le mort
ſaiſit le viſ.in 6.declar.præfatio.nu.5. vbi
dicit,conſuetudinem vel ſtatutum poſſe
transferre poſſeſſionem ipſo iure, nullo
actu, nec verbo quidem interueniente,
allegat infinitas authoritates. Bat.in l.cũ
vnus,§.fi.nu 3 ff.de bon.autho. iud. poſ-
ſid.Bal.in d.l.licèt.nu.2.C.de acq.poſſeſſ.
Idem in l.de quibus.ff.de legibus. & in d.
l.ſancimus,§.cùm autem. C. ad S.C.Tre-
bel.nu.10.Anch.in c.1.de dol.&contum.

OBSERVATIO CLIII.

Feuda an inter vaſallos diuidi poßint.

SVMMARIA.

1 *Feuda dignitatum diuidi non poſſunt.*
2 *Fallit de conſuetudine.*
3 *Diuiſio feudorum dignitatum familijs & imperio damnoſa eſt.*
4 *Nihil tam magnum quod diuiſione non fiat paruum.*
5 *Ac vno regi expedit multitudini.*
6 *Regales dignitates non diuiduntur.*
7 *Ducales dignitates vt plurimum pro indiuiſo poßidentur.*
8 *Feuda inferiora diuidi poſſunt.*
Diuidere quis cogitur. ibid.
9 *Idq; procedit etiamſi vnus tantùm ad diuiſionem prouocet.*

ETſi † feuda maiora annexam di- 1
gnitatem habentia, putà Duca-
tus, Marchionatus, Comitatus
&c.de iure feudali,etiam conſentiẽtibus
conſortibus diuidi non poſſunt,tex.in c.
Imperialẽ.§.prætereà Ducatus,de prohi.
feud. alien. per Freder. vbi communiter
Dd.Curt.in tracta.feud part.4.nu.121. ta-
men hoc ex nototia Germaniæ † cõſue- 2
tudine non obſeruatnr:nam huiuſmodi
feuda, excepta Regali dignitate, inter fi-
lios cohæredes,non ſolùm ratione iuriſ-
dictionis & adminiſtrationis, in quibus
de iure feudali etiam diuiſio admittitur.
Bal.Alua.& communiter Dd.in d.§.prę-
tereà.Bat.in l.inter tutores, n.4. ff. de ad-
miniſt.tutor.Curt.vbi ſup.nu. 122.in no-
na limitatione, & conſulentes in locis
infrà citatis : ſed etiam ratione bonorũ,
& dominij vtilis diuidũtur,idq; ſine con
ſenſu ſummi Principis:nam eo hoc per-
mittente, diuiſio feudorum dignitatum
aliàs licita eſſet,vt notant Bald.Iſern.Al-
uar.& alij in d.§.prætereà Ducatus. Curt.
loco citato.nu.122.in 4.fallen.Huiuſmo-
di autẽ conſuetudinem valere commu-
niter placuit,quæ non ſolùm in Germa-
nia,ſed ferè vbiq; locorũ,maximè in Ita-
lia viget, vt ſcribit Iaſ. in l. ſtipulationes

non diuiduntur,nu.31.ff.de verb.obl. So-
cin.ſenior conſ.27.nu.1.volu.2.incip. In
quæſtione vertente.Iſern.in d.§.prętereà
Ducatus. Alexan.conſ.6.per totum, vol.
5.incip. Viſa inueſtitura. Deci.conſil.389.
nu.3.incip.viſa longa ſerie.Alex.conſ.18.
nu.6.vol.2.incip.viſis capitulis, & conſi.
30.nu.1.vol.6.incip.viſis dubitationibus,
& conſil. 25. nu.1.incip.attentis narratis,
volu.5.Curt.vbi ſuprà,nu.122.in ſecunda
limitatione, vbi dicit talem conſuetudi-
nem eatenus valere, quatenus ſciente &
patiente ſuperiore inducta ſit. Vide quo-
que ad hoc Alexand.d.conſil.6.Sed ex re
Imperij, eiuſque dignitate magis foret:
adeoq; ad conſeruationem magnarum
familiarum, & gentilitatis ſplendorem
pertineret, ſi huiuſmodi feuda indiuiſa
manerent, iuſq; primogenituræ locum
obtineret:alijs verò conſortibus,aliundè
ex fructibus & prouentibus bonorũ feu-
dalium, aut propriorum proſpiceretur:
plerunque enim principales familiæ, ex
crebra & toties repetita bonorum diui-
ſione, ſi non planè intercidunt, ſaltem
ita attenuantur, vt pro dignitate ſtatum
&conditionem ſuam tueri amplius non
poſſint, id quod quotidiana experientia
3 docet. Diuiſio † enim non tantùm fa-
milijs, ſed Imperio quoque damno eſt:
variatur enim Imperij matricula,aut ſal-
tem penſitationes &exactiones collecta-
rum incertæ reddũtur, toties mutatis re-
rum poſſeſſoribus, ita vt præter nudũ di-
gnitatis titulum, & nomen, vix aliquid
reliquum ſit. Auorum noſtrorũ memo-
ria, feuda dignitatum apud vnum ex fa-
milia,præſertim ſeniorem,ſemper ſarta
tectaq; conſeruata ſunt, quia prudenter
4 conſiderârũt, nihil eſſe † tam magnum,
quod diuiſione paruum non fiat, vt no-
tat text.in Auth.de trient. & ſemiſſ. §. 1.
Bal.præclarè in Auth.hoc amplius.C.de
5 fideicom.nu.8. vbi dicit, expedire † mul-
titudini,regi ab vno, tex.in l.2.§. nouiſſi-
mè.ff.de orig.iur. nec bonam eſſe plura-
litatem principum,ideoq; vnum ſuffice-
re:regnum eſſe quid perfectum: perfectũ
verò nihil, niſi vnum. vndè infert Bald.
ibid. omne indiuiſibile perfectum eſſe,
quia perfectum diminui non poſſit. idẽ
Bal.& alij in d.§.prætereà.Ducatus. Curt.
l. co citato,num.122.Iaſ.in d.l.ſtipulatio-
nes non diuiduntur,nu.31.Rolan.conſil.

80.per totum,vol.1.incip.circa primum.
Hinc† eſt,quòd neq; de iure,neq; de con- 6
ſuetudine regales dignitates diuidantur,
per tex. in d.c.Imperialẽ.§. prætereà Du-
catus, & ex lege Euangelica omne regnũ
in ſe diuiſum, deſolabitur, & iuxta Ari-
ſtotelem entia diuidi nolunt, vnumque
Regnum ex ſententia Ciceronis, duorũ
non eſt capax. Nõnulli † etiam feuda di- 7
gnitatum pro indiuiſo (& rectè) quidem
poſſident, diuiſa ſolummodò iuriſdicti-
one,& adminiſtratione regiminis, vt v-
nus habeat adminiſtrationẽ in tali do-
minio,& alius in alio,vel vt adminiſtra-
tio alternis annis &alternatis vicibus re-
currat,per tex.in l.conſter,§.fi.ff. de aqua
quotid.& æſtiua,Bar.in l.inter tutores.ff.
de adminiſt.tuto. per illum tex. Alex.d.
conſ.18.& d.conſ.25.nu.2.Bal.in d.§.præ-
tereà,vide in tract.pign.Obſer.20. Porrò
quòd ad † feuda inferiora non habentia 8
dignitatem annexam attinet, commu-
nis opinio eſt,ea etiam ſine domini con-
ſenſu, vt aliæ res hæreditariæ diuidi poſ-
ſe, tex.in c.1.§.omnes.ſi de feud.defunct.
contro.ſit inter dom.& agn.vaſal.tex.in
c.1.de natur.ſucceſſ.feu.tex.in d.c.1.§.prę-
tereà Ducatus, de prohib.feud.alien.per
Freder. Aluaro.in c.1. §. itẽ ſi fuerint, nu.
4.quib.mod.feud amitt. Curt. in tracta.
feud.part.4.nu.124.Soci.d.conſ.278.nu.
1.vol.2.Alex.conſ.7.nu.4.vol.5.incip. In
conſultatione præmiſſa.Panor.conſ.82.
nu.10.vol.1.incip. Quanquàm in his du-
bijs.Roland d.conſ.80.nu.13. vol.1. Bald.
in l.ſi plures,nu.6.C.de condit.inſert.Fel.
in c.quóad conſultationem, num. 89.de
conſtit.idq; maximè procedit, ſi accedat
omnium conſortum conſenſus,per tex.
in d.§.prætereà,ibi,ſi cõſortes voluerint.
Ratio,quia talis diuiſio,eſt potius quædã
renũciatio & refutatio, quàm alienatio.
Felin.in d.c.quóad conſultationem. vbi
hoc prolixiùs declarat: Item, eſt aliena-
tio quædam neceſſaria, quia inuitus quis
cogitur facere diuiſionem,text.in l.fi. C.
commu.diuid.& in l. ſi non ſortem, §. ſi
centum,ff.de condict.indeb.glo. ibid.in
verb.ad communionem, & Iaſ.ibid.nu.
3.quem omninò vide,tex.in l. Iulianus.§.
idem Celſus,ff.de act.emp.Alex.d.conſi.
25.n.11.vol.5.ſicut etiam emphyteuſis in-
cõſulto domino diuidi poteſt, Dd. in d.
§.prætereà.idem conſ.7.nu.5.vol.5.incip.
in con-

in conſultatione, vbi plures allegat. Sed
9 quid ſi † vnus cohæredum ad diuiſionẽ tantùm prouocet, alijs reluctantibus, an diuiſio facienda. Panor. d. conſ. 82. nu. 10. concludit quòd non, ſed omninm conſenſum interuenire oportere, per tex. in d. §. prætereà Ducatus: ponderando illa verba: ſi conſortes voluerint. quæ tanquã indefinita vniuerſali æquipollent, tex. in l. ſi pluribus. ff. de leg. & in l. ſi plures. ff. de leg. 3. Curt. vbi ſup. nu. 124. Panor. ſequuntur Feli. in d. c. quóad conſultationẽ, nu. 91. Hippol. ſing. 9. nu. 2. & plures allegati per eos, & Cur. Sed crebrior & verior opinio in cõtrarium eſt, vnius prouocationem ſufficere, vt præclarè conſuluerunt, & docuerunt, Alex. in d. conſ. 7. cui adſtipulatur ibid. Molinæ. idem Alex. d. conſil. 25. nu. 11. eod. vol. & conſil. 30. num. 1. vol. 6. Socin. ſen. d. conſil. 278. Roland. d. conſi. 80. nu. 44. Iaſ. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur, nu. 31. vbiq; præſertim Alex. d. conſ. 25. & Soci. d. conſ. 278. ad d. §. prætereà Ducatus, ad contraria reſpondent, & conſiderant, quòd aliæ cõſtitutiones feudales ſuprà allegatæ ſimpliciter diuiſionem permittant. Et hanc opinionem ex facto confirmatam ſcio.

OBSERVATIO CLIIII.

Vaſallus an æs alienum à defuncto vaſallo contractum ſoluere teneatur.

SVMMARIA.

1 *Vaſallus an feudum repudiata hæreditate retinere poſſit.*
Fructus rei feudalis ad quem pertineant mortuo vaſallo. ibid.
2 *Feudum antiquum iure proprio ad agnatos pertinet.*
3 *Proximus in materia feudali quis dicatur.*
4 *Agnatus vltimus eſt primi acquirentis ſucceſſor.*
5 *Hæres an ex contractu defuncti teneatur.*
6 *Obligatio generalis omnium bonorum non comprehendit feudalia.*
7 *Hæreditarium feudum quod ſit, & nu. 9.*
8 *In dubio hæreditarium præſumitur.*
10 *Filius tenetur ſoluere debita patris in feudo hæreditario.*
11 *Feudum hæreditarium venit in fideicommiſſum, & petitionem hæreditatis.*
12 *Alienari poteſt per patrem.*
13 *Feudum hæreditarium prælegari poteſt, antiquum non item.*
14 *Feudum antiquum an veniat in fideicommiſſum.*
15 *An in legitimam computetur.*
16 *In renunciatione generali hæreditatis paternæ non venit feudum antiquum.*
17 *Emphyteuſis an retineri poſſit hæreditate patris repudiata.*
18 *Agnatus in feudo hæreditario an teneatur ſoluere æs alienum.*
19 *Hæreditarium feudum dupliciter conſideratur.*
20 *Feudum datum pro ſe & hæredibus intelligitur de maſculis hæredibus.*
21 *Verbum hæres in feudalibus de deſcendentibus intelligitur.*
22 *Feudum hæreditarium quomodo ex inueſtitura cognoſcatur.*

QVod ad ſolutionem æris alieni ab
ipſo † vaſallo defuncto contracti 1
attinet, diſtinguendum eſt inter feudum antiquum, ex pacto & prouidentia, & feudum hæreditatium. Quantum ad feudum antiquum ex pacto & prouidentia attinet, putà conceſſum vaſallo, pro ſe & liberis ſimpliciter, communis eſt Dd. cõcluſio, filium, vel agnatum, debita defuncti patris, vel vaſalli, ſi eius hæreditatem, quóad bona propria, ſiue allodiala, non adeunt, ſoluere non teneri, niſi de fructibus eius anni, quo mortuus eſt vaſallus, ſecũdùm diſtinctionem, text. in c. 1. §. de his cõſequenter, tit. hic finit. lex, & ibid. communiter feudiſtę, text. in c. 1. an vaſall. vel fili. defunc. Poſſunt enim hæreditatem retento feudo repudiare, per text. in c. 1. an agnatus vel filius, vbi Baldus num. 8. Aluaro. nu. 9. Iſer. num. 9. in fin. Zaſ. part. 8. nu. 6. Nam ad feudum
† antiquum vocantur proprio, & ſan- 2
guinis iure, ex pacto, & legis prouidentia, non iudicio teſtatoris, vel beneficio vaſalli defuncti, ſed primi acquirentis, notum eſt, onera & debita hæreditaria præſtanda & ſoluenda eſſe ab hærede vniuerſali, text. in l. ex facto. ff. de hęred. inſtitu. & in l. quoties. C. eod. tit. tex. in l. 1. & 2. C. de hęred. vel act. vendit. & in l. fin. C. de hęredita. actio. Sed feudi ſucceſſor nõ eſt hęres vniuerſalis, ſed tãtùm particularis, Iſer. & alij in d. c. 1. an agna. vel fil. ergò ad diſſolutionem æris alieni non tenetur, imò bona feudalia prorſus ab ipſa hæreditate ſeparata ſunt, Dd. in c. 1. de prohib.
feu. alien. per Fredet. Quò pertinet quod 3
omnis militia publica exiſtat, & nullum quęſtum omninò alium, quàm ex Imperiali munificentia habeat, & ideò non poteſt ab homine auferri, hanc rationẽ

tradit Iacob.de Belniſu in d.c.1. an agna.
vel fil.circa princip.Dec.conſ.78.num.4.
incip.licet in caſu propoſito. Pariſ. conſ.
23.num.183.vol.1.Incip.prima.Idem præ-
clarè conſ.65.nu.26.cum ſeq.vol.3. incip.
paternum feudum,vbi dicit, quòd in feu
do antiquo ſucceſſor veniat ex propria
perſona, conſiderata origine, principio
& ſtipite,iure contractus primi acquiren
tis, non quaſi cauſam habeat ab agnato
3 tranſuerſali,ſed à genere. Nam in † ſuc-
ceſſione feudi proximitatem non conſi-
deramus reſpectu eius perſonę, à qua va-
cat feudum,ſed illius,à qua illud incepit.
Bald.conſi.137.num.1.vol. 2. idem in c.1.
nume.7. de eo qui ſibi & hæredibus ſuis.
vbi dicit, ipſam hęreditatem non voca-
re hæredes ſanguinis ad ſucceſſionem
feudi,ſed ipſam naturam. ad quod facit
tex.in l.1.ibi, ipſo ordine ſanguinis.C. de
priuileg.cor.qui in ſacro Palat.milit. lib.
12.Aluaro.in c.1.numer.7.de alien. feud.
paterni. Hinc eſt,quòd pro regula tradi-
4 tur,vltimum † agnatum ſemper eſſe prı̀-
mi acquirentis ſucceſſorem; etiamſi feu-
dum per mille manus ambulauerit,text.
in c.1.ad fin.de ſucceſſ.feudi.& ibid. Dd.
text. in c.1.§.1.de feudo Marchiæ,ibi,per
inueſtituram patris, vel aui.Iaſon conſi.
9.nume.6.in volum. conſil.feudal. Zaſi.
part.8.num.5.Pariſ.d.conſi.23.nume.177.
Iſern.in d.c.1.§.hoc quoque, numer.6.de
ſucceſſ.feudi Quare,creditoribus contra
ſucceſſorem feudi, ad ſolutionem æris
alieni agentibus,rectè exceptio intentio-
nis non fundatę obijci poterit:videlicet:
Tibi non competit actio contra me,
quia non ſum hęres hęreditatis, ſed ſan-
guinis, non venio ad feudum iure hęre-
ditario,ſed proprio:ideò ſolutio æris ali-
eni mihi non incumbit, per iura allega-
ta:facit optimè tex.in l.ſed & ſi ſic. §. fin.
ff.de leg 1.Alexand. conſi.19.num.6.vol.
5.incip.Super eo. Idem conſil.26.nu.3.eo.
volum.incip.Ponderatis his.Et ita in gra
uiſſima quadam cauſa obſeruatum me-
mini, vbi huiuſmodi exceptio oppoſita
fuit, non ſolùm contra chirographari-
os, ſed etiam hypothecarios creditores,
5 quòd videlicet † defunctus vaſallus non
potuerit hypothecare bona feudalia,
tex.in d.c.1.de prohib.feud.alie.per Fred.
cum ſimilib⁹. Quapropter circumſpecti
ſint illi, qui cum huiuſmodi vaſallis con

trahunt, ne decipiãtur: decipiũtur enim
multi hac ſubtilitate iuris, igitur conſu-
lant peritiores, & licèt hoc durum ſit,
propter bonam fidem, & imperitiam
contrahentium : attamen ita lex feuda-
lis ſcripta eſt,d.c.1.an agn. vel fil.argum.
l.proſpexit.ff. qui & à quibus.meritòque
hoc caſu dici poſſet,ſummum ius, ſum-
mam eſſe iniuriam. Facit ad ſuperiora,
quòd vaſallus ſit inſtar vſufructuatij, &
quòd rebus feudalibus, ſalua rerum ſub-
ſtantia vti debeat,Iaſon d.conſil.9. Item
quòd hęredes non teneantur ex illis con
tractibus,qui non tranſeunt ad hæredes,
text. in l. quæſitum. §. final. ff. de precar.
gloſſ.ibid.in verbo,peruenit,Bald. in c.1.
nume. 11.qui ſucceſſo. feud. dare tenean.
Similiter, † quòd in generali obligatio- 6
ne, bona feudalia non comprehendan-
tur, quia eorum obligatio prohibita eſt,
tex.in d.c.de prohib.alien.per Freder. Pa-
riſ.conſ.7.nu.3.vol.1.incip.etſi in præſen
ti,vbi communem dicit, quod appellati-
one bonorum, non veniant feuda,ſicut
non veniunt appellatione hęreditatis,
quoniam feuda ſæperatam habent natu-
ram ab alijs bonis, text.in c.1.§.quamuis,
de inueſtit.de re alien. fact. & ibid.com-
muniter Feudiſtæ, item quod in omni
diſpoſitione non veniunt prohibita,tex.
in c. 1. §. in generali, ſi de feudo defunct.
contr.ſit inter dom.& agnat. text. in c.1.
de Capit.qui curiam vendidit,tex.in d.c.
1.de prohib.feudi alie. per Fred.text. in l.
procurator.ff.de condict.indeb. & in l.1.
C.quæ res pigno.oblig.poſſ.text. in l. ob-
ligatione generali.ff.de pign. & hypoth.
gloſſ.ibid.in verbo,non fuiſſe. Alex. cõſ.
2.num.10.volum. 4. incip.ex narratis, &
conſil.124.nu.7.eod.vol.incip. ſuper pri-
mo quæſito,item conſi.41.nu.1.cum ſeq.
volu.6.incip.viſo themate.Hinc quoque
patet, bona feudalia antiqua ex pacto &
prouidentia,neque in ſolutum dari, ne-
que pro executione rei iudicatæ diſtra-
hi poſſe, licèt fructus feudi in cauſam iu-
dicati veniant, vt pleniùs notaui ſuprà
libro primo, Obſeruatione 117. Et hacte-
nùs de feudo antiquo ex pacto & proui-
dentia,modò de hæreditario dicendum.
Hæreditarium † feudum dicitur, ſi eſt 7
vaſallo conceſſum pro ſe, & ſuis hæredi-
bus, vt notant Dd.in d.c.1. an agnat. vel
filius &c.vel ſi ſimpliciter conceſſum ſit,
nulla

nulla facta mentione filiorum, vel hæ-
8 redum, quia tunc in † dubio hæreditariũ
præſumitur, tex. in c. 1. de duob. fratribus
à Capitan. inueſtit. Bal. in d. c. 1. an agnat.
vel. fil. numer. 8. Aluaro. ibid. numer. 9.
Zaſius d. parte 8. num 6. Alexand. conſil.
38. nume. 7. incip. attentis narratis. volu.
5. & d. conſil. 26. nume. 3. eod. volum. Va-
riè Dd. circa explicationem feudi hære-
9 ditarij loquũtur. Illud inter † omnes cõ-
uenit, feudum ſimpliciter, & abſolutè
hæreditarium dici, quandò receptũ eſt
pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, & tũc
non ſolùm habiles, ſed etiam inhabiles
comprehendere, vt præclarè docet Iuli-
us Clarus in §. feudum, quæſt. 9. & quæſt.
83. Molin. ad Alexand. conſil. 30. num. 11.
volum. 1. incip. quoniam omne datum,
vbi multorum opiniones in vtramque
partem cumulat, quòd tali caſu etiã in-
habiles comprehendantur, quia articu-
lus iſte eſt admodum controuerſus: pars
tamen affirmatiua verior, & communi-
or eſt. Clar. d. quæſt. 9. vbi communẽ di-
cit, Socin. iunior conſil. 72. num. 22. vol.
2. Tiraquel. §. 1. gloſſ. 7. num. 21. cum ſequ.
de vtroque retract. vbi plures allegat, vi-
de omninò Dec. conſi. 445. num. 8. incip.
in cauſa magnifici. Quantum igitur ad
feudum hæreditarium ſpectat, commu-
10 nis concluſio eſt, † filium, vel deſcenden
tes, ſiue feudum hæreditariũ ſit antiquũ,
ſiue nouum, æs alienum à defuncto reli-
ctum, ſoluere debere. Ratio, quia filius
non ex propria perſona, ſed patris, iure
repræſentationis venit: eſt eadem perſo-
na cum patre, tex. in l. in ſuis, ff. de liber.
& poſthu. & in §. ſui autẽ, Inſtit. de hæred.
qualit. & differ. tex. in l. fin. §. fin. C. de im
puber. & alijs ſubſtit. & in §. ei vero, Inſtit.
de inutilib. ſtipulat. tex. in l. cũ ſcimus, §.
fin. C. de agricol. & cenſit. libr. 11. & ideò
non poteſt repudiare hæreditatẽ, ad effe-
ctum, vt euitet onera hæreditaria, & feu-
dum retineat: vtrumque enim, aut repu-
diare, aut acceptare debet, aliàs debita pa
terna ſoluere tenetur, per tex. in d. c. 1. an
agnat. vel fil. gloſſ. ibidem in verbo, repu
diare. Andr. de Iſern. ibid. nume. 4. item
Beluiſo. Bald. & communiter Feudiſtæ
11 ibid. Facit, quòd huiuſmodi † feuda hæ-
reditaria (erbſchafft Lehen) veniant in
reſtitutionem fideicommiſſi vniuerſa-
lis, ſi filij onere fideicommiſſi graua-
ti ſint, quia veniunt in petitione hære-
ditatis & deuoluuntur etiam ad extra-
neos, vt eſt communis opinio, per no-
tata Dd. in d. c. 1. an agnat. vel fili. Bartol.
in l. ſi patroni. num. 3. ff. ad S.C. Trebell.
Alexand. ibidem pleniſſimè, nume. 21. &
communiter. Dd. Idem pulchrè con-
ſil. 28. numer. 18. cum ſequent. volum.
5. incip. in cauſa & lite. & d. conſil. 18.
numer. 10. eodem volum. Pariſ. d. conſi.
23. numer. 172. cum ſequent. volum. 1.
Idem d. conſil. 65. numer. 11. volum. 3. &
conſil. 30. numer. 69. incip. dubitatur. vo-
lum. 2. Baldus in l. cùm virum, numer.
21. C. de fideicommiſſ. Iſern. in c. 1. §. hoc
quoque, numer. 7. de ſucceſſ. feud. Curt.
part. 4. nume. 173. Item parèt † poteſt feu- 12
dum hæreditarium etiam paternum a-
lienare: adeò, vt filius hæres, etiam cum
beneficio, inuentarij factam alienatio-
nem reuocare nequeat: quia in re hære-
ditaria poteſtas hæredis non poteſt eſſe
maior, quam defuncti: atqui defunctus
ſi viueret, non poſſet contrauenire fa-
cto ſuo: ergo nec hæres eius, qui ipſius
perſonam repræſentat, text. in l. cùm à
matre. C. de rei vendic. & in l. ſi ab eo. C.
de lib. cauſ. tex. in l. ea quæ à patre gerun-
tur. C. de reſtitut. milit. gloſſ. ibid. in ver-
bo diſciplina, Iſern. in c. 1. in fine. qui ſuc-
ce. tenean. Alexand. d. conſil. 29. vbi ma-
gis communem dicit. Præterea, feudum
† hæreditarium poteſt prælegari, & vni 13
filiorum aſſignari, ſicut quælibet res hæ-
reditaria. Decius d. conſi. 395. nu. 5. vbi di-
cit, de feudo hæreditario iudicandũ, ſicut
de alijs rebus hæreditarijs, idẽ cõſi. 78. nu.
5. incip. licet in caſu Alexand. d. conſil. 29.
nume. 19. latiſſimè Curt. d. part. 4. nu. 131.
cum ſequent. vbi exactiſſime tractat il-
lam difficilẽ quæſtionẽ, an feuda præle-
gari poſſint, & cõcludit, quóad feuda hæ-
reditaria, poſſe: ſecus quóad feuda † anti- 14
qua ex pacto & prouidentia, adeò vt ne
æſtimatio quidẽ debeatur, tametſi teſta-
tor ſcienter rẽ feudalẽ prælegauerit, per
text. in l. idem Iulianus, §. conſtat, ff. de
leg. 1. Bald. in c. 1. §. donare, num. 3. qualit.
olim feud. poter. alien. Aluarot. ibid.
Bald. in l. 1. in prima lectura, nume. 4. C.
de ſacroſ. eccleſ. Paris. d. conſi. 7. nu. 13. cũ
ſeq. vol. 1. Soci. iunior conſil. 72. num. 60.
vol. 1. & latè conſil. 74. num. 19. cum ſeq.
eod. volu. Roland. conſil. 41. nume. 31. cũ

ſeq.& conſil.71.num.31.vol.2.Oldra.con
ſil.237.num.1.& num. 4. vbique cõmunẽ
dicũt,& ideo ab ea opinione tanquã cõ-
muni, iudicando non eſt recedendum,
nam feuda antiqna ex pacto & prouidẽ-
tia ſunt omninò ſeparata ab ipſa hęredi-
tate,qnia hæreditas nihil confert ad ſuc-
ceſſionem feudi,cùm feudũ non ſit quid
hæreditarium, ſed diuerſam & ſeparatã
habeat naturã ab ipſa hæreditate, ideó-
que ad hæredes extraneos non tranſit,
neque in fideicommiſſum vniuerſale
venir, eò quòd teſtator de tali feudo te-
ſtari nequeat,tex.in d.c.1.de ſucceſſ.feud.
ibi,nulla ordinatione defuncti manen-
te, tex. in d. c. 1. §. donare, & in d.c.1.de
prohib.feud.alien. per Frederi. & proin-
dè illud fideicõmiſſo,ant legato grauare
non poſſit.Alexan.in d.l. ſi patroni. Bal.
in d.l.cùm virũ.Dec. Curt. & alij vbi ſu-
prà. niſi cõſuetudo loci ſit in contrariũ,
per ea quæ ſuprà eod. Obſer.149. plenius
notaui,vel fideicõmiſſarius ſit de deſcen
dentibus,ad quem ſui natura feudũ tran
ſiret,per notata Alexand.in d. l. ſi patro-
ni.Curtius d.patr.4.nume.33.in fin. pul-
chrè Alexand.conſil.29.nume.7. incip.
perſpectis.volum.5.vbi omninò vide,di-
cens , quòd vaſallus poſſit teſtati iuxta,
ſed non contra naturam feudi.Ad hæc;
feudum † hæreditatium computatur in
15 legitimam : ſecùs ſi ſit feudum familiæ,
ſiue antiquum, ex pacto & prouidentia,
quia,vt dixi,non eſt pars hæreditatis, la-
tè Alexand.in d.l. ſi patroni. ff. ad Tre-
bellia. & d. conſil.29.nume. 4. volum. 5.
Curt.d.part.4.numer.134.quo † fit, vt in
16 generali renunciatione hæreditatis pa-
ternę,nõ veniant feuda antiqua familię,
Deci.d.conſil.295. num.8. Bartol. in l.itẽ
videndum.§.final.nu.1.ff.de petit.hęred.
Hæc tamen communis opinio , quòd fi-
lius,quandò feudum eſt hæreditariũ , æs
alienum ſoluere teneatur , nec poſſit re-
tento feudo hæreditatẽ repudiare , mul-
tis modis limitatur.Singulariter verò,ſi
beneficio inuentarij ſit adita hæreditas
patris, qno caſu vltra vires hæreditatis
creditoribus non obligatnr , & feudnm
nihilominùs retinere poteſt, quia vtrũ-
que acceptauit , & ſic diſpoſitioni iuris
feudalis ſatisfactum eſt:ſed beneficio in-
uentarij ſuprà vires hęreditatis conueni-
ri non poteſt, text. in c.1. de Capita. qui
curi.vend.Ita tenent Aluaro. in d. c.1.an
agnat. vel filius. numer. 9. in fin. Iſern.
ibidem nume. 7. Iacobinus de S. Geor-
gio , in verbo, & cum pacto. numer.43.
Pariſ.d.conſil.23.nume.176. volnm. 1.&
d.conſil.65.numer.11.volum. 3. Zaſius d.
part.8. num.10. vbi decem limitationes
annotauir. In emphyteuſi qnoque plu-
rimum intereſt, vtrum pater pro ſe , &
filijs,an verò pro ſe & hæredibus emphy
teuſim acceperit. Primo caſu † emphy- 17
teuſis,repudiatis alijs bonis paternis ; re-
tineri poteſt.Secundò caſu non poteſt.la-
tè Aluaro.& Præpoſit.in d.c.1. an fil. vel
agnat.Iſernia ibid. nn. 4. Zaſins d.part.
8.nume.6.Alexand. conſil. 27. numer.6.
volum.5.incip.videatur.Barto.in l.quod
dicitur.la. 22.nume.13.ff.de verbor.obli-
gat.Sed articulus iſte eſt ſatis quoque in-
tricatus , quem accuratè,& prolixè exa-
minat Præp. in d.c.1.an agnat. vel fil. nu-
me.3.& 4. Ex prædictis perſpicuum eſt,
quanta ſit differentia inter feudum anti-
quum ex pacto & prouidentia , & feu-
dum hæreditarium. Sed qnid in † agna- 18
to, an feudum antiquum hæreditarium
retinere , & hęreditatem defuncti repu-
diare poſſit,ad hoc, vt non reneatur ſol-
uere creditoribus ? Alnaro. in c. 1. de eo
qui ſibi hæredibusq́ue, &c. numer. 5. in
fin. tenet, quòd non , ſi feudum ſit purè,
& ſimpliciter hęreditarium,putà pro ſe,
& hęredibus ſuis ſuſceptum , per ratio-
nem , quia vaſallus per hniuſmodi pa-
ctum inueſtituræ non aliter ſucceſſori-
bus proſpexiſſe intelligitur, quàm vt hę-
redibus,non autem repudiantibus:hære-
des verò ad onera obligari, niſi inuenta-
rinm faciant,notum eſt, tex.in d.l.1.& 2.
C.de hęred.vel act.vendit.text. in d.l.fi.
C.de hæred.actio.& in l. pacto ſucceſſo-
rum,C.de pact.cum ſimilibus. Aluarot.
vbi ſup.And.de Iſer. in d.c.1.nu. 2.an ag-
nat.vel filius. Sed huic opinioni poten-
tiſſimè obſtat text.in d.c.1. an agnat.vel
fil.vbi permittitur agnaro repudiare hę-
reditatem , retento feudo paterno,licèt
hoc in filijs non ſir permiſſum,quorum
conditio hac in parte deterior , eò quòd
ipſi,vt hæredes patris vocentur , ſed ag-
nati iure proprio veniant, gloſſ.in d.c.1.
an agnat.vel fil.in verbo , retinere. Zaſ.
quoque loco allegato Aluaro. opinio-
nem impugnat,dicitq́ue de conſuetudi-
ne Ger.

ne Germaniæ aliter obſeruari: quod ve-
rum eſt, præſertim ſi inueſtitura conceſ-
ſa ſit vaſallo, pro ſe, & ſuis hęredibus feu
dalibus, hoc eſt, Jme vnnd ſeine Lehens
Erben/ quæ verba communiter inueſti-
turis inſeruntur, & omnem dubitatio-
nem tollũt: videlicet, quòd agnatus tan-
quàm hæres feudalis, hæreditatem de-
functi ære alieno grauatam, repudiare
& feudum retinere poſſit, quod eſt me-
moriæ commendandum, & probatur p
iura hic in fine allegata. Prætereà & il-
19 lud obſeruandum, feudum † hæredita
rium dupliciter conſiderari. Propriè, ad
quod nemo admittitur, niſi ſit quoque
hæres hæreditatis, d. c. 1. an agnat. vel fil.
quod deuoluitur in extraneos, venit in
petitionem hæreditatis & fideicommiſ-
ſum, vt ſupr. dictũ. Impropriè, quod qui-
dem origine, reſpectu primi acquirentis,
videtur eſſe in eius hæreditate, ſed poſtq̃
ſemel primo acquirenti ſucceſſum eſt,
deſinit eſſe hæreditarium. Conſiderata
qualitate ſucceſſionis, feudũ antiquum
hæreditarium dici poteſt, quia vaſallus
ſuccedere volens, primi acquirentis ſuc-
ceſſor eſſe debet, mediatè, vel immedia-
tè, non quidem propriè, ſed impropriè.
Pariſ. d. conſil. 23. num. 176. volum. 1. & d.
conſ. 65. volum. 3. Deci. conſil. 78. num. 4.
incip. licèt in caſu. & conſi. 208. nume. 9.
incip. ad clariorem. Vide ſuprà eod. Ob-
20 ſeruatione 149. Et ideò † ſecundùm con
ſuetudinem Germaniæ, verba illa inue-
ſtituræ, pro ſe, & hæredibus ſuis, intelli-
gũtur de hęredibus maſculis feudalibus,
& feudũ ita receptum, nõ erit hæredita-
rium, ſed antiquũ ex pacto & prouiden-
21 tia, quod etiam iuri feudali conſentane-
um eſt. Nam † in materia feudali, ver-
bum hæres, intelligitur de liberis, & de-
ſcendentibus, maximè ſi in inueſtitura
conceſſio facta ſit pro ſe, & hæredibus
ſuis, ex corpore ſuo deſcendentibus, vel
ſimpliciter pro ſe, & hęredibus maſculis,
quia intelligitur de liberis, & eorum de-
ſcendentibus, per text. in c. 1. §. ſed diuer-
ſum, verſ. etſi clientulus, de alien. feudi.
text. in c. 1. §. ſimiliter, verſic. profectò, de
lege Cõnradi, Deci. præclarè d. conſil.
395. num. 6. cum ſeq. vbi omninò vide, &
conſil. 185. num. 3. incip. in cauſa iſtorum.
22 Feudum verò † hęreditarium erit, quan-
dò in inueſtitura cõceſſio facta eſt, ꝑ ſe,
& hæredibus quibuſcunque, vel expreſsè
dictum, quòd feudum habere debeat na-
turam bonorum allodialium, quod ali-
enari in quemcunque, & de eo pro arbi-
trio diſponi poſſit, reſeruata domino di
recto fidelitate, prout in feudis Italicis
plerunq; fieri ſolet. Hęc diligenter obſer-
ua, quia Dd. de feudo antiquo, & hæredi-
tario tam intricatè, & ſubtiliter ſcribunt,
vt alterum ab altero vix ſeparare, & di-
ſtinguere poſſis.

OBSERVATIO CLV.

Promiſſio ſiue expectatiua ſuper feudo nondum domino aperto, aut beneficio vacaturo, an valeat.

SVMMARIA.

1 *Pactum futuræ ſucceſſionis non valet.*
2 *Feudum viuentis nondum apertum domino an alteri concedi poſſit.*
3 *Feudum quatenus vſufructus cõparetur, & in quibus differat, remiſſiuè, & nu. 5.*
4 *Proprietas deducto vſufructu rectè vendi aut negari poteſt:*
6 *Expectatiua præbendæ vacaturæ an valeat.*
7 *Preces primariæ Cæſaris an valeant.*

ETSI pactum † futurę ſucceſſionis 1
pœnale, vel iuramento firma-
tum non valeat, cum votum ca-
ptandę mortis inducat, liberumq́; teſtan
di arbitrium tollat, & ſic contra bonos
mores ſit, per text. in l. licèt. l. pactũ quod
dotali. l. fi. C. de pact. l. ſtipulatio hoc mo
do concepta. ff. de verb. oblig. vbiq; ple-
niſſimè Dd. Canoniſt. in c. quamuis. de
pact. in 6. c. non eſt obligatorium. de reg.
iur. in 6. Tamen hoc in feudis non obti-
net, poteſt enim † dominus feudũ non- 2
dum ſibi apertum, in eum euẽtum, quo
caducum fiat, alteri concedere: putà ſi
vaſallus vltimus ſit familiæ & agnatio-
nis ſuæ. So einer der letſte ſeines nhamës
vnd ſtammes iſt/ kan vnnd mag deſſen Le-
hen von dem Lehenherren außgepetten/
vnnd einem anderem die anwartung ver-
günnet werden. tex. expreſſus in c. 1. §. mo-
ribus. ſi de feud. defunct. cont. ſit int. do-
min. & agnat. vaſal. Aluaro. ibid. num. 3.
Afflict. nume. 1. tex. in c. fin. de feud. dat.
in vicem leg. commiſſ. reprobando glo.
ibid. in verb. ſucceſſoris. Affli. ibid. nu. 16.

Socin.

Socin.Senior conſil.53. volu.3.incip.mi-
ror quod in pręſenti idq; procedit ſcien-
te, vel ignorante vaſallo:nam eius cō-
ſenſu accedēte,de iure communi pactū
quoque ſucceſsionis valeret, quia canſa
prohibitiōis ceſſaret videlicet deſideriū
mortis alienæ, tex.in d.l.fin.C.de pactis.
Aluaro.in d.§.moribus nu.3. Afflict.ibi.
3 nu.1. Rationem hanc exiſtimo, quòd †
feudum ſit inſtar vſusfructus, qui perſo-
næ cohęret, nec trāſmittitur,niſi quate-
nus cōſuetudo,& natura feudi diſponit.
Bald. conſil.38. nume. 2. volum.1.incip.
Dominus Thomas,idem in l.cùm opor
tet.C.de bon.quæ lib.num.18. vbi dicit,
feudum magis vſufructui, quàm propri-
etati accedere, idque ex eius definitione
conſtare, quæ traditur in c.1.§. final.in
quibus cauſis feud. amittit.vbi verbum
vſusfructus ponitur. Baldus in l. vnica.
§. excepto. num.4. C.de cad. toll. Iaſon
in proœm. feud. num.18.gloſſ.in c. 1. §. è
contrario, in verbo, meliorem.de in-
ueſt.de re alie.fac.Iſer.in c.1.§.hoc quoq;
num.6.de ſucceſs.feud. Afflict. ibid. nu.
37.&num.102.Iacobi.de S.Georg.in ver-
bo et cum pacto nu.37.finito igitur vſu-
fructu morte vltimi vaſalli,feudum tan-
quàm apertum ad dominum immedia-
tè reuertitur,quapropter vaſallo iniuri-
am non facit dominus, ſi tanquàm pro-
prietarius in eum caſum, quo extingui-
tur vſusfructus,ius ſuum alteri cōcedat,
et iure ſuo vtatur, vulg.l.nullus videtur,
ff.de reg.iur.cum cōcordantib.Proprie-
4 tarius † enim alteri proprietatem, dedu-
cto vel ſaluo vſufructu,rectè donat,&le-
gat.tex.in §.ſi cui fundus.Inſtit.de legat.
tex.in l.fin.ff.ſi cui plus quam per leg.Fal
cid.tex.in l.non quocunq; modo.§.fun-
dus.ff.de legat.1. Si tamē rem accuratius
perpendamus,dubium non eſt,quin hu-
iuſmodi expectatiuæ alienæ mortis deſi
derium inducant : ſed quia vaſallus de
feudo teſtari nequit,tex.in c. 1.de ſucceſſ.
feud.&in c.1.§.donare,qualit.olim feud.
alien.pote. tex.in c.1.de proh.feud alien,
per Frederic. & eo mortuo illud domi-
no aperiatur,meritò talis conceſſio alte-
ri fieri poteſt,per prædictam. An autem
feudo morte vltimi vaſallo vacante,do-
minus conſanguineum defuncti vaſalli
extraneis pręferre debeat,vide ſupr.eod.
Obſeruat.148. Quod † dixi feudum vſu- 5
fructui comparari, id impropriè, non
propriè accipiendum, videlicet, quòd
habeat aliquam ſimilitudinem cum v-
ſufructu, nam in multis ab eo differt, vt
notat Zaſ.conſil.12.nume.28.cum ſequē.
volum.1.incip.Nobiles.Natta conſi.563.
num.22.cum ſequen.volum.3.incip.iſta
domina.Sed quid in beneficijs Eccleſia-
ſticis,an † præbenda vacatura alteri con- 6
cedi poſſet?Videtur dicendum quòd ſic,
quia præbendatius ſuæ præbendæ tantū
vſufructuarius eſt:quid igitur vetat, quò
minùs Pōtifex,vel ordinarius huiuſmo-
di cōceſſiones facere poſſit? Regulariter
hoc iure Canonico prohibitum eſt,quia
huiuſmodi expectatiuæ beneficiorū fu-
turę ſucceſſionis ſpem faciunt,& votum
alienæ mortis inducunt. At turpe,& di-
uini plenū animaduerſione iudicij eſt,
ſi locum in Eccleſia Dei futuræ ſucceſſi-
onis expectatio habeat, quam ipſi genti-
les etiam condemnârūt, ita inquit text.
in c.2.de conceſſ.præbend. gloſſ.ibid. in
verb.antequàm vacent, text.in c. conſti-
tutus.eod.titul.text.not. in c.deteſtanda.
eod.tit.in 6.Socin.ſen.d.conſi.53.num.2.
Quod tamen cum moderamine accipi-
endum, vt procedat in promiſſione be-
neficij certi hominis: ſecùs ſi generalis
& incerta ſit conceſſio ſuper prima præ-
benda vacatura in tali Eccleſia.Sali.in d.
l.fin.num.11.C.de pact.vbi dicit ita tene-
re omnes.Iaſon ibid.num.15.Hinc appa-
ret, valere † Cæſareas preces primarias, 7
ſuper beneficijs primò vacaturis, quas
Pontificis indulto & priuilegio Cæſar
benè meritis, vel aliâs perſonis idoneis
conferre conſueuit, quoniam generalis
& incerta eſt huiuſmodi conceſſio, &
gratia Cæſaris. Et licèt eadem diſtinctio
quóad officia publica & ciuilia attinet
ſeruanda ſit. text. in d. c. 2. de conceſſ.
præbend.Socin.d. conſil. 53.numer. 4.ta-
men hoc de conſuetudine non vbique
obſeruatur.

FINIS LIBRI SECVNDI.

LAVS DEO SEMPER.

DE PACE PVBLICA ET EIVS VIOLATORIBVS, ATQVE PROSCRIPTIS SIVE BANNITIS IMPERII, LIBER PRIMVS.

Tertia editio, locupletior & correctior.

Authore ANDREA GAILL I.C. præclariſſimo.

De Conſtitutione Imperij pacis publicæ, & eius effectu.

CAPVT PRIMVM.

SVMMARIA.

1 *Cæſar Imperij ſalutem tueri debet.*
2 *Salus Romani Imperij in tranquillitate conſiſtit.*
3 *Pœna violatæ pacis publicæ capitalis eſt.*
4 *Pacis tempore omnia vernant: & de pacis encomio.*
5 *Pax nihil aliud eſt quàm publica tranquillitas.*
6 *Pacem turbans publicam libertatem peruertit.*
7 *Iure, non vi ſuum quiſque repetere debet.*
8 *Innocentia metu conſtitutionis fractæ pacis tuta exiſtit.*
9 *Pacis publicæ edictum ad omnes pertinet.*
10 *Lex ſui natura vniuerſalis eſt.*
11 *Ignorantia craſſa & ſupina ſcientiæ comparatur. Paria ſcire, vel ſcire debere. ibid.*
12 *Pacis publicæ conſtitutio etiam Eccleſiaſticos obligat.*
13 *Eccleſiaſtici immediatè Imperio ſubiecti, ob delictũ fractæ pacis amittunt regalia & priuilegia, quæ ab Imperatore & Imperio habent.*
14 *Sed pœna corporali puniri non poſſunt.*
15 *Rex licèt clericum in perſona punire nõ poſſet, poteſt tamen in patrimonio ſibi ſubiecto.*
16 *Clerici mediatè Imperio ſubiecti coram ordinarijs ſuper crimine fractæ pacis conueniri debent.*
17 *Clerici tam in criminalibus quàm ciuilibus corã iudice Eccleſiaſtico conueniri debent.*
18 *Clericus bonis Cæſar protectioni, reprobis terrori eſſe debet.*
19 *Laici & Clerici ſocij criminis vbi forum ſortiãtur.*
20 *Degradatio Clericorum introducta ne crimina impunita maneant.*
21 *Iudex Eccleſiaſticus ſanguinis pœnam agitare non poteſt.*
22 *Degradatio locum habet etiam in Clericis in minoribus ordinibus conſtitutis.*
23 *Degradatio duplex eſt, verbalis & actualis.*
24 *Degradatio actualis eximit Clericũ à iuriſdictione iudicis Eccleſiaſtici: ſecus ſi ſit verbalis.*
25 *Degradatio actualis eſt executio ſententiæ depoſitionis.*
26 *Degradatio in quib. criminibus locum obtineat, & nu. ſeq.*
Degradatio ſuſpenditur vbi vitæ emendatio ſperatur. ibid.
28 *Degradatio exauctorationi comparatur.*
29 *Mori nemo in dignitate debet.*
30 *Degradatio in atrociſſimis delictis omitti poteſt.*
31 *Clerici ob delictũ perpetuis carceribus mãcipantur.*
32 *Carcer de iure Canonico pœna eſt, ſecùs de iure ciuili.*
33 *Hodie de conſuetudine carcer pœna eſt.*
34 *Pacis publicæ conſtitutio etiam mulieres comprehendit.*
35 *Paria ſunt aliquid per ſe vel per alium facere.*
36 *Mulieres Bannitæ quid amittant.*
37 *Mulieres cæteris paribus minus peccãt, quàm viri, ideoq́ mitius puniendæ.*
38 *Aureliani Imperatoris exemplum parcentis Zenobiæ ob crimen affectati regni.*
39 *Mulier Bannita impunè adulterari nequit.*
40 *Bannum ob contumaciam irrogari poteſt.*
41 *Arma hoſtibus Imperij vendentes incidũt in pœnã Banni Imperialis.*
42 *Aedificantes ad æmulationẽ, ſi ab opere cœpto nõ deſiſtant, poſſunt in Bannum Imperiale declarari.*
43 *Facientes & conſentientes pari pœna plectuntur.*
44 *Opem præſtare qui dicantur.*
45 *Acclamando cõtra eum qui offenditur auxiliũ quis præſtare dicitur.*
46 *Adſiſtentes vel adſociãtes an eadẽ pœna puniãtur.*
47 *Conſenſus quadrifariam in iure ſumitur &, qui, & quatenus punibilis.*
48 *Innocentiæ tres gradus.*

QVONIAM Imperialem decet ſolertiam ita Imperij curam gerere, et ſubditorum commoda inueſtigare, vt Imperij vtilitas incorrupta perſiſtat, & ſingulorum ſtatus illæſus conſeruetur, text. in c. 1. de

c.1.de prohib.feud. alien. per Fred. text.
in §.1.de pac.tenen.& iuram. firman. &
in §.1.in princip.Authen.de hæredib. &
1 Falcid.text.in §.1.Auth.de armis, atque †
ſalutẽ Reipublicæ tueri nulli magis con-
ueniat quàm Cæſari,tex.in l.nā ſalutē.ff.
2 de offic.præfect. vigil.& quia in † trāquil
litate Romani Imperij totius orbis ſalus
conquieſcit, tex.in §. 1. quomod. in læſ.
maieſt.crimin.proced.in extrauag. ideò
Diui & fœliciſſimę recordationis Impp:
Maximilianus I. anno 1495. Vuorma-
tiæ,& anno 1500. Auguſtæ. Carolus V.
anno 1521. Vuormatiæ, anno 1522. No-
rinbergæ,anno 1548.& 1551.Auguſtæ. Fer-
dinandus,anno 1555. Auguſtæ, anno 1557.
Ratiſponæ,& anno 1559. Auguſtæ. item
Maximilianus II.anno 1566.Auguſtę,an-
no 1570.Spirę,& poſtremò,anno 76.Ra-
tiſponæ, paterna ſolicitudine , conſen-
tientibus Statuum & Ordinum Imperij
votis,proauorum, auorum , patrum, &
noſtra memoria ſaluberrimam , adeò-
que iſtis exulceratiſſimis temporibus
planè neceſſariam de pace publica con-
ſtitutionem (auff den Landtfriden) pro-
mulgârunt,eamque identidem in diuer-
ſis Imperij conuentibus & Comitijs , vt
dictum eſt, effrænata multorum malitia
indies creſcente ſub incudem reuocâ-
3 runt,qua † pacem publicam, armata ma
nu,hominibus coactis violantibus , pœ-
na proſcriptionis,quam Bannum Impe-
riale appellamus, irrogatur : putà vitæ
necisque,Das derſelben leib vnnd gůt al-
lermennigklich erlaubt ſein / vnnd nie-
mandts daran freuelen oder verhandlen
könnden oder mögen/hoc eſt,quòd aqua &
igni ipſis interdictum ſit,& ab omnibus
impunè offendi poſſint,prόut prolixiùs
continetur in ipſa Conſtitutione titul.
4. & Ordinatione Cameræ Imperialis,
part.2.titul.9. Nihil enim æquè ad Prin-
cipes pertinet , quàm ſtudium concor-
diæ,tex.in d.c.1. de prohib. feudi alienat.
per Frede.& in d.l.nam ſalutem, quos in
Republica eſſe oportet, quod oculus in
corpore,quod in anima ratio: & ideò ſo-
licitè aduigilare debent, vt pax vbique
ſarta tecta conſeruetur,d.§.1.de pac. te-
4 nend.& iuram.firm. Omnia † enim pa-
cis tempore pulcherrimè vernant, flo-
rent,atque incrementum accipiunt, co-
luntur agri,vernant horti,paſcuntur læ-
tæ ſegetes , ædificantur villę , extruun-
tur oppida , inſtaurantur collapſa, or-
nantur & augentur extructa , creſcunt
opes, aluntur voluptates , vigent leges,
floret Reipublicæ diſciplina, feruet reli-
gio , valet æquitas , pollet humanitas,
calent artes opificum , vberior eſt quæ-
ſtus pauperum , ſplendidior opulentia
diuitum, efflореſcunt honeſtiſſimarum
diſciplinarum ſtudia , eruditur iuuen-
tus , tranquillo fruuntur otio ſenes,bo-
nis auſpicijs nubunt virgines,laudantur
ſimili prole puerperę, florent boni,mi-
nus peccant mali. Ita pulchrè pacis en-
comium deſcribit Eraſm. in Chiliadi-
bus, in prouerbio, Dulce bellum inex-
pertis.

Pax cuſtodire ſalutem.
Et ciues æquare potens
Pace bidens, vomerq; viget, at triſtia duri
Militis in tenebris occupat arma ſitus.

De laudibus pacis pręclarè etiam ſcribit
Bald.in titul. de pace Conſtan.in verbo,
hæc ſunt nomina, nu.8.vbi omninò vi-
de.Propriè † pax dicitur publica trāquil- 5
litas,vel Cicerone teſte,ſecunda Philip.
tranquilla libertas.Archid.in c.noli , 23.
q.1.numer.2.ſex cauſas recenſet , quæ pa-
cem impediunt. Bald.in proœm. Decre-
tal.§.Rex pacificus.nu 17.idem in l.1.nu.
3.ff.de pact.vbi dicit, pacem eſſe plenam
diſcordiarum ſedationem. Iaſ.in l.de fi-
deicommiſſo.nu.3 C.d.titul. Qui igitur
† pacem violat,publicam tranquillitatē, 6
vel tranquillam libertatem lædit:proin-
dè meritò vltore gladio in eum animad
uertendum, maximè ſi priuato quodam
vindictæ ſtudio hoc faciat,tex.in l.fin.ff.
de re milit.Ad hanc conſtitutionem pa-
cis publicæ pertinent tituli , de pace te-
nenda, & eius violat. de pace Conſtan-
tiæ,de pace tenenda inter ſubditos,& iu-
ram.firman.& tit.ff. & C.ad l. Iul. de vi
publica.item ad l.Iul.maieſtatis.item tit.
quomodò in læſ.maieſt.crim.proced. itē
tit.qui ſint rebelles.& titul. C.de ſeditio-
ſis, & ijs, qui plebē audent contra Rem-
publicam colligere, & vbiq; per diſcur-
ſum Dd.Pœna † autem tam grauis con- 7
tra violatores pacis publicæ conſtituta
eſt,putà Banni,ſiue proſcriptionis Impe-
rialis, ad hoc vt reprimatur multorū ad
quiduis audendum ſceleris prompta au-
dacia, quorum meſſis è malis publicis
eſt,

eſt,qui non iure & iudicio, ſed vi arma-
ta,nihil penſi habentes, ſuum repoſcũt:
tex.in §.ſi quis vero,de pace tenend.&iu
ram.firman.tex in l.extat, ff.de eo quod
met.cauſ.& in l.ſi quis in tantã, C. vnde
vi.qui deniq; ruptis debitæ &iuratæ fide-
litatis habenis,aduerſus Romanum Im
perium hoſtili animo armati inſurgere
8 non erubeſcunt.Horum itaque † peruer
ſa audacia metu huius conſtitutionis cõ
ërcetur, vt hoc pacto tuta ſit inter im℘-
bos innocentia,& in ipſis improbis for-
midato ſupplicio refrenetur audacia, &
nocendi facultas,text.not.in c. 1.& in c.
factæ ſunt, diſtinct.4. text. ſingul.in §.
Rex pacificus, in proœm. decretalium.
Bald.ibid.nume. 2.text.in l.1. ff. de iuſtit.
9 & iur.Porrò † conſtitutio pacis publicæ,
omnes omnium ordinnm Status Impe-
rij, maiorum & minorum gentium,&
cuiuſcunque dignitatis perſonas, ſum-
mas,medias, & infimas æquè obligat,et-
ſi potiſſimùm contra potentiores pro-
mulgata ſit, qui per potentiam & fa-
cultates alteri vi armata nocere poſſunt:
vtpuià ſi Status Imperij contra Statum,
vel nobilis contra nobilem, inconſul-
to Cæſare arma ſumit: nam inter ple-
beios

Vana eſt ſine viribus ira.

Attamen iſta Cõſtitutio generaliter ſcri
pta eſt,igitur omnes omnium qualitatũ
perſonas,nullo diſcrimine comprehen
dit,& non ſolùm in illuſtribus, ſed etiã
priuatis perſonis locum habet. Et ita in
Camera in decernendis proceſſibus ob
10 fractam pacem obſeruatur:& aliàs † le-
ges & cõſtitutiones ſui natura ſunt vni-
uerſales & generales,text.in l.1. & in l.iu
ra.ff.de legibus.text.not.in l. 3. §. Diuus
Adrianus.ff.de ſepulch.viol.tex.in c.erit
autem lex. diſtinction. 4.latè Panorm.
ad rubric.de conſtitut.nume.2. vbi om-
11 ninò vide. Proindè † ignorantia huius
conſtitutionis à pœna proſcriptionis ſi-
ue Bãni neminem excuſat, cùm ſit craſ-
ſa,ſupina, adeoque lata culpa, ignorare
quod publicè conſtitutionibus Imperij
ſancitum & promulgatum eſt,text.in c.
1.de poſtulat. præla. & in c. cùm in tua.
qui matri.accuſ.poſſ.tex.in l.nec ſupina.
& in l. regula. ff. de iur. & fact.ignoran.
tex.in l.conſtitutiones, C.eod.tit.& in §.
1.Authen.vt nouæ conſtitutio.poſt alios
duos menſes,tex.notab.in l. ſed & ſi pu-
pillus,§.proſcribere,cum §.ſequ.ff.de in-
ſtito.actio.Hippol. in l. qui ignorat. nu.
18.ff.ad l.Cornel.de Sicar. & in l. qui fal-
ſam.nume.88.ff.eod. titul. Aſflict.in c.1.
nume.12.de pace tenend.&eius violato.
vbi vide, an aliqua excuſatione huiuſ-
modi iuris publici ignorantia elidi poſ-
ſit: & patia ſunt ſcire, vel ſcire debere,
text. in l. quòd te. ff. ſi cert. peta. Iaſon
ibid.nume.10. text. in l. qui cum alio, ff.
de regul. iur. gloſſ. prima, ibid. in fine.
Prætereà † obſeruandum hoc pacis pu- 12
blicæ edictum non tantùm ad ſęculares,
verùm etiam ad Eccleſiaſticas perſonas
pertinere:putà eas,quæ ratione dignita-
tis, regalium, & feudorum Imperialiũ,
immediatè Cæſari, & Imperio ſubiectæ
ſunt.Et ideò ſi † Eccleſiaſticus Status Im 13
perij per ſe, vel per ſuos, quod in idem
recidit, text.in l.1.§.deieciſſe, ff. de vi &
vi arma.& in c.qui facit,de regul. iur. in
6.cum ſimilibus, pacem publicam ma-
nu militari perturbet, citatio ſuper fra-
cta pace in Camera contra eum rectè
decèrnitúr,& probato delicto condem-
natur:ſed non eo modo, quo ſæculares,
hoc eſt,ordinaria Banni pœna, ſed ſo-
lummodò regalibus & priuilegijs Im-
perij,ſententia declaratoria priuatur,id-
que non publicè ſub dio, vti ſæculares,
ſed in ipſo conſiſtorio, iudice ſedente ℘
tribunali. Ratio,quia † Imperator ob de- 14
lictum nõ habet iuriſdictionem in per-
ſonas Eccleſiaſticas, niſi ratione regali-
um & beneficiorum ſæcularium, in c.
nimis,de iureiur. ideo plus ab ijs auferre
nequit, quàm ipſis dedit, & per conſe-
quens pœnam ſanguinis, aut vitæ ne-
ciſque periculum ipſis irrogare non po-
teſt: quia criminis cognitio, & pœna
corporalis ad forum Eccleſiaſticũ ſpe-
ctat,text.in c.ſi diligenti. de foro comp.
text.in c.cum non ab homine, & in c.at
ſi clerici, de iudic. vbique ampliſſimè
Canoniſtæ.pulchrè Guid.conſil. 72. nu-
me.5.incip.principalia dubia. vbi dicit,
quòd † licèt Rex non poſſit Clericum in 15
perſona punire, tamen in patrimonio,
quod Regi ſubeſt, cum punire poſſet,
per text.in l.de his.C.de Epiſcop. & cler.
text.in l.ſolitæ,verſicul.quod autem, de
maio.& obed.vide infrà eod. Cap.8.Alij
† verò Eccleſiaſtici inferioris ordinis, 16

qui non ſunt Status Imperij, ſed mediatè
Imperio ſubiecti, ſi cõtra pacẽ publicam
delinquant, corã ordinario iudice Eccle-
ſiaſtico cõueniri, probatoq́; delicto ab eo
pro merito puniri debent, ſuſpẽſione ab
officio & beneficio, priuatione, vel de-
gradatione, pro delicti magnitudine. Et
ita expreſsè diſponit ipſa cõſtitutio vio-
latæ pacis, eſtq́; iuri cõmuni conſentane-
17 um, quia oẽs † cauſæ clericorũ tam ciui-
les, q̃ criminales, ad forum Eccleſiaſticũ
pertinẽt: adeò vt huic priuilegio neq; ex-
preſsè, neq; tacitè renũciare poſſint, text.
in d. c. ſi diligẽti, & in d. c. at ſi clerici, tex.
in §. nos Fredericus. verſic. itẽ ſtatuimus.
de ſtatur. & conſuetud. in vſib. feud. & in
§. ſi clericus. de pac. tenen. & eius violat.
Bald. ibid. nu. 2. Afflict. ſimiliter ibi. nu. 3.
vbi in vtranq; partẽ diſputãt, an Impera-
tor legẽ contra clericos delinquẽtes cõ-
18 dere poſſit. Affirmatiuè facit, ꝙ † quem-
admodũ Cęſar probis clericis protectio-
ni: ita reprobis terrori eſſe debeat, tex. in
l. per omnes. C. de defenſ. ciuit. & in §. fe-
ſtinabis. in Auth. de mand. Princ. l. 2. in
fin. C. de priuileg. ſcholariũ. lib. 12. ibi, ne
ſub prætextu cõceſſi priuilegij vel flagi-
tiorũ creſcat authoritas, vel publica va-
cillet vtilitas. Sed pars negatiua de iure
Canonico verior eſt, ꝑ iura allegata, cui
etiã ipſa cõſtitutio, vt dictũ eſt, non dero-
gat. Bald. in Auth. clericus. nu. 3. C. de E-
19 piſcop. & cleric. Remittẽdus † igitur cle-
ricus delinquẽs ad iudicẽ Eccleſiaſticũ,
cuius forũ ob delictum ſortitur, idq́; nõ-
nulli vſq; adeò verum eſſe ſcribunt, vt e-
tiã laici ſocij criminis, gaudeãt priuile-
gio fori Eccleſiaſtici, ſi ſimul cũ clericis
capiantur, idq́; cõnexitatis quodã vincu-
lo, & quod magis dignũ, trahat ad ſe mi-
nus dignũ, tex. in c. quod in dubijs, de cõ-
ſecra. alt. glo. ibid. in verbo. conſecrato.
obtinere exiſtimant, per tex. in c. per tu-
as. extr. de arbi. Felin. in c. placuit. nu. 6.
circa med. de præſcript. Hippol. ſing. 180.
nu. 1. incip. plura. Idẽ ſing. 167. nu. 1. Mat-
theſ. ſingu. 143. incip. nota quod, Boſſius
prolixè tit. de fot. compet. num. 146. Sed
hoc moribus noſtris nõ obſeruatur, &
quilibet ſuo iudici traditur, vt pulchrè
notant Capic. deciſ. 173. nu. 1. & Iul. Clar.
in pract. crim. §. fi. quæſt. 36. nu. 45. verſi. e-
uenit. Ne autẽ crimina impunita mane-
ant, pręſertim atrociora, vbi exẽplo opus
eſt, iuxta tex. not. in l. 1. C. ad l. Iul. repetũ.
& in l. aut facta, §. fin. ff. de pœnis, tex. in l.
bona fides, ff. depoſ. exauctorandi † ſiue 20
degradãdi ſolẽnitas introducta eſt; qua
clericus de crimine condemnatus, ordi-
nibus exuitur, & poſteà Curiæ ſęculari,
tanquã abiectũ, & prophanatũ membrũ,
pro executione facienda traditur: quod
ideò fit, ne clericus in clericatu, ob ordi-
nis reuerentiã turpiter moriatur, & quia
† iudex Eccleſiaſticus ſanguinis pœnã a- 21
gitare nequit, tex. in c. prælatis, de homic.
in 6. & in c. clericis. & in c. ſententiam, ne
clerici vel mona. ſęcul. nego. ſe immiſc.
Panor. in d. c. at ſi clerici. nu. 37. cũ ſeq. do-
cens, quæ crimina degradatione digna
ſunt, ad idẽ eſt tex. in d. c. cũ nõ ab homi-
ne, de iud. glo. ſingul. ibid. in verbo, poſt-
modũ, tex. in c. clericus. 3. q. 4. & in c. ſi qs
ſacerdotẽ. 11. q. 1. tex. in c. penul. §. damna-
ti. extr. de hęret. Bal. in d. Authẽ. clericus.
nu. 3. C. de Epiſ. & cleri. latè Iulius Clarus
d. §. fin. quæſt. 36. verſi. quæro nũc. & verſi.
ſcias etiã, cũ ſeq. & quæſt. 74. in prin. Pa-
nor. in c. nouimus, nu. 3. de verb. ſignifi.
Ioan. And. Philip. Fran. & alij in c. degra-
datio, de pœnis. lib. 6. habetq́; † locũ de- 22
gradatio nõ ſolũ in maioribus, ſed etiã
minoribus ordinibus, vt tenet Panor. in
c. clericus, 2. nu. 2. de vita & honeſt. cleri.
per tex. in c. ſi quis Epiſcopus. 27. q. 1. eſtq́;
† duplex, verbalis, quæ propriè depoſitio 23
ab officio & beneficio dicitur: & actua-
lis, quæ rectè degradatio appellatur, text.
ſingularis in d. c. degradatio, & fit ea ſo-
lẽnitate, quæ traditur in d. c. degradatio;
vbi omninò vide. Prima † nõ eximit cle- 24
ricum à iuriſdictione & poteſtate iudicis
Eccleſiaſtici: nec ſubijcit eũ iuriſdictioni
Iudicis ſæcularis, niſi tradatur Curiæ ſæ-
culari: altera verò eximit, eumq́; omni-
bus priuilegijs & immunitatibus ſpoliat,
adeò vt iudex ſęcularis abſq; alia traditi-
one eũ punire poſſit, tex. in d. c. degrada-
tio. Dd. in d. c. cũ non ab homine. Panor.
in c. ad audientiã. num. 2. de crimin. falſi.
& in c. ſi quis presbyter. nu. 6. de clerico
excommun. Iulius Clarus d. quæſt. 36. nu.
35. & quæſt. 74. nu. 1. vbi dicit, verbalẽ † de- 25
gradationẽ eſſe, quãdo Epiſcopus ꝑ ſen-
tentiã clericũ priuat ordinibus clericali-
bus, Actualẽ verò, quãdò clericus per ſen-
tentiam non ſolũ priuatur, ſed etiã actu-
aliter & perſonaliter degradatur, & exui-
tur

tur omnibus ordinibus Eccleſiaſticis cũ
ſolennitate iuris. Vnde Ioan. Andr. in d.
c. degradatio. nu. 2. dicit, actualẽ degrada-
tionem eſſe executionem ſententiæ de-
poſitionis, idem tenet Spec. titu. de accu-
ſatione. §. ſecũdo loco, nu. 4. vbi vide de
ſuſpenſione, depoſitione, & degradatio-
26 ne. Et obſerua † degradationem verbalẽ,
hoc eſt, depoſitionẽ non habere locum
niſi in grauioribus delictis, per text. in d.
c. nouimus. gloſ. ibid. in verbo, tradatur.
& in d. c. cùm nõ ab homine, iuncta glo.
27 in verbo, poſtmodùm. Actualem † verò
degradationem obtinere tantùm in tri-
bus criminibus, putà in crimine hæreſe-
os, in crimine falſi commiſſi in literis
Apoſtolicis, & in crimine conſpiratio-
nis cõtra Epiſcopum, glo. in d. c. cùm nõ
ab homine, per iura ibid. allegata. Iulius
Clar. in d. §. fin. quæſt. 35. nu. 36. & d. quæſt.
74. nu. 2. & 3. Panor. in d. c. at ſi clerici, de
iudic. Boſſ. d. tit. de foro comp. nu. 135. cũ
ſeq. vbi communem dicit, quod etiã in
huiuſmodi grauioribus criminibus cle-
ricus non ſit degradandus, ſi vitæ emen-
dationẽ promittat, ſed perpetuis carce-
ribus mancipandus, aut in monaſteriũ
detrudendus ſit, & ſic degradationẽ non
habere locũ, niſi quãdo clericus eſſet in-
corrigibilis, per tex. in d. c. cũ non ab ho-
mine, ponderando verba tex. ibi, quibuſ-
cunq; criminibus, tex. in c. fœlicis, de pœ-
nis in 6. & in c. nouimus, §. fin. de verb. ſi-
gnific. & in c. tuæ diſcretioni, de pœnis.
Boſſ. loco citato vbi vide prolixius am-
pliationes, & limitationes huius mate-
riæ. Dd. in d. c. at ſi clerici, & in d. c. cũ nõ
28 ab homine. Eſt † quoq; alia degradatio,
ſiue exauctoratio, quæ in militibus & Do-
ctoribus delinquẽtibus antiquitùs obſer-
uari conſueuerat, nã priùs quàm punirẽ-
tur, recingebantur, hoc eſt, militaribus
inſignibus, & doctorali cingulo priua-
bantur, & exuebantur. Ratio, quia nemo
29 † in dignitate mori debet, gloſſ. ſing. in l.
omnes, in verbo, amiſſionem, C. de Epiſ.
& cler. Petr. de Rauenna ſing. 317. incip.
mori, per tex. in l. 2. §. ſed & ſi eum. ff. de
ijs qui not. infa, tex. in l. ſed & ſi excepta.
C. de malef. & mathe. ibi, præſidio digni-
tatis exutus. text. in l. proditores. ff. de re
milita. & in l. oẽs iudices. C. de decurio-
nib. lib. 10. Bartol. ibid. tex. in l. milites. C.
de quæſtionib. Iaſ. in l. de quibus. nu. 104.
ff. de legib. Hippol. ſingu. 556. incip. plura
Iul. Clar. d. §. fi. quæſt. 74. & d. quæſt. 35. vbi
omninò vide. & probatur expreſsè in d.
c. degradatio. Legitur apud Herodianũ
in vita Seueri, quo pacto milites Perti-
nacis à Seuero recincti, & exauctorati
ſint, quòd Pertinacem turpiter, & flagiti-
osè occidiſſent: præcepit enim ſuis mili-
tibus, vt recingerent milites Pertinacis,
& zonis ac veſtimentis exutos militari-
bus, nudos dimitterent. Sed ea ſolenni-
tas exauctorandi in deſuetudinem abijt.
Meminiſſe quoq; oportet, aliquãdò etiã
ſine † degradatione executionẽ fieri cõ- 30
tra clericos delinquentes, putà in atro-
ciſſimis delictis cõtra Imperium, vel pa-
triã, aut aliâs enormiſſimè perpetratis,
per tex. not. in c. 1. §. final. de homicid. in
6. tex. in c. perpendimus, de ſen. excõmu.
tex. in d. c. cũ non ab homine, & in c. 1. de
apoſtat. Anchar. conſ. 158. nu. 5. incip. ex
narratis in facto. Alex. conſi. 166. nume. 1.
incip. videretur fortaſſis. volu. 7. Hippol.
in l. 1. nume. 59. ff. ad l. Cornel. de ſica. idẽ
in l. vnius. §. cogniturũ. nume. 66. cum ſe-
quen. ff. de quæſtionibus. quẽ ad hoc om-
ninò vide, & Iulium Clarum d. §. final.
quæſtio. 36. nu. 33. vbi communem dicit,
Dida. Couar. pract. quæſtio. cap. 32. num.
2. ſimiliter communem dicit. Regulari-
ter verò † clerici etiam in atrocioribus 31
delictis, perpetuis carceribus mancipari
debent, vt eſt communis opinio Dd. te-
ſtante Boſſio in tractatu. crimin. d. titul.
de foro compet. nume. 136. qui † carceres 32
perpetui, loco pœnæ ſunt, & iure Cano-
nico permittuntur, tex. in c. quamuis, de
pœnis, in 6. d. c. nouimus, §. final. de ver-
borum ſign. Panor. ibid. nu. 3. Rom. ſin-
gul. 711. numer. 1. latè Hippol. in practica
criminal. §. attingam. numer. 26. Bartol.
in l. Imperium, nu. 8. ff. de iuriſd. om. iu-
dic. & in l. 2. num. 9. ff. de public. iudic. v-
trobique dicit, perpetuos carceres, eſſe
pœnam capitalem, & ſic meri Imperij, &
damnatum ad perpetuos carceres, æqui-
parari damnato in metallum, Innoc. in
c. qualiter & quãdo, el. 2. nu. 6. de accuſat.
Secùs eſt de iure Ciuili, quo carcer non
pœna, ſed tantùm cuſtodia eſſe debet,
text. in l. aut damnum. §. ſolent, ff. de pœ-
nis, tex. in l. 1. & in l. de his. C. de cuſtod.
reo, tex. in l. incredibile. C. de pœnis. niſi
† carcer ꝓ pœna datus ſit, Bart. in d. l. Im- 33

a 3 perium,

periium,& in d.l.2.nu.9. ff.de pub. indic.
quod de conſuetudine vbique fieri vide-
mus.Hippol.ſing.565. per totum , incip.
dubitârunt.Obſeruãdum hic obiter car-
cerem de iure Ciuili non eſſe pœnam re-
ſpectu cauſę finalis,quia regulariter non
ad puniendos,ſed tantùm continendos
homines haberi debet,vt inquit, text.in
d.l.aut damnũ,§.ſolent, ſed reſpectu ma-
teriæ,hoc eſt,ipſius captiui ſæpe magnũ
tormentum,& ſupplicium eſt , cũ carcer
mala ſit manſio, tex.in l.ſi hominem, ff.
depoſi.& in l.2. ff. de liber. hom. exhib.
Sed de hac materia degradationis plus
ſatis.Vt aũt ad propoſitum reuertar, ſci-
34 endum eſt,non † ſolùm mares, ſed etiã
fœminas,pacis publicæ edicto compre-
hendi:nam & mulieres,ſi vim publicã p
ſuos præfectos alteri inferri mandaue-
rint,aut contra placita pacis publicæ, ꝓ-
ſcriptos,ſiue Bannitos Imperij,tecto,do-
mo,hoſpitio, vel menſa receperint, aut
mandatis Cæſaris executorialibus obſti-
natè non paruerint , perindè ac viri in
35 Bannum declarantur,cùm † paria ſint a-
liquid per ſe,vel per alium facere, tex.in
d.l.1.§.deieciſſe,cum §. ſequen.ff.de vi &
vi arm.tex.in l.item eorũ,§.1.ff.quod cu-
iuſque vniuer.nom.tex.in l.hoc iure,§.1.
ff.de reg.iur.& in l.is damnũ,ff.eod.titu.
tex.in l.1.§.1.ff.de eo per quem fac.erit,&
in d.c.qui facit,præclarè Bart.ad l. ſed ſi
vnius.§.ſi ſeruus meus,nu.4.ff.de iniu.
Afflict.in c.1.§.ſi quis aliquẽ.nu.3.de pace
36 tenen.& eius violat.Sexus † tamen, vere-
cundiæ,& pudoris ratio habetur,ne con
demnatæ turpiter proſtituantur,per tex.
in l.quiſquis.§.ad filias.C.ad l.Iul. maie-
ſta.pudoris enim ratio,præſertim in mu
lieribus habenda eſt, tex.in l. item apud
Labeonem,§.hęc autem fere,ff.de iniur.
tex.in l.1. C.de offic. diuerſo.iudic.& in
l.1. §.ſexum , ff.de poſtul.text.in l.Quin-
tus,§.fin.in fine,ff.manda. Quapropter
non in Bannum conſueta & recepta for
mula denunciantur,ſed quadam ſimili-
tudine Eccleſiaſticarum perſonarum,
bonis omnibus,beneficijs,fauoribus, at-
que priuilegijs iuris cõmunis & munici-
37 palis priuantur.Et Theologorum † opi-
nione grauius viri,quàm fœminæ, cæte-
ris paribus,peccant,quia minus rationis
ob imbecillitatem ſexus habent: nã mu-
lier dicitur à mollitie mentis,text.in c.ꝙ
propoſuiſti,32.q.7.ideoque in pœnis im
ponendis mitiùs cum mulieribus agen-
dum,tex.in c.indignantur,22.q 6.& in l.
ſacrilegij pœnã,in princip.ff. ad l.Iul pe-
cul tex.in l.ſi adulterium, §. ſtuprum, &
§.iidem Imperatores.verſic.inceſtum,ff.
ad l.Iul.de adult.Nam

Nullum memorabile nomen Virg.lib.2.
Fœminea in pœna eſt. Aeneid.

Et † Aurelianus Imperator Zenobiam 38
ad pœnam à militibus requiſitam, quòd
ſibi Imperium vſurpauerat, vita dona-
uit,indignum exiſtimans mulierem in-
terimere,referente Vopiſco in vita Au-
reliani,vide Tiraquel.in tract. de pœnis,
cauſa 9.per totam. Et Bald.in l.fin.num.
4.C.ſi contr.ius vel vtil. public.laudabi-
liter tenet,mulierem † Bannitam adul- 39
terari impunè non poſſe,eamque opini-
onem Dd. communiter ſequuntur, vt
refert & ſequitur Iulius Clarus in §. ho-
micidium, nu. 56. Nellus de Bannitis in
ſecunda parte ſecundi tempo. quæſt.46.
Dec.in c.quæ in Eccleſiarum,num.16.de
conſtitutionib. Poſtremò memoria te-
nendum,Imperialem † proſcriptionem 40
ſiue Bannum , non ſolùm ob delictum,
ſed etiam propter contumaciam irro-
gari poſſe,ob contemptam Cæſareę ma-
ieſtatis iuriſdictionem , vt notant Dd.in
l.contumacia. ff.de re iudi. per text.in l.
vltica,in prin. ff. ſi quis ius dic. non ob-
temp.& in l.ſi familia,ff.de iuriſd.omn.
iud.text. In l.2.§.1. ff. ſi quis in ius vocat.
non ierit,& in l.de ætate,§. qui tacuit, ff.
de interrogato.actio.Bart.in l.magiſtra-
tibus.nu.2.ff.de iuriſd.om.iud.idẽ quæſt.
1.incip. Lucanæ ciuitatis.nu.17.Afflict.in
d.c.1.§.ſi quis hominem. num.2. verſi.9.
de pac.tenen.vide infr.libr.2. cap.5. cum
ſequen.Item non ſolùm ob vim publicã
& armatam,ſed etiam alijs de cauſis pœ-
na † proſcriptionis Imperialis irrogari 41
poteſt:putà,ſi quis hoſtibus Romani Im
perij,loricas,ſcuta, arcus, ſagittas, gladi-
os,frameas,veruta,haſtas,ſpicula, tragu-
las,caſſides, miſſilia, contos, pectoralia,
vel humeralia , tibialia , clipeos , tho-
races, galeas , tormenta bellica , maio-
ra & minora , vel alterius cuiuſcunque
generis arma vendat , vel ad eos defe-
rat : nam capitis pœna in eos de iure
communi conſtituta eſt , cum publica-
tione omnium bonorum, text. in l. 2.
C.quæ

C. quæ res expottari non debent: quæ
Conſtitutio,ſi iam olim in Imperio Ro.
mano religioſè obſeruata fuiſſet, res Im.
perij fortè fœliciori loco poſitæ eſſent:
Sed,

Impiger extremos currit mercator ad Indos
Per mare,p.auperiem fugiens,per ſaxa,per ignes.

Verùm non ſolùm mercatorum inex.
plebilis auaritia in cauſa, ſed eorum vel
præcipua culpa eſt, qui Reipnblicæ gu.
bernaculis præſunt, & ad iſtam merca.
torum Impietatem per munera ſordi.
dè & ſcelleratè conniuent, & huiuſmodi
Imperio extremè noxia commercia, ſci.
entes prudentesque auri voracibus il.
42 lis mercatoribus permittunt. Sed & †
ædificia ad æmulationem Imperij cœ.
pta (qualia ſunt quæ in finibus & limiti.
bus extruuntur Bei einer Gräntz / oder
ordt Stadt) ſi poſt nouum opus nuncia.
tum non demoliantur, ad Conſtitutio.
nem pacis publicæ pertinent, & ædifican
tes, ſi non deſiſtant, banniti poſſunt: quia
materiam ſeditionis præbent, ex qua pu.
blica tranquillitas perturbari poſſet, tex.
notab. in l. opus nouum. ff. de operibus
publicis, text. in c. Piſanis. in fin. de reſtit.
ſpolia. text. notab. in l. quicunque caſtel.
lorum. C. de fund. limitrophis. libr. 11.
gloſſ. ibidem, in verbo, antiquitas. Barto.
in l. ex hoc iure. numer. 7. ff. de Iuſtit. &
iur. Iaſon ibid. numer. 12. Barto. in l. quo
minus. numer. 2. ff. de fluminibus. Iaſon
ibid. nume. 24. Afflict. in c. 1. §. & palatia.
numer. 5. quæ ſint regalia. Chaſſa. in con.
ſuet. Burgundiæ, rubr. 13. §. 9. nu. 4. Rom.
conſil. 52. nume. 4. incip. in quæſtione. &
vt compendio dicam, omnes actiones,
quarum finis ad arma, & ſeditionem
Imperij ſpectat, ad hanc conſtitutionem
pacis publicæ pertinent. Vide caſus fra.
ctæ pacis in ipſa conſtitutione Caroli V.
§. 1. Mei tamen inſtituti eſt, de ea potiſſi.
mùm actione tractare, quę fit vi armata,
& hominibus coactis, de qua præcipuè
diſponit ipſa conſtitutio. Modus tamen
procedendi in omnibus conſentaneus
eſt, nam requiritur ſuper qualibet actio.
ne citatio, & ſententia declaratoria Ban.
ni, vt dixi infrà libr. 2. cap. 3. per allegata
43 ibidem. Et † tenentur hac pœna fractæ
pacis non ſolùm facientes vim publi.
cam, ſed etiam conſentientes, etſi non
interſint, ſed mandatum dederint alijs,
vel per ſuos vim inferri curent, tex. no.
tab. in c. fœlicis, de pœn. libr. 6. notum
enim eſt facientes & conſentientes ea.
dem pœna plectendos eſſe, maximè in
atrocioribus delictis, vt in crimine fra.
ctæ pacis, per tex. in c. 1. de offic. iudic. de.
leg. tex. in c notum, in fine 2. q. 1. tex. ele.
gans, in c. facientis, diſtin. 86. & in l. vtrũ,
ff. ad l. Pompeiam de parrici. & in l. quiſ.
quis. §. penult. ff. ad l. Iul. maieſt. l. vnica.
C. de rapt. virg. tex in l. vulgaris. §. ſi duo:
& in l. in furti. §. ope. ff. de furt. text. in l.
eos. C. eo. & in l. item Mela. §. ſi plures. ff.
ad l. Aquil. §. interdùm. Inſtit. de obliga.
quæ ex delict. naſcun. Salic. in l. propter.
C. qui accuſ. non poſſ. & in d. l. quiſquis,
vbi omninò vide. Hippol. in pract. crim.
§. conſtante. nu. 42. cum ſequen. Opem † 44
& auxilium pręſtare videtur, quia arma.
tus alteri adſiſtit, etiam ſi manum nõ ad.
moneat, ſed ob eius pręſentiam, inſulta.
tus timidior, aggreſſor verò alacrior &
animoſior redderetur, per text. ad hoc
valdè ſingularẽ, in l. 1. §. tuliſſe. ff. de S. C.
Sillania. tex. in l. item apud Labeonem. §.
feciſſe. ff. de iniurijs. Natta conſi. 240. nu.
14. incip. reddidi aliàs, vbi dicit, quòd † 45
acclamando contra eum, qui offendi.
tur, dicatur quis auxilium præſtare, per
tex. no. in l. capitalium, §. ſolent quidam,
ff. de pœnis. & in d. §. tuliſſe, & text. in l.
prætor ait, §. eritque hæc differentia, ff. vi
bonor. rapto. Felin. in d. c. 1. nume. 14. de
offic. iudic. deleg. allegat Innoc. in c. con.
tinentia, de cleric. percuſſõ. Guido deciſi.
473. numer. 4. incip. euenit caſus, vbi pul.
chrè diſtinguit quandò † aſſociantes, ſiue 46
auxilium præſtantes, eadem pœna, qua
impietatis duces plectendi ſint: aut, in.
quit, actus qui geritur, eſt de genere ma.
lorum, putà verberare, vel occidere ho.
minem, & ſimilia, & tunc adſiſtens arma.
tus malefactori, pari pœna puniri debet,
per iura allegata, aut actus qui geritur,
non eſt de genere prohibitorum, ſed per
ſe licitus, & tunc mitiùs adſiſtentẽ, quàm
facientem puniendum, per tex. notab. in
c. fin. §. illud autem, de pœnis lib 6. gloſſ.
ibid. in verbo, ſimplici fauore. Memini
in Camera in Bannum declaratos, qui
violatori pacis publicæ auxilium, iure
amicitiæ & familiaritatis (einem geſellen
dienſt) præſtiterãt, vt in cauſa Blawſtein/
contra Leuin Kamps/ & conſortes: quia

amicitia peccatum non excuſat, vt præ-
clarè ſcribit Cicero de Amicitia. vide in-
frà lib.2.cap.10. vbi hoc ptolixiùs notaui.
facit text. notab. in l.2. §. ſi qnis non ho-
mines, ff. vi bon. rapto. ſed in præiudicio
allegato, conſors delicti, qui auxilium
prçſtiterat violatori pacis publicç, in pœ
nam pecuniariam condemnatus fuit, eò
quòd temerariè potiùs, quàm dolosè cri
minis ſocius factus fuerat, idq́; repẽtè in
conuiuio, & inter pocula, ſine vlla deli-
47 beratione, & deſtinato propoſito delin-
quendi. Porrò † pro explicatione dictæ
regulæ, facientium & conſentiẽtium pa-
rem eſſe pœnam, meminiſſe oportet in
iure noſtro conſenſum quadrifariã con-
ſiderari: Primò, quóad conſenſum negli-
gentiæ, quandò quis delictum impedire
poteſt, & non facit: quo caſu minus pec-
cat negligens, quàm faciens, text. notab.
in c. qui poteſt, 23. q. 3. Secundò, quóad cõ-
ſenſum conſilij, quandò quis delictum
conſilio ſuo adiuuat, & tũc diſtinguitur,
vtrùm conſulror ſine conſilio delictum
fuiſſet perpetraturus, & mitiùs punitur
conſulens, quã conſultor, an verò ex con
ſilio delictum cõmiſſum ſit, & tũc æqua-
li pœna vterq; puniri debet, rex. in c. ſicut
dignum, §. qui verò, de homicid. tex. in l.
qui ſeruo. ff. de furtis. præclarè & ampliſ-
ſimè Bald in l.1. nu.7. cum ſequ. C. de ſer-
uis fugiti. Tertiò, quóad conſilium coo-
perationis, hoc eſt, auxilij, dubium non
eſt, vtrunq; pari pœna plectendum eſſe,
cùm par ſit vtrluſque delictum, per iura
ſupr. ad regulam allegata. Quartò, qnóad
conſenſnm authoritaris, ſiue defenſio-
nis, quandò quis authoritate & inſtiga-
tione ſua, peccato cauſam prçſtat, & tunc
communiter concluditur, grauius pec-
care conſnlentem, quàm faciẽtem, quia
non ſolùm ipſe conſulendo peccat, ſed
etiam alteri ſcandalo & offenſioni eſt,
vnde acriùs ipſo peccatore puniendus,
& maledictus erit apud Deum, & homi-
nes, per tex. in c. qui conſentit, 11. q. 3. text.
in c. qui aliorum, 24. quæſt. 3. gloſ. in d. l.1.
de offi. deleg. Panor. ibid. nu.5. cũ. ſeq. Fel.
nu.2. Dyn. in c. nullus ex conſilio, de reg.
iur. nu.6. Bar. præclarè in l. non ſolũm. §.
ſi mandato, nu.8. cum ſeq. ff. de iureiur. &
in l. is qui opem, nu.5. ff. de furt. & in d. l.
vtrùm, nu.2. cum ſequ. ff. ad l. Pompei. de
parrici. Bal. in l. raptores, nu.6. C. de epiſ.
& cler. & in d. l.1. C. de ſer. fugit. Conſen-
ſus igitur in delictis quadruplex eſt, neg-
ligentię, conſilij, cooperationis, & autho
ritatis. Innocentiæ verò † gradus tres nu- 48
merantur: primus, malum nõ ſacere: ſe-
cundus, facientibus malum nón conſen-
tire: tertius, malũ auertere, & delinquen-
tes corrigere, text. in c. ita planè, 23. q.4.
text. in c. tria ſunt, cum c. ſeq. diſt. 45. gl. in
d. c. facientis, in verbo, & primus, diſt. 86.

CAPVT II.

De mandato de non offendendo.

SVMMARIA.

1 *Cautio de non offendendo quandò de iure communi præſtanda.*
2 *Metus quid ſit.*
3 *Metus iuſtus quandò dicatur alicui inferri.*
4 *Minæ capitales quandò indicant metum iuſtum.*
5 *Metus iuſtus varÿs modis infertur.*
6 *Metuens non debet expectare donec offendatur.*
7 *Impreſſio quandò facta eſſe cenſeatur.*
8 *Metus triplex eſt.*
9 *Cautio de non offendendo quadruplex eſt.*
10 *Mandata de non offendendo quandò in Camera decernantur.*
Minæ eluſoriæ timendæ non ſunt, ibid.
11 *Mandata de non offendendo pœnam Banni habent.*
12 *Qualitas perſonarum in decernendis mandatis de nõ offendendo attendenda.*
13 *Iulÿ Cæſaris dictum de perſonarum qualitate.*
14 *Mandata de non offendendo ad publicam pacem ſpectant.*
15 *Clauſulam iuſtificatoriam non habent.*
16 *Index quandò à præcepto incipere poſſit.*
17 *Mandata de non offendendo futuram offenſionem concernunt.*
18 *Mandata de non offendendo an ſubditis contra dominos concedenda.*
19 *Præſumptio militat pro magiſtratu.*
20 *Dominus ſubditos rebelles armata manu coërcere poteſt.*
21 *Tiberÿ Cæſaris dictum, boni paſtoris eſſe, tondere pecus, non deglubere.*
22 *Dominus ob nimiam ſæuitiam contra ſubditos ſuos iuriſdictione priuari poteſt.*
23 *Mandata auocatoria contra milites graſſantes.*

CAutio † de non offendendo, de 1
iure commnni à prætore, vel iu-
dice ordinarlo ad poſtulationẽ
eius, qui violentam offenſionem & læ-
ſionem iniquè ab alio metuit, rectè con-
ceditur, per rext. in l. denunciamus. C. de
his qui ad eccleſiam confug. Bart. & Dd.
ibid. tex. in l. illicitas. §. ne potentiores. ff.
de offic. præſi. facit tex. in l. ſanctum. ff. de
rer.

rer.diuiſ.Iulius Clar.in prac.crimin §.fi.
quæſt. 47. per totam. Felin. ſingulariter
ad rubric. de treuga & pace,num.10. vbi
hoc nouem modis declatat. Ripa ad ru.
bric.de damn.infect. Cicero in Tuſcula.
2 dicit † metum eſſe expectationem mali.
Qui igitur iuſtè metuit,is per cautionem
de non offendendo maturè ſibi ſuiſque
conſulere poteſt: nam hanc cautionem
ſiue ſecuritatem de non offendendo po.
teſt etiam pro ſuis familiaribus &dome.
ſticis petere,vt pulchrè tenet Bartol.in d.
§.ne potentiores,num.5.per text in l.qui
inſulam,§ fin.ff.loca. item quòd promit
tens non offendere, ſi offendit extra ter.
ritorium, teneatur,affirmat Bartol.in d.
3 §.ne potentiores,num.6. Iuſtus † autem
metus eſt, non vana hominis ſuſpicio,
vel quilibet timor, ſed talis qui in virum
conſtantem cadere poſſit,tex.in l.3.§. ar.
mis. cum §. ſequent. ff. de vi & vi arma.
text.in l.metum, cum l.ſequent.ff. quod
met.cauſ.& in c.1.extr.eo. & in l.vani ti.
moris.ff.de regul.iur.tex.in l.metus.ff.ex
quibus cauſ.maio. text.in l. interpoſitas.
C.de tranſact.veluti terror armorum, iu
4 ribus allegatis, vel † minæ capitales ab
eo prolatæ, qui eas executioni mandare
conſueuit,tex.in l. famoſi,§.1.ff. ad l. Iul.
maieſt.& ibid.Barr.nu.2.ad l.metum,gl.
fin.in d.l.metus.Dd.in l.1.C.ſi quis Imp.
maled.Alex.conſil.156.num.4.cum ſequ.
volum.5.incip.In caſu prædicto.Iaſon in
l.1.C.de ſeru.fugit. Franciſc. Hercula. in
tract. ſuo de cautione de non offenden.
5 do capite 1.num.11. Præterea † alijs mo.
dis iuſtus metus infertur, putà per inſi.
dias, inimicitias, corporis cruciatum,
alijſque modis, qui iudicis prudentię &
arbitrio cõmittuntur,tex.elegãs in l 3. ff.
ex quibus cauſis maio.tex.in d.l.interpo.
ſitas,C.de tranſact. Dd.ibid.gloſſ.penult.
in c.cũ dilectus,ext.quod met.cauſ.Alex.
d.conſil.156.nu.5.& conſi.98.nu.4.volu.3.
incip.Quoniam. & conſil.99.num.7.in.
cip.In caſu prædicto,eod.volu.vbi dicit,
6 ad† inducendum iuſtum metum nõ eſſe
exſpectandum tantiſper,donec quis vul.
neretur, aut crucietur, quia tunc non eſ.
ſet metus vulnerum,vel cruciatuum,ſed
illatio vulnerum, & cruciatus: propriè
enim metus dicitur,quandò quis iuſtè ti.
met, vulnera,vel cruciatum ſibi inferri,
per text.in d.l.3.& d.l.metum. Hinc dici.
mus † impreſſionem factam cenſeri, ſi 7
ſubſit iuſtus metus futuræ impreſſionis,
etiamſi nulla ſequatur impreſſio. Memi.
niſſe quoque oportet † metum in tripli. 8
ci eſſe differentia. Primò,concuſſionis,
qui per minas potentioris infertur, text.
in l.1.ff.de concuſſione. Deci.conſil.219.
num. 1.cum ſequ. incip.viſo puncto,vbi
omninò vide, an iuſſus vel præceptum
Regis inducat iuſtum metum. gloſſ.no.
tab.in c.fin.in verbo,metu regio,qui cle.
rici,vel vouentes.Secundò,impreſſionis,
qui fit per carcerem. Tertiò,violentæ ſu.
ſpicionis, qui ex inimicitijs apertis ſubo.
ritur, iuxta doctrinam Bald. in titul. de
pac.iuram. firm.§.item ſacramenta,nu.
1.Cautio † quoque de non offendendo 9
quadrifariam accipitur. Primò, quæ da.
tur à re rei, de qua tot.titul. ff.de dam.in.
fect. Secundò, quæ à re perſonæ præſta.
tur,per tex.in l.qui bona.§.qui damna.ff.
de damno infecto. Tertiò,quæ à perſona
rei conceditur, vt, ſi quis metuat ne poſ.
ſeſſionem ſuæ rei alter violenter inua.
dat,per text.notabilem in l. ſi ſuper poſ:
ſeſſione. C.de tranſact. Quartò,quandò
perſona perſonæ cauet, de qua cautione
hic dicitur, & ad eam pertinẽt d.l.denun
ciamus,& alia iura initio allegata. Vide
prolixiùs Bat.in d.l.illicitas.§.ne poten.
tiores.nu.2.& Franciſc. Hercula.in dicto
tracta.de cautione de non offend. cap.2.
num.1. 7.& 31. His præmiſſis veniamus
ad conſtitutionem pacis publicæ, quan.
dò nimirum† mandata de non offenden 10
do in Camera decernenda ſint, quia ibi
ratione iuſtiſſimi metus, non cautiones,
ſed mandata tantùm de non offendẽdo
conceduntur. Ea autẽ tunc demùm,par.
te poſtulante decernuntur, quandò ſub.
eſt iuſtus armorum,vel violentię metus,
nam eluſoriæ minæ timendæ non ſunt,
text.not.in l.hęc autem.ff. ſi cui plus quã
per l.Falcid.gloſſ.in l. ſi quis libertatem.
§.planè,in verb.modicum.ff.de pet. hær.
Iuſtum metum accipimus, qui ſuper edi.
cto & conſtitutione pacis publicę funda.
tur, hoc eſt, ſuper vi armata, ſuper dolo
ex propoſito, ſuper violentia coactis ho.
minibus facienda,iuxta requiſita conſti.
tutionis ſuper violata pace, de quibus in.
frà eod.cap.7.dicetur. Ratio, quia † hu. 11
iuſmodi mandata de non offendendo
nunquàm in Camera Imperiali ſub pe.
cunia.

cuniaria, ſed Banni pœna decernuntur,
ergò ad fundandam iuriſdictionem Ca-
meræ,neceſſe eſt tales eſſe minas, quibus
executis.pax publica turbari poſſet:quod
12 in decernendis huiuſmodi † mandatis
de non offendendo accurarè obſeruan-
dum, conſiderando perſonam minan-
tis, cuius ſit qualitatis, dignitatis, aut po-
tentiæ,an minas effectui dare conſueue-
rit, an vana ſit ſine viribus ira,text.in d.l.
famoſi.§.1.Bartol.num.2.gloſſ.ſingul in
l.metum. in verbo, iactationibus. C.de
his quæ vi met.cauſ.Bartol.ibid.nume.1.
Panorm. in c.1. numer.3.de offic. deleg.
Angel.in tractar.malefic.in verbo,verba
iniurioſa,numer.8. Felin. ad d. rubric.de
treuga & pace.& in c.adferte,num.11. de
præſump.Bartol.in l.de pupillo. §.ſi quis
ipſi prætori,ff.de noui oper.nunciat.nu.
15.cum ſeq.vbi omninò vide. Afflict.in c.
1.nu.21.ex quib.cauſ.feud.amitt. vbi infi-
nita exempla recenſet,in quibus qualitas
perſonarum tam in delictis, quàm con-
tractibus conſideranda ſit, quem ad hoc
13 omninò vide. Et refert Plutarc. † memo-
rabile exemplum de Iulio Cæſare in eius
vita: Is admonitus, vt à Galba ſibi caue-
ret, qui craſſus erat, reſpondit: Cauen-
dum mihi eſt à pallidis & macilentis,nõ
à craſſis. inferens à Caio Caſſio & Bru-
to ſibi cauendum eſſe, hi enim pallidi
& macilenti erant, nec feſellit illum ſu-
ſpicio, quoniam ab illis occiſus eſt. Ex
14 prædictis perſpicuum eſt, huiuſmodi †
mandata de non offendendo ad publi-
cam pacem potiſſimum ſpectare: quo
fit, vt in Camera Imperiali, pacis publi-
cæ conſeruandæ gratia frequenter de-
cernatur, attentis tamen commemora-
tis circumſtantijs & qualitatibus perſo-
narum, an iuſtus ſubſit metus offenſio-
nis,an aduerſarius ſit potens, & ad offen
15 dendum facilis. Decernuntur † antem
ſub pœna Banni abſque vlla clauſula iu-
ſtificatoria.Ratio,quia præceptum fit ſu-
per eo quod iuri diuino,gentium, ciuili,
& Conſtitutionibus Imperij conſenta-
neum eſt,quod eo,cui mandatur,pręſen-
16 te, & inuito concedi deberet, quo † caſu
iudicem à præcepto, nulla præuia citati-
one, incipere poſſe, notiſſimi iuris eſt,
tex.in l.ſi eum ſeruum.§.fi. ff. de fideicõ.
liber.& in l.recuſare. ff.ad S.C. Treb. tex.
in l.æquiſſimum.ff.de vſufru.& in d.l.de
pupillo.§.meminiſſe ff de no.oper.nun.
Alexan.ibid.nu.4.Iaſ. In l.nec quicquã.
§. vbi decretum,numer.7.ff.de offic. pro-
cõſ.& leg.Ang in §.curare, nu.10. Inſtit.
de actio.pulchrè Hippo.ſing.30.incip.Tu
ſcis.Roman.conſi.212.Incip.Quóad pri-
mum. Prætereà nihil † huiuſmodi man- 17
data diſponunt aut præcipiunt, quod in
præiudicium eius,cui mandatur, vergat,
futuram enim offenſionem, non pręte-
ritam concernunt,& ſic ceſſat ratio,l. de
vnoquoque. ff. de re iudic. & l. nam ita
Diuus.ff.de adopt.cum ſimilib⁹. Mandat
ſolùm Imperator ſub pœna Banni,ne in
futurum,contra placita pacis publicæ ta-
lem violenter offendat,ne pacem publi-
cam coactis hominibus perturbet, ſicut
prolixiùs ſeq.cap.dicetur. An autem † ta- 18
lia mandata de non offendendo ſubdi-
tis cõtra dominum decerni poſſint? Re-
gulariter nõ,quia † pręſumptio pro Ma- 19
giſtratu eſt,tex.in c.ad noſtram.de appel.
& in c.abſit,11.q.3.text.in c.pręſentia, de
renunciat.tex.in c.ſicut nobis,in fine, de
ſent.& re iudic.& in l.2.C.de offic. ciuil.
iudic.ibi,quod non arbitramur. Alciat.
in tract.præſumpt.regul.3. præſumpt.15.
nu.1. & pacem publicam non turbat qui
dominicæ poteſtatis iure vtitur, dũmo-
dò ea poteſtate, nimia crudelitate & ſæ-
uitia non abutatur, dummodò non in
hanc vocem protumpat:

Hoc volo,ſic iubeo,ſit pro ratione voluntas. Iuuenal. Satyr.6.

Item:

Vnde habeas quærit nemo,ſed oportet habere. Ennius.

Punire † quidem licitè poteſt Dominus 20
ſubditos ſuos inobedientes, cõtumaces,
refractarios, & rebelles, etiam hoſtiliter
& armata manu,tex.in l.ſi quis fortè,§.ſi
quis comitum,ff.de pœnis,& in l.2.§.fin.
C.de Sportu.gloſſ.in c.1.in verbo,à teme-
ritate,de maledicis. Bald.in l.2.nu.70.cir
ca fin.C.de ſeruit. & aq.Sed extra caſum
inobedientiæ & rebellionis moderatè
cum ſubditis agendum, ne plus æquo &
ſolito tributis,vectigalibus,& operis gra-
uentur, habeant prę oculis † Tiberij Cæ- 21
ſaris exemplum:is, authore Suetonio,
ab amicis admonitus, vt prouincialibus
augeret vectigalia, reſcripſit: Boni pa-
ſtoris eſſe, tondere pecus, non deglube-
re:hoc eſt, nihil reliqui facere,ſed cutem
detrahere:& Alexander Magnus in ean-
dem ſententiam dixit,ſe olitores odiſſe,
qui

qui radicitùs & ſtirpitùs herbas exciderent,qui ita ſubditos ſpoliarēt, vt ne ſortem relinquerent,& olim legib.12.tabul. patronus,clienti fraudem faciens, ſacer, & ignominioſus erat. Quò pertinēt etiā illud Plautinum in Menæchmo:

Clientes ſibi omnes volunt eſſe multos,boni ne,an mali ſint,
Id haud quæritant,
Res quæritur magis,quàm clientulorum fides.

Qua in re hac noſtra tempeſtate à multis pernicioſè peccatur, qui vel inopes, vel cenſu prodigi,ad ſanguinem vſq; emungunt miſeros ſubditos, eoſq; non aliter
22 atq; beſtias tractār,hoc ſi fiat,probè † Imperator,tanquā omnium ſuperior,& directus dominus, mādatis pœnalibus hāc ſæuitiā, & crudelitatem, etiam ex officio coërcere poteſt, mādando dominis, ſub pœna pecuniaria, vel indignationis ſuæ Cæſareæ maieſtatis, vel Banni,aut amiſſionis iuriſdictionis,& feudi Imperialis, ne iniquè & aliter ſolito ſubditos tractēt, ſed beneuolè cū ijs agant, more antiquitùs recepto,& à maiorib9, veluti per manus ipſis tradito,ad hoc ſunt text. notab. in §.dominorum,Inſt.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.text.in l.1.§.diſpiciamus.& in l.2.§ dominorum.ff.eo.tit. Bal. ibid.nu. 1.tex.in l.1.C.de emend.ſeruo.& in l.fi.C. quēad.ciuilia mune.indicunt. lib.10. tex. ſing in l.cùm ſatis.§.caueat.C. de agrico. & cenſit.lib.11. Zaſ.ſing.reſpon lib.1.cap. 3.nu 82.cū ſeq. vbi omninò vide de operis ſeruorum & earum abuſu. Natta conſil.614.nu 9.& nu.11.vol.3.incip.duę ſunt clauſulæ.Specul.titul.de exacto. nume.3. idem in tit.de denunciat.nu.13. Boër. deciſ.132.per totam.pulchrè Bald. in §.publici latrones,nu.2.de pace tenen. Aluar, ibid.§.quicunq;,nu.1.Rom.conſil.37. nu, 1.incip.Viſo puncto.Guido deciſi.62.per totam. plenè Grammat. deciſi. 104.per totam, quem ad hoc omninò vide. De
23 † mandatis auocatorijs ſub pœna Banni contra graſſantes milites, (gemaine abfoddcrung)vide infrà eod.cap.4.

CAPVT III.

Quandò ad pœnam mandati de non offendendo agi poſſit.

SVMMARIA.

1 *Mandata de non offendendo futuram offenſionem concernunt.*
2 *Verba futuri temporis nihil diſponunt.*
3 *Citatio ſuper fracta pace quando decernenda poſt obtentum mandatum de non offendendo.*
4 *Violentia quinque modis infertur.*
5 *Spoliatus vi compulſiua ante omnia non reſtituitur. Ratio iſtius,ibid.*
6 *Mandata de non offendendo nullius ſunt præiudicij.*
7 *Metu pœnarum homines in officio retinentur.*
8 *Pœna & præmio Reſpublicà in officio continentur.*
9 *Mandata de non offendendo fauore digna ſunt.*
10 *Remedium poſt vulneratam cauſam quærere.*
11 *Princeps pacem publicam tueri debet.*
12 *Principis ſimulachrum quale fuerit apud Aegyptios.*
13 *Principis officium eſt, facere iudicium & iuſtitiam, & defendere pupillos & viduas.*
14 *Cæſar immediatè cognoſcere poteſt in cauſis viduarum,pupillorum,&c.*
15 *Iuſtitia eſt finis legis,lex officium principis.*
16 *Pœnam de non offendendo committit,qui prior contra tranſactionem alterum offendit.*
Iuramentum non eſt obligatorium, ſi fides iuranti non ſeruatur,ibid.
Societas diſſoluitur, ſi promiſſa non ſeruentur,ibid.
17 *Si plures promittant non offendere, an vno offendente omnes teneantur.*
18 *Hæredes promiſſoris an teneantur in ſolidum,ſi vnus hæredum contrauenerit promiſſioni.*
19 *In prætorijs ſtipulationibus pœna non committitur contra omnes hæredes.*

MAndata † de non offendēdo futuram offenſionem, nō autem præteritam concernunt, vtputà, quando quis certis indicijs & rumoribus violentiam publicàm iuſtè metuit, ſicut prox pręceden.cap.dictum eſt Proinde ad pœnam banni,mandato de non offendendo inſertam, aliter agi non poteſt,niſi poſt inſinuatum mandatum vis publica inferatur. Bart.in l.Illicitas.§.ne potentiores, nume.9 ff. de offic.præſid. 1
Verba † enim futuri temporis regulariter nihil diſponunt, per text. in l. Titia cum teſtamento. ff. de leg. 2. Bald. in l. verbum.C.de fideicomm.num.1. & in l. ſi creditoris,num.2.C.eo.titu.Barto.in l. cùm iudex,num.6.C.de ſentent. & interloc.om.iud.Ergò violentia quæ ſequitur mandatum,non quę pręceſſit conſideratur: & ſi quidem noua illa violentia, vel inuaſio rei alienæ, qualificata ſit ſuper 2
† fracta pace,iam citatio ſuper nouo illo facto,contra offendentem, ad vidēdum incidiſſe ſe in pœnas mādati de non offendendo prius emanati, ſcilicet banni Imperialis decerni debet: ſin minus,hoc eſt,ſi 3

eſt, ſi qualitates fractæ pacis in hoc facto
violento deſint, videlicet vis publica, ar-
mata manus, & dolus ex propoſito, vt in-
frà eod. cap. 17. dicam, tunc petita citatio,
deficiente iuriſdictione, quæ ex ſola fra-
ctæ pacis qualitate fundatur, denegari, &
offenſus ſuper commiſſa publica, vel pri
uata violentia, iudicem competentem
adire, & ad pœnas iuris communis agere
debet. Quinq; † aũt violentiarum gene-
4 ra enumerantur per Dd. & maximè Bar.
poſt gloſſ. in l. extat. num. 3. ff. quod met.
cauſ. & in l. ſi quis in rantam. C. vnde vi.
vtputà, expulſiuà, turbatiua, inquietati-
ua, ablatiua, & compulſiua, vt pulchrè
explicat Bartol. in d. l. extat, vbi omninò
5 vide. In † vi expulſiua obtinet regula, ſpo-
liatus ante omnia reſtituendus: ſecùs in
compulſiua, quandò quis metu compul-
ſus poſſeſſionem tradere, quia tunc com
petit actio quod met⁹ cauſa, tex. in l. me-
tum, §. idem ait, verſ. ſed & ſi per vim. ff.
de eo quod met. cau. tex. in l. ſi mulier. §.
qui poſſeſſionem. ff. eod. tit. & non inter-
dictum recuperãdæ poſſeſſionis, per text.
expreſſum in l. ſi rerum. ff. de vi & vi ar-
ma. glo. ibid. In verbo, Inducere. Bart. nu.
1. & Dd. communiter ibid. Bart in l. 2. nu.
12. C. quod met. cauſ. Pariſ. conſ. 1. nu. 176.
vol. 1. Menoch. In tract. recuper. poſſeſſ.
in primo remedio, nu. 102. cum ſequ. vbi
diuerſas opiniones refert. Alex. in l. na-
turaliter. §. nihil commune, nu. 18. ff. de
acquir. poſſeſſ. Ripa nu. 74. Zaſ. num. 54.
Socin. ſenior conſ. 59. nu. 5. vol. 3. incip. in
cauſa. Curt. iun. conſi. 335. num. 63. volu. 3.
incip. circa præmiſſam. Multum autem
intereſt an agi poſſit ex violentia ſpolij
vel actione quod metus cauſa, vti decla-
rat Menoch. loco citato. Bart. & Dd. vbi
ſupr. Cùm igitur mandata de non offen-
6 dendo † nullius ſint præiudicij, iudex in
decernendo non debet admodum diffi-
cilis eſſe: maximè ſi petantur contra ta-
les perſonas, quæ iniquè minari, & mi-
nas ſuas facilè executioni mandare con-
ſueuerunt, cuius rei diſquiſitio iudicis
eſt, tex. in l. 3. ff. ex quib. cauſ. maio. & per
iura ſupr. prox. cap. allegata. Quæ fit in-
iuria ei, cui ab Imperatore, vel eius vice à
Camera Imperiali mandatur, ne alteri
iniquè vim faciat, ne contra conſtitutio-
nes Imperij ſceleratè arma ſumat: ne pa-
cem publicam nefariè violet: & quod ſi-
bi deberi putauerit, iure repoſcat, d. l. ex-
tat, & d. l. ſi quis in tantam. Sæpè etiam
huiuſmodi mandatis multi † metu pœ- 7
næ in officio retinentur, qui aliàs ruptis
iuſtitiæ habenis, nihil penſi habentes,
fronte perfricta, omnia pro ſua libidine
per fas atque nefas attentarent, ſacraque
prophanis miſcerent Vulgatum eſt:

Oderunt peccare boni virtutis amore,
Tu nihil admittes in te formidine pœna. Horat. lib. 1. epiſto. ad Quintium.

Nàm effrænata cupiditas, ſui prodiga,
pacis æmula, mater litium, materia iur-
giorum, ita ſine freno temperantiæ ex-
arſit in vitia, vt niſi iuſtitia reſtenaret
exceſſus, concordia hominum exularet
à mundo: Proindè lex prodita eſt, vt ap-
petitus noxius iuris regulis conſtringa-
tur, per quam genus humanum, vt hone-
ſtè viuat, alterum non lædat: ius ſuum
vnicuiq; tribuat, informatur: hæc enim
ſunt iuris præcepta. ita text. elegans in §.
Rex pacificus, in proœmio Decret. Bald.
ibid. nume. 2. Ad idem ſunt tex. not. in c.
1. & in c. factæ ſunt autem leges, diſtinct.
4. tex. in c. 1. de homicid. in 6. tex. in l. 1. ff.
de iuſt. & iur. tex. in l. 1. C. ad l. Iul. repet.
& in l. quoniam. C. ad l. Fauiam. de Pla-
gia. duabus enim † potiſſimum rebus Re- 8
ſpublicas cõtineri etiam Philoſophi ex-
iſtimarunt, pœna ſcilicet & præmio, fa-
cit text. in l. & virtutum. C. de ſtatutis, &
imaginib. & Gellius lib. Noctium Attic.
lib. 20. cap. 1. præclarè ſcribit, acerbitatem
plerunq; vlciſcendi maleficij, bene atque
cautè viuẽdi diſciplinam eſſe. Quinimò
huiuſmodi † mandata de non offenden 9
do, quia ad pacem publicam conſeruan-
dam ſpectãt, fauore digna ſunt, maximè
initio quandò decernũtur: quia malitijs
hominum maturè occurritur, & latenti
malo, ne in deterius & apertam hoſtili-
tatem perniciosè erumpat, tempori re-
medium adhibetur: Et † melius eſt, in 10
tempore occurrere, quàm poſt exitum
vindicare, text. in l. 1 C. quandò lice. vni-
cuiq; ſine iud. ſe vindic. & iura intacta ſer-
uare, quàm poſt vulneratam cauſam re-
medium quærere, text. in l. fin. C. in quib.
cauſ. reſt. in in integ. neceſſ. non eſt. Prin-
cipijs enim obſtandum, nam

Serò medicina paratur,
Cùm mala per longas inualuere moras. Ouid. lib. remedio amoris.

Item:

Helleborum fruſtra, cùm iam cutis ægra tumebit,
Poſcentes videas, venienti occurrite morbo. Perſius Satyr. 3.

Es

11 Et maieſtati † ſummi principis omnium
maximè cõuenit curare, vt pax in Impe-
tio conſeruetur illæſa, tex. in l. nam ſalu-
tem. ff. de offic. pręfect. vig. & in c. 1. de
proh. feud. alien. per Fredetic. tex. in §. 1.
in Auth. de armis. & non ſolùm mala &
ſcãdala, ſed etiam occaſiones malorum
& ſcandalorum è medio tollantur, text.
In l. illicitas. §. potentiores. ff. de offic. pręſid. & in l. dennnciamus, C. de his qui ad
eccleſ. confug. & in l. æquiſſimum, ff. de
vſufruct. cum ſimilibus. Aduigilare igi-
tur, & gemina fronte debet eſſe bonus
princeps, inſtar Iani antiquiſſimi Italiæ
Regis, vt præterita noſcat, & futura pro-
ſpiciat: hoc enim ad principis prudenti-
am ſolertiamq́ue pertinet: nam ex pręte-
ritis & præſentibus futura metiẽda ſunt,
& in minutis vigilandum, ne paulatim
incidamus in maxima incõmoda, quia
res initio puſillę creſcunt in maius. Vn-
de prouerbio dicitur, minutulam pluui-
am Imbrem facere, ad quod pulchrè al-
ludit Plautus in Menechmo:

Nunc in te cadunt folia, pòſt cadent arbores.

12 Aegyptij † ſimulachrum principis ita rè-
pręſentabant, vt oculum pingerent cum
ſceptro, indicantes, quod oculus in cor-
pore, id verus princeps eſſet in Republi-
ca: quod ſol in cœlo, id princeps in po-
pulo: Sol oculus mundi, princeps oculus
multitudinis: quod animus in homine,
id princeps in ciuitate: animus ſapit, cor-
pus obtemperat. Denique Dei moderan
tis vniuerſa, ſalutaris princeps viuã ima-
13 ginem refert. Proprium † autem officiũ
principis eſt, facere iudicium, atque iuſti-
tiam, & liberare de manu calumniantiũ
vi oppreſſos: peregrinis, pupillis, & vidu-
is, qui facilius opprimuntur à potẽtibus,
præbere auxilium, vt legitur prolixiùs
apud Hieremiam cap. 7. & ex Hieron. In
c. Regum 23. q. 5. c. adminiſtratores. ibid.
l. vnica. C. quando Imper. int. pupil. & vi-
duas vel alias miſera. perſo. cognoſcit, &
ideò in cauſis viduarum, pupillorum, &
aliarum miſerabilium perſonarum Cæ-
14 ſar † immediatè cognoſcere poteſt, text.
in d. l. vnica, vide ſup. Obſer. 1. lib. 1. Plutar
15 chus ſcribit, iuſtitiam † eſſe finem legis,
legem autem officium eſſe principis: at
principem imaginem eſſe Dei, omnia re-
ctè conſtituentis & diſponẽtis. Illud obi-
ter in materia de non offendendo obſer
uandum, quòd † ſi duo inimici faciant 16
inter ſe pacem ſub pœna de non offen-
dendo, & vnus eorum poſteà iterum al-
terum offendat, quòd offendens Incidat
in pœnam: ſed offenſus impunè ſe de-
fendere queat, Specu. in titu. de treuga &
pace, In princip. Bartol. in l. cùm pater. §.
libertis. num. 7. ff. de leg. 2. & In l. 1. §. cùm
arietes. numer. 2. ff. ſi quadru. paup. feciſſ.
dica. Bald. Salic. & Caſtr. in l. qui fidem.
ff. de tranſact. Iulius Clarus in prac. crim.
§. fi. quęſt. 47. nu. 10. Iaſ. in l. cùm propo-
nas, la. 2. num. 7. C. de pact. per illum text.
vbi gloſſ. in verbo, vti. & Dd. notãt, quòd
fidem frangenti, non ſit ſeruanda fides,
iuxta illud:

Fallere fallentem, fraudemq́, repellere fraude,
Exemploq́, licet ludere quenque ſuo.

gloſſ. notab. in e. 1. §. fin. In verbo, vtilita-
tem, de noua form. fidelit. Bal. ibid. nu. 5.
Afflict. nu. 9. vbi dicunt, quod iuramentũ
non ſit obligatorium, ſi iuranti fides nõ
ſeruetur, eò quod iuramento tacita inſit
conditio, quatenùs placita ſeruẽtur, text.
in c. quemadmodum, & in c. peruenit ad
nos, de iureiur. Et conuentio de non ſol-
uenda ſocietate intra certũ tempus, in-
telligitur ſi promiſſa ſeruentur, text. in l.
ſi conuenerit. ff. pro ſocio. Bar. ibid. nu. 1.
tex. in l. quęro, §. inter locatorẽ. ff. locati.
Sed † quid ſi plures promiſerint non of- 17
fendere ſub pœna, & poſteà vnus eorum
offendat, an contra omnes pœna com-
mittatur? Dicendum quòd non, quia fa-
ctum vnius ſocij, non nocet alteri, quan-
dò ex conuentione ſunt principales ſo-
cij, etiam in rebus indiuiduis, text. in l. de
pupillo. §. ſi pluriũ. ff. de noui oper. nunt.
Zaſ. in l. 4. §. Cato. ff. de verbor. oblig. vbi
Iaſ. & communiter Dd. & ſic obſeruan-
dum quòd in ſtipulatione non offenden
di, vno offendente, alij non teneantur.
Zaſ. eleganter in d. §. Cato, nu. 27. & num.
44. Aliud † eſt, ſi fiat promiſſio de non 18
offendendo per ſe, neque per ſuos hęre-
des: quo caſu mortuo promiſſore, ſi vnus
hęredum contraueniat, omnes tenebun
tur, & tota pœna committetur contra
omnes pro portione hæreditaria, de qua
materia vide poſt Bart. plenè Iaſ. in d. §.
Cato, nu. 8. & nu. 54. cum ſeq. text. in l. 2. §.
item ſi in facto. ff. de verbo. oblig. quia in
factis indiuiduis non poteſt niſi in ſoli-
dum peccari, text. in d. §. Cato. Sed ne co-

hęredes nõ contra facientes iniquè damnum ſentiant ex culpa alterius, familiæ herciſ. iudicio quod præſtiterunt repetere poſſunt, text. in d. §. item ſi in facto, & in l. inter. §. quod ex facto. & in l. hęredes.
19 §. in illa. ff. famil. herciſc. In prętorijs † tamen ſtipulationibus indiuiduis, pœna non committitur contra omnes hæredes, ſed tantùm contra eum, qui promiſſa non ſeruat, idque pro ſua parte hæreditaria, vt latius declarat Iaſ. in d. §. Cato, nu. 55. & in l. ſtipulationum, num. 8. ff. de verb. oblig. vbi omninò vide, quia materia diuidui & indiuidui intricata eſt, & latiſſimè patet.

CAPVT IIII.

De mandatis auocatorijs contra duces belli illiciti, & tumultuarios milites.

SVMMARIA.

1 *Mandata auocatoria contra duces & milites ſub pœna banni decernuntur, vt à militia deſiſtant.*
2 *Mandata auocatoria Cæſar vel vice eius Camera Imperialis concedit.*
3 *Ad bannum procedatur contra inobedientes duces belli.*
4 *Bella ſine ſcitu Imperatoris moueri non debent.*
5 *Aliàs committitur crimen læſæ maieſtatis.*
6 *Bellum mouere ſoli Principi conceſſum eſt.*
7 *Hoſtes qui dicantur.*
8 *Poſtliminium ceſſat in bello illicito.*
9 *Romanus populus lege Regia omnem poteſtatem in principem tranſtulit.*
10 *Vaſallus an dominum in bello illicito adiuuare teneatur.*
11 *Fides ad facinora non extenditur.*
Impia eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur, & in malis promiſſis fides reſcindenda eſt, ibid.
12 *Subditi in rebus illicitis dominis obedire non debent.*
13 *Neceſſitas parendi pœnam minuit.*
14 *Mithridatis exemplum de occiſo domino & ſeruatis ſeruis.*
Parentibus an in omnibus parendum, ibid.
15 *Milites militiæ ſacramentum non excuſat à bello illicito.*
16 *Iuramenta contra pacem publicam præſtita nulla ſunt ipſo iure.*
17 *Milites auocati, ſi militare pergant, banniri debent.*
18 *Probatoria militaris quid ſit.*
19 *Bellum geritur vt pax acquiratur.*
20 *Bellum iure diuino non eſt prohibitum.*
21 *Pacem habere voluntatis eſt, bellum debet eſſe neceſſitatis.*
22 *Solennitas aſſumendi milites.*
23 *Bucellatum militare quid ſit, item ſtigmata & ſaleganum.*
Militiæ genera olim tria erant, ibid.
24 *Militaris diſciplinæ præſcripta antiqua.*
25 *Tribunorum militum officium.*
26 *Ducis mandata in bello accuratè obſeruanda.*
27 *Manlius Torquatus filium victorem propter inobedientiam occidit.*
28 *Aeneæ præceptum, vt milites ſe abſente non militarent.*
29 *Capitaneo Ducis mandato propter nouam ſuperuenientem cauſam non obtemperanti parcendum.*
30 *Mandati fines quandò Oratores, Legati, Commiſſarij excedere poſſint.*
31 *Cautela pro Oratoribus Commiſſarijs, &c.*
Clauſula cõmittimus prudentiæ, vel diſcretioni aut voluntati tuæ, quid importet, ibid.
32 *Epaminondas vigilem dormientem occidit.*
33 *Militaris diſciplina noſtri temporis qualis ſit.*
34 *Germanicæ libertatis iniqua iactatio.*
35 *Contemptores mãdatorum Cæſaris Deum vltorem habebunt.*
36 *Milites vagabundi & palantes qua pœna afficiantur.*
37 *Bannum ſine ſententia declaratoria quibus irrogetur*
38 *Milites pagatim graſſantes quomodo coërcendi.*
39 *Depopulatores agrorum & deſertores militiæ, item aggreſſores impunè occidere licet.*
40 *Bellum quando dicatur licitum.*
41 *Belli iuſti definitio.*
Deteſtatio quid ſit, ibid.
42 *Feciales apud Romanos bellum denunciabant.*
43 *Pax iniuſta bello iuſtiſſimo præferenda.*
44 *Pacis & induciarum differentia.*
45 *Pax an dicatur rumpi, ſi ex noua cauſa fiat offenſio.*
Tranſactioni vel ſententiæ, ex noua cauſa contrauenire poſſumus, ibid.
46 *Induciæ an ex noua cauſa rumpi poſſint.*

EX cõſtitutione pacis publicę diui Imperatoris Caroli V. ſub tit. Von Mandaten des Camergerichts/wider die Fridbrecher/ & Ordinat. par. 2. tit. 9. §. Vnd ob ſich/cum §. ſequen.
in Camera Imperiali mandata † auoca- 1
toria cõtra eos decernuntur, qui ex quacunque cauſa ad offenſionem alterius delictum militum agunt, quib⁹ ſine clauſula iuſtificaroria, ſub pœna Banni, & amiſſionis omnium beneficiorum & priuilegiorum, non ſolùm duci, & authori exercitus, vt militem veſtigio temporis dimittant, ſed etiam ipſis tumultuatijs & gregarijs militibus, ne prece vel precio militent, ſeriò præcipitur, eaq; mandata auocatoria (gemaine abfoddorung) per

per nuncios Camerȩ Imperialis vtriſque
ritè inſinuantur. facit text. in l.1.& in l.3.
ff.ad l.Iul. maieſt.cum alijs iuribus infrà
2 allegatis. Poſſunt autem † talia mandata
etiam ex aula Cæſariæ maieſtatis dari, &
miſſio Fœciali,(Heroldt) ducibus & mi-
litibus intimari, idque plerunque fieri ſo
let: vtrobique verò pacis publicæ conſer-
uandæ, & publicorum ſcandalorum eui-
tandi gratia, vel ex officio decernuntur,
vel parte alterutra petente, meritò con-
ceduntur. De mandatis auocatorijs facit
Modeſtinus I.C. mentionem in l.deſer-
torem,§.fiual.ff.de re milit. Cùm multi,
inquit, milites in aliquod flagitium con-
ſpirent, vel ſi legio deficiat, auocari mili-
tia ſolet. Cicero pro Sexto Roſcio, auo-
care à prælijs, & Plinius Iun. à ſignis mi-
3 lites auocate dixerunt. Iſtis † mandatis
auocatorijs, ſi poſt factam inſinuatio-
nem pareatur, benè eſt: ſin minus, ad pœ-
nam Banni, aliaſque iuris communis
pœnas, tam contra duces belli, quàm ip-
ſos milites proceditur, & interim vis vi
repellitur, implorato ad hoc ſubſidio, &
auxilio vicinorum principum, & præſi-
dũ illius ptouinciȩ, vbi bellum geritur,
(deſſelbigen Kraiß Obriſten) ſecundùm
diſpoſitionem & formam Ordinationis
executionis à Diuo Ferdinando Impera-
tore in Comitijs Auguſtanis Anno 55.
communi Statuum conſenſu editam.
Ratio verò cur mandata iſta ſine clauſu-
la decernantur, in promptu eſt: quia hu-
iuſmodi bella ipſo iure illicita & repro-
bata ſunt: & ideò valere præceptum, &
ab executione incipi poſſe notũ eſt, text.
in l. 1. & in l.4.§. illud videamus. ff.de fi-
deicommiſſ.libertatib. vide ſuprà cap.2.
4 nume.16.plura allegata. Omnia autem †
bella, quæ iniuſſu ſummi Principis, putà
Imperatoris, vel ſine eius ſcientia & li-
centia geruntur, priuata quadam vindi-
cta, iniuſta & reprobata ſunt, per tex. in l.
3.ff.ad l.Iul.maieſt.ibi, qui iniuſſu ptinci-
pis bellum geſſerit, text.in l.neminem.C.
de re milit.libr.12.& in l.3.C. de agentib.
in reb.cod.libr.tex.in l.vnic.C. vt armo.
vſus inſcio principe interdict.ſi.glo.ibid.
in verb.mouendorum.lib.11.& ibid.pro-
lixè etiam Lucas de Penna, tex.in §.1.Au-
then. vt neq; miles, neq; fœderatus, & in
§.1.Auth.de armis, Innoc.in c.olim, el.t.
nu.8.de reſtit.ſpol.& in c.ſicut.num.5. de
iureiur. Bartol. in l.hoſtes, num.14.ff.de
capt. & poſtlim. reuerſ. Afflict. in c.1.§.
bona committentium, num.81.titul.quæ
ſint regal.præclarè Iacob.de S.Georg. de
feud. in verbo, & promiſerunt, nume.9.
cum ſequ. Gigas in tracta. de crim. læſæ
maieſt.lib.1.titul.1.quæſtio.31.& quæſt.53.
Ordin.par.2. tit. 15. ibi, Auß der Kayſerli-
chen Maieſtat/ oder vnſerm zugeben vnnd
erlaubnuß.& in receſſu Auguſtano, de an-
no 55.§.Wo ſich aber/cum §.ſequen. Imò
in † crimen læſæ maieſtatis incidit, qui 5
bellum in Imperio ſine Cæſaris licentia
mouet, tex.in d.l.3.ff.ad l.Iul.maieſt.quia
vſurpat ſibi ea quæ ſunt † ſolius princi- 6
pis: nam mouere bellum, ad ſolùm prin-
cipem ſummũ, putà Imperatorem perti-
net, vt notant plenè Dd.in l.ex hoc iure
gentium.ff.de iuſtit.& iur.gloſſ. in d.l.v-
nic.C.vt armor.vſus.&c.libr.11.& text.in
d.l.3.ff.ad l.Iul.maieſt.Inno.in d.c.olim.
1.& in d.c.ſicut.Bart.in d.l.hoſtes.Iacob.
de S.Georgio loco citato, num.10.Gigas
d.quæſtio.31.& d.quæſt.53. Vlpianus ho-
ſtes † definit, quibus bellum publicè po- 7
pulus Romanus decreuit, vel ipſi popu-
lo Romano: cæteros latrunculos, & la-
trones appellat, d.l.hoſtes.& l.hoſtes, ff.
de verb.ſignific.Bal.in c.1.hic finitur lex,
numer. 6. vbi dicit, iniuſta bella nihil a-
liud eſſe quàm lattocinia, quo fit, vt ca-
pti à † talibus hoſtibus ſerui non effician 8
tur, nec poſtliminio opus habeant, text.
in l.poſtliminium.§.à piratis. ff. de cap.
& poſtli.reuer.& in d.l.hoſtes, ff.eod. tit.
At quoniam † populus Romanus lege 9
Regia omnem poteſtatem in Principem
transfudit, tex.in l.1.ff.de conſti.princ.&
in l.2.§.nouiſſimè, ff.de orig.iu.Zaſ. ibid.
in verb.datum.Bar.in d.l.hoſtes, neceſſa-
riò ſequitur bellum nõ poſſe indici, niſi
à principe Romano, in quem populus
Romanus & ſtatus Imperij omnem po-
teſtatem tranſtulerunt. Et ideò caueant
ſibi inferiores à ſummo principe, ne in-
conſulto Cæſare, alteri ob priuatam vin-
dictam, vel dominandi libidinem, bel-
lum inferant, quia in læſæ pacis publicæ,
nec non maieſtatis crimen inciderent,
per iura allegata. Milites † verò vaſallos, 10
iuramenti religio, quo ducibus belli ex
pacto beneficij, vel feudi ratione deuin-
cti ſunt: minimȩ excuſat, quia dominũ
bellum illicitum mouentem ſequi non

tenentur,per text.in d.c.1. hic finitũt lex.
Bald.pulchrè ibid.nu.5. & communiter
11 Feudiſtæ. nam † fides ad facinora nõ ex-
renditur,tex.in l.iuriſgẽtium.§.ſi ob ma-
leficium.ff.de pact.item in re turpi nulla
contrahitur obligatio,tex.in § illud. In-
ſtitut.mand.& in l.ſi remunerandi:§.rei
turpis,& in l.ſi mandauero.§.qui ædem.
ff.eod. titul.Barto.ibid.nu.1.Iacob.de S.
Georgio in d.verbo,& promiſerunt,nu.
6.Innoc.in d.c.olim.1. num.1.tex.in c.in
malis.de reg.iur.in 6.& in c.in malis, 22.
quæſt.4. vbi tex.inquit, in malis promiſ-
ſis reſcinde fidem . in turpi voto muta
decretum, quod incautè vouiſti, ne faci-
as.Impia eſt promiſſio,quę ſcelere adim-
pletur.Item quę ad turpem cauſam ſe re-
ferunt, non oportet ad effectum perdu-
ci,text. in l. Quintus Mutius.in fin. ff. de
annu.leg.Bald.in d.c.1.hic finitur lex.vbi
omnino vide. Et in ſcelere præſtare pa-
trocinium defenſionis,eſt legibus & ipſi
naturę contrarium, text.in l. per omnes.
C.de defenſo.ciuit. Bald. vbi ſuprà. facit
text. in c.1.de forma fidelitatis: vbi inter
cętera requiſita iuramenti fidelitatis,ho-
12 neſti qualitas recenſetur. Idem in † ſub-
ditis ad talem militiam iure ſubiectio-
nis vocatis,obtinet:nam mandatum ſu-
perioris in delictis non excuſat,& obedi-
entia in delictis inofficioſa,& iure repro-
bata eſt, tex.in l.fi.§.fi.in fi.ff.de bo.dam.
tex. in l.ſeruus.ff.de act.&obl.tex.not in
l.ſed & ſi vnius.§.ſi iuſſu domini,ff.de in-
in.tex.in c.fi.15 q.6.& in l.fi. §.fi.ff. de bo.
damnat.Tiraq.in tracta.de pœnis, cauſa
34.per totam,vbi plura allegat.idque ma
ximè in grauioribus delictis obtinet, per
13 iura allegata : etſi nonnunquàm † venia
digni,vel mitius puniendi ſint, text.in l.
ſeruos,C.ad l.Iul.de vi public.Bald. ibid.
nu.1. Similiter Salic.nu.3. idem plenè in
l.non ideò minus.nume.9. C.de accuſar.
Dec.in l. velle non creditur. ff. de regul.
iur.Iulius Clar.in pract.crim.§.fin. nu.15.
cum ſequen. Tiraqu.loco citato,num.3.
14 & num.6. vbi refert ex † Appiano Ale-
xandrino, de bello Mithridatico exem-
plum de ipſo Mithridate,qui Attilium,
quòd ei inſidias ſtruxiſſet: ſupplicio affe-
cit, ſeruos verò eius impunitos eſſe vo-
luit,ob parendi neceſſitatem. An autem
parentibus in omnibus ſit parẽdum, vi-
de diſputationem Gellij libro 2. cap. 7.
vbi pulchrè concludit, honeſta facien-
da etiam ſine Imperio parẽtum: ſed quæ
his contraria,quæque turpia,& omninò
iniqua ſunt,ea ne ſi imperent quidẽ: quæ
verò in medio ſunt, & à Græcis ἀδιάφορα,
tum μέσα appellantur,vt in militiam ire,
rus colere, vxorem ducere, honores ca-
peſſere, & cauſas defendere, in ijs paren-
tibus parendum eſſe, niſi accedente ali-
quo turpitudinis numero, deſinant eſſe
media & indifferẽtia,veluti ſi imperent
parentes vxorem ducere infamem, pro-
pudioſam,criminoſam, aut pro reo Ca-
tilina aliquo cauſam dicere. Quod ad † 15
gregarios,& mercede conductos milites
attinet, nullam ipſis excuſationem præ-
ſtat militię ſacramentum:quòd in verba
ducum iurârint,& ideò ſine turpitudinis
nota diſcedere nequeant,quia non iura-
menta,ſed periuria potiùs dicenda ſunt,
quæ cum interitu ſalutis æternæ ſeruan-
tur,& ad ſeditionem,concuſſiones,rapi-
nas, latrocinia & ſcandala publica ſpe-
ctant,atque contra pacem publicam ne-
fariè præſtantur, text notab.in c.1.de his
quæ fiunt à maio.parte capit. & in d.c.in
malis.22.q.4.& in c.ſicut, de iureiur. tex.
in c.1.§.quia verò, eod.titul.libr.6.c.non
eſt obligatorium, de reg.iur.libr.6.d.l.ſi
mandauero.§.ædem. Iuramenta † om- 16
nia, quæ in deteriorem exitum cedunt,
quæ exemplo pernicioſa ſunt , quæ ad
multorum cladem pertinent, adeò ipſo
iure reprobata ſunt,vt ne abſolutionem
requirant,& ſine metu periurij licitè con
temni poſſint.text. in c.quanto, de iure-
iur. & ibid. Canoniſt.Panor. præclarè in
c.cùm contingat,nu.5.& nu.22.cum ſeq.
eod.titul.& in c.ſi diligenti,nu.7.de for.
compet.pleniſſimè verò quæſt.22.nu.21.
Bart.in l.ſi quis pro eo,nu.9.ff.de fideiuſ-
ſorib.Eſt enim nonnunquàm inofficio-
ſum ſeruare iuramentum:exemplum de
Herode,qui iurauit, quod quicquid peti-
tura eſſet, daret filiæ Herodiadis: necem
Iohannis præſtauit,ne promiſſum nega-
ret. Matth. cap.14. c.eſt etiam.22.q.4.ex
S.Ambroſ.de off.lib.1.tex.in c. vnuſquiſ-
que 22.q.4.vbi dicitur, Herodem præmi-
um quod turpiter ſaltatrici promiſit,
crudeliter ſoluiſſe, & melius periurium
ſacramento fuiſſe. Et Dauid mortem
Nabal iurauit: ſed laudatur, quòd ma-
luerit non facere quod iurauerat, quàm
iura-

iurationem ſuam hominis fuſo ſangui-
ne adimplere : iniquè quidem fecerat,
quod iurauit, ſed ex duobus malis mini-
mum elegit, vt legitur Reg.1.cap.15. & in
c.quod Dauid,cum ſequ.22.q.4. vbi om-
ninò vide per totum, de iuramentis illi-
citis non ſeruandis. & teſte Diuo Am-
broſio d.libr.1.Offic. tolerabilius eſt in-
honeſtè promiſſum non ſeruare, quàm
facere, quod turpe eſt.d. c. vnuſquiſque,
ex Ambroſ. loco citato. Cicero quoque
libr.1.& 3.Officio. docet promiſſis quan-
doq; non eſſe ſtandum,& honeſta, com-
mutata vtilitate fieri non honeſta: & iu-
ramentum illicitum non ſeruare, nullũ
eſſe periurium.Et hęc omnium maximè
17 obtinent, poſtquàm † milites de volun-
tate,interdicto,& præcepto Imperatoris
per emiſſa mandata auocatoria ſub pœ-
na Banni certiores facti ſunt, ita vt nul-
lam ignorantiam prætexere queant, tex.
in l.capitulum,§.ſolent qnidam,ff.de pœ
nis,ibi,à præſide admoniti:nam ſi poſteà
contra interdictum Cæſaris, & factam
inhibitionem turpiter & illicitè milita-
re pergant, iam vel ex hac ſola contuma
cia ꝑduellionis Rei facti ſunt, & tanquã
hoſtes Imperij meritò proſcribuntur, &
in Bannum declarantur,text.d. Authen.
vt neque miles,neq; fœderatus.§.ſint igi-
tur.& in d.l.3.ff. ad l.Iul.maieſt. text.in l.
nemo miles.C.de re milit.lib 12.vbi prę-
cipitur militibus,ne aliena obſequia ſine
nutu principali peragãt. & in d.l. nemi-
nem.C.eod.tit. vbi dicitur, quòd hi tan-
tùm in numeris, vel militijs militẽt, qui
à noſtra diuinitate ꝓbatorias cõſequun-
18 tur. Probatoria † ſignificat atteſtatio-
nem illam, qua qui in ordinem aliquem
adſciſcitur, idoneus & probatus renun-
ciatur,tex.in l.3.§.fi.C.de agentib. in reb.
lib.12.Militaris diſciplina maioribus nõ
ſtris antiquior fuit liberorum charitate,
vt inquit I.C.in d.l.poſtliminium. §. fili-
us.ff.de capt.& poſtl.reuer. vtputà, quòd
in eius ſinu & tutela ſerenus trãquillusq;
beatæ pacis ſtatus conquieſcat, vt inquit
Valer.Maxim.de militari diſciplina lib.
2.cap.2. & Quintilia.in milite Mariano,
facit text.in §.1.quomodò in læſ. maieſt.
19 crim.proced. in extranag. nam † bellum
licitum ideò geritur, vt pax acquiratur,
vt præclarè teſtatur S. Auguſtinus ad Bo-
nifacium epiſt. 1. Sicut legitur in c. noli.
23.quæſt. 1. cuius verba, quia ſingularia,
hic adſcribam. Noli exiſtimare,inquit,
neminem † DEO placere poſſe, qui ar- 20
mis bellicis miniſtrat:In his erat ſanctus
Dauid, cui Dominus tam magnum per-
hibuit teſtimonium. In his etiam pluri-
mi illius temporis iuſti. In his erat ſan-
ctus ille Centurio, qui Domino dixit:
Nõ ſum dignus, vt intres in tectum me-
um:Et paulò pòſt:Pacem † habere volun 21
tatis eſt:bellum autem debet eſſe neceſſi-
tatis,vt liberet Deus à neceſſitate & con-
ſeruet in pace. Non enim pax quæritur,
vt bellum exerceatur : ſed bellum geri-
tur,vt pax acquiratur.Cicero quoque lib.
1. Offic. ſcribit, Bella eam ob cauſam ſu-
ſcipienda eſſe, vt ſine iniuria in pace vi-
uamus. & eodem libro: Bellum,inquit,
ita ſuſcipiatur, vt nihil aliud quàm pax
quæſita videatur.In aſſumendis † militi- 22
bus olim certa ſolennitas, certuſque or-
do & delectus habebatur, de quibus ſo-
lennitatibus vide tex.in l.ſtigmata. C.de
fabricenſib.libr.11.& gloſ.in l. penultim.
in verbo,periculo.ff.ex quib.cauſ. maio-
res.vbi militiæ requiſita recenſet, & ple-
nius Specul.titul. de procuratore.§.1. nu.
21.vbi omninò vide. Dd.ad §.1.Inſtitut.
de teſtamen.milit.Socin.ſenior conſi.33.
nume.4.volum.3. circa præſentem con-
ſultationem.Zaſ.conſil.6.nume.16. cum
ſequen.volum.1.incip.Cùm nobilis. Sti-
gmata † eorum brachijs infigebantur,vt 23
hoc pacto latitantes agnoſcerentur, tex.
in d.l.ſtigmata.Stigmata erant notę pub-
licæ,quibus recepti ſignabãtur. Vegetius:
punctis ſignorum ſcribendus tyro. & a-
lio loco, victuris in cute punctis milites
ſcripti. Vide Cuiacium ad d.l.ſtigmata.
Bucellato vtebantur, quod erat genus pa
nis bis cocti,& expeditionalis annona di-
cebatur,tex.notab.in l.1.C.de erog.milit.
anno.lib.12. tranſeuntes per prouincias,
nullam prouincialibus moleſtiã adferre
audebant, ſed ſalgamo contenti eſſe de-
bebant,quo nomine ſignificabantur her
bæ conditæ,veluti enula,Braſſica,beta,&
quæ ad victum ex ſale in vaſis continen-
tur,ſi huius nominis obtentu, aliud exi-
gerent,veluti culcitras,ligna,oleum,pœ-
na in eos ſtatuebatur, tex.in l.vnica.C.de
ſalgamo hoſpitib.non præbendo,lib. 12.
Veſtium canonem ex publico habebant,
tot.tit.C.de mili.veſte.lib.12. Tria autem

genera militiæ olim fuerunt, ſacramen-
tum, quę legitima erat militia: tumultus,
& euocatio, vt ex Seruio in octauum Ae-
neidos refert Budæus ad l.1.§.1.ff.depoſit.
quem ad hoc omninò vide, & eundem
de imaginaria militia ad l.qui cum vno.
24 §.grauius.ff.de re milit. Porrò † militaris
doctrinæ pręſcripta erant, vt milites ſti-
pendijs ſuis contenti eſſent, & priuatis lu
cris non inhiarent, ipſiſque omnis nego
ciatio adeò erat interdicta, vt ne agrum
quidem eo loci vbi militarent, ne ab a-
micis, nedum ab hoſtibus comparare,
ſed nec vlli obſequio, quod non ſit mili-
taris exercitij, inſiſtere liceret, text.in l.v-
nica, C.negociatores ne militent.libr.12.
text.not.in l.milites.C.de re militar.eod.
libr.text.in l.milites prohibentur.& in l.
milites agrum, ff.eod.tit. Rationem tra-
dit Veger.lib.2. Incongruum, inquit, vi-
debatur Imperatori, militem, qui veſte
& annona publica paſcebatur, vtilitati-
bus vacare priuatis. Nullam quoque eua
gandi per poſſeſſiones habebant faculta-
tem, ſed cum ſignis in manſionibus ſoli-
tis ac publicis manere debebant, idque
25 præcipuè † officium Tribunorum erat,
vel eorum qui exercitui præerāt: hi quo-
que ad exercitationem producebant mi-
lites, vigilias circumibant, frumentatio-
nibus commilitonū intererant, frumen-
tum probabant, fraudem menſorū coër-
cebant, delicta ſecundùm ſuæ authorita-
tis modum caſtigabant, querelas com-
militonum audiebant, & valetudinari-
os inſpiciebant, tex.in l.officium. §.offi-
cium.ff.de re milit.& in l.tribuni.C.eod.
26 titul.lib.12. In bello † qui rem à duce pro-
hibitam faciebat, aut mandata non ſer-
uâſſet, capite puniebatur, etiamſi res fœ-
liciter ceſſiſſet, text.in l.3.§.in bello. ff. de
re milit. Franciſc.Crem.ſingul.151. incip.
27 mandatum. Manlius † Torquatus filium
è medio ſuſtulit, quòd cum hoſte contra
præceptum ſuum dimicâſſet, hoſtem-
que ſuperâſſet: ſatiùs eſſe iudicās, patrem
forti filio, quàm patriam militari diſci-
plina carere. Valerius.Maxim. libro 2.
cap. 2. & Titus Liuius 1. decad. libr. 8.
28 Aeneas † militibus ſuis pręcepit, ne ſe ab-
ſente, vel inſcio quicquam cōtra hoſtem
attentarent.

Virg.lib.6. Aeneid.

Namq́, ita diſcedens præceperat optimus armis
Aeneas, ſi qua interea fortuna fuiſſet,
Nec ſtruere auderent aciem, neu credere campo,
Caſtra modò & tutos ſeruarent aggere muros.

Parcendum tamen Capitaneo nonnul- 29
li rectè exiſtimant, ſi pro re nata, & ex no
ua ſuperueniente cauſa, mandato ſum-
mi Ducis non obtemperauerit, quæ cau-
ſa ipſum Ducem tempore belli latebat,
per tex.valde ſingul.& menti tenendum
in l. ſi hominem, ad finem, ff. mandat:
vbi procurator generalis poteſt ex iuſta
cauſa, quam dominus ignorabat, fines
mandati excedere, & mutare ea, quæ ſibi
à domino ſpecialiter erant commiſſa.
Ita tenet Franciſ.Cremen.d.ſing.151. An-
tho.Trigona ſing.32.nu.2. Antho.Corſe-
tus in ſingularibus ſuis, in verb.iuramen
tum. Alex.ad rubric. & ad l.1.ff. de offic.
eius cui mand.eſt iuriſd. Iaſ.in l.non ſo-
lùm, §.morte.nu.17.ff.de noui oper.nūn.
Hæc diligenter † pro Legatis, Oratorib9, 30
& Commiſſarijs Principum obſeruan-
da ſunt, quòd ex cauſa noua, quæ com-
mittentem latebat, quandoq; ex tempo-
re, pro re nata, limites mandati ſui pro
vtilitate, & in rē Domini excedere poſ-
ſint, maximè ſi mandato, vel inſtructio-
ni vt vocant, generalis illa clauſula inſer
ta ſit: Reliqua tuæ prudentiæ, & diſcreti-
oni committimus, próut hoc exemplis
declarat Cremen.d.ſing.151. Et ego quan-
doque cum laude in grauiſſimis cauſis
Legatos Principum feciſſe memini. Tu-
tius tamen † eſt, ſi tempus & occaſio fe- 31
rant, ſuper noua & incidenti cauſa com-
mittentem conſulere, ne, ſi res aliter opi-
nione cadat, ipſi Oratores, in vitę, hono-
ris, & bonorum periculum, ob non arctè
ſeruatum mandatum adducantur, cùm
mādati fines, pręſertim in negotijs prin-
cipalibus diligenter cuſtodiendi ſint, tex.
in l.diligenter.ff.man.& in l. ſed & ſi pu-
pillus §.conditio.ff.de inſtit.action.cum
ſimilib.& notus eſt verſiculus:

Quis neſcit longas regibus eſſe manus?

De clauſula, cætera committimus pru-
dentiæ tuæ, vel arbitrio tuo, aut diſcreti-
oni tuæ, & ſimilib.clauſulis, vide ampliſ-
ſimè Felin.in c.1.numer.31. de conſtitut.
& in c.ne innitaris.num.a.eod.titu. vtro-
bique Dd. vbi dicunt, tales clauſulas in-
telligendas eſſe de prudentia, arbitrio,
& diſcretione rationi conſentaneis, de-
ficiente enim ratione, non prudentia,
ſed fatuitas cenſenda eſt. Felinus in
d.c.

d. c. ne innitaris, vbi plures ad hoc alle-
gat. Regulis tamen iuris non erit ſubie-
ctus Commiſſarius, ſi aliquid ſuæ volun
tati committatur, vt docet Felin. in d. c.
ſ. nume. 51. cum multis allegationibus.
32 Porrò quòd ad vigilias † militū attinet,
extat antiquū, & ſeuerum militaris diſ-
ciplinæ exemplū de Epaminonda The-
banorum duce, qui cùm in magno peri-
culo vigilias circumiret, vigilem qnem
dormientem inuenerat, gladio transfi-
xit: aſſerens, hominem mortuum inue-
ni, mortuum reliqui, vide Plutarch. in
parallelis cap. 13. Vtinam hac noſtra tem
peſtate, ſuperiornm temporum milita-
ris diſciplina & ſeueritas caſtrenſis, de
qua vide Alexand. ab Alexandro Genia-
lium dierum, libr. 2. cap. 13. adhuc ſarta
33 tectaque conſeruaretur. Modò † ſine
delectu, honeſti cum reprobis, abſque
vlla probatoria milites aſſumuntur. Mi-
litia ipſa venalis eſt, cauponaria & inſti-
toria, milleque fraudibus expoſita, idq;
non ſine maximo Imperij detrimenro:
tantaque noſtrorum militum effræna-
ta licentia eſt, vt omnia pro ſua libidine
per fas & nefas attentent & concutiant,
34 nimiaque † fiducia & opinione Germa-
nicæ libertatis, quam toties arrogan-
ter ingeminant, nunc pro Imperio,
mox mutata pro arbitrio ſententia, con
tra Imperij ſalntem ſtipendia meren-
tur: vt meritò cùm Vergil. exclamare li-
ceat.

Lib. 1. Geor.

Quippe vbi fas verſum atq; nefas, tot bella per orbē,
Iam multa ſcelerum facies, non vllus aratro
Dignus honos: ſqualent abductis arua colonis.

Et cum Lucano lib. 10. bell. ciui.

Nulla fides pietaſq; viris, qui caſtra ſequuntur,
Venaleſq; manus: ibi fas, vbi maxima merces.

At forte metuendum, ne Germaniam,
toto terrarum orbe celeberrimā, huius
Iniquè iactatæ libertatis (abſit omen) ali-
quando, ſed ſeriùs pœniteat.

Ergo ignem, cuius ſcintillas ipſe dediſti,
Flagrantem latè, & rapientem cuncta videbis.

vt inquit Iuuenal. Saty. 14. Contemnun-
35 tur † quandoq; Interdicta & mādata Cæ-
ſarea, nec eo, quo decet, loco habentur:
ſed proculdubio hniuſmodi ardeliones
Deū vltorē habebunt, quoniam ordina-
tioni Dei turpiter reſiſtūt. tex. in c. Regū,
24. q. 5. quibus iure dici poſſet.

Ius & iura negant homines, & numina fallunt,
Nec Iouis Imperium, nec Phlegetonta timent.

Nonnunquàm etiā † in Imperio fit mi- 36
litum cōcurſus incerto anthore, & duce
belli, qui quacunq; iter faciunt impoten
tiſſimæ petulantiæ veſtigia poſt ſe relin
quunt, aliorum ſubditis infinita damna
adferentes, omniaque miſerè concutien
tes & depopulantes, atque latrocinijs,
ſuppilationibuſque fœdantes omnia.
Et iſta quoque prętextu quodam Germa
nicæ libertatis accidere ſolenr. Verùm
còntra huiuſmodi errones, palanres mi-
lites, & turbines, vt Budæus ait, vel poti-
us multitudinis colluniem, Herrnloſen
Knechten vnnd Landtleuffer / Principes &
Status Imperij, in quorum prouincia
graſſantur, ferro & igni animaduertere,
eos diſſipare & armata manu, implora-
to vicinorum principnm auxilio, quate-
nus neceſſe, obſiſtere, captiſque impieta-
tis ducibus, eos ad reſtitutionē damnorū
compellere, atque pro merito punire
debent, ſicut prolixiùs diſponit conſti-
tutio D. Ferdinandi Imp. in receſſu Au-
guſtano, de anno 55. §. So haben wir / cū
§. ſeq. & §. Wo ſich aber / cum ſeq. Ordi-
nat. par. 2. tit. 15. & in receſſu Imperij, de
anno 59. §. Damit dann hinfuro / vbi con-
ſtituitur, quòd † huiuſmodi turbatores 37
pacis pnblicæ, & colluuies hominū ipſo
facto, abſque vlla ſententia declaratoria
in bannum Imperiale inciderint, & pro
bannitis habendi ſint, facit text. in c. 1. de
homicid. in 6. in fi. quia nō militum, ſed
latronum & prædonum nomine digni
ſunt, d. l. hoſtes. ff de capti. & poſtlim. re-
uer. d. l. hoſtes, ff. de verb. ſig. Eſt tertium
† genus militum, quos circumforaueos, 38
vagos, ſiue pagatim graſſantes milites
vocamus, Vmblauffende vnnd Garten-
de Knechten / qui incertis ſedibus vicatim
& pagatim per Imperiū cateruatim va-
gantur, ac ruſticos miſerè cōcutiunt, ex-
edunt, diuexant, atq; ſceleratè deprædan
tur, vera hominum ſentina. Quomodo
autem hi coercendi & puniēdi ſint, vide
in d. receſſu de anno 55. §. Vnd damit an-
gerechte / & tex. in l. 1. & in l. 2. C. quan. li-
ceat vnicuique ſine iudice ſe vindica. vbi
vnicuique † permittitur, huiuſmodi 39
deſertores militiæ, graſſatores & depo-
pulatores agrorum, atq; aggreſſores iti-
nerum propria authoritate occidere, vt
ipſi mortem, quam minabantur, excipi-
ant, & id quod intendebant, incurrant,

ad idem eſt text.in l.capitalium, §. graſ-
ſatores,ff.de pœnis,vbi pœna capitis in
eos conſtitnitur, eò quòd proximi latro-
nibus habeantur : & eſt caſus ſpecialis
quo qnis ſibi ipſi ius dicere poſſit,contra
regulam.l.vnicæ, C.ne quis in ſua cauſa
40 iudic. Porrò quandò † bellum ſit licitũ,
vel illicitum , & quot ſint genera bello-
rum,vide per Dd.in l.ex hoc iure. ff. de
iuſtit.& iur.Barto.pulchrè in d.l. hoſtes.
ff.de capti.& poſtl.reuer.Inno. in d.c. o-
lim.t.de reſti.ſpol.& in d.c.ſicut.de iure-
iur.Bald.in l.2.num.71.C.de ſeruit.& aq.
Afflict.in §.fi.hic finitur lex.Marti.Garr.
in tract.de bello. Franciſ. Marc. quæſtio.
456.nume.42.Damhaud.in pract.crimi.
rubri.de bello, vbi omninò vide, Iacob.
de S.Georg.In d. verb. & promiſerunt,
num.10.vbique ferè ſeptem belli ſpecies
referunt.Breuiter, bellum quod pro de-
fenſione propria ſuſcipitur , aut rerum
ſnarũ,aut recuperãdis rebus ablatis, pro
defenſione patriæ, aut ciuitatis ſuæ, aut
cõtra ſubditos rebelles: & omnium ma-
ximè,quod geritur contra Infideles Tur-
cas , perpetuos fidei Chriſtianæ hoſtes,
iuſtum & licitum eſt,de quibus omninò
vide Inno.& Bart. vbi ſup. Et in huiuſ-
modi bello militare non eſt peccatum,
ſed propter prædam militare delictũ eſt,
tex.in c.1.& in c.militare.23.q.1.& in d.c.
noli exiſtimare,tex.notab.in c. quid cul-
41 patur,ead.cauſ.& quæſtio.Iuſtum † bellũ
definitur, quod ex edicto geritur de reb9
repetendis,aut propulſandorum homi-
num cauſa,text.in c.2.& c.3. 23. quæſt.2.
l.3.§.cùm agitur.ff.de vi & vi arma.Idem
Cicero lib.1.Officiorum teſtatur, dicens
nullum bellũ eſſe iuſtum , niſi quod aut
rebus repetitis geritur,aut denunciatum
ante ſit,& indictum.Bald. in d. l.2.C.de
ſerui. & aqua. vbi de armorum deteſta-
tione ſine denunciatione , diffidatio-
nem vocant(vulgariter Abſagung) ſcri-
bit,quòd illa bellum præcedere debeat;
nam deteſtatio,eſt denunciatio facta cũ
teſtatione, text. in l.deteſtatio.ff.de ver-
42 bor.ſignifi. Apud † Romanos mitteba-
tur Fecialis cum patre patrato , & moræ
quærebantur,quæ bellãdi furorem tem-
43 perarent. Sed † quantumuis bellum iu-
ſtum ſit,tamen pax,etiam iniqua , bello
præferenda eſt,præſertim inter Chriſtia-
nos,nam

Nulla ſalus bello,pacem te quærimus omnes. Vergil.lib. 11.Aeneid.
Priuſquam incipias, iã plùs nocuiſti pa-
triæ,quã ſis profuturus victor: exhauris
ciuium opes,luctu funeſtas domos, om-
nia latronibus,furibus,ſtupratoribus im
ples.Has enim reliquias parit bellum,ita
præclare declamat Eraſ.in dicto Adagio,
dulce bellum inexpertis, belli calamita-
tes,vbi omninò vide de commodis pa-
cis,& incommodis belli.Adde illud Lu-
cani lib.1.de bell.ciuil.

Heu quantum terra potuit pelagiq; parari
Hoc, quem ciuiles hauſerunt ſanguine dextra.

gloſſ.in l.1.C.publicæ lætitiæ. libr. 12. in
verb.ſi deſinũt,vbi dicitur,quòd bellum
perditionẽ animæ,corporis , & ſubſtan-
tiæ inducat,per tex.in Authen.de armis,
§.1.& §.ſi autem inter. Et propterea Di-
ui Imperatores tam ſolicite animum ad
pacem in Imperio conſeruandam intẽ-
derunt,vitæ neciſq; pœnas in violatores
& turbatores pacis publicæ ſtatuentes,vt
ex ipſis cõſtitutionibus perſpicuum eſt.
Et hæc obiter,tametſi extra propoſitum
hic notare volui, ſicut & illud quod in-
ter † pacem & treugã, ſiue inducias , hoc 44
diſcriminis ſit , quod pax ſit perpetua,
treuga verò pax temporanea,quandò ſe-
curitas præſtatur rebus & perſonis ad
tempus,diſcordia nondum finita, gloſſ.
in c.1.de treuga & pace,in verbo treugas,
Dd.ibid.Iaſ.in l.cùm proponas. la.2. n.6.
C. de pact. vbi dicit pacem eſſe finẽ diſ-
cordiæ perpetuò duraturũ: Treugam ve-
rò pacẽ ad tempus. Aulus Gelli.lib.1.cap.
25.varie definit inducias, & refert Var-
ronem inducias feſtiuè belli ferias vo-
caſſe.Item † pax dicitur rumpi , ſi ex ve- 45
teri cauſa ſequatur offenſio : ſecùs ſi ex
noua cauſa fiat offenſio , quo caſu pax
non dicitur rumpi ſecundum commu-
nem opinionem Dd.Deci.conſ.380. nu.
2. incip. concluſio, vbi communem di-
cit,& conſi.531.nu.7.incip.accuratè & di-
ligenter, Bart.in l.aut facta.§.cauſa.nu.1.
ff.de pœn.Iaſ.in l. qui ſeruum.nu.2. ff.de
verbor.oblig.Alex.in l.qui inſulam, nu.
5.ff.eod.titul.vbi dicunt, illud perpetuò
menti tenendum,& quòd in dubio præ-
ſumatur offenſio facta ex noua cauſa,
idq́ue tanquàm aureum nunquam obli-
uioni tradendum,Alex.conſil.113. volu.
4.incip.viſo themate.& conſil.19.vol. 1.
incip.viſo proceſſu cauſæ. idem in l. ſe-
mel

mel mora.ff.ſolut.matrim. Rom.conſ. 183. nu.1. incip. in caſu propoſito dicendum.vbi omninò vide.Hippol.ſing.503. incip.ex pace.Bald.in c.1.nu.2.de pace tenend. Ratio, quia non ſeruanti fidem, non eſt ſeruanda fides,gloſſ. & Dd. in d. l.cùm proponas,per illum tex.& notata ſup.cap.4.quemadmodum ex noua cauſa contraueniens tranſactioni,vel ſententiæ,non dicitur contrauenire tranſactioni,vel ſententiæ, tex.in l.ſi de certa, C. de tranſact.& in l.cum quæritur,ff.de ex-
46 cept rei iudic.Bart.in d §.cauſa. An autẽ † idẽ in treuga receptũ ſit,quod videlicet ante tempus finitum induciæ ex noua cauſa rumpi poſſint,variant Dd. opiniones, vide Iaſ.in d.l. qui ſeruum, latè in vtranq; partem, & Nicola. Moronum in tract. de treuga,& pace,quæſt.112. & quæſt.118. magis communis videtur quòd idem ſit in treuga, ne mora auferat offenſo defenſionis oportunitatem, & quia vtroq; caſu agitur de obſeruantia cõtractus, in quo æqualitas obſeruanda eſt,per text.in l.quæro.§.inter locatorem.ff.locat.Bart. ibid.Dec.d.conſi.531.nu.7.

CAPVT V.

De mandatis ſine clauſula, & vtrùm in cauſis fractæ pacis decerni poſſint.

SVMMARIA.

1 *Mandata ſine clauſula iuſtificatoria ipſo iure nulla ſunt.*
2 *Alexander Magnus accuſatori vnam, reo verò alteram aurem præbuit.*
3 *Innocens nemo eſſet,ſi accuſare ſufficeret.*
4 *Iudex vtramque partem audire debet.*
5 *Chriſtus citauit Adam poſt lapſum.*
6 *Iudicium à citatione incipere debet.*
7 *Bonus quilibet præſumitur.*
8 *Iudex non ſeruans ordinem iuris pro priuato habetur.*
9 *Iuſtitia adminiſtratur, quandò ordo iuris obſeruatur.*
10 *Mandata ſine clauſula in quibus caſibus iudex decernere poſſit.*
11 *In caſibus omni iure prohibitis citatio non requiritur,& nu.12.*
13 *Citatio cur neceſſaria ſit regulariter.*
14 *Mora quandò periculum adfert,recedi poteſt à regulis iuris communis.*
15 *Teſtis infirmus à iudice incompetente examinari poteſt abſq; citatione partis.*
16 *Mandata ſine clauſula an in cauſis fractæ pacis decerni poſſint.*
17 *Mandata ſine clauſula decernũtur in cauſis pignorationum.*
18 *Pœna commenſuranda delicto.*
19 *Acceſſorium non debet eſſe potentius ſuo principali.*
20 *Mandata cum clauſula per comparitionem partis reſoluuntur in vim ſimplicis citationis.*
21 *Differentia inter mandata pignorationis & alia mandata.*
22 *Pignorationes omni iure ſunt prohibitæ.*
23 *Omnis fracta pax eſt vis publica,ſed non contra.*
24 *Mandata arctiora ſine clauſula, quandò in cauſis fractæ pacis decerni poſſint.*
25 *Carcerari nemo debet ex cauſa ciuili.*
26 *Acceſſorium quandò non ſequatur naturam ſui principalis.*
27 *Mandatum ſine clauſula quandò reſcindendum, & num. 28.*
29 *Reſcripta Principis habent tacitam clauſulam, ſi preces veritate nitantur.*

MAndata † ſine clauſula iuſtificatoria regulariter ipſo iure nulla ſunt,quia ab executione non eſt inchoandũ,tex.in l.ſi cũ nulla, ff.de re iudic.& in l.1.C.de execut.rei iudic. text.in l.nec quicquã.§.vbi decretũ.ff.de offi. procõſ.& leg.& in l.nã ita Diuus. ff. de adopt.& in l.de vnoquoq;.ff.de re ind. Dd. in l.de pupillo. §. meminiſſe. ff. de nou. op.nunciat.preclarè Angel. in §. curare. nu.10.Inſtit. de actio. tex.in l. prolatam. C.de ſent.& interlocutom.iudic.Et Seneca in Medæa piè dixit,eũ,qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera, æquũ licèt ſtatuat, haud tamen æquum eſſe. Alexãder quo- 1
que † Magnus,initio cùm in cauſis capitalibus ſederet iudex,accuſatori alteram aurem occludebat : rogatus cur id faceret:alteram,inquit,integram ſeruo reo. Vnde illud diſtichon: 2

Cur geminas homini conceſſit Iupiter aures?
Poſsit vt hac læſis,illa patere reis. 3

Nam † ſi accuſare ſufficit, quis innocens erit,vt Iulianus Imperator cuidam calũniatori pręclarè reſpondit,nã cũ peculatus reo,qui crimen negabat, pro tribunali ſederet,decente accuſatore. Quis vllius criminis pœnas dabit, ſi reo inficias ire proderit? Reſpondit : & quis inſons erit, ſi accuſatori, crimine non probato, fides habeatur? quæ Iuliani Cæſaris ſententia ſingulariter memoriæ commendanda eſt, præſertim iſtis ex-

ulce.

ulceratiſſimis temporibus in tāta obtre-
ctatorum & ſputciſſimorum Palparorū
frequentia; qui

Vanos circiū palatia fumos,

Vendunt, vt cum Martiale loquar, & ſæ-
piſſimè innocentes inauditos apud prin
cipes in ſummum diſcrimen vitæ & bo-
norum adducunt: nam

Lingua pars peſſima ſerui

vt inquit Iuuenal. Satyr. 9. & Ouid. Epiſt.
19. Heroid.

Cur reus infælix abſens agor? & mea cum ſit
Optima non vllo cauſa tuente perit.

4 Boni † igitur Principis, & cuiuſcunq; iu-
dicis officiū eſt, vtranq; partem benignè
priùs audire, q̃ iudicare & condemnare,
nō præcipitare iudiciū, neq; ab executio-
ne, ſed à citatione & cauſæ cognitione
incipere, maximè in famoſis & crimina-
lib. cauſis, vbi de honore & vita agitur:
5 idq; exemplo Dei, qui † etſi notum ha-
beret lapſum Adæ, tamen eum inaudi-
tum condemnare noluit, ſed ad ſe pri-
ùs vocauit, Adam, inquiens, vbi es? vt
legimus Geneſi cap. 3. c. Deus omnipo-
tens. 2. q. 1. Clem. paſtoralis de re iudic.
text. not. in c. nullum ante, & in c. iu-
dicantem, 30. quæſt. 5. tex. in l. fin. C. de ac-
cuſato. cum alijs iuribus infrà allegatis.
6 Et † iudicium ab ea parte, quæ eſt de in
ius vocando, incipere debet, tex. in §. fin.
Inſtit. de pœn. tem. litig. & in l. 1. ff. de in
ius voc. text. elegans in l. iudices, cū Au-
thent. ſequent. C. de iudic. & in c. forus. §.
iudex. de verbor. ſign. tex. in d. l. de vno-
quoque, & in d. l. nā ita Diuus. itē homo
7 † præſumitur potiùs bonū facere, quàm
malum, cùm ſit animal rationale, natu-
ra enim bona eſt à ſuis principijs, & qua-
lia ſunt principia, talia præſumūtur prin
cipiata, quo fit, vt quilibet præſumatur
bonus, tātiſper, donec contrarium pro-
betur, per text. in c. final. de præſumpt.
glo. ibid. in verbo, præſumatur, cum con
cordantibus ibid. allegatis. Natta conſil.
597. nume. 24. volum. 3. incip. prætermiſ-
ſo. Si igitur iudex tam in ciuilibus, quàm
criminalibus cauſis à præcepto & man-
dato ſine clauſula incipiat, tale præceptū
& mandatū ipſo iure nullum eſt, vt ini-
tio dixi, adeò vt impunè contemni &
ſperni poſſit, text. not. in l. prohibitum
eſt, C. de iur. fiſci lib. 10. gloſſ. ibid. in ver-
bo, reſiſtentibus, tex. in l. omnes iudices,
C. de decurionib. eod. lib. tex. in c. cōque-
rente, de reſtit. ſpoliat. & in l. 3. §. fin. ff. de
eo quod met. cauſa. tex. in l. factum. ff. de
regul. iur. Bart. in d. l. 1. C. de execut. rei iu
dic. Ang. in d. §. curare. Inſtit. de act. Feli.
in c. dilectus. num. 1. de reſcrip. & in c. cū
cauſa, nū. 2. de offi. deleg. Hippol. ſing. 354.
incip. in dubio. Deci. conſil. 200. numer.
1. incip. in caſu propoſito. vbiq; dicunt,
iudicem, † nō ſeruato iuris ordine, pro- 8
cedendo, priuatum reputari, & ſpoliatū
à tali iudice ante omnia reſtituendum,
d. l. factum. & d. c. cōqueſtus, tex. in l. me-
minerint. C. vnde vi, & in c. conqueren-
te. de reſtit. ſpoliat. Panor. ibid. nu. 3. Bo-
ēr. deciſ. 238. nu. 4. non enim iudicis no-
mine dign⁹ eſt, ſi nō eſt in eo iuſtitia, tex.
in d. c. forus. Iuſtitia aūt fieri dicitur, quā- 9
dò iuris ordine ſeruato proceditur, & liti
gatores cauſæ ſuæ merita explicantes pa-
tienter audiūtur, tex. in d. l. iudices. cum
Auth. ſeq. C. de iudi. Deci. cōſil. 483. nu. 1.
& 2. incip. ꝑ reſolutiōe, Dd. in l. prolatā,
C. de ſent. & interloc. om. iud. Sunt tamē 10
nōnulli caſus, in quibus iudex à præcep-
tis & mandatis pœnalibus ſine clauſula,
iudiciū inchoare poſſit. Primò, ſi ſubſit
iuſtus armorū timor, vt ſup. cap. proxim.
de mādatis de auocāda militia diximus.
per tex. in l. æquiſſimū, ff. de vſufruc. & in
l. ſuper poſſeſſione, C. de his qui ad ec-
cleſ. cōfug. II. ſi res ſpectaret ad ſeditionē
& tumultū. tex. not. in l. penul. ff. ad l. Cor
ne. de ſica. & in l. nouū opus, ff. de operib.
pub. & in l. denuntiamus, C. de his qui ad
Eccleſ. confug. III. Si mandatū decerna-
tur gratia vitādi ſcandalum. text. not. in
Clem. paſtoralis, §. fi. de ſent. & re iudi. &
in c. cū olim, de cleri. coniug. tex. in c. cū
teneamur, de præben. & dignit. glo. ibid.
in verbo, ſi nō poteſt, tex. in c. ſuper eo,
de cognat. ſpirit. & in c. 2. de præſcript.
Felin. ibid. nu. 2. cū ſeq. vbi enumerat 33.
caſus, qbus ꝑ euitādis ſcādulis receditur
à regulis iuris cōmunis. IIII. Si caſus con
cernat vtilitatē & pacē publicā. tex. in c. in
noſtra, de iniurijs, & in l. cōuentionū in
fine, ff. de pact. Hippol. in pract. crimin.
§. aggredior, numer. 61. cū ſeq. vbi multa
exempla & priuilegia publicæ vtilitatis
refert. V. aut damnū irrecuperabile, text.
in l. 1. §. fin. & in l. ſolet, ff. de ferijs. VI.
Vel ſi periculum ſit in mora, vt in edi-
cto noui operis nuntiationis, tex. in l. de
pupil.

pupillo, §. ſi quis riuos, verſi. præterea,
ff. de noui oper. nuntia. text. not. in l. 1.
ff. de exercito. act. Prædictis enim caſi-
bus licitè à diſpoſitione iuris commu-
nis receditur, per iura allegata. VII. ge-
neraliter, iudex à præcepo incipere po-
11 teſt quoties † caſus omni iure reproba-
tus, & prohibitus eſt, vel factum ſuper
quo mandatum ſine clauſula iuſtifica-
toria petitur, tale ſit, quod nullo iure
comprobari queat, tunc licitè probeque
mandata ſine clauſula decernuntur. Ex-
empli gratia, ſi pręceptū fieret ſuper eo,
quòd altera parte præſente, & inuita con
12 cedendum foret, nam quoties † actus
explicari poteſt inuito præſente, tunc
poterit etiam eo abſente ignorante, &
non citato confici, per tex. in l. 1. & in l.
4. §. illud videamus. ff. de fideicommiſſ.
liber. tex. in l. qui poteſt inuitis. ff. de reg.
iur. & in l. recuſare. ff. ad S.C. Trebel. Iaſ.
in l. reſcriptum, nu. 4. ff. de pact. Alex. in
d. l. de pupillo. §. meminiſſe. nume. 4 Iaſ.
in d. l. nec quicquam. §. vbi decretum.
num. 7. Ang. in d §. curare. nume. 10. pul-
chrè Hippol. ſingul. 30. per totum, incip.
tu ſcis, Marant. par. 6. titul. de citatio. nu.
5. Felin. in c. cum olim, num. 11. de ſent. &
re iudic. Pariſ. conſil. 1. num 33. volum. 1.
vbique dicunt non opus eſſe citatione,
quando certum eſt abſenti nullam com
petere actionem, per iura allegata. Et ſic
in talibus caſibus ceſſat ratio d. l. nā ita
Diuus. ff. de adopr. & d. l. de vnoquoque,
13 cum ſimilibus. Citatio † enim ad eū po-
tiſſimùm effectum neceſſaria eſt, vt is, q
ſua intereſſe putauerit, comparere, ſeque
defendere poſſit, d. l. de vnoquoque. ff. de
re iudic. & d. l. nam ita Diuus. ff. de adop.
tex. in l. ſi quandò. C. de teſtibus. quæ de-
fenſio, cùm ſit iuris naturalis, nemini
denegari debet, text. in Clem. paſtoralis,
§. cæterùm. de re iudic. & in d. l. de vno-
quoque, Maran. d. tit. de citatio. nume. a.
cum. ſeq. ſi igitur præſens & citatus non
poteſt impedire actum, neque manda-
tum & præceptum iudicis vergat in pre-
iudicium eius, cui mandatur, vt in man-
datis de non offendendo, & ſuperiori-
bus caſibus, rectè citatio omitti poteſt, &
præceptū valet, quia, vt dixi, ceſſat ratio
prohibitiua, per tex. in d. l. æquiſſimū. ff.
de vſufruct. & in l. ſi ſuper poſſeſſione. C.
de tranſact. & in l. denūciamus, C. de his
qui ad eccleſ. confug. & aliâs in † caſibus 14
vbi periculū eſt in mora, remittitur diſ-
poſitio iuris communis, & à regulis pro-
hibitiuis receditur, quia mora, malorum
ſæpè dat cauſas, per tex. in d. l. 1. & in d. l.
ſolet, ff. de ferijs, & in d. l. de pupillo. §. ſi
quis riuos. Roma. ibid. num. 1. & 3. Alex.
nu. 1. Iaſ. nu. 1. glo. in l. fi. in verb. fideiuſ-
ſionis. C. de ferijs. Alex. in l. filiusfa. §. Di-
ui. nu. 9. in fi. ff. de leg 1. vbi Imol. & alij
materiam mandatorū ſine clauſula tra-
ctant. Dd. vbi ſuprà. Hinc eſt ꝙ † teſtis in- 15
firmus à iudice incompetente examina-
ri poſſit, parte altera non citata, quia pe-
riculum in mora, & iniquum foret acto-
rem probationē ſine ſua culpa amittere.
Bar. in l. admonendi. nu. 41. ff. de iureiur.
Iaſ. ibid. in repet. nu. 183. Alex. in l. hac cō-
ſultiſſima, §. ſi quis autē. nu. 3. C. de teſta.
Maran. d. tit. de citatio. nu. 29. Feli. in c. 2.
num. 13. de teſt. tex. not. in l. 1. ff. de exerci.
act. gloſſ. ibid. in verbo, locus. tex. in l. 1. §.
meritò. ff. depoſiti. Et hæc infinitis exem
plis comprobari poſſunt, præter caſus ſu
prà commemoratos. Iſtis vtiliter præ-
miſſis, quæritur, an in † cauſis fractæ pa- 16
cis vnà cum citatione, mandata quoque
de relaxandis captiuis, vel reſtituendis
rebus ablatis ſine clauſula offenſo con-
cedi poſſint? Quid obſtaret, nam in † cau 17
ſis pignorationum, (pfandtungs ſachen)
vnà cum citatione ratione turbatæ poſ-
ſeſſionis, mandatum de relaxandis cap-
tiuis, vel reſtituēda re pignori capta ſine
clauſula iuſtificatoria decernitur, vt dixi
in tract. pig. Obſer. 13. cur non idē in cau-
ſis fractæ pacis obtinere debet? ne melio-
re loco ſit pignorator; quā turbator pa-
cis publicæ, qui grauius peccat: neceſſè e-
nim eſt, teſte Hor. Serm. lib. 1. Satyr. 3 vt

Adſit
Regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas.

Nam † pœna commenſuranda delicto 18
eſt, & qui grauiùs peccat, grauiùs puniri
debet, tex. in c. fœlicis. §. præmiſſis, de pœ
nis, in 6. & in l. leuia, ff. de accuſatio. & in
l. 1. §. vnde quæritur, ff. de publica. & ve-
ctiga. text. in Auth. omnes peregrini. C.
commun. de ſucceſſ. & in l. 1. §. ſed & qui.
ff. de abige. Hippol. ad l. fi. nu. 48. ff. ad l.
Corne. de ſica. & in l. is qui cū telo. nu. 2.
C. eo. tit. Facit quod ſcribitur Deut. cap.
25. Pro menſura peccati erit plagarū mo-
dus. Mea quidem ſententia regulariter
in cauſis

in cauſis turbatæ pacis publicæ, mandata
ſine clauſula impartiri nõ poſſunt: Ra-
19 tio, ne † acceſſoriũ potentius ſit ſuo prin
cipali, quod concedendũ non eſt, etiãſi
dignius ſit, text. in l. Græcè. §. illud. ff. de
fideicom. & in Clem. 1. in fi. de præbend.
tex. in l. etſi nõ ſunt, aliâs incip. cùm aurũ
§. perueniamus. ff. de aut. & arg. leg. & in
§. ſi tamen. Inſtit. de rer. diuiſ. Hippol.
ſing. 17. nu. 6. incip. acceſſorium. Gab. Sa-
ray. ad Mattheſ. ſing. 110. nu. 71. incip. no
ta vnã. Cũ igitur citatio ſuper turbata pa
ce publica principaliter fundet iuriſdi-
ctionem Cameræ, & huiuſmodi manda-
ta de relaxando acceſſoriè veniant: cõſe-
quẽs eſt, aliter quàm cum clauſula decer
20 nenda non eſſe, cuius † clauſulæ iuſtifica-
toriæ effectus eſt, vt comparitione par-
tis talia mandata in vim ſimplicis cita-
tionis reſoluantur, idque ſecundùm re-
ceptam in Camera, & communẽ Dd. o-
pinionem. Bar. in l. 1. num. 3. C. de execu.
rei iudi. Alex. in d. l. de pupillo. §. memi-
niſſe. num. 8. Iaſ. in d. l. nec quicquam. §.
vbi decretum. nu. 6. vbi magis commu-
nem dicit, vide ſup. lib. 1. Obſer. 19. His nõ
21 aduerſatur, aliter in † proceſſu ſuper cõ-
ſtitutione pignorationis obſeruari, tum
quia lex Imperij ita ſcripta eſt, argumen-
to, l. proſpexit, ff. qui & à quib. tum quòd
in eo proceſſu vtrunq;, putà citatio ſuper
facta turbatione, & mandatum de rela
xando vel reſtituendo pignore, æquè
principaliter decernatur, ita vt nihil ac-
22 ceſſoriè veniat. Præterea † pignorationes
omni iure prohibitæ ſunt, tex. in Authẽ.
vt non fiant pignoratio. & in Authen. vt
nulli iudic. §. quia verò, text. in c. vnico.
extrà de iniur. lib. 6. nemo enim alterius
odio prægrauari debet, vulg. c. nõ debet,
de regul. iur. in 6. cum concordantib. &
ideò valet mandatum ſine clauſula in pi
gnorationibus, per iura ſuprà allegata:
at ſecùs eſt in cauſis fractæ pacis publicæ,
vbi directò ad pœnam pacis violatæ in
Camera agitur: alia verò mandata ac-
ceſſoriè veniunt, & iure quodam conne
xitatis conceduntur, vide de materia cõ-
nexorum infrà eod. cap. ſequen. Et li-
23 cèt † turbatio pacis publicæ omni quo-
que iure prohibita ſit, toto titul. de pace
tenen. & eius violat. & tot. tit. de pace te-
nen. & iuram. firm. tamen cauſa cogni-
ta priùs diſcuti debet, an ſit commiſſa
publica violentia contra edictum pacis
publicæ, tex. in l. qui ſentẽtiam, C. de pœ-
nis, & in l. fin. C. ſi per vim vel alio mo-
do, cum iuribus infra allegatis: quia non
omnis vis publica, eſt fracta pax, licèt è
diuerſo, turbatio pacis, ſit vis publica, vt
infrà eodem libr. capite 7. dicam. Ergò
in primis audiri debet citatus, cur talem
publicè comprehenſum in carceres con
iecerit. text. not. in c. qualiter & quandò,
el. 2. §. debet igitur, de accuſat. text. in l. ſi
accuſatoribus & in l. abſentem. C. eod.
tit. tex. not. in l. vnius, §. cogniturũ, ff. de
quæſtionib. & in l. abſentem, ff. de pœnis.
quæ ratio ceſſat in cauſis pignorationũ,
vbi reus innocens, vel ſubditus alicuius,
nullo ſuo merito, ſed ob alterius con-
trouerſiam, pignori accipitur, & capti-
uus abducitur, quòd nullo iure iuſtifica-
ri poteſt, & ideo valet præceptum iudi-
cis de relaxandis captiuis, vel reſtituen-
dis pignoribus, per iura ſupra allega-
ta. Regulariter igitur in † cauſis fra- 24
ctæ pacis, vnà cum citatione mandata
ſine clauſula decerni non poſſunt, ob ra
tiones prædictas. Et ita in Camera ob-
ſeruatur: poſtquàm verò mãdata in cau-
ſis fractæ pacis decreta, parti inſinuata,
& in iudicio reproducta ſunt, iudexque
in puncto mandati de innocentia capti-
ui cognouerit, licitè arctiora mandata
ſine clauſula concedit, maximè ex cauſa
ciuili capto, idoneamque cautionem of-
ferenti. Nemo † enim ex cauſa ciuili in 25
carceres conijciendus eſt, præſertim ſi
idoneè cauere velit, text. in l. non eſt ſin-
gulis. ff. de regul. iur. Barto. in l. cum eo.
num. 2. ff. ad l. Iuliam pecular. Panormi.
in c. 2. numer. 3. de pignorib. Iaſon in §.
1. numer. 72. cum ſequent. Inſtit. de actio.
& malitijs hominum non eſt indulgen-
dum. text. in l. in fundo. §. conſtituimus.
ff. de rei vendic. Ad hæc, vt hoc obiter
dicam, acceſſorium † non ſequitur natu- 26
ram ſui principalis, quandò non eſt
eadem ratio in acceſſorio, quæ eſt in
principali, per text. in l. ex placito. C. de
rerum permutat. & in l. & ſi is. C. de præd.
minor. tex. in l. ſtipulatio. §. alteri. ff. de
verbor. obligat. Hippol. ſingul. 17. nume.
3. Mantua ſingul. 295. num. 1. Quòd ſi abſ-
que citatione † mandatum ſine clauſula 27
principaliter petatur, tũc ſi narratio ob-
latarum precum talis ſit, vt ſuper facto
omni

omni iure prohibito concludat, & perſona, contra quam petitur mandatum, immediatè Imperio ſubiecta ſit, poteſt licitè mandatum petitum decerni, quia tali caſu fundatur iuriſdictio Cameræ ex Ordinatione part. 2. titul. 23. & iura communia præceptum admittunt, vt

28 initio dictum eſt. Poteſt autem † is, cui mandatur, falſitatem narratorum re,producto iudicialiter mandato allegare, & docere, quo facto, mandatum reſcinditur, condemnato impetrante ad refuſionem expenſarum, quod in Camera frequenter factum memini, per tex. in c. ſedes, & in c. ſi quandò, de reſcript. text. in l. vniuerſa. C. eod. titul. & in l. etſi legibus. C. ſi contra ius vel vtilit. public. Ha-

29 bent enim omnia † Principis reſcripta & mandata tacitam illam cōditionem, Si preces veritate nitantur, per text. in c. 2. de reſcrip. & in c. ſuper literis. eod. titu. gloſſ. ibid. in verbo, literas, tex. in d. l. etſi legibus. & in d. l. vniuerſa, Hippol. ſingul. 153. nu. 1. incip. clauſula, vbi dicit, virtute huius tacitæ conditionis & clauſulę pœnam comminatam in ſuſpenſo eſſe tantiſper, donec de veritate vel falſitate narratorum doceatur. Canoniſt. plenè in d. c. ſuper literis.

CAPVT VI.

Quòd mandata cum clauſula iuſtificatoria, vnà cum citatione ſuper fracta pace, in Camera decerni poſſint.

SVMMARIA.

1 *Mandata cum clauſula in Camera vnà cum citatione ſuper fracta pace decerni poſſunt.*

2 *Continentia cauſarum diuidi non debet.*

3 *Multa in conſequentiam conceduntur, quæ aliàs forent prohibita.*

4 *Actus ſecundarius regulatur à primitiuo.*

5 *Connexitas vnitatem operatur, & connexorū idē iudicium.*

6 *Mandata de relaxando, & reſtituēdo, quandò abſque citatione in Camera obtineri poſſint.*

7 *Cumulatio pœnarum iuris cōmunis cum pœnis fractæ pacis in Camera admittitur.*

8 *Sed non coram iudice ordinario, qui Bannum irrogare nequit.*

Cumulatio diuerſarum actionum quando de iure communi locum habeat, ibid.

9 *Solus Cæſar, vel Rex Romanorum, aut Camera Bānis Imperialis pœnam infligunt.*

10 *Princeps, Comes, vel Baro, an tantùm poſſint in ſua ditione, quantum Imperator in Imperio.*

11 *Ciuitates Imperiales libera iura Principis habent.*

12 *Inferior à Principe ſummo an bannirè aliquem poſſit.*

13 *Interdicere quis tam tantū prouinciam poteſt quā regit.*

14 *Bannum Imperij vbiq; ſe extendit.*

15 *Habens merum & mixtum Imperium poteſt proſcribere & relegare.*

16 *Mandata cum clauſula quandò immediatè in Camera decernantur abſque citatione.*

17 *Maior 25. annis connexitatis ratione vtitur priuilegio minoris.*

18 *Laicus cum clerico ob maleficium captus, an ad iudicem Eccleſiaſticum remittendus ſit.*

19 *Laicus poſſidens rem communem cum Eccleſia vtitur priuilegio præſcriptionis centenariæ.*

20 *Laicus cum clerico hæres inſtitutus ſortitur forum Epiſcopi.*

Priuilegium ad familiam priuilegiati extenditur. ibid.

21 *Actus collegialiter geſtus ab habilibus & inhabilibus ſuſtinetur.*

22 *Mulier naturalis nupta viro naturali & legitimo, reputatur legitima.*

23 *Vxor ſequitur forum viri, & coruſcat radijs mariti, & nu. 24.*

25 *Per alium quis aliquid conſequitur, quod per ſe conſequi non poſſet.*

26 *Iuriſdictio delegata extenditur ad connexa.*

27 *Domo vendita, & hortus debetur.*

28 *Caſtro in feudum conceſſo an munitiones conceſſæ videantur.*

29 *Pertinentiæ quomodò conſtituantur.*

30 *Subſtitutio dubia ex inſtitutione accipit interpretationem.*

QVamuis † ſola qualitas ruptæ pacis publicæ Cameræ iuriſdictionem fundet, tamē alij quoque proceſſus acceſſoriè, vnà cū citatione ſuper fracta pace probè ibidē decernuntur, putà mandata cum clauſula de relaxandis captiuis, ampliùs non turbando, & reſtituendo: quæ quidē mandata principaliter, & ſeparatim à citatione, deficiente iuriſdictione, concedenda non forent: & ſic obliquè permittitur, quod directò obtineri non poſſet, cōtra regulam l. fi. C. de vſur. rei iudic. text. in c. cùm quid vna. de reg. iur. in 6. Iaſ. in l. cætera. §. item quæri. ff. de leg. 1. nume. 10. 1

Sed hoc fit connexitatis, & † continentiæ cauſa ratione, nè illa iniquè & incōmodè diuidatur, iuxta l. nulli. C. de iudi. & in l. 1. ff. de quib. reb. ad eund. iudic. ea. 2

3 gloſſ. ibid. in verbo, eundem. Multa †
enim in conſequentiam conceduntur,
quæ aliâs principaliter non concederen-
tur, per tex. in l. 1. ff. de auth. tut. glo. ibid.
in verbo, accommodare. Barto. ibid. nu-
me. 1. text. in l. quod dicimus. ff. eod. titu.
text. in l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact. text. in
l. ſi is qui duos. ff. de liber. legat. & in l. nō
ſolùm. ff. de reſti. in integ. text. in l. & per
iuſiurandum. §. etſi fideiuſſori. ff. de ac-
ceptilat. gloſſ. in c. per venerabilem, in
verbo, habebat, circa finem, qui filij ſint
legit. Socin. ſenior in l. in cōditionibus.
num. 2. ff. de condit. & demonſtrat. De-
ci. conſi. 698. nume. 9. incip. in cauſa legi-
timationis. text. in l. quoties. C. de iudic.
pulchrè Iaſon ibid. nume. 10. maximè ſi
tale ſit conſequens, quod principale ne-
gocium concernit: quo caſu per conſe-
quentiam licet, quod directò prohibitū
eſt, per iura allegata, vt pulchrè explicat
Bartol. in d. l. 1. nume. 1. ff. de autho. tuto.
vbi omninò vide: quia tunc inſpicimus
quid principaliter, non quid per conſe-
quentiam agatur, iuribus iam allegatis.
4 Et † regulariter acceſſorium ſequitur
naturam ſui principalis, c. acceſſorium.
de reg. iur. in 6. l. cùm principalis. ff. eod.
titul. text. in l. eos. C. de vſur. & in l. 1. &
in l. 2. ff. de peculio legato. & clauſulæ
acceſſoriæ recipiunt ex principali fomē-
tum, l. ex pupillari. ff. de vulg. & pupilli.
gloſſ. in l. ſi pacto quo pœnam. C. de
pac. in verbo, ſolennem, Iaſon ibid. nu.
7. Baldus in l. etiam. in fin. C. de iur. dot.
Roma. conſil. 11. nume. 4. incip. quæſtio
conſultationis. Panorm. in c. ſi quis con-
tra. numer. 2. in prima lectura. de for.
compet. Hippol. in pract. crimin. §. opor-
tunè. nume. 66. Item actus ſecundarius
regulatur à primitiuo, Dd. in locis ſuprà
5 allegatis. Præterea † connexitas opera-
tur, vt vnitas cenſeatur: nam connexo-
rum idem eſt iudicium, quo fit vt idem
iudicemus de connexo, quod de princi-
pali, text. in c. tranſlato, de conſtitutio.
gloſſ. ibid. in verbo, quod de vno, & com-
muniter Canoniſtæ, tex. in c. inter cæte-
ras, de reſcrip. & in l. arbor. ff. communi
diuid. text. in l. quæ religioſis. ff. de rei
vend. & in l. proindè. la. 1. ff. ad l. Aqu.
Hippol. ſing. 251. num. 1. incip. connexo-
rum. Ergo ratione continentiæ cauſarū
prædicta mandata de relaxādis captiuis,
amplius non turbando, & reſtituendo,
vnà cùm citatione ſuper fracta pace in
Camera in cōſequentiam obtineri poſ-
ſunt, quæ aliâs per ſe, & principaliter abſ-
que citatione deneganda forēt, eò quòd
connexa, habeantur pro indiuiduis, &
vnitatem operentur, per iura allegata.
Fallit † ſecundò, quandò actor in libello 6
ſupplici factum, ſuper quo talia manda-
ta petit, conſtitutioni pacis publicæ con-
format, putà quòd violenta, & armata
manu, hominibus coactis, per inſidias,
dolo malo, & de induſtria captus ſit, aut
rebus ſuis ſimili modo vis illata, vel bō-
na ablata ſint: quo caſu, cùm iuriſdictio
Cameræ ſuper huiuſmodi narratis vio-
latæ pacis fundata ſit, meritò etiam abſ-
que citatione petita mandata immedia-
tè ſupplicanti conceduntur, idque ex cō-
ſtitutione Diui Imperatoris Caroli V. ti-
tul. Das am Cammergericht nit allein/
& Ordination. tit. 9. §. 5. parr. 2. permitti-
tur. Poteſt enim † offenſus omiſſa pœnā 7
Banni, ad pœnas iuris communis agere
in Camera, vel ad vtranque ſimul: nam
hāc cumulationem pœnarum iuris cō-
munis, cum pœnis ruptæ pacis, vel horū
alterutrum ſeparatim, dictæ conſtitutio-
nes permittunt, quæ omnia in facto &
foro accuratè obſeruanda ſunt. De iure
communi cumulatio diuerſarum pœ-
narum permittitur, quando ex diuerſis
factis plures naſcuntur actiones, quo ca-
ſu vna actio, alteram non elidit, tex. not.
in l. nunquam plura, ff. de priuat. delict.
gloſſ. ibid. in verbo, ob aliud, text. in l.
qui ſeruū, ff. de actio. & oblig. & in l. plu-
ra delicta, ff. eod. titu. tex. in l. nunquam
actiones, ff. de reg. iur. & in l. licèt, ff. nau.
caupo. ſtabu. Secus eſt, ſi ex vno facto, plu-
res naſcuntur actiones, quia tunc cumu-
latio nō admittitur, niſi in id, quod plus
eſſet in vna, quā in alia, tex in l. 1. ff. vi bo-
no. rapt. & in l. cū ex vno, ff. de act. & obl.
glo. ibid. in verb. obtinuit, tex. in l. quoti-
es lex. §. 1. ff. eo. & in l. 3. §. fi. ff. nau. caupo.
ſtab. gl. ſingularis ibid. in verb. cōtentus,
tex. in l. prædia, ff. de act. empt. glo. notab.
in §. fi. in verb. cōſumit. Inſt. ſi quadrup.
pauper. feciſ. dica. Bart. in l. 1. §. vndè quę-
ritur, nu. 3. ff. de pub. & vectigalib. & in d.
l. nunquā plura. nu. 3. Et † memoria inpri- 8
mis tenendū, hanc cumulationem pœ-
narū Banni, cū pœnis iuris cōmunis in
cauſis

cauſis violatæ pacis in iudicio Cameræ
Imperialis tantũ obtinete : non autem
coram iudice ordinario , quia is reum
conuentum ad pœnas iuris communis,
cauſa cognita, cõdemnare poteſt: at pœ-
nam Banni irrogare nequit, deficiente
9 iuriſdictione: Soli † enim Cæſari, vel eo
abſente, Regi Romanorum, & Cameræ
Imperiali ius Banni Imperialis compe-
tit. facit ad hoc tex. in l. 1. §. hi quibus. ff.
de leg. 3. vbi I.C. dicit, deportatos eos eſſe
accipiendos, quibus Princeps inſulas an-
notauit, vel de quibus deportandis ſcri-
pſit cæterùm priuſquàm factum præſidis
comprobet, nondũ amiſiſſe quis ciuitatẽ
videtur. vide infr. eod. lib. cap. 11. & lib. 2.
10 cap. 1. Et licèt † nonnulli Status Imperij
ius Banni quóad ſuos ſubditos ſibi quo-
que vſurpent, per doctrinam Dd. quòd
quilibet Princeps, Comes, vel Baro, tan-
tum poſſit in ſua ditione quóad eorum
ſubditos, quantum Imperator in Impe-
rio. Bartol. in l. infamem. nume. 14. ff. de
publicis iudic. Felin. in c. quæ in Eccleſia-
rum. num. 32. cum ſequen. de cõſtit. Alex.
conſil. 2. num. 9. volum. 1. incip. viſis co-
dicillis. Caſtren. ſingulariter, quem om-
nes referũt, conſi. 34. nu. 1. & num. 5. verſi.
concluditur. volu. 2. incip. ſuper primo
dubio. Socin. ſenior, conſi. 66. nu. 12. vol.
3. incip. viſa donatione. Soc. iunior con-
ſil. 98. nu. 1. vol. 3. incip. conſideratis his,
vbi magis communem dicit. Curt. iun.
conſi. 61. nu. 9. incip. habita diligenti cõ-
ſideratione, vbi communem dicit. Iaſ.
conſi. 103. num. 2. vol. 4. incip. pro verita-
tis. Zaſ. conſil. 1. nu. 21. vol. 2. Schurff cõſi.
18. nu. 2. cent. 3. incip. Quædam commu-
nitas. Natta conſi. 454. nu. 19. vol. 3. incip.
quòd ſereniſſimus. vbique ex hoc multa
11 inferunt: idemque extendunt † ad libe-
ras ciuitates, vt ſunt ciuitates liberæ Im-
periales, die freie Reichs Stette/quod eti-
am illæ iura Principis & poteſtatem le-
gis condendæ habeant, & tantundem in
ſua Republica poſſint, quantum Impe-
rator in Imperio, per tex. in l. prohibere.
§. planè. cum §. ſequen. ff. quod vi aut clã.
Bart. in d. l. infamem. nume. 14. & in l. 1.
C. de bon. vacan. libr. 10. & in l. 1. §. de qua
re. ff. de poſtul. Alex. in l. 4. num. 24. ff. de
re iudic. Deci. conſil. 357. nu. 1. incip. pri-
mò videndum, vbi communem dicit, &
conſi. 534. nu. 2. incip. procedendo breui-
ter. & conſi. 4. num. 2. Incip. & pro renul.
Bal. conſ. 407. nu. 6. vol. 5. Afflict. deci. 361.
nu. 5. Panor. in c. quibuſdam. nume. 2. de
verb. ſign. vbi dicit, ciuitates poſſe reſer-
uato Principi tẽpore immemoriali præ-
ſcribere, quem ad hoc omninò vide, per
tex. in c. ſuper quibuſdam, §. præterea, de
verb. ſignifi. tex. in c. 1. §. fin. de præſcript.
in 6. & in l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de
aqua quot. & æſti. Ang. ibid. & in l. 1. §. fin.
cum l. ſeq. ff. de aq. plu. arcen. Dd. in l. im-
periũ, ff. de iuriſd. om. iudic. Natta conſi.
636. nu. 5. vol. 3. incip. multa ſunt, Felin. la-
tè ad rubr. de præſcrip. nu. 3. cũ ſequ. licèt,
inquàm, inferiores à ſummo Principe,
vel Ciuitates liberæ Imperiales Bannum
quoque irrogent: tamẽ † talia Banna vl- 12
tra eorum territoria non extenduntur,
Bart. in l. hoſtes, nu. 1. ff. de capti. & poſtli.
reuer. & in Tractatu Bannitorum, num.
9. Bald. in l. 1. num. 4. C. de hæred. inſtitu.
per iura infrà allegata, & ideò non Ban-
na, ſed proſcriptiones, deportationes,
& relegationes propriè appellãda ſunt,
per tex. in l. relegatorum. §. interdicere.
ff. de interd. & relegat. vbi dicitur, quòd
† interdicere quis poſſit eam prouinci- 13
am, quam regit, aliam non poſſit, facit
tex. in l. final. ff. de offi. præfecti vrbis, tex.
in l. 3. ff. de offic. præſid. text. in l. 1. & l. 2.
ff. de offic. proconſ. vide Nellum in tra-
ctatu de Bannitis, in ſecunda parte pri-
mi temporis. nu. 1. & d. l. 1. §. deportatos.
ff. de leg. 3. gloſſ. in §. relegati. Inſtit. quib.
mod. ius patr. poteſt. ſol. At † Bannum 14
Imperij quod à Cæſare, vel ſuæ maieſta-
tis nomine à Camera Imperiali irroga-
tur, vniuerſale eſt, propter vniuerſalem
Cæſaris iuriſdictionem, quam in omnes
omnium ordinum perſonas, cuiuſcun-
que dignitatis & excellentiæ; ex æquo ha
bet: ita quòd ab Imperatore Bannitus, v-
bique terrarum in Imperio pro Bannito
reputetur, & ab omnibus tanquàm com
munis omnium hoſtis, impunè offendi
poſſit. tex. in l. deprecatio. ff. ad l. Rhod.
de iac. & in l. bene à Zenone. C. de quad.
præſcrip. gloſſ. ibid. in verb. omnia. gloſ.
in §. 1. in verb. rebellando. in fin. qui ſint
rebel. in extrauag. vide infr. eod. lib. Ob-
ſeruat. 11. De iure communi generaliter
omnes † habentes merum & mixtum 15
Imperium, poſſunt in ſuis prouincijs de-
linquentes, tam ratione domicilij, quàm

ratione delicti,bannire, proſcribere , &
deportare,vt renet Nellus loco allegato,
& an tales banniti perdant bona extra
territorium ſita, vide eundem Nellum
in prima parte ſecundi temporis, nu. 54.
cum ſeq. Bar. in l. cunctos populos.in vl.
quæſt & Iaſ.in l.de pupillo § ſi in plurib.
nu.9.ff.de no. oper. nunc. quòd Banniti
à ciuitate,perdãt iura ſtatutaria, illius ci.
uitatis,ſed non iura communia, per tex.
in l.certa forma. C.de iu fiſ.libr.10.Bart.
in l.amiſſione,§.qui deficiunt,numer.1.
ff.de cap.dimi.Bald.in d.l. 1.nume.4. C.
de hær.inſt.ſecùs eſt in Bannitis ab Im.
peratore : quia tunc ſunt hoſtes in vni.
uerſo mundo. ita dicit Iaſ. in d. §. ſi in
plurib.per l.2.C.de deſertorib. & occul.
tatorib.lib. 12. & per conſequens perdũt
omnia iura ciuilia Romani Imperij.d.l.
certa forma non tamen iura gentiũ , vel
naturalia,tex.in l.ſi mandauero tibi. §.is
cuius.ff.mand.Bart.ibid.nu.1. & in d.tra.
ctatu Bannitorum,nume 9 cum ſequen.
Bald.in d.l.1.Iaſ.in d. §.ſi In pluribus. nu.
16 9.Tertiò fallit,quòd † mandata cũ clau.
ſula in Camera abſque citatione decer.
ni queant,qnandò reus immediatè ſub.
iectus eſt iuriſdictioni Cameræ,ita qnòd
ibidem in prima inſtantia cõueniri poſ.
ſit,idq; per regulam vulgatẽ,quòd actor
teneatur ſequi forum Rei,vulgara.l.fin.
C.vbi in rem act. De mandatis ſine clau.
ſula dixi ſuprà cap. prox. Porrò quoniã
initio dictum eſt,connexorum idem eſ.
ſe iudicium , & materia connexitatis in
iure noſtro frequens,&in foro vtilis ſit,
operæprecium me facturum exiſtimaui,
ſi vltra prædicta quædam ſingularia ex.
empla,licèt extra propoſitum, hic com.
modè ſubijcerem:non enim mei inſtitu
ti eſt,ita me intra fines conſtitutionis pa
cis publicæ continere,vt non liceat quã.
doque,occaſione data,in latiorem cam.
pum exſpaciari,& vela vento ſecundo,
17 vtiliter explicare.Primò † itaque conne.
xitatis vinculo efficitur, vt incapax gau.
deat beneficio capacis : Exempli gratia,
maior vigintiquinque annis vtitur pri.
uilegio minoris, quóad petendam re.
ſtitutionem in integrum,per text.in l.ſi
communem.ff.quemadmodum ſeru. a.
mittatur.vbi priuilegium minoris pro.
deſt eius conſorti maiori.text.in d.l.ſi is
qui duos.ff.de liber.leg. vbi iure ſocieta.
tis,incapax commodum legati percipit.
tex.in l.Ariſto.in fi.ff.quæ res pig. oblig.
non poſſ.Schurff.conſi.94. num.4. cum
ſeq.cent.3.incip.Quòd reſpõſiones. Hip.
pol.ſingul.180.nu.1.incip. Plura. Iaſ. pul.
chrè in l.ſi emancipati.num.5. cũ ſeq. C.
decollat.Hinc eſt quòd † laicus cnm cle. 18
rico ob maleficium captus, ſimul cũ cle.
rico ad iudicem Eccleſiaſticum remittẽ.
dus ſit,ne continentia cauſarnm diuida.
tur,& contrariæ ſententiæ proferantur,
per tex.ſingularẽ in c.per tuas.ext. de ar.
bitr.& ita tenent Felin.in c.placuit.nu.6.
circa mediũ.de præſcrip. Hippol.d. ſing.
180 nu.2.& ſing.167.nu.1.incip.Dixi tibi.
& ſing.501.nu.1.incip. Tritum. Sed quic.
quid ſit de iure, aliter moribus obſerna.
tur:nam iudex laicus cognoſcit quóad
laicos , & Eccleſiaſticus quóad clericos.
Capic.deciſ.173.Iul.Clar.in pract. crimi.
§.final.quæſt.36.verſic.euenit Hinc quo.
que eſt,quòd quãdò † priuatus habet ius 19
commune cum Eccleſia Romana, non
currat ei præſcriptio,niſi centenaria,tex.
in c. ad audientiam. §. fin.de præſcript.
Innoc. ibid. Panormit. in c. de quarta.
nu.19.eod.tit.Felin.in d.c.placuit, nu. 6.
Iaſ.in d.l.ſi emancipati.nu.10.Hippol.d.
ſing.251. Et ſi † clericus cum laico ſit in 20
ſtitutus hæres, laicus propter clericũ co.
ram Epiſcopo cõueniri debet. Idem ob.
tinet, ſi laicus cũ clerico ſit execntor te.
ſtamenti alicuius, quo caſu laicus ſorti.
tur forum clerici.Bart.in l. præcipimus.
§.eo obſeruando.C. de appellat. & in l.
ſolent.ff.de alim.leg.& in d.l. ſi commu
nem.Iaſ.in d.l.ſi emancipati. nu. 10. Itẽ
quòd † actus collegialiter geſtus pariter 21
ab habilibus & inhabilibus, ſuſtineatur
propter habiles, etiã pauciores, per text.
ſing. in c. fin. de procurator. pulchrè
ibid. Panorm. num. 4. Corſetus in ſingu.
laribus ſuis,in verbo,vniuerſitas. Ratio,
quia actus nomine vniuerſitatis geſtus,
cenſetur ab habilibus factus (eò quòd
ius vniuerſitatis penes habiles reſideat)
omni meliori modo quo potuit,& ideo
talis actus ob præſentiam inhabilium,
etiam numero plurium , corruere non
debet,tex.in c.gratum, de poſtulat. præ.
lat.gloſſ.notab.ibid.in verbo pauciores,
& in l. ſicut, ff. quod cuiuſque vniuerſ.
nomin.Panorm.in d.c.fin.numer.5.vbi
vbi hoc in quibuſdam caſibus limitat.
Prædi.

Prædictis adſtipnlatur, quod priuilegi-
um alicui pro ſe conceſſum, extendatur
etiam ad eius familiam, ſine qua eſſe nõ
poteſt, tex.elegans in l.huius, ff. qui pot.
in pigno.habeant. ibi, ſine quibus nanis
ſalua peruenire non poterat, & in l. ad-
miniſtrantes,§.1.ff.de excuſar.tuto. text.
not.in l.1.§.ſi vir aut vxor.ff.de S.C. Syl-
lania.Hippol.d.ſing.180. Præterea mita-
22 bilis connexitatis effectus eſt,quòd † mu-
lier naturalis tantùm, nupta viro legiti-
mo & naturali, mariti ſplendore & dig-
nitate, legitima & naturalis reputetur,
tex.in l.ſi quis naturalem. C. de natura.
lib. Bald. ibid.nume.1.Hippo.d.ſing.501.
num.2.Dec.in l.fœminæ.ff. de regul.iur.
Quò pertinet, quòd origo viri habeatur
23 quoque pro origine vxoris, & quòd †
vxor domicilium mariti ſequatur, ijſdẽ-
que ſtaturis, quibus maritus, obligetur.
text.in l.pen.ff.de iuriſd.om.iud. & in l.
fi.C.de incol.lib.12.tex.in l.filij.& in l.de
iure.§.fi.& in l.fin.§.item ff.ad municip.
tex.in l.exigere.ff.de iudi.& in l.vnica,C.
de mulierib.in quo loco.lib.10.Soci.in c.
1.nu.13.de for.comp.idem in c.pen.nu.7.
eod.tit.& conſ.35.nu.7.vol.1. Bal.conſil.
439.nu.4.vol.4.Alex.conſ.100. num.10.
volum.3.incip.ex inſpectione.Ad prædi-
cta facit,quòd vxores coruſcẽt radijs ma-
ritorum, & clariſſimis perſonis nuptæ
24 † clariſſimatum appellatione contine-
antur,text.elegans in l. final.C.de incol.
libr.10.& in l.fœminæ.ff.de ſenatoribus
text.in d.l.filij, §. vidua, & in l.cùm te.
C.de nupr.latè Tyraquell. in tracta. de
nobilita.cap.18.per totum. Eiuſdem ge-
neris plura exempla vide apud Felin. in
d.c. translato,nume.6.de conſtitu.& in
d.c.placuit, de præſcript. & Iaſon in d.l.
ſi emancipati. Et pro ſingulari regula
25 obſeruandum, quòd † quis ex perſona
alterius aliquid conſequatur, quod ex
ſua perſona conſeqni non poſſet, per
text.in c.auroritate,§.fin.de cõceſſ.præb.
lib.6.& in d.l.Ariſto.in fine,ff.quæ res pi-
gno.oblig.non poſſ gloſſ.ibid.in verbo,
poteſt.tex.in d.l.ſi emancipati.& in d.l.ſi
cõmunem, & in Clem. ſi religioſus, de
procur.vbi monachus poteſt eſſe procu-
rator laici in cauſa communi,facit l.1.ff.
de verb.oblig.Alexand.ibid.& vide om-
ninò Bald.in c.1.nu.12. quib. mod. feud.
26 amit.Ad hæc quod ad † delegatam iuriſ-
dictionem attinet, plurimum momen-
ti habet cauſarum connexiras: nam etſi
delegata iuriſdictio ſtricti & anguſti iu-
ris ſit, ita vt vltra expreſſa extendi non
debeat, text. in c. cum P. & G. & in c.
cùm ſuper eo de offic.deleg. Panormit.
ibid.nume.1. idem in c.1.num.15.in fin.
de ſequeſt.poſſ.text.in c.cùm olim.de re-
ſcrip.Panormi.ibid.numer. 12. Marant.
diſput.1.num.33.cum ſeq.tamen ad con-
nexa,nulla eorum in reſcripto mentio-
ne facta,licitè fit extenſio,text.in c. pru-
dentiam,§.ſexta nobis,& in §.ſi vero,de
offi.deleg tex.in l.2.ff.de iuriſd.om.iudi.
Panor.in d.c.cũ olim.nu.7.Hippo.d.ſin-
gu.251.d.l.arbor.ff. cõmuni diuid. & d.l.
quæ religioſis.ff.de rei vendic.Felin.in c.
ſuper literis.nu.20. de reſcrip. vno enim
conceſſo,omne id conceditur, per quod
peruenitur ad illud,per iura allegata.Sic
domo vẽdita,acceſſoriè venit hortus do- 27
mui contiguus, quaſi additamentum do-
mus,tex.notab. in l.prædijs.§.fi.ff.de leg.
3.text.in l.Seiæ,§.Tyrannæ, ff.de fund.in-
ſtruct.text.in l.fin.ff.de ſeruit.vrban.præ-
dior.& in l.ſi partem. ff.de ſeruit.ruſti p̃-
dio.& † caſtro in feudo conceſſo etiam 28
arma,ſiue munitiones, vt vocant, con-
ceſſæ intelliguntur, tanquàm pertinẽtia
ad caſtrum:quod de ijs armis intelligen-
dum, quæ eo animo illata & innecta
ſunt,vt perpetuò cuſtodiæ cauſa ibi exi-
ſtant & permaneant, vt ſingulariter do-
cet Iaſ.in l.beneficium.num.2.ff.de con-
ſtitut.princip.Bald.præclarè in c. 1. nu.5.
cum ſequen.de Capit.qui cur vend. De-
cius conſil.516.nume. 26. incip.quoniam
cauſa iſta, Antho.de Butr.in c.cùm dile-
cti,in fin.de donarion.facit ad hoc text.
in l.etſi non ſunt, cũ §. §. ſequentibus, ff.
de auro & argen.legat.& in l.fundi, §. fi.
ff.de actio.emp.text. in l. inſtrumẽta,ff.
de fund.Inſtruct.& inſtru.legat. & regu-
lariter apprehẽſa poſſeſſione caſtri, oẽs
eius pertinentiæ tanquàm acceſſoriæ,pa-
riter apprehẽſæ cenſentur,tex.in l.3.ff.de
acq.poſſeſſ.Alex.ibid. num.33.Zaſ. num.
28.& cõmuniter Dd.facit tex.in l.2.C.de
bonis vacãt.libr.10. quẽ ad hoc omninò
vide.Pertinentias † aũt ſola voluntate & 29
deſtinatione patris ſam. cõſtitui notum
eſt,per tex.not.in l.quod in rerũ.§.ſi quis
ff.de lega.1.& in l.quæſitum.§. ſi quis eo-
dem.& in §.Papinianus.2.ff. de fund. in-

 ſtruct.

ſtruct.tex.in l.ex facto.§.rerum.ff.de hæred.inſtit.Innoc.quem oẽs allegãt, in c. cũ ad ſedem.nu.2.de reſtit.ſpol. Bald.pulchrè in d.c.1.nu.2. & 5.de Capit. qui cur. vend.Barto.in l.1.nu.3.ff.de dam. infect. Guido deciſ.193.per totã. Poſtremò con-
30 nexitatis † ratione,dubia ancepsq́ue ſubſtitutio ex ipſa inſtitutione,tanquã principali,& capite teſtamẽti, interpretationem accipere debet,per tex. in l.1. C. de impub.& alijs ſubſtitut. & in l. ſi plures. ff.eod.titul.Roma.conſil.110.numer.4. vide plura exempla connexitatis,Obſer. lib.1.Obſer.35.Hæc omnia tanquàm ſingularia,& in foro vtilia memoriæ commendanda ſunt.

CAPVT VII.

Actio ex conſtitutione pacis publicæ quando competat.

SVMMARIA.

1 Requiſita actionis ex conſtitutione pacis publica.
2 Vis armata.
3 Arma dicuntur omnia per quæ nocetur.
4 Armati qui dicantur.
5 Telorum appellatione quid veniat.
6 Armorum appellatione quid propriè intelligatur.
7 Voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia.
8 Iacula præmiſſa minus feriunt.
9 Animus occidendi quomodo probetur.
10 Deficiente dolo an committatur delictum.
11 In delictis lata culpa dolo non æquiparatur, ſed verus dolus requiritur, alias delictum non committitur.
Fallit in Capitaneo Arcis. ibid.
12 Dolus regulariter non præſumitur & qualibet cauſa excuſat à dolo.
13 Dolus præſumitur in eo qui dat operam rei illicita.
14 Violentia quomodo præſumatur, & nu.15.
16 Vis in ſe dolum continet, ſed non è contrario.
17 Dolus quàm multifariã in iure accipiatur, remiſſinè.
18 Practica petendi citationem ſuper fracta pace.
19 Omnis fracta pax eſt vis publica, ſed non è diuerſo.
20 Lex vel ſtatutum plura requirens, in omnibus adimpleri debet.
21 Conditiones plures vnius loco habentur, & omnibus parendum eſt.
22 Vxor legataria ſub pluribus conditionibus omnes adimplere debet.
23 Conditiones in forma ſpecifica adimplenda.
24 An vnus vel duo pacem publicam rũpere queant.
25 Turba & familia quando dicatur.

VT actio ex conſtitutione † pacis 1
publicę,ob pacem violatam vtiliter competat,& inſtitui poſſit,
tria potiſſimùm requiruntur. Primò requiritur vis publica, & maior quàm cui
reſiſti poſſit: nam edictum pacis publicæ nõ ad omnem,ſed ad ſolam atrocẽ vim
pertinet,ſicut interdictum de vi & vi arma,tex.in l.1.§.hoc interdictum. ff.de vi
& vi arm.& in l.2. cum l.ſequ.ff. quod vi met.cauſa.tex.in l.ex conducto. §. ſi vis,
& in l.ſi merces.§.vis maior.& in l.ſi fundus in fine.ff.locati. Secundò requiritur
vis † armata,quæ fit coactis & coadunatis hominibus,ponderando verba cõſti- 2
tutionis,ibi, mit gewerter handt/ hoc eſt,
armata manu,collectis hominibus,text. in l.1.in prin.& in §.homines. ff. vi bon.
rap.tex.elegans in l.3.cum l. ſequ. ff. ad l. Iul.de vi pub.tex.in l.qui cœtu. & in l.q
dolo.§.hac lege cũ l.ſeq.ff.eod.tit.quæ iura præcipuè ad Conſtitutionem pacis pu
blicę ſpectant,& tot.tit.de pace tenen.&
eius violatorib.Arma † dicuntur omnia 3
per quæ nocetur, nõ ſolùm gladij,haſtę, & frameæ,ſed etiã fuſtes & lapides, text.
in l.3,§.armis.ff.de vi & vi arm.& in l.armorũ,& in l.ſi calũnietur.§.telum. ff. de
verbo.ſig.tex.in §.armorũ.Inſt. de interdic.Et † armatos nõ vtiq; eos intelligere 4
debemus,qui tela habuerint, ſed etiã eos
qui habẽt aliud quod nocere poteſt,text.
in l.armatos.ff ad l.Iul.de vi public.Sic † 5
telorũ appellatiõe omnia ex quibus ſinguli homines nocere poſſunt accipiantur,tex.in l.pen.ff.ad l.Iul.de vi public.&
in §.itẽ lex.Iulia.verſi.telũ.Inſti. de publ.
iudic.Propriè † tamen armorum appel- 6
latione veniunt ea, quæ principaliter ad offendendum, vel defendendum fabricata ſunt, vt notant Dd.in l. armorum. Ange.in d.l.armatos.Roma. In l.1.§. occiſorum.ff.de S.C.Syllania.Hippol.pulchrè in pract.crim.§.pro complemento. nu.13.cum ſeq.quem ad hoc omninò vide ſup.cap.1.Homines coactos accipere debemus,ad hoc coactos,vt vim inferãt, tex.in l.2.§. homines. ff. vi bonor. rapt. Vide infrà prolixiùs in fine. Tertiò ad fundandam accuſationem, ſiue actionem ſuper conſtitutione fractæ pacis, requiritur dolus malus,dolus verus,propoſitum, & deſtinata voluntas offendendi,nimirùm vim publicam & armatam factam

factum eſſe dolo malo, præcedente con-
ſilio de induſtria, & data opera, ponde-
rando verba cōſtitutionis, ibi. furſetzlich/
geferlich/ vnnd freuentlich/ id eſt, ex pro-
poſito, doloſè, obſtinatè, malitioſè, & ex
inſidijs. Facit text. in d. l. 2. §. dolo malo.
vbi dicitur, quòd dolo malo faciat qui
præcedente conſilio ad hoc ipſum colli-
git homines armatos, vt damnum det,
bonáue rapiat. gloſſ. in d. l. 1. §. hoc inter-
dictum, in verbo, atrocem. ff. de vi & vi
arma. Et ſiue ipſe quis cogat homines, ſi-
ue ab alio coactis vtatur ad rapiendum,
dolo malo facere videtur, ita tex. in d. §.
7 dolo malo. Voluntas † enim & propoſi-
tum diſtinguunt maleficia, text. in l. qui
iniuriæ cauſa. in princip. ff. de furt. cum
ſimilib. Cicero lib. 1. Offic. inquit: Leuio-
8 ra † eſſe ea, quæ repentino aliquo motu
accidunt, quàm ea quæ mediata & præ-
parata inferuntur: vnde illud vulgatum,
9 quòd iacula præuiſa minùs feriant. Sic †
animus occidendi probatur ex qualita-
te percutiendi, vtrùm ex propoſito per-
cutiat, an in rixa, vel alio quodam impe-
tu, vt præclarè notat Bart. in l. 1. §. Diuus.
numer. 2. ff. ad l. Corn. de ſicar. per illum
10 tex. & l. 1. 2. & 3. C. eod. titul. Ceſſante † igi-
tur dolo vero, ceſſat delicti qualitas, ad-
ſtipulāte regula, quòd quoties in delictis
dolus requiritur, eo deficiente, non com
mittatur delictum, tex. in l. inter omnes.
§. rectè. & in l. falſus. §. qui alienum. ff. de
furt. text. in d. l. 1. §. Diuus. ff. ad l. Cornel.
11 de ſicar. adeò vt † lata culpa non æquipa-
retur dolo, quia in delictis ſanguinis pœ-
nam irrogantibus ex communi Dd. opi-
ne diſpoſitio l. quod Nerua. ff. depo. non
obtinet: ſed verus dolus requiritur, ꝑ tex.
in d. l. 1. ff. ad l. Corne. de ſica. vbi commu
niter Dd. Blan. in prac. crim. §. viſis indi-
cijs, nu. 137. cum ſeq. Felin. in c. 2. nu. 4. de
conſtit. & ibid Canoniſt. Bar. in l. in acti-
onibus. num. 1. ff. de in lit. iur. Iaſ. ibidem
nume. 23. cum ſequen. vbi hoc limitat in
Capitaneo ſiue Caſtellano, vt vocant,
qui arcem lata culpa amittit, quod per-
inde ac ſi dolo Arcem amiſiſſet, capitis
puniendus ſit, idque propter exemplum
& terrorem aliorum, per text. in l. mili-
tes, ff. de cuſtod. & exhib. reo. Idem tenet
Oldra. conſi. 92. nume. 1. incip. Rex habe-
12 bat. Dolus † verò etſi regulariter nō præ-
ſumatur, tex. in l. dolum. C. de dolo. Dd.
ibi. tex. in l. quoties. § qui dolo, ff. de pro-
bat. & in l. ſi prętor. § Marcellus. ff. de iu-
dic. adeoque quælibet cauſa, etiam iniu-
ſta, à dolo prēſumpto excuſet, text. in l.
igitur. §. poteſt ff. de lib. cauſa. tex. in l. 1.
§. fin. ff de abigeis. text. in l. plagij. là. 2. ff.
ad l. Fauiam de plagiatijs. hoc tamē non
procedit, quoties † quis actum per ſe illi- 13
citum explicat: nam rei prohibitæ ope-
ram nauans ipſo facto cenſetur eſſe in
manifeſto dolo, tex. in l. ſi ex plagis §. ta-
bernarius, ff. ad l. Aquil. & in l. ſi non cō-
uitij. C. de iniur. gloſſ. & Dd. in d. l. do-
lum. gloſſ. in c. 1. in verbo, ludens, de præ-
ſump. Fel. in c. in præſentia. nu. 13. de pro-
bat. & in c. ſi autem. nu. 1. & 2. de reſcript.
Iaſ. in l. in actionibus. num. 23. ff. de in lit.
iur. Angel. in l. ſi quis ex domo. num. 2. ff.
de furt. Alex. conſi. 103. num. 13. volum. 1.
incip. videtur prima, dicens dolum ſem-
ꝑ prēſumi in ijs, qui ſunt de genere pro-
hibitorum. Afflict. in c. 1. §. ſi quis homi-
nem. in 2. notab. nu. 3. de pace tenen. vbi
dicit per illum text. quòd in actibus pro-
hibitis dolus ſemper præſumatur. Sic † 14
violentia præſumitur, ex quo quis arma-
tus ad locum acceſſit, tex. in l. idem eſt. §.
qui armati. ff. de vi & vi arma. Angel. in
d. l. ſi quis ex domo. Salic. in l. Senatus. C.
de his qui ſibi in teſta. Et † vbicunq; com 15
mittitur violentia, ibi dolus adeſſe præ-
ſumitur, ſed non è diuerſo, text. in d. l. 2.
§. doli mentio. ff. vi bono. rapt. vbi I. C.
ait, qui † vim facit, dolo malo facit, non 16
tamen qui dolo malo facit, vtiq; & vim
facit, & ita dolus habet in ſe & vim, & ſi-
ne vi ſi quid callidè admiſſum eſt, æquè
continebitur, ad idem facit tex. in l. præ-
tor ait, cuius §. ſi cùm ſetuum. ff d. titul.
De gradibus † doli, & quomodò multi- 17
fariam in iure noſtro, iam in ciuilibus,
quàm criminalbus cauſis dolus accipi-
atur, vide præclarè Bald. in l. quæ fortui-
tis, num. 5. cum ſequen. C. de pign. actio.
Blanc. in pract. criminal. §. viſis indicijs.
nume. 130. & numer. 132. Concurrentibus
igitur ſuperioribus trib⁹ requiſitis, actio
ex Conſtitutione pacis publicæ vtiliter
inſtituitur. Quapropter ad † obtinen- 18
dam citationem in Camera ſuper pace
rupta, hæc tria requiſita ſimul comme-
morare, & cœpto iudicio, luculēter pro-
bare debet: alterutrum horum nō ſuffi-
cit, quia non omnis vis publica eſt fra-

19 ĉta † pax, licèt è contrario omnis fracta
pax ſit vis publica, quia hoc edictum pa-
cis non ad omnem, ſed ad atrocem vim
pertinet, vt initio dictum, ſicut ex titul.
ff. & C. ad l. Iul. de vi publica, videre eſt,
vbi multæ ſpecies vis publicæ recenſen-
tur, quę tamen ad Conſtitutionem ruptę
pacis non pertinent, facit dict. l. 2. §. doli
mentio. Sed publica pax turbari nequit
ſine vi publica, quia vt dictum eſt, tria
cumulatè requirũtur, quæ pariter ad vim
publicam ſpectant: quolibet horum de-
ficiente, ceſſat pœna pacis violatæ, putà
Banni Imperialis, ſed ad pœnas iuris cõ-
munis de vi publica, ratione ſimplicis
20 ſpolij agi poteſt. Quoties enim † lex vel
ſtatutum plura coniunctim requirit, nõ
ſufficit alterutrum fieri, ſed omnia adim
pleri neceſſe eſt, text. in l. ſi quis ita ſtipu-
rus fuerit decem, ff. de verbor. obligat.
Deci. conſil. 177. num. 1. incip. quòd ſupr.
Vide plura allegata infrà eodem libro,
21 capite 13. Sic in † conditionibus, quan-
dò plures conditiones hæredi coniun-
ctim datæ ſunt, omnibus parendum eſt,
quia vnius loco habentur: ſi diſiunctim,
cuilibet, text. in l. ſi hæredi plures. ff. de
cond. inſtitut. & in l. cedere diem. §. vbi
ſub conditione. ff. de verbo. ſignif. tex. in
l. qui hæredi. ff. de cond. & demonſt. & in
l. cùm quærebatur, ff. iudic. ſol. text. in l. ſi
ita quis, & in l. ſi quis ita. ff. de verbor. ob-
lig. Bartol. ibid. nume. 1. text. in l. cùm pu-
pillus. §. 1. ff. de condit. & demonſtr. Ca-
pra conſil. 72. numer. 12. incip. cùm viſo.
22 vbi hoc inducit † ad legatum ſub pluri-
bus conditionibus vxori relictum: velu-
ti ſi, & quóad honeſtè vixerit, vidua per-
manſerit, atque in domo mariti teſtato-
ris habitauerit, quod videlicet legatum
ei non debeatur, niſi omnes conditio-
nes adimpleuerit, per text. notab. in d. l.
ſi hæredi plures. Deci. conſil. 620. num. 2.
incip. Caſus de quo quæritur. Hinc pro
23 regula dicimus † conditiones in forma
ſpecifica adimplendas eſſe, & non per æ-
quipollens, text. in d. l. qui hæredi, & in l.
Mæuius, ff. eod. titul. Bartol. ibid. num. 1.
In ſecundo requiſito huius Conſtitutio-
nis dictum eſt, quòd vis publica debeat
fieri hominibus coadunatis, & collectis:
24 vnde infertur, ſi † vnus, aut duo vim pub-
licam inferant, quòd non ſup Conſtitu-
tione fractæ pacis, ſed ſuper pœnis iuris
communis coram ordinario iudice con
ueniri debeant, vt probato delicto & vi-
olentia, pro merito pœna ordinaria iu-
ris communis puniantur. Nam Conſti-
tutio fractæ pacis ad pacem publicã ſpe-
ctat, hanc vnus, aut alter turbare nequit:
ſed hoc fieri poteſt per potentiores col-
lectis & coadunatis hominibus, quibus
ira collectis tranquillitas Imperij pertur-
bari poſſet. Et proculdubio ex mẽte Sta-
tuum Imperij, ita Cõſtitutio non eſt ſin-
gulorum & priuatorũ nomine promul-
gata, quorum vana eſt ſine viribus ira, &
qui pœnis ordinarijs in officio retineri,
& delinquẽdo plecti poſſunt: ſed eorum
potiſſimùm nomine, qui per potentiam
collecto milite, vel auxilio multorum,
alium iniquè offendere, & pacem publi-
cam turbare poſſint: quod in decernẽdis
proceſſibus diligenter conſiderandum
eſt. Facit ad hoc tex. in l. prætor ait. §. tur-
bam. ff. vi bono. rapt. quòd † duo, tres, aut 25
quatuor, propriè turba non dicãtur, ſed
ſi plures fuerunt decem aut quindecim
homines, turba dicetur, ad idẽ facit text.
in l. deteſtatio. §. vnicus. ff. de verbor. ſig.
quòd vnicus ſeruus familię appellatione
non contineatur, nec duo quidem fami-
liam faciant. Si igitur etiam priuati de
induſtria, dolo malo, & hominibus coa-
ctis vim publicam inferant, rectè ſuper
hac Conſtitutione conueniri poſſunt,
quia Conſtitutio generaliter loquitur,
von Landtfrieden/ & lex ſui natura gene-
ralis eſt, vt ſup. cap. 1. dixi, per tex. in l. 1. ff.
de legib. & in l. 3. §. Diuus. ff. de ſepul. vio.
la. latè Panor. ad rubr. de conſtitutio. nu.
2. Et de iure communi, & ſi vnus homo
coactus ſit, adhuc dicemus homines co-
actos eſſe, tex. in d. l. 2. §. homines, ff. vi bo
no. rapt. text. in d. l. 1. §. familiæ autem. ff.
de vi & vi arm. vbi dicitur, quòd in illo
interdicto familia deieciſſe videatur, eti-
amſi vnus ſeruus vi deiecerit; ſed magis
eſt, vt in cauſis fractæ pacis plurium coa-
dunatio requiratur, qui præcedente con-
ſilio ad hoc conueniunt, vt alteri vim
publicam inferant.

CAPVT VIII.

Eccleſiaſtici an ſuper turbata pace publica agere, & offenſi armata manu ſe defendere poſſint.

SVMMARIA.

1 *Clerici criminaliter agere nequeunt.*
2 *Accuſare prohibitus ad accuſandum admittitur, ſi ſuam iniuriam proſequi velit.*
3 *Accuſatio dicitur genus illaudabilis intentionis.*
4 *Clerici in cauſa criminali teſtimonium perhibere nō poſſunt.*
5 *Clerici quandò & quomodò criminaliter agere poſſint.*
6 *Eccleſiaſtici an ſuper turbata pace publica agere queant.*
7 *Eccleſiaſtici Status Imperij ad pœnam Banni in Camera procedere poſſunt.*
8 *Principes Eccleſiaſtici ratione Regalium forum Cæſareum ſortiuntur.*
9 *Appellatio ab Epiſcopo, Comite, ad ſuperiorem Comitatus deuoluitur.*
10 *Citatio ſuper fracta pace Eccleſiaſtica Statibus Imperij non eſt neganda.*
11 *Clerici mediatè Imperio ſubiecti ſuper fracta pace agere non poſſunt.*
12 *Clericus habens iuriſdictionem temporalem, maleficia per alios punire debet.*
13 *Clerici mediatè Imperio ſubiecti, an ad reſtitutionē bonorum ablatorum in Camera agere queant,*
14 *Quid ſit, cum proteſtatione tamen quòd ciuiliter agere velint.*
15 *Inſtrumentum proteſtationis conficere debent.*
16 *Damni occaſionem dans, quandoque damnum dediſſe non cenſetur.*
Rei licita operam dātis, nulla culpa imputari poteſt. ibid.
17 *Clericus criminaliter coram laice neque conueniri, neque reconueniri poteſt.*
18 *Clerici ſi contra pacem publicam offendantur, an vi armata reſiſtere queant.*
19 *Sacerdos an aggreſſorem in templo occidere poſſit.*
20 *Clerici regulariter bellum mouere non poſſunt.*
21 *Arma clericorum ſunt lacbryma & orationes.*
22 *Milites ſæculares à militibus Eccleſiæ diſcreti ſunt.*
23 *Clericus pro defenſione ſua & Eccleſiæ arma mouere poteſt.*
24 *Clericus alium hortari poteſt, vt arma ſumat pro defenſione oppreſſorum.*
25 *Prælati habentes iuriſdictionem temporalem, belli per alium contra ſubditos inobedientes mouere poſſunt.*

IVre Canonico notum eſt, cleri-
cos † criminalem accuſationem
1 contra laicos inſtituere nō poſ-
ſe, quia ſanguinis pœnam agitare non
debent: imò nec ad vindictam publicam
criminali iudicio, ceſſante ſanguinis pœ-
na, agere poſſunt, tex. in c. prælatis, de ho-
micid. in 6 & in c. clericis, & in c. ſenten-
tiam, ne cleric. vel monach. ſæcul. neg.
ſe immiſ. tex. in c. ſicut ſacerdotes. 2. q. 7.
& in c. his à quibus. 23. q. 8. Panorm. in c.
cùm P. Manconella. num. 8. de accuſat.
gloſſ. in c. laicos. 2. q. 7. in verbo, laicos,
per illum tex. Et licèt regulariter † omni- 2
bus quibus accuſatio denegatur, in pro-
prijs cauſis accuſandi licentia non ſit de-
neganda, tex. in c. omnibus. 4. q 6. tamen
hoc non obtinet in clericis, etiam pro-
priam iniuriam proſequi volentibus,
gloſſ. in d. c. laicos. Panorm. vbi ſup. quia
† accuſatio dicitur genus illaudabilis in- 3
tentionis, vt dicit tex. in c. ſi quis Epiſco-
pus. 2. q. 7. Vnde clericus non debet ſe im-
miſcere huiuſmodi odioſis litibus, text.
in d. cap. ſicut ſacerdotes, item clerici de-
bent eſſe ſeparati à vita laicorum, text. in
d. c. laicos. neq; † teſtimonium ferre poſ- 4
ſunt in cauſa criminali, tex. in in c. de ce-
tero. extr. de teſtib. & in c. teſtimonium.
11. q. 1. Panorm. in d. c. cum P. Manconel-
la. Et hæc accipienda ſunt de accuſatio-
ne ſuper crimine pœnam ſanguinis ir-
rogante: ſi verò † ſanguinis pœna non ſit 5
imponēda, licitè accuſare poſſunt, quan-
dò ſuam, vel Eccleſiæ ſuæ iniuriam pro-
ſequuntur: aut ſi delictum morte plecten-
dum ſit, interpoſita proteſtatione, quòd
ipſi nolint ad pœnam ſanguinis agere,
rectè quoq; agunt: & ſi iudex poſteà mor-
tem delinquenti iuſtitia mediante infe-
rat, probè excuſantur, per tex. not. in d. c.
prælatis. & facit text. in c. de occidendis.
verſ. abſit. 23. q. 5. Panor. vbi ſupr. num. 10.
Et hæc quomodò procedant mox proli-
xiùs explicabo. Iſtis præmiſſis quæritur,
an † Eccleſiaſtici, vel clerici ſuper turba- 6
ta pace publica, ad pœnam Banni accu-
ſationem inſtituere queant. Ex prædictis
liquidò conſtat hoc fieri non poſſe: nam
accuſationem ſup fracta pace criminalē
eſſe, & pœnam ſanguinis, vitæ, neciſq; ir-
rogare, ſæpè dictum eſt, & edictum pacis
publicæ hoc luculenter exprimit. Ex fa-
cto reſponſum memini, Eccleſiaſticas † 7
pſonas, principaliter, & immediatè Im-
perio ſubiectas, ſo ohn mittel dē H. Reich
vnderworffen/ vnd deſſelbig Stēdt ſeindt/
rectè ex Conſtitutione pacis publicæ, ad
Bannum agere, & criminaliter in Came-
ra ob violatam pacem conueniri, & cau-
ſa cognita conuicti, banniri poſſe, ſerua-
to diſcrimine de quo ſuprà cap. 1. dixi.
Et hoc † caſu fundatur iuriſdictio ad- 8
uerſus Eccleſiaſticos ratione bonorum
feuda.

feudalium, priuilegiorum, & regalium,
quæ à Romanorum Imperatore, & Sa-
cro Romano Imperio habent, & quo-
rum nomine Principes Imperij appel-
lantur, forumque Cæſaris ſortiuntur,
von wegen des H.Reichs Regalien/ vnnd
weltlichkeit/ oder weltlicher obrichkeit/ &
ideò pręceptis Cęſaris,& Imperij parere,
& vocati ad auxilium, & conſilium, ve-
nire,& comparere debent,per tex. in c.ſi
Epiſcopus,ibi.præceptione Regia, 18. di-
ſtin.gloſ.ibid.in verbo,regia,& in c.cùm
parati,de appellat.gloſſ.ibid.in verbo,in
legatione,& ſimiliter Panor. ibid. nu.8.
cum ſequ.vbi omninò vide,tex. in c. ni-
mis de iureiur.gloſſ.in c. reprehenſibile,
in verbo,orationibus,23.q.8. Bald. in c.1.
verſi.hoc quod nos,num.6.de pace Con-
ſtan.Panorm.præclarè in c. ſacroſancta,
per totum , de elect. Franciſ. Mar. quęſt.
456.nu.9.Guido conſi.72.nu. 5. cum ſeq.
incip.principalia dubia.Hieron.Schurff.
pulchrè conſi.72.nu.2.cum ſeq.cen.1.in-
cip.pro clariori, vbiq; dicunt, Eccleſiaſti-
cos,ratione regalium,& feudorum tem-
poralium, obedientiã ſæcularibus à qui-
bus talia regalia,& feuda recognoſcunt,
præſtare debere, forumq; ſęculare ſorti-
ri.facit gloſſ.in c.ſolitè,in verbo, ſuſcipi-
unt,de maior.& obed.Canoniſt.in c.Ro
man.§.debet,de appell.in 6.Philip. Fran.
ibid.nu.2.Caſtr.in l.ſi quandò.num.2. C.
9 de appell. vbi dicit, ſi † appelletur ab E-
piſcopo,tanquàm Comite, non appella-
tur ad Põtificem,ſed ad ſuperiorem Co-
mitatus, ſicut quotidiè in cauſis appella-
tionum in Camera obſeruatur. Et aliàs
de iure communi priuilegium fori cle-
ricis conceſſum,non habet locum in bo-
nis feudalibus, quia coram iudice laico,
hoc eſt,paribus Curiæ,vel domino feudi
probè conueniuntur, text.in c. ex tranſ-
miſſa,& in c.verùm.de foro compe. tex.
in c.cæterùm,de iudic.Socin.in c.1.num.
27.de foro comp. & in c. ſanè. num.14.
eod.titul.& in fallent. regul.56. fall.2. &
10 Dd.vbi ſuprà. Quapropter ſi in † bonis
beneficiarijs Imperij hoſtiliter ab alio
offendantur,Camera talibus Eccleſiaſti-
cis perſonis, tanquàm Imperij Principi-
bus & Statibus citationem ſuper turbata
pace meritò decernit, & ita obſeruatur.
11 Cæterùm quod † ad medij vel inferioris
ordinis Eccleſiaſticos attinet , putà qui
non ſunt Status Imperij, neque imme-
diatè Imperio, ſed ſuis prælatis ſuperio-
ribus ſubiecti,hi accuſationem crimina-
nalem ſuper turbata pace inſtituere non
poſſunt,iuribus initio allegatis. Et ſi hæc
differentia ad iuris Canonici rationem
reuocata parum momenti haberet,quo-
niam nullum inter clericos, cuiuſcun-
que gradus vel dignitatis, lex diſcrimen
facit, ſed in vniuerſum omnes clericos
ab accuſatione criminali ſanguinaria
arcet, atque remouet:nullus clericus, in-
quit tex.in d.c.ſententiam,ſanguinis vin
dictam exerceat. eſt vniuerſalis negati-
ua, quæ ad omnes clericos, cuiuſcunque
Status,vel pręeminentiæ,pertinet.& alia
allegata iura vniuerſaliter de clericis di-
ſponunt,& pœnam Canonicam,irregu-
laritatem vocant, tranſgreſſoribus irro-
gant. Quò † fit,vt Eccleſiaſtici habentes 12
merum, mixtumque Imperium, & gla-
dij poteſtatem non per ſe,ſed per ſuos ſę-
culares iudices, in criminalibus iuſtiti-
am adminiſtrare debeant,text.in c.final.
ne cleric.vel monachus libr.6. Ioan.Lu-
pi in tracta. de bello. §. habeas, nume. 3.
ipſi enim ſanguinis ſententiam profer-
re non poſſunt,nec ſanguinis vindictam
exercere, aut vbi exercetur intereſſe, d.c.
clericis, & d. c. ſententiam, vtrobique
gloſſ. in verbo, iudicent, & verbo, ſan-
guinis, text. in c. ex literis, de exceſſibus
prælator. Sed prædicta differentia in
Camera propter Regalia & iuriſdictio-
nem temporalem meritò obſeruatur, &
Status Imperij Eccleſiaſtici, in cauſis fra-
ctæ pacis actiuè & paſſiuè rectè agunt &
conueniuntur, prout ante meum Aſſeſ-
ſoratum decreti ſunt proceſſus ſuper
fracta pace , Reuerendiſſimis Epiſco-
pis Bambergenſi & Herbipolenſi ſiue
Vuittzburgenſi tanquàm Principibus
Imperij,contra Marchionem Albertum
Brandenburgẽſem,qui ad eorum inſtan-
tiam,ob violatam pacem publicam, an-
no 1553.in Camera Imperiali in Bannum
Imperij declaratus fuit, & poſteà meo
tempore proceſſus ſuper fracta pace de-
creti ſunt Abbati in Elgingen/tanquàm
prælato Imperij contra Memmingen/
& conſortes. De pœnis Eccleſiaſticis vi-
de Felin.in c.qualiter & quandò,el.2.nu-
mer.28.de accuſatio. Vt autem ad † cleri- 13
cos mediatè Imperio ſubiectos redeam,
quæri-

quæritur, nunquid ciuiliter ob fractam
pacem ſaltem ad reſtiutionẽ bonorum
ablatorum, & damna accepta in Came.
ra agere poſſint? Maximè, adeoq; in pri.
ma inſtantia in Camera: quia cauſa cri.
minalis ciuiliter intentata, dicitur merè
ciuilis, Iaſ. in l. admonendi, nu. 226. ff. de
iureiur. vbi vide an hoc caſu poſſit acto.
ri deferri iuramentum neceſſariũ, quod
ex communi Dd. opinione in crimina.
libus cauſis non defertur, gl. & Dd. in l. 3.
ff. d. tit. glo. & Bar. in l. maritus. ff. de quæ.
ſtionib. gloſ. in c. cùm ſunt partiũ, de reg.
iur. in 6. in verb. fin. Iaſ. in d. l. admonen.
di, nu. 224. vbi communem dicit. Prædi.
cta procedunt, dummodò clerici in libel
lo ſupplici pro citatiõe vel mãdato de
reſtituendo, facti narrationem conſtitu.
tioni pacis publicę conforment, iuxta re.
quiſita, de quib. ſup. cap. prox. ſed tamen
ad pœnam Banni non concludant: imò
conceptis verbis teſtatum faciant, ſe nõ
14 † ad ſanguinis pœnam, nec publica vin.
dictam, verùm ciuiliter tantùm ad reſti.
tutionem bonorum ablatorum, & dam.
na hoſtiliter data, agere velle, per text. in
c. ſi diligenti. de ſymonia. glo. in d. c. lai.
cos. & in d. c. prælatis. de homicid. in 6.
Franc. ibid. nu. 6. Anch. nu. 6. Panor. in d.
c. cum P. Manconella, nu. 10. vbiq; dicũt
15 clericũ omiſſa † iſta proteſtatione, inci.
dere in pœnam Canonicam, & irregula.
rem fieri, honore, & loco priuari: ideoq;
conſultum eſſe, vt non ſolùm proteſte.
tur, ſed etiam ſuper facta proteſtatione
inſtrumentum publicum confici curet,
quo facto, ſi poſteà in proceſſu cauſæ, iu.
dex ad inſtantiam procuratoris fiſci, ac.
cuſato pœnam Banni irroget, clerico ni.
hil imputari debet, p text. in d. c. prælaris,
& in d. c. de occidendis. Abſit, inquit tex.
ibid. ex Auguſtino, vt ea quæ propter bo.
num licitum facimus, aut habemus: ſi a.
liquid per hæc præter noſtram volunta.
tem cuiquã mali acciderit, nobis impu.
tetur: alioqñi nec ferramẽta domeſtica,
aut agreſtia ſuut habenda, ne quis ex ijs
vel ſe, vel alterum interimat: nec arbo.
res plantandæ, ne quis ſe inde ſuſpendat:
nec feneſtra faciẽda, ne per hanc ſe quiſ.
am præcipitet. Hinc ſumitur argumen
16 tum, quòd non † omnis, qui occaſionem
damni dat, damnũ dediſſe videatur, con.
tra regulam, l. qui occidit, §. pen. ff. ad l.
Aquil. cum multis concordantibus. in
gloſ. ibid. in verb. feciſſe. Item aliud argu.
mentum, quod rei licitæ operam danti,
nulla culpa imputari poſſit, etiam ſi indè
aliquid mali eueniat, tex. in c. ſæpè. 50. di.
ſtinct. & in §. item ſi putator, Inſt. de lege
Aquil. & in l. ſi putator. ff. eod. tit. gloſſ.
in d. c. de occidendis, in verbo, bonum.
Quomodò autẽ clerici clericos, vel lai.
ci clericos criminaliter accuſare poſſint;
vide gloſſ. Panorm. & Dd. in d. c. cùm P.
Manconella, de accuſa. tex. in d. c. laicos,
cum ſequ. 2. q. 7. & ampliſſimè Iul. Cla.
rum in pract. crim. §. fin. q. 36. per totam,
vbi p varias quæſtiones de foro clerico.
rum eruditè diſputat, & communem te.
ſtatur, clericum † non poſſe coram iudi. 17
ce ſeculari criminaliter cõueniri, vel re.
conueniri, tex. in c. cùm non ab homine;
de iudic. Vide quoque de hac materia
Imol. Dec. & Dd. in c. at ſi clerici, de iud.
Bar. in l. ſi quis in ſeruitute, nu. 2. ff. de fur.
cum longa apoſtil. ibid. Canoniſt. In c. vt
famę. de ſen. excommn. vbi dicitur, quòd
iudex laicus clericum delinquentem ap.
prehendere poteſt, non vt ipſum detine.
at, ſed vt ad iudicem eccleſiaſticũ ducat:
idq́ue procedit ſi apprehendatur in ipſo
actu delinquendi, ſecùs ſi ex interuallo
capiatur, vide Dd. in c. cùm nõ ab homi.
ne, de iudi. & apoſtill. in d. l. ſi quis in ſer.
uitute. Porrò ſi † clerici contra pacẽ pub. 18
licam vi armata offendantur, dubium
non eſt, quin vi armata reſiſtere, ſe, ſuaq;
tueri poſſint, cùm defenſio ſit nõ ſolùm
iuris naturalis, ſed etiam diuini, omnia.
q́ue iura vim vi repellere permittãt, text.
in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. & in c. ſi verò,
el. 1. de ſent. excom. & tex. in c. ſignificâſti,
el. 2. § ſi. de homicid. vbi elegans gloſ. in
verb. tutelæ. text. in l. 1. C. vnde vi, & in l. 3.
§. cum igitur, ff. de vi & vi arma. text. in l.
1. §. vim vi. ff. eod. tit. & in l. ſcientiam. §.
qui cùm aliter, ff. ad l. Aquil. text. in l. ſed
& partus. §. 1. ff. de eo quod met. cauſ.
Et hæc de defenſione neceſſaria, quæ fit
cum moderamine inculpatæ tutelæ ac.
cipienda ſunt: vtputà ſi ipſis vitæ pericu.
lum immineat, & aliter euadere neque.
ant, niſi ſe defendant: ſi defenſio in con.
tinenti, & neceſſariò, non ad vindictam
fiat, per iura allegata, & text. not. in Cle.
men. vnica, de homicid. gl. ibid. in verb.
non valens. & in l. is qui aggreſſorẽ. C. ad
l. Cornel.

l.Cornel.de ſica.ibi,in dubio vitæ diſcri-
mine conſtitutus.Dd.in d.l.vt vim.gl.in
d.c. ſignificâſti, idq́ue adeò verum eſt,vt
19 pleriq; velint,ſacerdotem † in templo ex
inſidijs adortum, poſſe impunè aggreſ-
ſorem occidere, & ſacra anteà incepta,
poſteà perficere,vt not.Iohan.de Ligna-
no.in tracta. de bello. quem refert & ſe-
quitur Panorm.in c.clerici.el.1. de vit.&
honeſt.cler.Hippol.in pract.crim.§.quo-
niam;nu.75.cum ſequ.vbi plures allegat,
& latiſſ.materiam defenſionis proſequi-
20 tur. Et licèt regulariter † clerici bellum
mouere non poſſint,quia neminem oc-
cidere,vel mutilare debent,aliàs honore
& ordine priuantur,hoc eſt,fiunt irregu-
21 lares:quia † arma ſacerdotum & clerico-
rum debent eſſe lachrymæ & orationes,
ex ſententia S.Ambroſij,& aliorum San-
ctorum Patrum authoritate, prout pro-
lixè notatur in c. non pila, & in c. ſi in
mortē.& in c.cōueniat, & in c.reprehēſi-
bile,23.q.8.Nō pila, inquit S.Ambroſius,
quærunt ferrea, non arma Chriſti mili-
tes,ſed dolor,fletus,orationes,lachrymæ
fuerunt mihi arma aduerſus milites: ta-
lia enim ſunt munimenta ſacerdotis.
22 Nam cùm † diſcreti ſint milites ſeculi à
militibus Eccleſiæ,non conuenit militi-
bus eccleſiæ militare ſeculo,per quod ad
effuſionem ſanguinis neceſſe ſit perue-
nire,tex.in c.clericum. c.miror.c.de his.
diſtinc.50.d.c. reprehenſibile. Et D.Pau-
lus ad Timoth.cap.2. hortatur Timoth.
vt laboret tanquā bonus miles Chriſti,
& quòd militans Deo non debeat ſe im-
plicare negotijs ſecularibus: licèt,inq̄,re-
gulariter bellū clerici mouere nequeāt,
23 tamen † pro defenſione ſua,& rerum ſu-
arum atq; Eccleſię arma ſumere poſſunt,
quia non propriè bellum, ſed defenſio
eſt, quæ omni iure permittitur, ſi ſit mo-
derata,vt præclarè concludit Innoc.in c.
olim cauſam,nu.7.de reſt.ſpol.dicens,ta
li caſu clericos bellum indicere, eiq́; in-
tereſſe poſſe,ſed non pugnare, neq; mili-
tes ad homicidia exhortari debere.Item
24 alios † hortari poſſunt, vt arma ſumant
pro defenſione oppreſſorū,text.in c.qui-
cunq;,& in c.hortatu.c.igitur.23.q.8.latiſ-
ſimè Iohan.Lupi in tract. de bello.§.ha-
25 beas.cum §.ſeq. per totū.Similiter † præ-
lati habētes iuriſdictionem temporalē,
contra ſubditos inobedientes licitè mo-
uent arma, eosq́; pro tuitione iuriſdicti-
onis ſuæ meritò puniūt, tex.in c.1.de pœ-
nis, in 6. & in l. ſi quis fortè, §. ſi quis co-
mitum,ff.eod.tit.Alex.conſi.13. num.10.
volum.6 incip.conſideratis his.quo caſu
non bellum,ſed potiùs iuriſdictionis ex-
ecutio fieri dicitur, ſed ipſi prælati hanc
executionem alijs ſuis officialibus laicis
committere debent, quia ſanguinis pœ-
nam ipſi agitare, vel conſilium de certo
homine occidendo in ſpecie & indiui-
duo dare non debent, conſulentis non
autem ſuggerentis opera clerici fungi
poſſunt,text.in c.peſſimam, in fine,23.q.
8. & in d.c. ex literis, de exceſſib. prælat.
gloſſ.ſingul.ibid.in verbo,conſuluit,tex.
in d.c.clericis, & in d.c. ſententiam. ne
cleric.vel Monach.d.c.fin.eod.tit.libr.6.
facit tex.notab.in l.1.§. qui quæſtionem,
ff.de quæſtionib. Innoc.in d. c. olim.Io-
han.Lupi vbi ſup.quem omninò vide.

CAPVT IX.

Accuſatio ex conſtitutione Pacis publicæ,in quibus à publico criminali iudicio differat.

SVMMARIA.

1 *Pœna talionis in criminalibus locum habet, & cur introducta ſit.*
2 *In cauſis fractæ pacis pœna talionis ceſſat.*
3 *Similiter hodie de conſuetudine pœna talionis non obtinet,neque in atrocioribus delictis.*
Pœna talionis ex lege 12. tabularum & iure diuino conſtituta,ibid.
Frangenti fidem fides non eſt ſeruanda,ibid.
4 *Procurator in criminalibus cauſis non admittitur.*
Fallit in cauſis fractæ pacis.
5 *Accuſatus de crimine an ſtatim in carcerem conijciendus ſit.*
6 *In cauſis fractæ pacis à citatione,non à carcere incipitur.*
7 *In criminalibus reo tres,actori duæ tantùm dilationes dantur.*
8 *Examen teſtium in ciuilibus alteri committi poteſt.*
9 *Fallit in criminalibus.*
10 *Teſtes in criminalibus an torqueri poſſint.*
11 *In cauſis fractæ pacis examen teſtium alteri delegari poteſt.*
12 *Teſtes extra prouinciam non ſunt euocandi.*
13 *Aſſeſſores Cameræ non poſſunt examinare teſtes.*
14 *Cauſæ criminales biennio finiri debent.*
15 *Fatalia in conſiſtorio Principis non currunt.*
16 *Accuſatus ab accuſatione deſiſtens incidit in S.C. Turpilianum.*
17 *In cauſis fractæ pacis permiſſum eſt ab accuſatione deſiſtere.*

18 Abſo-

18 *Abſolutio à Banno Imperiali, an refuſis damnis & expenſis concedenda ſit.*
19 *Abolitio cauſæ cognitionem requirit.*
20 *Abolitio triplex, generalis, legalis, & ſpecialis.*

ETSI iudicium ſuper fracta pace
inſtitutum, publicum & merè
criminale ſit, vt iam antea di-
ctum, & in Camera receptum eſt: tamen
in multis à publico criminali iudicio
differt. Primò differt, quòd iure com-
1 muni † inſcriptio ad pœnam talionis, in
criminali accuſatione requiratur, quę ad
id inuenta eſt, ne facilè quis proſiliat ad
accuſationem, cùm calumniantes ad
vindictam poſcat ſimilitudo ſupplicij,
text. in l. ſi cui. ff. de accuſ. text. in l. fin. C.
eod. titul. & in l. 3. C. qui accuſ. non poſſ.
tex. in l. non prius. C. de calumnia. & in c.
tuæ, de procurator.

Nec enim lex iuſtior vlla,
Ouid. *Quàm necis artifices arte perire ſua.*

2 Sed in † accuſatione pacis publicę, nulla
in crimine ſubſcriptione opus eſt, ita di-
3 ſponente conſtitutione titul. 17. §. 1. & †
hodie quoq; inſcriptionis neceſſitas in
criminalibus paſſim in deſuetudinē ve-
nit, & ab aula, vt Dd. aiunt, receſſit: idque
ea potiſſimùm ratione, ne metu proprię
ſalutis quis ab accuſatione deſiſtat, & ſic
ſceleratiſſimi etiam impuniti relinquan-
tur, Bart. in d. l. ſi cui, nu. 2. in fin. Salice. in
d. l. 3. nu. 4. idem in l. ſed nouo iure. C. ad
l. Iul. de adult. Felin. in c. ſuper his, num. 3.
de accuſat. Boſſius in tracta. crimin. titu.
de accuſat. nu. 2. Gigas in tracta. de crim.
lęſæ maieſt. libr. 1. titul. qualiter in crim.
læſæ maieſt. procedi deb. quæſt. 1. num. 5.
Alber. in l. eum quem temerè, num. 3. ff.
de iudic. Iul. Clar. in pract. crimi. §. fina.
quæſtio. 81. Damhaude. in practi. cri-
min. cap. 5. num. 5. Idque maximè obti-
net in atrocioribus delictis, vt in crimi-
ne læſæ maieſtatis, & ſimilibus, in qui-
bus inſcriptio ad pœnam talionis non
habet locum, vt notat Gigas loco cita-
to, gloſſ. notab. in d. c. ſuper his, in verbo,
oporter, Felin. ibid. nu. 3. vbi plures caſus
referũt, in quibus de iure communi ceſ-
ſat inſcriptio. Talionis quoque pœna ex
lege 12. tab. conſtituta erat, qua damnum
illatum ſimili damno penſabatur: vide-
licet, vt oculus eruatur ei, qui oculum
excuſſerit alteri. Hanc pœnam talionis
etiam lege diuina inductam legimus,
Exod. 12. & Deutero. 19. cap. Non miſere-
beris eius, ſed animam pro anima, ocu-
lum pro oculo, dẽtem pro dente exiges.
Hęc pœna talionis prętorij iuris clemen-
tia, poſteà reuocata eſt, tex. in §. pœna au-
tem iniuriarum. Inſtit. de iniur. Vide
Gell. de pœna talionis, & quomodo an-
tiquitus obſeruatum, lib. 20. nocti. Attic.
cap. 1. Pœna quoque talionis puniuntur
violatores induciarũ, ſiue treugæ, vt vo-
cant, quia

Frangenti fidem, fides frangatur eidem.

text. in c. peruenit. de iureiur. gloſſ. ibid.
in verbo, paruiſſe, & in l. ſi conuenerit. §.
fi. ff. pro ſocio, & in l. cùm proponas. la. 2.
C. de pac. gloſſ. in c. conſtitutus, in verbo,
vtramque. extr. de pœnis. Bad. ad rubr. de
treuga & pace, num. 9. vide §. ſi quis ve-
rò temerario. Anthen. de pace iura. fir.
vide quæ ſuprà dixi cap. 4. circa finem.
Secundò differt, quòd † iudicium fractæ 4
pacis per procuratorem agitari poſſit:
ſecùs eſt de iure communi, quia in crimi-
nalibus non admittitur procurator, text.
in l. accuſatore. §. final. ff. de public. iudic.
cum ſimilibus, vt copioſiùs dicã ſequen.
cap. vbi vide. Tertiò, † accuſatus ob de- 5
lictum, ſtatim carceribus mancipatur,
maximè ſi confeſſus ſit crimen, etſi in
leuioribus delictis, datis fideiuſſoribus
relaxari poſſit, per text. in l. 1. ff. de cuſtod.
& exhibit. reo. gloſſ. ibid. in verb. recipi-
enda, Bart. ſimiliter, nu. 1 cum ſequ. text.
in l. Diuus, & in l. ſi cõfeſſus. ff. eo. tit text.
in l. 1. & 2. C. eo. vbi Bald. At ſecùs eſt in † 6
cauſis fractæ pacis, etiamſi factũ publicè
notoriũ ſit: non enim à carcere, ſed cita-
tione iudicium inchoatur, tot. tit. ff. de in
ius vocan. text. in §. fin. Inſti. de pœna te-
mer. litigan. excipio tamen atrociſſima
delicta, putà rebellionis, & læſæ maieſta-
tis, vbi exẽplo opus eſt, tex. in l. quiſquis. §.
filij. C. ad l. Iul. maieſt. & in l. 1. C. ad l. Iul.
reper. vel ſi periculũ fugæ ſubſit, quia tũc
ius commune obtinet locum, & proce-
ditur ad capturam abſque citatione, ne
delinquens ad fugam inſtruatur, per no-
tata Felin. in c. cùm non ab homine, nu.
11. de iudi. Maran. par. 6. tit. de citatio. nu.
14. Iul. Clar. in pract. crimina. §. fin. quęſt.
9. num. 4. Quartò in † capitalibus cauſis
accuſatori duæ, reo verò tres dilationes, 7
cauſa cognita, dantur, per tex. in l. fi. ff. de
ferijs. gl. & Dd. ibid. Sed hoc diſcrimẽ in

cauſis violatæ pacis publicę in Camera
nō obſeruatur, verùm pari paſſu, & ęqua
lance perindè ac in ciuilibus cauſis, pro-
ceditur, ſummariè tamen, & de plano,

Iuuenal. Saty. vlt. *Sine longo ſufflamine litis.*

per text in l.1.C. de cuſtod. reo. Bald. ibi.
num.1. circa fin. Ordinatio Cameræ part.
3. titu 2. tamerſi in iudicio Cameræ, inter
ordinarias & extraordinarias cauſas ad-
modū exigua ſit differentia, quóad mo-
dum & celeritatem procedēdi. Quintò,
8 quamuis in † cauſis ciuilibus examen te-
ſtium alteri committi poſſit, per tex. in l.
iudices. C. de fid. inſtru. Bald. ibid. num. 1.
text. in §. & quoniam. in Auth. de teſtib.
& tex. not. in c. cùm cauſam. ext. eo. tamē
9 † hoc in criminalibus non procedit, vbi
præſentia teſtium requiritur, ad hoc vt
iudice pręſente exactè interrogari, et exa-
10 minari queant, nam † quandoque etiam
torqueri poſſunt ſi vacillēt, text in Auth.
de teſtib. §. & quoniam in fin. & in Auth.
vt defuncti ſeu funera eorum. §. illud eti-
am. gl. ibid. in verb. teſtibus, l. ex libero. &
in l. vnius. §. teſtes. ff. de quæſtionib. text.
nota. in Auth. apud eloquentiſſimum. C.
de fid. inſtr. & in l.3. §. idē Diuus. ff. de te-
ſtib. tex. in c. teſtes. 3. q. 9. Roma. ſingu. 397.
11 incip. Perſonę egregiæ. Sed in † cauſis fra-
ctæ pacis hoc non procedit, quia in Ca-
mera, perinde atq; in ciuilibus, examē al-
teri committitur, vti quotidiana docet
experientia, nam iuriſdictio Cæſaris vni-
uerſalis eſt p totum Imperium, text. in l.
deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iact. & in l.
benè à Zenone. C. de quadr. pręſcrip. vide
prolixè infr. eod. cap. 11. habetq; in cauſis
fractæ pacis ſolus, cum ſua Camera Im-
periali, fundatā iuriſdictionem: & quo-
niā longè lateq; patet Imperium Roma-
12 num, neq; † teſtes extra prouinciam lon-
gis itineribus euocandi ſint, p tex. in l.3. §.
teſtes nō temerè. ff. de teſtib. d. §. & quoni-
am. Auth. eod. tit. gloſ. ibid in verb. intra
prouinciam, ideò meritò teſtium rece-
13 ptio alteri committitur. Adhæc † Aſſeſ-
ſoribus Cameræ Imperialis teſtium exa-
mina non cōmittuntur, vti in alijs Con-
ſiſtorijs, & Parlamentis, vt vocant, fieri
conſueuit, idq; Statuum decreto optimè
cōſtitutum eſt, ne abſentibus Aſſeſſori-
bus iuſtitiæ adminiſtratio, magno mul-
torū litigantium malo, iniquè impedia-
tur. Sed & Bald. in d. Auth. apud eloquen
tiſſimum, exiſtimat in criminalibus re-
ceptionē teſtium alteri probè demanda-
ri poſſe, adeoq; publicè intereſſe, vt hoc
fiat, ne crimina impunita maneant. Sex-
tò, iure communi † cauſæ criminales, in- 14
trà bienniuni à tempore litis conteſta-
tionis, omni prorogatione ſublata, fini-
ri debent, ita vt ſententia diffinitiua po-
ſteà lata, nulla ſit, text. fina. C. vt int. cer.
temp. quæſt. crimi. termi. Bald. ibi. num.
1. l. in ſenatuſconſultum. §. qui poſt. ff.
ad S.C. Turpilia. Sed in cauſis fractæ pa-
cis certa finiendæ litis tempora nō præ-
figuntur, neque hoc fieri poſſet in Ca-
mera, in tanta cauſarum multitudine.
Quibus accedat, quòd aliàs in † Conſiſto- 15
rio ſummi Principis, vt eſt Camera Im-
perialis Spiræ fatalia primæ, vel ſecun-
dæ inſtantiæ non currant, & ita obſerua-
tur. per text. in Auth. ſed & lis. C. de tem-
po. appell. text. not. in c. anteriorum. §. ad
hoc ſancimus, 2. q. 6. Archid. ibid. num.
8. Bartol. in l.1. num. 7. ff. de libel. dimiſ-
ſo. Afflict. deciſ. 78. nu. 4. idem in c.1. nu.
41. quæ ſint regalia, in vſibus feudo. Se-
ptimò, † Accuſator criminis publici ab 16
accuſatione citra abolitionem deſiſtens,
in S.C. Turpilianum incidit, text. in l.1. §.
ſi quis autem, & §. atqui idem. ff. ad S. C.
Turpil. & in l.1. C. eo. titul. Dd. in l. tranſi-
gere. C. de tranſact. idque procedit non
ſolum in prima, ſed etiam in ſecūda in-
ſtantia: putà ſi appellatione per reum in-
terpoſita pendēte, actor deſiſtat. tex. in d.
l.1. § atq. ff. ad S.C. Turpil. Sed in † cauſis 17
pacis publicæ, accuſator in omni parte
iudicij ab inſtituta actione deſiſtere, &
citra omnem abolitionē cum accuſato,
ſaluo iure fiſci, tranſigere poteſt, vt ple-
nè dixi infrà eod. capite 11. Octauò, Ban-
nitus † ob violatam pacem publicam, 18
abſolutionē, refuſis damnis & expenſis, à
Cæſare, vel Camera Imperiali, offenſa
parte quandoq; inuita, petere, & obtine-
re poteſt, vt eſt videre in Ordinatio. Ca-
meræ, tit. 18. part. 2. & tit. 46. § 2. part. 3. quæ
tamē cū moderamine & diſtinctione ac-
cipienda ſunt, ſicut infr. lib. 2. c. 18. anno-
tatum eſt. At criminali iudicio capitali
condēnatus, quantūcunq; dāna & expen
ſas offerat, tamē abſolutionem criminis
non conſequitur, niſi prius à Cæſare vel
ordinario iudice gladij poteſtatē haben-
te, reſtitutionē & abolitionē (Landeshul-
digung)

digung) obtinuerit : quæ quidem reſtitu-
tio, & abolitio, cauſa cognita vel conce-
19 ditur, vel denegatur. In † cauſę cognitio-
ne verſatur qualitas delicti, & perſona-
rum, vt ſi in commiſſo homicidio pro-
uocans occiſus ſit abſque moderamine
inculpatæ tutelæ : quo caſu, ſi homicida
cum occiſi vidua, aut liberis, vel conſan-
guineis tranſegerit, quod iure facere po-
teſt, d.l. trāſigere, cùm liceat vnicuiq; ſan-
guinem ſuum qualitercunque redimere,
tex. in l.1.ff. de bon. eor. qui ante ſent. ſibi
mort. conſci. benignè, & nō grauatè abo-
litio à principe Impetratur, tot. titu. ff. &
C. de ſent. paſſ. & reſtit. Porrò obiter hic
20 annotandum, † abolitionem eſſe tripli-
cem, generalem, ſiue publicam, legalem,
& ſpecialē, ſiue priuatam. Generalis eſt,
quam Princeps ob rem proſperè geſtam,
ſiue publicam gratulationē conficit, tex.
in l. abolitio, cum l. ſeq. ff. ad S.C. Turpil.
& in l. ſi internenlente. ff. eo. tit. tex. in l. 2.
C. de general. abolit. & hęc quidem accu-
ſationē factam extinguit, ſed nō cauſam
accuſati. Vnde crimen intra 30. dies repe-
ti poteſt, tex. in l. ant priuatim. §. triginta,
& in §. hoc autem. ff. ad S.C. Turpil. text.
in l.1.C. de gener. abolit. Legalis abolitio
eſt, quæ ex lege deſcendit, vtputà ſi accu-
ſator moriatur : quo caſu inſtantia perit,
vel aliâs ex iuſta cauſa impediatur, quo
minus accuſare poſſit. texr. in d.l. aut pri-
uatim. tex. in l.1. & in l. fi. C. ſi reus vel ac-
cuſ. mort. fue. Vide infrà eodem, cap. 20.
Specialis abolitio dicitur, quæ fit accuſa-
tore poſtulante à Principe, vel ordinario
iudice cum cauſæ cognitione, vtrùm per
errorem, an verò temeritatem accuſaue-
rit, petiq; debet intra 30. dies, à die inſti-
tutæ accuſationis, per texr. notab. in l. 2.
& in l. fin. C. de abolit. Et hæc in materia
criminali accuratè obſeruanda ſunt.

CAPVT X.

In cauſis fractæ pacis an admittatur procurator.

SVMMARIA.

1. *Procurator non admittitur in cauſis criminalibus.*
2. *Ratio cur hoc receptum ſit.*
3. *Iudex reo præſente, ex aſpectu & ſermonis indicio multa obſeruare poteſt.*
4. *Crimen vultu non prodere difficile eſt.*
5. *Conſcientia mille teſtes.*
6. *Conſcientia rectè factorum ſumma in aduerſis conſolatio.*
7. *Coniuncta perſona in criminalibus procurator eſſe nequit.*
   Quædam poſſum per me, quæ per alium non poſſum. Ibid.
   Induſtrialia per alium explicari nequeunt. ibid.
8. *In cauſis fractæ pacis iudicium in Camera per procuratorem agitatur.*
9. *Abſolutio à Banno Imperiali per procuratorem poſtulari nequit.*
10. *Infirmus & impeditus in criminalibus per procuratorem comparere poteſt.*
11. *Vniuerſitas de crimine accuſata per Syndicum comparere poteſt.*
12. *Perſonæ illuſtres in criminalibus per procuratorem rectè comparent.*
13. *Procurator in cauſis criminalibus ciuiliter intētatis admittitur.*
14. *Quia tunc non dicuntur propriè criminales.*
15. *Procurator in criminalibus, an pro abſente comparere poſsit.*
16. *Ad excuſandum & excipiendum, nec non cauſas abſentia allegandum, procurator in criminalibus admittitur.*
17. *Similiter, ſi Princeps hoc permittat, cum clauſula non obſtante.*
18. *Criminale iudicium cum procuratore agitatum, parte non opponente an valeat.*

AN in cauſis criminalibus in peinlichen ſachen/admittatur procurator? Primò dicam quid iuris communis : deinde quid in Camera in
cauſis fractæ pacis obſeruetur. Quod ad † 1
ius commune attinet, ad crimen iudicij publici perſequendum, fruſtra procurator interuenit, ſed excuſationes abſentiū ex S.C. iudicibus allegantur, & ſi iuſtam rationem habent, ſententiam differunt. Verba ſunt Vlpia. in l. accuſare. §. fi. aliâs allegatur l. penul. §. ad crimen. ff. de publ. iud. vbi communiter Dd. tex. in l.1. ff. an p alium cauſ. appel. red. poſſ. & in c. veniēs, ext. de accuſat. vbi glo. ſingularis, in verb. criminali, & communiter Canoniſt. tex. in c. tuæ, de procur. & in c. ſi quandò. 2. q. 6. & in c. in criminalibus. 3. q. 5. gloſſ. in c. 1. in verbo, criminalis, de iudicijs libr. 6. Spec. tit. de procuratore. §. 1. num. 9. cum ſequ. Afflict. deciſ. 64. num. 2. Petrus Gerhar. ſing. 61. num. 1. incip. Ferè per totam Italiam. Philip. Pott. lib. 5. commu. opin. concluſ. 38. vbi ampliſſimè. & Alex. conſ. 316. nu. 1. & 18. volu. 2. incip. Animaduerſis ſtatutis. gloſſ. & Dd. in d.l. pen. §. ad crimen. & in l. abſentem. ff. de pœnis. Com-

mnnis ergo concluſio eſt, quòd in cri-
minalibus, vbi pœna maior eſt relega-
tione, procurator nō admittatur per iu-
2 ra allegata. Ratio † ne ſentētia fiat eluſo-
ria, quia condemnato procuratore non
poſſet cōtra eum tanq̃ innocentem exe-
cutio fieri, & ſic crimina manerēt impu-
nita, quod exemplo perniciosum foret.
text. not in l. bona fides ff. depoſ & in l. ſi
quis fortè. §. ſi quis Comitū. ff. de pœnis.
tex. in l. operis. C. eod. titu. cum ſimilibus.
Deinde, ſi procurator interuenire poſ-
ſet, nunquàm comparerent Rei crimi-
nis, conſcientia perpetrati ſceleris terri-
ti, ſed latebras & effugia quęrerēt, vt pœ-
nam condignam delicto euitarent. Dd.
in d. l. penul. §. ad crimen. Alber. & alij in
l. ſeruum quoq;. § publicè. ff. de procurat.
3 Præterea † præſentia accuſati multū mo-
menti habet, ad hoc, vt iudex ex vultu,
aſpectu, qualitate perſonæ, conſtātia, tre-
pidatione, ex oculorum, ſermoniſq; in-
dicio, delinquentis conſcientiam obſer-
uare poſſit: quæ procuratore conſtituto,
conſiderari nequeunt. Dd. paſſim in lo-
cis allegatis, & tex. ſingu. in l. de minore.
§. plurimum. ff. de quæſtionib. Bart. in l. is
qui reus, num. 12. in fi. ff. de public. iudic.
præclarè Cicero in oratione pro P. Sylla
4 ſub finem. Vndè illud vulgatum: †

Ouid. lib. 2. Metamorph.

Heu quàm difficile eſt crimen non prodere vultu.

Et Iuuenalis Saty. 1. in fin. inquit,

Rubet auditor cui frigida mens eſt
Criminibus, tacita ſudant præcordia culpa.

Idem Saty. 2. inquit,

Hunc ego ſatis
Imputo, qui vultu morbum inceſſuq; fatetur.

Hinc dicimus prouerbiali ſentētia, con-
5 ſcientiā † mille teſtes eſſe, vt refert Quin-
tilian. Oratoriarum inſtitutionum libr.
5. Et Eraſmus in Chiliadib. dicens, con-
ſcientiam rem eſſe vnam omnium effi-
caciſſimam: adeò, vt nulla tormēta me-
lius prodant maleficium, quàm conſci-
6 entia. Contrà, † conſcientia rectè facto-
rum in rebus aduerſis, vna omnium ma-
xima conſolatio eſt, vt præclarè teſtatur
Horat. lib. 1. epiſt. 1.

Hic murus aheneus eſto,
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa,

Idem Carmi lib. 1. Ode 22.

Integer vitæ ſceleriſq; purus
Non eget Mauri iaculis, nec arcu
Nec venenatis grauida ſagittis
Fuſce pharetra.

Et Ode 3. lib. 3.

Iuſtum, & tenacem propoſiti virum,
Si fractus illabatur orbis,
Impauidum ferient ruinæ.

Item Plaut. in Amphitrione.

Quæ non deliquit,
Decet audacē eſſe, & cōfidenter proſe, et proteruè loqui.

Sed vt ad Regulam, & cōcluſionem no-
ſtram redeamus, illa vſque adeò vera eſt,
vt etiam † coniuncta perſona in crimi- 7
nalibus non admittatur in procuratorē,
vt notat ſingulariter Iaſ. in l. cùm rem,
nu. 3. C. de procurat. per illum text. argu-
mento ſumpto à contrario ſenſu. Port.
d. concluſ. 38. in prima ampliatione, pro-
ceditq; regula tam in priuatis, quàm pub-
licis criminibus, & non ſolùm in reo, ve-
rùm etiam accuſatore. d. l. accuſare. §. fin.
gloſſ. ibid. in verb. procurator. Port. vbi
ſupr. in ſecunda ampliat. hodie tamen
ex parte accuſatoris procurator admitti-
tur, quia ſublata eſt pœna talionis, Iul.
Clar. in pract. crimi. §. fin. quæſt. 32. verſic.
pone quòd, vbi omninò vide. & obſerua
hîc regulam, quòd quædam poſſum per
me, quæ per alium non poſſum, tex. in d.
l. 1. ff. an per alium cauſæ appellat. reddi
poſſ. nam purgare ſe à crimine, in eo ver-
ſatur induſtria perſonæ, d. l. pen. §. ad cri-
men, & ideò per alium talis actus expedi-
ri nequit: nam regulariter induſtrialia
per alium explicari, & confici non poſ-
ſunt, vt notant latè Dd. in l. 1. ff. de offic.
eius cui mand. eſt iuriſd. per tex. in l. inter
artifices. ff. de ſolu & in l. vnic. §. ſin verò
talis. C. de caduc. tollen. vide ſuprà Prac.
Obſer. lib. 1. Obſer. 97. Fallit autē iſta con-
cluſio, primò in Camera Imperiali, in 8
cauſis fractæ pacis, quæ licèt criminales
ſint, tamen accuſatum per procuratorē
comparere poſſe, publicè notum eſt, et in
illo conſiſtorio nō aliter quàm per pro-
curatores cauſæ agitari poſſunt, vt habe-
tur in Ordi. par. 1. titu. 25. & ſic obſeruan-
dum, diſpoſitionem iuris communis in
l. 1. C. de ſent. & interl. om. iudi. in Came-
ra locum non habere. Abſolutio † tamē 9
à Banno Imperiali per procuratorē po-
ſtulari nequit, ſed neceſſe eſt Bannitum
perſonaliter comparere, niſi valetudine
aduerſa, vel alio iuſto impedimento, de
quo legitimè docere debet, impeditꝰ ve-
nire nequeat: quo caſu abſolutio p̄ pro-
curatorem obtineri poteſt: ſicut ſæpius
factum

factum memini, text.in c.ſi pro debilita.
te,de offic.deleg. vide infrà lib.2. cap.18.
Secundò fallit de iure communi, etiam
10 in † infirmo, qui comparere non poteſt,
vel ſi aliud ſubſit comparendi impedi.
mentum,tex.in d.c.ſi pro debilitate,& in
l.ſi longius.ff.de iudi.& in l.2.§. ſi quis in
iudicio.ff.ſi quis cautio. Feli.in c. memi.
nimus,nu.13. de accuſat. Port. loco cita.
to in 15.limitatio.Ordin.part.2.titu.10.§.
Wo aber der. Tertiò fallit, ſi † iudicium
11 criminale côtra vniuerſitatem aliquam
inſtituatur, quia reſpectu vniuerſitatis
non poteſt eſſe pœna capitalis, quia vni.
uerſitas non habet animam, vt Dd. lo.
quuntur, licèt ſinguli de vniuerſitate ca.
pitaliter puniri poſſent,per notata infrà,
lib.2.cap.9. Et ideo Syndicus interueni.
re, & cauſam vniuerſitatis cum ſpeciali
mandato defendere poteſt, per text. in l.
item eorum. §. decuriones. ff. quod cu.
iuſque vniuerſ. nomi. text. in l. munici.
pes.ff.ad municipal. text.in l. tam colla.
tores.§. vt autem.C. de re milita. libr.12.
Spec.d.tit.de procura.nu.11. Felin.in d.c.
meminimus, num. 13. Bald. pulchrè in l.
Polla.nu.6.C.de his quib.vt indign.Port.
d.concluſ.39.in 14.limit.lib.5.Damhaud.
in pract.crimina.cap.24.num.2. Quartò
12 fallit † in perſonis illuſtribus,quæ procu.
ratorem in capitalibus criminibus con.
ſtituere poſſunt, per tex.notab in l.fin.C.
de iniur.text.in l.quicunque, cum Auth.
ſeq.C. de procurato.text. in c. abſens per
alium §.nili.2.q.9. vbi nuncupatim hoc
diſponitur in actione iniuriarum,crimi.
naliter côtra perſonam illuſtrem inten.
tata,text.in d.l.1.ff. an per alium cauſ.ap.
pella. reddi poſſint. gloſſ. ibid. in verbo,
ignominia.Spec.d.titu.de procurato.§.1.
num.10.Socin.reg.322.fallen.7. Port.vbi
ſup.in 7.limitatio. allegãs etiam opinio.
nem Dd. in contrarium, maximè ſi de
delictis grauiſſimis, & enormib⁹ agatur,
per text.notab. in l. tunc conuenit.C. de
accuſat.Bald.& Salic.ibid. Quintò fallit,
13 quandò ex † cauſa criminali ciuiliter ad
pœnam pecuniariã agitur: quo caſu pro.
curator rectè conſtituitur, & conſtitutus
condemnatur, executio verò contra de.
linquẽtem, ſine dominum conſtituẽtem
fieri debet,d.l.1.ff. an per alium cauſæ ap.
pellat.argumen.l. Plautius.ff.de procura.
l.ſed & ſi.§.procurator.ff.de iniur.licèt.§.
ad actionem.ff. de procur. gloſſ. ibid. in
verb publica.tex.in c.tuç.ext.eod.& in c.
ſuper his.§ ſi ext.de accuſat. Afflict.d.de.
ciſ.64. Feli.in d.c.meminimus,nu.11.glo.
ſing.in d.c.veniens.de accuſat.gloſſ.in c.
1.in verb.criminalis, de iudic.lib.6. Port.
vbi ſup.in 5 limitat.Spec.loco citato,nu.
10.in fin. Ratio quia † cauſa criminalis 14
ciuiliter intentata, non eſt propriè cri.
minalis,& ſic ceſſant rationes prohibiti,
uæ ſuprà pro cõfirmatione concluſionis
allegatę.Feli.vbi ſup.Iaſ.in d.l.cùm rem,
nu.2.C.de procu.vbi dicit per illum text.
quòd in criminalibus quandò pœna pe.
cuniaria applicanda venit fiſco,procura.
tor admitti poſſit,glo.notab.in l.ſeruum
quoque.§.publicè.ff. de procurat, in ver.
bo,datur,quã omninò vide,Imol.et Caſt.
ibid.communem dicunt, gloſſ.in d.l.pe.
nul.§.ad crimen,in verbo,iudicij. Sextò
fallit, ſi † contra abſentem procedatur, 15
quo caſu publicè intereſt abſentes à qui.
buſcunque defendi, & quemlibet pro eo
verba facientem audiri, text. not. in d.l.
ſeruum quoque § publicè.ff.de accuſa &
in d.l.penult.§.fin.qui incip. Ad crimen.
ff.de pub.iud. Bart.ibid.nu 10.tex.in l.nõ
tantum.ff.de appel. vbi Bart.num.1.cum
ſeq.tex.in c.abſens. & in c. abſente. 3.q.9.
tex.in l.abſens.ff.de procuratorib. Specu.
d.tit.de procurat. nu.10. vbi dicit ad † ex. 16
cuſandum vel excipiendum procurato.
rem admitti, quod clarius exprimit Feli.
in d.c.meminimus, nu 9.dicens,quòd li.
cèt procurator in cauſa criminali nõ ad.
mittatur ad diſputandum ſuper ipſo cri.
mine: tamen admittitur ad opponen.
dum exceptiones contra ipſum accuſa.
torem & iudicem, vel ad allegandũ cau.
ſas abſentiæ, ſeu alias exceptiones non
concernentes crimen propoſitum, nec
merita cauſæ, per text. not in d. c. veni.
ens,de accuſat.gloſſ.ibid.in verbo,crimi.
nali. Port.d.concluſ.38. in 2.limit. Iaſ.in
l.ſi is qui, num.7 C. qui teſtam.fac. non
poſſ. vbi communem dicit. Guid. deciſ.
338. num. 4. incip. aliquis. Septimò fal.
lit,quandò ex † ſingulari Principis indul 17
gentia,accuſato procurator permittitur
per reſcriptum, adiecta clauſula, nõ ob.
ſtante, ſine qua reſcriptum non valeret,
quia de ordinaria poteſtate Princeps in
criminalibus procuratorem admittere
non poſſet,per tex.in d.c.veniẽs. Hippol.

in pract.crimi.§.ſequitur, nu.17. vbi om-
ninò vide.Socin.d.reg.322.in 3.fall.Port.
18 d.concluſ.38.in 7. ampliat. Vltimò an †
valeat iudicium criminale agitatum per
procuratorem, parte altera non oppo-
nente, vide Hippol.vbi ſupr. & Iul.Clar.
in d.§ fi.q.32. & plures limitationes apud
Port. Felin. Specul. & alios ſuprà citatos.
Communiter tenetur valere; vt latè per
Hippo.in d.§.ſequitur. Bal.in l.ita demũ,
nu. 4.C. de procurat. communem dicit,
Felin.in d.c.meminimus, veriorem ſcri-
bit,& ſequitur Dec.conſi.469 nu.14.incl.
Viſa inquiſitione. glo.ſing.in l.quamuis
indubitati, in verbo, patientiam.C. ad l.
Iul.de adult. Salic.ibid.nu.5.glo.in d.c.1.
in verbo,criminalis, de iudic.libr.6.licèt
nonnulli aliter ſentiant, per text. in d.§.
ad crimen, ibi, fruſtra interuenit procu-
ratot, quæ verba actus nullitatem deno-
21 tant,vt notat ibid. Bart.Socin. in d.c. ve-
niens,num.68.Anthon.Gomeſ.varia.re-
ſolut.lib.3.cap.1.nu.16.

CAPVT XI.

In cauſis fractæ pacis, an exceptio fori declinatoria, vel peremptoria admittatur.

SVMMARIA.

1 *In cauſis fractæ pacis iudicium Cameræ declinari non poteſt.*
2 *Priuilegia exemptionum non habent locum in cauſis fractæ pacis.*
3 *Cæſar ſolus iudex eſt in cauſis fractæ pacis.*
4 *Cæſar habet vniuerſalem iuriſdictionẽ in Imperio.*
5 *Imperator eſt dominus omnium, quóad iuriſdictionẽ & protectionem.*
6 *Brabantiæ Ducatus in cauſis fractæ pacis exemptus eſt à iuriſdictione Cameræ.*
7 *Clerici inferioris ordinis in cauſis pacis publicæ coràm ordinario conueniendi.*
8 *Exceptio peremptoria an in cauſis fractæ pacis impediat litis ingreſſum.*
9 *Qualitates facti ante litis conteſtationem in cauſis fractæ pacis diſputari nequeunt.*
10 *Peremptoriæ exceptiones regulariter non impediũt litis ingreſſum.*
11 *Tranſactionis exceptio an in cauſis fractæ pacis litis conteſtationem impediat.*
12 *Tranſactionis exceptio eſt litis finita.*
13 *Tranſactio in criminalibus an inducat peremptoriã.*
14 *Trãſactio in criminibus pœnam ſanguinis irrogantibus valet.*
15. *Sanguinem ſuum vnicuique redimere licet.*
16 *Tranſactio in cauſis fractæ pacis permiſſa.*
17 *Tranſactio in criminibus non ingerentibus pœnam ſanguinis non valet.*
18 *Tranſactio criminalis poſt inchoatum iudiciũ iuſta an valeat.*
19 *Tranſactio requirens altiorem indaginem nõ impedit litis conteſtationem.*
20 *Tranſactio partis an fiſco præiudicet in cauſis fractæ pacis.*
21 *Tranſigens ſuper delicto, quãdo pro confeſſo habeatur, & nu. 23.*
22 *Legis authoritate nemo decipi debet.*
20 *Compromitti in criminalibus non poteſt.*
25 *Exceptio litis pendentiæ in cauſis pacis publicæ admittitur.*
26 *De eodem delicto bis queri non debet.*
27 *Exceptio litis pendẽtiæ à parte allegari debet. et 28.*
29 *Vſufructuarius an faciat fructus ſuos ante præſtitã cautionem.*
30 *Iuramentum calumniæ non exactum proceſſum non vitiat.*
31 *Libellus obſcurus valet, ſi non opponatur exceptio.*

IN cauſis † violatæ pacis publicæ 1
regulariter exceptiones fori de-
clinatoriæ nõ admittuntur. Ra-
tio, quia omnes cauſæ fractæ pacis prin-
cipaliter & immediatè per viã ſimplicis
querelæ ad Cæſarẽ vel Cameram Impe-
rialẽ ſpectant, adeò † vt nulla priuilegia, 2
nulla prærogatiua vel dignitatis, aut cu-
iuſcunq; excellẽtiç, violatores pacis pub-
licæ, à iuriſdictione Cæſaris, vel iudicio
Cameræ Imperialis eximant: vti conſtat
ex conſtitutionibus Diuorum Impera-
torum Maximiliani I. & Caroli V. ſub
titulo, Auffhebung aller Freiheiten/ & Or-
dinat, part.2.tit.9.§.2. Solus † enim Cæſar 3
Bannum Imperij irrogare poteſt, vt dixi
ſup.cap.6. Ergo ſolus Cæſar in cauſis tur-
batæ pacis publicæ cognoſcere debet, ar-
gumento l. de qua re.ff. de iudic. Habet
† enim vniuerſalem in Imperio iuriſdi- 4
ctionem, & ratione iſtius vniuerſalis iu-
riſdictionis & protectionis Imperij, do-
minus omnium eſt, adeoq; totius mũdi,
vt Dd.loquuntur, per text. in l. depreca-
tio ff ad l.Rhod.de iact.& in l.benè à Ze-
none.C.de quadrien.præſcriptione. glo.
ibid.in verb.omnia, & Dd. ſimiliter,tex.
in c.Adrianus.diſtinct.63. & in c. quo iu-
re,diſtin.80.gloſſ.in l.Barbarius. in verb.
multò magis.ff.de offic.prætor.Bartol.in
l.ſi duas.§.1.nu.2.ff. de excuſat.tuto.idem
in extrauag. ad reprimendum, in verb.
totius orbis,& in l.1.§. per hanc actionẽ,
2.num.2.ff.de rei vendic.Iaſ.in l.cunctos
popu-

populos,num.2.& 8.cum ſequ.C.de ſum.
trin.& fide Catho. vbi communem aſſe.
5 rit, quòd † Imperator etiam verè domi.
nus ſit vniuerſalis totius mundi,licèt res
priuatæ ſint ſingulorum. Quod elegan.
ter Seneca explicat, dum inquit, ad reges
poteſtas omnium pertinet, ad ſingulos
proprietas:& paulò pòſt : quemadmodū
ſub optimo Rege, omnia Rex imperio
poſſidet,ſinguli dominio,omnia ſunt in
Imperio Cęſaris,in patrimonio propria.
Cū igitur Imperator, quóad iuriſdictio.
nem, & protectionem Imperij, ſit ſupre.
mus dominus omnium, & ipſe ſolus, vt
dixi, Banni Imperialis pœnam infligere
poſſit, non ſolùm de iure communi, ve.
rùm etiam,ex vnanimi Statuum Imperij
conſenſu:neceſſariò ſequitur, neminem
iuriſdictionem vniuerſalem Cæſaris, in
cauſis turbatæ pacis publicæ, vlla exce.
ptione elidere aut declinare poſſe: niſi a.
liter cōceptis verbis, Cæſaris & Statuum
conſenſu,ſingulari priuilegio conuentū
ſit. Ita anno 48.in Comitijs Auguſtanis
inter Carolum V.Imp.& Status conuen
tum(Burgundicam concordiā,ſiue tran.
ſactionem vocant Burgundiſchen ver-
6 tragh) vt † ſubditi Ducis Brabantiæ in
cauſis violatæ pacis publicę à loco domi.
cilij nō euocentur, ſed coram iudice or.
dinario loci ad pœnam Banni, & iuris
communis conueniantur. Habet igitur
hoc caſu ſingulari iure priuilegium ſori,
& per conſequens exceptio declinatoria
in accuſatione fractę pacis locum.Et hęc
eſt vna limitatio ad regulam prædictam.
7 Secundò fallit in † Clericis mediatè Im.
perio ſubiectis, quia etiam in cauſis fra.
ctæ pacis à foro Cæſaris & Cameræ exi.
muntur,ſicut prolixiùs notaui ſuprà,cap.
1.& coram ſuo Ordinario conueniendi
ſunt,tex.in c.at ſi clerici,de iudic. & ibid.
Dd. latè Iulius Clarus in pract. crimi.§.
fin.quæſt.36. per totam. vbi omninò vi.
8 de. Sed quid de † exceptionibus perem.
ptorijs,an ne impediant litis ingreſſum,
putà litis conteſtationem in cauſis fra.
ctæ pacis? Minimè. Ratio, quia ad meri.
9 ta cauſæ pertinent: at nulla † qualitas fa.
cti ante cœptum iudicium,ſiue litis con.
teſtationem in cauſis violatæ pacis ad.
mittitur. Et regulariter in quibuſcun.
10 que cauſis exceptiones † peremptoriæ,ſi.
ue defenſiones,principale negotiū, con.
cernentes,litis conteſtationem non im.
pediunt,text.in c.1.de lit.conteſta.in 6.&
in c.ſuper quæſtionum,de offic.iudic.de.
leg.tex.in l.peremptorias.C.ſent.reſcind.
non poſſ.Bart. in l. conſentaneum, nu.5.
C.quom.& quand.iud.Innoc.in c.prout
nobis,nu.2.de dol.& contu.Ordinat.Ca.
meræ tit.27.§.1.part.3.At pone † eum reo 11
conuēto ante inſtitutam accuſationem
tranſactum eſſe ſuper violentia, & dam.
no dato,an ne exceptio tranſactionis li.
tis ingreſſum impediet? Meo quidem iu.
dicio impediet, quóad ipſum tranſigen.
tem,ſiue accuſatorem:ſecùs quóad alios:
Moueor primò, quòd † exceptio tranſa. 12
ctionis ſit litis finitæ:quis enim de pœna
promiſſa laboret poſt negotium tranſa.
ctum? inquit I.C. in l.2.ff. ſi quis cautio.
tex.in l.fratris.C.de trāſact.& in l.cauſas.
C.eod.tit.d.c.1.de lit.conteſt.in 6. Bar.in
l.nam & poſtea,num.5.ff.de iureiur.vide
Bald.in l. tranſigere.C. de tranſact. nu.6.
Alex.ibid.nu.11. vtrùm † trāſactio in cri. 13
minalibus inducat exceptionem perem.
ptoriam,prǽſertim in caſibus vbi licet in
criminibus trāſigere. Secundò moueor,
quod de iure communi, in † criminibus 14
pœnam ſanguinis irrogantibus, licita &
permiſſa ſit tranſactio, text.in d.l.tranſi.
gere.C.de tranſactio. vbi cōmuniter Dd.
quia † vnicuique ſanguinem ſuum qua. 15
litercunq; redimere licet, text.in l.1.ff.de
bon eorum qui ante ſent.mort.ſibi con.
ſci.ergo etiā ſuper crimine fractæ pacis,
quod ex lege publica Imperij capitale
eſſe conſtat. Tertiò † moueor, quia ex 16
conſtitutionibus Diuorum Impp.Maxi.
miliani I.& Caroli V.atq; Ordinat.part.
2.titu.13 tranſactio in cauſis fractæ pacis
expreſſe permittitur, & verba cōſtitutio.
nis cum effectu, & ita accipienda ſunt,vt
aliquid operentur, text. in l.1.§. hæc au.
tem verba.ff.quod quiſq.iur. videlicet vt
tranſactio partibus ſuis abſoluta in præ.
iudicium tranſigētis firmitatem habeat.
Et de iure communi, vt dixi, valet tran.
ſactio.ſuper criminibus pœnā ſanguinis
irrogātibus, ex vtraq; parte, ante accuſa.
tionem inſtitutā,adeò vt tranſigens non
poſſit reum amplius accuſare : idq; pro.
cedit,non ſolùm in publicis,ſed etiā pri.
uatis delictis,ſi pœna ſanguinis,vel mor.
tis imponenda ſit. In alijs † verò crimini. 17
bus,tam publicis, quā priuatis,ſanguinis

pœnam non irrogantibus, trãſactio ante accuſationem inſtitutam, nullius eſt momenti, & ideo is qui tranſegit, poteſt non obſtante trãſactione accuſationem inſtituere, ne crimina maneant impunita, per text. in l.2.§. ſi is cuius.ff. de ſepul.violat.glo. ibid.in verbo,nolit. Bart. præclarè in l.ſi maritus.§.ſi negauerit,nu. 2.cum ſequen.ff.ad l.Iuliam,de adul.glo. communiter approbata in l.iuriſgentiũ. §.ſi paciſcar.in verb. nõ liceat.ff. de pact. Caſtr.ibid.num.2.glo. Bald. & Salic.in l. accuſationem.C. qui accuſa. non poſſ. Pariſ.conſil.150.nu.4.volu.4.incip.Conſiderata facti narratione.Alexand.in d.l. tranſigere nu.16.vbi cõmunem dicit.Iaſ. ibid.nu.3.& cõmmuniter Dd.Gandinus de maleſi.tit.de tranſact.nu.2.cum ſeq.prolixè Iulius Clarus in pract. crimin.§ ſi.q. 58. vbi tenet de cõſuetudine trãſactiones in criminalibus indiſtinctè ante accuſationem inchoatam factas, valere, & obſeruari debere, atq; ita vſu forenſi obſeruari.

18 Poſt† acceptum verò iudiciũ,tranſigens non poteſt iterum accuſare, ſed reiecta trãſactione poteſt iudex ex officio ad condemnationem procedere,abſque nouo proceſſu,licèt Barto.in d.l.ſi maritus.§. ſi negauerit, exiſtimet nouo opus eſſe proceſſu. Iulius Clarus loco citato, hoc caſu concludit valere remiſſionẽ & tranſactionem, & per cõſequens proceſſum tolli, & accuſatum abſolui debere in illis tantũ caſibus, in quibus nõ poteſt procedi, niſi ad querimoniam partis: in cæteris verò caſibus, in quibus ex officio procedi poteſt, remiſſionẽ partis nullius eſſe momenti, quoád hoc vt proceſſus impediatur,aut tollatur: nec inſtantiam tranſactione finiri, ſed iudicem illam quandocunque proſequi poſſe, idq; contra Batt.ſententiam in d. §. ſi negauerit, quã dicit de conſuetudine non obſeruari.Concludo igitur exceptionẽ trãſactionis tanquàm litis finitæ rectè ante cœptum iudicium opponi, & oppoſitam litis conteſtationem impedire, idq; accipiendum eſt de ea tranſactione, de qua nulla ab aduerſario monetur cõtrouerſia,ſed incõtinenti probari poſſit, hodie conſtat trãſactum, hodie reijciatur litis conteſtatio, & iudicium finiatur, quóad

19 tranſigẽtem : ſecùs ſi† altiorem quæſtionem & indaginem requireret inficiatione aduerſarij,quo caſu,ſaluis quibuſcunque exceptionibus,& defenſionibus,litis conteſtatio ininugitur, ſicut in cauſis ciuilibus receptum eſt: quòd exceptiones peremptoriæ altiorẽ indaginem requirentes, litis conteſtationem nõ impediant. Et ita in Camera Imperiali, in puncto litis cõteſtationis quotidiè obſeruatur,per tex.in d.c.1.de lit.conteſt. in 6 gl. ibid.in verb.finita.Bar.in d.l. nam & poſtea. An autem† tranſactio partim procuratori fiſci nocumẽto eſſe debeat, dubitari quoq; poſſet, ego diſtinguo vtrùm ante cœptam accuſationem,an verò poſtea trãſactum ſit. Primo caſu concludo, fiſco ex tranſactione priuata non præiudicari, ſicut nec alteri, dummodo ex officio, ne delicta maneant impunita, procedere, & iudicium criminale cõtra violatorem pacis publicæ inſtituere velit,per notata Dd.in d.l.tranſigere.& tex. in d.l.iuriſgentiũ §. ſi paciſcar.ff.de pac. l.2.§ hoc edicto.ff.vi bono.rapt. Altero caſu valet quoq; trãſactio, ſed vt inſtantia pereat, neceſſe eſt cum procuratore fiſci ſimiliter tranſigere, idq; ratione publicæ vindictæ: maximè, cùm fiſcus ex tranſactione partis intentionem fiuam quoq; fundatam habeat; eò quòd † tranſigens ſuper delicto pro confeſſo & conuicto habeatur,text.in l.nõ damnatos ff. de his qui not infam. gloſſ. ibid. in verb. ſed pactos. & in l.quoniam.ff. eod. titul. tex.not.in l.Impetatores.ff.de iur.fiſci,& in l. in fiſci cauſis.ff. eod.titul. atque ita in Camera obſeruatur: licèt de iure communi tranſigens ſuper crimine ſanguinis pœnam ingerente,non habeatur pro conuicto & confeſſo, nec infamia notetur, quia lege permittente tranſigit, & ideò contractus non debet eſſe pœnalis, text.in l. Gracchus. C. de adulte. aliàs† quis legis authoritate deciperetur, quod fieri non debet,text.in l.1. in fin.ff.de his qui veni.æt.impetr. Iaſ.in d.l.tranſigere, nu.22. In alijs verò criminibus in quibus tranſactio prohibita eſt , procedit illa theorica,tranſigentem † pro confeſſo & conuicto haberi,& infamia notari,iudicemque ad condemnationem procedere poſſe, text.in l.2.C.de abolit. & in d.l. non damnatos,& d.l.quoniam,Barto.in d.l.ſi maritus.§.ſi negauerit,num.æ.Caſt. in d.l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff de pact. 20 21 22 23

pact. Alexan.in d.l.2.nu.2.& num.16.Iaſ.
ibid.nu.3.10.& 20. vbi aliquot ſingulares
cautelas tradit, quomodo tranſigens nō
habeatur pro conuicto in delictis,in qui-
bus tranſactio licita nō eſt, quem ad hoc
24 omninò vide. Et † quòd in criminalibus
non poſſit compromitti, nec ſententia
per arbitrum ferri, eſt text. notabilis in l.
nō diſtinguemus.§ Iulianus.ff. de recep.
arbit. Ratio,quia ſolutione pœnæ pecu-
niariæ,corporalis pœna, malo exemplo
euitaretur, & crimina pro merito mane-
rent impunita.vulgat.l. ita vulneratus.§.
quòd ſi quis.ff. ad l.Aquil. cum concor-
dantib.& ob eandem rationē tranſactio
in criminalib⁹ in caſibus interdictis,pro-
hibita eſt,glo.ſing.in d.§.Iulianus in ver-
bo,famoſo,Bald.ibid.nu.1.Hæc in mate-
ria tranſactionis ſuper criminibus pro-
lixiùs proſecutus ſum,quia habent in fo-
ro magnam vtilitatem. Sed vt ad pro-
poſitum redeamus, meminiſſe quoque
25 oportet, exceptionem † litis pendentiæ
in Camera in cauſis fractæ pacis admit-
ti. Ratio,quia vbi cœptum iudicium,ibi
finiri debet, text.in l.vbi acceptum.ff.de
iudic. ne continentia cauſæ diuidatur,&
26 ne de † eodem delicto bis contra bonam
fidem queratur, contra tex.in l.licèt.§.fi.
ff.naut.caupo.ſtabul. Vnde actione corā
ordinario iudice, ad pœnas iuris com-
munis & reſtitutionem bonorum abla-
torum, intentata, quod fieri poteſt,alia
in Camera ſuper violata pace publica,&
pœna banni inſtitui nequit,propter con-
tinentiam cauſarum, ne illa abſurdè, &
iniquè diuidatur, text.in l. nulli.C. de iu-
dic.Bald. Alexand. Iaſ. & alij ibid. & in l.
interdum.ff.de public.iudic.Bartol.ibid.
num.1. dicens per illum text. quòd pen-
dente iudicio ſuper actione ciuili non
poſſit ſuper eodem crimine actio crimi-
27 nalis proponi. Sed quid ſi † coram vtro-
que iudice, putà domicilij, & Camera,
parte aduerſa non contradicente proce-
datur,an iudicium coram vtroque iudi-
ce agitatum valeat? Vtrique valebit,ſibiq;
28 † pars imputet, quòd litis pendentiam
non allegauerit, iudex enim ſecundum
allegata & probata iudicare, nihilque in
facto ſupplere debet, text. in l.illicitas.§.
veritas.ff de offi. præſid. & in c.2.de offi.
iudic.ordin. Dd. in l.vnic.C. vt quæ de-
ſunt aduoc. Et ita tenet Innoc.in c.cùm
M.Ferrarienſis,num.10.de conſtit. Bald.
in d.l.nulli,num.3. Alex ibid.argu.l.pen.
ff.de pet.hęred.& l.is à quo.ff. de rei ven-
dic. Quò pertinet, quòd in † iure noſtro 29
multa ſilentio partis prætermiſſa ſubſiſtāt,
quæ ſi allegata forent, nullam firmita-
tem haberent. Exempli gratia: Vſufru-
ctuarius ſi cautionem exactam non præ-
ſtiterit, fructus ſuos non facit, ſecùs eſt,
ſi cautio ab eo exacta non ſit, quo caſu
fructus perceptos probè ſuos facit,quia
ſufficit petenti cautionem moram non
facere, eſt ſingularis doctrina & memo-
riæ commendanda , per text. in l. 2. §.
quod ait prætor.ff. quorum legat. & in l.
peto.§.fratre cohærede.ff.de leg.2. Caſtr.
ibid.num.4. Bart.in l.vxori. num.1.ff. de
vſufru.leg. pulchrè Dec.conſi.607.num,
2.incip Viſo puncto. Alexand.conſil.96.
num.1.volum.4.incip.Viſis narratis. Sic
† iuramentum calumniæ omiſſum,non 30
vitiat proceſſum, ſi à parte expreſſè peti-
tum non ſit. text. in l.2.§. ſed quia vere-
mur.C.de iureiur.prop.calum.Bart.ibid.
num.3. Et libellus † obſcurus, etſi regu- 31
lariter non valeat, Authen. offeratur.C.
de lit.conteſt.text.in l.fin.C.de annal.ex-
cep.Dd.in l.1.ff.de edend. tamen ſi con-
tra illū nihil opponatur, procedit, quia
ex actis declarari poteſt,Bar in l.edita.C.
de edend.Mantua ſing.273. num.1.incip.
Quoniam.& ſing.531.incip.Libelli. Eiuſ-
dem generis ſimilia, & infinita exempla
adferri poſſent, de quibus vide Hippol.
ſing.341.incip.Ille qui.& Guido deci.221.
incip.item dicta.Felin.in c.ſicut.num.28.
de re iudic. Bald. in l.vnica num.3.C. ne
lic.in vna ead.cauſ.tert. prouoc. & in l.1.
num.3.in fin.C. de his quæ ſub mod.leg.
Iaſ.in d.l.iuriſgentium, nu.2.ff.de pact.
& in §.actionum,num.123.Inſti.de actio.
Anchar.conſ.136.nu.2.incip.Ex conſiliis.
Deci.conſi.509.num.1.incip. Viſo conſi-
lio.Panorm.in c.penulti. nu.19.de iudic.
Mattheſil.ſing.12. incip. Nota quòd. Et
ſupr. cap. proxi.in fin.dictum eſt, valere
iudicium criminale, cum procuratore
agitatum, ſi à parte non ſit oppoſitum,
per allegata ibid.

CAPVT. XII.

Reconuentio an habeat locum in cauſis fractæ pacis.

SVMMA-

SVMMARIA.

1. *Reconuentio in criminalibus quando locum habeat.*
2. *Nomen Rei inter reos receptum quando dicatur.*
3. *Reconuentio in criminalibus fieri debet coram iudice vtriuſque cauſa.*
   Ratio l. cùm Papinianus. C. de ſent. & interloc. om. iud. non habet locum in criminalibus, ibid.
4. *Reconuentio non habet locum in cauſis fracta pacis.*
5. *Defenſionales articuli in cauſa fracta pacis quando exhibendi.*
6. *Reconuentio ſuper criminibus in eadem rixa factis admittitur.*
   Iniuria plures quando pro vnica habeantur. ibid.
7. *Libellus reconuentionis in Camera reÿcitur, & de forma ſententia.*
8. *Actionem competētem iudex parti reſeruare poteſt.*
9. *Reconuentio in cauſis fracta pacis ex tacita partium prorogatione admittitur.*
10. *Iuriſdictio in criminalibus expreſſè vel tacitè prorogari poteſt.*
11. *Prorogatio de mero ad merū imperium admittitur.*
12. *Prorogari non poteſt, quod non eſt.*
13. *In cauſis fracta pacis non fit propriè prorogatio.*
14. *Reconuentio in cauſis fracta pacis cur in Camera non admittatur.*
15. *Prorogatio iuriſdictionis in criminalibus valet quoad prorogantis praiudicium, ſed non ratione intereſſe publici.*
16. *Criminaliter conuentus non poteſt ciuiliter reconuenire.*

1 IVre communi † reus criminaliter conuentus & accuſatus, actorem ſeu accuſatorem, quando ſuam ſuorumq; iniuriam proſequitur, criminaliter reconuenire & accuſare poteſt, maximè ſi fiat reconnentio antequàm nomen Rei ſit receptum inter reos, quia talibus caſibus perinde reconuentio in criminalibus atque ciuilibus cauſis admittitur, ex communiori Dd. ſententia, per text. in l. 1. vbi exactè Bald. nu. 17. cum ſequ. & in l. neganda, C. de his qui accuſ. non poſſ. Bar. in l. is qui reus. ff. de public. iudic. nnm. 1. cum ſequen. & in Auth. & conſequēter. C. de ſent. & inter. loc. om. iud. num. 7. & commnniter Dd. Panor. omnium ampliſſimè in c. 1. nu. 22. de mut. petit. Maran. par. 4. diſt. 6. nu. 47.

2 Nomen † Rei inter reos receptū dicitur, quando iudex pronunciauit, exceptionibus dilatorijs non obſtātibus, procedendum eſſe ſuper accuſatione, vel ſi reus ſua ſponte litem ſuper libello criminali conteſtatus ſit, per notata Bart. d. l. is qui reus, num. 5. Panorm. in d. c. 1. de mut. petitio. nu. 22. Marant. vbi ſup. num. 50. per tex. in l. adulterij. C. ad l. Iul. de adult. Bart. ibid. nu. 1. Bal. in l. quamuis, nu. 2. C. ſi pend. appell. mors interue. & pleniſſimè in d. l. 1. num. 22. cum ſeq. C. de his qui accuſ. non poſſ. vbi omninò vide. Prædicta † tamen 3
catenus procedunt, ſi reconuētio fiat coram ordinario iudice ipſius reconuenti, ſi fiat coram iudice vtriuſq; cauſæ: aliâs ſecùs eſſet, quia ratio l. cùm Papinianus, C. de ſent. & int. om. iud. in criminalibus cauſis locum non habet: videlicet actorē cum iudicem, quem ipſe elegit & approbauit, recuſare non poſſe. Ratio, quia accuſator iudicem Rei nō eligit, nec ſpōte eum accedit, ſed quadam neceſſitate vrgente hoc facit, nimirū propter maleficium, vel iniuriam ſibi factam, quæ ratio ceſſat in cauſis ciuilibus ex contractu, vel quaſi contractu, vt docent communiter Bart. Panor. & Marant. in locis ſupr. allegatis. & Cano. in d. c. 1. de mut. petit. per tex. in l. 2. §. ſed etſi agatur. ff. de iudi. Modò quęritur, vtrùm † reconuentio habeat 4
etiam locum in cauſis fractæ pacis, cùm Camera in huiuſmodi cauſis ſit vtriuſq; partis iudex competens & ordinarius, lege Imperij iuriſdictionem Cameræ fundante, & maximè, ſi qs ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequi velit. Dicendum breuiter, reconuentionē fieri non poſſe, & crimen fractæ pacis innocentia, nō relatione purgandum eſſe, per text in d. l. is q̃ reus. Nam aut vult accuſatus actorem ex eodem delicto recōuenire: putà, ꝙ actor prior eum prouocauerit, aut damnum vi armata dederit: & hoc fieri debet, nō per modum reconuentionis, ſed defenſionis, per reſponſionem ad libellum accuſatorium, vel p† articulos defenſionales, 5
iuxta tex in c. ſeries, de teſtib. & text. in c. ſiquidē. C. de exceptio. ad quos actor reſpondere tenetur, & facta negatione articuli defenſionales ad probandum admittuntur, text. in l. in exceptionibus. & in l. pactum. ff. de probat. iiſq; probatis, & ſic actione intentata eliſa, aut aliâs actione per Actorem non probata, reus conuentus ab actione inſtituta abſoluitur, condemnato actore in expenſis. vulg. l. qui accuſare. C. de edend. text. in l. qui ſententiam. C. de pœnis. Licèt ex ſententia Bartol. in d. l. is qui reus. num. 3. & aliorum, ſuper † criminibus in eadem 6
rixa factis reconuentio admittatur, ratione connexitatis, quæ connexitas operatur,

ratur, vt vnum delictum cenſeatur, per
multa iura ſupr.cap.6. allegata, quemad-
modum in ſimili, plures iniuriæ in rixa,
vno perturbati animi impetu ingemi-
natæ, pro vnica iniuria habentur, text. in
l. prætor. ff. de iniur. Barto. ibid. num. 2. &
in l. nunquam plura, nu 11. de priuat. de-
lict. Alber. in tract. ſtatu. lib. 2. quęſt. 39. per
totã. Ang. in tracta. malefi. in verbo, ver-
ba iniurioſa, num. 6. Couarr. latè reſolut.
libr. 2. cap. 10. nu. 8. ſecùs ſi crimina eſſent
ſeparata, & diuerſis temporib⁹ commiſ-
ſa. text. in l. ſi plures. ff. de iniur. & in d. l.
nũquam plura, glo. notab. ibid. in verbo,
ob aliud. Aut reus conuentus vult accu-
ſatorem ſuper alio delicto contra pacem
publicam commiſſo recõuenire, & hoc
in Camera nõ permittitur, ſed ſuper no-
uo illo facto noua requiritur citatio, no-
uus proceſſus, & noua tela iudiciaria. Et
ideò ſi exhibeatur libellus reconuentio-
nis, quòd pluries factum memini, actore
7 petente, hoc pacto per † ſententiam li-
bellus reijci ſolet. In der Landfridbruchi-
gen ſachẽ B. Cleger / wider M. Beclagten /
iſt die gegenclag N. tagh einkhommen nit
angenommen / ſonder der beſchaidt / das P.
Procurator / derſelben vnuerhindert / auff
furbrachte poſitional artickel / in zeit der
Ordnung / wes ſich gepürt / handlen ſoll /
doch gedachtem Procuratorn ſein notturfft
bemelter gegenclag halben / in andere weg
rechtlich furzunemen hiemit vnbenommen /
ſonder furbehalten. Latinè.
In cauſa fractæ pacis, A. Actoris, contra
M. reum decernimus, libellum recõuen-
tionis, tali die exhibitum, admittendum
non eſſe, ſed P. procuratorem, eo non at-
tento, ad poſitionales articulos, in termi-
no Ordinationis agere debere. Saluo ta-
men dicto procuratori iure recõuentio-
nis alia via proponendi. Ita pronuncia-
tum in cauſa Helffenſtain / contra Vlm
ann. 51. die 18 Octob. & in cauſa Boden-
hauſen contra Erneſtum ducem Brun-
zuicenſem 8. Martij anno 55. Fundatur
8 autem iſta † clauſula reſeruatoria, quam
iudex ſententiæ adijcere poteſt, per text.
in l. Bebius. in fi. ff. de pact dotalib. & tex.
In c. examinata. extr. de iud. Bar. in l. ſi au-
tem. §. ſi quocunq;, nu. 2. ff. de neg. geſt. per
illum text. Panor. in c. ſicut, nu. 12. de ſen-
ten. & re iudic. Bal. in Auth. Sed & ſi quis,
9 nu. 8. C. de ſecund. nup. Sed quid ſi † actor
contra libellum reconuentionis in cau-
ſa fractæ pacis exhibitum nihil opponat
an erit admittendus? Hoc factum memi-
ni, vt in cauſa Abbatis S. Blaſij contra Co-
mitẽ à Lupffen / vbi partes propria ſponte
litem ſuper recõuentione cõteſtatæ ſunt,
& ſic tacitè iuriſdictionem Cameræ in
cauſa reconuentionis prorogârunt: quo
factum, vt additionales articuli iudicis
interlocutione admiſſi fuerint, 22. Febr.
ann. 52. p rex. in l. 2. §. ſed ſi agãt. ff. de iud.
glo. in l. 1. C. vbi de crimi. agi opor. in ver-
bo, inchoata, cum allegatis ibid. Poſſe au-
tem in † criminalibus iuriſdictionẽ ex- 10
preſſè vel tacitè prorogari, cõmuni Dd.
opinione confirmatum eſt, dummodò
iudex ille, in quem fit prorogatio, aliâs
haberet iuriſdictionem in ſimilibus cau-
ſis criminalib. aliâs ſecùs: vbi enim iudex
in talibus cauſis iuriſdictionem non ha-
beret, nulla foret prorogatio eius, quod
non eſt, tex. in l. ſed etſi manẽte. ff. de pre-
cario, ſed potiùs eſſet nouæ iuriſdictio-
nis collatio, quæ partium voluntate in
criminalibus tribui non poteſt, text. in l.
1. ff. de iudicijs & in d. l. 2. §. ſed ſi agãt, ff.
eod. tit. tex. in l. 1. C. de iuriſd. omn. iud. &
ibid. glo. in verbo, iudicibus, Bart. in l. in-
ter conuenientes, num. 1. ff. ad municip.
Caſtr. in d. l. 1. num. 20. Panorm. in c. ſi di-
ligenti. num. 14. de for. comp. vbi omni-
nò vide. Iul. Clar. in pract. crim §. fi. quęſt.
42. per totam, vbi communẽ dicit. Pro-
rogatio fieri debet ad ſpeciem nõ diuer-
ſam, vnde de † mixto ad merum imperiũ 11
non admittitur prorogatio, ſed de mero
ad merum, & mixto ad mixtum: nam † 12
prorogare, eſt extendere: & quod non
eſt, non poteſt extendi, text. in l. priuato-
rum. C. de iuriſd. omn. iud. text. in c. P. &
G. de offi. iud. deleg. tex. in d. l. ſed & ſi ma
nente, & in l. bonorum. ff. rem rat. habe.
Prætereà in † cauſis fractæ pacis non fit 13
propriè prorogatio iuriſdictionis Came-
ræ: quia cauſæ fractæ pacis non habent a-
lium iudicem ordinarium, quàm Cæſa-
rem, vel vice eius Cameram: ſi igitur ex-
preſſo vel tacito partis aduerſæ cõſenſu,
libellus reconuentionis admittitur, nul-
lum eſt peccatũ, ſi iudex ſuper eo proce-
dat, cùm aliâs iuris ſit, vt initio dictũ eſt,
quòd reconuentio coram iudice vtriuſq;
cauſæ in exordio litis facta, in crimina-
libus admittatur, maximè ſi ſuam vel
ſuorum

ſuorum iniuriam proſequatur. Quòd au-
14 tem in † Camera regulariter in cauſis fra-
ctæ pacis reconuentio nõ recipiatur, hoc
ideò receptum eſſe exiſtimo, quia ſepara-
tis proceſſibus ſuper diuerſis factis, me-
liùs rei veritas indagatur, & ne vna cau-
ſa aliam impediat, ſed quælibet ſuo Mar-
te procedat, & in qua priùs concluditur,
in ea priùs pronuncietur, & quia diuerſa
facta, diuerſas ſententias requirant, text.
in l. ſcire debemus. ff. de verb. oblig. & in
d. l. nunquam plura. ff. de priuatis delict.
tex. in l. etiamſi à patre. §. 1. ff. de minorib.
25. annis, glo. ibid. in verb. audiendus, glo.
not. in l. in hoc iudicio, in verb. non va-
lere. ff. famil. erciſc. vide infr. lib. 2. cap. 11.
Ad hæc quod quis vult facere per viam
reconuentionis, hoc via actionis facere
poteſt, ita quòd non opus ſit beneficio
reconuentionis. Quod verò paulò antè
15 dictum, † iuriſdictionem in criminali-
bus prorogari poſſe, intelligendũ quóad
præiudicium ipſius prorogantis, nõ quó-
ad intereſſe publicum, cui partes deroga-
re non poſſunt, text. nota. in l. iuriſgen-
tium. §. ſi paciſcar. ff. de pact. Vnde ſi in
loco prorogationis fuit abſolutus, aut
condemnatus, poterit nihilominus in
loco delicti iterùm accuſari & condem-
nari, vt præclarè docet Caſtr. in d. l. 1. nu.
20. ff de iudi. cuius diſtinctionem in hac
quęſtione omninò vide. Porrò illud om-
16 ni dubitatione caret, quòd † criminaliter
ex conſtitutione pacis publicæ conuen-
tus non poſſit in Camera ciuiliter recon
ueniri, quia tali caſu ne de iure quidem
communi locum habet reconuentio.
Criminali enim actione conuictus non
poteſt ciuiliter reconuentionem inten-
tare, per text. in l. fi. C. de ord. iudicio. Bal.
ibid. num. 1. Panor. in d. c. 1. nu. 22. in fin.
de mutuis petit. Marant. d. diſtinct. 6. nu.
57. Sic reiecta fuit reconuentio in cauſa
Nurmberg contra Bamberg Colben vnd
Blannen belangen/ Anno 52. die 18. Ianu-
arij, vbi in reconuentione ſuper fracta
pace poſſeſſorium Retinendæ ſimùl de-
ducebatur. & in cauſa Lewenſtain contra
Mittelhaim geraden/ Anno 63. die 15. Fe-
bruarij, vbi reconuentio erat merè ciui-
lis in poſſeſſorio Retinendæ, quod inter-
dictum cùm ſit ciuile, nihil commune
habet cum conſtitutione pacis publicæ,
vbi non de poſſeſſione vel proprietate
alicuius rei, ſed de violentia publica, de
pace et tranquillitate in Imperio Roma-
no conſeruanda diſputatur & agitur.

CAPVT XIII.

Factum cum ſuis qualitatibus in actione turbatæ pacis publicæ probandum.

SVMMARIA.

1 *Agens ex conſtitutione pacis publicæ factum cum neceſſarijs qualitatibus probare debet.*
2 *Qualitas requiſita à facto principali ſeparari nequit.*
3 *Libellãs factum qualificatum, vtrumq; probare debet, & nu. 21.*
4 *Lex vel ſtatutum requirens certam qualitatem, non obtinet ſine illa qualitate.*
5 *Succumbens in qualitate, ſuccumbit in toto.*
6 *Qualitates conſtitutionis omnes verificari debent, ad hoc vt pœna conſtitutionis locum habeat.*
7 *Fundans ſe ſuper qualitate ſtatuti, debet articulare & probare qualitatem ſtatuti.*
8 *Qualitas inhæret ſubiecto, eiq; formam dat.*
9 *Actore non probante factum cum ſuis qualitatibus in cauſis fractæ pacis, Reus abſolui debet.*
10 *Probatio non dicitur concludens, ſi qualitas requiſita probata non ſit.*
11 *Probatio non concludens rem facit magis dubiam.*
12 *Iuriſdictio Cameræ deficit deficiẽtibus requiſitis fractæ pacis.*
13 *Probationes extra cauſam fractæ pacis ſunt impertinentes.*
14 *Officiales non debent ſe intromittere de officio alterius.*
15 *Appellare omiſſo medio quare non liceat.*
16 *Actionem vnam intentans, & aliam probans, nihil agit.*
17 *Verba legis ſi facto non conueniunt, nec eius diſpoſitio locum habet.*
18 *Crimen cum qualitate intentatum cum ſua qualitate probandum eſt.*
19 *Clauſula reſeruatoria in cauſis fractæ pacis, non probatis qualitatibus, adijci ſolet.*
20 *Sentẽtia abſolutoria in cauſa fractæ pacis cum clauſula reſeruatoria.*
22 *Qualitas adiecta facto quando probanda.*
23 *Qualitas impertinenter facto adiecta pro non adiecta eſt.*

AGens † ex conſtitutione fractæ pa- 1
cis, non ſolùm factum, quod reus
conuentus deiecerit, verberauerit, aut
pulſauerit, ſed etiam qualitatem facti,
videlicet armatam manum, vim publi-
cam, & dolum ex propoſito (quia hæc
tria requiſita in accuſatione ſuper vio-
lata pace pariter probanda ſunt, vt di-
ctum

ctum eſt ſup. cap.7) in libello deducere
& probare debet Non ſufficit factum
omiſſis iſtis qualitatibus probare:ſed ne-
ceſſe eſt vt omnia ſimul concurrant, ad
hoc vt pœna fractæ pacis irrogari queat.
2 Qualitas † enim requiſita à facto princi-
3 pali ſeparari nequit,q a † quando quis fa-
ctum qualificatum in libello proponit,
cenſetur ſe ad vtrumq; adſtrinxiſſe, putà
ad factum, & ad qualitatem facti, Dd.in
c.ex parte,el.1.de reſcript.Felin.latè ibid.
num.21.cum ſequent. & præclarè in c.li-
cèt cauſam,num.40.cum ſeq. de probat.
per multa allegata. Quo fit, vt omiſſa
qualitate aliud cenſeatur eſſe factum,
quàm illud quod in libello propoſitum
fuit, per text. in c. ab eo qui contra, de
elect. In 6. text. in l. habebat.ff. de inſti-
to.actio. text.in l.prætor ait.la.2.§. doce-
re,ibi,ceterùm ſi alibi datum ſit,quàm in
turba,ff. vi bonor.rapt. & in l. Fulcinius.
§.cùm hoc edictũ.ff.ex quib.cauſ. in poſſ.
eat.text.in l.1.§.fin.ff. de incend.rui.nau-
frag. & in l.non ignorat,C.de his qui ac-
cuſa.nõ poſſ.glo.notab. in c. ſignificâſti.
33.q.5.in verbo,cùm omni. Caſtr in l.2.in
fin.C ad l.Iul.de vi pub. Dec.cõſi.261.nu.
2.incip.ſuperioribus diebus.Schurff.con-
ſil.12.per tot. cent. 2. incip. licet ex actis.
Bart.in l.1 §.quod autem ait.num.1 ff. ne
quid in flum.publ. vbi per illum text.tra-
4 dit, quòd quoties † à lege vel ſtatuto ali-
quid cũ adiecta qualitate profertur, ne-
ceſſe ſit vtrumq; probare, factum nimi-
rùm cum ſua qualitate, idem tradit Iaſ.
in l.non ſolùm.§.ſciendum.num.3.ff. de
nou.oper.nunciat. Alex.conſi.172.num.
5.volum.2.incip.viſis, & oportunè. idem
conſil.32.nu.14. volum.3.incip.viſo pro-
ceſſu. Felin.in d.c. ex parte,el.1. vbi dicit
5 quòd † ſuccumbens in qualitate,ſuccum
bat in toto, quia ſermo qualificatus cen-
ſetur eſſe indiuiduus. per text. in d c. ab
eo, Dd. in l. Diuus.ff. de re iudi. Bald.in
l.2.numer. 2.C. de proba. Angel.in l.vel
negare.ff.quemadm.teſt.ape Ioan. And.
in c.1. de homicid. libr.6. latè Hippol.in
l.ſi quis,num.130. & num.135.ff. de quæſt.
Iul.Clar.in pract.crim.§ fi.quęſt 85. verſi.
vbi agitur,& in verb.aſſaſſinũ circa prin-
6 cipium. vbiq; dicunt, quotieſcunq; † agi-
tur de pœna imponenda alicuius ſpecia-
lis conſtitutionis, tunc neceſſe eſſe, ve-
rificari omnes qualitates in ipſa conſti-
tutione expreſſas,ad hoc vt pœna cõmit
ratur,non ſolùm factum,vel rem princi-
palem probari oportere, ſed etiã qualita-
tem,ad hoc vt conueniat verbis legis,ſta-
tuti, vel alterius diſpoſitionis: aliás illa
qualitate nõ probata,non diceretur legi-
tima probatio per iura allegata. Hippol.
in d.l.ſi quis, nu. 130. p multa allegata, &
agens cauſa cadet. Exẽpli gratia,Statuto
grauiſſima pœna plectuntur,abducentes
mulieres honeſtæ vitæ,bonæ cõditionis,
& famæ: ſi ex facto ad pœnam ſtatuti qs
agere vellet,neceſſariò has qualitates ſta-
tuti, ſuper quo ſe † fundat, articulare & 7
probare debet,ad hoc vt pœna ſtatuti in-
fligi poſſit abducenti. refert Hippol.ſing.
187.nu.3.cum ſeq.incip.qualitas.Et Ioan.
Andr.in d.c.1. de homicid. in 6. dicit, ſe
quendam prælatũ à pœna illius capituli,
putà mortis liberâſſe, qui data pecunia a-
lium occidi mandârat. Nam etſi proba-
tum eſſet mandatum & homicidiũ (hoc
eſt, aſſaſſinamentum, vt vocant) tamen
quia qualitas homicidij non erat proba-
ta, nimirùm quòd occiſus fuiſſet Chri-
ſtianus:prout dictum c.1. requirit, dictus
prælatus pœnam illius cap. euaſit.refert
& ſequitur Bald. in l. ſi quis non dicam.
nu.4.C.de epiſc.& cleri. Hippol in d.l.ſi
quis,nu.130.ff.de quæſt. Anch conſil.271.
num.2.incip.de titulis criminum. Natta
conſi.254.num.2.volu.2.incip.inquiſitus
Iohannes. Rom.conſi.144.num 1.incip.
inquiſitio præſens. Alex. d.conſi.172.nu.
5.& d.conſil 82.nu 14. Felin.in c.auditis.
nu.33.de præſcrip.vbiq; doctrinam Ioan.
And.ſequuntur.Curt.ſen.conſil.59 nu.7.
incip. Dux Philippus. vbi dicit, quoties
aliquid requiritur à lege cum qualitate
vel limitatione, quòd prius de illa quali-
tate & limitatione conſtare debeat: ad
hoc,vt iſta diſpoſitio locũ habeat, quia † 8
qualitas inhęret ſubiecto,eique formam
dat,per tex.in l.Titius.ff.de mili.teſtam.et
in c.ſtatutum.de elect. lib.6.& In c.vbi pe-
riculum §.cæterùm eo.tit.Pariſ.conſi.53.
nu.44.cum ſequ.volu.4.incip. quamuis.
idem conſi.58.nu.58.cum ſeq eod. vol.in-
cip.agar coram & conſil.27 nu.75 vol.2.
incip. notula aſſerti teſtamenti, dicens,
qualitate cõſtitutionis non probata.be-
neficium conſtitutionis locum non ha-
bere. Quapropter, vt ad propoſitum re-
deam, actor † in accuſatione ſuper con- 9

ſtitutione violatæ pacis, qualitates con-
ſtitutionis articulare, & in proceſſu cau-
ſæ legitimè probare debet: aliàs reus con
uentus ab actione inſtituta abſoluitur,
actorque in expenſis condemnatur, re-
gula enim l. qui accuſare. C. de edend. ſe-
cundum communẽ opinionem non ſo-
lùm locum habet in cauſis ciuilibus, ſed
etiã in criminalibus. Iaſ. in l. non eſt no-
uum, nu. 5. C. eo. tit. Iul. Clar. in prac. crim.
quæſt. 72 num. 1. vtrobique communem
10 dicunt. Omiſſa enim † qualitate proba-
tio non eſt concludens, & ideo non re-
leuat, vulgato c. in præſentia. extr. de pro-
bat. Hippol. d. ſingul. 187. num. 1. & in d. l.
ſi quis. num. 131. Roma. conſil. 110. num. 1.
incip. quæſtio conſultationis. Caſtr. in l.
ſi communem. §. 1. ff. quemadmod. ſeru.
amitt. vbique dicunt, qualitatem crimi-
nis accuſationi vel inquiſitioni adiectã,
probãdam eſſe, aliàs reum abſolui opor-
tere, eamque communem eſſe Dd. opi-
nionem teſtatur Roman. d. conſil. 110.
nam probatio abſque qualitate non di-
11 citur concludens, imò neque pro † pro-
batione habetur, quia tẽ facit magis du-
biam, & in dubio contra probantem, eti-
am in materia fauorabili, interpretatio
facienda eſt, tex. in l. ſi quis intentione. ff.
de iudic. & in l. inter ſtipulantem. §. 1. ff.
de verbo. oblig. gloſſ. ſingu. in d. c. in præ-
ſentia, in verbo, dubium. Bald. in l. ma-
trem. nu. 1. C. de probar. & in l. 2. num. 5.
C. de bon. poſſ. præclarè Deci. conſil. 322.
num. 6. incip. in cauſa. quæ Alexandriæ.
idem conſ. 109. num. 3. incip. & pro tenui
fac. & conſi. 483. num. 23. incip. pro reſo-
lutione. Roma. conſi. 305. nu. 8. incip. quó.
ad ſeptimum. idem ſingul. 749. Hippol.
ſing. 267. in prin. & ſing. 494. nu. 1. Præte-
12 reà deficientibus † requiſitis conſtitutio-
nis ruptæ pacis publicę, deficit iuriſdictio
Cameræ. tex. in l. 4. §. toties. ff. de dam. in-
fec. tex. in l. 1. & in l. fi. C. ſi à non compet.
iudic. eſſe dicat: ergò neceſſariò abſolu-
tio ſequi debet, propter defectum iuriſ-
dictionis, etiamſi factum principale am-
pliſſimè exactiſſimeque probatum eſſet,
putà ſpolium, vel turbatio in poſſeſſo-
rio Retinendæ, aut violentia publica,
quia, vt ſupr. cap. 7. dictum eſt, non om-
nis vis publica, eſt fracta pax, licèt è di-
uerſo omnis violenta pacis turbatio, ſit
13 vis publica. Probationes † igitur extra
cauſam fractæ pacis factæ impertinentes
ſunt, & ideò nihil momenti habent, tex.
in c. examinata, de iudic. & in d. l. habe-
bat, text. in l. Bebius in fine. ff. de pact. quia
cauſæ ſpolij, vel turbatæ poſſeſſionis, aut
iniuriarum, omiſſo medio ad Cameram
non pertinent, præſertim quóad Status
& Nobiles Imperij, qui ex lege Ordina-
tionis, in huiuſmodi & ſimilibus cauſis
iudices primarum Inſtantiarum habent,
vermög der außtreg / quo beneficio non
ſunt priuandi, nè iuriſdictiones iniquè
confundantur, quod fieri non debet,
per text. not. in l. in prouincijs, C. de mu-
nerarijs, & actuarijs, libr. 10. vbi Bartol.
dicit per illum text. quòd † vnus Officia- 14
lis non debet ſe intromittere de officio
alterius, text. in l. nemo poſt litem. C. de
iuriſd. omn. iudic. gloſſ. ibid. in verb. au-
xilium. text. in c. peruenit, 11. quæſt. 1. text.
in §. nulla, Auth. de defenſorib. ciuitat.
gloſſ. in c. paſtoralis, in verbo, exceptis, de
offic. iud. ordina. Natta conſi. 271. num. 1.
& 2. volum. 2. incip. concurro in ſenten-
tiam, Guid. deciſ. 436. nu. 3. incip. cum ma-
teria, vbi pro concluſione ponit, quòd † 15
etſi iudex appellationis iuriſdictionem
habeat in territorio iudicis ordinarij, at-
tamẽ eam impeditam & ligatam habet,
vt eam exercere nequeat, niſi poſt appel-
lationem ritè interpoſitam, & coram ſe
legitimè introductã, d. c. paſtoralis. Hinc
eſt quòd omiſſo medio non liceat ad ſu-
periorem appellare, ſed gradatim appel-
landum ſit, d. l. nemo, text. in l. Impera-
tores. ff. de appell. text. in c. dilecti, el. 2. ex-
trà eod. titul. gloſſ. ibid. in verbo, poſt hu-
iuſmodi. Felin. in c. ſuper quæſtionum. §.
porrò. nu. 14. de offic. & poteſt iud. deleg.
vbi vide limitationes Ordin. Cameræ,
part. 2. titu. 29. §. 1. Facit ad prædicta, quòd
ineptè agat, qui † aliam, quàm intentauit, 16
actionem probat, & quòd is qui ex ſingu-
lari cauſa agit, & aliam probat, nihil ob-
tinere debeat. text. not. in d. l. Bebius. in
fin. ff. de pact. dotalib. & in l. illud ff. de
lib. cauſa. text. in l. habebat. ff. de inſt. act.
text. in l. 1. §. fi. vbi glo. in verbo, non tene-
re. ff. ſi mẽs. falſ. mod. dix. tex. in c. exami-
nata, de iudic. & in c. Abbate, de re iudic.
in 6. Panorm. in c. ſicut. num. 12. eod titu.
Bal. in d. l. 2. nu. 2. C. de proba. Rom. d. cõſ.
110. num. 1. Cùm igitur qualitates in con-
ſtitutione fractæ pacis adiectæ, iuriſdi-
ctionem

ctionem Cameræ fundent,nõ cauſa ſpo.
lij,turbationis.aut cuiuſlibet vis publicæ,
vt paulò antè dixi, quorũ nomine prin.
cipaliter in Camera citatio non fuit con
ceſſa, neque actio intentata, aut lis ſuper
ijs conteſtata, ſententiaq; libello debeat
eſſe conformis, text. in c. licèt Hely, de
ſimonia.& de qua re iudex cognouit, de
ea quoque pronunciare debeat, text.in l.
de qua re.ff.de iudic.conſequens eſt, non
probatis neceſſarijs qualitatibus, aliud
factum,quàm in libello poſitum deductũ
cenſeri, & ideò reum conuentum ab in.
ſtituta actione merito abſolui, & actorẽ
in expenſis condemnari debere, per iura
17 allegata: quia ſi † verba legis facto non
conueniunt, nec eius diſpoſitio locum
habebit,tex.in l.4.§.toties.ff.de damn.in.
fect,& in l.ita autem,in princ.ff.de admi.
& peri.tuto.& curato. Hippo.ad rubr.C.
de prob.nu.454.& nu.457.& in d.l ſi quis.
nu.130.in prin.Rom.d.cõſ.110. vbi dicit,
18 ſi † delictum cum aliqua qualitate pœnã
aggrauãte in accuſatione vel inquiſitio.
ne deducatur, vtputà crimen furti, cum
qualitate manifeſti, qualitate nõ proba.
ta,reum abſolui debere,per tex.in l.quid
ergò.§.pœna granior.verſ.nam ex furto.
ff.de his qui not.infa.tex.in l.1.§.fin.ff.de
incen.ruin.naufrag.Dd. vbi ſupr.præſer.
tim Hippo.in d.l.ſi quis.ff.de quęſtionib.
vbi plura exempla accumulat. Et ita in
Camera ſæpè rei conuenti ſuper cõſtitu.
tione fractæ pacis, qualitatibus requiſitis
nõ probatis, ab actione intẽtata abſoluti
ſunt, vt in cauſa Knorren contra Weſt‑
hagen/ 20.Nouembr.Anno 66. Conſue.
19 uit autem ſententiæ † abſolutoriæ adij.
ci clauſula reſeruatoria, qua actori ius
agẽdi ad pœnas iuris communis, vel ſu.
per interdicto Vnde vi, aut Retinendæ
poſſeſſionis, coram iudice ordinario &
competente,expreſſè reſeruatur,per text.
in d.l. Bebius,in fine. & text. in d. c. exa.
minata,Bartol.in l.ſi autem.§.ſi quocun.
que.num.a.ff.de negoc.geſt. Panor.in d.
c.ſicut,num.12.& ita in allegato præiudi.
cio factum. Non tamen eſt neceſſe adij.
cere hãc clauſulam reſeruatoriam, quia
pro iudicis arbitrio etiam omitti poteſt.
quod ſępè factum memini,nouiſſimè in
cauſa Preen contra Malchin / 11. Iunij
20 anno 67. Sententia † autem abſolutoria
in cauſa fractæ pacis non probatis requi.
ſitis, cum clauſula reſeruatoria talis eſt.
In angemaſter Landtfridtbruchiger ſachẽ
N.Clegern eins / wider M. Beclagten an‑
ders thails / iſt allem furpringen nach zu
recht erkhendt/ daß gedachter beklagter/ võ
angeſtalter Klag auff den Landtfrieden zu
abſoluieren vnd erledigen ſey / als wir jnen
auch hiemit abſoluieren vñ erledigẽ/ Doch
gedachtem Cleger (ob er wol) auch ſonſt
meniglichen an gepurenden orthen / vnnd
wie ſich vermög der rechten gepürt / zuklaa‑
gen furbehalten.

Latinè.

In prætenſa cauſa fractæ pacis N. Acto.
ris ex vna,contra M.Reum ex altera par.
tibus, viſis, actis & actitatis pronuncia.
mus, & decernimus, quòd dictus Reus
ab inſtituta actione ſuper fracta pace ab.
ſolui debeat, prout eum hac noſtra ſen.
tentia abſoluimus. reſeruato tamen di.
cto Actori, ſi velit, & quibuſcunque co.
ram competente iudice, agendi iure.
Porrò, quod † initio dictũ eſt, factum cũ 21
ſua qualitate probandum,cum modera.
mine accipiendum eſt, vt eatenùs proce.
dat, ſi qualitas illa ſit de ſubſtantia actio.
nis,vel criminis, ita vt alteretur per eam
factũ,vel crimen in iudicium deductum.
Secùs ſi remota qualitate non alteretur
factum, vel ſpecies criminis, quia tunc
tam in ciuili quã criminali iudicio qua.
litas adiecta nullius eſt præiudicij,etiam.
ſi non probetur,per tex.in l in delictis.§.
ſi detracta.ff.de noxali actio.pulchrè Bal.
in l.1.nu.11. cum ſeq.C. de condic.indeb.
vbi dicit qualitatem † adiectam, tunc eſ. 22
ſe probandam, quandò illa mutaret ſpe.
ciem actionis,vel exceptionis,vel faceret
quem admitti ad id quod alias non ad.
mitteretur.Idem Bald.in l.1.num.8.ff. de
edend.docet,non eſſe neceſſariam quali.
tatis probationem,ſi illa ad actionis ſub.
ſtantiam non pertineat,neque libelli va.
riationem inducat, refert & ſequitur Fe.
lin.in d.c.ex parte, el.1.nu.30. de reſcript.
& in d.c.licèt cauſam,num.41.de proba.
vbi multa adhoc allegat. Bald.in l.Titia,
nume.1. ff.ſolut. matrimo. Bartol in l.
denunciaſſe.§.quid tamen, num.2.ff. ad
l. Iuliam, de adulr. vbi dicunt quòd In
qualitate non alterante modum agen.
di, ſufficiat probare principale factum
abſque qualitate,& probantem ſimplex
factum, remota qualitate, obtinere de.

 bere.

bere. Felin.in d.c. licèt cauſam, num.41.
idque benè notandum exiſtimat : quò
23 ſpectat quòd qualitas † facto impertinen-
ter adiecta, pro ſuperuacanea, & non ad-
iecta habeatur, neque allegantem one-
re probandi adſtringat, Bald. Felin. &
alij, vbi ſuprà.

CAPVT XIIII.

An in cauſis fractæ pacis conatus pro effectu habeatur.

SVMMARIA.

1 *Pax publica abſque homicidio violari poteſt.*
2 *Armata vis dicitur ſi adſit terror armorum.*
3 *De homicidio tenetur, qui occidendi hominis cauſa arma gerit.*
4 *In atrocioribus delictis conatus pro effectu habetur.*
5 *Crimen raptus & læſæ maieſtatis attentatum punitur, & nu. 6.*
7 *Attentatum crimen quando puniri debeat.*
8 *Voluntas externis indicijs patefacta pro delicto habetur.*
9 *Fracta pacis crimen atrociſsimum eſt.*
10 *Lex, vel conſtitutio conſiderans affectum ſine effectu, locum habet in ſolo conatu.*
11 *Crimina ex voluntate procedunt.*
12 *Index Cameræ in criminibus attentatis pœnã Banni in pecuniariam commutare poteſt.*
13 *Caſtrum ad defectionem ſolicitans committit crimen læſæ maieſtatis.*
14 *Nicoclis Cypriorum Regis admonitio, vt proditiones manifeſtentur.*
15 *Caſtri præfectus cum proditoribus colloqui poteſt.*
16 *In delictis attentatis mitior pœna irrogari debet.*
17 *Peccatum operis an grauius ſit ſecundum Theologos, quàm cordis.*
18 *In veteri teſtamento, an voluntas occidendi hominem pro facto habita ſit.*
19 *Caſus, in quibus conatus abſque effectu puniatur.*
20 *Parricidium attentatum ſine effectu punitur.*
21 *Aſſaſinatus crimen contrahitur, etiã reuocato mandato re integra.*
22 *Simonia eſt crimen capitale, & ſola voluntas ſufficit.*
23 *Crimen Simoniæ prout & vſuræ, ſola voluntate committitur.*
24 *Simoniæ conuentionalis & mentalis differentia.*
25 *Infantem occidere tentans pro homicida habetur.*
26 *Sodomiæ crimen committitur ſola affectione.*
27 *Lenocinium committit dans occaſionem adulterij.*
28 *Delicta quæ exemplo opus habent puniuntur ſine effectu.*
29 *Statuti pœna non habet locum in delictis attentatis.*
30 *Statuta propriè intelligenda ſunt.*

l

ERroneum eſt exiſtimare, ad pœ-
nam conſtitutionis pacis publi-
cę agi nõ poſſe, niſi quis vi arma-
ta lædatur, vulneretur, aut occidatur. Nã
† pacem publicã quis violare poteſt abſq; 1
homicidio, & homicidium committe-
re, vt tamẽ non violet pacem publicam,
per tex.in l.1.§.diuus.ff.ad l.Cornel. de ſi-
car.tex.in l.idem eſt.§.qui armari.ff.de vi
& vi arma. Qui armati, inquit I C. vene-
runt, etſi non armis vſi ſunt ad deijcien-
dum, ſed deiecerunt, armata vis facta eſ-
ſe videtur : ſufficit enim † terror armo- 2
rum, vt videatur deieciſſe. ad idẽ eſt text.
in l. qui dolo.§.fina.ff.ad l.Iuliam, de vi
public.vbi dicitur, quòd lege Iulia de vi
publica teneatur, qui conuocatis homi-
nibus vim facit, quo quis verberetur, vel
pulſetur, etſi neq; homo occiſus ſit: nam
lex † non minùs eum, qui occidendi ho- 3
minis cauſa cum telo fuerit, quàm eum,
qui occidit, punit, text. in l. aut facta.§.
euentus.ff.de pœnis, text. in l. is qui cum
telo.C.ad l.Cornel. de ſicar. & in d.l.1.§.
Diuus.& text.in l.2.§.dolo malo.ff.vi bo-
nor rapto. vbi dicitur non tantùm eum
dolo malo facere, qui rapuit, ſed & eum
qui præcedente conſilio ad hoc ipſum
homines collegit armatos, vt damnum
det, bonáue rapiat, ad idem eſt text. in l.
prætor ait.§.eritq; hæc.ff.eod.titul.Natta
conſi.240. num.10. volum.2. incip. red-
didi aliâs. Et licèt regulariter affectus ſi-
ne effectu non puniatur, text in l.1.§.fin.
ff.quod quiſq.iur.gloſſ.ibid.in verbo, pu-
tamus, tex.in l.qui falſam.ff.ad l.Cornel.
de falſ.vbi latè Hippo.nu.2. cum ſeqq.ta-
men regula illa non procedit in † atro- 4
cioribus delictis, vbi conatus perinde at-
que effectus punitur, vt in † crimine rap- 5
tus, text.in l.ſi quis nõ dicam rapere.C.de
epiſ.& cler. ibi, attentauerit, gloſ.& com-
muniter Dd.ibid. item in † crimine læſæ 6
maieſtatis, præſertim ex primo capite le-
gis Iuliæ, tex.in l.quiſquis.C.ad l.Iul.ma-
ieſt.eadẽ enim ſeueritate, inquit text. vo-
luntatem ſceleris, qua affectũ puniri iura
voluerunt, tex.in c.quiſquis.de pœnit.di-
ſtinct.1.tex.in Clem.paſtoralis.de re iudi.
ibi, tractauerunt. & in l.vnica.C.de rapt.
virg.Hippol.ibid.nu.291. cum ſeq. & latè
in d.l.qui falſam, vbi omninò vide. Feli.
in ſua queſtione, quandò conatus abſque
affectu puniatur, idem in c.1.nu.9.de offi.
deleg.

de leg.& in c.1.nu.2.de prçſump.vbi mul
tas fallentias ponit.Bald.in l.data opera,
num.7.cum ſequ.C.qui accuſ.poſſ.Gigas
in tract.crimin.læſæ maieſt. quæſt.66.per
totam. Deci. conſil. 482. num. 12. incip.
pro reſolutione. Tiraquell. in tracta.de
pœnis, cauſa 37. cum ſequen. Iuli.Clarus
in pract.crimin.§.final.:quæſt. 92. verſic.
ſcias tamẽ,vbi communem dicit. & hæc
7 intelligenda ſunt † quandò deuentum
eſt ad actum proximum maleficio,quan
do proceſſum eſt ad aliquem actum or-
dinatum ad ipſum factum , nam ſolus
tractatus, etiam in atrociſſimis delictis,
non punitur,ſecũdum Hippol.in d.l.qui
falſam.num.8. Iulius Clarus d. quæſt.92.
verſicu.fin. vbi communem dicit. Felin.
in d.c.1.num.6.& d. quæſtio. quando co-
natus. Sufficit ergò in atrocioribus deli-
ctis ad actum exteriorem peruentum eſ-
ſe, etſi effectus vel delictum non ſequa-
tur: Voluntas externis indicijs patefa-
8 cta pro delicto habetur. Et generaliter †
quotieſcunque non ſtat per aliquem,
quo minus actus perficiatur, tunc actus
pro perfecto & impleto habetur,tex.in l.
de pupillo.§.ſi is cui nunciatum.ff.de no.
oper. nunciat. idq́ue omnium maximè
in maleficijs obtinet, vbi principium, &
voluntas ſpectatur, non exitus, text.in l.
quoniam multa.C.ad l.Iul.de vi publi.&
in l.qui iniuriæ.ff.de furt.text.in l.Diuus.
ff.ad l.Cornel. de ſicar. text.in c. pro hu-
mani §.fina.de homicid.in 6. & per iura
ſuprà allegata. Quò pertinet quod Cice-
ro in Paradoxis ſcribit, peccata non re-
rum euentu, ſed virijs hominum meti-
9 enda eſſe. Quòd autem † crimen fractæ
pacis atrociſſimum ſit, nemo dubitat,
quia damnatum vitæ & bonorum peri-
culo exponit,ita vt communis omnium
hoſtis efficiatur, vt infrà,libr.2.cap.1.pro-
lixiùs notatur, quinimò ipſa conſtitutio
conatum perinde atque effectum punit,
ſub.tit.4. in princ.ibi, **oder zu handlen vn-
derſtehen wurden/** id eſt, aliquid cõtra pa-
cem publicam attentare voluerint, & ſic
10 † ipſa conſtitutio pacis publicæ conſide-
rat affectum ſine effectu : quo caſu cona-
tus pro effectu habetur atque punitur,per
text.in l.& generaliter.§.1.ff. de calumn.
Bart.ibid.nu.1. text.in l.1.§. item ſenatuſ-
conſulto.ff. de poſtul. gloſſ.ibid.in verb.
ſiue, text.in l.3.ff. quod quiſq.iur.& in l.ſi
quis ſeruo.C.de fur. & ſeru. corrup. Hip-
pol.in d.l.qui falſam. num.2. Tiraq.in d.
tract.de pœnis.cauſ.37.num.7. Bart.in d.
l.1.§. Diuus.ff. ad l.Cornel. de ſicar. vbi
dicunt conatum puniri, quandò mani-
feſtè apparet legis, aut ſtatuti intentio-
nem eſſe, vt tractatus puniatur, per iura
allegata. Hæc diligenter in decernendis
proceſſibus ſuper fracta pace cõſideran-
da ſunt,vt non tam ipſum factum,quàm
nocendi & offendendi voluntatem ſpe-
ctemus,non refert, an is qui citatur occi-
derit aliquem, ſed an occidere voluerit,
an in arenam conuocatis hominibus,ar-
mata manu deſcẽderit, d.l. is qui cum te-
lo.d.l.idẽ eſt.§.qui armati.d.l.dolo.§.fin.
Crimen † enim contrahitur, ſi & nocẽdi 11
voluntas intercedit, text. in l.1.C. ad leg.
Cor.de ſicar.& in d.l.Diuus.ff.eod.& do-
lus atq; propoſitum hominũ maleficia
diſtinguũt,tex.in l.qui iniuriæ.ff.de furt.
& in l.quod Reipublicæ.ff.de iniurijs. itẽ
ex voluntate peccata procedunt, quæ li-
bero mentis arbitrio, & delinquẽdi pro-
poſito committuntur, text. in c.1.15. q.1.
Quapropter ſi quis armatus,de induſtria,
dolo malo,hominibus coactis,domum,
caſtrum, vel prædium alterius inuadat,
etſi neminem lædat, aut occidat, ſed læ-
dere, vel occidere voluerit, rectè ad co-
natum & enixam voluntatem, ex Con-
ſtitutione pacis publicæ conueniri , &
probato conatu cum neceſſarijs ſuis qua-
litatibus, in Bannum Imperiale declara-
ri poterit. Bartol. pulchrè in d. l.1.§. Di-
uus.ff.ad l.Cornel.de ſica. Dd.in locis ſu-
prà allegatis. Poterit † tamen iudex Ban- 12
ni,pœnam in pecuniariam hoc caſu con
uertere: nam etiam in delictis conſum-
matis,Iudex Cameræ arbitrium habet,&
facultatem commutandi pœnam Ban-
ni in pecuniariam, ſicut diſponit Con-
ſtitutio Diui Imperatoris Caroli V. de
anno 48. & vide infr.libr.2.cap.9. multò
magis in delictis attentatis,& non perfe-
ctis hoc erit permiſſum : maximè ſi non
ſit attentatum crimen læſæ maieſtatis,
vel proditionis patriæ,in quibus propter
exemplum, voluntas pro facto habetur.
d.l.quiſquis. Dd. vbi ſuprà. Gigas in tra-
ctatu de crim læſ.maieſt.libr.1.rubr.qua-
liter & à quib.crim.læſæ maieſt.quæſt.30.
nu 2.& lib.3.rubr.de plurib.& varijs quæ-
ſtio.quæſtio.2.num.6. dicens † ſubditum 13

attentantem, vt caſtrum diſcedat à fide-
litate Regis, incidere in crimen læſæ ma-
4 ieſtatis, & adducit exemplum † Nicoclis
Cypriorum regis, admonentis ſubditos
ſuos, vt eos qui circa dominatum ſuum
indignè ſe gererent, reprehenderent, ea-
demq́; pœna dignos exiſtimarēt, & ma-
giſtratui ſuo vim facientes, & huiuſmo-
di iniurias contegentes. refert Iſocrates
in ſecunda ſua oratione, quam in Nico-
clis perſona conſcripſit. Laude verò di-
15 gni ſunt † Præfecti caſtrorum, qui ſimu-
latione quadam amicitiæ, proditores ad
defectionem ſe ſolicitantes, ad collo-
quium admittunt, iiſq́ue benignas aures
præbent, vt conſiliorum arcana exqui-
11 rant, & ſibi in futurum cautiùs proſpice-
re queant, vt ſingulariter notat Caſtr. in
d.l. ſi quis ſeruo. nu. 2. C. de fur. & ſer. cor-
16 rup. per illum text. Itaque regulariter †
mitior pœna, vt ad propoſitum redeam,
in delictis attentatis irroganda eſt: ita ſe
habet communis Dd. opinio, per tex. no-
tab. in l. 1. § fi. ff. de extraord. crimi. & in l.
ſi quis aliquid. §. 1. ff. de pœn. Dd. in l. 1. §.
hæc autē verba. ff. quod quiſq; iur. Tiraq.
in tracta. de pœnis, cauſa 39. cum ſeq. Iul.
Clar. dicta quęſt. 92. vbi communem di-
cit, quòd mitiùs ſit puniendus qui actum
non perfecit, licèt deuenerit ad actum
proximum, etiam in caſibus expreſſis:
hoc eſt, quandò lex expreſſè punit co-
natum pro effectu, vt notat Tiraq d. cau-
ſa 40. num. 2. dicens, quòd etiam ſecun-
17 dum Theologos, peccatum † operis gra-
nius et maius ſit, quàm cordis: item quòd
licèt apud Deum, qui ſolum cor intue-
tur, votum pro opere, id eſt, volūtas pro
facto reputetur, text. in c. 1. de pœnit. diſt.
1. tamen non debet tanta pœna imponi
pro voto, quàm pro facto, etiam in fo-
ro conſcientiæ, vt notat gloſſ. in c. qui
viderit, in verbo, iam mœchatus. 32. quę-
18 ſtione 5. Quò pertinet, quòd in lege † ve-
teris teſtamenti ſcriptum eſt, Leuitici
cap. 24. qui percuſſerit & occiderit ho-
minem, morte moriatur: item Numer.
cap. 35. ſi quis ferro percuſſerit, & mor-
tuus fuerit qui percuſſus eſt, reus erit
homicidij, & ipſe morietur: ergo ſolus
conatus morte non mulctatur, ſed fa-
ctum requiritur, quātumcunq; enim oc-
cidere voluerit, ſi non occidit, reus mor-
tis non erit. Et licèt huic loco aduerſari
videatur id, quod Exodi capit. 21. legitur,
Qui percuſſerit hominem, volens occi-
dere, morte puniatur, tamen locum il-
lum aliter interpretatur Nicol. Lyrin.
inſignis Bibliorum interpres, vt planè
ſuperiori conueniat, & ita ſe Hebraicam
lectionem habere teſtatur: Percutiens
hominem, & moritur, ſcilicet percuſſus,
ita quòd verbum, percuſſio, pro occiſio-
ne accipiatur, nec ſufficiat ſola volūtas,
niſi ſequatur effectus. Obſeruandum igi-
tur in † materia conatus, quòd regulari- 19
ter, vt initio dixi, affectus, non ſecuto ef-
fectu, non puniatur. Fallit in atrociori-
bus delictis, vel vt Caſt. ſcribit in d.l. ſi qs
ſeruo. nu. 1. in caſibus ſpecialiter in iure
expreſſis. Sunt autem atrocia delicta, ſiue
caſus expreſſi. I. crimen læſæ maieſtatis,
d.l. quiſquis. II. crimen raptus, d.l ſi quis
nō dicam. III. † parricidij, nam filius de
parricidio tenetur, ſi emit venenum; vt 20
patri daret, quamuis non potuerit dare,
tex. in l. 1. in fin. ff. ad l. Pompe. de parrici-
dijs. IIII. † crimē aſſaſſinatus, vt vocant: 21
nam de homicidio tenetur tanquàm ſi-
carius, qui mandauit aliquem prece, vel
precio inſidiosè occidi, etiamſi nōdum
commiſſo homicidio mandatum reuo-
cet, text. in c. p humani. §. fi. de homicid.
in 6. Hippo. in d.l. vnic. nu. 294. C. de rapt.
virg. & d.l. qui falſam. Iul. Clar. in pract.
crim. in verbo, aſſaſſinum. per multa ex-
empla & allegata ibid. V. crimen † ſimo- 22
niæ: nam ſpiritus ſancti donum precio
comparari, quid aliud eſt, quàm capitale
crimen, & ſimoniaca hæreſis, text. in c.
qui ſtudet. 1. q. 1. glo. ibid. in verbo, à com-
munione. & in c. nullus Epiſcopus, eadē
cauſa. & quęſt. iunct. gloſ. in verb. exigat,
Hippol. in d.l. vnic. nu. 292. & iſtud in de-
teſtationem tanti criminis receptum eſt,
vt refert Hippo. loco citato. & hoc † cri- 23
men ſola etiā voluntate committitur, ſi-
cut vſura, Canoniſtæ mentalem ſimo-
niam vocant, text. in c. fi. de ſimon. gloſ.
ibid. in verbo, affectu animi, & in c. tua
nos, in verbo, culpabiles, & in c. conſule-
re, in verbo, voluerunt, eod. titul. Panor.
& alij ibid. gloſ. in c. ex parte el. primo. in
verbo, dimittere, de offic. deleg. Franciſ.
Marc. quęſt. 544. per totam. Eſt † tamen 24
differentia inter conuentionalem, &
mentalem ſimoniam, illa non aliter,
niſi plenaria & integra reſtitutione: al-
tera,

tera,ſola pœnitentia aboletur, per text.
in d.c.fin.iuncta gloſſ.ibid.Panor.in d.c.
tua nos.Mentalem ſimoniam commit-
tunt etiam Eccleſiaſtici, quando princi-
paliter propter diſtributiones, non pro-
pter orationes diuinis officijs interſunt,
per tex.in c.odi.24.q.1.Feli.in d.c.ex par-
te,el.1.nu.2.de offic.iud.deleg. VI.capita-
25 lis pœna in eum cõſtituta eſt, qui † necã-
di infantis piaculum aggreditur,etſi effe
ctus non ſequatur,tex.in c.ſi quis,de pœ-
26 nit.diſtinct. 1. † VII. crimen Sodomiæ
omnium grauiſſimum, in quo non re-
quiritur conſummatio operis, ſed vo-
luntas & conatus actui proximus ſuffi-
cit,ita vt rem perfeciſſet ſi potuiſſet, aut
niſi aliud impedimentum interceſſiſſet.
Et licèt nonnulli aliter ſentiant, nimirũ
quòd non pœna mortis, ſed extraordi-
naria attentans puniendus ſit, vt refert
& ſequitur Iul. Clarus libr.5. §. ſodomia.
verſ.quæro nunquid,tamẽ verior & ſan-
ctior opinio in contrarium eſt,cùm hoc
peccatum ſit omniũ maximè deteſtan-
dum & execrandum, & non ſimplici &
leui morte puniẽdum,ſed maximis ſup-
plicijs & execrandis modis, ad terrorem
aliorum mulctandum.Geneſ.cap.19.Ex-
od.cap.22.Leuit.cap.20.Paul.Apoſt.1.ad
Corinth.cap.6.text.in c.mulier.15.q.1. &
in c.reos.§.qui coierit.13.q.5.tex in l.cùm
vir nubit.C.ad d.l.Iul.de adult. Dd. ibid.
& in Auth.vt nõ luxur.cõt.natur. Dam-
haud.in practi.crimi.cap.96.nu.16. VIII.
27 crimen †lenocinij:nam de lenocinio te-
netur,qui tractatum adulterij domi ſuæ
permiſit,etſi eò loci nihil admiſſum fue-
rit,text.not.in l.etſi.ff.ad l.Iuliam de ad-
ult.& tex.in l.1.ff.de extraord.crimi. plu
ra exempla vide apud Hippol.in d.l.vni-
ca.C.de rap.virg.& in d.l.qui falſam, vbi
etiam multos caſus recẽſet in quibus co-
natus ſine effectu non punitur. Felin. in
d. quæſt. quandò conatus abſque effectu
punitur.Tiraq. in tract. de pœnis, cauſa
28 39.& 40.Et generaliter in omnibus † de-
lictis,quæ facilè in conſequentiam & ex-
emplum trahi poſſent, punitur affectus
ſine effectu,vt ſingulariter dicit Caſtr.in
d.l.ſi quis ſetuo.nu.1.C.de fur.& ſer. cor-
rup.per illum text. nam certa regula in
hac materia conatus, Hippolyto atteſtã-
te in d.l.qui falſam,num. 2. dari nequit,
Et tamen ſecundùm cõmunem opinio-

nem, vt antea dixi, mitiùs punitur affe-
ctus,q̃ effectus,præſertim in materia ſta-
tutaria,quia ex communi Dd.opinione,
pœna,† ſtatuti non habet locũ in delictis 29
attentatis,vt præclarè docet Bar.in d.l. 1.
§.Diuus.nu.1.ff.ad l.Corn.de ſica. vbi di-
cit,quòd hac ratione,conatus non puni-
tur per totam Italiam,vbi omnia fermè
delicta ſecundũ ſtatuta puniuntur. Ra-
tio , quia quòd delictũ attentatũ habea-
tur pro perfecto & adimpleto, nõ ex ve-
ritate,ſed fictione procedit : at † ſtatuta 30
propriè & naturaliter,non fictè interpre
tãda ſunt,tex.in l.3.§.hæc verba. ff.de ne-
go.geſt.l.quicquid aſtringẽdæ.ff.de verb.
oblig.Tiraq.de pœnis,cauſa 37.nu. 2. Fe-
lin.in d.c.1.nu. 12. de præſumptio. quod
eſt ſingulariter notandũ. Bart.in d.l.1s q
cũ telo.num.1.C.ad l.Corn.de ſica.vbi di-
cit,hoc perpetuò menti tenendũ. Et hæc
ſufficiant in hac materia,quæ eſt ampliſ-
ſima,& per Hippol. Fel. & alios in locis
allegatis prolixè tractata. In omnibus ta
men iſtis caſibus, iudicis arbitrium plu-
rimum momenti habet,vt crimen attẽ-
tatum mitiori & extraordinaria pœna
puniat.

CAPVT XV.

*In cauſis fractæ pacis an articuli acto-
ris in contumaciam Rei non reſ-
pondentis pro confeſſis ac-
ceptari poſſint.*

SVMMARIA.

1 *Articuli in contumaciam nõ reſpondentis in ciuili-
bus pro confeſſis acceptari poſſunt.*
2 *Aequalitas in iudicijs ſeruanda.*
3 *Articuli in cauſis fractæ pacis in contumaciam pro
confeſſis recipi nequeunt.*
4 *Forma pronunciandi in cauſis fractæ pacis in pẽcto
reſponſionis.*
5 *Probationes in cauſis criminalibus luce meridiana
clariores eſſe debent.*
6 *Vbi de vita hominis agitur, mora tutiſſima eſt.*
7 *Duo teſtes integræ fidei in criminalibus probant.
Fœminæ in criminalibus teſtes eſſe non poſſunt.
Ibidem.*
8 *Confeſſio Rei in criminalibus quando ſufficienter
probet.*
9 *Euidentia facti in criminalibus plena probatio
eſt.*
10 *Culpam manifeſtam defendere, altera culpa eſt.*
11 *Contumacia dicitur ficta probatio.*
12 *Contumacia ex ſtatuto pro legitima probatione ha-
beri poteſt.*

13 Sigilla in cauſis fractæ pacis in contumaciam pro recognitis non acceptantur.
Delicta an per inſtrumenta aut priuatam ſcripturam probari poßint, ibid.
14 Sigilla in ciuilibus ob contumaciam ex aduerſo non recognoſcentis pro recognitis habentur.
15 Debitor non recognoſcens manū & ſigillum ſuum, in contumaciam condemnatur diffinitiuè, ibiq́; ſententiæ forma.
16 Documenta ſigillata in vim probationis producta, in contumaciam pro recognitis habentur, niſi tamen cauſa ardua.
17 Sigillorum materia remiſsiuè.
18 An ex præſumptionibus quis condemnari poßit.
19 Præſumptio triplex, violenta, vehemens, & probabilis.
20 Articuli defenſionales, an in cauſis fractæ pacis in contumaciam pro confeßis acceptari poßint.
21 Innocentiæ fauore ficta & imperfecta probationes admittuntur.
22 In cauſis fractæ pacis purgationum articuli actoris in contumaciam pro confeßis acceptari poſſunt.
23 Quid ſi actum ſit ad pœnam pecuniariam, an articuli actoris in contumaciam pro confeßis haberi queant?
24 Actio quandò dicatur criminalis.
25 Pœna inter fiſcum & partem communicatio facit actionem mixtam.
26 Agens ad pœnas iuris communis, & ad reſtitutionem ablatorum ſine accuſatione fractæ pacis in Camera ciuiliter agit.

1 LIcèt † articuli in cauſis cinilibus
poſt litis conteſtationem in con
tumaciam non reſpondētis pro
conteſſis acceprari queant, per text. in c.
2.de confeſ.lib.6.gloſſ.ibid.in fi. & com-
muniter Dd.tex in c.nullus.de preſump.
& in l.ſi filius.2.ff.de interrog.act. Bal.&
alij ibid.Ordinat.Cameræ paſt.3.titul. 15.
& titul. 43.§. 4. idq́; tam in articulis poſi-
tionalibus actoris, quàm defenſionalib⁹
Rei obtinet, vt notat glo.in d.c.2.in ver-
2 bo, Reus, quia in † iudicijs æqualitas ſer-
uanda, tex.in c.non licet.de regul. iur.in
6.& in c.cæterùm.§.nouit.de iudic. & in
c.cū inter, de excep.tex.in l.fi.C. de fruct.
& lit.expenſ.hoc tamen non procedit in
3 † criminalibus cauſis, vt ſunt in Camera
cauſæ fractę pacis, quibus ſolis exceptis,
nullę cauſæ criminales ibidem reciplun-
tur, ita diſponente Ordinatione Came-
ræ, & ideò huiuſmodi articuli actoris in
cauſis fractæ pacis non pro confeſſis ac-
ceptātur, ſed in cōtumaciam nō reſpon-
dentis ad probandum admittuntur, Vn-
dè hoc pacto interloqui ſolet:
4 Jn der † Landtfridtbruchigen ſachen N.
Cleger/wider M. beclagten/ſeindt die arti-
kel den tagh einkhommen / in contumaciā
zu beweiſen zu gelaſſen. Latinè: In cauſa
fractæ pacis N. actoris, contra M. Reum,
articulos tali die productos, in cōtuma-
ciam non reſpondentis ad probandum
admittimus: Ratio in promptu eſt, quia
in † cauſis criminalibus probationes lu- 5
ce meridiana clariores requiruntur, texr.
in l.fi.C.de prob.& in l.abſentē.ff. de pœ.
tex.in l.qui abſentiā.C.eo.tit.& in c.ſciāt
cuncti.2.q.6.text.in l.ſinguli C. de accuſ.
vbi dicitur, quòd in publicis criminibus
emendicatis ſuffragijs vti non oportet.
Ratio verò rationis eſt, quòd quoties † de 6
vita hominis agitur, perſpicaciùs & dili-
gentiùs agēdum ſit, per tex.not.in l.addi-
ctos.C.de appell.glo.not.in d.l.fi. in ver-
bo, indicijs C.de probat.vbi enim maius
eſt periculum, ibi cautiùs agendum, texr.
in c.vbi periculum, de elect.lib.6. & in l.
1.§.ſed & ſi quis.ff.de Carbonia.edict.

Nulla vnquàm de morte hominis cunctatio ſera eſt.

Inquit Iuuenal. Satyr.6. adeoq́; in dubio
meliùs eſt nocētem abſoluere, quàm in-
nocentem condēnare, tex.in d.l.abſentē.
Sunt autem in † materia criminali, iuxta 7
receptas Dd.opiniones, probationes ſuf-
ficientes & plenæ: Primò duo teſtes ma-
ſculi omni exceptione maiores, bonæ &
integrę opinionis viri, qui de his quæ vi-
derunt & nouerunt, teſtimonium profe-
runt: tales enim plenam fidem faciunt,
quia in ore duorum ſtat omne verbum,
tex.not.in c.teſtes.3.q.9.glo.ibid.in verb.
& præſentes, & in verb.quę nouerūt, tex.
in c.in omni. & in c.licèt vniuerſis. & in
c.cū à nobis.extr.de teſtib.text.in c.nouit
ille.de iudic.text.not. in c.cùm olim, de
verb ſig.& in l.3.§. idē Diuus. & in l.vbi.
ff.de teſtib.Ad vnius verò teſtimonium
nullus condēnabitur, vt habetur Nume.
cap.35.Fœminæ verò, ſecundū Canones,
regulariter in criminalibus teſtes eſſe nō
poſſunt, cùm non ſint propter pudorem
& imbecillitatem ſexus atq; iudicij, om-
ni exceprione maiores, tex.in c. mulierē,
33.q.5.gloſſ.ibid. in verbo, nec teſtis, & in
c.forus.§ fina.in verbo, non fœmina, de
verbor.ſignif. niſi per maſculos veritas,
haberi non poſſit, text.in l.ex eo.ff. de te-
ſtibus: aut grauitas delicti illas admittat,
vide Bald.ad rubri.C.de his qui accuſ.nō
poſſ.nu.4.Alberi.& Dd.in l.fœminas.ff.
de pro.

de procurat. Deci. Mayner.& alios in l.2.
ff.de reg.iur. Secũdo ſufficiens probatio
8 in criminalibus eſt, † libera partis cõfeſ.
ſio:nulla enim firmior probatio, quàm
proprij oris confeſſio, tex.in d. c.cùm o.
lim,& in l.vnic.C.de confeſſ.tex.in l.1.&
in l.certũ.ff.eod.tit.tex.in l.qui de inoffi.
cioſo,ff.de inoff.teſtam.& in l. generali.
ter,C.de non numer.pecu. & in confeſ.
ſum nullæ ſunt aliæ partes iudicis,niſi in
condẽnando,tex.in l.proinde,la.2.§.fin.
ff.ad l.Aquil.& in l.poſt rem iudicatam,
ff.de re iudic.tex.in l.Iulianus, ff.de con.
feſſ.& ideo Quinti.l.7.cap.1.rectè ſcribit.
quòd ibi non poſſit eſſe quæſtio,vbi fa.
ctum confeſſum eſt: ſecùs ſi factum ſit
controuerſum , facit ad hoc illud O.
uidij:

Non eſt confeſſi cauſa tuenda Rei.

ſed iſta accipienda ſunt de confeſſionẽ
in iudicio,extra carcerem, & nullo iuſti
metus periculo facta: quia non ſemper
ei fides habenda eſt, qui vltro maleficiũ
fatetur: nonnunquàm enim aut metu,
aut qua alia de cauſa in ſe confitetur, ita
tex.in l.1.§.Diuus Seuerus.& §.ſi quis vl.
trò.ff.de quæſtionib. & in l. ſi confeſſus.
ff.de cuſtod.& exhib.reor.Hippol.ſingu.
200,num.2.Et ideò in criminalibus quę.
libet confeſſio partis ad condemnatio.
nem non ſufficit , niſi ſit ſpontanea,
libera,& conſtans, tex.not.in c.2.15.quę.
ſtio.6.vbi dicitur cõfeſſionem ex neceſ.
ſitate factam,fidem non eſſe,peſſimum.
que eſſe de ſuſpitione aut extorta cõfeſ.
ſione quenquam iudicare, ad idẽ eſt tex.
in d.l.1.§.Diuus Seuerus.glo.ibid. in ver.
bo,exploratis.& in d.§.ſi quis vltrò.iun.
cta gloſſ.in verbo,perſeuerante.glo.in c.
ex literis.in verbo,admonita, de diuort.
text.in c.1.de accuſat. in 6. gloſſ. ibid. in
9 verbo,confeſſus.Tertiò, † euidentia ipſi.
us facti abſolutam probationem efficit,
quandò videlicèt euidentia rei talis eſt,
vt nulla tergiuerſatione cælari poſſit,
per text.in d.c.cum olim, hoc eſt, quan.
dò factum clarè & apertè innoteſcit iu.
dici,vt ſi quis in flagranti crimine cap.
tus ſit: quo caſu euidentia patrati ſcele.
ris nõ indiget clamore accuſatoris,text.
notab.in c.euidentia. de accuſat. & in c.
ad noſtram.el.3.de iureiur.text. in c. ma.
nifeſta,& in c.de manifeſta,2.q.1. vbi di.
citur,ꝙ de manifeſta , & plurimis nota
cauſa,nõ ſint quærendi teſtes,ad idẽ text.
in c.ſuper eo,de teſtib. cogen.& text.in l.
ea quidem.C.de accuſ.Dd.vbi ſupr. An.
thon.Gomeſ.variar.reſolut. lib.3. cap.1.
nu.41.cũ ſeq. vbi plenè vide.imò † culpã 10
deprehenſam pertinaciter tueri , altera
culpa eſt, vt inquit Fabius lib. 6. & Plin.
in epiſtolis:Rem,inquit,manifeſtam in.
ficiari,augentis erat crimen, non dilucẽ.
tis.vide Tiraquel.in tract.de pœnis, cau.
ſa 30.per totum,vbi docet,crimen vltrò
confitentem,mitiùs puniendũ eſſe. Mo.
dò ad propoſitum. Rectè in Camera Im
periali receptum eſt, articulos in cauſa
fractæ pacis,cùm ſit criminalis, in con.
tumaciam non reſpondentis, pro con.
feſſis acceptari non poſſe, eò quòd plena
& abſoluta probatio in criminalibus re.
quiratur,d.l. fin C.de probat.cum con.
cordantibus, ſed † contumacia dicitur 11
ficta probatio,& non vera,tex.in l.abſen
tem.C.de accuſ.Dd.ibid. ergo ſola con.
tumacia ad condemnationem in cauſã
principali non ſufficit, ſed requiritur e.
uidens,& liquidiſſima probatio, per te.
ſtes omni exceptione maiores, tex. in d.
l.fin.& in d.l. ſinguli. vel per liberam &
perſeuerantem partis confeſſionem,aut
euidentiã facti: ſed ex ſola contumacia
abſens diffinitiuè condemnari nequit,
cùm ſit,vt dictum eſt,ficta probatio, tex.
in d.l.abſentẽ.& in l.1.& toto tit.ff. & C.
de requir.Reis,Bar.in l.abſentem.nu.3.ff.
de pœnis.per illum text. Bald. in l.t. nu.
mer.26.C.de hæred.inſtitut. Panorm.in
c.veritatis.numer. 29.de dol.& contum.
Hippol.in repet.l.vnicæ C. de rapt. virg.
num.150.idem in l.de vnoquoque num.
21t.ff.de re iudic.Gram. deciſ.21.numer.
8.cum ſequent.Iul.Clar.in pract.crimin.
§.final.quæſtion.44.tametſi † ex ſtatuto 12
contumacia pro legitima probatione
haberi poſſit, vt notat Bartol.in d. l. ab.
ſentem, numer.3. iuncta apoſtilla ibid.
idem Bartol.in l.cùm filiusfam. num.3.
ff.de verbor.obligat.Panorm. in d.c.ve.
ritatis.Damhaud.in practic.crimin.cap.
28.per totum. Eodem modo in † cauſis 13
fractæ pacis,ſigilla literarum , vel inſtru.
mentorum, ex parte Rei, in contuma.
ciam non recognoſcentis, pro recogni.
tis non acceptantur: vtputà ſi quis lite.
ras belli denuntiatorias.hoſtiles,vel diſ.
fidatorias alteri ſcripſiſſet , abſag brieff/
&

& is ob id ad Cameram ſuper fractæ pa.
cis conſtitutione citatus, non compa.
reat: hoc caſu ſigilla talium literarum
non pro recognitis in contumaciam re.
cipiuntur, ſed ad probandum per teſtes,
vel comparationem literarum admit.
tuntur, iuxta l. comparationes. C. de fide
inſtrum. vbi communiter Dd. Regulari.
ter tamen delicta non probantur per in.
ſtrumenta, vt ſi quis percuſſus accedat
notorium, petatque ſibi ſuper percuſſio.
ne confici inſtrumentum, text. notab. in
l. Diuus. ff. de cuſtod. & exhib. reor. & in l.
3. §. idem diuus. de teſtib. ibi, teſtibus, non
teſtimonijs eſſe credendum: hoc tamen
in quibuſdam caſibus fallit, vt docet
Bartol. in l. in ſenatus. nume. 3. ff. ad S.C.
Turpil. iuncta apoſtil. ibid. vbi commu.
niter Dd. & in d. l. fin. C. de probat. Bald.
in l. contra negantem. numer. 6. C. ad l.
Aquil. Iul. Clarus in pract. crimin. §. fin.
quæſtion. 54. in princip. vbi communem
dicit, vbi omninò vide. Beroius in c. at ſi
clerici. numer. 14. de iudic. Et quomodò
delictum per priuatam ſcripturam pro.
betur, vide Bartol. in l. non intelligitur.
§. tacita. numer. 2. ff. de iure fiſc. vbi dici.
tur, delictum, quod contrahendo vel ꝓ.
mittendo committitur, priuata ſcriptu.
ra probari poſſe, ſicut etiam inſtrumen.
to, vt idem Bartol. notat in d. l. in ſena.
14 tus. In cauſis † verò ciuilibus, ſigilla in
contumaciam non recognoſcentis in
termino præfixo, pro recognitis accep.
15 tantur. Vndè ſi † debitor citatus non
compareat, neque recognoſcat manum
& ſigillum ſui chirographi, manus, & ſi.
gillum ipſius pro recognitis habentur,
cauſaque ex officio pro concluſa accep.
tatur, & Reus ad ſolutionem diffinitiuè
condemnatur: Forma pronunciandi,
In ſachen P. Clegern/ wider Q. Beclag.
ten/ Iſt das ſiegel N. tag furbrachter ver.
ſchreibung/ vnd der ſelben vnderſchrifft in
contumaciam fur bekhandt/ vnd die ſach
von ampts wegen/ fur beſchloſſen angenom
men/ darauff vnd allem furpringen nach
zu recht erkhendt/ das gedachter Beclagter
jhme dem Cleger/ die ſchuldtfodderung
laut/ vnd inhaldt ſeiner Clagen/ darzu die
gerichtskoſten derhalben auffgelauffen/
nach rechtlicher ermeſſigung zu entrichtẽ/
vnnd zubezalen ſchuldig ſey/ als wir jnnen
darzu hiemit condemnieren/ vnnd verdam.
men: Latinè, In cauſa P. Actoris, contra
Q. Reum, ſigillum & ſubſcriptionẽ ob.
ligationis, tali die productæ, in cõtuma.
ciam pro recognitis, cauſamq; ex officio
pro concluſa acceptamus, viſisq; actis, &
actitatis pronũciamus atq; decernimus,
quòd dictus Reus, ipſi Actori debitũ pe.
titum, vnà cum expenſis litis, ſaluo no.
ſtro iudiciali moderamine, ſoluere te.
neatur, prout eum ad hoc condẽnamus.
Ita pronunciatũ in cauſa Philippi Gaill,
quondam Conſulis Reipub. Imperialis
ciuitatis Colonienſis, fratris mei chariſ.
ſimi, contra Franciſcum Juden. Et ita
quotidiè in Camera obſeruatur. Eodem
modo † documẽta ſigillata, in vim pro. 16
bationis producta, in cauſis ciuilibus in
contumaciam non recognoſcentium,
ſigilla eorum pro recognitis acceptan.
tur. Quod tamen non procedit, ſi cauſæ
magnitudo, & perſonarum qualitas a.
liud ſuadeant, quo caſu ſigilla per com.
parationem vel alio legitimo modo ꝓ.
banda ſunt, quia cauſæ graues crimina.
libus cauſis comparari ſolent, vt plenè
notant Dd. in l. admonẽdi. ff. de iureiur.
Socin. ſenior conſi. 164. num. 17. volum.
2. incip. viſa bulla. De † materia ſigillo. 17
rum vide tex. in l. 1. §. final. & in l. cùm ab
initio, cum l. ſequent. ff. quemadm. teſta.
aperian. tex. in l. ſi quis ex conſignatorib.
ff. eod. tit. glo. notab. in l. quod ſuper his,
in verb. ignota, extr. de fide inſtrum. Fel.
& Dd. in c. 2. de fid. inſtr. Spec. tit. de pro.
bat. §. videndum. nu. 13. & nu. 18. An † au. 18
tem & quandò præſumptiones & indi.
cia in criminalibus ad cõdemnationem
ſufficiãt, vide omninò Panor. in c. quan.
to. num. 3. ext. de præſump. & in c. literas.
nu. 5. eod. tit. gloſſ. ibid. in verb. vehemen
tem. Dd. in d. l. fi. C. de probat. Gigantem
de crim. læſæ maieſt. rubr. quomodò & ꝑ
quos crimin. læſæ maieſt. probetur, com.
muniter diſtinguunt Dd. inter violentã,
† vehementem, & probabilem præſum. 19
ptionem: violentam ad condemnatio.
nem ſufficere, ſed non vehementem, aut
probabilem. Innoc. in c. quia veriſimile,
nu. 1 de præſump. Panor. in d. c. literas. &
d. c. quanto, vbi dicit, non poſſe dari cer.
tam doctrinam, quãdò præſumptio ſuf.
ficiat ad ſententiam, quandò ad ſemi.
plenam probationem, quandò ad iudi.
cium, ſeu torturã, quandò ad purgatio.
nem

nem indicendā, quando ad ſuſpenſionē
beneficij vel officij:ſed iudicis ęquo &iu-
ſto arbitrio,ex varijs circunſtantijs &cō-
iecturis firmato,hoc relinquendum:ſi e-
nim tanta ſit præſumptio, quæ iudicem
ad credulitatem adducat,poteſt quis de
delicto condemnari, text. in c.afferte,de
præſump.& in c.præterea, de teſtib. Pa-
nor.in d.c.quāto, vbi omninò vide, & ꝙ
iudex ad diffinitiuam procedere poſſit
ex præſumptione violēta,etiāſi præſum-
ptio non probetur nec allegetur per par-
tes,& ſic ex officio,vide Panot. in d.c.af-
ferte.nu.3. per illum text. vbi dicit illud
perpetuò menti tenendum. Prædicta, ꝙ
nimitum articuli in cauſis fractæ pacis
non recipiantur pro confeſſis in contu-
maciam non reſpondentis, procedunt
in actore,quóad articulos poſitionales.
20 Sed quid ſi reus † in cauſa fractæ facis
poſt negatiuam litis conteſtationem,&
reſponſionem ad poſitionales articulos
factam , accuſet contumaciam actoris
non reſpondentis ſuis defenſionalibus
articulis,petatque eos acceptari pro con-
feſſis , an huic petitioni locus dari debe-
at? Maximè,idque fauore defenſionis &
innocentiæ,quòd in dubio meliùs ſit no
centem abſoluere , quàm innocentem
condemnare, text.in d.l.abſentem.ff.de
21 pœnis.& quòd ad probandam † innocē-
tiam imperfectæ atque fictę probationes
admittantur,ſecundùm communem o-
pinionem,Deci.conſil.459. nu. 7. incip.
Viſo eleganti,vbi omninò vide,& conſ.
468.nume.7.cum ſeq. incip. Viſa inqui-
ſitione Alexand.conſil.24.nu.39. vol.2.
incip.Animaduerſis.& conſil.76.num.5.
vol.1.incip.Viſa inquiſitione, & conſil.
109.nu.7.eod.vol.incip. Viſis, & vt opor
tet.Hippol.ſing.19.num.4 incip.Tu ſcis.
vide plura ſingularia in materia defen-
ſionis infrà cap.ſeq. Et ſic notandum, ꝙ
prędicta tantùm procedāt , quóad acto-
rem,non quóad reum ratione articulo-
rum defenſionalium, qui in contuma-
ciam actoris pro confeſſis haberi poſ-
22 ſunt. Idem obtinet in † cauſis purgatio-
num fractæ pacis,etiam in actore,quan-
do videlicet citatus ad purgandum ſe,
ſuper inſimulato crimine fractæ pacis,
non comparet : quia hoc caſu articuli
actoris purgatorij, in contumaciam ci-
tati non reſpondentis, pro confeſſis ac-
ceptari poſſunt, adeò vt Banni declara-
tio ſubſequi queat, ita diſponente Ordi-
nat.Cameræ,part.1.titul.10.§.wurde ſich.
Rationem differentiæ, cur hoc in mate-
ria purgationis , & non in caſu citatio-
nis ſuper fracta pace procedat, vide infr.
lib.2.cap.8. Quid autem,ſi † actor ex con- 23
ſtitutione pacis publicæ, non ad Banni,
ſed pœnam pecuniariam agat,an eo ca-
ſu accuſata contumacia non reſponden
tis,articuli in confeſſo eſſe debeant? Poſ-
ſet de eo probabiliter dubitari, quia ini-
tio dictum, in ciuilibus cauſis fictam cō-
feſſionem ex cōtumacia deſcendentem
admitti per iura allegata. Sed magis eſt,
quòd vtroque caſu actio inſtituta crimi-
nalis ſit : nam ſola qualitas fractæ pacis,
vt ſæpè dictum , fundat iuriſdictionem
Cameræ , itaque ad pœnam pecuniariā
agi non poteſt, niſi qualitate illa proba-
ta,per iura ſupra cap.13.allegata,quæ qui-
dem pœna pecuniaria non ſolùm acto-
ri,ſed partim fiſco applicatur:at licet ex
communi Dd.opinione † actio crimina- 24
lis ſit, quoties fiſco , & non parti pœna
applicatur,per tex.in l.licitatio, aliàs in-
cipit locatio,§.quòd illicitè.ff.de publ.&
vectig.Bar.ibid.nu.1.glo.in l. prætor , in
verb.aureorum.ff.de ſepul.viol. vbi Bar-
tol.nume.1. dicens, ita ſe habere verita-
tem,& omnes ſentire.Maran. diſt.1. nu.
2.cum ſeq.par.4.communē dicit, Canō.
ad rub.de iud.Curt.iunior conſil.350.nu.
5.vol.3.incip.ſuperioribus diebus,vbi eti-
am communē dicit, tamen quandò in-
ter † fiſcum,& partem pœnę cōmunica- 25
tio eſt , actio partim criminalis,& par-
tim ciuilis, & ſic mixta erit : criminalis,
quatenus concernit publicā vindictam,
putà quóad pœnam fiſco applicandā:ci-
uilis verò,quatenus reſpicit intereſſe pri-
uatum,Boſſius tit.de appellat.nu 8.com
munē dicit.Felin.ad d.rubr.de iudi.nu.3.
in fi.Alex.conſ.66.nu.1.vol.1.incip. Viſo
proceſſu,per tex.in c.tuæ.in fin.ext.de ꝓ-
curat.quod eò magis ꝓcedit,ſi ex natura
condēnationis, neceſſariò ſimul cū pœ-
na publicæ vindictę,veniat etiā intereſſe
partis,vt fit in crimine fractę pacis, quo
caſu actionem non mixtā, ſed merè cri-
minalem eſſe, eruditè concludit Iulius
Clarus in pract.crimi.§.fin.quæſt.1.nu.3.
verſ.tertius caſus. Fortè aliter † dicendū, 26
ſi quis omninò ciuiliter ad ꝓœnas iuris
com-

communis, & ad reſtitutionem ablatorum, item pro damno iniquè accepto agit, citra accuſationē fractæ pacis, quod fieri poſſe dictum eſt ſup.cap.8. vbi vide, per tex. in c.2. de confeſ.lib.6.& alia iura initio allegata. Quod verum puto, quandò iuriſdictio Cameræ aliàs, quóad Reum conuentum fundata ſit, quia tali caſu iudicium foret merè ciuile, ideoq́; articuli in contumaciam non reſpondentis, pro confeſſis (fur beſtandt) acceptari poſſent, per notata Iulij Clari, in d. §. fin. quæſt.1. nu.3. per text. in d.c.2. de confeſſ. lib.6. vide ſuprà Obſer.lib.1.Obſer. 80. & Alex.d.conſi.66.nu.1.vol.1.

CAPVT XVI.

Defenſio in cauſis fractæ pacis qualis eſſe debeat.

SVMMARIA.

1 *Defenſionales in cauſis fractæ pacis ad probandam innocentiam.*
2 *Dominus regulariter de delicto familiæ non tenetur.*
3 *Defenſio in cauſis fractæ pacis neceſſaria & coacta eſſe debet.*
4 *Defenſio fieri debet cum moderamine inculpatæ tutelæ, aliàs non releuat.*
5 *Defenſio neceſſaria quæ dicatur.*
6 *Prouocatio nō excuſans à delicto, ſed neceſſitas defenſionis.*
7 *Vim vi repellere omnia iura permittunt.*
8 *Animalia iure naturæ vim vi repellunt.*
9 *Sacerdos an aggreſſorem in templo occidere poſſit.*
10 *Bellum pro defenſione rerum ſuarum mouere licet.*
11 *Prouocatus præſumitur omnia facere ad ſui defenſionem.*
12 *Incontinenti vim vi repellere quando quis dicatur. & nu.17.*
13 *Factum ad vindictam ſiue incontinenti, ſiue poſt peccatum eſt.*
14 *Iudex arbitrari debet quando vis incontinenti repulſa dici poſſit.*
15 *Nobilis armata manu caſtro ſpoliatus, illud etiam poſt ſex menſes recuperat.*
16 *Dominus prouincia ſua pulſus etiam poſt decennium recuperare poteſt.*
Poſſeſſionem animo retinet, qui ſe ad recuperandum præparat. ibid.
17 *Iniuriam, cùm poſſis, non propulſare, iniuſtitia eſt.*
Moderamen inculpatæ tutelæ, in tribus conſiſtit. ibid.
18 *Prouocatus moderamen inculpatæ tutelæ excedens an pœna ordinaria puniendus.*
19 *Prouocatus excedens moderamen inculpatæ tutelæ culpæ, non dolo obnoxius eſt.*
20 *Vulnera non dantur ad ſtateram & menſuram.*
21 *In delictis excuſandis principium non finis attenditur.*
Præparans ſe ad offenſionem, prouocans dicitur. ibid.
22 *Innocentia probari poteſt per teſtes minus idoneos, & per præſumptiones.*
23 *Innocentiæ fauore tantùm creditur duobus teſtibus negantibus, quàm duobus affirmantibus.*
Innocentiæ fauore creditur vulnerato, excuſanti vulnerantem. ibi.
24 *In cauſis fractæ pacis, excedens moderamen inculpatæ tutelæ pœna pecuniaria mulctari debet.*
25 *Offenſus poteſt hoſtem extra territorium proſequi.*
26 Nacheil/*quando permiſſa.*
27 *Iniuriarũ tenetur aliquem in alieno territorio inſequens aut capiens.*
28 *Magiſtratus extra ſuam prouinciam priuatus eſt.*
29 *Priuatus exercens iuriſdictionem reus eſt criminis læſæ maieſtatis.*
30 *Capti in alieno territorio de conſuetudine non remittuntur, ſecùs de iure communi.*
31 *Remiſſio captiui ſub antigrapho*
32 *Remiſſio an locum habeat in contractibus.*

LIte † in cauſis fractæ pacis conte- 1
ſtata negatiuè, factaque reſpon-
ſione ſuper articulis poſitiona-
libus, Reus ſuos defenſionales articulos
exhibere, & in ijs innocentiam ſuam de-
ducere, & ab actore negatos porrò legiti-
mè probare poterit: nam Reus aut negat
factum, aut cōfitetur per reſponſionem
ad articulos actoris: Si negauit, putà,
quòd ipſe non interfuerit offenſioni &
delicto, neque per ſuos tale quippiam fie-
ri iuſſit, vel mandauit, aut factum ratum
habuit, tunc actori incumbit legitima
probatio, per ea quæ ſupr. capite 7. dicta
ſunt Nam dominus † regulariter de de- 2
licto familiæ ſuæ non tenetur, niſi man-
dauerit, aut factum ratum habuerit, per
text. notab. in l.1.§ deieciſſe. ff. de vi & vi
arma. & in l. quoties. in princip. & §.1. ff.
de noxal. action. gloſ. notab. in c. cùm ad
ſedem. in verbo, interdictum. de reſtitut.
ſpoliat. Bartol. in l.1.§. familiæ nomen.
numer.1. ff. de public. & vectig. Afflict. in
c.1.§. inſuper. numer.10. de prohib. feud.
alien. per Freder. Ananias conſi.71.num.
3. incip. Viſis, & diligenter. Ita ſe habet
communis opinio, vide pleniùs Bartol.
in l. ſed ſi vnius. §. ſi ſeruus meus. num.4.
ff. de iniur. & in l. non ſolùm. nume.1. ff.
eo. tit. Si verò † factum confeſſus eſt, cum 3
qualitate tamen legitimæ defenſionis,
hoc

hoc pacto: feci, ſed feci ad meam defen-
ſionem. (Dd.cõfeſſionem qualificatam
vocant)tunc Reus neceſſariam & coactã
defenſionem articulare & probare de-
bet:non enim ſola defenſionis probatio
ſufficit,niſi etiam neceſſitatis qualitas ſi-
mul proponatur & probetur. Ad hoc
ponderanda ſunt verba Conſtitutionis
ſub tit. 1. quæ nullum prætextum admit-
tit,ibi,**vmb keinerlei vrſachen/** & hæc Iuri
communi conſentanea ſunt, per text. in
l.is qui aggreſſorem.C.ad l.Cornel. de ſi-
car.Bald.in l.1.num.20.C.de confeſ.Ro-
man.ſingul.28.incip.Accuſatus. Vaſqui.
illuſtr.controuerſ.libr.1.cap.18. nume. 6.
& 7.Dd.in l.vt vim.Iaſon ibid. numer.3.
ff.de iuſtit.& iur.idem in l.1.nume.24.C.
4 de furt.& ſeru.fugit.vbi dicit,non † ſuffi-
cere ad euitandam pœnam homicidij,
probare defenſionem, ſed neceſſe eſſe
probare neceſſariam, & coactam defen-
ſionem,**notwher**. Ratio, quia etiam de-
fendendo non licet aliquem occidere,ſi
non adhibeatur moderamen inculpatæ
tutelæ,Dd.in d.l.vt vim.& in l.1.C. vnde
vi.Roma.d.ſingul.28.numer.2.& homi-
cidium ſpontè & ex voluntate factum
prꝙſumitur,cùm ſit actus illicitus,in quo
dolus præſumitur,tex.in l.2.§.doli men-
tio.ff. vi bon. rapt. Dd.in l.dolum. C. de
dolo.gloſſ.in c.1.in verbo,ludens,de prꝙ-
ſumpt.Felin.in c.in præſentia.numer.13.
de probat. Afflict.in c.1. §.ſi quis homi-
nem,in 2.notab. nume. 3.de pace tenen-
da & eius violato.Neceſſaria autem †de-
5 fenſio in iure noſtro dicitur, quandò
quis ab alio iniquè prouocatus, neceſſa-
riò & coactè in defenſionẽ ſui, alioquin
perituri, aut periclitaturi, vel ob defenſi-
onem bonorum, aut amicorum ſuorũ
arma ſumpſerit, homicidium commi-
6 ſerit,pulſauerit,aut vulnerauerit. Sola †
ergò prouocatio aduerſarij non excuſat
à delicto,ſed neceſſitas defenſionis,& vi-
tæ periculum, quòd prouocatus aliter
euadere non potuerit,niſi prouocantem
occideret,vel vulneraret,per tex.in d.l.is
qui aggreſſorem,ibi,in dubio vitę diſcri-
mine conſtitutus, & text. in l.ſcientiam.
§ qui cùm aliter.ff.ad l.Aquil. text.in d.
c.1.§. ſi quis hominem,ibi, non neceſſa-
riò,ſed voluntariè, text. in l. ſi quis per-
cuſſorem.C.ad l.Cornel. de ſicar.& in d.
l.1.C. vnde vi.tex.in d.c.1.§.ſi quis alium,
de pace tenen.& eius violator.gloſſ.ibid.
in verbo,vitam.Decius conſil.459 num.
2.incip. Viſo eleganti. idem conſil 469.
num.9. incip. Viſa inquiſitione.Alexan.
conſi.76.num.2.& 4.incip. Viſa inquiſi-
tione.volum.1.& conſi.109.num.2. eod.
volum. incip. Viſis vt oportet. Ratio,
primò, quòd † vim vi repellere(**gewaldt** 7
mit gewaldt zuwiddertreiben) omnes le-
ges, omniaque iura permittant,per text,
in l.1.§.vim vi.ff.de vi & vi arm. & in d.
l.vim.& in d.l. ſcientiam.§. qui cùm ali-
ter,tex.in c.ſignificâſti,el.2.§.fina. de ho-
micid.vbi ſing.glo.in verb.tutelæ.tex.in
c.ſi verò.el.1.de ſent.excom.& in l. ſed &
partus,§.1.ff.de eo quod met.cauſ. Ouid.
lib.3.de arte amandi.

Iudice me fraus eſt conceſſa repellere fraudem,
Armaq; in armatos ſumere iura ſinunt.

Et Cicero lib.1. Offic. ſcribit,omni gene-
ri † animantium à natura tributum eſſe, 8
vt ſe,vitam,corpuſque tueatur, declinet-
que ea,quæ ei nocitura videantur: tex.in
l.1.§. cùm arietes, ff. ſi quadrup. pauper.
feciſ.dica. Vnde Propert.libr.2. elegia ad
Cynthiam, inquit:

Non ſolùm taurus ferit vncis cornibus hoſtem,
Verùm etiam inſtanti læſa repugnat ouis.

Cicero quoque in Oratione pro Milo-
ne eleganter ſcribit in hæc verba: Eſt e-
nim hæc iudices, non ſcripta, ſed nata
lex,quam non didicimus, accepimus, le-
gimus, verùm ex natura ipſa arripui-
mus,hauſimus,expreſſimus:ad quam nõ
docti, ſed facti: non inſtituti, ſed imbuti
ſumus: vt, ſi vita noſtra in aliquas inſi-
dias, ſi in vim, in tela, aut latronum,aut
inimicorum incidiſſet, omnis honeſta
ratio eſſet expediendæ ſalutis. Et Cano-
niſtę † ſcribũt,clericum ſacra agere volẽ- 9
tem, poſſe inuaſorem in Eccleſia impu-
nè occidere, & poſteà cœpta ſacra perfi-
cere, refert Hippol.in pract.crim. §.quo-
niam,num.75.vide ſupr.cap.8. Latrones
in iure noſtro appellantur, qui iniuſtum
bellum mouent, per tex.in l. hoſtes.ff.de
capt.& poſtlim.reuer.& in l.hoſtes.ff.de
verbor.ſignific.dixi plenè ſupr.cap.4.vbi
vide de bello iniuſt, & contra tales, pro
† defenſione perſonarum, & rerum,bel- 10
lum mouere licitũ eſt: quia non bellum,
ſed defenſio eſt,quæ omni iure naturali,
gentium & ciuili permiſſa eſt, vt notat
pulchrè Bartol.in d.l.hoſtes.ff.de cap. &

poſtl.reuet.Inno.in c.olim,1.de teſt. ſpo.
liat.Martinus Gattitus in tract. de bello.
Damhaud. in pract. crim.rubt. de bello.
Bal.in d.l.vt vim.nu.3.vbi in vtramq; par
tem diſputat, vtrùm Bannitus aggreſſo.
rem occidere poſſit, & videtur conclu.
dere quòd ſic,ſi priuato odio cum aggre.
diatur,& non fauore publicæ diſciplinę,
idq; per rationem illius legis. Ergò defen
ſio coacta & neceſſaria excuſat à pœna
fractę pacis:per rationem,quòd defenſio
ſit iuris naturalis. per iura allegata, latè
Dominic. Soto Theologus,de iuſtit. &
iur.lib.5.art.1. quæſt.8. Altera ratio eſt quod
prouocans der Bendtiger / non ab alio,
ſed à ſe ipſo lędi cenſeatur:tex.in d.l.ſi ex
plagis,§.tabernarius.ff.ad l.Aquil. & in l.
item Mela,ff.eod.titul.tex.in l.1. & l.2.C.
quan.liceat vnicuiq; ſine iudice vindica.
re ſe. Dd .in d.l.is qui aggreſſorem,vndè
culpa defendenti obijci nequit. vulg. c.
damnum,de reg.iur.in 6.& in l.nō frau.
dantur.§.nemo.& in l.nemo damnum.
ff.eod.tit.Tertia ratio,quòd neceſſaria &
coacta defenſio doli præſumptionē ex.
cludat, text. in d.c.1.§. ſi quis hominem.
Afflict.ibid.in 2.notab.nu.4.tex.in d.c.ſi.
gnificâſti.el.2.de homicid.vbi gloſſ.not.
in verbo,tutelæ. Dd. in d.l.vt vim. at de.
lictum fractæ pacis dolum requirit,vt di.
xi ſupr.cap.7. Quomodò verò articulan.
da & probanda ſit defenſio neceſſaria,
vide Bar.in d.l.ſcientiam.§. qui cùm ali.
ter.Ang.in tract.malefic.in verbis:Et di.
ctus Titius ſe defendendo.nu.8. vbi om.
ninò vide.gloſſ.ordinaria in Clem.1. de
homicid.Ordina.criminalis.Imper. Ca.
roli V.§.140.cum ſeq. vbi omninò vide.
11 Regulariter † verò ex communi Dd.opi.
nione aggreſſus præſumitur omnia face.
re ad ſui defenſionem.nō ad vindictam,
& ſic habet præſumptionem iuris pro ſe
donec contrarium probetur, cùm defen
ſio ſit de genere permiſſorum, & ſic do.
lum (vt dixi) excludat, per iura allegata.
latè Hippol. ad l. 1. ff. ad l. Cornel.de ſi.
car.num.44.& num.80. idem in practic.
crim. §. quoniam.nu.61. & nu.84.vbi di.
cit prouerbio Italico iactari: Huomo aſ.
ſaltato,mezo perduto.Blanc. in practic.
crimin. §. iuris permiſſione, per totum.
Nellus in tract.ad defenſam.cap.1.nu.13.
Dd.in d.l.1.C.vnde vi,& in d.l.vt vim.ff.
de iuſt. & iur. vbique ampliſſimè de ma.
teria defenſionis. Et prædicta omnium
maximè procedunt,ſi incontinenti con.
tra prouocantem fiat neceſſaria defen.
ſio,non ex interuallo ad vindictam, vt
infrà pleniùs dicetur,per text.notab.in l.
3.§.cum igitur.de vi & vi arm. vbi gloſſ.
in verbo.incontinēti,& Bar.pulchrè do.
cet quid ſit † incontinenti vim vi repel. 12
lere,& gloſſ.ſingul.in d.l.1.C. vndè vi. &
in d.l.vt vim.& gloſſ.notab. in d.c.ſigni.
ficâſti,el.2.in verbo,tutelæ,quæ docet,in.
continenti defenſionem fieri , quandò
rebus vis infertur, ſi eo tempore quis re.
ſiſtat,quo eius notitiam habere cœpit,&
auxilio amicorum reſiſtere potuerit,
quod ſequitur ibid.Panorm.num.10. di.
cens, licitum eſſe reſiſtere adiuuantibus
amicis ad recuperationem rei inuaſæ,
dummodò hoc fiat antequàm ad alia
diuertatur:aliàs bellum & vindictam,nō
defenſionem eſſe, quicquid autem † fit 13
ad vindictam, ſiue incontinenti, ſiue ex
interuallo fiat,peccatum mortale eſt ſe.
cundum Theologos, Vaſqui.illuſtri.cō.
tro. lib.1.cap.19.num.1.At Barto.in d. l.1.
C.vndè vi,putat incontinenti defenſio.
nem fieri, quæ intra tres dies proximos
interponitur,ſed rectiùs docet idem Bar.
tolus in d.l.3. §.cum igitur, arbitrio † iu. 14
dicis pro perſonarum & rerum qualita.
te,hoc relinquendum eſſe,tex.in l.conti.
nuus,§.cùm ita ſtipulatus, ff. de verbor.
obligat. conſiderandam qualitatem de.
iectionis, perſonæ deijcientis, & rei in.
uaſæ: quod Panor. quoque placet,quem
ad hoc omninò vide in d. c. ſignificâſti,
el. 2. de homicid. facit ad hoc text. in l.
quod meo, §. final. ff. de acquirend.poſ.
ſeſſ.& in l.clam poſſidere. §. qui ad nun.
dinas.ff.eod.titul. & in d.l. continuus .§.
cùm ita ſtipulatus.Zaſ.conſil.2.num.14.
volum.1.incip.X.de B.ab eccleſia, vbi di.
cit,incontinenti recuperare eum, qui in
recuperando omnem adhibuit diligen.
tiam,etiam poſt interuallum multarum
dierum,id quod conſtitutioni fractæ pa.
cis conſentaneum eſt, & Ordinat.part.2.
titul.9.§.2.in fin.ibi, zu friſcher thatt/ oder
wan er ſeine freund / vnnd helffer haben
mag/ id eſt, incontinenti, vel quandò a.
micorum & defenſorum auxilia habe.
re poſſit: vndè Dd. communiter inſe.
runt,† ſi nobilis vi armata iniquè occu. 15
pet caſtrum alterius, quòd ſpoliatus poſ.
ſit

ſit pro ſua commoditate illud recupera-
re quandocunq; etiam poſt ſex menſes:
quia ad recuperationem talis caſtri ma-
gnus apparatus requiritur, quia tractum
temporis exigit, facit tex. in l. ſi ita ſtipu-
latus eſſem, & in l. interdum pura, ff. de
verb. oblig. & in d. l. cōtinuus. §. cũ ita ſti-
pulatus, & in l. ſi inſulã. ff. eod. tit. Item, ſi
16 † dominus ab alio iniuſtè ditione & pro-
uincia ſua pellatur, quòd poſſit ditio-
nem ſuam recuperare per occaſionem
legitimam, etiam poſt decennium, & ta-
lis recuperatio non pro ſpolio, ſed poſ-
ſeſſionis continuatione accipitur: nam
qui continuat ſuam poſſeſſionem, ſpo-
liare non dicitur, & qui ſe præparat ad
recuperandum, animo retinet poſſeſſio-
nem, & tacitè rixatur & contendit cum
illo, qui rem violenter & naturaliter te-
net, & ſic licèt ex interuallo fiat recupe-
ratio rerum, tamen ſemper dicitur dura-
te rixa propter animum recuperandi,
Panorm. in d. c. ſignificaſti. de homici-
dio. ita præclarè quoque conſuluit Deci.
conſil. 460. nume. 17. cum ſequen. incip.
viſo puncto, vbi omninò vide Bart. in d.
l. 3. §. cùm igitur. ff. de vi, & vi arma. Bald.
in l. final. C. de his qui à non dom. manu.
ſunt. Dd. vbi ſuprà. Imò iniurioſum eſt,
17 ſi quis † iniuriam, ſi poſſit, non propul-
ſet, Cicerone teſte libr. 1. Offic. vbi dicit,
duo eſſe genera iniuſtitiæ, vnum eorum
qui inferunt, alterum eorum qui ab his,
quibus infertur, ſi poſſunt, non propul-
ſant iniuriam: quod iure Canonico quo-
que comprobatur, in c. non inferenda,
23. q. 4. vbi dicitur, qui non repellit à ſo-
cio iniuriam, ſi poteſt, tam eſt in vitio,
quàm ille qui facit; c. final. ead. cauſa, &
quæſt. Hippol. in l. vnius. §. cogniturum,
ff. de quæſtionib. numer. 56. vbi ex hoc in-
fert, defenſionem non ſolùm eſſe iu-
ris naturalis, ſed etiam diuini, per d. c.
non inferenda. Et Moyſes cùm vidiſſet
Hæbreum ab Aegyptio iniuriam accipe-
re, defendit eum, ita vt Aegyptium pro-
ſterneret; vt legitur Exod. cap. 2. Breuiter
omne homicidium, quod committitur
cum moderamine inculpatę tutelę vtro-
que iure impunitum eſt, per iura ſuprà
allegata. Conſiſtit autem hoc modera-
men inculpatę tutelæ in tribus: vt putà, in
modo, tempore, & cauſa. Modus, eſt de-
fenſio neceſſaria, & pręſens vitę periculũ.

Tempus, ſi eo tempore fiat, quo impen-
det prouocato vitę diſcrimen, id eſt, ſi in
rixa & incontinenti fiat, prouocato non
diſcedente ad extraneos actus; nõ ex in-
teruallo, quia tunc nõ eſſet neceſſaria de-
fenſio, ſed potiùs vindicta, tex. in d. l. 3. §.
cum igitur, ff. de vi & vi arm. & ibid. Bar.
& Dd. Et iſtud procedit quoad defenſio-
nem perſonæ, quia tunc debet incõtinen-
ti, & non ex interuallo defenſio fieri: ſe-
cùs eſt quoad defenſionẽ rerum, quo ca-
ſu effuſius & latiùs dicitur quid eſſe factũ
incontinenti, vt paulò antę dixi, gl. Bart.
& alij in d. l. 3. §. cum igitur, & in d. l. 1. C.
vnde vi, & in d. c. olim, de reſt. ſpol. Cau-
ſa inculpatę tutelę, eſt iuſta defenſio, quæ
fit pro defenſione perſonę & honoris,
ſecùs ſi homicida initio fuiſſet prouocãs
& author rixę, & poſteà in eadem rixa
cõſtitutus ſit in diſcrimine vitę, quo ca-
ſu homicida nõ poteſt vti beneficio ne-
ceſſarię defenſionis: quia lex non præſu-
mit eum in vitę diſcrimine fuiſſe, qui ſua
culpa ſe vitę periculo expoſuit, text. in l.
item Mela, ff. ad l. Aquil. ibi, ipſum de ſe
quæri debere: & in d. l. nemo damnũ, &
& conſiderato principio, homicidiũ tale
nõ fit ad defenſionem, ſed potiùs ad of-
fenſionem & vindictam, atq; in delictis
principium, nõ finis & exitus ſpectatur,
text. in l. quoniã multa facinora. C. ad l.
Iul. de vi pub. Et vt compendio dicã, car-
do totius neceſſarię defenſionis cõſiſtit
in probatione principij, quis author rixę
fuerit, & initio operam rei illicitę dede-
rit, Dd. in locis ſup. allegatis. Sed quid ſi † 18
Reus in cauſis fractę pacis collectis ho-
minibus prouocatus, moderamẽ incul-
patæ tutelę exceſſerit, ita quòd coactam
defenſionem, eo modo quo ſuprà dictũ
eſt, non probauerit, an condẽnari debeat
ordinaria pœna ruptę pacis? Minimè,
quia pacis publicæ reus nõ poteſt dici is,
qui ab alio cõtra pacis publicę cõſtitutio-
nem primò aggreditur, cũ in eo nõ præ-
ſumatur eſſe dolus ex propoſito, vt pau-
lò antè dixi. Et aliàs ex cõmuni Dd. opi-
nione † aggreſſus vel prouocatus, ob ex- 19
ceſſum, non tenetur de homicidio ordi-
naria pœna legis Cornelię de ſicarijs: ſed
extraordinaria, pro iudicis arbitrio, tan-
quã culpę, non dolo obnoxius: quia pro-
uocatus omnia ad defenſionẽ, ſicut dixi,
facere præſumitur, & † vulnera ad men- 20

ſuram non dantur, neque prouocatus
ſtateram in manu habere poteſt, vt non
aliter offendat, quàm velit: imò intenſo
dolore commotus, non cenſetur habere
plenitudinem intellectus: metus enim
improuiſus inſtantis periculi tollit re-
ctum iudicium, & conſilium deliberan-
di. Ita notant communiter rerum cri-
minalium ſcriptores, Nellus in d. tracta.
ad defenſam, cap.1.nu. 27. per text. in l.ſi
adulterium cum incœſtu, §. Imperato-
res.ff.de adult.d.c.olim.1.de reſtitu. ſpol.
Ang.in tract.malefic. in verbo, & dictus
Titius.nu.9.Hippol.in pract.crimin. d.§.
quoniam. nume.82.cum ſequen. Afflict.
deciſi.206.num.3.& 4. Decius conſil.678.
num.4.cum ſequen.incip. Caſus de quo
quæritur. Alex.d.conſ.76.volu.1.& conſ.
140.n.8.cũ ſeq. vol.2.incip.viſo teſtamẽ-
to, vbi omninò vide. Panorm. in d. c.ſi-
gnificâſti.num.15.Afflict.in d.c.1.§.ſi quis
hominem, in 2.not.nu. 4. quandò enim
21 agitur de † excuſandis delictis, principiũ,
& non finis attenditur, per iura allega-
ra, & text.in l.quod ait lex. §. quod ait. ff.
de adult. Hippol. in d.§.quoniam. num.
91. & nu.86. vbi omninò vide, an prouo-
catus fugere teneatur, concludit negati-
uè, ſi fuga viræ periculum adferret. Bald.
in d.l.1.C.vndè vi. Barto.ibid.nu.8.Iaſ.in
d.l.vt vim.nume.38. vbi communem di-
cit.Iul. Clarus in §.homicidiũ. nume.33.
Prædicta procedunt non ſolùm in offen
ſione quę eſt in actu, ſed etiam quæ eſt in
potentia: & ideò ſi prouocans præparet
ſe ad inſultandum, inſurgendo, eleuãdo
manum, ſtringendo, aut enudando gla-
dium, poterit à prouocato pręueniri, &
cum moderamine inculpatę tutelę occi-
di, quia nemo cogitur primũ ictum exci-
pere, & tantiſper exſpectare donec à pro-
uocato prius vulneretur, quia ad iuſtam
defenſionem præſens armorum terror
ſufficit, nã ille prouocatũ in ſummũ vitę
diſcrimen adducit, tex.in Clem.vnic.de
homicid.Anch.ibid.nu.5. tex. in l.idem
eſt, §.qui armati.ff.de vi & vi ar.ibi, ſuffi-
cit terror armorum, text.in d.l.is qui ag-
greſſorem, cum duab.ll.ſeq.C.ad l.Corn.
de ſicar.& in d.l. ſciẽtiam. §. qui cùm ali-
ter, gloſſ. communiter approbata in d.l.
1.C.vnde vi, in verb. moderatione. Bart.
Bal.& alij ibid.vbi dicunt ad iuſtã defen-
ſionẽ ſufficere aduerſariũ cum armis ve-
nire, p tex.in l.poſthumus.§.fi.ff.de inoſ-
fic.teſta.ibi, vel præparata, Angel. præcla-
re ibid. glo.in c.ſi perfodiens, in verb. ſe-
cularibus, de homicid.Iaſ.in d.l. vt vim,
nu.9.Hippol.ſing.638.per totũ. Iohan. de
Amicis.conſ.116.nu.5. Iulius Clarus in d.
§.homicidium.num.33.Bart.in l.ſed & ſi
quemcunq;, nu.2.ff.ad l. Aquil. per illum
tex. Bald.in l.in lege.nu.1.in fin.ff.locati.
Porrò tantus † eſt innocentiæ fauor, vt 22
pro eius probatione admittantur teſtes
minus idonei, & aliàs ſuſpecti: putà fra-
ter pro fratre, dominus pro ſeruo, ciui-
tas pro ciue, Abbas pro monacho. Item
teſtes deponentes de crudelitate plenam
fidem faciũt, vt ſi teſtis dicat, ſe exiſtima-
re homicidium ad defenſionem factum
quia aliter quàm per crudelitatem depo-
nere nequeũt. Alex.d.conſ.76.Iaſ.ad rub.
ff.de iureiur.nu.7. item admittuntur cõ-
iecturę & pręſumptiones à genere armo-
rum, à loco, tempore, pſona, inimicitijs
præcedentibus, quæ omnia accurato iu-
dicis arbitrio committuntur, per notata
Dd.in l.parẽtes.C.de teſtib.Bal.in l. 1. nu.
21.C. de confeſſ. Iaſ. ad d.rub.ff. de iniur.
nu.7.cum ſeq.Hippo.in l.vnius.§.cogni-
turum.ff.de quæſt.nu.51.idem ſing.19.nu.
2.& 4.incip. Tu ſcis clarum. Alex.d.conſ.
76.nu.5.& d.conſ.109.nu.6.vol.1. & conſ.
24.nu.39.vol.2.incip. Animaduerſis his.
Dec.pulchrè d.conſ.459.nu.7.Gabriel Sa-
ray.ad Mattheſ.ſing.37.nu.17. vbi omni-
nò vide, dicens, quòd in † criminalibus 23
fauore defenſionis tãtùm credatur duo-
bus teſtibus negantibus factum, quãtum
duobus teſtibus affirmantibus illud: glo.
communiter approbata in c.clerici, diſt.
81.in verbo, aliqui: cùm aliàs in cauſis ci-
uilibus plus fidei tribuatur duobus teſti-
bus affirmãtibus, quã mille negantibus,
p glo.in l.diẽ proferre.§.ſi plures.in ver-
bo, conſenſerũt.ff.de arbit. Hippol.ſing.
541.num.2.incip.Abſolutio. Iaſ. in d.l.vt
vim.nu.6.ff.de iuſt.& iur.& ad d.rub.ff.de
iureiur.nu.7. quod eſt intelligendũ quan
dò negatiua non eſſet loco & tempore
coarctata, c.cùm in tua. de teſt. Alex.cõſ.
110.nu.5.volu.1.incip. viſis acutiſſimis, &
conſ.24.nu.3. vol.2. incip. animaduerſis
his, gloſſ.not.in l.1.§.1.in verb, an non.ff.
de itin.actuq; priuato. Saray.loco citato,
vbi plures ad hoc allegat. Item innocẽtiæ
fauore creditur vulnerato excuſante
vulne-

vulnerantē in mortis articulo,ita vt con
tra accuſatum, vel inquiſitum nō poſſit
ad torturam procedi, Alex.conſ.1.nu. 16.
vol.3.& conſ.14.nu.5.eod.vol.incip. pon
deratis narratis. Hippol.ſing.22.nu.3. in-
cip.confeſſio tertij, Mantua.ſing.249.n.
1.Incip.tu habes. Ex his concludendum,
24 reum † moderamen inculpatę tutelę ex-
cedentem in cauſis fractæ pacis, non in
pœnam Banni, ſed pecuniariam pro ar-
bitrio iudicis, conſiderata exceſſus ma-
gnitudine, perſonarum, & rerum quali-
tate,condemnandum eſſe: quod ſactum
quandoq; in Camera memini: & ad con
firmationem iſtorum, vide quę ſequent.
cap.de confeſſione qualificata notantur,
quę ad materiam defenſionis quoq; ſpe-
25 ctant. Adeò autem † defenſio permiſſa,
vt quis hoſtem & turbatorem pacis pub-
licæ etiam in alieno territorio perſequi
poſſit, idq; in cauſis fractę pacis, Conſti-
tutio Imperij anno 1559. Auguſtæ pro-
mulgata , expreſſè vnanimi Statuū con-
ſenſu permittit,in §. Vnd wie woll / cum
ſequentibus, contra palantes equites, &
pedites,contra graſſatores, prædones, &
latrones , qui miſeros agricolas miſerè
concutiunt,excedunt, & à nullo inſolen
tiæ,& maleficij genere ſibi temperant,de
quibus vide ſuprà,capite 4. Wider die ge-
farliche Reiſigen vnnd Fußknecht / Rau-
ber vnnd morder. Hos enim quilibet Ma-
giſtratus offenſus in ſuo territorio,extra
territorium perſequi, & eò loci , vbi ap-
prehenduntur,iuri ſiſtere poteſt. Iſt alſo
26 die † nachtheil zugelaſſen/id eſt,perſecutio
contra delinquentes extra territorium
ꝑmittitur, facit ad hoc optimè l.1.C.vbi
quis de Curiali,vel cohortali aliáue cōd.
conuen.tex.not.in c.1.§.ſi iudex, de pac.
tenen.& eius violar. & in l. quod ait lex.
§.final.in fin.ff ad l.Iul.de adult. ad hoc,
quòd perſecutio capiendi in proprio ter
ritorio, continuari poſſit extra territori-
um:aliàs de iure communi extra territo-
rium non licet capere delinqnētem, per
notata Bar.in l.ſicut.§.Ariſto Cerellio n.
27 1.ff.ſi ſeru.vendic. Ratio, quia † qui in a-
lieno territorio,iuriſdictionem exercet,
territorium violare dicitur, ideoq; iniu-
riarum tenetur, ſi fugiētem inſequatur,
& ſine licentia domini territorij capiat:
adeò vt captus ante omnia relaxari de-
beat, text.notab.in l.fin.ff.de offic. præf.
vrbis.gloſſ.ibid.in verb.iubere,tex. in l.3.
ff.de offic.præſid.text.in l.1.& in l.2.ff.de
offic. proconſul. vbique dicitur, quòd † 28
Magiſtratus extra ſuam prouinciam pro
priuato habeatur,tex.in l.fin.ff.de iuriſd.
om.iud.& in l.pupillus.§.territorium.ff.
de verbor. ſignificat. Clem. quamuis, de
for.compet.Bart.in l.ſi quis ſit fugitiuus.
§.apud Labeonem.numer.2.ff.de ædilit.
edic. per illum text. Bald. in d. l. ſicut. §.
Ariſto.nume.1. Iaſ. in l.pleriq; . nu. 13. ff.
de in ius vocan.Franciſ.Marc.quęſt. 428.
num.1.cum ſequen.& quæſt.429. nume.
1.Guid.deciſ.423.nume. 1.& 2.Incip. eue-
nit caſus, vbi dicit, priuatum exercen- 29
tem † officium magiſtratus, incidere in
crimen læſæ maieſtatis,per text. in l. 3.§.
final.ff.ad l.Iul.maieſt.; vndè apparet,ex-
ercentem iuriſdictionem in alieno ter-
ritorio, hoc crimine imputati poſſe,
cùm pro priuato habeatur, & ſic varijs
actionibus teneri, putà, de vi publica, de
ambitu, & iniuriarum, Guido d. deciſi.
423.nume.2.iuncta notabili apoſtilla ibi-
dē, facit l. qui cœtu.ff. ad l. Iul de vi pub-
lica . & ibi, hominem dolo malo inclu- 30
ſerit, dict. l. 3. §. final. Obſeruandum †
quoque, captum in alieno territorio, ex
conſuetudine Germaniæ non remitti
ad locū delicti,ſed in loco captiuitatis fo
rum, & iudicium ſortiri, & ibidem ſup-
plicium ſubire. Die vberſchickung der ge-
fangen hatt nicht ſtadt. & talem conſue-
tudinem ;valere certum eſt, Felin . in c.
final.num.11.de ſoro compet.cum alleg.
ibid.Aliàs de iure communi in crimina-
libus, maximè in grauioribus delictis,ad
locum delicti remiſſio, cū elogio capti-
ui, vulgariter Vrgicht/ fieri debet, per
text . in Authent. vt nulli iudicum. §. ſi
verò quis comprehenſorum, cum §. ſe-
quen.gloſſ.ibid.in verbo,comprehende-
re,& in l. Diuus. ff. de cuſtod. & exhib.
reo.text.in l.ſi cui. §. final. ff. de accuſat.
Bartol.Alber.& alij ibid.gloſſ.ordina.&
ſingula. & in Clem. paſtoralis. §.quòd ſi
punitio, de ſentent. & re iudic. in verbo,
de more, vbi omninò vide, gloſſ.in d.c.
final. in verbo, ratione delicti, de ſoro
compet. & ibid.Dd.& in l.1. & in Auth.
qua in prouincia. C. vbi de crimin. agi
oportet. Antho.Gomeſ. variar.reſolut.
libr.3.cap.1.nu.87.tex.in l.deſertorem. ff.
de re milit.& in l.ſolēt.& in l. nō dubiū.

ff. de cuſtod.& exhib.Reorum.gloſſ. no-
tab.in c.1.in verbo, excommunicatio,de
raptoribus.Boſſius titul. de for.compet.
nu.48.cum ſeq.tex.in l.capitalium, §. fa-
moſi.ff.de pœnis,vbi dicitur famoſos la-
trones in his locis,vbi graſſati ſunt furca
figendos, vt conſpectu deterreantur ac
ab ijſdem facinoribus, ad idem eſt text.
not.in l.1.C.ad l.Iul.repet. & in Auth. ſi
verò, C. ad l. Iul. de adult. Solet tamen
plerunque in Germania, & alijs prouin-
cijs in atrocioribus delictis propter ex-
emplum, ad locum delicti precario, &
iure amicitię, & vicinitatis,atq; beneuo-
31 lentię fieri † remiſſio, idq́ue ſub antigra-
pho,ſiue literis Reuerſalibus(vt vocant)
ipſius Magiſtratus aut Domini remiſſio-
nem petentis,quòd videlicet huiuſmodi
remiſſio, remittentis iuriſdictioni non
ſit futura nocumento, ſed ſine præiudi-
cio, Auff einen Reuerß/ oder gegen bekant-
nuß. Vide prolixiùs de iure perſequendi
turbatores pacis publicæ,in d. Conſtitut.
Imperij,de anno 59.vbi ampliſſimè ea de
re, & modo exequendi diſponitur, In
32 contractibus † regulariter remiſſioni lo-
cum non eſſe communiter placuit, per
tex.in l.1.ff.de eo quod certo loco.Dd.in
d.c.fin.de for.comp.Fel. ibid. nu.22. vbi
hoc ſeptē modis limitat. Ratio eſt, quia
ſicut in cauſis ciuilib⁹ quis de domo ſua
inuitus extrahi non poteſt,tex.in l.pleri-
que. ff. de in ius voc. & in l.nemo de do-
mo.ff.de regul.iur. ita nec de ciuitate vel
prouincia inuitus extrahi debet Fel.in d.
c.fi. Salin.in d.Auth.ſi verò,C.ad l.Iuliā,
de adult. Fallit ſingulariter, niſi ſpeciali
pacto priuilegio fori renunciatum ſit,vt
tenet gloſſ.reputata vnica in iure,& pre-
cioſa in praxi, & communiter approba-
ta,in l.1.in verbo,pro non dato.ff. ſi quis
in ius voca.non ierit.Bart.ibid.num.3.&
ampliſſimè ibid.Iaſ.nu. 9. qui opiniones
refert,& pro gloſſ.cum Bart. & alijs con-
cludit,quem ad hoc omninò vide.

CAPVT XVII.

In cauſis pacis publicæ an confeſſio qualificata cum ſua qualitate acceptanda.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio Rei qualificata an cum ſua qualitate acceptanda ſit.*
2 *In cauſis ciuilibus quando confeſſio ſine qualitate acceptari poſſit.*
Fundamentum intentionis quilibet probare tenetur. ibid.
3 *Confeſſio qualificata in criminalibus ſine qualitate recipitur.*
4 *In cauſis fractæ pacis ſimiliter.*
5 *Defenſionales articuli in cauſis fractæ pacis.*
6 *Qualitate adiecta non probata, an Reus in criminalibus pœna ordinaria puniri debeat.*
7 *Confeſſio qualificata ex parte Rei conuenti non eſt pura & ſimplex confeſſio.*
8 *Salomonis iudicium de agnoſcenda prole.*
9 *Prouocatio excuſat à pœna ordinaria, ſi prouocans occidatur.*
10 *Reus conuictus de homicidio, an poſteà poſſit confiteri illud, cum qualitate legitimæ defenſionis.*
11 *Reus pluribus exceptionibus vti poteſt.*

CONfeſſio † Rei conuenti quali- 1
ficata, an in criminalibus cum
ſuis qualitatibus acceptanda ſit
ab actore,& non aliter,videlicet: Fateor
me tale homicidium commiſiſſe, ſed fe-
ci ad neceſſariam meam defenſionem,
vel:Fateor me vi armata inuaſiſſe prædi-
um tuum, caſtrum, aut fundum, ſed à te
primùm prouocatus ſum:variè ſentiunt
Dd. In cauſis † ciuilibus reſponſio cum 2
ſua qualitate acceptāda eſt. Exempli gra-
tia:Fateor me rem illam promiſiſſe tibi,
ſed ſub certa cōditione,per tex.in l.ſiqui-
dem.C.de except.gloſſ. ibid. in verbo, ſi-
quidem.Barto.in l.cùm de indebito.nu.
3.ff.de probat.Bald.ſingulariter in l.1.nu.
20. C. de confeſſis, quem omninò vide.
Alexand. conſil.87.nume.1.volum.1. in-
cip. In cauſa Ludouici. & ideò confiten-
ti non pręiudicat, cùm magis ſit negati-
ua,quàm affirmatiua reſpōſio, & ſic per-
indè habetur, ac ſi factum per omnia ne-
gatum foret.Bart.in d. l. cùm de indebi-
to.Bald.in l.nec codicillis.nume.2.C. de
codicil.Salicet.ibid. in fin. quod tamen
non procedit,ſi ſit præſumptio iuris con
tra huiuſmodi qualitatem, per text.in c.
cùm veniſſent.de inſtit.Panorm.præcla-
rè ibid.nume. 7. & nume.12.vbi dicit,ad-
uerſarium poſſe acceptare confeſſio-
nem reiecta qualitate, ſi ſit contra eam
pręſumptio iuris,ita quòd probatio qua-
litatis confitenti incumbat,cùm ſit fun-
damentum ſuæ intētionis, & quilibet id
quod eſt fundamentum ſuæ intentionis
probare debet ſiue ſit factū negatiuū,ſiue
affir-

affirmatiuū,tex.in l.actor, C. de probat.
& in l.in exceptionibus,ff.eod.tit.tex. in
c.bonæ memoriæ, el.1. de elect. & elect.
poteſt. gl. ibid.in verb.per rerū,Alex.cō.
ſi. 24.nu.1.vol.2.incip. animaduerſis his.
3 In † criminalibus verò confeſſio qualifi-
cata ſine qualitate acceptari poteſt: Ra-
tio, quia in delictis ſemper eſt præſum-
ptio contra delinquentem, text.in c.1.de
præſumpr.& in l.2.§.doli mētio,ff.vi bo-
no.rapto.tex.in l.ſi nō conuicij, C.de in-
iur.& ideò qualitas confeſſioni adiecta,
quæ exceptionis vim habet, per confitē-
tem probari debet,vt notant Dd.in d. c.
cùm veniſſent,per illum text. & in c.1. §.
ſi quis hominem, de pace tenen. in vſib.
feud.Afflict.ibid.in 11.notab.in gloſſ.nu-
me.1.Felin.in c. in præſentia. numer. 13.
de probat. gloſſ. in c.1. in verbo,ludens,
de præſump.Barto.in l.Aurelius.§.idem
quæſijt,numer.2.ff. de liber. leg. Bald. in
d.l.1.C.de confeſ.pulchrè Panormit. in
d.c.cùm veniſſent,nume.7.& numer.12.
Iulius Clar.in practic.crimi.§.final.quæ-
ſtion.55. numer.15. verſic. poſſet quoque.
Iaſ.in l.vt vim. nume.13.ff.de iuſt. & iur.
vbi communem dicit.Saray.ad Matthe-
ſil.ſingul.37.Boër.deciſ.164.num. 10.Phi
lip.Port.commun.opinion. libr. 1. con-
cluſ.15.vbi communem dicit. Quapro-
4 pter in cauſis † fractæ pacis, cōfeſſio Rei
qualificata,abſque qualitate & appendi-
ce illa,Feci ad defenſionē meam, accep-
tatur,& qualitatis probatio Reo per mo
dum defenſionis incumbit. Cicero in
Oratione pro Milone, circa principium
dicit,neminem Ignorare,cum de homi-
ne occiſo quæritur,aut negari ſolere om
ninò eſſe factum , aut rectè, ac Iure fa-
ctum eſſe defendi, quod etiam Quintili-
anus libr. 7.cap. 1.circa principium,ſcri-
bit. Iure factum eſſe homicidium cen-
ſetur , ſi quis neceſſariò & coactus , aut
prouocarus, ſe à diſcrimine viræ liberet,
vimq́ue vi repellat,quod omni iure per-
miſſum eſt, ſicut prolixè dixi ſuprà,cap.
5 prox. per allegata ibid. Et ideò † reiecta
qualitatis appendice, Rei, in cauſis vio-
latæ pacis, articulos defenſionales dare
conſueuerunt , in quibus defenſionem
neceſſariam ponunt: qua probata,meri-
rò abſolutio ſequi, & actor in expenſis
6 condemnari debet.Sed quid ſi † Reus in
probatione huius qualitatis deficiat, an
pœna ordinaria iuris communis , aut
Banni Imperialis ei irrogari debeat.Bre-
uiter,communis eſt Dd.opinio, ſi de ho
micidio non aliter conſtet, niſi ex illa
confeſſione Rei qualificata, & reus in
probatione qualitatis deficiat,quòd pœ-
na capiralis ſiue Banni non ſit infligen-
da,ſed mirior pœna , eò quòd in crimi-
nalibus requirantur probationes con-
cludentes , & luce meridiana clariores,
tex,in l.final. C.de probat. & in l. abſen-
tem.ff.de pœn.vide ſuprà,cap.15. Ita do-
cet Barto.in d.l.Aurelius.§.idem quæſijt,
cuius doctrinam Dd. ſtupendam, mira-
bilem , auream, ſingularem , & de pane
lucrando appellant, eamq́ue ſequuntur
Panor.in c.auditis.nu.22.de pręſcriptio.
Felin.ibid.nu.30.dicens, hoc dictū apud
practicos eſſe in ſolemni vſu. idem in c.
ſignificâſti,el.2.num.14. de homicid. &
in c.adferte mihi gladium.nu.10. in fin.
de præſumption.Iaſ.in d.l. vt vim.Alex.
in l.non ſolùm.§.ſciēdum.nu.5.ff.de no-
ui oper.nunt.Hippo.ſing.185.nu.2.incip.
Cōfeſſio.Iul.Clar.in pract.crim.§.fin. q.
55.nu. 16.verſ.fortè poſſet.Gabriel Saray.
ad Martheſil.d.ſing.37. nu. 7. vbi cōmu-
nem dicit: Ratio,quia in criminalibus,
vt dixi,exactiſſimæ & liquidiſſimæ pro-
batiónes requirūtur:ſed † qualificata cō- 7
feſſio,etſi ſine qualitate acceptari poſſit,
tamen ex parte Rei conuenti,non eſt pu
ra ſimplexq́ue confeſſio:& licèt præſum
ptio ſit contra confitentem in actibus il-
licitis, & delictis, vt initio dictum eſt:ta-
men ex præſumptionibus etiam vehe-
mentioribus nou debet pœna ordina-
ria,ſed extraordinaria, & mitior impo-
ni,vt præclarè notat Innoc.in c.quia ve-
riſimile,nu.2.de præſumpt,idq́; ex † ſen- 8
tentia Salomonis in d.c. afferte mihi gla
dium, vbi licèt ex præſumptione voluit
adiudicare vni mulieri filium , non ta-
men alteram voluit condēnare ad mor-
tem , ad quam iuſtiſſimè erat condem-
nanda,ſi legitimè eſſet probatum con-
tra eam,quod filium alterius clàm ſurri-
puiſſet,iux.l.1.C.ad l. Flaui. de plag. ver-
ba ſunt Innoc.quę refert & ſequitur Fe-
lin.in d.c.adferre.nu.6. & cōmuniter Ca
noniſt.ibid.Panor.præclarè in d.c. audi-
tis, & in c.quāto,de præſumpt.nu.3. & in
c.literas.nu.5.eod.tit.Hippo.in pract.cri-
mi.§.poſtquā.nu.23. & §. ſecunda quæſt.

nu.14.Gabriel Saray loco citato. num.8.
Hiero.Gigas in tract. crimi. læſæ maieſt.
lib.2.tit.quomodo, & per quos crimen
læſ.maieſt.probetur.quæſt.19.nu.3. cum
ſeq.vide ſup.cap.15.Bal.in l.non eſt veri-
ſimile.num.5.ff.quod met.cauſ. Iaſ. in §.
item ſi quis. Inſtit.de actionib. Hæc ſunt
in calculo ferendæ ſententiæ, in cauſis
fractæ pacis diligenter conſideranda: ad
hoc,vt pœna mitior,non ordinaria Ban
9 ni infligatur, ſola † prouocatio excuſat
reum ab ordinaria pœna, etiamſi mo-
deramen inculpatę tutelæ exceſſerit, tex.
in c.olim cauſam, in fine, de reſtit. ſpo-
lia.& in l.ſi adulterium cum inceſtu, §.
Imperatores,ff.ad l.Iul.de adulter. vt di-
xi ſuprà,capit. præcedent.& præclarè no
tat Felin.in d.c.ſignificâſti.el.2.nume.13.
cum ſeq.& d.c.adferte.nu.6.vbi dicit per
illum text. quòd quandò diffinitiua fer-
tur ex præſumptione violenta,iudex de-
beat moderari ſententiam, vt non con
demnet ad pœnam corporalem,per do-
ctrinam Innoc. in d.c. quia veriſimile.
Panor.& Felin.in d c.auditis.de præſcri-
10 ptionib.Quid aũt ſi † reus initio negâſſet
homicidium, poſteà verò per actorẽ ꝓ-
batum ſit, an cõfiteri poſſit homicidiũ,
adiecta qualitate, quòd ad ſui neceſſariã
defenſionem fecerit, vide Bald.in Auth.
contra qui.nu.9. C.de non numerat. pe-
cun.Alber.Caſtr.& alios ibid.Afflic.in c.
1.§.item ſi vaſallus.nu.6. in fi. de contro.
inueſt.vbi cõcludit hoc fieri poſſe, & ita
quoq; tenet Bart in d.l.cũ de indebito,ff.
de probatio.& eſt cõmunis opinio teſte
Decio in c.paſtoralis,num.15.in fi.de ex-
cept.Boër.deciſ.164.num.14. Iulius Cla-
11 rus in §.homicidiũ,num.35. ratio quia †
reus poteſt vti pluribus & diuerſis,adeo-
que contrarijs exceptionibus, text.in l.is
qui dicit,& in l.nemo prohibetur, ff.de
exceptio.tex.in l.nemo ex his, ff. de reg.
iur.& in c.nullus pluribus,eod. titu.in 6.
idq; fauore defenſionis, quæ nemini de-
negari debet,receptũ eſt,tex.in Clem.pa-
ſtoralis,de re iudic. cũ ſimilib. vide lati-
ùs infrà,cap.ſeq.

CAPVT XVIII.

In cauſis fractæ pacis, an reus poſt publicationem atteſtationũ, vel concluſionem cauſæ,ad vlteriorem probationem admittendus ſit.

SVMMARIA.

1 *Publicatis atteſtationibus regulariter alij teſtes pro-duci non poſſunt.*
2 *In cauſis criminalibus non obſtat publicatio teſti-um.*
3 *In criminalibus cauſis plenè non concluditur, nec po-teſt fieri renunciatio probationum.*
4 *In cauſis fractæ pacis poſt publicationem teſtiũ, ad aliud examen admittatur.*
5 *Cautela pro Reis in materia probationis.*
6 *Reus an poſt factam confeſſionem negatiuam pro-bare poſſit.*
7 *Iudex tam in criminalibus, quàm ciuilibus teſtes repetere, & nouos recipere poteſt.*
8 *Iudici nunquàm cõcluditur, nec ei dicta teſtiũ ſunt ſecreta.*
9 *In criminalibus Reo petente, alij teſtes poſt publica-tionem recipi poſſunt.*
10 *In accuſatore an idem obtineat.*
11 *Iudex poſt condemnationem de innocentia Rei in-quirere poteſt, & nu.12.*
13 *Publicatis atteſtationibus, alij teſtes ad confirman-da dicta priorum recipi poſſunt.*
14 *Negatiua quando probanda ſit.*
15 *Teſtes ſuper negatiua quomodo deponere debe-ant.*
16 *Negatiua quomodo probanda, remiſſiuè.*

QVæritur, vtrùm in cauſis fractę
pacis † accuſatus, publicatis at- 1
teſtationibus, & concluſione
cauſæ facta, ad vlteriorem pro-
bationẽ innocentiæ ſuæ admitti poſſit,
ac debeat? Reſpõdeo poſſe, ac debere ad-
mitti: nam etſi in cauſis ciuilibus regu-
lariter hoc prohibitum ſit, propter me-
tum ſubornationis teſtium, & factam re-
nunciationem per viam concluſionis,
vt plenè notatur in c.fraternitatis, extr.
de teſtib. vbi cõmuniter Canoniſt. & in
c.per tuas, vbi Felin.nu.1. & 2.eo.tit.text.
in c.paſtoralis,de cauſ.poſſ.& proprie.&
in c.cũ dilectus,de fide inſtrum. Hippol.
ad l.1.§.fi.num.4.cum ſeq.ff. de quæſtio-
nib.tex.in Auth.at qui ſemel.C.de prob.
Dd.in l.admonendi.ff.de iureiu.pleniſ-
ſimè Port.commun.opinio. lib.1.cõclu.
39.tamen hoc fauore innocentiæ & † de- 2
fenſionis in criminalibus cauſis nõ ob-
tinet, in quibus ex parte Rei nunquàm
in cauſa concluſum eſſe intelligitur, &
ideo quandocunq; voluerit, innocẽtiam
ſuam probare poterit, intellige vſque ad
diffinitiuam excluſiuè, per tex. ſingul. in
l. vnius, §.cogniturum, ff. de quæſt. ibi,
quocunque tempore, ergo non ſolùm
ante

ante, vel poſt teſtium publicationẽ, ſed
etiam poſt concluſionem, gloſſ. nor. in l.
pactum inter hæredem, in verbo, cùm li
ceat, ff. de pact. Bar. in d. l. 1. §. fi. nu. 4. ff. de
quæſtionib. & in d. l. vnius. §. cogniturũ,
nu. 1. Hippol. ibid. nu. 48. cum ſeq. Bal. in
l. ſi accuſatoribus, num. 19. C. de accuſat.
idem in Auth. iubemus, nu. 7. in fin. C. de
iudic. & in l. 1. nu. 27. C. de confeſſ. Barto.
in l. Dini fratres, nume. 2. ff. de pœnis. Iu-
lius Clarus in practic. criminali. §. final.
quæſtion. 61. nu. 6. Iaſ. in repet. d. l. admo-
nendi. nu. 61. Hippol. ſing. 90. nu. 3. incip.
fauorabiliores, & in d. l. 1. §. fin. nume. 63.
ff. de quæſtio. Felin. pulchrè in c. conſan-
guinei. nu. 6. cum ſequentibus, de ſent. &
re iudic. & in c. ſi diligenti, nu. 3. de foro
compet. Quod vſque adeò verum eſt, vt
3 ne iuramento † quidem in criminalibus
cauſis, reus probationibus ſuis renuncia-
re queat, Felin. in d. c. ſi diligenti, quia
nemo eſt dominus membrorum ſuorũ,
text. in l. liber homo, la. 1. ff. ad l. Aquil.
Valet quidem facta concluſio, ita tamen
vt futuræ defenſioni non fiat præiudici-
um, vnde Bald. in d. l. ſi accuſatoribus,
& d. l. 1. C. de confeſſis, dicit, in crimina-
libus plenè non poſſe concludi, ſed ſo-
lùm quoad defenſionem non apparen-
tem, & vbique in locis citatis dicunt Dd.
in criminalibus poſt publicationem &
concluſionem teſtes ad defenſionem in-
nocentiæ recipi poſſe, vt infrà latius ex-
4 plicabitur. Cùm igitur † cauſæ fractæ pa-
cis meræ criminales ſint, vti communi-
ter in Camera receptum eſt, quia cõdem
natus vitæ & fortunarũ periculo expo-
nitur, vt notatur infrà, lib. 2. cap. 1. & ſup.
vbiq; dictum eſt, ſequitur, publicationẽ
teſtium, vel concluſionem in cauſa, reo
nondùm cõdemnato, impedimento eſ-
ſe non poſſe, quò minus ſuper iiſdem ar-
ticulis, vel nouis, alios teſtes producat.
5 Et hæc ſingulariter † obſeruanda ſunt
pro accuſatis criminaliter, ſi facta publi-
catione teſtium, vel demùm poſt cõclu-
ſionem intelligant innocentiam ſuffici-
enter probatam nõ eſſe, vel poſt conclu-
ſionem nouis defenſionibus vti velint.
nam hoc facere poſſunt, text. in c. nullus
pluribus, de reg. iur. in 6. & in l. nemo ex
his, ff. eod. titul. Dd. vbi ſup. dummodo
hoc non fiat nequiter, & malitioſè ad
extrahendum proceſſum, & eludendam
executionem, iuxta tex. in l. quoniam, C.
de appellat. tex. not. in l. cum Reis, C. de
pœnis. & in l. ſi quis forte, ff. eod. titul. in
quo iudicis arbitrium plurimum mo-
menti habet, & ideò iuramentum mali-
tiæ reo iniungendũ foret, Panor. in d. c.
fraternitatis. num. 4. in 15. limitat. Socin.
reg. 403. fal. 6. Felin. in c. cùm clamor. nu.
5. de teſtib. Guid. ſing. 315. Bal. in Auth. cõ-
tra qui. nu. 9. C. de non num. pecu. Afflic.
in c. 1. §. etiam ſi vaſallus. num. 6. in fin. de
controuer. inueſtit. vbi dicit quòd † reus 6
confeſſus homicidium, poſſit poſt pub-
licationem teſtium opponere exceptio-
nem defenſionis neceſſariæ, & iudicem
huiuſmodi exceptionem admittere de-
bere, quod etiam Bald. tenet in d. Auth.
contra qui. num. 9. vbi omninò vide, an
reus poſtquam delictũ ſemel negauit, il-
ludque per actorem probatum ſit, poſſit
nihilominùs opponere exceptionẽ de-
fenſionis neceſſariæ. Communis opinio
eſt poſſe, atteſtante Decio in c. paſtoralis
num. 15. de except. Boëri. deciſ. 164. num.
14. Bart. in l. cũ de indebito, nu. 3. ff. de p-
bat. Iulius Clar. in §. homicidiũ. nu. 35. Ra-
tio, quia fauore defenſionis reus pluribꝰ
& diuerſis, adeoque contrarijs exceptio-
nibus vti poteſt, tex. in l. is qui dicit, & in
l. nemo prohibetur, ff. de except. tex. in d.
l. nemo ex his, & in d. c. nullus pluribus.
Hippol. in d. l. 1. §. fi. nume. 61. & num. 69.
vbi hoc ampliùs dicit, quòd iudex ex of-
ficio poſſit contra verã & ſpontaneam
cõfeſſionem Rei recipere teſtes ad defen
ſionem Rei in cauſa criminali, per alle-
gata ibid. & Iaſ. in l. ſi is qui. nume. 6. cum
ſeq. C. qui teſtam. fac. poſſ. Quod ad † iu- 7
dicem attinet, dubium non eſt, quin ex
officio, partibus non petentibus, tam in
criminali, quã ciuili cauſa, teſtes ſuper
iiſdem capitulis repetere, vel nouos reci-
pere poſſit: idque tam in accuſatore, quã
reo obtinet, vel vt Dd. loquuntur, ſiue
teſtes repetantur, vel recipiantur ad of-
fenſam, ſiue defenſam, ita ſe habet com-
munis opinio, per text. in l. ſi non de-
fendãtur. ff. de pœ. Bar. in l. 2. §. ſi publico
nu. 15. ff. ad l. Iul. de adult. Port. d. conciu.
39. in 33. limitat. vbi cõmunem dicit. Dd.
vbi ſup. Ratio, quia in † iudice non ſub- 8
eſt timor ſubornationis, nec ei in cauſa
concluditur, neque publicatio adfert ei
nouam notitiam, per text. in c. cùm Io-
hannes,

hannes.de fid.inſtrum.gloſſ.in d.c. cùm
clamor.Felin.ibid.nu.5.de teſtib.Alex.in
l.4.§.hoc autem iudicium. nn. 14. & nu.
18.ff.de dam.infect.gloſſ.in l.3. in verbo,
inimicitiæ.de teſtib.Bar.in rep.l.vbicun-
que.nu.7.ff.de interrog act.Hippol.ſing.
355.num.1.incip.doctrina.Caſtr. pulchrè
conſ.246.num.2.cum ſeq.vol.1.incip.In
caſu de quo quæritur.Dd.in d.c.paſtora-
lis.de cauſ.poſſ.& propr.& in d.l. admo-
9 nendi.Sed an idem † obtineat ad partiũ
inſtantiam, variant interpretes, Bar.in d.
l.1.§.ſi publico.nu.15.ff.ad l.Iul. de adult.
& in d.Auth.at qui ſemel.nu. 35. C.de p-
bat.Bal.ibid.num.1.in 2.fall. & alij citati
per Port.loco allegato, tenent, partibus
petentibus poſt publicationem teſtium,
repetitionem non habere locum : quod
in ciuilibus cauſis regulariter verum eſt,
d.c.fraternitatis, & alia iura ſup. allega-
ta; verùm in criminalibus cauſis beni-
gnior opinio eſt, videlicet ex parte Rei
hoc fieri poſſe, ſiue teſtes petantur recipi
ſuper iiſdem, ſiue ſuper nouis capitulis:
Ratiò, primò, vt ſit aliquid inter actio-
nes ciuiles & criminales differentiæ: de-
indè, quia fauore innocentiæ à regulis
iuris communis recedimus, vt dixi ſupr.
cap.16. Adhæc, quòd publicatio in crimi-
nalibus non obſtet, quia defenſionibus
renũciari nequit, cùm ſint iuris natura-
lis, & quod in criminalibus plenè non
cõcludatur, d.l.vnius. §. cogniturum. ff.
de quæſtionib.cum alijs iuribus ſupr. al-
legatis.Hippol.in d.l.1.§.fi.nu.5.Bar.in d.
l.Diui.ff.de pœnis. Dd. in d. c. cùm cla-
mor.Bart.& Bal.in d.Auth.at qui ſemel.
Fel.in d.c.ſi diligenti.nu.3. de foro com-
10 pet.Quod verò ad † accuſatorem attinet
ſecùs eſt, nam is quidem poſt publicatio-
nem teſtium ſuper nouis capitulis alios
teſtes producere poteſt, ſed non ſuper iiſ-
dem. Et licèt Bar.in d.l.vnius.§.1.nu.1.di-
cat generaliter poſt publicationem teſti-
um, nouos teſtes ad offenſam produci
poſſe, quod ſequitur Ang.in tract. maleſ.
in verb.comparuerunt dicti inquiſiti, &
negauerunt totũ, in verb. quæro an poſt
publicationem.nu.20. & in verb. qui iu-
dex dictum proceſſum. nu.2. tamen hoc
ita accipiendũ, vt procedat quóad diuer-
ſa, non quóad antiqua capitula, vt ſingu-
lariter docet Salic.in l.fi.nu.10.C.de quę-
ſtio.quem ſequuntur Felin. in d. c. cùm
clamor.nu 4.Hippol. in d.l.1.§. fi.nu.5.&
d.ſing.90.vtrobiq; dicit, hanc limitatio-
nem tanquàm auream, & lucri plenam
perpetuò menti tenendam. Reus igitur
tam ſuper nouis, quã antiquis articulis
alios teſtes producere poteſt: actor verò
tantùm ſuper diuerſis capitulis, & non
ſuper iiſdem. Ratio † diuerſitatis, quia fa- 11
uorabiliores ſumus ad liberandũ, quã ad
condemnandũ, tex.in l. Arrianus. ff. de
act.& oblig.& in l. fauorabiliores. ff. de
reg.iur.& in l.abſentẽ.ff. de pœnis. Hip-
pol.d.ſing.90. Imò † iudex poſt condem- 12
nationẽ poteſt, & recta cõſcientia debet
de euidenti innocẽtia Rei probationes
recipere, & differre executionẽ, & princi-
pẽ conſulere, per tex.in d.l. 1.§. fi.in fi.ff.
de quęſt.vbi latè Hippol.per multas quę-
ſtiones.num.46.48.51.52.61.63. cũ ſeq.vbi
omninò vide de probationibus priuile-
giatis ratione innocẽtiæ. Quapropter ac-
cuſatus ſuper fracta pace, ſi nouas proba-
tiones habet, poteſt non ſolùm poſt pub-
licationem teſtium, ſed etiam poſt cõclu-
ſionem, ante ſententiam tamen diffini-
tiuam iudicis implorare officium, & pe-
tere, vt teſtes illos ſuper prioribus articu-
lis defenſionalibus, vel nouis articulis
admittat: quã petitionẽ iudex, cauſa co-
gnita, & examinatis nouis articulis, an
ſint releuantes, hoc eſt, an probati, ad ab-
ſolutionem proſint, iuxta tex. in l.ſi duo
patroni, §. idem Iulianus, ff. de iureiur.
Bart.ibid.num.1.& in l. ad probationẽ,
la.2.C.d probat. & vtrùm malitioſè hoc
peratur, d.l.quoniã, C.de appel. recipere,
& reſciſſa concluſione ad probandũ ad-
mittere debet, cùm hoc etiã ſæpè in cau-
ſis ciuilibus fiat, quandò poſt concluſio-
nẽ de nouo probationes emergũt, Dd.in
d.c.fraternitatis, & in d. l. admonendi.
Port.d.concluſio.39.multò magis mino-
riq; difficultate hoc fieri debet in cauſis
criminalibus, vbi de vita hominis agi-
tur, quæ omnibus rebus præferenda eſt,
tex.in l.ſancimus 1. C. de ſacroſanct. ec-
cleſ.& ideò mora omnium tutiſſima, iu-
xta illud Iuuenal.Sat.6.

Nulla vnquàm de morte hominis cunctatio ſera eſt.

Facit ad idem l.addictos. C. de appellat.
Et in quibus caſibus poſſit retractari ſen-
tentia lata in cauſa criminali, abſq; Prin-
cipis conſultatione, vel gratia, vide om-
ninò Hippol.in d.l.1.§.fi.nu.54.cum ſeq.

Quid

13 Quid ſi † accuſator ponat in articulis ſu-
is, reum tali die, vnà cum alijs, pacem
publicam violâſſe, idque probet quatu-
or teſtibus: reus verò in defenſionalibus
neget ſe tali die offenſioni interfuiſſe,
ſed alio loco fuiſſe, idque probet per du-
os tantùm teſtes, an publicatis atteſtati-
onibus, reus alios teſtes producere poſ-
ſit ad confirmanda dicta priorum teſti-
um? Maximè, non ſolùm in cauſa crimi
nali, ſed etiam in cauſa ciuili, vt ſingula-
riter tenet Inno. in d. c. cùm clamor. nu.
2. de teſtibus. Felin. ibid. num. 3. Similiter
Antho. de Buttio, Bald. & Panorm. quos
ad hoc omninò vide. Et obiter obſerua,
quòd quamuis negatiua non coarctata
loco & tempore, nec habens implicitam
affirmatiuam, non grauet negantem
onere probandi, cùm per rerum natu-
ram factum negantis directa probatio
nulla ſit, text. in c. bonæ memoriæ, el. 1.
de elect. & elec. poteſt & in l. ſi quis con-
ſortium, C. de fabricenſib. lib. 11. text. in l.
in exceptionibus, ff. de probationib. & in
14 l. actor. C. eod. tit. tamē qui ſe ſuper nega
tiua fundat, eam probare debet, aliàs ſuc
cumbet, tex. in l. hoc iure, & in l. ita ſtipu
latus, verſi. quòd ſi ab initio. ff. de verbo.
oblig. tex. in l. in illa ſtipulatione, ſi Calē-
dis ff. eod. tit. Bar. & Dd. ibid. glo. not. in
d. c. bonæ. el. 1. in verbo, per rerū, vbi om-
ninò vide de triplici negatiua, iuris, fa-
cti, & qualitatis, Antho. de Buttio, & Pa-
normit. ibid. Alexand conſil. 39. nume. 1.
vol. 1. incip. viſo themate, & conſi. 37. nū.
33. volum. 2. incip. viſo, & oportunè, idē
conſil. 123. numer. 2. volum. 7. incip. viſo
proceſſu cauſæ. Felin. in c. ſuper his, nu.
15 16. de accuſationibus. Quod † ad teſtes
attinet ſuper negatiua deponentes, ne-
ceſſè eſt vt deponant de negatiua coar-
ctata loco, & tempore, aliàs falſitatis o-
pinionem non euitarent, vt tenent Bal.
in c. 1. §. ſi quis per 30. nume. 3. in fin. ſi de
feudo conten. ſit inter domin. & agnat.
Alexand. conſi. 108. num. 10. volum. 2. in-
cip. in cauſa & lite inter dominos. Et re-
16 gulariter † quomodò negatiua proban-
da ſit, vide gloſſ. in d. c. bonæ memoriæ,
el. 1. & gloſſ. in l. Pantonius. §. rei perduel
lionis, in verbo poteſt quærere. ff. de ac-
quiren. hæred. Dd. ibid gloſſ. in l. 1. §. in
verbo, an non. ff. de itin. actuq; priuato,
Bald. in d. l. actor, Alex. conſil. 110. nume.
5. vol. 1. incip. viſis acutiſſimis, & conſil.
24. num. 3. vol. 2. incip. animaduerſis his,
& Dd. in locis allegatis.

CAPVT XIX.

Accuſatus ſuper fracta pace, an pendente iudicio de rebus ſuis diſponere poſſit.

SVMMARIA.

1 *Accuſatus de crimine violatæ pacis publicæ, an amittat rerum ſuarum liberam adminiſtrationem.*

2 *Reus criminis regulariter retinet liberum arbitriū rerum ſuarum.*

3 *Nemo dicitur talis, niſi per ſententiam talis ſit declaratus.*

Non ſtatim qui accuſatur reus eſt, ſed prius conuinci debet, ibid.

4 *In atrocioribus criminibus iura tranſgredi licet, in puniendo, non in procedendo.*

5 *Teſtamentū pendente accuſatione ſuper fracta pace factum, valet.*

6 *Inſtantia & crimina morte extinguuntur.*

7 *Donationes cauſa mortis in criminalibus poſt declaratoriam irrita ſunt.*

Fallit quoad vxorem, ibid.

8 *Teſtamentum eius qui capitis condemnatus eſt fit irritum etiam ante executionem ſententiæ.*

Fallit in quatuor caſibus, ibid.

9 *Mortem ſibi conſciſcens conſcientia criminis, eius teſtamentum irritum fit.*

10 *Alienationes pendente iudicio conſcientia criminis in fraudem legis factæ non valent.*

11 *Emptori an precium reſtituendum ſit, ſi ab eo res empta reuocetur.*

12 *Emptori malæfidei precium non reſtituitur.*

13 *Crimen læſæ maieſtatis committens, pēdente iudicio amittit liberum rerum ſuarum arbitrium.*

14 *Accuſato de crimine læſæ maieſtatis non rectè ſoluitur.*

15 *Crimen læſæ maieſt. quando morte extinguatur.*

16 *Pax publica violari poteſt abſque crimine læſæ maieſtatis.*

17 *Crimen diuinæ maieſtatis committunt hæretici.*

18 *Hæreticorū bona ipſo iure in commiſſum cadunt à tempore commiſſi criminis, etiā pendente iudicio.*

19 *Simoniaci proditori Iudæ comparantur.*

PEndente † iudicio ſuper conſti- 1
tutione pacis publicæ, accuſatꝰ,
ſiue reus conuictus, ante ſenten-
tiam declaratoriam, liberam rerum ſua-
rum adminiſtrationē retinet: vnde pro
arbitrio de rebus ſuis diſponere poteſt,
contrahendo, donando, & alienando, per
text. nota. in l. poſt contractum, ff. de do-
nat. vbi pulchrè Bartol. per tot. quem ad
hoc

hoc omninò vide.text. in l. ſi quis poſt.
hac.C.de bon.proſcripto. Anthon. Go.
meſ.variar.reſolut.lib.3.cap.14. nu.4.vbi
2 omninò vide. Regulariter † enim reus
criminis de iure cõmuni bonorum ad.
miniſtrationem non amittit, eiq; debi.
tor rectè bona fide ſoluit,tex.in l.in frau
dem,ff.de iur.fiſ.&in l.aufertur.§.in rea.
tu.ff.eod.tit.tex.in l.res vxoris. C. de do.
nat.int.vir.& vxo.Bart.in d.l. poſt con.
tractum.nu.1.Et licèt Dd. variè circa hãc
adminiſtrationẽ bonorum diſtinguant,
vtrùm videlicet alienatio fiat ante com
miſſum crimẽ,an verò poſt, an ante litis
conteſtationem,ante vel poſt ſententi.
am,de quibus ſigillatim Bart.in d.l. poſt
contractum.glo.not.in d.Auth. res vxo.
ris,in verbo,diſſoluitur.Iul.Clar.in prac.
crim.§.fi.q.78.verſi. ſolet etiam,vbi opi.
niones refert: tamen quòad conſtitutio.
nem pacis publicæ,indiſtinctè valet alie.
natio ante ſentẽtiam declaratoriã facta,
nam Bannũ Imperij regulariter requirit
ſententiã declaratoriã,vt infrà,lib.2.cap.
3 3.notatur,& † nemo dicitur talis,niſi per
ſententiam talis declaratus ſit, Hippol.
in § poſtquàm. nu.38.& §.diligẽter.num.
171.in pract.crim.Specu.titu.de inſtru.e.
dit.§.reſtat.num.33. cum ſequ. non enim
ſequitur:talis eſt accuſatus vel inquiſitus
de tali enormi crimine,ergò verè eſt re.
us talis criminis,per tex.not.in l.fi. C.de
accuſat.ibi,non ſtatim reus exiſtimetur,
tex.in l.furti,in prin.ff.de his qui not.in.
fa.ibi,pendente iudicio, nondùm inter
famoſos habetur,tex.in l.1.& l. nullam.
C.ex quib.cauſ.infam. irrog. ſed neceſſè
eſt vt conuincatur de crimine,aliâs ſi ac.
cuſare ſufficeret,quis innocẽs foret?text.
in c.fin.15.q.vlt.vbi dicitur,quòd non ſta
tim qui accuſatur reus eſt: ſed qui cõuin.
citur criminoſus,ad idẽ eſt tex.in c.nón.
ne.8.q.4.c.eorum.11.q.3. Non ſufficit er.
go dicere,niſi illud quod dicitur probe.
tur,glo.in l.1.§. interdùm autem. in ver.
bo, eſſet.ff. ſi quadrup. paup. feciſſ. dic.
glo.in l.2.in verbo, aſpectu. ff. de fer. &
gloſſa prima, in l. prætor ait, lat.2.ff. vi
bono.rapt.Hippol.in d.§.diligenter.nu.
174.cum ſequ. vbi dicit,regulam illam,
4 quòd ob † atrocitatem delicti licitum ſit
iura tranſgredi, habere locum in puni.
endo,quandò conſtat reum eſſe verum
delinquentem,ſecùs autem in proceden
do,quia in proceſſu nõdùm verè ſcitur,
an accuſatus vel inquiſitus ſit verus de.
linquens,nec ne,cuius regulæ declarati.
onem vide plenè per eundem in d.§. di.
ligenter. Præterea dubius eſt litis euctus,
& calculus iudicij,text.in l. eo tempore,
& in l.quod debetur,ff.de pecul.& accu
ſatus defenſionibus & exceptionibus ꝓ.
poſitis,abſolutionẽ ab intentata actione
ſe conſecuturum ſperat: ſicut quotidie
multi in Camera ob defectum legitimæ
probationis,in cauſis fractæ pacis abſol.
uuntur,vulg.l. qui accuſare, C. de eden.
aut ſaltem ob exceſſum, pecuniaria, & ſic
extraordinaria mitioriq; pœna plectũ.
tur, vt ſup cap. 16. dixi. Prædicta quòad
contractus inter viuos accipienda ſunt,
quos accuſati pendẽte iudicio crimina.
li,probè celebrant, tex.in d.l. poſt cõtra.
ctum. Quod verò † ad vltimas volunta. 5
tes attinet, ſi accuſatus ſuper violata pa.
ce,ante ſentẽtiæ declarationẽ moriatur,
teſtamentũ conditum valet: Ratio,quia
ante ſententiã declaratoriã ciuis Roma.
nus deceſſiſſe intelligitur, ꝑ text. notab.
in l.1.§.hi quib.ff.de leg.3.& in l.liber ho
mo.§.ſi hæres.ff.de hæred.inſtit. Deinde
regulare eſt,accuſatũ de crimine,accuſa.
tione pendente teſtari poſſe,text.in l.qui
à latronibus.§.fin. de teſtamen. Adhæc
notum eſt, † inſtantiam morte Rei vel 6
accuſatoris perire,& crimina morte ex.
tingui,tex.in l.defuncto.ff.de pub. iudic.
text.in l. 1. & in l.fin. C.ſi reus vel accuſ.
mort.fuer.tex.in l. crimẽ.ff.de pœnis. &
in l.ex.iudiciorũ. ff. de accuſ. vide infrà
Obſer.ſeq. Donationes † verò cauſa mor 7
tis poſt declaratoriã ſententiã irritas eſſe
certũ eſt,per tex.in l.ſi aliquis. ff. de don.
cauſ.mort.Caſtr.ibid.num.1. Bart.in d.l.
poſt contractum.nu.10. quod tamen ſin.
gulari iure nõ obtinet in donatione cau
ſa mortis à marito vxori facta, per text.
not.in l.ſed ſi mors.ff.de dona. inter vir.
& vxo. Sed & † teſtamentũ eius,qui capi. 8
tis damnatus eſt,ſtatim,& antequàm de
eo ſupplicium ſumatur, irritũ eſt, quia
ſententia ſtatim ſecũ executionẽ trahit,
per tex.ſing.in l.ſi quis filio exhæredato,
§.irritum.ff.de iniuſt.rup.& irri.fac.teſt.
gloſſ.ibid.in verbo, paſſus. Fallit in qua.
tuor caſibus. Primò, ſi in ſententia ſit ei
factio teſtamenti reſeruata. Secundò, ſi
ſententia ſuſpendatur tantiſper donec
Princeps

Princeps reſcribat, an de eo ſumendum
ſit ſupplicium. Tertiò ſi ſentẽtia cõdem.
natoria ſit ſuſpẽſa per interpoſitam ap.
pellationem: Quartò, quandò ſententia
eſſet nulla, vel ex defectu iuriſdictionis,
vel quia ſit lata contra ius expreſsè, ita
Caſtr. in d. §. irritum, & probantur per
illũ tex. cum tribus paragraphis ſeq quos
omninò in hac materia vide. Si igitur
cõdemnatus ante reſcriptum Principis
moriatur, valet eius teſtamentum, niſi
mortem ſibi conſciuerit: nam eorum
9 qui † mori magis, quàm damnari malu.
erint, ob conſcientiã criminis, teſtamen
ta irrita conſtitutiones faciunt, licèt in
ciuitate decedant, tex. in d l. ſi quis filio.
§. eius qui deportatur, & text. in l. 2. C. qui
teſta. facer. poſſ. Prætereà prædicta, quòd
10 videlicet accuſatus † ſuper fracta pace,
iudicio pendente, rerum ſuarum liberã
adminiſtrationẽ cõtrahendo & teſtan.
do habeat, non procedunt, ſi lite cœpta,
accuſatus, non quidem mortem ſibimet
conſciſcat, ſed tamen conſciẽtia perpe.
trati criminis in fraudẽ legis & conſti.
tutionis, bona ſua alienet: eo enim caſu
poſt declaratoriam ſententiam, fraude
detecta, actione reuocatoria alienata re.
uocari poſſunt, per tex. in l. final. §. ex bo.
nis. ff. de bon. damnat. tex. in d. l. in frau.
dem. ff. de iur. fiſc. & in d. l. auſertur. §. in
reatu. ff. eod. tit. Bart. ad d. l. poſt. contra.
ctum, vbi docet quomodò fraudis præ.
ſumptio probetur, ad idem facit Ordin.
part. 2. tit. 11. & concordant conſtitutio.
nes Imperij VVormatię anno 21. & Au.
guſtæ anno 48. promulgatæ, Rubrica von
Achtern die jhr gůt geſerlich verwenden/
11 vnnd in ſchirm geben. Sed an eo caſu † pre
cium emptori reſtituendũ ſit? Refert an
bonæ fidei emptor, an verò fraudis par.
ticeps fuerit. Primo caſu, ſi iuſtam deli.
cti, & factæ accuſationis ignorantiam,
nec non titulum oneroſum habet, me.
ritò reſtitutio precij faciẽda eſt, ne fiſcus
cũ alterius iactura inique locupletetur,
& emptor bonæ fidei damno afficiatur,
per tex. ſingu. in l. 1. §. ſi quis in fraudem
patroni, ff. ſi quid in fraud. patro. factum
ſit, tex. in l. qui à debitore. ff. quę in fraud.
cred. tex. in l. ſenatuſconſulto. ff. de S.C.
Syllania. l. emptor. ff. de rei vendic. &
ibid. Dd gloſ. in c. ad audientiam. in ver.
bo, refundendam, de reb. eccleſ. non ali.
enan. Iuſta aũt ignorantia requiritur, nã
iniqua, craſſa, & ſupina ignorantia, ſciẽ.
tiæ cõparatur, tex. in c. 1. de poſtu. prælat.
& in l. nec ſupina. ff. de iur. & fact. ign. cũ
cõcordantibus. Secũdo caſu, quãdò † vi. 12
delicet fraudis cõſcius eſt, preciũ nõ reſti
tuitur, tex. in l. ſi fundum, C. de euict. & in
l. ſi fratres. C. cõmun. vtriuſ. iudic. impu.
tet enim ſibi, quòd cum tali delinquẽte
ſciens prudenſq́; contraxerit: vnde præ.
miũ ob ſtultitiam meritò ſuſque deque
ferre debet, per text. in l. ſi debitor. ff. quæ
in fraud. cred. Bartol. ibid. num. 1. text. in
d. l. qui à debitore. gloſſ. in d. c. ad audien.
tiam. Bal. in l. fin. §. emptor. nu. 1. & 6. C.
communia de legat. dicens, emptorem
contra legem mercantem preciũ amit.
tere, per tex. in d. l. ſi fundum, & in d. l. ſi
fratres, & alia allęgata ibid. Quod tamen
non obtinet in eo, qui emit ſcienter rem
ſubiectam reſtitutioni, quia non obſtã.
te ſcientia, re euicta, precium à vendito.
re cõſequitur, ſed non intereſſe, per tex.
in d. l. fin. §. emptor. vbi Iaſ. nu. 2. rationẽ
diuerſitatis tradit. Poſtremò nõ obtinet
quoq; † prædicta doctrina in crimine læ. 13
ſæ maieſtatis: nam accuſatus ſtatim pen.
dente accuſatione amittit liberum re.
rum ſuarum arbitrium, nec quicquam
interim alienare poteſt: tanta enim hu.
ius criminis indignitas & atrocitas eſt,
vt morte ſicut alia crimina, non extin.
guatur, ſed defuncti memoria damnari
debeat, per text. in l. quiſquis. §. emãcipa.
tiones. C. ad l. Iul. maieſt. & in l. memi.
niſſe. & in l. fi. C. eo. tit. tex. in d. l. ex iudi.
ciorũ. §. 1. tex. in l. donationes, & in l. in
concubinã. §. fi. ff. de don. tex. in l. ſi quis
poſthac. ff. de bon. proſcrip. & tex. notab.
in l. quæſitũ. ff. qui & à quib. man. vide in.
frà, cap. ſequ. & glo. in §. per contrarium,
in verb. damnata. Inſti. de hæred. quæ ab
inteſt. deſer. Iul. Clar. in pract. crim. lib. 5.
§. læſæ maieſt. Gigas in tract. de crimin.
læſæ maieſt. lib. 2. tit. de pœnis cõmitten.
tium crimẽ læſæ maieſt. q. 24. num. 2. vbi
omninò vide, an emptori bonæ fidei pre
ciũ ablata re empta, reſtituendũ ſit. Sed
neq; accuſato de crimine læſæ maieſt. re. 14
ctè ſoluitur: vnde ſi debitor ſoluat, non
liberatur, per text. in c. fœlicis. de pœnis.
in 6. ibi, nullus ei debita reddat, & tex. in
d. l. meminiſſe. Gigas d. q. 27. vbi hoc cũ
moderamine accipiendũ docet. Et hæc

g intelli.

intelligenda ſunt ſecundùm communẽ
opinionem de crimine læſæ maieſtat. ex
primo cap. legis Iuliæ. Secùs ſi ſit ex ſe-
15 cundo capite, quo † caſu crimen morte
extinguitur, vt tenet Iul. Clar. in d. §. læſę
maieſt. communem dicens, Boſſius in
tract. de crim. læſæ maieſt. nu. 51. & nu 57.
vbi latè hoc ꝓſequitur. Dec. pulchrè cõſ.
410. nu. 26. cum ſeq. incip. in cauſa mota
Mediolani. gloſ. in d. §. per contrarium.
in verb. poſt mortem. & in §. publicorũ,
in verb. memoria. Inſtit. de public. iudic.
Ang. in l. 1. C. ne ex delic. defun. Itaq; de-
lictorum & offenſionum diſcrimina in
accuſatione & conſtitutione fractæ pa-
cis publicæ accuratè obſeruanda ſunt:
16 nam pacem † publicam quis violare po
teſt, vt tamen non incurrat crimen læſæ
maieſtatis: & rurſus, violando pacem
publicam ſimul etiam crimen læſæ ma-
ieſtatis committi poteſt: vtputà, ſi aduer-
ſus Imperatorem, vel Imperium arma-
tus contumaciter quis inſurgat, vel con-
tra Imperij proſperitatem aliquid ſedi-
tioſè machinetur, Imperatori & Impe-
rio rebellando, text. in §. 1. ad reprimẽd.
in extrauag. quo caſu iura communia
obtinent, quòd pendente iudicio accu-
ſatus ſuper tali publica rebellione, ſta-
tim rerum ſuarum liberam adminiſtra-
tionem amittat, eiuſque bona fiſco affe-
cta ſint, per iura allegata. Bartol. in extra-
uag. qui ſint rebelles, in verbo, rebellis.
Gigas in tract. de crimin. lęſæ maieſtatis,
lib. 3. titul. de rebellibus. q. 1. cum ſequen.
Alexand. conſil. 13. nume. 7. volum. 6. in-
cip. conſideratis his. Adde conſtitutio-
nem fractæ pacis, ſub titul. 2. §. 2. vbi ca-
ſum illum, quando contra dominum
delictum cõmittitur, deciſioni iuris cõ-
munis relinquit, quid autem ſit iuris cõ-
munis, vide infr. lib. 2. cap. 13. Quoniã ve-
17 rò † peruerſa & damnata religio diuinæ
maieſtatis crimen eſt, ex cõmuni Cano-
niſtarũ ſentẽtia, per tex. not. in c. vergen-
tis, de hæret. & in c. cũ ſecundum, eod. tit.
in 6. glo. ordinaria ibid. in verbo, ipſo iu-
re, accuſatus de tali crimine hæreſeos,
pendente iudicio, rerum ſuarum libe-
ram adminiſtrationem quoque amittit,
18 & bona † ipſo iure in commiſſum ca-
dunt, à tempore perpetrati criminis, ita
vt ab eo tempore dominium taliũ bo-
norum in fiſcum tranſeat, & probato
delicto eius memoria poſt obitum dam
natur: nam grauiùs peccat diuinam ma-
ieſtatem, quàm humanam offendens,
text. in c. ſane, el. 2. 24. quæſt. 2. & in l. Ma-
nichæos. C. de hæretic. & Manichæis, &
in d. c. vergentis, text. in c. accuſatus, §. in
eo verò caſu, eod. titul. in 6. prolixè Gi-
gas titul. de pluribus & varijs quæſtioni-
bus, q. 15. per totam, vbi omninò vide
text. in d. c. cùm ſecundùm, & in l. apo-
ſtatarum, C. de apoſtatis. Bartol. in d. l.
ſi debitor. ff. quæ in fraud. cred. per il-
lum text. idem in l. Imperator, nume. 1.
ff. de iur. fiſc. Bald. in d. l. final. §. emptor.
num. 6. C. communia de lega. Damhau-
de. in pract. ſua crimi. cap. 61. per tot. vbi
hoc ampliſſimè proſequitur. Anthon.
Gomeſ. variat. reſolut. lib. 3. cap. 2. num.
1. Idemque in † crimine ſimoniæ, alijſ- 19
que atrocioribus delictis, & caſibus con-
ſtitutum eſt: de quibus gloſſ. in d. l. iudi-
ciorum, in verbo, ſecuta. ff. de accuſat. c.
tanta eſt, de ſimonia. c. eos. 1. q. 1. vbi ſi-
moniaci Iudæ proditori comparantur,
Dd. vbi ſup. vide infrà cap. ſeq. & ſup. cap.
14. numer. 22. Qua autem pœna filij
hæreticorum afficiantur, vide plene
Couarru. varia. reſolut. lib. 2. cap. 8. num.
3. Dd. in d. c. cum ſecundum, de hæret.
libr. 6.

CAPVT XX.

Accuſatore vel reo mortuo an pereat inſtantia in cauſis fractæ pacis.

SVMMARIA.

1 Morte Rei iudicium ſoluitur, ſiue inſtantia perit.
2 Inquiſitio formata morte Rei circumducitur.
3 Appellatione pendente, ſi Reus moriatur, crimen extinguitur.
4 Reo lite pendẽte mortuo, bona eius ad hæredes tranſeunt.
5 Inſtantia in ciuilibus ad hæredes tranſit.
6 Reo ſtatim poſt latam ſententiã mortuo, hæres intra decendium appellare debet.
7 Crimen læſæ maieſtatis morte accuſati non extinguitur.
8 Sententia contra defunctum ferri nequit.
Memoria defuncti quomodò damnanda ſit. ibid.
9 Ius accuſandi memoriam defuncti poſt quinquennium exſpirat.
10 Crimen læſæ maieſtatis ex ſecundo capite legis Iuliæ, morte extinguitur.
11 Crimen hæreſeos morte non extinguitur.

12 Simi-

12 *Similiter crimen peculatus, repetundarum, & homicidij ſuppſius.*

13 *Delicta priuata lite conteſtata ad hæredes tranſeunt.*

14 *Pœna quæ ipſo iure imponuntur ad hæredes tranſeunt, & infrà nu. 18.*

15 *In cauſis fractæ pacis inſtantia morte accuſatoris vel Rei perit.*

16 *In cauſis fractæ pacis citatio ad reaſſumendam cauſam non decernitur.*

17 *Banni pœna pecuniaria morte Rei non extinguitur.*

18 *Pœna ipſo iure impoſita quare ad hæredem tranſeant.*

19 *In cauſis fractæ pacis pœna pecuniaria ipſo iure debetur.*

20 *Inſtantia etiam lite non conteſtata, ad hæredes trãſit, quando pœna ipſo iure debetur.*

21 *Hæres de iure ciuili ex delicto defuncti non tenetur.*

22 *Fallit de iure Canonico, etiamſi nihil ad hæredem peruenerit.*

23 *In cauſis fractæ pacis inſtantia morte Rei non perit, quoad pœnam pecuniariam, & damna.*

24 *Forma pronunciandi in cauſis fractæ pacis accuſatore vel reo mortuo.*

25 *Iudex an ex officio reum Bannire poſſit, accuſatore mortuo.*

26 *Paria ſunt, concluſum eſſe, vel ſententiam eſſe latam.*

27 *Iudex, accuſatore mortuo, reum crimine non probato abſoluere poteſt.*

28 *Hæredes accuſatoris nouam accuſationem contra reum inſtituere poſſunt.*

29 *Pluribus accuſatis, vno mortuo non perit inſtantia quoad reliquos.*

30 *Actio ex conſtitutione pacis publicæ ciuilis eſt, & quanto tempore duret.*

31 *Crimina publica 20. annis præſcribuntur.*

32 *Crimina in foro conſcientiæ nullo tempore præſcribuntur.*

33 *Inquiſitionis officium 20. annis exſpirat.*

34 *Actiones ciuiles ex crimine deſcendentes ſpacio 30. annorum præſcribuntur.*

35 *Accuſatio poſt 20. annos inſtituta, Reo non opponente an procedat.*

36 *Appellatiò in criminalibus de conſuetudine Germaniæ non habet locum.*

37 *Citatio in criminalib. ſuper nullitate proceſſus in Camera obtineri poteſt.*

38 *Appellare in criminalib. quib. caſib. de iure communi non liceat, remiſſiuè.*

1 ACcuſatore, vel† reo mortuo inſtantiam de iure communi in criminalibus perire notum eſt: nemo enim alieni criminis ſucceſſor conſtituitur, ſed morte delinquentis crimina regulariter & pœna extinguuntur, Dd. legalem abolitionẽ vocant, per text. in l. aut priuatim. ff. ad S.C. Turpilia. & in l. in ſenatuſconſultum. §. ſi propter. ff. eod. titu. vbi dicitur, quòd morte Rei iudicium ſoluatur. ad idem eſt text. in l. crimen. ff. de pœnis, & in l. defuncto, ff. de publi. iudi. tex. in l. ex iudiciorũ. vbi Bart. & alij & in l. libellorum, §. fi. & in l. diui fratres, ff. de accuſ. tex. in l. 1. & in l. fi. C. ſi reus vel accuſ. mort. fue. Bald. in l. vnica, nu. 2. C. ex delict. defunct. Iul. Clarus in pract. crimin. §. fin. q. 51. nu. 12. verſi. quæro nunc. vbi communem dicit, Ang. in tract. malefi, in verb. qui dominus iudex videns & cognoſcens, verſ. Et prædicta procedunt, nu. 41. dicẽs mortem omnia delicta tollere, & contra mortuũ inquiri non poſſe, formatamq; † inquiſitionem 2
circunduci debere: huc applicari poteſt illud Plauti in Rudente.

Neque eſt   Melius morte in malis rebus.

Et illud Lucani libro 8. belli ciuilis.

Mors vltima pœna eſt.

Hinc dicimus mortem omnia ſoluere, der todt macht alle ding ledig/per tex. in §. deinceps in Authen. de nup. cum allegatis ibid. in glo. in verb. ſimiliter, tex. in l. in ſumma. §. fin. ff. de re iudic. Et iſta cõmunis opinio procedit, etiãſi † reus poſt 3
latam contra ſe ſententiam, pendente appellatione mortuus fuerit, text. in d. l. fi. C. ſi reus vel accuſ. & in l. 2. C. ſi pend. appel. mors inter. Hiero. Gigas in tract. de crimi. læſæ maieſt. lib. 1. tit. qualiter in crimine læſæ maieſtatis ꝓcedatur, quæſt. 20. nu. 1. Et ideò † defunctis Reis publico- 4
rum criminũ, ſiue ipſi per ſe ea cõmiſerunt, ſiue alijs mandauerunt, pendente accuſatione: præterquam ſi ſibi mortem conſciuerunt, bona ſucceſſoribus eorũ non denegari, notiſſimi iuris eſt. Verba ſunt Imperat. Gordiani in l. defunctis. C. ſi reus vel accuſ. mort. fuer. text. in d. l. 2. C. ſi pend. appell. mors inter. & in l. fin. C. de iur. fiſc. lib. 10. Bart. ibid. nu. 1. vbi dicitur, bona delinquentis mortui nõ pertinere ad fiſcum, niſi viuens fuerit condẽnatus. Licèt igitur in cauſis † ciuilibus 5
hæredes defuncti in inſtãtia ſuccedant, per tex. in l. is qui Romæ. ff. de iudi. Caſt. in l. tam ex cõtractibus. ff. eod. tit. tamen hoc nõ obtinet in publico criminali iudicio, nõ ſolùm de iure ciuili, ſed etiam de iure Canonico, & in hoc omnes concordant, atteſtante Iul. Claro d. q. 51. nu. 8.

 verſi.

6 verſi.alia etiam. Sed quid ſi † reus deceſ-
ſit poſt latam ſententiam intra decendi-
um,nōdum interpoſita appellatione,an
crimen morte extinctum ſit?Bart.in d.l.
ex iudiciorũ,nu.1.dicit;hæredē intra de-
cendiũ appellare,& appellationē proſe-
qui debere,aliâs ſententiã hæredes affice-
re:cùm lite conteſtata,& poſt latam ſen-
tentiam Reus defunctus ſit,per tex. in d.
l.ex iudiciorũ,quod ſequitur Ang.in trã-
cta.maleſi.in d.verſi. Et prædicta proce-
dunt,nu.44.Bal.in l.qui à latronibus.§.1.
nu.1.ff.de teſtam.tex.in l.3.C.ſi pēden.ap-
pell.mors inter.adde tex.notab.in l.ſi qs
filio,§.hi aũt.ff.de iniuſt. rup. & irri. fac.
teſtam.vide tamē Bal.in d.l.1.nu.10.C.ex
7 delict.defunct.vbi hoc limitat. Sed iſta †
iuris communis theorica fallit in qui-
buſdam caſibus. Primò,in crimine læſæ
maieſtatis:nam illud morte accuſati nō
exſpirat:imò poſt mortem delinquentis
etiam accuſatio inchoari poteſt,ad hoc,
vt crimine probato,memoria eius dam-
netur,bona ſucceſſoribus eripiantur, &
fiſco vendicētur,per tex.in l.penul.& in
l.fi.C.ad l.Iul.maieſt.& in l.fi. ff. eod. &
in §.publica aũt.Inſt.de publ.iudi.tex.in
d.l.ex iudiciorum.ff.de accuſat.glo.ibid.
in verb.maieſtatis. text.in d.l.in ſenatuſ-
conſultum.§.ſi propter.Ang in d.ver.Et
prædicta procedunt,nu.42.Bal.conſil.63.
per totũ,vol.4.incip.Si quis cōmiſit.Ro-
ma.ſing.436.incip. De crimine læſæ ma-
ieſt.& ſing.785.incip.Tu ſcis,ꝙ in multis:
Iul.Clar.d.§.fi.q.51.nume.13. verſ.ſunt ta-
men.Capit.deciſ.150.per totã.Ratio eſt,
atrocitas, & execrãda criminis indigni-
tas,iuxt.l.quiſquis.C.ad l. Iul. maieſt. &
tex.in extrauag. ad reprimendum,§.1.Et
8 † proceſſus inſtituitur non quidē contra
defunctũ,quia ſententia contra mortuũ
ferri nequit,tex.in d.l.in ſumma.§.fi. ff.
de re iudic.& in l.de qua re.§.1.ff. de iud.
ſed cōtra eius memoriam,citatis ad hoc
filijs, ſi adhuc in viuis ſunt, vel agnatis,
aut cognatis,& ſucceſſoribus, quorũ in-
tereſt ne memoria defuncti,ob aſſertum
& imputatũ crimen læſę maieſt.turpiter
damnetur, bonaque eius ignominioſè
fiſco applicētur,tex.in d.l.pen.& in d. l.
fi.& in §.interdũ.Inſt.de hæredit. quæ ab
inteſt.defer.glo.ibid.in verb. memoria.
Ange.ſimiliter,& d. verſi. Et prædicta.
Bal.d.cōſi.63.plenè Gigas d. tit. qualit.in
crim.læſæ maieſt.proced.quæſt. 20. cùm
quatuor ſequen.Roma.d.ſing.436. vbiq;
de modo procedēdi contra memoriam
defuncti.& glo.ſing.in l. Manichæos. C.
de hęretic.& Manich.in verb.ſubite,quę
præclarè ſcribit,ius † accuſandi defuncti 9
memoriam, ſpacio quinque annorum
circũſcribi,per tex.in l.2. C.de apoſtatis.
Roma.& Gigas vbi ſupr.tex.in l.2. C. de
vectigalib.& commiſſ.Bald.ibid. numė.
2.Bart.in l.commiſſa.num.4.ff. de publ.
& vectig.Antho. Gomeſius varia. reſo-
lut,libr.3.cap.14.num.5.Et hæc accipien-
da ſunt de eo,qui ex primo cap. legis Iu-
liæ criminis læſæ maieſtatis reus factus
eſt:putà qui cōtra Imperatorē vel Rom.
Imperium aliquid inſidioſè, & obſtina-
tè molitur; quia in iſtis duobus caſibus
hoc tantùm obtinet,vt eſt cōmunis opi-
nio.tex.in d. l.quiſquis.Cæterum qui ex
† alia cauſa legis Iulię maieſtatis crimen 10
committit,morte crimine liberatur,per
text.in d.l.fi.ff.ad leg.Iul.maieſt gloſſ.in
d.l. ex iudiciorum, in verbo, maieſtatis,
glo.in d.l.1.C.ex delict.defunct.in verb.
ſcelere,in fin.Gigas loco citato, quęſtio.
24.nu.1.cũ ſeq.Deci.pulchrè conſil.410.
nu.26.incip.In cauſa mota.Bald.d.conſ.
63.vol.4.Alex.conſ.13.nu.6.incip.Conſi-
deratis his. Gabriel Saray. in addi. ad
Rom.d ſing.436. Secundò fallit in † cri- 11
mine læſæ maieſtatis diuinæ, putà hære-
ſeos,nam grauiùs peccat qui diuinam, ꝙ
qui humanam offendit maieſtatem,tex.
in c.ſanè profertur, 24. q.2. c. accuſatus.
§ in eo verò,de hæretic.lib.6.gloſſ. in d.l.
Manichæos.& in d.l.ex iudiciorũ.& glo.
in d.l.vnica.C. ex delict. defunct. Gigas
loco allegato,quæſt.21.nu.6. Iulius Clar.
d.§.fin.quæſt.51. numer. 13. Tertiò fallit
in alijs † quoque criminibus, in gloſſ. 12
iàm allega. enumeratis, & per Dd. vbi
ſup.videlicet in crimine repetundarum,
peculatus, homicidij ſui ipſius ob cōſci-
entiã perpetrati ſceleris:nam huiuſmo-
di crimina etiã morte nō extinguuntur,
ſed aduerſus hæredes quoque exercen-
tur,text. in l.2.ff.ad l.Iuli.repet.& in l.fi.
ff.ad l.Iul.pecu.tex.in d.l.ex.iudiciorum,
glo.ibid.q̃ plures caſus enumerat. Quar-
tò fallit,quòad † delicta nō publica, quia 13
lite cōteſtata cum defuncto, ad hęredes
tranſeunt,vt notat Ang. in d.tracta. ma-
leſi. in verb.qui dominus iudex videns,
verſ.

verſ.& prædicta, nu.42.tex.in l.1.ff.de pri
uat.delict.Bar.ibid.nu.1.dicens, quando
delictũ venit purgandũ per actionẽ de-
ſcendentẽ ex contractu, quòd tunc tran-
ſeat contra hęredẽ,tex.in l. ex cõtractib.
ff.de acti.& oblig.&in l.ex depoſiti.ff.eo.
tit.tex.in l.ſi hominẽ.§. datur. ff. depoſi.
Bal.latè in d.l.vnica.C.ex delict.defunct.
14 Quintò † fallit in pœnis quę ipſo iure im
ponuntur,nam illæ contra hæredes trã-
ſeunt,tex.in d.l.commiſſa, ff.de public.
& vectig.cum alijs iurib. infrà allegatis.
Iſtis vtiliter præmiſſis, & ſeruata regula
iuris communis,crimina omnia morte
15 extingui, conſequens eſt, In † cauſis, fra-
ctæ pacis, inſtantiam morte accuſato-
ris, vel Rei perire, quóad pœnam Ban-
ni, & bonorum amiſſionem,nam accu
ſationem ex conſtitutione pacis publi-
cę criminalem &publicam eſſe, ſæpè di-
ctum,& dubium non eſt:idq́ue accipien
dum de ea accuſatione,quæ ſuper crimi
ne læſæ maieſtatis nõ fundatur,nam in
eo crimine ius cõmune non obtinet, ſi-
cut ſupr.cap.prox.dictum eſt. Hinc eſt,
16 quòd in † cauſis fractæ pacis,in Camera
Imperiali,citatio ad reaſſumendam cau
ſam contra hæredes,ſtatim,& iudice ad-
huc pro tribunali ſedente non decerna-
tur, quod in ciuilibus cauſis ex tempore
iudex facere cõſueuit: Ratio eſt,q̃a mor-
te partis inſtantia perijt, per allegata iu-
ra. Ergóne accuſator in cauſis fractæ pa-
cis, Reo,lite pẽdente mortuo, oleum &
operam perdit,& iniquè, maloq́; exem-
plo damnũ datũ nõ recuperat? Minimè,
17 quia licèt † inſtãtia morte Rei,quóad pœ
nam Bãni extincta ſit,poteſt tamen nihi
lominus ad pœnam Banni pecuniariã,
putà 2000.marcarũ auri puri:itẽ damna
& expenſas cõtra hęredes agere,vti vide-
re eſt in conſtitutione Diui Imper. Ca-
roli V.rubrica,Das die inſtãtz der Landt-
fridtbruchigen beſchädigung vñ entſetzung
auff des beklagten Erben fallen ſoll/ idq́ue
in Camera cõmuniter receptũ eſt, per a-
liam regulã,& communem Dd.conclu-
18 ſionem,quòd † pœna quoq; hæredẽ affi-
cit,quãdo illa ipſo iure imponitur. text.
In d.l.commiſſa.ff.de publica. & vectig.
&in l.1.§.an bona.ff.de iur.fiſ.tex.in l.Im
perator,cũ glo.vnic.ibid.ff.eod.tit.gloſſ.
ſing.in l.3.§.quod aũt, in verb. hæredi. ff.
quod quiſ.iur.Iaſ.ibid.nu.2.Bart. præcla
rè in d.l.ex iudiciorum,nu.2. Boſſius tit.
de pœnis.nu.34.Iul. Clar.d. quæſt.51. nu.
14.verſi.ſcias etiam,vbi communem di-
cit.Ratio,quia tunc non agitur ad impo
ſitionem pœnæ,ſed ad pœnã à iure im-
poſitã exigendã,& ideo meritò ad hære-
dẽ trãſit,etiamſi nihil ad eum peruenit,
Vaſquius illuſtrium contro. libr.3. cap.
96.nu.22.communem dicit, vbi pleniùs
vide,Dd.vbi ſuprà.Sed † pœna pecunia- 19
ria, quæ ex conſtitutione violatæ pacis
publicæ delinquenti imponitur, princi-
paliter debetur,& ipſo iure conſtitutio-
ni pacis publicæ ineſt, vti perſpicuum ex
ipſa conſtitutione,tit.3.ibi,vnnd darzu ei-
ner peen/nemblig 2000. marck feins gol-
des. Item ex Ordinatione Cameræ, part.
2.titu.9.§.2.ergo inſtantia morte Rei vel
accuſatoris, quóad iſtam pœnam pecu-
niariam,non finitur,per tex.in d.l.fi.C.ſi
reus vel accuſ. mor.fue.Dd. vbi ſupr. nã
quod commiſſum eſt ipſo iure , ſtatim
deſinit eius eſſe, qui crimen commiſit,
tex.in d.l.commiſſa: idq́; procedit etiãſi
partes ante litis conteſtationem mori-
antur:quia in † caſibus in quibus pœna 20
ipſo iure infertur, inſtantia ad hæredes,
etiam abſq; litis conteſtatione tranſit,vt
expreſsè voluit Barto. in d. l. ex iudicio-
rum,num.2.per tex.in d.l.3.§. quòd autẽ,
ff.quod quiſ.iur.gloſ.ibid.in verb.etiam
hæredi.Alexan.ſimiliter,num.1.& 2.Iul.
Clar.d.quæſt.51.nu.16. verſ. vlteriùs quæ-
ro.Duennas regula 13.nume.12. idq́; om-
nium maximè in reo, litem ad extrahen
dam cauſam non conteſtante, obtinet,
per tex.in l.ſi eum §.qui iniuriarum. ff. ſi
quis caut.Iaſ.ibid nu.1.Bald.in d. l. vnic.
nu.12.cum ſeq. Et quãuis † iure ciuili re- 21
gulariter hęres ex delicto defuncti nõ te-
neatur,tex.in d.l.1.ff.de priua.delict.&in
l.pupillum,§.in hæredem,ff.de regu.iur.
tex.in §.non autem , Inſtit. de perper. &
tempo.actio. niſi quatenus ad eũ perue-
nerit,tex.nota.in d.l.ſi hominẽ,§.datur,
ff.depoſi.glo.magna & ſingularis in d.l.
pupillum,§.in hæredem, quæ hoc decla-
rat.aut ſi lis cum defuncto conteſtata ſit,
tex.in d.l.ex iudiciorũ.§.non oẽs, & in §.
pœnales,Inſt.de perpe.& tẽpo.act.tex.in
d.l.vnica.C.ex delict.defunct.glo.ibid.in
verb.ſcelere,& in l.nemo facere,ff.de re-
gu.iur.tamẽ ſecùs † eſt de iure Canonico 22
quia hæres tenetur indiſtinctè, etiãſi ni-

 hil ad

hil ad eum peruenerit, neque lis conte-
ſtata ſit: ſed non vltra vires hæreditari-
as, etſi inuentarium confectum non ſit:
nam neminem ignorantia criminis ex-
cuſat à reſtitutione bonorum iniquè ab-
latorum: quapropter ſi ex rapina patris
filius locupletior factus ſit, tenetur malè
acquiſita poſt mortem patris reſtituere,
non obſtante ſua ignorantia, quòd ſcili-
cet patet ex prædis, rapinis, & concuſſio-
nibus huiuſmodi bona acquiſiuerit, per
tex. not. in c. ſi epiſcopum, 16. q. 6. glo. ibid.
in verb. reddātur, tex. in c. in literis, de ra-
ptorib. & in c. fi. de ſepult. gl. notab. ibid.
in verb. ſed eius hæredes. Panor. ibid. nu.
6. cum ſeq. & glo. in c. epiſcopus, in verb.
ab hæredib. 12. q. 2. Iaſ. in l. ſi eum, §. qui
iniuriarum, nu. 5. ff. ſi quis caut. vbi dicit
pro ratione, quòd hæres teneatur purga-
re conſcientiam defuncti, d. c. in literis.
Bart. in d. l. 1. numer. 6. ff. de priuat. delict.
Iul. Clar. d. quæſt. 51. num. 16. vbi commu-
nem dicit, præclarè & latè Duennas d.
regu. 13. num. 12. vbi omninò vide. Boſſi-
us de pœnis, num. 34. Didac. reſolu. lib. 3.
cap. 3. nu. 8. Firma igitur cōcluſio eſt, ꝙ in
23 † cauſis fractæ pacis, reo ante Banni ſen-
tentiam declaratoriam, vel ante litis cō-
teſtationem mortuo, inſtantia, quóad
pœnam capitalem Banni pereat: quod
verò ad pœnam pecuniariam bis mille
marcarum auri attinet, inſtantia nō pe-
reat, per iura ſuprà allegata, quo fit, vt
hæredes defuncti accuſatoris, cauſam
cœptam, ratione pœnæ pecuniariæ, nec
non damnorum, & expenſarum, proſe-
24 qui & continuare poſſint. Forma † pro-
nunciandi talis eſt.

In ſachen M. Cleger/wider N. beelag-
ten fractæ pacis, iſt erkhendt/ das die In-
ſtanz durch abſterben N. ſouil die Acht be-
lãgt gefallē ſey/aber ſouil die gelt peen/vnd
beſchedigung betrifft/ſeynd M. Erbē/ fur-
gewēdter einredē vnuerhindert/darauff in
recht zuuolfahren hienit gelaſſen. Latinè.

In cauſa fractæ pacis M. actoris, con-
tra N. reum, decernimus, inſtantiā mor-
te N. quóad Bannum perijſſe: quo verò
ad pœnam pecuniariam & damna, hæ-
redes M. exceptionibus non obſtātibus,
ad vlteriorem proceſſum admittimus.
Ita pronunciatū in cauſa Windolt/con-
tra Saltzen 26. Septembr. anno 58. & in
cauſa Nicolai Roſtockh cōtra Achin Roſ-
ſelbaden 15. Nouemb. anno 64. & in alijs
multis præiudicijs. Alia forma eſt, præ-
miſſis præmittendis. Iſt erkhendt das
durch todtlichen abgang N. die Inſtanz ſo
vil die acht belangt gefallen ſey/ aber das
die partheien/ ſouil die gelt peen vnnd be-
ſchedigung betrifft/ an dieſem Kayſerli-
chen Cammergericht wie ſich vermög der
Ordnung gepürt/ volnfaren ſollen. Hoc
eſt: Decernimus inſtantiam morte N.
quóad Bannum perijſſe: quod verò ad
pœnam pecuniariam & damna attinet,
partes in Camera Imperiali vigore Or-
dinationis procedere debere. Ita in mul-
tis cauſis quoq; pronunciatum. Memo-
ria porrò tenendum, quòd licèt in † cau- 25
ſis fractæ pacis morte accuſatoris inſtan-
tia pereat quóad Bannum, tamen ſi deli-
ctum ſufficienter pleneq; probatum fo-
ret, accuſatore poſt publicationem teſti-
um, vel concluſionē cauſæ mortuo, po-
teſt iudex reum conuentū ex officio in
Bannum declarare, per text. in l. accuſa-
tore, in prin. ff. de publ. iud. ſecundū vnū
intellectū, vt notat Bart. ibid. nu. 1. idem
pleniùs in d. l. libellorum. §. fin. nu. 5. cum
ſeq. ff. de accuſat. vbi pulchra apoſtilla.
Iul. Clar. d. q. 51. num. 9. & nu. 11. verſic. pa-
riter, & verſ. ſed quid ſi, vbi communem
dicit. Boſſ. titul. de inquiſitione, num. 89.
Ang. in tracta. criminali, in verbis, com-
paruerunt dicti inquiſiti, & negauerunt
totū, verſ. quæro an poſt publicationem,
nu. 19. vtrobiq; dicunt ita ſeruari in pra-
ctica: idque maximè de iure Canonico
procedit, per tex. in c. 1. & in c. 2. de colluſ.
deteg. vbi dicitur, quòd accuſatore deſi-
ſtente ab accuſatione, iudex ex officio de
crimine inquirere poſſit. Areti. in c. licèt
num. 27. de accuſ. Imol. in l. inter accuſa-
torem. ff. de publ. iudic. & eſt ratio, tum,
ne crimina maneant impunita, vulga. l.
ita vulneratus, §. quod ſi quis, ff. ad l. A-
quil. & in l. ſi operis, C. de pœnis. cum
etiam, quia quod ad partes attinet, pa-
ria † ſunt concluſum in cauſa, vel ſen- 26
tentiam eſſe latam, tex. in c. paſtoralis,
de cauſ. poſſ. & prop. & in l. ſi rem. §. fi. ff.
de euict. Felin. in c. cùm te, à B. num. 7. de
ſent. & re iudi. Et ita in Camera in cauſa
Philippi Comitis ab Hanaw/ contra Io-
hannem Brimbach obſeruatū fuit. Pari
ratione, † accuſatore poſt publicationē 27
teſtium, vel cōcluſionem in cauſa mor-

tuo,crimine non probato, iudex Reum
abſoluere poteſt , ſicut in alia quadam
cauſa factum fuit. Sed & illud obſeruan-
28 dum, quòd licèt in † cauſis fractæ pacis,
morte Rei,vel accuſatoris exſpiret inſtã-
tia quóad pœnam Banni corporalem ,
vt ſuprà dixi : illud tamen ita accipien-
dum eſt,vt procedat,ſi hęredes accuſato-
ris ex eadem inſtãtia,quam accuſator in-
cepit , agere velint:ſecùs eſt ſi nouam ac-
cuſationem inchoare velint,quia hoc fa
cere poſſunt, cùm cuilibet illud permiſ-
ſum ſit,tex.in l.ſi quis repetere. ff. ad S C.
Turpilia.&in c.prohibẽtur.§.ab alio.2.q.
1.Bart.in d.l.libellorum,§.fi.nu 6.text.in
d.l.accuſatore.ff.de public.iudic. & in §.
1.Inſtit.eod.titul.Iul.Clar.d.q.51. verſicu.
quinimò,vbi communem dicit.Crimen
enim fractæ pacis,publicum eſt,cuius ex-
ecutio cuiuis ex populo datur, per tex.in
d.§.1.Inſtit.de publ.iudic. & in l.1.ff. eod.
tit.Bar. & alij ibid.tex.in l.3.§.fi.ff.de præ-
uaricato[illegible] ex.in l.quod ſenatuſconſul-
tum.ff.de [illegible]iurijs. Vnde in ſentẽtia Ban-
ni, omnium offenſioni Bannitus expò-
nitur,bonaque omnibus diripienda per-
mittuntur, ſicut ex ipſa denunciationis
formula videre eſt infrà, libr.2.cap. 6. id-
que omnium maximè in coniunctis per-
ſonis obtinet, qui ſuam ſuorumque iniu
riam rectè proſequi poſſunt. Dd.in l.1.§.
fi.cum l.ſequ.ff. de iniurijs. & in l.ſi fini-
ta.§.ſi de vectigalibus.ff.de damn.infect.
Et ſic obſeruandum, quòd accuſatio ex
conſtitutione fractę pacis publicæ, popu-
29 laris ſit. Præterea obſeruandum, quòd †
pluribus de eodem crimine fractæ pacis
vno eodemque libello accuſatis, ſi vnus
eorum pendente accuſatione vita fun-
ctus ſit, inſtantia quóad reliquos ſuper-
ſtites nihilominus duret, per tex.in d.l.1.
C.ſi reus vel accuſ.mor.fuer. Poſtremò
30 obſeruandum, actionem † ex conſtituti-
one pacis publicæ, non prætoriam, ſed
31 ciuilem eſſe, & ideò ſpacio † 20. annorũ
tolli,ſicut ferè omnia alia crimina pub-
lica, text. in l.querela. C. ad l. Cornel. de
falſ. Boſſius tit. quomodò procedatur ꝑ
actio.in delict.nu.17.Boẽr.deciſ.26.nu. 7.
cum ſequen.incip.Cùm hæc quæſtio,vbi
dicit illud procedere non ſolùm de iure
ciuili, ſed etiam Canonico, & probatur
per tex.ſing.in l.2.& in l.3.ff.de requi.reis.
vbi tex.inquit, quancunque quæſtionem
apud fiſcum 20. annorum ſilentiò præ-
ſcribi,diui principes voluerunt.Iul.Clar.
d.quæſt.51.in prin.Panor.in c. cùm habe-
ret,nu. 4. de eo qui duxit in matrim. vbi
dicit ita Dd.communiter tenere, ipſe au
tem diſtinguit inter pœnam ciuilem, ſi-
ne temporalem : & inter pœnam diui-
nam, vt primo caſu præſcriptio locum
habeat: altero verò caſu ſecùs ſit: nam
quóad † Deum,& conſcientiam, diutur- 32
nitas temporis aggrauat magis peccatũ,
quia non pœnitendo,delinquens iudici-
um diuinum,& præceptum eccleſię con-
tempſiſſe videtur,per tex.in d.c. cùm ha-
beret,& in c.omnis, de pœnit.& remiſſ.
Vndè concludit Panorm. de iure Cano-
nico non currere pręſcriptionem in pec-
catis, quò minus, ſaltem in foro animæ
imponatur pœnitentia pro delicto, per
allegata ibidem. Crimina igitur publica
ex communi Dd.opinione,ſpacio vigin
ti annorum , à die commiſſi criminis
præſcribuntur,ita vt accuſatio extingua-
tur:idque procedit etiam † in inquiſitio- 33
ne:nam inquiſitio loco accuſationis ſuc
cedit,tex.in c.qualiter & quandò,el. 2. de
accuſat. ſublata igitur accuſatione, ipſa
inquiſitio quoque corruit, per vulgaria.
Et licèt gloſ. in d.l.querela,in verbo,que-
rela, velit inquiſitionis officium 30. an-
nis durare,tamen illa gloſſ.communiter
reprobatur, vt atteſtantur Boſſ. vbi ſupr.
num.17.Iul.Clar.d.quæſt.51.verſic.& hæc
quidem Iaſ. in l. 1. num.8.in fin.ff. de iu-
riſd.omn.iudic.Iafred.deciſi. 486. Bart.
Salic.Raph.Cuman. & alij, in d.l. quere-
la.C.ad l.Corn.de falſ.Boſſ.titul.de accu-
ſatione,nu.32.vbi communem dicit,An-
char.conſ.190.nu.2.incip. Plura contra
proceſſum. Viuius libr.commun. opin.
in verbo, accuſatio falſi.Iſta communis
opinio non procedit in † actionibus ci- 34
uilibus quæ ex crimine deſcendunt: nam
illæ vſq; ad 30.annos durant, Iul. Clarus
d.q.51.verſ.& hæc quidem, in fine.Dd.in
d.l.querela. & ibid. gloſſ. magna. quam
omninò vide. Dictum eſt paulò antè,† 35
accuſationem ex cõſtitutione pacis pub-
licæ ciuilem eſſe,& ideò ſpacio 20.anno-
rum tolli. Quid ergò ſi poſt lapſum 20.
annorum quis ſuper conſtitutione pacis
publicæ citationem in Camera obtine-
at, & reproducta citatione, aduerſarius
citatus compareat, & non opponat ex-

 ceptio-

ceptionem præſcriptionis, an iudicium
procedat? Puto procedere, quia iudex
non debet ſupplere in criminalibus, &
temporis præſcriptio crimen non extin-
guit, text. in dict. c. cùm haberet, circa fi-
nem, & per notata Guid. deciſi. 221. in-
cip. item dicta die. Quò pertinet, quòd
multa non allegata ſubſiſtunt, quæ alle-
gata corruerent, prout multis exemplis
declaraui in Obſeruationibus, libr. 2.
Obſeruation. 46. per allegata ibidem. &
per Guido. d. deciſi. 221. per totam, vbi
etiam multa exempla ponit. Poſtremò
& pro Coronide obſeruandum, quòd li-
36 cèt † de iure communi in criminalibus
appellare liceat, per text. in l. addictos. C.
de appellat, & in l. 2. C. ſi pend. appell.
mors interue. tex. in l. 1. C. de appella. tex.
in l. Panthonius. §. Rei perduellionis, ff.
de acquirend. hæred. gloſſ. ibid. in verbo,
ſuſpenſa, text. notab. in l. ſi quis filio, §. hi
autem omnes, ff. de iniuſt. rupt. & irrit.
fac. teſtamen. & in l. qui à latronibus, §.
final. ff. de teſtamen. Antho. Gomeſ. va-
riarum reſolution. libr. 3. cap. 13. nume. 31.
vbi communem dicit, Iulius Clarus in
practic. crimin. §. final. quæſt. 94. tamen
hoc ex conſuetudine quadam generali
in Imperio non obſeruatur, ſed poſt la-
tam ſententiam condemnatoriam ſta-
tim pro arbitrio iudicis, remota omni
appellatione, fit executio, vt habetur in
Conſtitutione Imperij Auguſtæ, Anno
1530. promulgata. §. item Als ißt etlich
ʒeit/ & in Ordinatione Cameræ Impe-
rialis parte 2. titul. 28. §. 5. Super † nullita- 37
te tamen proceſſus, citatio in criminali-
bus contra iudicem criminalem, in Ca-
mera obtineri poteſt, per text. Ordinat.
in d. §. 5. & vide Obſeruation. libr. 1. Ob-
ſeruat. 1. in 19. fallen. quinimò etiam de
iure communi non ſemper appellatio-
nes in criminalibus admittuntur, per
text. notab. in l. 2. C. quorum appell. non
recip. gloſſ. prima ibid. vide † enumera- 38
tionem caſuum in quibus non admitti-
tur appellatio in criminalibus apud Go-
meſium d. cap. 13. & Iulium Clarum d.
quæſt. 94. num. 1.

LIBRI PRIMI FINIS.

DE PACE PVBLICA ET EIVS VIOLATORIBVS, ATQVE PROſCRIPTIS SIVE BANNITIS IMPERII, LIBER SECVNDVS,

Tertia editio ex poſtrema Authoris recognitione locupletior & correctior.

CAPVT PRIMVM.

De origine Banni, & eius definitione.

SVMMARIA.

1 *Banni vocabulum non Latinum, ſed barbarum eſt.*
2 *Banni vocabulum vnde deriuatum ſit.*
3 *Heribannum quid ſit.*
4 *Bannum pro mulcta accipitur.*
5 *Homicidium non ſponte commiſſum, quomodò apud Græcos punitum.*
6 *Draconis leges Romani mitigârunt.*
7 *Aqua & ignis ſunt duo elementa humano generi omninò neceſſaria.*
8 *Nuptiarum fœdera antiquitùs igne & aqua ſanciebantur.*
9 *Apud Romanos octo pœnarum genera fuerunt.*
10 *Sacri homines qui antiquitùs dicebantur.*
11 *Sacrificijs interdicti, impiorum numero habentur.*
12 *Viam publicam Germanis* Baan *appellari.*
13 *Via publica inter regalia computatur.*
14 Baan *&* Blutbann *Germanicè quid ſit.*
Argumentum ab etymologia vocabuli quandò validum ſit, ibid.
15 *Nominum diſputatio pertinacibus relinquenda.*
16 *Banni in libris Pandectarum non fit mentio, ſed in Codice & feudis.*
Bannum quo ſenſu iure Canonico accipitur, ibid.
17 *Deportatio in locum aquæ & ignis interdictionis ſucceſſit.*
18 *Deportati pro mortuis habentur.*
19 *Banniti noſtri temporis an æquiparentur deportatis.*
20 *Bannum Imperiale quid ſit.*
21 *Banniti Imperiales quid amittant.*
22 *Hoſtium genera duo ſunt.*
23 *Banniti Imperiales omnia iura & obligationes amittunt.*
24 *Banniti Imperiales an deportatis comparentur.*
25 *Romana ciuitas eſt communis patria totius orbis.*
26 *Banniti an æquiparentur excommunicatis.*
Excommunicatio vnde originem ſumpſiſſe videatur, ibid.
27 *Cæſar ſolus Banni pœnam imponere poteſt.*
28 *Cameræ Imperialis iudicium quandò inſtitutum.*
29 *Prima ſententia Banni quandò in Camera lata.*

BAnnum † non La- 1
tinum, ſed barba-
rum vocabulum
eſſe certum eſt: La-
tinè verò Bannum
proſcriptio eſt, &
Banniti proſcripti
dicuntur, authore
Budæo. De etymo-
logia & origine Banni variæ extant opi-
niones, Albericus in dictionario ſuo, &
Nellus in tractatu de Bannitis, in prima
parte ſecundi temporis, quæſtion. 3. & qui
eos ſequuntur, exiſtimant Banni † vo- 2
cabulum à Banderia, ſiue à Vandelico
verbo Banner, quod vexillum etiam Ger-
manicè ſignificat deriuatum eſſe. Van-
deli enim ſerijs actionibus & rebus vexil-
li cæremoniam adhibere conſueuerunt,
ſed Cuiacius, antiquitatis inſignis inda-
gator, in Commentarijs ſuis de feudis,
in præfatione ſcribit, antiquitùs Ban-
num fuiſſe generale nomen, quo ſignifi-
cabatur edictum, ſiue citatio, † Herlban- 3
num ſpeciale nomen, nempe citatio ad
delectum: nam vaſalli ſolent citari, vt
ad comitatum equis & armis inſtructi
venirent: vtroq; nomine † ſignificari e- 4
tiam pœnam, edicto non obtemperan-
tis. Vaſallorum, inquit, conditio hæc
eſt, vt cùm delectus edicitur, in militiam
eant, vel vicarium mittant, vel certum
cenſum domini ærario inferant, quod
heribannum ſeu haribannum dicitur, à
Germanorum antiqua voce heer / qua
ſignificatur exercitus, idque ex legibus
Lombardorum, alijsque antiquis ſcri-
ptoribus comprobat. In Conſtitutione
Frede-

Frederici Imperatoris, ſub titul. de ſtatu-
tis & conſuetudinibus cõtra libertatem
Eccleſiæ editis, in vſibus feudo. in princ.
fit mentio de Banno mille marcarum.
Itali eos qui ob delictum in exilium mit-
tuntur, Bannitos vocant. Alciat. libr. 2.
Paterg. cap. 2. Bannum ab antiqua aliqua
& recondita hiſtoria originem ſumpſiſ-
5 ſe exiſtimat: ſiquidem † apud Græcos qui
homicidium non ſponte commiſiſſet,
is amiſſis bonis, patria per annum exu-
labat, donec à tali crimine expiatus, de-
inde reuerteretur, id exilium pro banno
habitum: vel bannitos dictos à tuba,
quam barbaro ſermone conſtat ban-
num dici, vnde Bannophorum, ſignife-
rum à Romanis vulgò appellatum, Pro-
copius libr. 4. Perſici belli author eſt. Ita
Alciatus loco citato. Alij originem ban-
ni hac ratione antiquiſſimam eſſe autu-
mant, quia ab inſtituto Romanorum
6 originem traxiſſe videatur. Nam cùm †
Draconis lex ſanguine ſcripta eſſet, Ro-
mani ſimilitudine quadam eam imita-
ti, igni & aqua rebellibus interdicere ſo-
lebant, quòd ijs nihil eſſet reliquum, qui-
bus hæc elementa denegarentur: quod
authoritate Lactantij libro 2. Inſtitut. di-
uina. cap. 10. confirmatur. Exulibus, in-
quit, aqua & igni interdici ſolebat: ad-
huc enim videbatur nefas, quamuis ma-
los tamen homines, ſupplicio capitis af-
ficere: interdicto igitur earum rerum v-
ſu, quibus vita conſtat hominum, perin-
dè habebatur, ac ſi eſſet, qui eã ſententi-
am acceperat, morte mulctatus: adeò iſta
7 † elementa prima ſunt habita, vt nec or-
tum hominis, nec ſine his vitam credi-
derint poſſe conſtare. Horum alterum
nobis cõmune eſt cum cęteris animan-
tibus, alterum ſoli homini datum: nos
enim quoniam cœleſte atque immorta-
le animal ſumus, igne vtimur, qui no-
bis in argumentum immortalitatis da-
tus eſt: quoniam ignis è cœlo eſt, cuius
natura quoniam mobilis eſt, & ſurſum
nititur, vitæ continet rationem. Hacte-
8 nus ille. Olim † quoque nuptiarum fœ-
dera igni & aqua ſanciebantur, vt præ-
clarè ſcribit idem Lactant. loco citato,
vbi omninò vide, item Scæuolam in l.
penult. §. virgini. ff. de donat. inter vir. &
vxor. ibi, die nuptiarum priuſquàm ad
eum tranſiret, & priuſquam aqua & ignis
acciperetur, id eſt, nuptię celebrarentur,
erat id omen futuræ generationis, vt Plu-
tarchus ait. Et Frãciſcus Patricius lib. 3 de
inſtitutione Reip. ſcribit † apud Roma- 9
nos octo pœnarum genera fuiſſe, dam-
num videlicet, exilium, vincula, verbera,
talio, ignominia, ſeruitus, & mors: Raro
tamen morte animaduertere conſueue-
runt Romani, pręterquàm in parricidas,
homicidas, & perduelliones. Innocen. in
c. qualiter & quandò, el. 2. num. 6. & ibid.
Felin. nu. 23. de accuſatio. referunt de iu-
re ciuili ſeptem eſſe genera pœnarum:
tria capitalia, quatuor non capitalia, de
quibus in l. capitalium. ff. de pœnis. & in
l. aut damnum, cum ſequen. ff. eod. titul.
Bald. in l. data opera. num. 2. C. qui accuſ.
non poſſ. Zaſius in Apologia Eckij, in
princip. Bannitos vocat, quorum capita
decreto Imperij Romani ex delicto ſeu
contumacia ſacra fiunt, nam † antiqui 10
homines execrandos & deteſtandos ſa-
cros vocabant, qui ob maleficium iudi-
cati eſſent, & quibus ſacris interdiceba-
tur, ſicut prolixè explicat Budæus in an-
not. Pandect. ad l. 2. ff. de pœnis. Et legib.
12. tab. patronus clienti fraudem faciens,
ſacer erat. Plautus in Bacchide:

Men' criminatus eſt? optimè eſt, ego ſum malus,
Ego ſum ſacer, ſceleſtus.

Horat. lib. 2. ſerm. Saty. 3.

Prætereà ne vos titillet gloria iure
Iurando obſtringam ambo, vter ædilis fuerit, vel
Veſtrûm prætor, is inteſtabilis & ſacer eſto.

Hoc præclarè oſtendit Iulius † Cæſar lib. 11
7. Commentariorum. Si quis, inquit, pri-
uatus, aut publicus eorum decreto non
ſtetit, ſacrificijs interdicunt: hæc pœna a-
pud eos eſt grauiſſima, quibus ita eſt in-
terdictum, ij numero impiorum ac ſce-
leratorum habentur, ab ijs omnes diſce-
dunt, aditum ſermonemque defugiunt,
ne quid ex contagione incommodi ac-
cipiant, neque ijs petentibus ius redditur,
neque locus vllus (Budæus honos vllus
legit) communicatur. Ex iſtis perſpicu-
um eſt, Banni vſum eſſe antiquiſſimum,
etſi vocabuli etymologia vera reddi
non poſſit. Quanquàm, quod ad † Ger- 12
manos attinet, Bannum deriuari poſſet à
vocabulo Germanico Baan / quod vi-
am publicam ſiue territorium ſignificat:
quòd Banniti amittant Bannum Impe-
rij, hoc eſt, territorium, ſiue viam publicã
& regi-

& regiam, id eſt, libertatem, & rerum
communium æqualem omnibus conceſſum vſum, daß ſie des heiligen Reichs
Baan vnd ſtraſſen nit geprauchen durffen/
hoc eſt, quòd territorio, & via publica
Imperij, quæ omnibus communis eſſe
debet, vti nequeant, quia proſcriptorum
loco habentur, & ab omnibus impunè
offendi poſſunt. Nam vniuerſæ ditiones
per ſacrum Imperium ab Imperatore
dependent, partim mediatè, partim im-
13 mediatè, viamque † publicam de regali-
bus eſſe conſtat, per tex. in c.1. quæ ſint re-
galia, in vſib. feudo. Et ideò cùm iuriſdi-
ctio Cæſaris per totum Imperium vni-
uerſalis ſit, text. in l. deprecatio, ff. ad l.
Rhod. de iact. & in l. benè à Zenone. C.
de quadrien. præſcrip. cum ſimilib. vt ple-
niùs notaui ſup. lib.1. cap.6. & cap.11. vbi-
que locorum ſecuritatem viæ publicæ,
commerciorum, & commeandi amittit
Bannitus, cùm aliàs via publica commu-
nis omnium ſit, vnde illud, Plautinum
ex Curculione in prouerbium abijt, etſi
alio ſenſu id ibi accipiatur,

Nemo quenquam ire prohibet publica via.

Vt admonet Eraſ. in Chiliadibus, quo ſi-
gnificatur, rerum communium æqua-
lem omnibus vſum eſſe: vide Lexicon
Spig. in verbo, via publica, & Dd. in l.1. ff.
14 de via publia. Sed nec † illud prætermit-
tam, quod apud Germanos, Ban/ vulga-
riter iudicium, Blutban/ ſanguinis, ſiue
criminale iudicium ſignificet, vnde ſan-
guinis, ſiue criminali iudicio condem-
natus, etiã Bannitus non ineptè dici poſ-
ſet: validum autem in iure argumentum
ab etymologia, vel alluſione vocabuli
eſſe, notum eſt, Bar. in l.2. §. appellata. nu.
3. ff. ſi cer. pet. per illum tex. & tex. in l.1. §.
3. ff. de tutel. text. in l. pupillus, §. territo-
rium, & in l. tabernę, cum leg. ſequ. ff. de
verb. ſignif. late Bar. in l.1. nu.3. ff. de acq.
poſſ. Iaſ. ibid. nu.15. quod tamen non pro-
cedit, quandò etymologia repugnat de-
finitioni, vt declarant Bart. & Iaſ. in d. l.
1. ff. de acq. poſſ. Bal. in l.1. nu.4. C. de her.
inſtit. dicit, quod Bannitio, dicitur quaſi
ictio, ſiue eiectio à bono publico. Sed de
his ſatis, nemoq; mihi vitio vertat, quòd
in rẽ fortè ludicrã, tam ſolicitè inquirã,
& licèt vera vocabuli ratio reddi neque-
at, tamen res ipſa vbiq; terrarũ, maximè
in Imperio Romano notiſſima eſt, pro-
indè de vocabuli ratione anxiè diſputan-
dum non eſt. Et aliàs † diſputatio nomi- 15
num pertinacibus relinquenda eſt, quan-
dò enim de ſenſu conſtat, vana nomi-
num vocabula curanda non ſunt. tex. in
l.2. §. ſed vt ſubtilitati. C. de conſtit. pecu.
tex. in l. cùm de laneonis, §. aſinam, ff. de
fund. inſtruct. & in l. Labeo. §. ſed de his,
ff. de ſuppell. leg. & in l.3. §. conditio ff. de
adim. vel transfe. leg. vbi dicitur, melius
eſſe ſenſum magis, quàm verba ample-
cti. & plerũq; dum proprietas verborum
attenditur, ſenſus veritatis amittitur, ita
tex. in c. propterea, de verb. ſignif. gloſſ.
notab. ibid. in verbo, proprietas. Banni
in † antiquis legibus, ſiue in † libris Pan- 16
dect. nulla fit mentio, quia, vt initio di-
xi, barbara, non Latina dictio eſt. In Co-
dice verò de banno Imperiali, vide Au-
thent. item nulla. C. de epiſcop. & cler. &
Authen. item quæcunque. C. eod. tit. Au-
then. Gazaros. C. de hæretic & Maniche.
item in libris feud. tit. hic finitur lex. §.1.
& titul. de ſtatutis & conſuetud. contra.
lib. eccle. editis. §. nos Fredericus. Cano-
nes quoque Banni mentionem faciunt,
in c. fœlicis, de pœnis, in 6. Sed etiam eo
iure Banna vocantur trinæ futuri matri-
monij denunciationes, quæ in Eccleſijs
ex ſuggeſtu eduntur, & ſine quibus ma-
trimonia clandeſtina dicuntur, tex. in c.
cùm in tua, de ſponſalib. text. in c final.
qui matrimon. accuſ. poſſ. & in c. fin. de
clandeſti. deſponſat. Propriè Bannum
proſcriptio eſt, & Banniti proſcripti di-
cuntur. Latinè quoque Bannitus rectè
appellatur, cui aqua & igni interdicitur,
& alicui aqua & igni interdicere, nihil
aliud eſt, quàm eum Bannire, einen in die
Acht oder Bann thůn/ einem waſſer vnnd
waidt verbieten/ oder von gemeinſchafft
vnnd brauch waſſers vnnd fewrs bannen/
quos, vt cum Iuuenali Saty.3. loquar.

Nemo cibo, nemo hoſpitio, tectoq; iuuabit.

Hinc eſt, quòd † deportatio in locum 17
aquæ & ignis interdictionis ſucceſſerit,
per text. in l.2. §. conſtat, ff. de pœn. & in l.
Gallus. §. & ſi quid in tantùm. ff. de lib.
& poſthum. tex. in l. amiſſione. ff. de cap.
dimin. & in §.1. Inſtitut. eod. titul. text. in
l.1. ff. de publ. iudic. Et iure ciuili aqua &
igni interdicti, accipiendi ſunt deporta-
ti, per tex. in l.1. §. hi quibus. ff. de leg.3. tex.
in l. liber homo. §. ſi hæres. ff. de hæred.
inſtit.

inſtit.& in l.qui dolo.§.fi.ff. ad l. Iuliam
de vi public.tex. in l. res vxoris.§.fin au.
tem.C.de don.inter vir.& vxor.glo.ibid.
tex.in §.deportatio,Authen. de nuptijs,
& in l.1.C.de repu. & in l. cùm quis. ff.de
ſolut.Et quoniam aqua & ignis humanã
vitam maximè continent,& ſine illis ele
mentis nemo diu viuere poſſit, vt ſuprà
18 dictum,conſequens eſt,deportatos † pro
ciuiliter mortuis reputari, tex.in l.actio.
ne.§.publicatione.ff.pro ſocio,text.not.
in l.1.§.quidam.ff.de bon.poſſ.contr.tab.
& in l.3. ff.ad l. Iul.pecu.text. in l. edicto
prætoris.ff.de bon.poſſ. & in c.1.§.ſi quis
hominem, de pace tenen. & eius violat.
Afflict.ibid.in 11.not.nu.8.Bald.in Auth.
habita.nu.7. C. ne fil.pro patre. Huc ap.
plicari poteſt illud Ouidianum libr. 7.
Metamorph.

Dij te ſid moueant ô noſtri infamia ſecli
Orbi ſuo, telluq́; tibi, pontuq́; negetur.

19 An & quando † Banniti noſtri temporis
æquiparentur deportatis, vel relegatis,
vide plenè per Bart.quæſtio. 1. incip. Lu.
canę ciuitatis ſtatuto.nu.2.& nu.9. Bald.
præclarè in d.l.1.nu.4.C. de hęred.inſtit:
Bart.in d.l.amiſſione.§.qui deficiunt.nu.
2.ff de cap.diminut.Iaſ.in §.ſupereſt, nu.
36.Iuſtit.de actio.Nellus loco citato q.4.
20 per totam. Sed vt ad † Conſtitutionem
Imperij de pace publica veniamus, ſcire
oportet,eum qui armatis hominibus pa.
cem publicam violat,in Bannum Impe.
rij incidere. Eſt autem Bannum Imperij
iudicialis cenſura, qua violatoribus pa.
cis publicę aqua & igni interdicitur, ita
vt à nemine in clientelam, fidem, aut a.
micitiam recipi, ab omnibus verò impu
nè tam in perſona, quàm rebus offendi
poſſint.dico, iudicialis cenſura, quia ad
hoc vt quis Bannitus dicatur, requiritur
ſententia declaratoria,vt infr.eod.cap.3.
plenè notatur,aqua & igni Interdicitur,
quia deteſtabiles, & eorum capita ſacra
fiunt, vt infrà clarius explicabitur: à ne.
mine recipi poſſunt, quia eadem pœna
in receptatores conſtituta eſt, vt dixi in.
frà eod. cap.10.in perſona & rebus offen
di poſſunt, quia à fide & tuitione ſacri
Imperij excluduntur, & in diſcrimine
vitæ fortunarumq́ue conſtituuntur, vti
ex formula ſententiæ declaratoriæ infr.
21 eod. cap.6. conſtat. Ad eum igitur † mo.
dum in Bannum Imperij denunciati &
declarati ciues Romani eſſe deſinunt, &
communes omnium hoſtes efficiuntur,
quod Germanica dictio Echter/ ſatis ar.
guit, quàm à Græco verbo ἐχθρὸς, id eſt,
hoſtis, inimicus, nonnulli deriuatam
exiſtimant, facit text.in d.l.amiſſione §.
qui deficiunt.ff.de cap.dimi.& in l.fin.ff.
de re mil.Barto.in d.q. Lucanæ ciuitatis.
Zaſ.in l.omnes populi,num.16.ff.de iuſt.
& iur.Scire autem oportet † duo genera 22
eſſe hoſtium, quidam ſunt hoſtes mero
iure belli,de quibus Vlpian.in l.hoſtes.ff.
de cap.& poſtlim. reuer. vbi plenè Bar. &
in l.hoſtes.ff.de verbor.ſignific. vbi dici.
tur,quòd hoſtes ſint, quibus bellum pub.
licè populus Roma.decreuit, vel ipſi po.
pulo Rom.de quibus etiam Cicer.libr.1.
Offic.Alij verò ſunt hoſtes propter deli.
ctum, rebellionem, contumaciam, qui
decreto Senatus Roman.iudicantur ho.
ſtes,vt olim Catilina & Iulius Cæſar: ho.
diè illi qui ab Imperatore, vel Camera
Imperiali in Bannum declarantur, quo.
rum capita decreto Imperij Romani ex
delicto ſeu contumacia ſacra fiunt, de
quibus hîc potiſſimùm agitur, qui impi.
orum & ſceleratorum numero haben.
tur,quibus † ius non redditur, neque ho. 23
nos vllus communicatur, vt ſupr. ex Iu.
lio Cæſare dictum eſt, quorum obligati.
ones, contractus, pacta,iuramenta, & a.
ctiones ipſo iure irrita & nulla ſunt, ſi.
cut infrà eod.cap.12.prolixiùs dicetur,&
ex ipſis conſtitutionibus pacis publ. Di.
uorum Impp. Maximiliani I. Caroli V.
& Ordin. Cameræ Imperialis, nec non
apud Zaſ.in tract.de Iudæis,quæſt.3.& in
apologia cõtra Eckium, item apud Nel.
lum in tract. de Bannitis ampliſſimè vi.
dere eſt: mei enim inſtituti non eſt, ſin.
gula iſta accuratè proſequi, ſed tantùm
quid in Imperio & Camera Imperiali
vſu forenſi obſeruetur. Ex iſtis perſpicuũ
eſt Bannitos † noſtri temporis,ex conſti. 24
tutione pacis publicæ non ſolùm depor.
tatis,quibus aqua & igni interdicitur,per
iura ſup.allegata, rectè comparari poſſe;
ſed etiam eos deteriore loco eſſe, maxi.
mamq́; capitis diminutionem pati,cùm
non ſolùm ciuitatem † Romanam(quæ 25
eſt communis patria totius orbis.text.in
l.Rom.ff. ad municip.) vt deportati.tex.
in §.1.Inſtitut.de cap.dimi. cum concor.
dantibus, ſed etiam omnia humanitatis
iura,

iura, officiorumq́; viciſſitudines, & com-
mercia amittant, ſint extra protectio-
nem, clientelam & fidem Imperij, & pro
hoſtibus, transfugis, & rebellibus habe-
antur, quos nemo, vrbe, domo, hoſpitio,
menſáue recipere poteſt, quibus tellus
pontuſque negatur, facit text. in l. 2. ff. de
pœnis. & in l. fi. ff. eod. titu. Solent etiam
26 Banniti † ijs comparari, qui cenſuram ec-
cleſiaſticam patiuntur, quos excommu-
nicatos, quaſi extra communionem po-
ſitos, vocamus: hi enim apud Hebræos
apoſynagogi dicebantur, quaſi ſynago-
ga exacti, & extorres, vt refert Budæus in
d. l. 2. ff. de pœnis, & dicebantur ſacri ho-
mines quaſi execrãdi & deteſtãdi. Quem-
admodum enim excommunicati mem-
bra Eccleſiæ eſſe deſinunt, text. in c. de-
cernimus, de ſent. excomm. lib. 6. & pro-
lixè 11. q. 3. per totam. & pro mortuis ha-
bentur, tex. in c. venerabilem. §. medium
inter, qui filij ſint legiti. & in c. nihil, 11. q.
3. & in c. corripiantur, 24. q. 3. ſic Banniti
membra non ſunt Imperij, ſed pro mor-
tuis reputantur, text. in d. l. actione. §. pub-
licatione. Bald. ſingulariter in d. l. 1. num.
4. & num. 12. C. de hæred. inſtit. Alberic.
ibid. Felin. ad rubr. de ſent. & re iudic. nu.
15. in fi. item cum excommunicatis nul-
la debet eſſe conuerſatio, nullum hoſpi-
talitatis & beneuolentiæ officium, d. 11.
quæſt. 3. per diſcurſum. idem in Bannitis
receptum, vt paulò ante dictum eſt. Et ſi-
cut excommunicatus, expiato crimine,
vel purgata inobedientia, eccleſiæ reſti-
tuitur. text. in c. canonica. 11. q. 3. ita quo-
que Bannitus Cæſari, Imperio, & parti
læſæ reconciliatus, omnia iura amiſſa re-
cuperat, per ea quæ inf. eod. cap. 19. dicen-
tur, facit text. in l. 1. & in l. fina. C. de ſent.
paſſ. & in l. 1. §. fin. ff. de bonor. poſſ. contr.
tab. Et in multis alijs æquiparantur, de
quib. d. 11. quæſtio. 3. vbi omninò vide.
pulchrè Tiraquel. de retract. §. 1. gloſſ. 9.
num. 271. cum ſequen. vbi docet excom-
municationem ab antiquorum & Græ-
corum & aliorum ritibus, legibuſq́; or-
tum habuiſſe, ad quod citat authorita-
tem Iulij Cæſaris loco ſupr. allegato,
Platonis & Titi Liuij, quorũ verba ſcri-
pſi infrà eod. ad cap. 10. in princip. Apud
Athenienſes enim antiquitùs erant pub-
licæ quædam deteſtationes, veluti in eos
qui viam non monſtrarent erranti, vt
ſcribit Cicero libr. 3. Officiorum, in qua-
rum locum Chriſtianis ſucceſſiſſe hanc
noſtram excommunicationem tradit
Eraſ. in Chiliadibus, in prouerbio, De-
uotionis templum. vide prolixiùs Ti-
raq. loco citato. Illud porrò pro coroni-
de obſeruãdum, Banni † Imperialis pœ- 27
nam neminem præter ſolum Cæſarem
vel Cameram Imperialem irrogare poſ-
ſe. Inferiores enim à ſummo Principe,
cæterique magiſtratus, non Banno, ſed
relegationibus, alijſq́; pœnis iuris com-
munis vtuntur, vt dixi ſupr. libr. 1. cap. 6.
& cap. 11. Neque hoc hîc prætermitten-
dum, quòd † iudicium Cameræ Impe- 28
rialis à Diuo Maximiliano I. tunc tem-
poris Rege Romanorum, anno ſalutis
1495. vltima Octobris Frãcofordiæ, com-
muni Statuum conſenſu inſtitutum. &
3. Nouembr. eiuſdem anni ibidem pri-
ma publica audientia, ſiue iudicium, aut
cõſiſtorium publicum habitum ſit. Præ-
tereà † quod 26. Februarij, anno 1496. 29
omnium prima ſententia Banni Impe-
rialis pronunciata ſit, ſeruata ferè for-
ma pronunciandi, & denunciãdi, quam
infrà eo. cap. 6. poſui.

CAPVT II.

Obligatio debitoris ſub pœna Banni an valeat.

SVMMARIA.

1 *Neceſſitas durum telum.*
2 *Paupertatis opprobrium magnum eſt.*
3 *Neceſſitas non habet legem.*
4 *Neceſſitas Dea appellata, mater Parcarum.*
Pactum debitoris ſub pœna Bãni vel carceris an valeat, ibid.
5 *Obſtagia an valeant.*
6 *Obſtagiorum vſus in Germania frequens eſt.*
Sed hodie conſtitutione Imperij ceſſant obſtagia. Ibid.
7 *Homo liber an alterius ſeruus fieri poſſit.*
8 *Carcerare aliquem pro debito an licitum ſit.*
9 *Arreſtationes perſonarum an valeant.*
10 *Obſides pro ſeruandis inducijs dari poſſunt.*
11 *Obſides non mutant ſtatum, neque amittunt libertatem.*
12 *Priuati obſides dare & accipere poſſunt.*
13 *Debitor ad pœnam Banni ſe obligare nequit.*
14 *Nemo eſt dominus membrorum ſuorum.*
15 *Tortura an quis ſe vltrò ſubijcere poſſit.*
16 *Tortura meri imperij eſt.*
17 *Volens nemo percuti debet.*
18 *Liber homo vendi non poteſt.*

19 Cicatricum & deformitatis ratio in actione legis Aquiliæ non habetur.
20 Domicilij perpetui obligatio non valet.
21 Pactum creditoris, quòd ob moram ſoluendi carcerari poßit an valeat.
22 Carcer eſt ſpecies ſeruitutis, & mala habitatio.
23 Renunciatio beneficij ceßionis etiam iurata non valet.
Saxonico iure debitor oberatus ſit ſeruus creditoris. Ibid.
Antiquitatis vigor contra debitores oberatos. Ibid.
Debitor ſe ad operas diurnas obligare poteſt. Ibid.
24 Citatio ſub pœna Banni ex partium conuentione in Camera non decernitur.
25 Valet pactum, quòd debitor immediatè in Camera conueniri poßit.
26 Executoriales in Camera ex partium conuentione, ſine proceſſu concedi poſſunt.
27 Arbiter partium cõſenſu certam ſententiam proferre non poteſt.
28 Mandatum executoriale ſub pœna Banni, quandò in Camera ex pacto decerni queat.
29 Contumacia creſcente, pœna creſcere debet.

1 MAgnam † ſæuæ neceſſitatis vim
eſſe nemo dubitat: vnde in pro-
uerbium abijt, Neceſſitatem eſſe
ingens telum, quod eleganter exprimit
Horat. lib. 1. Carm. Oda 35.

Te ſemper anteit ſæua neceßitas,
Clauos trabales, & cuneos manu.
Geſtans ahena, nec ſeuerus
Vncus abeſt, liquidumq; plumbum.

Idem lib. 3. Carmin. Oda 24.

2 *Magnum † pauperies opprobrium, iubet*
Quidius & facere, & pati,
Virtutisq; viam deſerit arduæ.

Valer. lib. 7. cap. 6. leges abominandę ne-
ceſſitatis amariſſimas eſſe dicit. Et Mar-
tialis lib. 11. Epigram. inquit:

O quantum cogit egeſtas.

3 Hinc in iure dicimus neceſſitatem † non
habere legem, text. in c. ſicut, de cõſecrat.
diſtinct. 1. & in c. quod non eſt. de reg. iur.
gloſſ. in l. 1. In verbo, expedire. ff. de offic.
conſul. text. in l. item quamuis. ff. com-
muni diuid. gloſ. ibid. in verbo, neceſſita-
tem. latè Tiraq. In trac. de pœnis, cauſa. 33.
per totã, vbi multa de neceſſitate & pau-
pertate, quæ eſt ſpecies neceſſitatis. Plato
4 lib. 10. de republica † neceſſitatem Deam
facit, matrem Parcarum: quæ & ipſæ in-
eluctabiles, & inexorabiles vocantur. re-
fert Tiraquell. loco citato, ſed Cicero de
natura Deorum putat Parcas fuiſſe filias
Erebi & Noctis. *Sæpè* igitur debitores
duro neceſſitatis telo icti, ad ſolutio-
nem creditæ pecuniæ, ſub pœna carceris,
vel Banni Imperialis ſe obligant, putà ſi
iuxta conuentionis placita pacta non
ſeruent, aut ſolutionem congruo loco,
& tempore debito non faciant, quod in
Camera Imperiali, omiſſo medio, dire-
cto & principaliter ſub pœna Banni con
ueniri, aut Iudex Cameræ, nullo iuris or-
dine ſeruato, ab executione incipere, &
ilicò eos, tanquàm confeſſos, legitimè
conuictos & condemnatos, in Bannum
Imperiale declarare & denunciare poſ-
ſit. Quæritur, an huiuſmodi † pacta & 5
conuentiones valeant? Iure Canoni-
co, obſtagia, vt vocant, ſiue obligatio-
nes perſonarum ad certum locum, in
cauſa ciuili valent: adeoq́ue in Camera
multis præiudicijs huiuſmodi obſtagia
confirmata ſunt, per text. in c. ex reſcri-
pto. de iureiur. gloſſ. ibid. in verbo, obſi-
des, & communiter Canoniſt. Bald. in
Margarita, in verb. homo liber. idem in
l. ob æs, num. 1. in fin. C. de act. & oblig.
Guid. deciſ. 61. num. 2. gloſſ. in c. 2. in ver-
bo, lex. extra de pignoribus. Felin. pul-
chrè in d. c. ex reſcripto. num. 6. vbi om-
ninò vide, vulgariter, Die laiſtung / oder
laiſtmanung. Horum † obſtagiorum v- 6
ſus in Germania inter Nobiles non eſt
infrequens, nam ſi in cauſa ciuili, putà
mutui, vel alterius contractus pacta con-
uenta ſub obligatione obſtagij non ſer-
uantur, debitores, vel eorum fideiuſſo-
res, werden in die laiſtung gefoddert / hoc
eſt, interpellantur literis creditorum, vt
ſe iuxta obligationis formulam loco &
tempore conuento ſiſtant, non receſſu-
ri, donec promiſſis ſatisfaciant: non ſi-
ſtentes ſe, famoſis picturis publicè vbi-
que affixis, mirabiliter traducunt. Et hu-
iuſmodi obſtagia etiam ex conſtitutio-
nibus Imperij tolerantur: próut videre
eſt in Ordinatione Politica de anno 48.
ſub tit von wucherlichen contracten / §. fin.
quod tamen propter abuſum, & ſcan-
dala publica, nouiſſima Imperij lege de
anno 77. ſub titul. 17. immutatum eſt,
vti Obſeruat. lib. 2. Obſeru. 45. plenius di-
xi. Prædictis non aduerſatur, quòd † ho- 7
mo liber alterius ſeruus fieri, ac proin-
dè capi, aut pignori obligari non poſ-
ſit, text. in d. l. ob æs. & l. qui filios. C. quæ
res pignor. obliga. non poſſ. quia cate-
nùs liberi hominis obligatio non va-
let,

let, vt ius in eo conſtituatur tanquam in pignore, detineri tamen poterit, vt fiat quod pacto conuentum eſt, text. gloſſ. & Felin. in d. c. ex reſcripto, num. 7. Zaſ. ſingul. reſponſ. libr. 2. cap. 8. vbi aſſerit pacta
8 valere, vt † debitor poſt motam carcerari poſſit: quia, inquit, carcerari aliquem pro debito per magiſtratum, non eſt actus illicitus, ſed à iure permiſſus, text. in l. 1. in fin. ibi, ne iudicati trahantur in carcerem. C. qui bon. ced. poſſ. & in l. nemo carcerem. C. de exacto. tribut. libr. 10. vbi debitor contumax carcerari poteſt. Si igitur eſt actus licitus, ergo in pactum venire poteſt: & pacta ſeruabo, inquit prætor, text. in l. iuriſgentium. §. prætor ait. ff. de pact. Hinc videmus quotidiè debitores motoſos carceribus mancipari, donec ſoluant, vel idoneè de fu-
9 tura ſolutione caueant. Sic etiam † arreſtationes perſonarum, ſiue manuum iniectiones, aut prehenſiones, vbique in Germania ex cauſa ciuili valent: idque non priuata, ſed publica, hoc eſt, magiſtratus authoritate, Salic. in l. 1. C. qui bonis ced poſſ. nu. 4. vide Pyrrhum ad con ſuetud. Aurelia. rub. de execut. inſtr. cap. 12. & titul. de execut. ex locato, cap. 7. Et Bald. ad rubric. C. de reuoc. ijs quæ in
10 fraud. cred. num. 5. Et † obſides pro pace publica, vel ſeruãdis inducijs dari poſſunt, de quibus vide Dd. in l. obſides. ff. de teſtamen. Bald. in l. 2. num. 9. C. de patrib. qui filios ſuos diſtraxer. & in d. l. ob æs. Panorm. ſingulariter in d. c. ex reſcripto, num. 7. vbi bona apoſtilla. Ratio, quia
11 obſides † non mutant ſtatum, neque libertatem amittunt, ſed ſolummodò ſe ſiſtunt certo loco, vt pacta conuenta ſeruentur, non vt pignoris ius in ipſorum
12 perſonis conſtituatur, quo fit † vt etiam à priuatis huiuſmodi obſides dari & accipi poſſunt, abſque vlla priuati carceris pœna. Bald. in d. l. 2. C. de patrib. qui filios &c. Felin. in d. c. ex reſcripto, num. 7. cum ſequen. cum allegatis ibidem. Imò liber homo ab hoſtibus redemptus, pignoris vinculo redemptori eſt obligatus tantiſper, donec precium redemptionis ſoluat, text. in l. qui teſtamento. §. 1. ff. de teſtam. & in l. Senatus. §. fin. ff. de leg. 1. text. in l. 2. & in l. fi. C. de capt. & poſtli. reuer. nec ante poteſt militare, q̃ ſe luat. text. in l. qui ſtatus. ff. de re milit. & in l. fi. patre. ff. de capt. & poſtli. reuer. glo. in d. l. ſenatus. §. 1. in verbo pignoris. Ex iſtis concludendum videtur, valere conuentionem debitoris, vt in caſu tardatæ ſolutionis in Bannum Imperij denuncietur. Contrarium tamen in Camera receptum, pacta † videlicet debitorum, qui- 13
bus ſe ad pœnam Banni obligant, nõ valere, per tex. in d. l. ob æs. Bald. ibid. num. 1. text. in l. Titio. §. Titio. 2. ff. de condit. & demonſtrat. quia ad pœnam corporalem, vt eſt pœna Banni (nam damnatum vitæ periculo exponit) nemo ſe obligare poteſt, cùm nemo † dominus ſit 14
membrorum ſuorum, text. in l. liber homo. la. 1. ff. ad l. Aquil. & liberum corpus æſtimationem non recipiat, text. in l. 1. §. ſed cùm liber. & in l. fi. ff. de ijs qui deiec. vel effud. Felin. in d. c. ex reſcripto, vbi communem dicit. Hippol. in l. 1. num. 2. & in l. lege Cornelia. §. conſtitutum, nu. 7. ff. ad l. Cornel. de ſicar. idem latè in l. penulti. num. 4. cum ſequent. ff. de quæſtionib. vtrobique dicit, † neminem iu- 15
dici dicere poſſe: Domine torqueatis me, & iſtum, quem accuſo de tali crimine, quia volo pariter me torturæ ſubijcere, ob defectum teſtium: imò iudicem ad torturam procedentem puniri debere, quia talis modus probandi non eſt iuri conſentaneus. Iulius Clar. in pract. crimi. §. fin. quæſtio. 63. Vel ſi quis de crimine aliquo inſimulatus ſit, & accedens iudicem neget crimen, ſeque quæſtionibus vltrò ſubmittat, quòd tali caſu iudex ad torturam ſine ſufficientibus indicijs procedere non debeat, per rationem d. l. liber homo: & quia poteſtas † torquendi 16
eſt meri Imperij, tex. in l. defenſores. C. de defenſ. ciuitat. & Dd. in l. Imperium. ff. de iuriſdict. omni. iudic. quę pactis priuatorum concedi non poteſt. text. in l. priuatorum. C. eod. titul. Hippol. in d. l. penult. nu. 6. Sed nec † alteri quis committere poteſt, vt ſe impunè percutiat, cõtra 17
regulam, quòd volenti non fiat iniuria, text. in c. ſcienti, de reg. iur. in 6. & in l. cũ donationis. C. de tranſact. quia quòad propria membra, vel in corpore ſuo nullum habet velle aut dominationem, iuribus allegatis, Hippol. vbi ſupr. & tex. in l. 1. §. vſque adeò. ff. de iniurijs. Bart. ibid. nume. 2. cum ſequen. & in l. interdum. §. qui furem, num. 2. ff. de furt. licèt gloſſ.

ibid. in verbo, damnato, aliter ſentiat.
18 Hinc eſt quòd † liber homo vendi non
poſſit, text. in l. liberi. ff. de contrahen.
empt. & in l. liber homo. ff. de acquiren.
rer. domin. nec in ſtipulationem dedu-
ci, text. in l. liber homo. ff. de verbor ob-
19 ligat. Similiter quòd in vtili † actione
legis Aquiliæ non habeatur ratio defor-
mitatis cicatricum, ſed tantùm opera-
rum, quibus quis caruit, aut cariturus eſt,
ob id quòd inutilis factus eſt, tex. in c. 1. de
iniur. & in d. l. liber homo. & in d. l. fin. ff.
de ijs qui deiec. tex. not. in l. ex hac lege. ff.
ſi quad. pauper. fecif. dic. Sic aliquando
nobili militi, vtroque oculo ex vulnere
inſidioſè orbato, in Camera multa mil-
lia pro militaribus officijs, quibus poſtea
cariturus erat, adiudicata ſunt, per tex. in
d. c. 1. & in d. l. ex hac lege, pulchrè Couar.
varia. reſolut. libr. 2. cap. 10. nu. 7. vbi om-
20 ninò vide. Item † obligatio perpetui do-
micilij, tanquàm libertatis inimica, &
ſpeciem ſeruitutis continens, iure repro-
bata eſt, veluti ſi quis aſtringat ſe ad do-
micilium vnius ciuitatis, per text. in d. l.
Titio, & l. cùm antiquitas. C. de vſufruct.
Roma. ſingul. 635. incip. An ſi quis. cum
apoſtil. ibid. Fallit fauore Eccleſiæ, nam
valet pactum, quo quis ſe ad perpetuum
ſeruitium Eccleſiæ, vel pij loci obligat,
cùm Deo ſeruire non ſit ſeruitus, ſed po-
tiùs libertas. Roman. d. ſingul. 639. Præ-
21 tereà † pactum creditoris, quòd ex mora
ſolutionis debitor carceri mãcipari poſ-
ſit, non valet, text. in Authent. imò à de-
bitore. C. de actio. & obliga. Bald. ibid.
num. 3. Felin. in d. c. ex reſcripto, num. 13.
vbi communem dicit. Francif. Marc. de-
ciſ. 396. in princip. part. 1. Angel. in Auth.
vt non fiant pignora. & in l. nemo po-
teſt ff. de leg. 1. & in l. ſi vnus. §. pacta quæ
22 turpem. ff. de pact. Ratio, quia † carcer
eſt ſpecies ſeruitutis, & mala habitatio,
text. in l. 2. ff. de lib. homi. exhib. text. in l.
ſi hominem. ff. depoſi. gloſſ. ibid. in ver-
bo, extenſum. Bartol. in l. frater à fratre.
num. 56. ff. de condict. indeb. Bald. in d. l.
ob æs. num. 1. Hippol. in pract. criminal.
§. attingam. nu. 28. Signorol. de homod.
conſi. 174. num. 3. At homo liber ad ſer-
uitutem ſe obligare nequit, text. in d. l. ób
æs alienum, quia ſeruitus morti compa-
ratur, text in l. intercedit. ff. de condit. &
demonſtratio. & in l. quod attinet. ff. de
regul. iur. adeò vt renunciationes in con-
trarium factæ non ſubſiſtant, gloſſ. ſin-
gul. in l. pactum inter hæredem, in ver-
bo, cùm liceat. ff. de pac. Bald. in d. Auth.
imò à debitore. Vnde † plerique volunt, 23
debitorem beneficio lachrimabili ceſ-
ſionis bonorum renunciare non poſſe,
quia in effectu obligaret ſe ad carceres,
quod fieri non poteſt, per iura ſuprà al-
legata. Ita tenet Rota deciſ. 2. num. 2. tit.
de arbitris, in antiquis. Guido deciſ. 211.
per totam, Panormit. in d. c. ex reſcripto.
Angel. in §. final. numer. 11. Inſtitut. de a-
ctionibus. Bartol. Alexand. & Dd. in l.
alia. §. eleganter. ff. ſolut. matrimo. per il-
lum text. & in l. fina. C. qui bon. ced. poſſ.
Alexand. conſil. 37. num. 7. volum. 2. in-
cip. viſo & oportunè diſcuſſo, quam opi-
nionem etiam Camera ſecuta eſt, licèt
Felin. in d. c. ex reſcripto, & nonnulli a-
lij aliter ſentiant: maximè ſi ſit iurata
renunciatio ceſſionis bonorum. Sed ſu-
prà dixi de conſuetudine Germaniæ ali-
ter obſeruari, videlicet debitorem ob-
æratum carcerari poſſe donec ſoluat, vel
idoneè caueat, maximè ſi iudicis autho-
ritate quis capiatur, text. in l. 3 §. tutores.
ff. de ſuſpect. tutorib. gloſſ. ibid. in verbo,
vinculis. Salic. in d. l. 1. num. 4. C. qui bon.
ced. poſſ. Zaſius d. cap 8. ſingul. reſponſ.
lib. 2. aliâs priuatos carceres habere non
licet ſub pœna capitis, text. in l. vnica. C.
de priuatis carceribus inhibendis. Bald.
ibid. num. 1. Iure verò Saxonico debitor
obæratus ſeruus quodammodò Credito-
ris efficitur, nam per Iudicem in manus
Creditoris traditur, qui eum etiã in com
pedibus, ſi voluerit, & tantiſper detine-
re poteſt, donec operis & ſeruitijs ſuis,
vel alia ratione debitum diſſoluat biß er
die ſchuldt loß arbeit. Vnde apparet ceſ-
ſionem bonorum eo loci locum non
habere, Quæ lex Saxonica ſi perfidiam
debitorum noſtri temporis ſpectes, non
caret ratione: & maior apud veteres ex
lege 12. tabul. obærati & perfidi debito-
ris conditio erat, quia ea lege permitte-
batur non ſolum corpus debitoris in
neruum ac ſupplicium dare, ſed etiam
inter Creditores ſecare, & illud partiri
licitum erat, eò quod vinculorum pœ-
nam deterrimi homines cõtemnerent,
& tanta immanitate pœnæ fieret, ne
vnquam ad eam perueniretur, vti ex ipſa
lege

lege 12. tabul. videre eſt, quàm præclarè
& latè explicat Aul. Gellius noct. Attic.
libr. 20. cap. 1. vbi vide. Valet quoque pa-
ctum, quo debitor ſe obligat Creditori
ad operas diurnas, donec debitum diſ-
ſoluat, deductis tamen quotidianis ali-
mentis, text. in l. ſuo victu ff. de oper. li-
bert. Bal. in d. l. 1. nu. 7. C. qui bon. ced. poſ.
Salic. ibid. nu. 8. Sed hæc extra orbitam.
Vt autem ad propoſitum redeam, cōclu-
24 do † pactum ſolutionis faciendæ certo
tempore ſub pœna Banni non valere: &
ideo creditori ex tali pacto poſt moram,
citationem ſub pœna Banni Imperia-
lis, in Camera petenti, nihil decernimus,
per rationes ſuprà allegatas, quòd nemo
ſit dominus membrorum ſuorum, &
quòd obligatio ad pœnam corporalem
reprobata ſit. Decretum hoc modo con-
cipi ſolet, Abgeſchlagen / vnnd magh der
ſupplicant ſeine notturfft an gepurenden
orthen ſuchen / hoc eſt, petitam citatio-
nem denegamus, & ſupplicantem ad vi-
am ordinariam, putà iudicem compe-
25 tentem, remittimus. Valet † autem pa-
ctum vel conuentio debitoris, vt mora
ſoluendi commiſſa, immediatè, omiſſo
medio iudice, in Camera conueniri poſ-
ſit. Ratio, quia renunciatio fori regula-
riter cuilibet permiſſa eſt, text. in l. ſi quis
in conſcribendo. C. de pact. & in l. 1. ff. ſi
quis in ius vocat, text. in l. ſi conuenerit.
ff. de iuriſdict. om. iudic. & in c. ſignificâ-
ſti. de for. compet. præſertim ſi de renun-
ciantis præiudicio tantùm agatur, vt ſin-
gulariter notat Baldus in d. l. ſi quis in
conſcribendo. Imò hoc ampliùs valet
26 pactum, vt poſt † moram debitoris Ca-
mera Imperialis ab executione, nullo
præuio ordinario proceſſu, incipere, &
executoriales, petente creditore, ſub pœ-
na pecuniaria decernere poſſet: Ratio,
quia pacto iuris ordini renunciari po-
teſt. tex. notab. in l. 3. C. de pignora. & hy-
poth. Zaſius d. cap. 8. nu. 3. item valet con-
uentio & pactum, vt iudex certam pro-
ferat ſententiam, per text. in d. l. ſi con-
uenerit. Bart. ibid. num. 4. cum ſequ. licèt
27 ſecùs ſit † in arbitris: nam natura arbitrij
non patitur, vt arbiter certam ex voto &
conuentione partium ſententiam pro-
ferat, text. in l. item ſi vnus. §. idem Pom-
ponius. ff. de arbit. l. qualem. eod. titul.
28 Et ita ex conuentione partium decreta †
ſunt mādata executorialia in Camera in
cauſa Herbtot / cōtra Marchionē Bran-
denburg / 24. Ianuarij, anno 50. & in cau-
ſa Egmond / contra Palatinum. item in
cauſa Herod / contra Neteruard / 13. Octo-
bris, anno 63. Conuentioni quidem pœ-
na Banni adiecta erat, ſed executoriale
mandatum conceſſum fuit tantùm ſub
pœna pecuniaria aliquot marcarum au-
ri, idque in communi & conſueta for-
ma: videlicet, mādabatur debitori, vt in-
frà ſex ſeptimanas & tres dies moram
ſolutione debiti purgaret, cum annexa
citatione, ad docēdum de paritione, vel
videndum ſe declarari in pœnam man-
dato executoriali inſertam, aut allegan-
dum cauſas cur hoc fieri nō debeat. Cui
mādato executoriali ſimplici (vt vocāt)
ſi intereà temporis non pareatur, aut
cauſa moræ & dilatæ ſolutionis propo-
natur, creditori contumaciam debito-
ris accuſanti, arctiora mandata executo-
rialia, putà ſub pœna Banni pro mo-
re iudicij Imperialis Cameræ, decernun-
tur: & debitore in mora obſtinatè per-
ſeuerāte, fit declaratoria Banni. Creſcen-
te † enim contumacia, pœna creſcere de- 29
bet, text. not. in c. cordi. §. fin. de appell. in
6. & in c. 2. de teſtib. cog. text. in l. vnica. §.
fin. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. & in l.
abſentem. §. 1. ff. de pœnis. Et iſte eſt legi-
timus in Camera procedendi modus ſu-
per huiuſmodi pactium conuētionibus:
quæ ſunt diligenter obſeruanda.

CAPVT III.

Quòd Bannum ſententiam declaratoriam requirat.

SVMMARIA.

1 *Frangens pacem publicam an ipſo facto in Bannum imperij incidat.*
2 *Clauſula ipſo iure, vel ipſo facto, an includat, priuationem rei abſque ſententia.*
3 *Sententia declaratoria requiritur in delictis.*
4 *Sententia etiam in notorijs requiritur.*
5 *Pœna quando ipſo iure irrogetur.*
6 *Bartoli diſtinctio.*
7 *Canon latæ ſententiæ quomodo cognoſcatur, remiſſiuè.*
8 *Bannum Imperij requirit ſententiam declaratoriam.*
9 *Pœna ipſo iure impoſita non habet executionem abſque ſententia declaratoria.*
Bona hæreticorum confiſcantur. ibid.

10 *Vaſallus feloniam committens, poſſeſsionem non amittit ante condemnationem.*

11 *Vectigal non ſoluens amittit ipſo iure bona, ſed non poſſeſsionem.*

Poſſeſsio in acquirendo plus facti quàm iuris habet. Ibid.

12 *Prodigus nemo dicitur ante ſententiam declaratoriam.*

13 *Notorium quomodo iudici eſſe debeat.*

14 *Homicedium notorium non ſemper punibile.*

15 *Crimen læſæ maieſtatis committens an amittat poſſeſsionem abſque ſententia.*

16 *Rebellio notoria non requirit ſententiam declaratoriam.*

17 *In notorio facti permanentis probatio in contrarium non admittitur.*

18 *Conſtitutiones Imperij in quibus caſibus ſententiam declaratoriam non requirant.*

19 *Proditio manifeſta non habet opus declaratoria ſententia.*

20 *Famoſi latrones, & in flagranti crimine capti, appellare non poſſunt.*

Appellatio in notorijs non admittitur. ibid.

21 *Ob atrocitatem delicti receditur à regulis iuris communis.*

22 *In notorijs non ſeruare ordinem, eſt ſeruare ordinem.*

23 *Notorium inducit plenam probationem.*

24 *Bannum in atrocioribus delictis irrogatur ſine ſententia declaratoria.*

25 *In notorijs declaratio iudicis, iuris potiùs executio quàm ſententia eſt.*

26 *Reus in notorio crimine defenſionibus renunciare poteſt.*

1 ETSI † quis ob violatam pacem
publicam, mit der that/ hoc eſt,
ipſo facto in Bannum Imperiale
incidat, vt habetur in Conſtitutionibus
Diuorum Impp Maximiliani I. Caroli
V. de anno 1548. titul.1. & Ordinat.
Cameræ, tit.9.§.2. tamen quóad pœnam
Banni, putà aquæ ignisque interdictionem,
& bonorum amiſſionem, non dicitur
Bannitus ipſo facto, ſed ſententia
declaratoria ſuper commiſſo delicto,
cum denunciatione Banni in primis requiritur.
Non enim omnis vis publica
eſt fracta pax, vt dixi ſupr. libr.1.cap.7. &
ideò accuſatus ab intentata actione abſolui
poſſet, cùm nemo habeatur talis,
niſi ſit talis pronunciatus, per allegata
ſuprà, lib.1.cap.19.num.3.vbi omninò vi-
2 de. Prætereà, licèt † verb legis, vel conſti-
tutionis, ipſo iure, vel ſtatim, aut mox,
aut omnibus modis, quod in idem recidit,
denotent canonem latæ ſententiæ,
hoc eſt, includant priuationem rei abſq;
alia ſententia, ita vt non ſit opus longo
ſufflamine litis, aut tela iudiciaria, vel
longa procedendi ambagine, per text.in
c.final.de præſcript.in 6. Philipp. Franc.
ibid.num.1.tex.in c.1.de reſcript.eod.lib.
iuncta glo.ibid.in verbo, iure, text.in c.pro
humani, de homicid.libr.6.& in Clem.1.
de vita & honſt.cleri.eod.lib.glo.ibid.in
verbo, eo ipſo.& glo.in c.in pœnis.de regul.
iur.in 6 gloſſ.in l. iubemus, 2 §. œconomus,
in verbo, priuetur.C. de ſacroſan.
eccleſ. Bartol. in l. Mæuius. §. duobus.
num.24.cum ſequen.ff. de leg.1.idem in
l.1.num.4.ff.de his qui not.infam.& in l.
Imperator.num.1.ff.de iur.fiſc. vbi luculenta
apoſtilla, quam omninò vide. &
Philip.Port.lib.1. communium opinionum,
concluſ.2. text.in c.ſciant. de elect.
in 6. & in l.commiſſa.ff. de public. & vectig.
tamen ad hoc, vt † bona alicui aufe- 3
rantur ratione delicti, neceſſario ſuper
commiſſo crimine ſententia declaratoria
requiritur, per text. nota.in c. cùm
ſecũdum.de hæret.lib.6.text.in l.eius qui
delatorem.ff.de iure fiſci.glo.in d.Clem.
1.de vita & honeſt.cleric.præclarè Grammat.
deciſ.15.nu.8.quem omninò vide.
Zabarella in Clemen.1.nu.7. de pœnis.
Philip.Franc.in d.c.fin.Socin.in c.Iudæi.
nu.1.de Iudæis. Hippol. latiſſimè ad rub.
ff. ad l.Cornel.de falſ.vbi hoq̨à num.24.
vſque ad num.50.multis exemplis declarat,
idq́ue † procedit etiam in notorijs, 4
quia in notorijs etiam ſententia declaratoria
requiritur, Barto.in d.l. Mæuius.
§. duobus. & d.l. Imperator. Hippol. ad
d.rubric ff. ad l.Cornel. de falſ. num. 38.
idem in pract.crimin.§.aggredior. num.
133. Felin in c.præterea.nume.2. de ſponſalibus.
idem plenè in c. cùm non ab homine.
num.10. de iudic. vbique diſtinguunt,
quando ipſo iure inferatur pœna,
& quando per ſententiam: concludentes,
ipſo iure † irrogari pœnam ſi lex 5
vtatur verbis præteriti temporis, vtputà
priuatus ſit: per ſententiam verò, ſi lex
concepta ſit verbis futuri temporis, videlicet,
priuetur, vel amittat: quod tamẽ
non procedit, ſi lex vel conſtitutio duplici
futuro vtatur, nimirum caſſetur &
annulletur, quia tunc etiam pœnam ipſo
iure inferri volunt, Dd. vbi ſuprà. adde
Iaſ.in l.2.num.13.C. de iur.emphyteu.
vbi in vtramque partem diſputat illam
quæſtio.

quæſtionem, an emphyteuta ceſſans tri-
ennio Canonem ſoluere, cadat ipſo iu-
re ab emphyteuſi ſi dominus velit, an
verò opus ſit declaratoria ſententia? con
cludit non opus eſſe declaratoria ſen-
tentia, per multas rationes, & multa al-
6 legata. Sed † Barto. in d.l.Imperator. in
princip. diſtinguit, vtrùm circa rem de-
lictum commiſſum ſit contra legis pro-
hibitionem, vt tunc ipſo iure domini-
um applicetur fiſco, per text. in l.1.§. an
bona.ff. de iure fiſc. & in d.l. commiſſa,
an verò extra rem, putà ſi quis homici-
dium commiſerit, vel aliud delictum
perpetrauerit : quo caſu ad publicatio-
nem bonorum ſententia declaratoria
opus eſſe, per text. in l. ex iudiciorum.ff.
de accuſat. & in l. poſt contractum.ff. de
donat. text. in l. auſertur.§. in reatu.ff. de
7 iur. fiſci. De † modo cognoſcendi ca-
nonem latæ ſententiæ, vide Tiraq. in l. ſi
vnquàm.C. de reuoc. donat. in verbo, re-
uertatur, nu.205. Panor. in c. ſi diligenti,
de for. compet. Dd. vbi ſuprà. & Soci. iu-
nior conſi.68. num.38. cum ſeq. vol.3. in-
cip. maximi ponderis. Sed omiſſis Dd.
altercationibus, quod ad cõſtitutionem
8 pacis publicæ attinet, etſi † quis turbando
pacem publicam ipſo facto in pœnas
Banni incidat, vt initio dictum eſt : tamẽ
quóad pœnam corporalẽ, & bonorum
publicationem, neceſſariò ſententia de-
claratoria requiritur. Quod etiam per-
ſpicuum eſt ex ipſa conſtitutione pacis
publicæ Caroli V. titu. 4. ibi, mit furge-
hender Citation / oder furheiſchung / alſo
in die gemelte Acht gefallen zu ſein / decla-
riert vnd erklert werden / hoc eſt, ſi præuia
citatione quis in Bannũ declaretur. Con-
cordat Ordinatio Cameræ par.2. tit.9.§.
2. Quapropter primò turbator pacis pub-
licæ citari, & legitimo proceſſu habito,
ſententia iudicis, probato delicto, in Ban-
num Imperiale declarari & denunciari
debet, text. in §. fina. Authen. vt nulli iu-
dic. ibi, ſi conuincãtur, aut condemnen-
tur, tex. in l. cum Reis. C. de pœnis. Ita in
Camera ſemper obſeruatum : interim
pendente iudicio, accuſatus contrahen-
do, & teſtando liberum rerum ſuarum
habet arbitrium, vt ſupr. libro 1. capite
19. prolixius dictum eſt, per tex. not. in d. l.
poſt contractum.ff. de donatio. & & in l.
ſi quis poſthac. C. de bonis proſcrip. text.
in l. in fraudem.ff. de iur. fiſci. Et Gram-
mat. d. deciſ.15. num.8. dicit, omnia † iura 9
mundi diſponentia pro aliquo crimine,
ipſo iure pœnam imponi, intelligenda
eſſe, dummodò ſecuta fuerit ſententia
declaratoria, qua declaretur crimẽ illud
commiſſum fuiſſe : aliâs pœnam non
poſſe habere executionem ſeu effectum
ſuum, per tex. in d.c. cùm ſecundùm, vbi
dicitur, quòd licèt bona hæreticorum ip-
ſo iure in commiſſum cadant, tamẽ ſen-
tentia declaratoria præcedere debet. d.l.
eius qui delatorem, cum ſimilibus ſuprà
allegatis. Hinc eſt, quòd licèt † vaſallus 10
commiſſa felonia, feudum ipſo iure,
quóad vtile dominium, amittat, tamen
ad auferendam poſſeſſionem ſententia
priuationis requiritur, per text. in c.1. de
feud. ſine culpa non amitt. Afflict. ibid.
num.13. idem pulchrè in c. ſancimus.2.
nu.4. cum ſeq. quo tempo. mil. per illum
text. Iacob. de S. Georg. de feud. in verbo,
dictique vaſalli promiſerunt, nu.9. & 11.
circa finem. Bald. in c. 1. §. publici latro-
nes. num.3. de pac. tenen. per illum text.
Zaſ. in tracta. feud. cap. 10. num.72. cum
ſequen. Grammat. prolixè deciſ.105. nu.
13. & nu.55. Felin. in c. Rodulphus. num.
36. de reſcript. Simili modo † non faci- 11
ens debitam vectigalium profeſſionem,
amittit quidem rerum ſuarum domini-
um ipſo iure, ſed quóad auferendam poſ
ſeſſionem, declaratoria ſentẽtia ferri de-
bet. tex. in d l. cõmiſſa.ff. de publ. & vecti-
galib. & in l. ſi fratres.§. idem reſpondit.
ff. pro ſocio. gloſſ. ibid. in verbo, domi-
niũ, vbi plura exẽpla ponuntur. Bertach.
in tract. de gabellis. in 9. par. princ. nu.3. in
fi. Ratio eſt, quia poſſeſſio in acquirẽdo,
plus habet facti, quàm iuris, text. in l. de-
niq;.ff. ex quib. cauſ. maio. text. in l.1. & in
l. cùm hæredes.ff. de acquir. poſſ. text. in l.
poſſideri.§. in amittenda.ff. eod. tit. ideò
ſine facto noſtro non amittitur, tex. in l.
id quod noſtrum.ff. de reg. iur. Sed facto
noſtro interueniente facilius amittitur
quàm dominium, text. in d.l. poſſideri.§.
in amittẽda, & in l. ſi id quod.§. fi. & in l.
ſi quis vi.§. differentia.ff. eo. tit. glo. in d.l.
ſi fratres.§. idem reſpondit. Sic in † pro- 12
digo receptum eſt, vt non dicatur prodi-
gus, licèt reuera prodigus ſit, niſi p ſenten
tiam prodigus declaratus ſit, text. in l. is
cui bonis.ff. de verb. oblig. Caſtr. ibi. nu.4.

Zaſ.nu.15. communem dicens, & cōmu-
niter ibid. Dd.idq́; l.C.non obſcurè indi-
cat, dum dicit, is cui bonis interdictum
eſt:nam interdictum requirit factū ho-
minis, putà iudicis, & per conſequēs de-
claratoria ſententia opus eſt, quia etiam
in notorijs, vt ſupr.dixi, ſententia decla-
ratoria requiritur, text.in l.fina.C.de ma-
lefi.& mathe.Bald.ibid.num.1.in fin.glo.
in c.euidentia, in verbo, non indiget. de
accuſat. Angel.in l.libertas.§. final.ff.de
ſtatu homin. Hippol. in pract. crimin.§.
aggredior, num.133. idem ad d. rubric.ff.
ad l.Cornel.de falſ.num.38.gloſſ.in c. ad
noſtram.el.3.in verbo, obſernandus, Bal.
ibid.num.4.de iureiur. vbi dicit in noto-
rijs requiri citationem, & ſententiam:
vnde infert, cauſæ cognitione opus eſſe,
itavt iudici ex actis appareat de notorio;
quia ſententia non debet ferri de facto,
tex.in l. ea quidem.C. de accuſat. & in c.
cùm ſit Romana.§.fin.de appellat. gloſſ.
ibid.in verbo, irrequiſitum. Iul. Clar. in
practi.crimin.§.fin. quæſt.19. nu.3.4. & 5.
vbi communem dicit, quòd de notorio
13 † conſtare debeat iudici, vt iudici ex a-
ctis, & quòd nō ſufficiat factum eſſe no-
torium, niſi etiam qualitates facti ſint
notoriæ, ita quod delinquenti nulla poſ-
ſit defenſio, vel excuſatio competere, ve-
luti in homicidio voluntario animo de-
liberato, & de induſtria perpetrato: nam
14 homicidium † poteſt eſſe notoriū, vt ta-
men non ſit punibile, putà ſi factū ſit ad
defenſionem neceſſariam, text. in l. vt
vim.ff de inſtit. & iur. Dd. ibid. proinde
homicida indicta cauſa condemnari nō
debet, ſed tunc demum, ſi deficiat in pro-
batione allegatæ qualitatis neceſſariç de-
fenſionis, text.not.in l.vnius.§. cognitu-
rum.ff.de quçſtio.& in c.qualiter & quan-
do.el.2.§.debet igitur, de accuſatio. vnde
perſpicuum eſt, citatione & ſententia e-
tiam in notorijs opus eſſe. Dd.vbi ſuprà.
Prædicta, quòd nimirum † in delictis eti-
15 am notorijs, ſentētia declaratoria requi-
ratur, vſque adeò vera ſunt, vt ſecundum
magis communem opinionem proce-
dant etiam in crimine læſæ maieſtatis.
Nā etſi in eo crimine, propter eius atro-
citatem, ipſo iure dominium rerum a-
mittatur, tex.in l.quiſquis.C.ad l.Iul.ma-
ieſtat. tamen quòd ad auferendam poſ-
ſeſſionem, neceſſe eſt ſententiam decla-
ratoriam interuenire: imò ex multorum
ſentētia, ne dominium quidem ipſo iu-
re amittitur, ſed tantùm adminiſtratio
bonorum, vt dixi ſuprà, libr.1.cap.19. per
tex.expreſſum in l.quæſitum.1.ff. qui & à
quib.manu.vbi Paulus I.C. inquit: Quæſi-
tum eſt, an is qui maieſtatis crimine reus
factus ſit manumittere poſſit, quoniam
ante damnationem dominus eſt? Vnde
perſpicuum, dominium ipſo iure in cri-
mine læſæ maieſtatis non committi. fa-
cit text.in l.penult. & in l.fina.C. ad l.
Iul. maieſt. d.l. poſt contractum. & d.l.
aufertur.§.in reatu.ff.de iur.fiſ. Et ita te-
net Bart.in d.l.Imperator. & in d.l.com-
miſſa. Hieron. Gigas in tracta.de crim.læ-
ſæ maieſt. libr. 2. rubric. de pœnis com-
mittētium crimen læſæ maieſtatis, quæſt.
25. vbi in vtramque partem plurimas au-
thoritates allegat, & cum Bartol. con-
cludit, vbi omninò vide. & in tracta.de
crim. læſæ maieſtatis incerto authore,
quæſtion.1. qui inter tractatus crimina-
les reperitur. Prædicta † tamen non ob- 16
tinent in crimine notoriæ rebellionis
actu permanentis, quod ita publicç com-
mittitur, vt celari nequeat: veluti ſi quis,
cuiuſcunque ſtatus, vel qualitatis, con-
tra placita pacis publicæ, aduerſus Impe-
ratorem, vel Romanum Imperium ar-
mata manu perfidè inſurgat, Statumq́ue
Imperij, & pacem publicā, collecto mi-
lite, malo exemplo ſceleratè perturbet,
text. in §.1.in extrauag. tit. quom. in læſ.
maieſt.crimi.proceda. quo caſu, cùm pe-
riculum ſit in mora, & notorium ſenten-
tiæ comparetur, tex.in c.euidentia, de ac-
cuſat. & tex.in l.emptorem.ff.de action.
empt.& in l.ictus fuſtiū.ff.de his qui not.
infam.tex.in l.ſiverò.§.1.ff.qui ſatiſd.cog.
gloſſ. ibid. in verbo, euidentiſſimè, text.
not.in l. ſi quis filio exhæredato.§. hi au-
tem.ff.de iniuſto rup.irri.fac.teſtam.et in
d.l.ea quidem.C.de accuſat.gloſſ.ibid. in
verbo, citra ſolennia, text. not. in §.1.tit.
qui ſint rebelles, in extrauag. vox accuſa-
toris, & longa tela iudiciaria non requi-
ritur, ſed abſque vlla ſententia declara-
toria, ab executione initium fieri poteſt,
& bona delinquentis fiſco addicuntur:
quò pertinet quòd in † notorio facti per- 17
manentis, quòd nulla tergiuerſatione ce-
lari nequit, probatio in contrarium non
admittatur, text.in d.c.euidentia, & in c.
de ma-

de manifeſta,2.q.1 tex.in d.c.ad noſtram,
el.3.de iureiur. cum iuribus ſuprà allega.
tis,Deci.pulchrè conſi.544.num.6.incip.
ſereniſſimus Imperator.Pariſ.conſ.1.nu.
34.cum ſeq.volu.1.vbi dicit communem
& omnium Dd. opinionem eſſe, in no.
torio, quod nō poteſt tergiuerſari & cæ.
lari, & ſuper quo apparet nullam com.
petere defenſionem, ſentētiam declara.
toriam valere ſine citatione. Alex. in d.
l.ſi verò.§.1.ff.qui ſatiſd.cog. nu.5. cū ſeq.
& Dd.ibid.Afflict.in d.c.1.§.ſi quis homi.
nem,in 2.notab.num.6. de pac.tenenda
& eius violat. Felin. in d.c. Rodulphus.
num.37.Bald.conſi.322.num.1.volum.4.
incip. in primis conſiderandum : idque
18 omnium † maximè locum habet, quan.
dò lex ita expreſſè ſcripta eſt, videlicet,
quòd committens notorium crimen re.
bellionis & læſæ maieſtatis, ipſo facto
& iure, abſque vlla declaratione in Ban.
num incidere debeat, per text.in c.1.in fi.
de homicid.lib.6.Sic ex cōſtitutione Im.
perij in Comitijs Auguſtanis anno 59.
promulgata. §. Da mit dan hinfuro / in
notorijs actu permanentibus delictis,
putà palantium militum,prædonum, &
erronum concurſu, nulla ſententia de.
claratoria opus eſt, ſed ipſo facto, nunc
próut ex tunc, & tunc próut ex nunc in
Bannum incidunt, werden mit der that
ohn einige ferner erklerung / jtzo als dan/
vnd dan als jtzo in die Acht gethon. Sic e.
nim verba Conſtitutionis ſe habent. Idē
conſtitutum eſt in Comitijs Auguſtanis,
anno 60.§.auff den fhall dan/cōtra repro.
19 bos monetarios, quòd † ipſo facto,nulla
præcedente ſentētia declaratoria in Ban.
num Imperiale incidant. Huc pertinet
doctrina Afflic.in d.c.ſancimus,num.11.
cum ſequen. quòd dominium & poſſeſ.
ſio in ſelonia notoria actu permanente
pariter committatur. Si Rex,inquit,ſpo.
liauit vaſallum rebellem, & alteri eius
bona contulit, vaſallus interdicto vnde
vi,ad reſtitutionem agere non poteſt,eo
quòd hoc crimē publicæ rebellionis do.
minium ſimul cum poſſeſſione tollat.
Et Grammat.d.deciſ.105.num.13.& num.
57.cum ſequ.concludit in proditore ma.
nifeſto, nec citatione, nec ſententia de.
claratoria opus eſſe. Philipp.Port.lib.1.
commun.opinio. concluſ.2. Felin. in d.
c.cùm non ab homine.num.10.Gigas in
tracta.crim.læſæ maieſt.lib.3.rub.de plu.
rib.& varijs quæſtionib. quæſt. 13. num.5.
Afflict.in d. c. 1.§. publici latrones. nu.5.
de pace tenend.vbi dicunt, † famoſos la. 20
trones & captos in flagranti crimine,ap.
pellare non poſſe : & ſi appelletur, nō eſ.
ſe deferendum appellationi , probatur
per text.ſingul.in d.l. ſi quis filio. §.hi au.
tem omnes,in fin.ff. de iniuſt.rupt. & ir.
rit.ſact.teſt.text.in l.2.C.quor.appel.non
recip.ibi,qui manifeſtam violentiam, &
in d.c.cùm ſit Romana.§.final.de appel.
lat. gloſſ. ibid. in verbo,manifeſtus,text.
in c. peruenit ad nos,eod. titul. & in ex.
trauag.tit.qui ſint rebelles. & in d.l. em.
ptorem, gloſſ.ibid.in verbo,quia. & glo.
in d.l.ſi verò.§.1.in verbo,euidentiſſimè,
Ratio, Primò, quòd † regulariter in no. 21
torijs non admittatur appellatio : quia
appellationis remedium non eſt ad de.
fenſionem iniquitatis, ſed ad præſidium
innocentiæ inſtitutum, text. notab. in c.
cùm ſpeciali.§.porrò.de appel.tex.in d.c.
peruenit. & in c. conſuluit. eod.titul.&
text.nótab.in c.Romana.§.ſi autem poſt
ſententiam.eodem titul. in 6. gloſſ.ibid.
in verbo,notorio. Roma.conſil.324.nu.
2.incip. in propoſita conſultatione. Se.
cundò , quòd propter delicti atrocita.
tem à regulis iuris communis receda.
tur,per tex.ſingu.in c.fœlicis.§.cæterum.
de pœnis. in 6. & in l.1.C. de modo mul.
cta.tex.in c.1.de ſchiſmatic.in 6. Inno.in
c.1.num.2.de conſtitu.Hippo.in l.1.num.
59.ff.de ſicar.& in d l.vnius.§. cognitorū.
nu.70.ff. de quæſtionibus. Tertiò, quod
in † notorijs ſolennitas iuris relaxetur, 22
tex.in d.c.ad noſtram,el.3.de iureiu.& in
d.c.euidentia, cū iuribus ſuprà allegatis.
& non ſeruare ordinem,ſit ſeruare ordi.
nem, text.not.in c. quæ Lotharius.2.q.1.
Ancha.conſ.197.nu.4.incip. ſubtiliter &
ad plenum. Natta conſi.540.num.7.vol.
3.incip.ex pluribus. Hippo.in practic.cri.
min.§. ſecunda. num.38. Nam † notori. 23
um inducit plenam probationem , eſtq́;
probatio probata,& in his quę ſubijciun.
tur oculis,nulla obſtat exceptio,tex.in d.
l.emptorem, Bald. in l.1. num.3.C. de re.
uoc.his quæ in fraud.credit. Hippo.in d.
§.ſecunda.num.216. In Imperio † in hu. 24
iuſmodi atrocioribus & manifeſtis de.
lictis, Banni declaratio, abſque vlla tela
iudiciaria, fit per Imperatorem, ipſis ſoe.
ciali.

cialibus Bannum publicè,ſonantibus tu-
bis, ſub dio ſolenniter denunciantibus,
& delicti qualitatem ex breuiculo reci-
tantibus: quo facto, edicta vbique loco-
rum in Imperio affiguntur, vt Bannum
omnibus innoteſcat, & Banniti perſona
à nemine tecto,domóue recipiatur: quæ
25 Cæſaris † declaratio, iuris potiùs execu-
tio,quàm ſententia eſt, per notata Inno.
in c.ex parte el.1. num.1. de verb.ſignific.
Bald.in l.1.num.9.C. quomod. & quand.
iud.Roma.d.conſi.324.num.3.Hippo.in
d.§.ſecunda.num.47.& ad d.rubric.C.de
probatio.vbique dicunt,in notorio non
diſputandum, ſed diſputatum eſſe, & iu-
dicis pronunciationem in notorijs,non
eſſe propriè ſententiam, ſed quandam
iuris executionem.Roland.conſi.48.nu.
5.volum.2.incip.magnificus.vide ampliſ-
ſimè de materia notorij Hippo.ad d.rub.
C.de probat. Felin.in c.ſi diligenti.nu.3.
26 de for.compet.vbi † dicit,in notorio cri-
mine Reum defenſionibus ſuis renun-
ciare poſſe, quod aliâs facere nequit, vt
dixi ſup.lib.1.cap.18.

CAPVT IIII.

Sententia Banni conditionalis an valeat.

SVMMARIA.

1 *Banni declaratio an poſſit eſſe conditionalis.*
2 *Sententia conditionalis in Camera Imperiali non profertur.*
3 *Fallit in cauſis contributionum Imperij.*
4 *Sententia ſub conditione intrinſeca lata valet.*
5 *Sententia ſub conditione extrinſeca lata valet,ſi ab ea non appelletur.*
6 *Actore intentionem probante, Reus contrarias probationes in remotis ſe habere ſi allegat, condemnatur ſub conditione.*
7 *Sententia excommunicationis conditionalis valet.*
8 *Similium idem iudicium.*
9 *Sententia Banni ob contumaciam interlocutoria eſt.*
10 *Sententia conditionalis ſuſpenditur, vſque ad euentum conditionis.*
11 *Conditio ſententiæ ineſt.*
Paria ſunt non fieri, vel fieri ſub conditione non purificata. Ibid.
12 *Cæſar ſententiam Cameræ prorogare poteſt.*
13 *Creditor terminum ſolutionis prorogare poteſt.*
14 *Iuramentum à parte remitti poteſt.*
15 *Tempus appellandi à ſententia conditionali currit à die pronunciationis.*
16 *Sententia an contractibus vel vltimis voluntatibus comparetur.*
17 *Conditio in teſtamento adiecta quid operetur.*
18 *Sententia potiùs contractibus, quàm vltimæ voluntati æquiparatur.*
19 *Sententia ſtricti iuris eſt.*
20 *Forma ſententiæ conditionalis cum termino ſuſpenſiuo contra Statum Eccleſiaſticum.*
21 *Eccleſiaſtici priuantur ab Imperatore regalibus & priuilegijs,non banniuntur.*
22 *Forma ſententiæ ſuſpenſiuæ contra Statum ſecularem.*
23 *Tempus iudicati prorogare aut abbreuiare iudex poteſt.*
24 *Tempus quadrimeſtre in criminalibus non datur.*

QVæritur,vtrùm † Banni ſenten- 1
tia ſub conditione, vel cum ter-
mino dilatorio, ſiue ſuſpẽſiuo,
vt vocant, proferri poſſit:vide-
licet, Titium ob nõ paritionem manda-
torum executorialium Cæſaris,in contu-
maciam Bannimus: ita tamẽ, vt effectus
Banni ad menſis ſpacium in ſuſpẽſo ſit,
ea comminatione , niſi intereà contu-
maciam purget, & de paritione doceat,
quòd tunc ad procuratoris Cæſaris ſiue
fiſci inſtantiam, ratione publicationis,
denunciationis, & executionis Banni,
fieri debeat quod iuris eſt. Etſi huiuſmo-
di ſententia conditionalis iure defendi
poſſit, vt paulò poſt dicetur: tamen in † 2
Camera hoc neque in ciuilibus, neque
etiam in cauſis fractæ pacis receptum eſt:
omnium enim maximè ad iudicis offi-
cium pertinet, ita ſententiam proferre,
vt incertitudo, quæ obſcuritatem parit,
euitetur,certaque & perſpicua ſit ſenten-
tia, tex.in l.idem Pomponius ſcribit.§.fi.
ff.de rei vendic. gloſſ.ibid. in verbo,nul-
lam,tex.in §.curare.Inſt.de act.& in l.pe-
nult.& in l.fin.C.de ſenten. quæ ſine cer.
quant.prof.Alex.conſil.73.num.12.volu.
3.incip. videtur prima conſideratione.
Tamen hoc nõ † procedit in cauſis con- 3
tributionum Imperij, putà, ſi cuiuſcun-
que dignitatis Status in mora ſit ſoluen-
di indictiones ex publica Imperij Conſti-
tutione debitas:quo caſu procurator Cæ-
ſaris, permittente Conſtitutione, con-
tra contumaces ad pœnam Banni pro-
cedit,petendo eos ob non factam ſuo lo-
co & tempore ſolutionem, in Bannum
declarari,cui petitioni,ob diuturnã mo-
ram, & cauſæ prærogatiuam, locus da-
tur, proferturque ſententia Banni cum
termino tamen dilatorio ſiue ſuſpen-
ſiuo,

ſino, vti infrà ex formula ſententiæ per-
ſpicuum erit: idque non nouo, ſed perue-
tuſto exemplo receptum eſt: nam anti-
quitùs ita quoque in exigendis indictio-
nibus vel collectis Imperij in Camera
obſeruatum fuit, idque iuri communi
non refragatur: Nam primò notum eſt,
4 † ſententiam conditionalem valere, ma-
ximè ſi ſit intrinſeca conditio, vtputà
negotio principali cohærens. Exempli
gratia: Condemno te, niſi intra talem
terminum ſoluas, vel ſi actor intentio-
nem ſuam probet: aut abſoluo Reum, ſi
iurauerit, quia ſoluere, probare, & iura-
re, negotium principale concernunt. la-
tè poſt Bart. Alex. in l. à Diuo Pio, nu. 15.
cum ſequentib. ff. de re iudic. Dd. ibid.
5 Imò etiam valet † ſententia ſub condi-
tione extrinſeca lata, videlicet, quæ à ne-
gotio principali penitùs remota eſt, ni-
hilque cum ſubiecta materia commune
habet: vt abſoluo, vel cõdemno te, ſi na-
uis ex Aſia venerit, valet inquam, & in
rem iudicatam tranſit, ſi ab ea non ap-
pelletur: quia cùm lata ſit contra ius par-
tis, & non conſtitutionis, opus eſt appel-
latione, aliâs tranſit in rem iudicatam,
text. in l. cum prolatis. Bart. & Dd ibid. ff.
de re iudic. Zaſ. in l. præſes. nu. 2. ff. eo. tit.
Alex d. conſi. 73. nu. 12. tex. in l. 1. §. biduũ.
ff quando appell. ſit, vbi Bart. nu. 2. cum
pulchra apoſtilla. & in c. biduum. 2. q. 6.
tex. in c. in noſtra, de ſepultu Panor. ibid.
nu. 8 Idem in c. quóad conſultationem,
nu. 2 de ſent. & re iudi. tex in c. Romana.
de ſen excomm. in 6. glo. in l. cùm iudex.
C. de ſent, & interloc. omn. iudic. in ver-
bo. palam, & Bar. ibid. nu. 4. facit tex. in l.
air prætor. §. ſi iudex. ff. de re iudic. vbi
Bart. nu. 4. & in d. l. à Diuo Pio. §. in ven-
ditione. Bartol. ibid. num. 1. ff. eod. titul.
Panorm. pulchrè in c. prętereà. el. 2. num.
12. extr. de appellat. Felin. latè in d. c. quó-
ad conſultationem, num. 1. cum ſequen.
6 vbi dicit, quandò † actor habet intentio-
nem ſuam de iure probatam, Reus verò
alleget ſe in partib9 remotis habere pro-
bationes in cõtrarium, quòd tunc iudex
poſſit condemnare Reum ſub conditio-
ne, ſi non probabit exceptiones ſuas, per
text. in d. c. in noſtra. Portius commun.
opin. libr. 4. concluſ. 6. vbi vide regulam
cum ſuis limitationibus. Secundò explo-
7 rati iuris eſt, ſententiam † excommuni-
cationis ſub conditione & termino di-
latorio ſiue ſuſpenſiuo proferri poſſe,
hoc pacto: Niſi Sempronio intra viginti
dies ſatisfeceris, te excommunicatum
vel ſuſpenſum eſſe noſcas, per text. in d.
c. prætereà. el. 2. quia talis conditio eſt in-
trinſeca ad actum excommunicationis
pertinens: ſed excommunicatio compa-
ratur Banno, vt dixi ſuprà, cap. 1. eod. libr.
per allegata ibid. ergò ſententia Banni
eo modo prolata valebit, cùm † simili- 8
um idem ſit iudicium, text. in l. Diuus. 1.
ff. de iur. patron. gloſſ. ſingul. in l. final. in
verbo, voluerit. C. de reuocand. donãt.
Tertiò communiter placuit † ſententi- 9
am Banni ob contumaciam, interlocu-
toriam eſſe, vt infrà eod. lib. capite 5. ple-
niùs dicetur: atqui interlocutoria ſub
conditione ferri poteſt. tex. in d. l. à Diuo
Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. gloſſ.
notab. ibidem in verbo, capiantur, in ſe-
cunda ſolutione. & Bart. num. 1. Alexan.
nu. 16. Panorm. in d. c. prætereà. num. 10.
Nellus in terminis in tracta. de Bannitis
in tertia parte ſecundi tempor. quęſtion.
79. num. 38. cum ſequen. & in primo tem-
po. part. vltima, quæſtio. 4. num. 23. Va-
let igitur talis ſententia Banni cum ter-
mino ſuſpenſiuo, pendetque ex illa con-
ditione & ex illo tẽpore præfixo, & non-
dum purificata cõditione, aut nondum
effluxo termino, non eſt, neque dicitur,
quóad effectum cõdemnationis, ſenten-
tia: † quia ex conditionali diſpoſitione, 10
interim pendente conditione, ius non
oritur, ſed perinde eſt, ac ſi diſpoſitio
nunquam facta fuiſſet, text. in l. pecuniã
quam ff. ſi cert pet. text. in l. quoties. ff. de
verbor. obliga. text. not. in l. neceſſario. §.
quod ſi pendente. ff. de peric. & commo.
rei vendit. Bart. in d. l. cùm iudex. Alberi.
in d §. biduum. nu. 2. Panorm. in d. c. præ-
tereà. num. 5. & 11. Nellus vtrobique in
locis allegatis. Et ſic non obſtat ratio l.
iudex poſteaquàm. ff. de re iudic. quia ni-
hil emendat, corrigit, aut addit iudex, ſed
effectum † ſententię in euentum tantùm 11
conditionis ſuſpendit, & ſententia pen-
dente conditione, quæ ei ineſt, l. lecta. ff.
ſi cert. peta. quaſi pro non lata habetur.
argumento l. contractus. C. de fid. in-
ſtrum. & per iura ſuprà allegata. Paria
enim ſunt nihil fieri, vel ſub conditio-
ne nondum purificata aliquid fieri, text.
not.

not.in l.ita ſtipulatus.§.quod ſi ab initio.
ff.de verb.oblig. Natura enim conditio-
nis eſt, vt prius impleatur, quam emolu-
mentum, ant effectus aliquis ſequatur,
tex.in l.ſi poſt diē.§.ſed ſi.ff. quando dies
lega.vel fideicom.cedit.gloſſ.2.in l.ſiqui-
dem.C.de except.Bal.ibid.nu.3.Deci.cōſ.
585.nu.1.incip.Iohannes. Cæphal. conſil.
269.nn.22.cum ſequ.vol.2.incip.illuſtris
Comes.Roland.conſi.59.nu.8.volu.3. in-
cip.in cauſa.per iura ſnprà allegata. Pro-
inde ſolutione eius quod Imperio debe-
tur, contumacia intra præfixum termi-
num purgatur, & perindè eſt, ac ſi nun-
quàm talis ſententia prolata fuiſſet. Imò
12 ſi † Cæſar tanquàm creditor, poſt latam
ſententiam Banni ſuſpenſiuam, termi-
num præfixum prorogauerit ſua volun-
tate, ſententia conditionalis, elapſo ter-
mino præfixo, non purificatur, hoc eſt,
debitor Imperij non habetut pro Ban-
nito,quia ex conſenſu Cæſaris, cuius po-
tiſſimùm intereſt ſolutionem fieri, con-
13 tumacia excluditur, & † creditor poteſt
terminum debitori ſuo prorogare. text.
in l.2.ff.ſi qnis caut. Panormi.in d.c.præ-
tereà.num.4. vbi omninò vide, & addu-
cit ſimile de iuramento parti præſtito:
nam licèt illud principaliter dirigatur
in Deum,ita quòd Deus principaliter re-
cipiat obligationem,per tex.in c.debito-
res,de iureiur.& in l.iuriſiurādi.C.de reb.
14 credit.tamen † pars poteſt illnd iuramen
tum remittere, vel obligationem differ-
re.tex.in c.1.de iureiur. Panorm.ibid.nu.
4. Felin. nume.2. & in c.2. de ſponſalb.
tex.in l.fin.ff.qui & à quib.manu.ibi,niſi
id patronus remittat. Prætereà etiam e-
lapſo termino contumax debitor non
habetur pro Bannito,ſed adhuc requiri-
tur alia ſententia declaratoria, per ea quę
ſupr.eod.lib.cap.3.dixi. Et obiter hîc ob-
ſerua, quòd à qualibet † ſententia quan-
15 tumcunque conditionali,currat tempus
decendij ad appellādnm à tempore pro-
mulgationis, Dd. in d.l.1.§. biduum.ff.
quandò appellan. ſit. Panormit. in d.c.
prætereà.num.9.de appell.Idq́ue propter
authoritatē rei iudicatæ. Prætereà quan-
dò index ſentētiam ſub conditione pro-
fert, ſtatim incipit grauare partem: &
ideò ſtatim quoque incipit currere tem-
pns appellationis,Bartol.in d.§.biduum.
Iaſ.in l. ſi cui legetur, nnm.19.ff. de leg.1.

Tiraquell.de retract.§.1. gloſſ. 10. num.51.
cum ſequen. Nam ex eo quòd quis læ-
di poteſt, vt ex ſententia conditionali;
iam lædi cenſetur, gloſſ.in l.3. §.1. verſic.
hęc pœna, in verbo, experitur.ff. quod
quiſque iur. Bal.ibid.in principio.Panor.
& Philip.Fran.in d.c.pręterea. Et ſic ob-
ſeruandum, in ſententia conditionali,
quóad interponendam appellationem
ſpectari tempus latę ſententiæ, non au-
tem tempus conditionis. text. in d.l.1.
§.biduum. Quid autem in contractibus
cōditionalibus receptum eſt, vtrùm tem-
pus contractus, an verò conditionis in-
ſpiciendum ſit, & de alijs actibus iuriſdi-
ctionalibus vide latè Tiraqu.in d.§.1.glo.
2.num.22.& d.gloſſ.10 num.44. cum ſe-
quentibns. Item notandum,quòd † ſen- 16
tentia ſecundum quorundam opinionē,
magis vltimæ voluntati, quàm contra-
ctibus comparari ſoleat. text.in l.non eſt
mirum ff.de pignor.action.tex.in l.ſi ita
fuerit.ff.de manu.teſtam.In † vltimis ve- 17
rò voluntatibns, conditio in quacunqne
parte teſtamenti adiecta reddit diſpoſi-
tionem conditionalem.text.notab.in l.
quibus diebus.§.quidam Titio.ff. de con-
dit.& demonſtrat. text.in l.ſi legatum.ff.
de adimen.leg. Nellus prolixiùs d.quæ-
ſtion.79. Magis † tamen obtinuit, ſen- 18
tentiam potiùs contractibus, quàm vlti-
mis voluntatibus comparari,eo quòd in
iudicijs quaſi contrahatur, per text.in l.3.
§. idem ſcribit.ff. de pecul. gloſſ. ibid. in
verbo,iudicio. Felin. in d.c.quóad con-
ſultationem. num. 2. in fine. Sententia
† autem eſt ſtricti iuris. text. in l.1.C.ſi 19
plures vna ead.ſenten. ideò ſit ſtricta in-
terpretatio. Sed in vltimis voluntatibus
larga interpretatio admittitur, per text.
in c.cùm dilecti,in fine, extra de donati-
onibus, vide Obſeruat.lib.1.Obſerua.116.
Forma † autem ſententiæ conditionalis 20
cum termino ſuſpenſiuo cōtra Statum
Eccleſiaſticum talis eſt:

In ſachen des Kayſerlichen Fiſcals Cleger
widder den Herrn M. Abt zu N. beclagten
O. Reichs anlag belangend / Nachdem
gedachter beclagter der außgangenen / ver-
khundten / vnnd reproducirten Kayſerli-
chen Citation / dar innen er an diß Kay-
ſerlich Cammergericht / durch ſich ſelbſt /
oder ſeinen volmechtigen anwaldt / zuer-
ſcheinen / peremptorie gehaiſchen vnd ge-
laden

laden worden/ nemlich zu ſehen vnnd zu
hören / vmb ſeiner ſaumbnuß / vngehor-
ſambs / vnd nit erlegens willen/ ſich aller
vnnd jeder ſeiner regalien / priuilegien /
freihaiten / gnaden / rechten / vnnd gere-
chtigkheiten / ſo er von Römiſcher Kay-
ſerlicher Maieſtät / vnnd dem H. Reich
hatt/ zu priuieren/ entſetzen / auch darüber
notturfftige proceß außgehen zu laſſen /
oder aber erhebliche / vnnd jhm recht ge-
grundte einreden / warumb ſolches nit ge-
ſchehen ſoll / furzupringen/ alles ferner jn-
halts / vnnd aber derſelben kein gehorſamb
biſhero gelaiſtet/noch ſelbſt / oder jemandts
anders von ſeinet wegen / anzaig gepurli-
cher erlegung gethan/ So iſt auff anclagen
ſolches ſeines vngehorſambs vnnd fernern
gerichtlichen begern / auch aller handlung
nach/ zu recht erkhendt / daß gedachter be-
clagter/ auff / vnnd vmb ſolcher ſeiner vn-
gehorſamb nit erlegens willen/ jn gedachte
Peen der priuierung gefallen ſein / geſpro-
chen vnnd declariert werden ſoll / den wir
auch alſo aller vnnd jeder regalien / priui-
legien / freihaiten / gnaden / rechten vnnd
gerechtigkheiten / ſo er von Rom. Kayſerl.
Maieſt. auch derſelben vorfharen / vnnd
dem H. Reich hatt / hiemit dieſer vrthel
priuieren/ entſetzen / erkhennen / ſprechen/
erklerẽ. Doch iſt die krafft vnd wurcklichait
dieſer hiemit geſprochener priuation/entſe-
tzung/erkhäntnuß/vñ erklerung/gegen obge-
dachten beclagten auff ſechs Monat / auß
unſ. richterlichem ampt/ eingeſteldt/ vnnd
ſuſpendiert / mit der commination / wo er
in ſolcher zeitt nit glaublich anzaig gepur-
licher erlegung thun wurdt/ das als dann
auff ermeldts Kayſerlichen Fiſcals ferner
anruffen/ gegen jhme der Executorialn vnd
anderer notwendiger Proceß halben / zu al-
lem vberfluß/ nochmals endtlich ergehen
ſoll was recht iſt.

Latinè.

In cauſa Procuratoris fiſci Actoris, con-
tra dominum M. Abbatem reum, ratio-
ne O. contributionis Imperij. Poſtquàm
dictus Reus emanatæ, executæ, & repro-
ductæ Cæſareæ citationi (qua ad Came-
ram Imperialem peremptoriè citatus
eſt, vt per ſe, vel legitimum ſuum pro-
curatorem compareret, ad videndum
nimirum, & audiendum, ſe ob moram,
contumaciam, & non factam ſolutio-
nem, omnibus & ſingulis regalibus, pri-
uilegijs, immunitatibus, gratijs, & iuri-
bus, quæ à Cæſar. Maieſt. & Sacro Impe-
rio habet, priuari, & deſuper neceſſarios
proceſſus decerni, vel allegandum iu-
ſtas & releuantes cauſas cur hoc fieri
non debeat, prout latiùs in ea citatione
habetur) hactenus non obtemperauerit,
neque per ſe, vel alium ſuo nomine de
facta ſolutione legitimè docuerit. Ideò
accuſata eius contumacia, viſiſque a-
ctis & actitatis, decernimus, dictum re-
um ob huiuſmodi ſuam contumaci-
am non ſoluendi, in dictas pœnas pri-
uationis incidiſſe, pronunciari & decla-
rari debere: quemadmodum eum om-
nibus & ſingulis regalibus, priuilegijs,
immunitatibus, gratijs, & iuribus, quę à
Cæſarea Maieſtate, necnon ſuæ Maie-
ſtatis anteceſſoribus, & Sacro Romano
Imperio habet, hac ſententia priua-
mus, deponimus, decernimus, pronun-
ciamus, & declaramus. Attamen effe-
ctum iam factæ priuationis, depoſitio-
nis, pronunciationis, & declarationis
ad ſex menſes, noſtro iudiciali officio
extrahimus atque ſuſpendimus: ea com-
minatione, niſi intereà Reus plenè de
ſolutione facta doceat, quòd tunc ad
Procuratoris fiſci vlteriorem inſtãtiam,
ratione Executorialium, et aliorum pro-
ceſſuum ex ſuperabundanti iterum per-
emptoriè fieri debeat quod iuris eſt. Ex
hac † ſententia obſeruandum, perſonam 21
Eccleſiaſticam ab Imperatore non ban-
niri, ſed ſolummodò priuari beneficijs,
regalibus, & priuilegijs, quæ ab Impera-
tore, & Imperio habet, & quorum no-
mine ſoli Cæſari, & Imperio ſubiectus
eſt, per text. in l. de his. C. de epiſc. & cler.
text. in c. nimis de iureiur. in l. ſolitæ, in
verſicu. quòd autem, de maior. & obe-
dien. vide ſupr. libr. 1. cap. 1. & cap. 8. For-
ma † verò ſẽtẽtiæ conditionis cum ter- 22
mino ſuſpenſiuo contra Statum ſecula-
rem talis eſt:

In ſachen der Kayſerlichen Fiſcals Cle-
gern/ wider Herren A Graffen Beclagten
N. Reichs anlag belangend. Nach dem ge-
dachter beclagter der außgangenen / ver-
khundten / vnnd reproducierten Kayſerli-
chen Citation/ darinnen er an das Kay-
ſerlich Cammergericht durch ſich ſelbs /
oder ſeinen volmechtigen Anwaldt zuer-
ſcheinen peremptoriè gehaiſchen / vnnd

geladen worden / Nemlich zu ſehen vnnd hören/vñ ſeiner ſaumbnuß/vngehorſambs vnnd nit erlegens willen / ſich in die Peen der Kayſerlichen Maieſtat / vund des H. Reichs Acht gefallen ſein / mit vrtheil vnd recht zuſprechen / zuerkhennen / erkleren / vnnd offentlich zuuerkhunden / auch daruber notturfftige Proceß außgehen zulaſſen/ oder aber jn recht gegrundte einreden/ warumb ſolches nit geſcheen ſoll furzubringen/ alles ferner inhalts. Vnnd aber derſelben kein gehorſamb biſanhero gelaiſt / noch ſelbſt / oder jemandts anders von ſeinent wegen anzaig gepurlicher erlegung gethan / So iſt auff anclagen ſolcher ſeiner vngehorſamb vnd fernern gerichtlichen begern / auch aller handlung nach zu recht erkhendt / daß gedachter Beelagter / auff vnnd vmb ſolcher ſeiner vngehorſamb nit erlegens willen / jn obgedachte der Kayſerlichen Maieſtät / vnnb des Hailigen Reichs Acht gefallen ſein / geſprochen / erkhendt erklert/ vnnd offentlich verkhundt werden ſoll / den wir auch alſo in Römiſcher Kayſerlicher Maieſtät / vnnd deß Hailigen Reichs Acht hiemit dieſer vrthel ſprechen/erkhennen/erkleren/denuntieren/ vnnd offentlich verkhunden. Doch iſt die krafft vnnd wurcklichcit dieſer hiemit beſcheener Acht / erkhendtnuß / erklerung / denunciation/ vnnd publication/ gegen obgedachten beclagten / auß ſechs Monat / auß mildt Richterlichen ampt/ eingeſteldt vnud ſuſpendiert / mit der commination/ wo er in ſolcher zeitt nit glaublich anzaig gepurlicher erlegung thun wurdt / daß alsdan auff ermelts Kayſerlichen Fiſcals ferner anrueffen/ gegen jme der denunciation/ publication/ execution/ vnnd anderer notturfftiger proceß halben zu allem vberflus/ nochmals endtlich ergehen ſoll was recht iſt.

Latinè.

In cauſa Procuratoris Cæſaris, ſiue fiſci Actoris, contra A. Comitem Reum, ratione N. contributionis Imperij, poſtquàm dictus Reus, emanatæ, executæ, & reproductæ Cæſareæ citationi (qua ad Cameram Imperialem peremptoriè citatus eſt, vt per ſe, vel legitimum ſuum procuratorem compareret ad videndum nimirum & audiendum ſe, ob moram, contumaciam & non factam ſolutionem, in Cæſareæ Maieſtatis, & Sacri Romani Imperij Bannum incidiſſe, per ſententiam pronunciari, declarari, & publicè denunciari, & deſuper neceſſarios proceſſus decerni, vel allegandum releuantes exceptiones cur hoc fieri non debeat, próut latiùs in ea citatione habetur) hactenùs non ſatisfecerit, neque per ſe aut alium ſuo nomine de facta ſolutione legitimè docuerit. Ea propter accuſata eius contumacia, viſiſque actis & actitatis pronunciamus, dictum reum, ob huiuſmodi contumaciam nõ ſoluendi, in Cæſareæ Maieſtatis, & Sacri Imperij Bannum incidiſſe, pronunciari, decerni, declarari, & publicè denunciari debere: próut eum in ſuæ Maieſtatis, & Sacri Imperij Bannum hac ſententia pronunciamus, decernimus, declaramus, denunciamus, & publicamus. Sed tamen effectum huius Banni ad ſex menſes, iudiciali noſtro officio extrahimus atque ſuſpendimus, ea comminatione, niſi intereà plenè de facta ſolutione doceat, quòd tunc ad Procuratoris fiſci vlteriorem inſtantiam, contra ipſum reum, ratione denunciationis, publicationis, executionis, & aliorum neceſſariorum proceſſuum, ex ſuperabundanti iterum peremptoriè fieri debeat quod iuris eſt. Ex iſtis formulis colligi poteſt differentia Banni inter Eccleſiaſticas, & inter Seculares perſonas, de qua differentia vide ſuprà, libr. 1. cap. 1.
De iure communi dubium non eſt, iu-
dicem † tempus iudicati, putà quadri- 23
meſtre, pro arbitrio prorogare, & ex iuſta cauſa etiam abbreuiare poſſe, per text. in d. c. quóad conſultationem. Felin. ibid. nume. 8. text. in l. 2. ff. de re iudic. gloſſ. ibid. in verbo, coarctar, text. In l. ſi ſe nõ obtulit. §. ſi quis condemnatus, ff. eod. titul. Item notum eſt, quòd petens dilationem, & terminum ſoluendi poſt latam ſententiam, ipſam ſententiam approbâſſe, & appellationi renunciâſſe cenſeatur, per text. in l. ad ſolutionem. C. de re iudic. Dd. ibid. & text. elegantem, in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. gloſſ. ibid. in verb. ſequetur. Panor. in d. c. quóad cõſultationem. Felin. ibid. nu. 5. vbi communem dicit, cum aliqua limitatione, vt ibi per eum.
Hæc procedunt in cauſis ciuilibus. In cri-
minalibus † verò condemnato non dan- 24
tur

tut induciæ quadrimeſtres ad ſoluẽdum. Sed compellitur ſoluere intra terminũ arbitrio iudicis præfixum: Eſt communis opinio teſtante Iaſ. in l. debitoribus. nu.16.cum ſeq.ff.de re indi. Iul.Clarus in pract.crimin.§.fin.quæſt.95.nu.1.

CAPVT V.

Sententia Banni Imperialis qualis ſit.

SVMMARIA.

1 *Bannum Imperij dupliciter irrogatur.*
2 *Contumax in cauſis ciuilibus Banniri poteſt.*
3 *Sententia Banni ob delictum diffinitiua eſt.*
4 *Sententia criminalis tranſit in rem iudicatam.*
5 *Confeſſus crimen capitaliter puniri poteſt.*
6 *Sententia Banni an reuocari poſſit.*
Principi multa licent, quæ priuato interdicta ſunt. Ibid.
7 *Sententia Banni ob contumaciam interlocutoria eſt.*
8 *Contumacia an ſit delictum.*
9 *Sententia ob contumaciam lata an ius partis concernat.*
10 *Abſens contumax diffinitiuè condemnari non debet.*
11 *Fallit, ſi contra eum legitimè in contumaciam procedatur.*
12 *Differentia Banni contumaciæ & delicti, nulla eſt in forma ſententiæ.*
13 *Contumacia in Camera commiſſa reſpicit contemptum Cæſaris.*
14 *Cæſaris maieſtatem contemnere ſummum delictum.*
15 *Contumacia reſpiciens contemptum iudicis, delictũ eſt, & criminaliter punitur.*
16 *Statuta permittentia Bannitos occidere, quomodo intelligenda.*

QVAEritur vtrùm ſententia Banni Imperialis ſit diffinitiua, an verò interlocutoria? Scire imprimis oportet
1 Bannum † Imperij ex duplici cauſa irrogari poſſe: Primò, ob delictum fractæ
2 pacis. Secundò, ob ſolam † contumaciam, etiam in cauſis ciuilibus: vtputà, ſi legitimè citatus non compareat: vel condemnatus iudicatum non faciat: aut executorialibus mandatis non obtemperet: quibus caſibus Cameræ iudex, ad vindicandam obſtinatam contumaciam, & tuendam Cæſaris & Imperij iuriſdictionem tali contumaci, in terrorem aliorum, Banni pœnam infligere poteſt, Ordinatio Cameræ part.3.titu.43.§.1.& titu.18.cum ſequen. part.2. Multis antem pœnis contumax de iure cómmuni ſubijcitur, quas ennmerant Dd.in l. contumacia.ff.de re iudic. Dd.in l. vnica.ff. ſi quis ius dic.non obtempe.Bart.in l.magiſtratibus,num.2.de iuriſd.omn.iudic.& in l. illicitas.§. final. nume.1. de offic. præſid. Afflict. in c.1.§. ſi quis hominem, verſic. nono nota, num.2.de pace tenenda. Marant.prolixè parte 6. titu.de contumacia. num.9.cum ſequen. vbi 24. pœnas contumaciæ recenſet: vbique dicunt, contumacem etiam Banniri poſſe, & hoc ex Ordinatione locis allegatis perſpicuum eſt, vbi plenè proceſſus Banni in contumaciam traditur. facit text.not.in c.cordi.§.fina. de appella. in 6. vbi dicitur, iuſtum eſſe, vt in eum iura inſurgant, qui ius, iudicem, & partem eludit, & creſcente malitia, pœnam quoque intendi debere, tex.in c.2.de teſtib.cogen.gloſſ ibid. in verbo, depoſitionis, text.in d.l.vnic.§. fin.ff.ſi quis ius dic. non obtempe. vbi dicitur eum videri ius dicenti non obtemperaſſe, qui quod extremum in iuriſdictione eſt, non fecit, text. in l. 2. §.1.ff.ſi quis in ius voc. non ierit, & in l. abſentem. §. 1. ff. de pœnis. Quod igitur ad † 3
Bannum delicti attinet, proculdubiò ſententia condemnatoria, vel abſolutoria, diffinitiua eſt. Ratio, quia iuris ordine ſeruato, cum plena cauſæ cognitione Profertur: & crimen principaliter in iudicium deductum extremè diffinit, nec alia ſententia poſteà expectatur, vnde vera diffinitiua dicitur, text. in l.1.ff. de re iudic. & actio in factum, quæ ex re iudicata datur, competit.l. poſt ſententiam. C. de ſenten. & interlocut. omn. iudic. gloſſ. in Clemen. 1. in verbo, diffinitiua, de ſequeſtr.poſſ.& fruct. Philip. Franc.in c.cùm ceſſante.num.36. de appellat. Guido deciſ.220. num.2. Nam etiam † ſen- 4
tentiæ criminales ritè prolatæ in rem iudicatam tranſeunt, text. in l.2. §. cum accipiemus.ff.de pœnis. ita vt omiſſa appellatione, accuſatio, neà tertio quidem inſtaurari poſſit, & hoc nullam habet dubitationem in ſententia criminali abſolutoria: de condemnatoria dubitari probabiliter poſſet, præſertim ſi irroget pœnam corporis afflictiuam, vtrùm in rem iudicatam tranſeat, cùm nemo ſit dominus membrorum ſuorum, text. in l.liber homo, la. 1. ff. ad l. Aquil. ſed

tamen magis placuit, vtroque caſu ſen-
tentiam criminalem tranſire in rem iu-
dicatam, tam condemnatoriam, quàm
abſolutoriam, d.l. 2.§. cum accipiemus.
Nec obſtat ratio dubitandi, quia illa pro-
cedit, quandò iniquè & iniuſtè quis ve-
lit ſe exponere periculo vitæ, per nota-
ta Hippol. in l.1.num.2. & in l. lege Cor-
nelia.§.conſtitutum, num.7.ff. ad l.Cor-
nel. de ſicar. & in l. penult. num. 4. cum
ſequen.ff. de quæſtio. ſed omiſſa appel-
latione tacitè conſentire & ſententiam
approbare videtur, argumento l. furti.
ff. de his qui not.infam. text. in c. quóad
conſultationem, de ſent.& re iudic. text.
in l.2.§.fin. & in l. fina. §. illud etiam.C.
de tempo.appell.tex.in l.ſi contra maio-
5 rem, & in l.quoniam.C.de appellat. Sic †
crimen in indicio confeſſus, etiam capi-
tis pœna puniri poteſt, text. in l. qui ſen-
tentiam.C.de pœnis. Ita tenent Panor.
in c.de his. num. 2. de accuſat. per illum
text. & Felin. in c.conſanguinei. num.6.
cum ſequen.de ſenten.& re iudi. Hippo.
in practi.criminal.§.ordine. num.54.per
text. ſingul. in l. Diui fratres.ff. de pœn.
tex.in l.1.§.fi.ff.de quæſtionibus. Franciſ.
Marc. quæſtion.363. num.2. vbi expreſſè
tenet, ſententiam eſſe diffinitiuam, ſi fe-
ratur contra præſentem, inris ordine ſer-
uato, per text.in l.infamem.ff.de public.
iudic. Vnde ſequitur, iudicem talem ſen-
tentiam criminalem reuocare non poſ-
ſe, cùm ſit diffinitiua, & lapſu decendij
in rem iudicatam trãſeat, tex.in d.c.quó-
ad conſultationem, & in d.l. pœnam.C.
de pœnis, tex.in d.l. Diui fratres, & in d.l.
1.§.fi.ff.de quæſt.gloſſ.ibid.in verbo, non
poteſt, tex.in l.acta.§.de amplianda, & in
l.iudex.poſteaquàm.ff.de re iudic. vbi gl.
& communiter Dd. Et hæc nota ſunt in
cauſis fractæ pacis, qnia ſententia Banni
condemnatoria, nõ petita legitimo tem
pore reuiſione, effectum ſuum ſortitur,
& retractari nequit, quia diffinitiua per
iura allegata, & ſic tanquàm res iudica-
ta pro veritate habetur, text. in l. inge-
nuum.ff.de ſta.homi. & in l.res iudicata.
6 ff.de reg.iur. Sed nunquid † iudex Came-
ræ, Bannitum poſt longum interuallum
à Banno abſoluere poteſt? vtique poteſt,
ergone retractatur ſententia Banni? Mi-
nimè, quia talis abſolntio nõ fit per mo-
dum correctionis, aut retractationis ſen-
tentiæ, ſed potiùs reſtitutionis, & Princi-
pis beneficio, idque permittente Conſti-
tutione Imperij, vt infrà eod. lib. cap.18.
dicam. Facit optimè text.in d.l.Diui fra-
tres.ff.de pœnis. & in l.relegati, in fin.ff.
eod.titu. Panor.in d.c.de his. num.2.quo
pertinet, quod multa Principi liceant,
quæ alijs inferioribus interdicta ſunt, id-
que propter principalem præeminen-
tiam, text. in l. itaque hoc caſu.ff. de fi-
deicom. libert. & in l. adoptio.la.2.ff. de
adopt. gloſſ. in d.l. 1.§.fin.ff. de quæſtio.
in verbo, Principi, & in d. l. Diui fratres
in verb.fieri poteſt. Et hactenùs de ſen-
tentia Banni quæ ob delictum profertur.
Quod verò ad † ſententiam Banni, quæ 7
ob contumaciam fertur, attinet, illa non
diffinitiua, ſed interlocutoria eſt, quia
cauſam principalem nõ diffinit, & ideò
purgata cõtumacia, reuocari poteſt, text.
not. in c. ex literis, de conſtitutio. vbi
commuuiter Dd.& in l.quod iuſſit.ff. de
re iud. Dd. ibid. & Bald. in l.1. num.9. &
num.12.C.de hæred.inſtit. vbi dicit, Ban-
num propter contumaciam habere na-
turam cuiuſdã interlocutoriæ, ſicut miſ-
ſionem in poſſeſſionem, pignorum ca-
ptionem, aliaq́; prætoris remedia, ad re-
frænandam inobedientiam comparata:
idem tenet Alexan.conſil.90.num.6.vo-
lum.1.incip. Ferè omnis. Franciſ. Marc.
d.quæſtio.363. Dd.in l.2.C. qui teſtamen.
fac.poſſ. Boſſius titul. de Bannitis. nnm.
3. Et licèt † contumacia pro delicto acci- 8
piatur, text. in l. omne delictum.§. con-
tumacia.ff.de re milita.text.in c.cordi.§.
fin.extr.de appella.& in d.l.contumacia.
vbi Zaſ.num.5. gloſſ.in d.l.1.§.fin.in ver-
bo, meram pœnam.ff. ſi quis ius dic.non
obtemp. Bartol. ibid. num. 9. Alexand.
num. 17. & communiter Dd. Ananias
conſi.25.nu.5.incip. vtrùm præſentatio.
Hippo. in repetit.l. de vnoquoq́;.nu.201.
& nu.224.ff.de re iudi. tamen non eſt ve-
rè, ſed impropriè delictũ, Feli.in d.c.ex li-
teris, nu.27.Dd.vbi ſupra.quod ob cõtem
ptam iudicis authoritatẽ committitur,
d.c.cordi.§.fi.qui iuriſdictionẽ ſuã man-
datis pœnalibus tueri poteſt, text. in d.l.
vnica.ff.ſi qs ius dic.non obtemp.& in l.
ſi familia.ff.de iuriſdict.om.iud.& in d.l.
2.§.1.fi.ff.ſi qs in ius vocat.Bal. in l.ſi mo
ra.nu.1.verſ.veritas eſt.ff.ſolut.matri.idẽ
in l.fi.nu.1.in fi.C.de crimi.Stellio.& in l.

vt in multis.nu.4. C.de appella.vbiq; do-
cet,nulla lege probari, cõtumaciam eſſe
maleficium:nec qualitatem delicti : quia
cum maleficio neq; in loco vel tempo-
re conuenit,ſed eſſe quiddam ſeparatum
à delicto, Hippo.in rep.d.l.de vnoquoq;.
& in pract.crim.§.poſtquàm.nu.53.vbi di-
9 cit,quòd † ſententia lata contra aliquem
contumacem,magis pręſumatur lata ob
vitiũ contumaciæ,quàm propter Ius par-
tis,per text. in d.c.cordi.§.fin.& in l.præ-
ſes.C.de pignor. facit tex.in l.Papinian⁹.
§.meminiſſe. & in l.qui repudiantis.§.fi.
ff.de inoff.teſtam.glo.ibid.in verbo,non
creditur. text. in l. ſi ideo.ff. de euict. Si
ideo,inquit Vlpianus,contra emptorem
iudicatum eſt, quòd defuit, nõ commit-
titur ſtipulatio : magis enIm propter ab-
ſentiã victus videtur,quàm quòd malam
cauſam habuit,idẽ præclarè docet Felin.
in c.cùm Bertoldus.nu.20.de re iud. Plu-
ra in materia contumaciæ vide per Hip-
pol.in d.§. poſtquàm. Feli.in c.ex literis.
nu.27.de conſtitu.Iulius Clarus in pract.
crimin.§.fi.quæſt.44.per totam. Sed nec
10 abſens † contumax ob delictum diffini-
tiuè cõdemnari poteſt,ſed eius bona tan-
tùm annotari debẽt,iuxta formam l. ab-
ſentem.C.de accuſ.l.1.& tot.tit.ff.& C.de
req.reis.tex.in d.l.abſentem.ff.de pœnis.
Boſſ.tit.de requir.reis.Iulius Clarus dicta
quæſtione 44.nu.2.Bal.in d.l.fin.nu.1.C.
de crimi.Stellio. Hippol.in d.§.poſtquã.
nu.48.vide infrà eo.lib.cap.8. Ratio,quia
contumacia eſt ficta probatio.d.l.ſi ideo,
cum iutibus ſuprà allegatis, ſed ex fictis
probationibus,aut præſumptionibus ne-
mo capitaliter damnari debet.tex.in d.l.
abſentem.C. de accuſat. & in d.l. abſen-
tem.ff de pœnis. Bart.ibid.num.3. Quod
11 tamen non obtinet,ſi contra † abſentem
legitimo iuris ordine ſeruato ꝓceſſum,
& is de crimine euidentiſſimis probatio-
nibus conuictus ſit, iuxta notata Dd. in
Auth.qui ſemel.C.quo.& quand.iud.per
illum tex.ibi,perquiſita veritate. tex.in l.
properandum.§. & ſi quidem.C.de iudi.
& in c. cauſam quæ, de dol.& contu. Pa-
nor.ibid.nu.17 gl.magiſtralis in c.próut,
eo.tit. Panor.ibid.num.18.Hippo.in d.§.
poſtquàm,per l.raptores.C.de epiſ.& cle-
ric.& alia iura d.cap.8.allegata, quia ſen-
tentia ſup huiuſmodi legitimo proceſſu
lata diffinitiua eſt. Probato igitur crimi-
ne abſentis legitimè citati, fit cõdemna-
tio ad pœnã Banni Imperialis: non pro-
bato crimine cum ſuis neceſſarijs qua li-
tatibus,de quibus dixi ſupr.lib.1.cap.7.ſe-
quitur plena abſolutio.d.c.de his.vbi Pa-
nor.nu.2.Hippo.in d.§.ordine,nu.1.nam
Rei abſentia,Dei pręſentia repletur,licèt
victor in expenſis ob contumaciam con
demnandus ſit,tex.in d.l.properandum.
§.& ſi quidem. & in d. Auth. qui ſemel.
Sed nunquid Bannitus ob cõtumaciam
ex cauſa ciuili perinde offendi poſſit,atq;
Bannitus propter delictum? In † Ordina- 12
tione Imperij inter vtrunq; Bannũ, quó-
ad declarationem, & denunciationem,
nihil eſt diſcriminis,quia vtroq; caſu Ban-
nitus omniũ offenſioni impunè exponi-
tur,& bona occupantibus conceduntur,
quod ſatis durum : attamẽ ita lex ſcripta
eſt, licèt facilior ſit reditus in gratiam in
Banno contumaciæ, quàm delicti, vt in-
frà cap.proximo & cap.18.dicam.Cuius † 13
ratio eſſe poteſt,ꝙ contumacia in Came-
ra commiſſa reſpiciat contemptum Cæ-
ſaris, & ideò Banni pœna merito contu-
maci irrogatur, quia ſummum eſt deli-
ctum, † maieſtatẽ Cæſaris obſtinatè con 14
temnere, facit ad hoc,tex.in d.c.cordi.§.
fi.de appell.in 6. & in d.l. ſi familia.ff. de
iuriſd.om.iud.glo.notab.in d.l.vnica.§.
fi.in verbo,hoc iudiciũ,in fi.ff. ſi quis ius
dic.nõ obtemp. Iul.Clarus libr.5.ſenten-
tiatum.§.1.nu.12.in fine, vbi dicit,contu-
maciam † pertinentem ad contemptum
iudicis eſſe delictum, & criminaliter pu-
niri poſſe,idq; ex authoritate gloſ.in d.l.
vnic.§. fi.confirmat. Aliter verò Dd.ſta-
tuta, † ꝑmittentia Bannitos occidere,in- 15
telligunt,vt ſolum procedãt in condem-
natis ob delictũ ex veris probationibus,
non autem in Bannitis ob cõtumaciam,
vt ſingulariter tradit Alex. in l. ſi mora,
nu.13.ff.ſolu.matrim.vbi magis commu-
nem dicit, pulchra apoſtilla ad Bart.in l.
omne delictũ.ff.de re milit.Hippo.conſ.
38.nu.2.vol.1. idem in d.§. poſtquàm,nu.
54. vbi dicit illud perpetuò menti tenen-
dum.Roland.à Vall.cõſ.45.nu.66.cũ ſeq.
vol.1. vbi cõmunẽ dicit,& plures allegat.

CAPVT VI.

De vtriuſque banniti, delicti, & contumaciæ differentia, & forma ſententiæ.

SVMMARIA.

1 *Bannum Imperiale duplex eſt.*
2 *Delictum in committendo maius eſt, quàm in omittendo.*
3 *Sententia Banni ob contumaciam eſt interlocutoria.*
4 *Abſolutio à Banno contumacia ſit purgata contumacia.*
Pœna contumacia reſtringitur ad limites contumacia. Ibid.
5 *Bannitus ob contumaciam an cum procuratore fiſci tranſigere debeat.*
6 *Tranſactio partis in publicis delictis non nocet fiſco.*
7 *Abſolutio à Banno contumacia poteſt fieri parte altera inuita.*
8 *Executio Banni contumacia differt ab executione Banni delicti.*
9 *Forma ſententia Banni ob delictum.*
10 *Denunciatio Banni quomodo fiat.*
11 *Declaratio Banni ob delictum in cõtumaciam, quomodo facienda.*
12 *Cauſa in ſententia in ciuilibus non exprimenda.*
13 *Fallit in quibuſdam caſibus.*
14 *In Camera cauſa in ſententia non exprimitur.*
15 *Acta inducunt notorium.*
16 *In criminalibus an cauſa ſententia inferenda ſit.*
17 *In cauſis fracta pacis cauſa Banni in ſententia exprimuntur.*
18 *Excommunicationis ſententia fieri debet cum expreſſione cauſa.*
Aequipollentium eadem natura. ibid.
19 *Forma ſententia Banni ob contumaciam.*
20 *Actus denunciandi Bannitos Imperij.*
21 *Excommunicationis actus quomodo perficiatur.*
22 *Explicatio ſolennitatis denunciandi Bannitos.*
23 *Banni cauſa in ſententijs Banni etiam ob contumaciam latis exprimenda.*

1 QVoniam præcedēti cap.dictum
eſt Bānum † Imperiale duplici
ex cauſa irrogari poſſe, vel ob
delictum turbatę pacis publicæ,
vel ob ſolam contumaciā non comparentis,
aut iudicis præcepto non obtemperantis,
operæ precinm me facturū existimaui,
ſi vtriuſq; Banni differentias, &
porrò formas ſententiarum In Camera
Imperiali hactenus receptatū vernacula
& latina lingua lectori ob oculos ponerem.
Nam licèt vtriuſq; Banni ſententia
quóad formam denunciandi æqualis ſit:
tamē in effectu plurimum inter vtrunq;
bannnm intereſt, nō enim tam grauiter
peccat contumax, quàm delinquens, tex.
in l. ſi ideo. ff. de euictionib. quia cōtumacia
propriè delictum non eſt, Dd. in c. ex
literis, de conſtitutio. per illum text. &
2 per allegata ſupr. cap. prox. & † maius eſt
delictum in committendo, quàm omittendo,
tex. in c. Metrodorū. ff. de pœnis.
gloſſ. communiter approbatā in l. ſi mora.
ff. ſolut. matrimo. in verb. ne facto.
Boër. in tracta. de ſeditio. in ſeptimo præſuppoſito,
nu. 6. item pœna delicto commenſuranda
eſt, text. in c. fœlicis §. præmiſſis
de pœnis libr. 6. & in Authen. omnes
peregrini. C. communia de ſucceſſ. &
in l. 1. §. ſed & qui. ff de abigeis. Hippo. ad
l. fin. num. 48. ff. ad l. Cornel. de ſicar. & in
l. is qui cum telo, nu. 2. C. eod. titu. Primò
itaque differt † ſententia Banni ob contumaciam 3
à ſententia Banni ob delictū,
quòd illa ſit interlocutoria, iſta diffinitiua,
Bald. in l. 1. C. de hæred. inſt. num. 9.
& num. 12. Franciſ. Marc. quæſtio. 363.
num. 1. dixi ſupr. cap. prox. Secunda differentia
eſt in † abſolutione, quòd pur- 4
gata cōtumacia ſolutione eius quod intereſt,
etiam inuito aduerſario Bannitus
abſolui poſſit, text. ſing. in d. c. ex literis,
& in l. ſancimus. C. de iudic. text. in
Auth. qui ſemel. §. fi. C. quo. & quan. iud.
Dd. in d. l. cōtumacia. ff. de re iudi. Ratio,
quia pœna impoſita ratione cōtumaciæ,
limitatur & reſtringitur ad limites contumaciæ,
ergo purgata contumacia, pœna
vltra ſuos limites extendi non debet,
quia ceſſante contumacia ceſſat cauſa
Banni, & per conſequens pœna ceſſare
debet, per text. ſingul. in d. c. ex literis,
Felin. ibid. num. 11. vſque ad num. 18. pulchrè
in l. 1. num. 3. C. de poſtul. vbi omninò
vide Barto. in l. 1. §. fin. nu. 1. ff. de requir.
reis, per illum text. aliud eſt in Bannito
ob delictum, vbi abſolutio non
tam facilè cōceditur, ne delicta impunita
maneant, ſicut pleniùs notaui infra eod.
lib. cap. 18. per allegata ibidem. Ordinatio
Cameræ titu. 46. §. Wo auch / part. 3.
& titul. 18. part. 2. §. So auch. Tertia differentia
eſt, quòd † Bannitus ob contu- 5
maciā non cogatur cū procuratore Cæſaris
ſiue fiſci tranſigere, niſi ei nuncupatim
in pœnam aliquam, putà mandatorum
Executorialium cōdemnatus ſit,
Ordinat. d. titu. 46. §. Wo auch. in fi. Sed
Bannitus ob delictum non ſolùm cum
aduerſario, ſed etiam cum fiſcali in gratiam
redire, & trāſigere debet, ad hoc vt
abſolutionem Banni cōſequi poſſit. Ordinatio
loco citato. Ratio differentiæ,
quòd primo caſu pars tantùm lædatur,
& ius

& ius dicentis authoritas contemnatur,
tex.not.in d.c.cordi,§.fin.de appell. in 6.
& in l.1.§.fin.ff.ſi quis ius dic.non obtẽp.
cum concordantibus. altero verò caſu,
non ſolùm pars,ſed etiam Imperij tran-
quillitas malo exemplo offendatur,tex.
in extrauag. ad reprimendum, in prin-
6 cip.quam læſionem pacis publicæ † fiſ-
cus meritò vindicare debet,ſicut in om-
nibus publicis delictis receptum eſt,text.
in l.congruit,ff.de offic.præſid.& in l.iu
riſgentium.§.ſi paciſcat.ff.de pact.& in l.
2.§.hoc edicto.ff.vi bono.rapt. text.not.
in l.licitatio,§.quod illicitè,ff.de public.
& vectig.ibi, alterum enim vtilitas pri-
uatorum,alterum rigor publicæ diſcipli
næ poſtulat.Dd.in l. trãſigere.C. de trãſ-
act.vide ſupr.libr.1.Obſer.11. Quarta diſ-
7 ferentia eſt, quòd Bannitus † ob contu-
maciam ſolo Iudicis Cameræ & Aſſeſſo-
rum arbitrio à Banno relaxari poſſit: at
Bannitus ob delictum, in grauioribus &
atrocioribus delictis inconſulto Cęſare,
etiam parte volente abſolui nequit,quia
intereſt Imperij ne huiuſmodi enormia
crimina impunita maneãt,Ordinat.par.
2.d.tit.38.§.So auch/in fin.text. not.in l.
Diui fratres,& in l.relegati.ff. de pœnis.
text.in l. bona fides, ff. depoſ. & in l. ita
vulneratus,§.quod ſi quis, ff. ad l. Aquil.
8 Quinta † differentia eſt in modo exequẽ-
di:quandò ſcilicet, & quomodo ſit faci-
enda executio contra vtroq; modo Ban-
nitũ,vt dixi infr.eod.libr.cap.17. & vide
Ordinationẽ ſiue conſtitutionẽ Imperij
de anno 55.quomodo vtroq; caſu execu-
tio facienda ſit,& Ordinat.Cameræ, tit.
49.§.Vñ ſo/part.3.& tit.43.46.& 48.eadẽ
parte. Breuiter, in Bãno contumaciæ fit
immiſſio in bona Banniti,donec contu-
maciã purget:in Bãno verò delicti fit ex-
ecutio,donec à Bãno iterũ abſoluatur,vt
videre eſt in locis ſup.alleg. Iſtis differen
tijs præmiſſis, ſubijciã formulas ſenten-
tiarum vtriuſque Banni, & primò ſentẽ-
tiam Banni ob delictum fractę pacis,quę
talis,mutatis ex facto propoſito mutan-
dis,eſſe conſueuit.
9 In † der Landtfridtbruchigen ſachen P.
Cleger an ainem / gegen vnnd wider N.
Beclagten anderstheils. Nachdem ers
melter N.auß A.vnnd B. vrſachen feindt-
licher weiß gehandelt / wie dann ſolches
Landtkundig/offenbar/vnnd die gerichts
Acta ferners außweiſen / alles gemainen
rechten / auch auffgerichten vnnd offenen
Landtfrieden / vnnd hieuor außgangen/
vnd verkhundten Kayſerlichen Mandaten
zu widder / darzu auff derhalb beſcheen
rechtlich furhaiſchen / kein erhebliche vr-
ſachen / warumb er in die Peen des Landt-
friedens vmb ſolcher ſeiner geübten hand-
lung willen / nicht erklert werden ſoll / fur-
bracht. So iſt hirauff vnnd allem furprin-
gen nach zu recht erkhendt / das gemelter
N. von wegẽ ſolcher aigengewaltiger / fre-
uentlichen / vnnd thatlichen handlungen/
in Römiſcher Kayſerlicher Maieſtát / vnd
des H. Reichs Acht gefallẽ ſein erkhandt/
erklert/ vnnd denuntiert werden ſoll/ den
wir alſo in Römiſ.Kayſ. Maieſtát / vnnd
des H.Reichs Acht hiemit ſprechen / erkle-
ren / vnnd daruber notturfftige proceß er-
khennen.

Latinè.

In cauſa fractæ pacis. P. Actoris ex vna,
cõtra N.Reum ex altera partibus. Quo-
niam dictus Reus, ex talibus cauſis
(quæ nominatim ſententiæ inſeruntur)
hoſtiliter, vti publicè notum & manife-
ſtum eſt, atque ex actis pleniùs conſtat,
adeoque contra ius commune,promul-
gatam pacis publicæ Conſtitutionem,
emiſſa, & inſinuata Cæſarea mandata
egerit: prætereà legitimè citatus, cau-
ſas releuantes cur in pœnas fractæ pa-
cis declarari non debeat, nullas propo-
ſuerit.Igitur viſis actis & actitatis decer-
nimus,dictum reum in Cæſa.Maieſtatis
& ſacri Romani Imperij Bannum inci-
diſſe pronũciari, declarari,& denuncia-
ri debere, próut eum in ſuæ Maieſtatis,
& ſacri Romani Imperij Bannum hac
noſtra ſententia pronunciamus, decla-
ramus, & deſuper neceſſarios proceſſus
decernimus.
Publicata hac † ſententia declaratoria 10
Banni in iudicio ſiue publico Cameræ
Conſiſtorio, ſtatim dominus Iudex &
Aſſeſſores ex iudicio ſurgentes, in pub-
licum prodeunt, vbi prothonotarius iu-
dicij in Corona iudicis & Aſſeſſorum,
atque multa hominũ frequentia, ex bre-
niculo ſub dio recitar denunciationem
Banni hoc pacto.

Denunciatio Banni.

Nachdem N. auff beclagen vnnd erfolgen
P. am Kayſerlichen Cammergericht in
die Peen des Landtfriedens / auch Rö-

miſcher Kayſerlicher Maieſtät / vnſers Allergnedigſten Herrn/ vnd des Heiligen Reichs Acht/ mit vrtheil vnnd recht geſprochen/vnnd erklert worden iſt / darumb in nhamen vnnd an ſtadt Hochgedacht Römiſcher Kayſ. Maiſt. denuntiern/ vnd verkhündē wir denſelben. N. in ſolch Kayſ. Maieſtät/vnnd des H. Reichs Acht/ ſetzen jhnen auß dem friden in vnfriden/ vnd erlauben ſein leib/hab/ vnnd gůt/ gedachtem P. vnd allermeniglichen.

Denunciatio Banni Latinè.

Poſtquàm N. Reus ad inſtantiam P. Actoris in Camera Imperiali in pœnas fractæ pacis, nec non Cæſareæ Maieſtat. Domini noſtri Clementiſſimi, & Sacri Romani Imperij Bannum per ſententiam declaratus ſit: Idcircò nomine & vice ſuæ Cæſareæ Maieſtatis denunciamus & publicamus eundem N. in Cæſa. Maieſtatis & Sacri Imperij Bannum: ita vt à Maieſtatis ſuæ, ac Sacri Imperij pace, ac tuitione excluſus, à prędicto actore, vel quibuſcunque alijs, tam in perſona, quàm rebus, impunè offendi ac moleſtari poſſit.

11 Eodem modo, mutatis † mutandis, fit declaratio & denunciatio Banni ob delictum in contumaciam non comparentis, quandò legitimo iuris ordine ſeruato delictum probatum eſt, Auth. qui ſemel. §. quod ſi. C. quomod. & quand. Iud. vt ſup. cap. proxim. dixi. Sed quæritur an

12 neceſſariò † cauſę delicti in ſententia declaratoria Banni exprimi debeant? In cauſis ciuilibus tantùm abeſt, vt hoc fieri debeat, vt etiam ſtultitiæ argui iudex poſſit, ſi hoc faciat: quia ſi cauſa expreſſa falſa ſit, reddit ſententiam ipſo iure nullam, per text. in c. ſicut nobis, de ſentent. & re iudic. Panorm. latè ibid. nu. 8. cum ſequentib. Similiter Bald. num. 2. & Feli. ampliſſimè, num. 10. in fine, cum ſequen. cùm aliàs non expreſſa cauſa, præſumatur lata ex cauſis apparentibus in actis, gl. in l. hæc enim. ff. de ſuſpect. tut. in verb. & verum eſt. Dd. ibid. gloſſ. in c. ſi confirmationem, in verbo, infirmari, de elect. in 6. gloſſ. in l. ſi quis ad exhibendum. ff. de excep. rei iudic. in verbo, rei iudicatæ. Alex. conſil. 182. nu. 2. vol. 6. incip. In cauſa & lite. & conſi. 12. nn. 3. volum. 7. incip. Attentis narratis. & conſi. 40. num. 8. eo. vol. incip. In cauſa & lite vertente. Bald. in l. pręſes. nume. 1. C. de ſent. & interloc. omn. iud. vbi dicit cauſam in ſententia non eſſe † exprimendam de neceſſitate 13 formæ, vel legis mandato, niſi in abſolutoria ab obſeruatione iudicij, vel abſolutoria expēſarum, per text. in d. l. properandum. §. illo proculdubio. C. de iudic. vel niſi iudex famam reſeruare velit, aut irrogare infamiam, per text. notab. in l. 2. §. ignominię ff. de his qui not. infa. vel niſi exceptio rei iudicatę pendeat ex cauſa inſerenda, d. l. ſi quis ad exhibendum, & regulariter, ſi iudex velit recedere à regulis iuris communis, tunc cauſam ſententiæ inſerere debet. Felin. in c. quóad conſultationem, nume. 1. in fine, de re iudic. Sed horum † nihil in Ca 14 mera obſeruatur, quia cauſa nunquàm in ſententia exprimitur, exceptis tātùm cauſis fractæ pacis, vt mox dicam, verùm fit relatio ad acta, nulla expreſſa cauſa, videlicèt: Viſis actis & actitatis pronunciamus & c. quę † acta notoriū inducūt, 15 tex. in c. fi. de cohab. cleri. & in l. cives. C. de appel. Iaſ. in l. ait Prętor. nu. 2. ff. de iureiur. & in l. eius qui in prouincia. nn. 3. ff. ſi cert. pet. vbi communem dicit. Alex. conſ. 106. nn. 27. vol. 3. incip. Viſo themate. Bart. in l. In ſumma. nu. 1. ff. de re iudic. Zaſ. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 47. ff. de acqu. poſſ. Quod ad † cauſas 16 criminales attinet, vtrū in ſententia cauſæ articulatim & nuncupatim exprimendæ ſint, variant Dd. vt refert Iul. Clar. in pract. crim. §. fi. q. 93. verſ. fuit aliquando. nu. 2. Ange. in tract. malefic. in verbis, & quia nobis, nu. 1. cum ſequ. vbi omninò vide. & Cyn. Bald. Ange. & Salic. in d. l. properandum, §. illo proculdubio. Sed in Camera in † cauſis fractæ pacis, & vbi- 17 que ferè locorum in Germania in criminalibus optima cōſuetudine receptū eſt, vt cauſa condemnnationis ſententiæ inſeratur, ſicut ex præſcripta forma ſententiæ Banni videre eſt. Et Alberi. in d. l. properandum. §. illo. nume. 34. cum ſequ. dicit ita in Italia quoque obſeruari, videlicet. Quoniā N. accuſatus fuit de tali maleficio, & nobis conſtet per teſtes, vel confeſſionē partis, quòd illud maleficiū cōmiſerit, ideò illum cōdemnamus, Ang. & Iul. Clar. loco citat. Dāhaud. in pract. crimin. cap. 55. nu. 11. Feli. in d. c. ſicut, nu. 15. Quò pertinet, quòd in † ſententia ex- 18 commu-

communicationis ſit cauſa exprimēda, aliâs non valet, per text. in c.1. de ſent. excomm. gloſſ. ibid. in verbo, cauſam, hoc exemplis declarat, veluti, ſi iudex dicat, quia peremptoriè citatus corā nobis nō cōparuit, aut quia ſoluere certa die iuſſus ex cauſa depoſiti, id non fecit, ideò eum excōmunicamus, Dd. ibid. & Ange. vbi ſupr. at ſententia excommunicationis ſententiæ Banni comparari ſolet, vt ſæpè dictum eſt, per notata ſup. eod. lib. cap. 1. Et Bald. in d.c. quia nobis, nu. 3. expreſſè tenet, in criminalibus cauſam in ſentētia exprimendam: etſi magis communis opinio ſit, ſufficere, ſi hoc fiat per æquipollēs, veluti ſi dicat: Viſis actis, vel ex cauſis animum noſtrum mouentibus, Iul. Clar. d. §. fin. quæſt. 85. verſ. vlterius quæro. Bart. in d.l. in ſumma. Ange. in d. tract. maleſi. in verb. & quia nobis, per totum, æquipollentium enim eandē eſſe naturam, & idem iudicium notum eſt, tex. in Clem. exiui, §. vt autē, de verb. ſignif. & in c. licèt, el. 2. §. teſtes autem, de teſtib. In quibus autem caſibus cauſa inſerenda ſit ſententiæ, vide Bal. Panor.
19 Felin. & alios in d.c. ſicut nobis. Porrò † forma ſententiæ Banni ob cōtumaciam ex cauſa ciuili, putà ſi reus iudicatum nō faciat, vel mādatis executorialibus non pareat, talis eſt.

Jn der execution ſachen A. Cleger eins/ wider N. beclagten anderſtheils. Nachdem jetzgemelter Beclagter den außgangnen/ verkhundten/ vnnd gerichtlich reproducirten Kayſerlichen arctior executorialen/ darinnen jhme bey Römiſcher Kayſerlicher Maieſtät/ vnnd des H. Reichs Acht gepotten worden/ in ainer dergalben angeſetzter zeit den hieuor außgangnen Executorialn/ alles jhres inhalts nochmals volnziehung/ ſampt den auffgelauffenen Gerichts coſten anzaig der partion zu thun/ darzu gemeltem Cleger/ vnnd dem Kayſerlichen Fiſcaln reſpectiuè, die zehen marck lötigs golts/ erklärter vnd verfallener peen/ berürten vorangegangenen Executorialen einuerleibt/ zu entrichten/ vnnd in ainer benanten zeit/ ſein geleiſte gehorſame anzuzaigen/ in ſolchen/ auch andern mehr angeſetzten terminen/ kein gehorſamb noch vollnziehung gethan. So iſt auff anclagen ſolcher ſeiner vngehorſamb vnd aller handlung nach/ zu recht erkhendt/ das gemelter Beclagter vmb ſolcher ſeiner vngehorſam willen/ in dem er angezogen Executorialn/ vnd vrtheilen/ alles jhres inhalts nit gelebt/ in obgemelte peen der Acht gefallen ſein/ geſprochen vnd erklert werden ſoll/ als wir jnen auch hiemit darein ſprechen/ erkleren/ vnd darüber notturfftig proceß erkhennen. Latinè.

In cauſa executionis rei iudicatæ inter A. actorem ex vna, contra N. reum ex altera partibus. Quoniam dictus N. Reus, emanatis, executis, & iudicialiter reproductis arctioribus Executorialibus Cæſareis, quibus ei ſub pœna Cæſareæ Maieſtatis, & ſacri Imperij Banno mandatum fuit, vt iam antea emiſſis Executorialibus in termino præfixo, ſolutione expenſarū, & ſex marcarū auri puri, partim actori, partim fiſco adiudicatarum plenè ſatisfaceret, & de paritione omnium ſtatuto tēpore legitimè doceret: idq; hactenùs obſtinatè factum non ſit. Idcirco, accuſata contumacia dicti Rei, nō parētis huiuſmodi Executorialibus, 20 & rei iudicatæ, viſiſque actis & actitatis, decernimus, & pronūciamus, ipſum Reum in pœnam Banni incidiſſe, ac vt talem denunciandum, ac publicandum fore, denunciarique, & publicari debere, prout eum in Bannum hac noſtra ſententia declaramus; & deſuper neceſſarios proceſſus decernimus. Hac ſententia in conſiſtorio Cameræ publicata, ſtatim publicè ſub dio fit denunciatio Banni hoc pacto.

Denuntiatio.

Nachdem N. auff beclagung vnnd erfolgung A. vmb ſeiner begangnen vngehorſamb willen/ in dem er dem außgangenen/ verkhundten/ vnd reproducirten Kayſerlichen Executorialen/ vnnd darauff gefolgten vrtheiln kein folge gethon/ an dieſem Kayſerlichen Cammergericht in Römiſ. Kayſ. Maieſtat/ vnſers Allergenedigſten Herrn/ vnnd des H. Reichs Acht/ mit vrtheil vnnd recht geſprochen/ vnnd erklert worden iſt/ darumb in nhamen vnd an ſtadt hochgemelter Kayſerlicher Maieſt. verkunden vnnd denunceiren wir denſelben A. als einen offenen Echter/ Setzen jhn auß dem frieden/ in vnfrieden/ vnnd erlauben ſein leib/ vnd gut/ gedachtem Cleger/ vnnd allermenniglichen. Latinè.

Poſtquàm N. Reus ad inſtantiam A. Acto-

Actoris ob contumaciam,& non patiti-
onem literarum executorialium, & rei
iudicatæ,in Cæſariæ Maieſt. Domini no-
ſtri clementiſſimi, & Sacri Imperij Ban-
num per ſententiam Cameræ declara-
tus ſit. Idcircò,nomine ac vice ſuæ Cæ-
ſariæ maieſtatis,publicamus,&denunci-
amus eundem N.Reum in Bannum Im
perij, ita vt à pace & fide Imperij exclu-
ſus, atque à prædicto actore, vel quibuſ-
cunque alijs,tam in perſona,quàm rebus
impunè offendi poſſit.
20 Facta † vtriuſque Banni denunciatione
publicè ſub dio, Prothonotarius ſche-
dulam denunciationis fruſtillatim rum
pit,& in terram abijcit: mox edicta Cæ-
ſarea Banni in loco denunciationis nec
non domicilij publicè ad valuas Eccle-
ſiarum,vel domus Senatoriæ affiguntur,
ad hoc, vt omnibus Bannum innote-
ſcat, & Banniti perſona, tanquàm com-
munis omnium hoſtis,euitari, & impu-
21 nè offendi queat. Et iſte † modus denun-
ciandi Bannitos à iure Canonico mutu-
atus videtur, quoniam in excommuni-
catione ſimilis quędam forma denunci-
andi præſcripta eſt:nam in actu excom-
municationis duodecim ſacerdotes Epi-
ſcopum circunſtare,&lucernas ardentes
in manibus tenere, eaſque in concluſio-
ne anathematis vel excommunicatio-
nis, in terram proijcere, & pedibus con-
culcare debent: deindè epiſtola per pa-
rœcias mittitur continens excommuni-
catorum nomina,& cauſam excommu-
nicationis, ita text.in c.debent.11.q.3. ad
idem text. in c. curæ ſit, eadem cauſa &
quæſtion. text.in c.1.§.final. de homicid.
lib.6. Nota igitur quòd etiam publicis
edictis cauſæ excommunicationis inſe-
rantur. Idem in edictis publicis fractæ
22 pacis obtinet, quia cauſæ Banni † expri-
muntur, per ea quę ſupra dicta ſunt. Ru-
ptura chartæ ſiue ſchedulę in qua denun
ciatio Banni ſcripta eſt,& eius in terram
abiectio,denotat ſententiam Banni paſ-
ſum,ciuitatem Romanam amittere, &
ex ciuium Romanorum numero dele-
tum, ſicq; membrum abiectum, nec pri-
uilegiorum,aut beneficiorum iuris com
munis, vel Imperij capacem amplius eſ-
ſe,hoc eſt, quòd ſit extra fidem & clien-
telam Cęſaris & Imperij,atque extra nu-
merum ciuium Romanorum.text.in l.
amiſſione. §. qui deficiunt. in fin. ff. de
cap.dimin. Bald.in l.1.C.de hæred. inſtit.
Quò fit, vt agere volenti iuſtitia denege-
tur, eò quòd omnes actiones, obligatio-
nes, pactiones,& conuentiones ex parte
Banniti ſublatæ & extinctæ ſint, text: in
l.is qui Reus.ff.de public.iudic. Bartol.&
alij ibid. ſicut ex ipſa Conſtitutione pacis
publicæ clariùs apparet, & infrà eod. lib.
cap.12. prolixiùs dicetur. Ex † præſcriptis 23
verò formulis obſerua cauſam Banni,
etiam in ſententia Banni ob contuma-
ciam lata,exprimi,per notata Felin.in d.
c.ſicut nobis,nume.1.de re iudic.cum al-
legatis ibid.

CAPVT VII.

De Banno contumaciæ ob omiſſam purgationem.

SVMMARIA.

1 *Citatio ad purgandũ ſe à crimine fractæ pacis quando decernenda.*
2 *Citatio ad purgandum ex officio decerni poteſt.*
3 *Articuli ſuſpenſionis vnà cum citatione tranſmittendi.*
4 *Citationi cauſa in ciuilibus neceſſariò inſeri non debet.*
5 *Vtile tamen eſt vt hoc fiat.*
6 *In criminalibus inquiſito copia indiciorum, & nomina teſtium dari debent.*
7 *Inquiſito depoſitiones teſtium communicandæ.*
8 *Index ſi denegat Reo copiã iudiciorum reddit proceſſum nullum.*
9 *Idq; procedit etiam in inquiſitione ſummaria.*
10 *In crimine notorio ſententia declaratoria requiritur, quòd delictum ſit notorium.*
11 *Modus procedendi contra citatum ad ſe purgãdum in cauſis fractæ pacis.*
12 *Compurgatores quandò dandi, & quid iurare debeant.*
Iuramentum purgationis iudiciale eſt. ibid.
13 *Probationes imperfectæ in criminalibus non coniunguntur.*
14 *Fama cum vno teſte in criminalibus non probat.*
15 *Forma iuramenti purgationis.*
16 *Vniuerſitas ad purgandum citari poteſt.*
17 *Vniuerſitas vt dicatur congregata requiruntur duæ partes.*
18 *Collegij maior pars præualet minori.*
19 *Articuli purgatorij quandò pro confeſſis acceptari poſſint.*
20 *Forma pronunciandi in cauſis purgationum in contumaciam non comparentis.*
21 *Articuli defenſionales in cauſa purgationis dari poſſint.*
22 *Citatus ad purgandum quandò pro conuicto in contumaciam habeatur, ex ſententia Panor.*

13 Contu-

23 Contumacia in non comparendo & non purgando duplex eſt.
24 Purgatio triplex.
25 Innocentium iniuſtè citatus ad purgandum, agere poteſt.

1 QVANDO † quis ex legitimis in-
dicijs & præſumptionibus, aut fa-
ma publica, de crimine fractæ pacis ſu-
ſpectus eſt, quòd videlicet turbatori pa-
cis publicæ fauorem, & auxilium præ-
ſtiterit, aut eum domo, hoſpitio, vel
tecto aut menſa receperit, & offenſus
articulatim iudici Cameræ tales cauſas
ſuſpicionis exhibuerit, tunc ad eius in-
ſtantiàm citatio ad purgandum contra
ſuſpectum in Camera Imperiali decer-
nitur, vt intra terminum ſibi in citatio-
ne aſſignatum veniat, purgaturus ſe iu-
ramento, Enndtſchuldigung mit dem
Aidt zu thun/ vel legitimis defenſioni-
bus de inſimulato crimine, idque ſub
publicæ ſecuritatis teſſera, vel ſalno, vt
vocant, conductu, bey einem vngeferli-
chen gelaidt/ fur jhn/ vnd alle die jenigen/
ſo er mit jhm zu ſolchem tage bringen
wurdt/ ſicut prolixiùs in Conſtitutione
pacis publicæ Impp. Maximiliani I. Ca-
roli V. de anno 48. tit. 15. & Ordinatione
Cameræ part. 2. titul. 10. §. 1. habetur.
2 Quæ † quidem citatio ad purgandum
non ſolum parte offenſa petente, ſed e-
tiam ex officio decerni poteſt, maximè
in grauioribus delictis, Ordinatio d. titu.
10. §. Es ſollen vnd mögen/ cùm publicè
intereſt crimina impunita non manere,
tex. in l. ita vulneratus. §. quòd ſi quis. ff.
ad l. Aquil. cum ſimilib. Vndè obſeruan-
dum, Diuos Impp. fœliciſſimæ recorda-
tionis tam ſolicitè pacis publicæ curam
habuiſſe, vt etiam ſuſpectis non parcen-
3 dum eſſe exiſtimarent. Simul autem †
cum citatione ad purgandum, articu-
li ſuſpicionis tranſmitti debent, adhoc
vt citatus deliberatè ad reſpondendum
& defendendum comparere poſſit, ita
diſponente Ordinatione loco citato. Et
4 quamuis † de iure communi, maximè
in cauſis ciuilibus, non ſit neceſsè inſe-
rere cauſam citationi, vt notat Bartol.
in l. inter accuſatorem, num. 6. ff. de pub-
lic. iudic. & in Authen. offeratur, num. 3.
C. de litis conteſt. Socin. in tracta. de ci-
tat. articu. 20. nume. 10. vbi communem
dicit in cauſa ciuili. Iaſ. ad rubri. C. de
edend. nume. 5. Angel. ibid. num. 2. Ordi-
nat. Cameræ part. 3. titul. 12. §. 3. tamen ſi
fiat, tantum abeſt vt nocumento ſit a-
ctori, vt etiam ei † omnium maximè ad 5
hoc vtilitati ſit, ne deliberandi ſpacium
vlteriùs citato concedatur, per text. in c.
præterea. ext. de dilat. vbi Panorm. num.
8. poſt gloſſ. ibid. in verbo, plenè. Bartol.
in d. Authen. offeratur, nume. 3. Præterea
communi Dd. calculo comprobatum
eſt, quòd † in criminalibus, quando per 6
modum inquiſitionis proceditur, non
ſolùm copia indiciorum, ſed etiam no-
mina teſtium inquiſito, vel de crimine
aliquo ſuſpecto dari debeāt, cum termi-
no competenti ad ſe purgandum, & e-
luendum crimen obiectum. Et ideo † 7
abſoluto examine, teſtium publicatio-
nem petere poteſt, vt ſe defendere, & ex-
ceptiones legitimas contra dicta & per-
ſonas teſtium opponere queat, per text.
expreſſum in c. qualiter, el. 2. §. debet igi-
tur, de accuſat. & in c. fin. §. ceſſante, de
hæret. lib. 6. glo. ibid. in verbo, iudicijs, &
in l. 2. C. de eden. Iaſ. ibid. nu. 5. Bar. in l. fi.
num. 8. ff. de quęſtionib. tex. ſing. in l. vni-
us. §. cogniturum, ff. d. titu. Ang. in tract.
maleſi. in verbis, ꝗ fama publica, verſi. &
ſic benè nota. num. 7. & verſ. item aduer-
tas, nu. 37. Hippol. in l. 1. nu. 5. ff. de quæſti.
Iul. Clarus in pract. crimin. §. fi. quæſt. 49.
Ripa in d. l. 2. nu. 8. C. de edend. commu-
niorem dicens. Alex. conſ. 65. nu. 1. & 2.
vol. 1. in c. Habita ſuper. Pariſ. cōſi. 2. nu.
155. cum ſeq. vol. 4. incip. Erſi eſſe Iudæū.
Imò † ſi reo indiciorū copia denegetur, 8
proceſſus erit nullus: quia defenſio ne-
mini auferri debet, nę à Principe qui-
dem, text. in Clem. paſtoralis, de ſent. &
re iud. gloſſ. in d. c. fin. §. ceſſante, de hæ-
ret. libr. 6. Dd. in c. 1. & 2. de accuſatio. Pa-
riſ. d. conſil. 2. adeoque prudens, æqui, iu-
ſtique obſeruans iudex, etiam ex officio
hanc communicationem facere debet,
quia in cauſis miſerabilium perſonarū,
vt ſunt carcerati, hoc fieri poteſt, Ange.
vbi ſupr. Hippol. in pract. crimin. §. nunc
videndum, num. 9. cum ſequ. vbi omni-
nò vide. Iul. Clar. d. quæſt. 49. Et iſta † p- 9
cedunt etiam in caſibus, vbi ſummaria
inquiſitio ſufficit, tex. in Clem. ſępè. §. nō
ſic tamē, de verb. ſignific. Dd. ibid. Felin.
in c. licet hely, num. 5. de ſimonia. Pariſ.
d. con-

d.conſi.2.nu.158. fallit in caſu d.c.fin. per
rationes,de quibus in illo text. Præterea
iſta communis opinio, quòd nimirùm
Reo inquiſito copia indiciorũ & termi-
nus defenſionis dandus ſit, procedit etiã
10 in † crimine notorio:quia ſententia de-
claratoria ad quod requiritur,quod vide
licet crimen ſit notorium, & ideò Reus
inprimis audiri debet,Iul. Clar.in pract.
crim.quęſt.9. verſ.quęro etiam, vbi com
muniorem dicit,Boſſ.in tract.crim. titu.
de denunciatione,num.9.vbi dicit,quòd
proceſſus ſuper notoriò, iuris ordine ſer
uato fieri debeat, ideoque Reum citan-
dum ad videndum iurare teſtes, & exci-
piendum contra eorum dicta & pſonas.
Ex quibus omnibus comprobatur Ca-
meræ obſeruatio, quòd in cauſis purga-
tionum ſuper inſimulato delicto fractæ
pacis,vnà cum citatione articuli ſuſpici-
onum citato tranſmittantur, vt ad pur-
gandum,& defendendum inſtructus cõ-
11 parere queat. Modus † procedendi talis
eſt.Citatus ad purgandum ſi compareat,
negetq́; articulos ſuſpicionis, neceſſe eſt,
vt actor ſuſpicionem criminis & fractæ
pacis probet: idque ſi facit, vel ex fama
publica,vel vnius teſtis teſtimonio,Reo
iuramentum purgationis defertur: & ſi-
quidem graui ſuſpicione laboret, etiam
12 cum eo † Coniuratores,ſiue Compurga-
tores(vulgariter Mitpurgatorn) iurare
debent, quòd videlicet credant eum ve-
rum iuraſſe,iuxta formam Ordinat. pat.
2.titul.10. §. 1. fin. quæ ex iure Canonico
probatur.in e.quoties,et c.fin.§. final. de
purgat. Cano. vbi omninò vide,& vtro-
bique Hoſtienſ. quo facto, abſolutio ſe-
qui debet, & pro iuramento tantiſper
præſumendum, donec poſteà ordinaria
actione inſtituta, de mendacio & periu-
rio conuincatur: nam accuſator ad pro-
bandum periurium admittitur, quia iu-
ramentũ purgationis,eſt iudiciale, quod
probationem in contrarium admittit,
Dd.in l.admonendi, ff. de iureiur. gloſſ.
in c.Mennã.2.q.4.in verbo,arbitrio.Or-
dinat.loco citato,& d.c.fin.§.fin. Quòd
autem index pro ſuo arbitrio;ſi actor nõ
plenè probet,Reo grauato veriſimilibus
præſumptionibus,purgationis iuramen-
tum deferre poſſit,vide Hoſtien.in ſum-
ma de purgatio. Cano. Iulium Clarum
in pract.crim.§.final.quæſt.63.num.4. Et
vtrùm in criminalibus actore ſemiple-
nè probante, Reo iuramentum neceſſa-
rium deferri poſſit,vide Iul.Clar. vbi ſu-
prà.&Iaſ.in d.l.admonendi,nu.225.cum
ſeq.in repet. Dd.in l.in bonęfidei, C.eod.
Alex.conſ.66.nu.1.vol.1.incip. viſo pro-
ceſſu. Quòad accuſatorem, communis
opinio eſt, quòd non, per gloſſ. ſingula-
rem, & communiter approbatam in l.3.
in verbo,agatur.ff.de iureiu. Alex. & alij
ibid.gloſ.in c.veniens,el.1.in verbo,illo-
rum,de teſtib.Dd.in d.l.admonẽdi, pul-
chrè Dec.conſi 479.nu.8.cum ſeq.incip.
licèt in cauſis,& conſil.615 nu 8.cum ſeq.
incip.viſa inquiſitione. Alexan.conſi.15.
nu.6.vol.1.incip.viſo proceſſu, & conſil.
143.nu.4.vol.2.incip. quoniam abundè.
Salic.in l.fin.C.de probat.vbique dicunt,
imperfectas † probationes, ad faciẽdam 13
plenam probationem in criminalibus
coniungi non poſſe, & probationem
quæ fit iuramento,in caſu l.ſi quandò.C.
vndè vi, in criminalibus locum non ha-
bere: item † famam cum vno teſte nihil 14
probare,Deci.d.conſil. 429. Ratio,quia
in criminalibus requirũtur probationes
luce meridiana clariores, tex.in l. ſciant.
C.de probation.cum ſimilibus. vide Iul.
Clar.d.quæſt.63.per totam. Formam au-
tem iuramenti purgationis ex ſubiecta
ſententia videre eſt.
In † ſachen angemaßter Purgation/ 15
zwiſchẽ A.an einem/vnd B.anders theils/
iſt zu recht erkandt/ möge vnd wölle gemel-
ter B. einen eydt zu Gott vnnd auff das H.
Euangelium ſchwören / daß er zu ſolcher
beclagten Landtfridbrüchigen that vnnd
handlung/kein that/ hilff/ beyſtandt/ oder
fürſchub gethon habe/ das ſoll gehört wer-
den/vnnd als dann/ er thue das oder nicht
ferner ergehen was recht iſt. Latinè:
In cauſa prætenſæ purgationis inter
A. ex vna,& B. altera partibus, decerni-
mus,quatenus dictus B.per Deum, & ad
ſancta eius Euangelia iurauerit, ſe in cõ-
miſſo fractæ pacis crimine, nullum con-
ſilium, auxilium,ſubſidium, vel adiuua-
mentum præſtitiſſe, quòd hoc audiri, &
porrò, ſiue hoc faciat, ſiue non, fieri de-
beat quod iuris eſt,ad hanc formulã ſen-
tentiæ optimè facit text. in c. fœlicis, de
pœnis,libr. 6. Et huiuſmodi † purgatio- 16
nis proceſſus, non ſolùm contra ſin-
gulos, ſed etiam contra vniuerſitatem,
ciuita-

ciuitatem, vel communitatem inſtitui
poteſt, & tali caſu defertur iuramentum
duabus partibus vniuerſitatis, dato ad
hoc Commiſſario, qui tale iuramentum
purgationis ab vniuerſitate recipiat, vt
habetur in Ordin. d. par. 2. tit. 10. §. 1. circa
17 finem. De iure communi ad † congrega-
tionem Vniuerſitatis requirũtur ad mi-
nus duæ partes, per tex. in l. nulli. ff. quod
cuiuſq; vniuer. nom. gloſſ. ibid. in verbo,
duæ partes, & in l. planè. ff. de decret. ab
ord. fa. l. 2, & l. nominationm. C. de decu-
rionib. libr. 10. vbi dicitur, quòd duæ par-
tes ordinis in vrbe poſitæ, totius curiæ
inſtar habeantur. Vndè pro regula tradi-
18 tur, quòd in rebus ſiue negotijs † Colle-
gij, valeat quicquid facit maior pars Col-
legij, tex. in c. 2. de renunciat. gloſ. ibid. in
verb. maioris, tex. in l. quod maior. ff. ad
municip. gloſ. ibid. in verbo, curię. Bar. ſi-
militer, & communiter Dd. gl. in Auth.
hoc ius porrectum, in verbo, maioris, C.
de ſacroſ. eccl. glo. in c. 1. in verbo, tracta-
tus, de rebus eccleſ. non alien. in 6. Felin.
præclarè in c. cùm omnes. nu. 17. cũ ſeq.
de conſtitu. vbi omninò vide cum 14. li-
19 mitationibus. Porrò † ſi citatus ad pur-
gandum in termino præfixo non com-
pareat, articuli in cauſa purgationis ex-
hibiti, in contumaciam pro confeſſis ac-
ceptantur, Ordin. d. tit. 10. §. 2. quo facto,
ſi in contumacia perſeuerauerit, procla-
mate prius interpoſito, citatus contu-
max pro obnoxio & Reo criminis habe-
tur, atque iteratò citatur, ad videndum
ſe incidiſſe in pœnam Banni Imperialis,
ſub hac forma:
20 In † der Purgation ſachen N. contra
O. iſt gedachter O. die weil er ſich der
Landtfridbrüchigen that/ vnnd handlung/
in Actis angezogener ergangener vrthril
noch nit purgirt/ noch entſchuldiget/ auff
erkendt vnd beſchehen rüffen/ vnnd ſein vn-
gehorſam/ der beclagten Landtfridbrüchi-
ger thaten ſchuldig/ vnd darauff nottörfftig-
ge Ladung erkent.

Latinè.

In cauſa purgationis N. contra O. di-
ctum O. ex quo ſe ab inſimulato & in a-
ctis deducto crimine fractæ pacis non
purgauit, neq; excuſauit, ſuper facto iam
anteà proclamate, pro obnoxio habe-
mus, & deſuper neceſſariam citationem
decernimus, intellige citationem ad vi-
dendum ſe incidiſſe in pœnas Banni Im-
perialis. Si ad eum modum iteratò cita-
tus, obſtinatè nõ compareat, & innocen-
tiam † ſuam legitimè probet, datis articu- 21
lis defenſionalibus, quod facere poteſt,
Ordinat. d. tit. 10. §. 2. in fi. tunc abſq; vlte-
riori probatione facti in Bannum decla-
rari, & denunciari poteſt, perindè ac ſi fa-
ctum legitimè probatum eſſet, & fit de-
claratio & denunciatio Banni in forma
conſueta, vt ſuprà, cap. proximo notaui.
Huc pertinet elegãs & ſingularis doctri-
na Panor. in c. veritatis. nu. 27. cum ſequ.
de dol. & contu. quòd † quandò infama- 22
to iniungitur purgatio, ſi non venerit ad
ſe purgandum, crimen fateri videatur,
ita vt condemnari poſſit: Item quòd no-
lens ſe purgare, termino elapſo pro con-
uicto habeatur, Dd. in l. abſentem. ff. de
pœnis. quod tamen Panorm. loco citato
ita declarat: Aut, inquit, citatur quis ad
purgandum ſimpliciter, & eo caſu con-
tumax non habetur pro conuicto, ſed
excommunicari debet. Ratio, quia pur-
gatio non fuit ei indicta, ſed tantùm ci-
tatus ad purgandum: ita intelligit c. ex-
communicamus. §. qui autem, de hæret.
Aut fuit indicta purgatio abſenti & con-
tumaci, ſtatuto termino ad ſe purgan-
dum, & tunc lapſo termino pro conui-
cto habetur: ita dicit eſſe caſum in c. tua,
de cohabit. cleri. & in d. c. final. de purg.
Cano. Ratio, quia contumacia † in non 23
comparendo, iuncta contumaciæ in nõ
purgando intra terminum præfixum, &
ſic duplex contumacia inducit iſtam cõ-
feſſionem, quæ dicit ſingulariter notan-
da. Sed ex Conſtitutionib. & Ordin. Im-
perij locis citatis, habemus præſcriptum
procedẽdi modum, ergò non inſiſto, fa-
cit ad prædicta tot. tit. de purgat. Cano.
tex. not. in c. accedens, de accuſat. & c. tuæ
fraternitati, de apoſtatis. De triplici pur-
gatione, † ſiue probatione innocentiæ, 24
vide Conſtitutionem Frederici primi, de
pace tenenda & eius violator. §. ſi miles:
nam purgatio criminis olim fiebat, aut
diuino iudicio, hoc eſt, periculo aquę fri-
gidæ, vel feruentis, text. in c. ex tuarum,
de purgat. Cano. & in c. final. de purg.
vulg. vel ferri candentis & igniti, text. in
c. Mennam, & in c. conſuluiſti. 2. q. 4. tex.
in d. c. fin. de purg. vulg. De potione ma-
ledictionis, quæ in veteri teſtamento ex-

hibebatur mulieribus adulterij infimulatis, vide Numero.cap.5. & in c. in libro 2.q 4. Aut fiebat purgario humano iudicio, putà duello, tex.in c.1. & in c.2. de de purg.vulg. Sed iſti duo purgandi modi de iure Canonico prohibiti ſunt, quia eo modo ſe purgare, eſt tentare Deum, & ſic peccatum mortale, tex. in c.monomachiam, 2. q.4. gloſſ. ibid. text. in d.c. final. de purg.vulg.tex.in c.quæritur, 22. q.2.& in c.ſi nulla.23.q.8. Tertia purgatio fiebat iuramento cum 12.ſacramentalibus, ſiue compurgatoribus, text. in c.1.§. cùm autem, ſi de inueſtitu.feud. contro. fuer.& in c.1.§.ſacramentum, de conſuetud.recti ſeudi, & in c.1 §. prætereà, quid ſit inueſtit. Illud quoque hic memoria
25 tenendum, quòd † iniuſtè citatus ad purgandum, citantem, facta abſolutione, iniuriarum immediatè in Camera, vel coram ſuo ordinario iudice cõuenire poſſit, Ordinat.Cameræ lib.2.tit.10.§. fi. tex. in l.iniuriarum actio.§.final.& in l.item apud.§.ſi quis libello.ff.de iniu. & famo. libell.facit text. in l. ſi verò pro condemnato, §.fi.ff.qui ſatiſd. cogan.

CAPVT VIII.

Bannitus ob contumaciam omiſſæ purgationis, an poſt ſententiam declaratoriam innocentiam ſuam probare poſſit.

SVMMARIA.

1 *Bannitus ob omiſſam purgationem, an innocentiam probare poſſit.*
2 *Sententia ex fictis probationibus lata non tranſit in rem iudicatam.*
3 *Contra confeſsionem fictam ex ſtatuto admittitur probatio in contrarium.*
4 *Statuta nunquàm excludunt exceptionem innocentia.*
5 *Innocentia exceptio ſtatuto tolli nequit.*
6 *Innocentiam etiam tertius probare poteſt.*
7 *Ex ſententia iniuſta non oritur obligatio naturalis.*
8 *Sententia Banni ob contumaciã eſt interlocutoria.*
9 *Sententia purgationis qualis ſit.*
10 *Sententia Banni condemnatoria non valet, ſi non conſtet de delicto.*
11 *Articuli ſuſpicionis cur in contumaciam non reſpondentis pro confeſsis acceptantur.*

1 QVid ſi † Bannitus ob contumaciam non purgantis ſe, poſt ſententiam declaratoriam contumaciam purgare, & de ſua innocentia, pro obtinenda abſolutione docere velit, an ſit audiendus? Vtique audiendum eſſe exiſtimo: Ratio, quia contumacia eſt fictum delictum, & ficta atque imaginaria probatio, quæ ex præſumptionibus proficiſcitur, vt ſuprà eod.libr.cap.6.prolixiùs dixi. Hippol.in in pract.crim.in §.poſtquàm. nu.51. cum ſeq. at † ſententia ex fictis probationibus 2
lata non tranſit in rem iudicatam, ergò meritò audiri debet, per text.in l.ſi hi qui adulterij.C.ad l.Iul. de adult.Innoc. in c. tua nos.nu.5.de cohab.cleric. Ang.in l.1. C.ſent.reſcind. Natta conſ.444.nume.5. cum ſequ.incip.admitti debet, volum.2. Curt.iunior conſil.310.num 37.volum.3. incip.maturè ac diligentiſſimè. Hippol. in pract.crimin.§ ordine, nume.54. cum ſeq.vbiq; dicunt, ſententiam ex præſumptionibus, ſeu priuilegiatis probationibus prolatam, nunquàm in rem iudicatam tranſire. Vnde inferunt, ſententiam latam contra cõtumacem, habitum pro confeſſo & conuicto ex forma ſtaturi, minimè in rem iudicatam abire, quia lata ex præſumptionibus, per text. in c.2.de purgatio. vulg. Boſſ. in tracta.crim.titul. de remedijs contra Bannum, num.4. Felin. præclarè in c.conſanguinei, num.7. de re iud. vbi dicit, quòd iudex † per no- 3
uam notitiam innocentiæ Rei, etiã confeſſi & condemnati, debet ſuperſedere executione. Et eſt cõmunis opinio Dd. quòd contra fictam confeſſionem delicti inductam à lege vel ſtatuto, admittantur probationes in contrarium de innocentia, per tex.in l.ſi is qui.C.qui.teſtam. fac.poſſ.vbi pulchrè laſ.num.6. cum ſeq. & communiter Dd.& text.in l.Diuus.ff. de cuſtod.& exhib. Reo. & in l.raptores. C.de epiſcop.& cleric.text.notab. in l.venius. §. cogniturum. ff.de quæſtionib.& in l.defenſionis.C.de iur.fiſc.libr.10. Bal. præclarè in l.ita demùm.nu.6. C.de procurat.& in l.2.§.quòd ſi actor. num. 4.C. de iureiur. prop. calum. Imol. latè in l. creditor.§.iuſſus. ff. de appellat. Hippol. in d.§.poſtquàm.nume.47.& in l.1.§.fin. ff.de quæſtion.& ſing.72.num.3.incip.per totam ferè. Alciat. in tracta. præſumpt. regul.3.præſumpt.22 numer.7. Panorm. Felin.& alij in c. adſerte mihi gladium, de præſump. Deci.in c.1.nu.12. de poſtul. prælato.

prælato.idem conſ.458.num.8.cum ſequ.
incip. viſis allegationibus, vbiq; dicunt,
quantumuis quis in delictis, propter con
tumaciam, à lege, vel ſtatuto pro confeſ.
ſo & conuicto habeatur, quòd nihilo.
minùs ſuam innocentiam, etiam poſt
declaratoriam ſententiam Banni pro.
bare poſſit : item quòd Bannitus oppo.
nens legitimam exceptionem cõtra exe
cutionem omninò audiendus, & proba.
ta exceptione à Banno abſoluendus ſit,
vt expreſſè tenent Iaſ. in d. l. ſi is qui. &
Hippol.d.ſing.72.item Dd.vbi ſup.Spec.
tit.de accuſat.§ ſequitur videre.num.20.
4 Ratio, quia † ſtatuta contumacem pro
confeſſo, vel conuicto habentia, nunquã
excludunt exceptionem innocẽtiæ, cùm
illa ſit iuris naturalis: confeſſio verò ex
contumacia deſcendens, vigore ſtatuti,
ficta & imaginaria ſit, & ideò probatio.
nem in contrarium admittit. Hippol.in
d.§.poſtquàm.num.47.& §.ordine.nu.1.
cum ſeq. vbi multos caſus recenſet, qui.
bus ſententia in rem iudicatam nõ tran.
5 ſit.Dec.d.conſil.458. imò † exceptionem
innocentiæ ſtatuta expreſſè tollere ne.
queunt, multò minùs tacitè, cùm ea iu.
ris naturalis ſit, & nemini, ne à Principe
quidem auferri queat. tex.not. in Clem.
paſtoralis.§.vt igitur.de re iudic. & in d.
l.vnius.§.cogniturum. Bal.in l.vnica. C.
de confeſſ.num. 27. & in l.1.num.3 ff.ne
quis eum qui in ius voca. vi exi. vide ſup.
libr.1.cap.18. Pariſ.conſil.2.num.155.cum
ſeq.volu.4.incip. Etſi eſſe Iudæum.gloſſ.
in c.fin.de hæret.libr.6.in verbo, iudicijs.
Prædicta vſqueadeò vera ſunt, vt etiam
6 † tertius in executione, de innocẽtia Ban
niti docere poſſit, non obſtante regula,
quòd in criminalibus procurator inter.
uenire nequeat, quę traditur in l. penult.
§.ad crimen.ff. de publi. iudic.cum ſimi.
libus: vt latè dixi ſuprà, libr.1.cap.10. quia
illa regula non procedit, vbicunque de
iure communi, vel ex forma ſtatuti con.
tra abſentem ad condemnationem pro.
cedi poſſit: quo caſu, qualecunque ſit cri.
men, admittitur tertius ſine mandato,
non tãquàm procurator, ſed excuſator,
ad allegandum cauſas innocentiæ illius
abſentis, per tex. in l.ſeruum quoq;. §.pu.
blicè. ff. de procur. Iaſ.in d.l.ſi is qui.nu.
7.C.qui teſta.fac.poſſunt.vbi communi.
orem dicit.Alex.ibid.vide ſup.d.c.10.vbi
plura ad hoc allegantur. Et quòd Banni.
tus ex carceribus innocẽtiam ſuam pro.
bare poſſit, ſancitum eſt in conſtitutio.
ne criminali Caroli V.Imperat.artic.155.
Prædictis accedat, quòd ex † ſententia con. 7
demnatoria iniuſta, non oriatur obliga.
tio naturalis, tex.in d.Clem paſtoralis.§.
vt igitur, & in c.fin.de ſent.& re iudic.In
6.tex.in l.4.§.condemnatum. ff.eod.tit.
& ita expreſſè tenet Bart.in l.ab eo.num.
4.C.quomod.& quandò iud.idem in l.1.
nu.24.ff.de condict.indeb.Dd.in l. Iulia.
nus verùm debitorem.ff.eod.tit.vbi Bar.
num.14.contrarium tenet. Sed intelligi
debet quandò ſententia eſt iuſta: ſecùs ſi
ſit iniqua, licèt ab ea non ſit appellatum.
per iura allegata, & tot. tit.C.quand.pro.
uoc.non eſt neceſ.Panorm.in c.quòd ad
conſultationem, num.7. de ſenten. & re
iudic. Bartol.in l.2.num. 4.ff.de iureiur.
Ex quibus omnibus firmiſſimè conclu.
do, in cauſis turbatæ pacis purgationum,
Bannitum ob contumaciam non ſe pur
gantis, poſſe etiam poſt ſententiam de.
claratoriam innocentiam ſuam proba.
re, eaque probata meritò abſolui debere,
per rationes: Primò, quòd ſententia ex
fictis probationibus & pręſumptionibus
lata, nunquàm trãſeat in rem iudicatam,
per iura ſuprà allegara. Secundò, quòd † 8
ſententia Banni in contumaciam lata
ſit interlocutoria. Bald.in l.1.num.12.cir.
ca fin.C.de hæred.inſtit.Felin. ad rubric.
de ſenten.& re iud.num.15.in fin.Boſſius
tit.de Bannitis, numer.4.Franciſc.Marc.
quæſt.363. An autem † ſententia purgati. 9
onis ſit interlocutoria, vel diffinitiua, va.
riant Dd.vt notat Panorm. In d.c.quod
ad conſultationem, num.12.vbi tres opi.
niones refert, & concludit interlocuto.
riam eſſe, ſi ſimpliciter purgatio indicta
ſit : ſecùs ſi hoc pacto prolata ſit ſenten.
tia, Niſi te purgaueris: quia tunc erit diffi.
nitiua. Tertiò facit, quòd vltra † contu. 10
maciam Rei conuenti, etiam de delicto
luculẽter ex veris probationibus conſta.
re debeat, ad hoc vt ſententia Banni va.
leat, vt ſupr.eod.lib.cap.6. dictum eſt, per
tex.in d.l.raptores.C.de epiſc.& cler.tex.
in l.properandum. §. & ſiquidem. C. de
iudic. Hippol. in d.§.poſtquàm. numer.
48. vbi hoc ſingulariter notandum exi.
ſtimat, pro adiuuandis amicis, in contu.
maciam abſque legitimis probationibus

Bannitis. Facit ad hoc optimè tex. in Authen. quia in prouincia. §. 1. C. vbi de cri. agi opor. ibi, ſi tamen omninò appareat, & text. in l. 2. §. ſin autem. C. de his qui latro. occulta. ibi, conuicti. vide quoq; Hippol. in repet l. 1. num. 129. C. de rapt. virg. Nellum in tract. de Bannitis, in ſecunda parte ſecundi tempor. quæſt. 64. num. 18. Aliud eſſet quandò in contumaciam delictũ probatur per teſtes, vt dixi d. cap. 6. quia tunc ſententia tranſit in rem iudi-
11 catam. Hinc differentiæ † ratio colligi poteſt, cur in cauſis fractæ pacis purgationum articuli ſuſpicionis in contumaciam citati ad purgandum, & non reſpõdentis, pro confeſſis acceptari queant, vt habetur in Ordin. par. 2. tit. 10. non item in cauſis fractæ pacis, quandò principaliter ſuper commiſſo crimine violatæ pacis publicæ agitur, cùm tamen vtroq; caſu actio ſit criminalis, & ad Banni declarationem procedatur: Ratio differentiæ eſt, quia, vt dixi, in cauſis purgationum ficta probatio ad irrogandam pœnam Banni in contumaciã ſufficit. At in cauſis fractę pacis directò & principaliter intentatis, non admittuntur probationes imaginatiæ & præſumptiuæ, ſed euidentiſſimæ, & luce meridiana clariores requiruntur, per teſtes omni exceptione maiores, tex. in l. fi. C. de prob. vt dixi ſup. lib. 1. cap. 15. Pręterea ſententia Banni purgationis non tranſit in rem iudicatam, item interlocutoria eſt. Secùs in accuſatione ſuper fracta pace, quia ſentẽtia trãſit in rem iudicatam, & eſt diffinitiua, vt dixi ſup. eod. cap. 6. ergò concludentes & euidentes probationes requirit, tex. in d. l. fi. C. de prob. & in l. abſentem. C. de pœnis, cum ſimilibus.

CAPVT IX.

De Banno communitatis, ſiue Vniuerſitatis, & eius effectu.

SVMMARIA.

1 Vniuerſitas ob delictum Banniri poteſt.
2 Vniuerſitas dolum committere poteſt.
3 Procurator in cauſa vniuerſitatis in criminalibus admittitur.
4 Requiſita ad hoc, vt vniuerſitas ex delicto teneatur.
5 Vniuerſitas in delictis continuis ſine legitima conuocatione delinquere poteſt.
6 Vniuerſitas in delictis conſiſtentibus in faciendo legitimè conuocari debet.
7 In Camera citatio contra vniuerſitatem ob delictũ quandò decernenda.
8 Teſtes probare volentes legitimam conuocationem vniuerſitatis, quomodò deponere debeant.
9 Bannum vniuerſitatis ſingulas perſonas afficit.
10 Forma ſententiæ contra vniuerſitatem.
11 Vniuerſitas, etſi anima careat, tamen legitimè congregata vicem perſonæ ſuſtinet.
12 Vniuerſitas nomen iuris eſt, animo & intellectu carens.
13 Dolus, conſenſus, & voluntas vera in delictis requiritur.
14 Vniuerſitas quid ſit.
15 Ciuitas vnde dicatur.
16 Vnitas conſentientium vnitatem delicti arguit.
17 Banni pœna in pecuniariam commutatur, condemnata vniuerſitate ob fractam pacem.
18 Vniuerſitas excommunicari non debet.
19 Banni pœna, permittente Conſtitutione Imperij, ex iuſta cauſa pecuniaria eſſe poteſt.
20 Scandalum facit, vt pœna Banni pecuniaria fiat.
21 Forma ſententiæ Banni pœnæ pecuniariæ.
22 Iudex an pœnam ordinariam minuere poſſit.
23 Cauſa an in ſententia criminali exprimenda ſit, ob quam pœna minuatur.
24 Cauſæ ob quas pœna ordinaria minui poſſit.
25 Iudex ſine cauſa pœnas iuris communis mutans eadem pœna mulctatur.
26 Præſumptio in dubio pro iudice.
27 Ciuitas rebellis amittit ſua priuilegia & ſolo æquari poteſt.
28 Imperator Henricus ciuitatem Brixiam ob rebellionem ad aratrum condemnauit.
29 Templariorum collegium à Bonifacio Pontifice deſtructum.
30 Ciuitas authoritate ſuperioris deſtructa amittit omnia ſua priuilegia.
31 Rebellionis delictum non requirit conuocationis ſolennitatem.
32 Voluntas hominis magis factis, quàm verbis declaratur.
33 Princeps in cauſa rebellionis ob innocentes parcere conſueuit Vniuerſitati.
34 Seditionis authores plectendi, & eorum arma deijcienda.
35 Sylla ambitus condemnatus imagines amiſerat.
36 Vniuerſitas rebellis indictionibus loco pœnæ grauatur.
Collecta vniuerſitati impoſita pro viribus patrimonij cuiuſque facienda.
37 Multitudo peccantium fecit, vt à regulis iuris communis recedatur.
38 Romanorum decretum contra flagitium rei militaris.
39 Exemplo opus eſt multis perſonis graſſantibus.

NON ſolùm ſingulares perſonæ ſed etiam † tota Vniuerſitas, vel 1
Communitas, aut Ciuitas ob delictum contra pacem publicam commiſſum,

miſſum, in Bannum Imperiale declara-
2 ri,& denunciari poſſunt: vniuerſitas † e-
nim,ſecundùm communẽ opinionem,
dolum committere, & proindè delin-
quere poteſt, per text. in l. metum, §.ani-
maduertendum. ff.quod vi aut met.cau.
text.in l.ſed ſi ex dolo.§.1. ff. de dolo ma-
lo,text.in l.aliud.§.refertur.ff.de reg.iur.
gloſſ.ordinaria & ſingularis, ibid.in ver-
bo,refertur, text.in c.1.§. ſi quis verò au-
ſu temerario, de pace tenend. & iuram.
3 firmand. Et licèt in † criminalibus regu-
lariter procurator non admittatur, vt
dixi ſuprà,cap.10.lib.1. tamen hoc in V-
niuerſitate non obtinet, quæ accuſata
per Syndicum comparere, & reſponde-
re poteſt,text.in l.tam collatores.§.vt au-
tem.C.de re milit.libr.12.tex.in l.1.§.qui-
bus. & in l. 2. ff. quod cuiuſque vniuerſ.
nom.Dd.in l.nulli.& in l.ſicut.ff. eodem
titul. Bald. in titul. de pac. Conſtan. in
verbo,damna.num.1.cum ſequen. Spec.
titul.de procurat.nume.11.§.1. plenè Bar.
in l.aut facta.§ nonnunquam.ff.de pœn.
Si verò Syndicum non habeat, iudicis
officio, vt aliquem ad litem conſtituat,
compellitur,quo conſtituto,& non com
parente, in contumaciam contra Vni-
uerſitatem probè proceditur, vt notat
Bartol.in l.1.in fin.ff.quod cuiuſque vni.
nomin. Nellus in tracta. de Bannitis in
prima parte,primi tempor. quæſtion. 5.
4 per totam. Sed vt † delictum à Commu-
nitate, Vniuerſitate, vel Ciuitate com-
miſſum eſſe dicatur, neceſſe eſt, quòd cõ-
nocata Vniuerſitate, vel conuocatis ciui-
bus per ſonitum campanæ, tubæ, vel ali-
um modum conſuetum, deliberatè, con
ſultò, & communicato conſilio delictũ
perpetratum, paxque publica violata ſit:
non enim ſufficit totam ciuium multi-
tudinem, etiam explicato & leuato ve-
xillo vim publicam inferre, aut homici-
dium committere, niſi conuocationis
ſolennitas præceſſerit, & vnanimi con-
ſenſu, atque in forma Vniuerſitatis ar-
ma ſumpſerint, aliàs non vt Vniuerſi-
tas, ſed vt ſinguli feciſſe dicuntur, & ſin-
guli, vt ſeditioſi, puniri debent. Ita ſe ha-
bet communis opinio, per text. in d.l.2.
& in d. l. nulli. & in d.l.ſicut. §.1.ff.quod
cuiuſ.vni.nom.text.notab. in l. ſemper,
§.ſi in ſepulchro.ff.quod vi aut clam.ibi,
communi conſilio,tex.in l.quod maior,
ff.ad municip. gloſſ. in d.l.aliud.§. refer-
tur,gloſſ. ad rubric. C.quæ ſit long con-
ſuetud.pulchrè Bartol.in d.l. aut facta.§.
nonnunquàm.nume.3. Panorm.in c.di-
lectus.el.2. nume. 2. de ſimon. vbi ſingu-
lariter docet,quomodò,& quandò dica-
tur Vniuerſitas delinquere, Innoc. in c.
grauem.numer.1.cum ſequen.de ſenten.
excommun. Bald.præclarè conſil.283.per
totum,incip.Viſa inquiſitione.volum.1.
idem conſil.367.nu.6.incip. Venerabilis
in Chriſto.volu.3.Curt.iunior conſi.175.
nu.9.communiorem dicens. Dec.conſi.
667.num.9. incip.non conſonat.Foller.
in pract. crim. in verbo,Banniantur.nu.
34.& nu.66. Nellus loco citato. Hippol.
in pract.crim.§.Conſtante.num.47. Iul.
Clar.in pract.crim.§.fin.quæſt.16 verſic.
vlteriùs quæro.Boër.in tracta.de ſeditio-
ſis,in ſeptimo præſuppoſito,num.8.cum
ſeq.vbi omninò vide.Alberi.in l. ea qui-
dem.nu.15.C.de accuſat. Pariſ.conſil.21.
nu.30.vol.4.Curt.ſenior conſi.21.num.5.
in fin.Et hæc procedunt in † delictis tra- 5
ctum ſucceſſiuum non habentibus, ſicut
eſt homicidium, & ſimilia. Secùs ſi ſit de-
lictum continuatum, & actu permanẽs,
vt rebellionis crimen: quo caſu Vniuer-
ſitas, ſine vlla conſilij deliberatione, vel
multitudinis conuocatione, delinquit,
vt paulò pòſt latiùs dicetur: & ita notat
Boër.loco citato, nu.9.Bart. in d.§.non-
nunquàm.nume.4.Salic.in l.1.num.3.C.
de ſeditio.Deci.d.conſil.667.num.9.Prę-
tereà † neceſſitas conuocationis locum 6
habet in delictis conſiſtentibus in faciẽ-
do: ſecùs in omittendo.Bartol.Salic. &
Boër.vbi ſupr.obſeruata tamen diſtincti-
one Bart.vbi ſuprà,& Panor.in d.c. dile-
ctus.Quoniam verò † violentia in facien 7
do conſiſtit, acturus ſuper violata pace
publica contra Vniuerſitatem, diſertis
verbis in libello ſupplici, pro obtinenda
citatione narrare debet,qualitatẽm legi-
timè factæ conuocationis, delictum ni-
mirùm ab Vniuerſitate, communicato
conſilio,ciuibus, vel multitudine, ſonan
tibus campanis & tubis, more maiorum
conuocatis,commiſſum eſſe,eamq; qua-
litatem,iuris ordine ſeruato,poſteà lucu 8
lenter probare debet,tex. in l. prætor ait.
2.§.docere.ff.vi bon. rapt. cum ſimilibus,
vt ſuprà libro primo, capite ſeptimo p- 9
lixiùs dixi,quę quidem probatio ſatis eſt

 diffici-

8 difficilis, quia † teſtes in ſpeciede legiti-
ma conuocatione fidem ſacere debenr,
putà delictum in forma Vniuerſitatis
perpetratum eſſe, vt præclarè declarat
Baldus d. conſil. 283. quem ad hoc omni-
nò vide. Bartolus & Dd. in locis ſuprà
allegatis. Oldrad. ſingulariter conſil. 315.
numero 3. cum ſequent. incip. Circa
iſtud propoſitum: vbi dicit, aliud eſſe,
deponere homines Vniuerſitatis feciſ-
ſe, & aliud, Vniuerſitatem feciſſe, quem-
admodum eriam aliud eſt dicere oues,
aliud gregem ouium, per text. notab. in
l. ſeruis legatis. §. ouibus legatis. ff. de leg.
3. Probata autem qualitate requiſita, V-
niuerſitas perindè ac priuatus, & ſingu-
laris perſona banniri atque proſcribi
9 poterit, quo † Banno omnes & ſingulæ
perſonæ Vniuerſitatis, eorumque bona
ex æquo afficiuntur, per text. in d. l. ſem-
per. §. ſi in ſepulchro, vt in cauſa Min-
10 den contra Minden. Forma † pronunci-
andi & ſententiæ Banni hoc pacto con-
cipitur:

Jn der Landtfridbrüchigen ſachen M.
Cläger/ gegen Burgermaiſter/ Rhat/ vnd
gantze Gemeinde der Statt O. Beclag-
ten. Nach dem gedachte Beclagten/ auß
denen vnnd denen vrſachen/ dem Landtfri-
den zu wider gehandelt/ Derhalben denun-
tieren/ vnd erklären wir dieſelben Burger-
maiſter/ Rhat/ vnnd gantze Gemeinde/ als
offenbare Echter/ in der Kayſ. Maieſtat/
vnnd des Heiligen Reichs Acht/ Setzen ſie
auß dem Frieden in den Vnfrieden/ vnnd
erlauben jhre leib/ haab/ vnnd gütter/ ob-
gedachtem Cläger/ vnnd aller menniglich.

Latinè:

In cauſa fractæ pacis M. Actoris, con-
tra Conſules, Senatum, & communita-
tem ciuitatis O. Reos, quoniam prędicti
Rei ex talibus cauſis (quæ inſeruntur ſen-
tentiæ) pacem publicam violârunt, pro-
pterea declaramus, & denunciamus eos
tãquàm notoriè pacis violatores, in Cæ-
ſareæ Maieſtatis, ac Sacri Imperij Bannũ,
ita vt à Maieſtatis ſuæ, & Sacri Imperij
pace ac tuitione exclnſi, à prædicto Acto-
re, & quibuſcunque alijs, tam in perſo-
na, quàm rebus, impunè offendi, ac mo-
11 leſtari poſſint. Non obſtat, quòd † Vni-
uerſitas propriè delinquere nequeat,
quia animo & capite, vt Dd. loquuntur,
12 caret, eò † quòd ſit nomen iuris, quod
nec animum, nec intellectum habet, &
ſic neque delinquere, neque puniri poſ-
ſit, text. in l. 1. §. 1. ff. ſi quadrup. pauper. fe-
ciſ. dica. text. in l. infans. ff. ad l. Cornel.
de ſicar. quia † in delictis requiritur ve- 13
rus dolus, voluntas, & conſenſus delin-
quentis, tex. in l. 1. ff. de furt. cum ſimilib.
per notata ſuprà libr. 1. capit. 7. hoc, in-
quàm, non obſtat, quia non procedit in
Vniuerſitate legitimè connocata, eo ni-
mirùm modo, quo ſupr. dixi: tunc enim
vicem perſonę ſuſtinet, fictione quadam
& præſentatione, per Rectores & Guber-
natores Vniuerſitatis, quod ad condem-
nationem ſufficit, text. in l. mortuo. ff. de
fideiuſſo. text. in l. an vſusfructus. ff. de fi-
deiuſſ. & in d. l. 1. §. quibus. ff. quod cuiuſ-
que vniuerſ. nom. & in d. l. 2. ff. eod. titul.
Antho. Gomeſ. variar. reſolur. libr. 3. ca-
pit. 1. num. 52. Impropriè igitur Vniuerſi-
tas delinquit, propriè verò ſinguli de V-
niuerſitate deliqniſſe cẽſentur: Vniuerſi-
tas enim † nihil aliud eſt, quàm homines
Vniuerſitatis. quicquid igitur homines
ciuitatis deliberato conſilio faciunt, V-
niuerſitas feciſſe cenſetur, ſactum ab ip-
ſo Senatu & Rectoribus ciuitatis, vel ma-
iore parte, legitimè conuocatis, à tota ci-
uitate factum intelligitur, d. l. quod ma-
ior, & d. l. nulli. Ciuitas † à ciuib⁹ appella- 15
ta eſt, quaſi ciuium multitudo, Cicerone
teſte. Et ita tenent Bartolus in dict. l.
aut facta §. nonnunquàm. Salic. in d. l. 1.
C. de ſeditio. Boër. in d. tracta. de ſediti-
oſis, in ſeptimo præſuppoſito, numer. 14.
& Dd. in locis ſuprà allegatis, facit text.
in l. ſi familia. ff. de iuriſdictio. omn. iu-
dic. text. in d. l. ſemper. §. ſi in ſepulchro.
ff. quod vi aut clam. eruditè Oldrad. dict.
conſil. 315. numero 3. vbi dicit, quòd † v- 16
nitas actuum, & vnitas conſentientium
in pluribus, qui communicato conſilio
ad idem perpetrandum accedunt, vni-
tatem delicti arguat, per dic. §. ſi in ſepul-
chro. text. in d. l. ſed ſi ex dolo. §. 1. ff. de
dol. mal. gloſſ. ibid. in verbo, facere, quæ
eſt ſingularis. Plerunque tamen † pœ- 17
na Banni in pecuniariam conuertitur,
quandò Vniuerſitas ob delictum pacis
publicæ condemnatur, idque propter in-
nocentes, pupillos, minores, mulieres,
prægnantes fœminas, & naſcituros in-
fantes, qui tempore delicti non extite-
runt in rerum natura, ſed tempore con-

demnationis, vel latæ ſentētiæ primum
nati ſunt: pœna enim ſuos authores te-
nere debet, text. in l. ſancimus. C. de pœ-
nis. Et ita communiter concludunt Dd.
ex doctrina Innoc. in d. c. grauem, & d. c.
dilectus. Panorm. Felin. & alij ibid. Bart.
in d. l. aut facta. §. nonnunquam, diſtin-
guit, vt ibi per eum. Cyn. in l. Si quis in
tantam. C. vnde vi, varias circa hoc opi-
niones refert. Boër. d. ſeptimo præſup-
poſito, nu. 15. vbi pleniſſimè Salic. in d. l. 1.
C. de ſedit. per tex. in c. Romana, in fine
de ſent. excom. in 6. vbi dicitur, quòd in
18 † Vniuerſitatem, vel Collegium, excom
municationis ſententia proferri nō de-
beat, ne innoxij puniantur, & ſic de iure
Canonico Vniuerſitas excommunicari
non debet, ſed tantum illi, quos culpabi-
les eſſe cōſtiterit, tex. in d. c. Romana. Ci-
cero libro primo Officiorum, inquit, De
euertendis diripiendisque vrbibus val-
dè illud conſiderandum eſt, ne quid te-
merè, ne quid crudeliter fiat, idque eſt
magnanimi viri, rebus agitatis punire
ſontes, multitudinem conſeruare. Et ita
19 in Camera obſeruatur, quòd † pœna
Banni contra Vniuerſitatem in pecuni-
ariam conuertatur: nam ex Conſtitutio-
ne pacis publicæ Imperatoris Caroli
Quinti, anno quadrageſimo octauo p-
mulgata, ea poteſtas Iudici & Adſeſſo-
ribus Cameræ expreſsè conceditur, vt
nimirùm ex iuſta cauſa pœnam Banni
ordinariam, in pecuniariam conuertāt,
20 putà, ſi † Bannum ſine publico metu, vel
ſcandalo, executioni mandari non poſ-
ſet, per text. in l. qui cædem, ff. ad l. Cor-
nel. de ſicar. gloſſ. in c. ſi ergo, in verbo,
clamoribus. 8. quæſt. 1. gloſſ. not. in c. la-
tor, in verbo, reddere. 2. q. 7. Tiraquell.
in tracta. de pœnis. cauſa 46. per totam,
text. in c. cùm olim, de cleric. cōiug. gloſ.
in c. cùm teneamur, in verbo, ſi non po-
teſt, de præben. & dignit. gloſſ. in c. preſ-
byter, el. 2. in verbo, ſuſpendatur, 2. q. 5.
Felin. in c. ſuper eo, el. 2. nume. 1. de ſent.
excomm. vbi multa ad hoc cumulat, &
in c. qualiter & quando, el. 2. nu. 43. de ac-
cuſat. & in c. nihil, num. 2. cū ſeq. de præ-
ſcript. vbi 33. caſus ponit, quibus periculo
ſcandalorum aliquid fieri permittitur,
vel prohibetur, glo. notab. in c. fin. in ver
bo, rigor, de ſenten. excommun. Et hoc
non tantùm cum Vniuerſitate, ſed etiā
cum priuatis obſeruatur, quando nimi-
rùm delicti atrocitas tāta non eſt, vt pœ-
nam Banni mereatur, & tamen publi-
cè interſit, commiſſam violentiam coër-
ceri, quæ omnia iudicis prudētiæ & diſ-
cretioni committuntur, per notata Bar-
tol. & Dd. in l. quid ergo. §. pœna graui-
or. ff. de ijs qui notan. infam. & in l. & ſi
ſeuerior. C. eod. titul. Forma † ſenten- 21
tiæ in Camera hoc pacto concipitur, &
publicatur.

Jn der Landtfridbrüchigen ſachen D. Clåger/wider E. Beclagten/ iſt allem fůrpringen nach zu Recht erkhendt/das auß bewegenden vrſachen/ gedachter Beclagter/ in die gemeyne Peen des Landtfriedens/ neumblich der Acht/nicht/ Sondern vmb ſein angezogene vnnd geůbte verhandlung willen/dem Kayſerlichen Fiſco/ vnd ermeldtem Clåger/in ein Gelt peen/ die auff N. Marck lötigs Goldts geniߧigt/zu erkleren/ vnnd zu verdammen ſey/ Daten wir denſelbigen hiermit auch erkleren/verdammen/vnnd erkhennen/das er den halben theil berůrtē Clågern/ Darzu die Gerichts köſten/ derwegen aufgelauffen/ nach Rechtlicher ermåßigung zu entrichten vnnd zubezalen ſchuldig ſein ſolle.

Latinè.

In cauſa fractæ pacis D. Actoris, con-
tra E. Reum, viſis actis & actitatis, pro-
nunciamus, decernimus, & declaramus,
dictum Reum, ex iuſtis cauſis nos mo-
uentibus, non in ordinariam Banni, ſed
pecuniariam pœnam N. Marcarum au-
ri, condemnandum eſſe, prout eum in
dictam pœnam pecuniariam, partim
procuratori fiſci, partim actori ſoluen-
dam, vnà cum refuſione expenſarum,
ſaluo tamē noſtro iudiciali moderami-
ne, condemnamus.

Quinimò de iure communi, † iudex 22
pœnam ordinariam iuris, vel ſtatuti, ex
cauſa mutare, & minuere poteſt: idque
maximè in maioribus magiſtratibus re-
ceptum eſt, licèt minores, inconſulto
Principe, hoc facere non debeant, præſer-
tim poſt condemnationem, Dd. in d. l.
quid ergo. §. pœna grauior. Decius in c.
de cauſis. nu. 18. extr. de offic. delegat. vbi
communiorē dicit. Viuius in libr. com-
mun. opinion. in verbo, Iudex vbicun-
que, Aretin. in d. c. qualiter. el. ſecundo,

numer. 24.de accuſation.Didac.Couar.
ru.Reſolution.libro ſecundo, capite 9.
numer. 8.Tiraquel. in tractat. de pœnis,
in præfation.num. 22.Iulius Clar.in pra.
ctic.criminal.§.final. quæſtion.85.verſic.
vlteriùs quæro. vbi omninò vide. Et
23 quamuis † nonnulli exiſtiment, eo ca.
ſu, quo iudex ab ordinaria pœna rece.
dit,cauſam cur id faciat,in ſententia ex.
primi debere : tamen communior opi.
nio eſt, ſufficere generalitatem, quòd
nimirùm id faciat ex cauſis animum
ſuum mouentibus,Barto.in d.l. quid er.
go.§.pœna grauior. Paul.Grillandus in
tractat.de relaxatio.carcerato.capit.pri.
mo.Iulius Clarus loco citato. Boſſius ti.
tul.de pœnis,numer. 10.Beluiſo in pra.
ctic.criminal.in rubric.dè fuga Rei, nu.
mer. 62. Menchiaca. controuerſiar. il.
luſtr.cap.14.nume.5.communiorem di.
cit,vti eum refert Iulius Clarus. Et hanc
opinionem Camera etiam hodiè ſequi.
tur,vti ex iam recitata formula conſtat.
24 Multæ autem † cauſæ à Doctorib. paſ.
ſim cumulantur, ob quas pœna ordina.
ria in extraordinariam commutari poſ.
ſit,vt ſunt,nobilitas, artis inſignis & ex.
cellentis peritia,multitudo reorum,me.
ritorum probatio,prouocatio aduerſa.
rij,delicti diuturnitas, dormientis deli.
rium, ignorantia, ebrietas, furor, ira,
ætas, probitas anteactæ vitæ, caſus, offi.
cium,diſciplina:de quibus omnibus vi.
de copiosè Tiraq.in d. tractat. de pœnis,
Bartol.in d.l.quid ergo.§.pœna grauior.
Blancum in pract. crimi. §.iuris permiſ.
ſione, cum §§. ſequentibus. Nellus in
tractat.ad defenſam,capite 1. per totum
Afflic. prolixè in c.1.§.ſi quis hominem,
nume.2. cum ſequenti. de pace tenend.
Hippol.ad l.1.num.44.ff.ad l.Cornel.de
ſicar.idem in pract.crimin. §.quoniam,
num.61.cum ſeq.Iul.Clar.ampliſſimè in
tract.crim.§.fin.quæſt.60.per totam.Dã.
haud.in pract.crim.cap.84.per totũ. Vi.
de in obſeruation.meis lib.2. Obſer. 110.
Felin.in d.c.qualiter.num.37.vbi ſeptem
caſus refert,quibus pœna ordinaria, vel
intendi,aut relaxari & remitti poſſit, &
25 ſingulariter ibidẽ tradit,iudicẽ † ſine cau
ſa ordinariam pœnã iuris cõmunis mu.
tantem,infamia notari,per text. expreſ.
ſum,& notabilem in l.ſeruos.§.fin.C.ad
l.Iul.de vi public.imò pari cum reo pœ.
na plectendum eſſe, voluit Roma. ſing.
78.num.1.incip.veni, qua,per text.vnicũ
in iure,in l.nulli,§.fin. C. ne ſanct. bapt.
itere. In dubio † verò pro iudice præſu. 26
mendum, quòd pœnam iuris cõmunis
ex iuſta cauſa mutauerit,quod eſt in pra.
xi diligenter obſeruandum. Felin. in d.
c.qualiter.num.45.pulchra apoſtilla ad
Rom.d.ſingul.78.&ſing.666.incip.tu ha
buiſti.Barto.in d.l.quid ergo.§.pœna gra
uior. Porrò ſi † ciuitas vel vniuerſitas 27
committat enormiſſimum delictũ, pu.
tà,rebellionis aduerſus Principem, tunc
non ſolùm Banniri, priuilegijs, & bonis
priuari,ſed etiam funditùs euerti, & ſo.
lo,damnata eius memoria, æquari poſ.
ſet,tex.in l.ſi vſusfructus.ff.quibus mod.
vſusfr.amitta.vbi exemplum de Cartha.
gine ponitur.Innoc. in c. cùm ex iniun.
cto,de noui oper.nunc.Bartol.in d.l.aut
facta.§.nonnunquàm.num.6.vbi † dicit, 28
Imperatorem Henricum, ſuo tempore
tuliſſe ſententiam diffinitiuam aduer.
ſus Brixienſes ob rebellionem,qua con.
demnauit ciuitatem ad aratrum, licèt
miſericordia motus, poſteà eam pœ.
nam relaxauerit, & Bonifacium Pon.
tificem, ob † quorundam Templario. 29
rum delictum, totum collegium de.
ſtruxiſſe. Baldus titul. de pace Conſtan.
in verbo,damna,num.2.& in verbo,Im.
perialis,numero 8.vbi dicit, ciuitatem
ad aratrum ſuperioris auctoritate dam.
natam, vel ab Imperatore perpetuò
Bannitam mortuam cenſeri. Idem d.
conſil.367. numero 6. & in Authent.ha.
bita,numer.7.C.ne filius pro patre. Af.
flic.latè in c.1.nume.13.de capit. Conrar.
gloſſ.ſing.in §.1.in verbo, rebellando,in
fin. titul. qui ſint rebelles, in extrauag.
dicens ſolius Principis eſſe, ciuitatẽ a.
ratro ſubijcere, exempla in Germania
noſtra adhuc memoria, quædam ex.
tant. Veteres in euertendis vrbibus a.
ratrum inducere ſolebant.Horat.Carm.
libr.1.Ode.16.

imprimeretq́; muris
Hoſtile aratrum exercitus inſolens.

Ciuitatẽ † aũt vel caſtrum,ſuperioris au. 30
thoritate deſtructum, omnia priuilegia
amittere certum eſt, ob maximã, quam
patitur, capitis diminutionẽ, vndè om.
nia eius iura in ſolidum conſumuntur:
deſtructo enim principali, corruit eius
acceſſo.

accesſorium,tex.ſing in l.cognitionum.
§.conſumitur, ff.de var. & extraord. co.
gnit.& in d.l.ſi vſusfructus,ff.quibus mo
dis vſusfr.amitt.Alberic.ibid.nu. 4. Bar.
in l.fi.nu.24.ff.de illicit.colleg.gloſſ no.
tab.in c.priuilegiũ 1.de reg.iur. in 6. Phi.
lip.Franc.ibid.numer.3.Bald.præclarè in
margarita,in verbo,ciuitas.Bello. conſi.
1.num.8.Curt.ſenior conſil.26.nu. 4. in.
cip.caſus proponitur. Vide obſeruatio.
num lib.2.Obſer.61. Et huiuſmodi deli.
31 ctum † rebellionis non eſt difficilis pro.
bationis,cùm ſit publicum, & ſic celari
nequeat,text.in c. manifeſta , & in c. de
manifeſta,2.q.1.tex.in c.euidentia,de ac.
cuſatio.& hoc caſu , conuocationis ſo.
lennitas, vt initio dixi , neceſſaria non
eſt,cùm ſit delictum cõtinuum, ad quod
totus populus,tanquàm belua multorũ
capitum furiosè concurrit, quandò cxo.
ritur.

Verg.lib.1.Aeneidos.

Seditio,ſæuitq́; animis ignobile vulgus.
Iamq́;faces,& ſaxa volant,furor arma miniſtrat.

Satis enim ipſo facto vniuerſitatis vo
32 luntas declaratur:quia † hominis volun
tas magis factis,quàm verbis oſtenditur,
text.in c.dilecti filij,de appellat.text.in l.
reprehendenda.C.de inſtit. & ſubſtitut.
Boër.in d.tract. de ſedit.in 7.præſuppoſi.
33 to.num.9. cum ſeq.ſed etiam hoc † caſu
Princeps clementia & gratia vti conſue.
uit, parcendo Vniuerſitati, ne inſontes
pereant cum nocentibus, plectendo ve.
rò auctores ſeditionis & duces factionũ
detrũcatione capitis, exilio, publicatio.
ne bonorum,priuilegiorum amiſſione,
longinquis peregrinationibus, condem
natione ad triremes, vel ad operas pub.
licas tẽporariè,putà ad certũ tempus, vel
perpetuò,nimirum ad dies vitę per text.
in d.c.Romana,& in d.l.qui cædẽ.ff.ad l.
Cornel.de ſicar. tex. in l. conſtitutiones.
34 ff.de appellat.Et ſi † grauius delictum ſit,
putà crimen læſæ maieſtatis, ſumpto de
authoribus ſupplicio , & memoria eo.
rum damnata, ædificia quoque ſolo æ.
quantur,& inſignia gentilicia, ſiue arma
paſſim familiæ , & gentilitatis ſplendo.
re ſuſpenſa,& affixa, perpetuæ ignomi.
niæ cauſa tolluntur , & deijciuntur,per
tex.ſing.& vnicum,in l.eorum.ff de pœ.
Bart. ibid.nu.1.facit text. in §. receptato.
ribus,de pace tenend.& iuram.firm.Ro.
ma. ſingul. 480. Incip. Eorum arma.&
ſingu.673.incip.an arma. Tiraq. in tract.
de nobili.cap.6.nu.15.& c.20. nu. 116. Gi.
gas de cri.læſ.ma lib.3.tit. de proditorib.
cap.8.nu.1.& eod.lib.tit.de rebellib. cap.
23.nu.1.Iaſ.in §.pœnales. nu. 14. Inſtit.de
act.&in l.ſi quis id quod,ff.de iuriſd.om.
iud.Dd.ibid. Tiraq.de pœnis, cauſa 47. p
totã. Sic † Sylla ambitus condemnatus, 35
imagines amiſerat , vt refert Cicero in
oratione pro Sylla:Si iudicio,inquit,ve.
ſtro erit liberatus, domus erit exornata,
aperientur maiorum imagines, ipſe or.
natum, & veſtitum recuperabit : omnia
indices hæc amiſſa ſunt , omnia generis,
honoris, nominis inſignia atque orna.
menta,vnius iudicij calamitate occide.
runt. Ne autem † Vniuerſitas impunè e. 36
uadat, in terrorem, & ad exemplum ali.
orum,magnis indictionibus,& varijs tri
butorum generibus grauatur,vt ſic qua.
ſi ſinguli in bonis puniantur , Dd. vbi ſu.
prà,Bart.in d.§.nonnunquàm.Natta cõ.
ſil.158.nu.16.vol.1.incip. poſt ſuperiora.
Et tali caſu quando imponitur vniuer.
ſitati collecta ob delictum, illa per æs &
libram,hoc eſt, pro viribus patrimonij,
non per capita fieri debet,gloſſ. ordina.
ria in d.l.1.§.fi. in verbo, proconſul. in
fine, ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomi.
Antho.Gomeſ.variar.reſolut.lib.3. cap.
1.nu.53.Natta d.conſil.158. Bart.in l.4. in.
cip.ſi ſe non obtulit,§.actor. num. 2. vbi
omninò vide, ff.de re iudic. Alex. in d.l.
4.nume.12.vbi dicit, quod condemnato
Syndico vniuerſitatis, executio fit con.
tra vniuerſitatem: & quod pro ſolutio.
ne condemnationis , vniuerſitas poſſit
imponere collectam per æs & libram,
quòd latiùs ibid.proſequitur.Multitudi.
ni verò,quòad pœnam corporalem,par.
citur, partim propter innocẽtes, partim
quoque ipſa multitudinis ratione, iuxta
illud vulgatum:

Ob populum multum crimen pertranſit inultum.

Nam † ob multitudinẽ à regulis iuris 37
cõmunis receditur,& ob multorũ ſtragẽ
ſæueritati detrahitur,p tex.in c. ipſa pie.
tas.§.verũ.& in c.Guiliſarius,& in c.non
poteſt.23.q.4.tex.in c.fin de trãſact. & in
c.latrones.de cler.excõmu.tex. in c.dile.
ctus filius,de ſimonia,& in l. pen.ff. ad l.
Cor.de ſicar.Iul.Clar.d.§.fi.q. 60. ver.al.
legatur,vbi dicit, regulam illã , quòd fa.
cientium

cientium & conſentientium par ſit pœna, non habere locum in multitudine conſentiente, & ideò minori pœna eam plectandam, Ang. in l. is qui opem, nu. 4. ff. de furt. Boër. loco citato, quem omni-
38 nò vide. De † Romanorũ decreto, multitudine militari peccante, ſcribit Cicero in Orat. pro A. Cluētio habita. Statuerunt, inquit, maiores noſtri, vt ſi à multis eſſet flagitiũ rei militaris admiſſum, ſortione in quoſdã animaduerteretur, vt metus videlicet ad omnes, pœna autẽ ad paucos perueniret. Plutarch. in vita Craſſi hunc morem Romanorum peruetuſtum fuiſſe ſcribit, qui minorẽ damno ignominiam continet, plurimumq; aſpicientibus horrorem inijcit. Idem in Scipione Africano notat, quòd Scipione ipſo ægrotante, cùm eſſet orta inter milites magna ſeditio, rẽ ipſam Scipio ad conſilium retulit, cuius maior pars in eos, à quibus initium tumultus ortum erat, animaduertendum, & reliquis ignoſcendum cenſuit, ſic enim fieri poſſe, vt pœna ad paucos, exemplũ ad multos perueniret, facit tex. in l. 1. C. ad l. Iul. repet. vbi dicitur pœnam vnius, debere eſſe pœnam multorum, tex. in l. aut facta
39 §. fi. ff. de pœnis vbi dicitur, multis † perſonis graſſantibus exẽplo opus eſſe, text. in l. 1. C. de precib. Imp. offer. & in d. c. Guillſarius, 23. q. 4. & in c. 1. §. ſed nos, tit. qui ſint rebel. in extrauag. gloſſ. ibid. in verbo, creſcit, & in c. ad reprimendũ, tit. quom. in læſæ maieſt. crim. proced. vide prolixiùs Tiraq. d. cauſa 47. in tract. de pœn. & Alex. ab Alexandro Genialium dierum lib. 2. cap. 13.

CAPVT X.

De receptatoribus Bannitorum.

SVMMARIA.

1 *Receptatores latronum pari pœna plectuntur.*
2 *Domini prædiorum reos exhibere tenentur.*
3 *Citatio contra receptatores Bannitorum in Camera decernitur.*
4 *Bannitos Imperij nemo domo recipere debet.*
5 *Excommunicatos ſimiliter.*
Pœna receptatorum vnde originem ſumpſerit. ibidem.
6 *Ignorantia à pœna receptionis excuſat, quia ignorans caret dolo.*
7 *Ignorantia à delicto & pœna excuſat.*
8 *Cum fure aut latrone conſuetudinem habens an ſit puniendus.*
9 *Ignorantia præſumitur regulariter.*
10 *Notorium tollit ignorantiæ præſumptionem.*
11 *Ignorantia in facto publico non excuſat.*
12 *Bannum Imperij vbique terrarum per publica edicta innoteſcit.*
13 *Fallit.*
14 *Qualibet cauſa & credulitas excuſat à dolo.*
15 *Bona fides poteſt eſſe etiam ex multis cauſis.*
16 *Vxor maritum Bannitum licitè recipere poteſt.*
17 *Matrimonium aquæ & ignis interdictione non ſoluitur.*
18 *Vxor viri calamitates moderatè ferre debet.*
19 *Pater filium Bannitum licitè recipit, & contrà.*
20 *Filius notarius falſum committens pro honore patris, mitius puniri debet.*
21 *Filius naturalis tantùm, patrem Bannitum recipere poteſt.*
22 *Filius ſpiritualis patrem ſpiritualem Bannitum recipere poteſt.*
23 *Filius an patrem Bannitum alere teneatur, & vtrùm eum occidere queat.*
24 *Sententia communis, quòd pater in caſib. impune occidi poſſit, plena crudelitatis eſt & impietatis.*
25 *Agnati & cognati recipientes Bannitum agnatum an excuſentur.*
26 *Facientes & conſentientes an pari pœna plectendi ſint.*
27 *Amicus an amicum Bannitum recipere poſſit.*
28 *Amicus magis neceſſarius, quàm ignis & aqua.*
Amici ſunt vna anima in pluribus corporibus. ibid.
Amicus an poſſit in iudicio pro amico ſine mandato agere. ibid.
Amici an habeant iura ſuitatis, ibid.
29 *Amicum in neceſſitate deſerere inofficioſum eſt.*
30 *Amici cauſa contra Imperium vel patriam nõ peccandum.*
31 *Amicus vſque ad aram, nam olim iurantes aram manu contingebant.*
32 *Amicorum appellatione qui veniant.*
33 *Bannitos vi metúue recipientes à pœna receptionis excuſantur.*
Peccatum ex voluntate eſt, ibid.
34 *Coacti magis pati quàm agere videntur.*
35 *Caupones Bannitos recipientes hoſpitio repentino an puniendi.*
Receptare actus frequentiam ſignificat, ibid.
36 *Fideiubens pro Bannito, vel ei pecuniam ſuppeditans, in pœnam præſtiti auxilij incidit.*
37 *Forma ſententiæ Cameræ Imperialis contra receptatores Bannitorum.*

PEſſimum genus † receptatorum eſt, ſine quibus diu latere nemo 1
poteſt: vndè præcipitur, vt perindè puniantur atq; latrones, ita text. in l. 1. ff. de receptatoribus, & in l. cõgnuit, ff. de offic. præſid. & text. in l. 1. C. de ijs qui latro.

latro.vel alijs criminibus reos occulta-
uerunt. Eos,inquit tex. qui ſecum alieni
criminis reos occultando, eum eámue
ſociârunt,par ipſos & reos pœna exſpe-
ctet: & latrones quiſquis ſciens recepe-
rit,& eos offerre iudicibus ſuperſederit,
ſupplicio corporali,aut diſpendio facul
tatum, pro qualitate perſonæ, & iudi-
cis æſtimatione plectetur, adde text.
2 notab.in l.2.C.eod.titul.quo pacto † do-
mini prædiorum reos exhibere tenean-
tur,text.in l 3 §.non tantùm.ff. de incēd.
ruin. naufrag. text. in §. ſi clericus, de
pace tenenda,Bald.ibid.num.1. facit tex.
in c.ad apoſtolicæ.§.decernendo,de ſen.
& re iud.lib.6 Zaſ.conſi.15.nu.102. vol.1.
3 incip.quamuis in iſto.Hinc eſt,ꝙ ex † cō-
ſtitutione pacis publicæ, contra recepta-
tores Bannitorum Imperij, parte offen-
ſa poſtulāte,vel ex officio, citationes ad
videndum ſe incidiſſe in pœnas Banni
decernantur, quia non minùs ſunt cri-
minoſi receptatores,quàm ipſi aggreſſo-
4 res:nam ipſa † cōſtitutio fractæ pacis ꝓ-
hibet ſub pœna Banni recipere Banni-
tos,cùm ſint hoſtes Imperij, vt ſupr.eod.
lib.cap.1.dictum eſt,& ideò nulla cum ijs
coniunctio, aut conuerſatio eſſe debet:
tex.notab.in c. fœlicis,de pœnis,lib.6.cō
temnit quippe Imperij leges,& conſtitu-
tiones,qui eius hoſtem, nulla hoſpitali-
tate,ſed omni odio dignum, malo exē-
plo,tecto,domo menſâue recipit atque
5 fouet. Idem in † excommunicatis rece-
ptum eſt, vt recipiens excommunicatū
domo,menſa,colloquio, vel oſculo, eo
ipſo eadem pœna teneatur: ſed nec ora-
re cum ijs licet,tex.in c.2. de excep. & in
c.ſicut,c.excōmunicatos,c. eum excom-
municato,c.ſi quis.11.q.3. Hæc pœna re-
ceptatorum,ab antiquis Græcorū & Ro-
manorum legibus originem ſumpſiſſe
videtur,nā Plato lib.11.de legibus, circa
finem,ſcribit in hæc verba, ſi quis de vi
parētibus illata damnatus fuerit, primū
quidem ex vrbe egrediatur, in exiliumq́;
perpetuum proficiſcatur:Si quis verò ex
liberis hominibus,cum tali viro vel co-
mederit,vel biberit,vel re alia quacunq́;
cum eo communicauerit, atque adeò ſi
ei óbuiam factus ſua ſponte tetigerit:ne-
que in templum ingrediatur, neque in
forum, neque omninò in vrbem, priuſ-
quàm purgetur:putet enim ſe cum ho-
mine ſcelesto communicâſſe. Et Liuius
lib.6.ſuæ tertiæ decàdis, inquit: Qui vi-
ctus acie exceſſiſſet,eum ne quis vrbe, te-
cto,menſa,lare reciperet, diram execra-
tionem in populares obteſtationemq́ue
quàm ſanctiſſimam potuerūt, aduerſus
hoſpites compoſuerunt. Vide Tiraq. de
retract.§.1 gloſſ.9.nu.276.cum ſequ.Sunt
tamen nonnulli caſus, quibus recepta-
toribus Bannitorum, partim omninò
parcitur,partim verò pœna minuitur.
Et primò à † pœna receptionis excu- 6
ſat ignorantia,facti vtputà ſi quis per ig-
norantiam Bannitum tecto, vel hoſpi-
tio excipiat, aut eo familiariter vtatur:
Ratio, quia receptio dolum malum re-
quirit,per iura initio allegata, & tex.in l.
quicunque, C.de ſeruis fugit. Bald. ibid.
nu.1.vbi dicit receptationem eſſe de na-
tura boni,quia natura cognationem cō-
ſtituit inter homines, & vnum ad alteri-
us ſubſidium inducit, tex. in l. vt vim in
fine,ff.de iuſtit.& iur.facit tex. in l. ſeru-
in fi.ff.de ſer. exportan. gl.ibid. in verb.
affici,ceſſante ergo dolo, ceſſat delictū:
nam non omnis qui recepit,ſtatim deli-
quit,ſed qui dolo malo recepit, & non
per ignorantiam, tex.in d.c.fœlicis, ibi,
ſcienter,text.notab.in d. l. 3. §. non tan-
tùm,text.in l. Metrodorum. ff. de pœ-
nis,facit tex.in l.in furti.§.rectè.ff.de fur.
text.in l.generali.C.de tabularijs,libr.10.
text.in l.fin.in fine, ff. de operib. public.
vbi dicitur pœnas aduerſus ſcienter pa-
ratas eſſe, text.in l. genero, ff. de his qui
not.infa.Ignorantia † regulariter à deli- 7
cto & pœna excuſat,quia ignorans non
contemnit conſtitutiones Imperij, text.
not.in l.ſi ignorans,ff. locati, & iura ſu-
prà allegata.glo.ſingu.in d.l.1.in verb.la
trones.ff.de receptatoribus, Bart.ibid. in
§.in pari.nu.2.idem in l.fi.nu.2.ff. ſi quis
teſtam.lib.eſſe,&c.& in l.omnes. num.1.
C.de agri.& cenſ.lib.11.Bald.in c.à nobis.
numer.1. extra de except. dicens, non
incidere in crimen † eum, qui cum fu- 8
re, latrone, aut homicida conuerſatur,
ſi delicti ſcientiam non habeat,aut eius
ſit particeps,tex.in l.ſcimus, C.de pœnis
latè Hippol.in l.qui ignorans.nu. 9.cum
ſequent.ff.ad l.Corne.de ſicar.& in l.qui
falſam.numer.65.cum ſequent.ff.eod.ti-
tul.Nellus in tract. de Bannitis in 3. part.
ſecundi temp.quæſtio.20.num.12.Gigas
in tract.

in tract.de crimine læſæ maieſtat. libr. 3.
rubric. de pluribus & varijs quæſtionib.
9 quæſtione 10.numer.8. præſumitur † au-
tem ignorantia regulariter tantiſper, do-
nec ſcientia probetur, tex.in c. præſumi-
tur.de reg iur.in 6.probatur autem ſcien
tia,ſi factum publicè notorium ſit, idq́;
ex contraria præſumptione,text. not. in
l.ſed etſi pupillus,§.proſcribere, ff.de in-
ſtito.actio.vbi dicitur, ſi quis dicat ſe ig-
noraſſe literas,aut non obſeruaſſe quod
propoſitum erat cum multi legerēt, cū-
q́ue palam eſſet propoſitum,non audie-
10 tur.Nam † notorium tollit ignorantiæ
præſumptionem , cùm ignorare quod
publicè manifeſtū eſt,craſſa & ſupina at-
que affectata ſit ignorantia,quæ ſcientiæ
comparatur,tex.in c. 1. de poſtulat. præ-
lat.& in c.cùm in tua, qui matrimo. ac-
cuſ.poſ.text.in c. cùm inhibitio, §. 1. de
de cland.deſpon.text.in l.nec ſupina, &
in l.regula,§ ſed facti.ff.de iur. & fac.ig-
no.glo.ſing.in Clem.paſtoralis, de ſent.
& re iud.gloſſ.in d.l.1. de receptato. Bar-
tolus in l.ſi cui.§.ijſdem.num.2. ff.de ac-
cuſ.pulchrè Bald.in d l.quicunque,nu.2.
C. de ſeru. fugiti. Hippol. in d. l. qui ſal-
ſam.num.85.& d.l.qui ignorans,nu.18.&
num.23.cum ſequent. vbi dicit,allegan-
11 tem † ignorantiam facti publici, eſſe in
dolo præſumpto,& in lata culpa,& ideo
eum non audiendū,cùm paria ſint ſcire,
vel ſcire debere,tex.in l.quòd te.ff.ſi cert.
petat. Dd.ibid.Bartolus in l. leges. nu. 1.
& 2.C.de legib.Roman.conſi.127. num.
2.incip poſito.latè Tiraq.in tract.de pœ-
nis,cauſa 13.numer.22.cum ſeq.Quapro-
12 pter in † Bannito Imperij vix igno-
rantia Banni allegari poſſet,aut allegata
excuſaret,cùm Bannum Imperij, publi-
ca ſolennitate ſub dio,in magna homi-
num frequentia,irrogetur, & denuntia-
tione facta,paſſim per Imperium,publi-
cis edictis proſcribatur,facit optimè tex.
in d.l.ſed etſi.§.de quo. & §. proſcribere,
13 ff.de inſtit.act.& proiudè † ignorantiam
alleganti probatio incumbit, cur igno-
rauerit, fortè ob nimiam loci intercape-
dinem, vel diuturnam & longinquam
terra mariq́ue abſentiam:nam probabi-
lis quædam ignorantiæ ſignificatio re-
ceptātem à pœna excuſabit: cùm nemo
ob receptionem teneatur, niſi dolo ma-
lo receperit,text.in d.l.3. §. non tantùm.
ff.de incend. rui. naufrag. Et ſecundùm
communem Dd.opinionem,quælibet † 14
cauſa etiam iniuſta,quælibet credulitas,
etiam fatua,excuſat à dolo præſumpto,
& pœna,per tex.in l.igitur.verſ. & gene-
raliter.ff.de liber. cauſ.ibi, iuſtis rationi-
bus ductus,vel non iuſtis, text.in l.clam
poſſidere.ff.de acq.poſſeſſ. ibi, aut aliqua
ratione,text.in l.1.§.fin. ff.de abig. & in
l.plagij la. 1. C. ad l. Flau.de plag. gloſſ.
nota.ibid. in verbo,iuſta, dicens, quam-
libet ignorantiam,etiam iuris, excuſare
à dolo, per text.in l.ſed etſi lege, §. ſcire.
ff.de petit.hæt.Socin.ſenior conſil. 108.
num,12.volum.1.incip.in hac conſulta-
tione.& conſil.119.nu.7.eod.volu. incip.
Viſa narrati puncti, Bald.in l.t.nu. 2.per
glo.ibid.in verbo,receſſit.C.vbi cauſa ſta-
tus agi debeat, vbi dicit, quòd † bona fi- 15
des poteſt cauſari, non ſolùm ex iuſtis,
ſed etiam iniuſtis & temerarijs rationi-
bus,refert & ſequitur Tiraq. in d. tract.
de pœn.cauſa.43.nu.3.cum ſeq. vbi plau-
ſtra allegationum, & quaſdam limita-
tiones ad prædictam generalem theori-
cam adducit,& Iaſ.in l.iuſtè poſſider.nu.
31.ff.de acqu.poſſ.Deci.conſ.178.nu.3.in-
cip.in cauſa quæ præponitur,& conſ.192.
nu.5.incip.in caſu propoſito, regulariter
illa theorica non procedit in actibus il-
licitis, vti notaui ſupr.lib.1. cap. 7.Secun-
dò,à pœna † receptionis excuſatur vxor, 16
maritum Bannitum recipiens, quod e-
tiam in atrocioribus delictis , putà cri-
mine læſæ maieſtatis,procedit: quia ma-
trimonium † aquæ & ignis interdictio- 17
ne non ſoluitur,tex.in l.res vxoris. §.ſui
autem.C.de donat. inter virum & vxor.
tex.in l.t. C. de repud. adeoq́ue † impro- 18
bè vxor faceret, ſi maritum Bannitū eij-
ceret,& ab eo diuerteret,cuius calamita-
tes ſusq́ue deq́ue ferre debet, tex. not. in
l.ſi cùm dotem.§.ſi maritus. gloſſ. ibid.
in verbo,participem.& in §.ſi autem in
ſæuiſſimo.ff.ſolut. matrimon. Quid e-
nim tam humanum eſt,quàm vt fortui-
tis caſibus mulieris, maritum vel vxorē
viri participem eſſe? ita text. in d.§. ſi
maritus. Et ita communiter reuenr rerū
criminalium ſcriptores. Nellus in tract.
de Bannitis,d.quæſt.20.nu 16.Idē in pri-
ma par.ſecundi tempo.quæſt. 44. nu.15.
Gigas in tract.de crim.læſæ maieſt. lib.3.
rubr.de pœnis,quas filij incurrunt,quæſt.
20.nu.

20.nu.2.Spec.tit. de dote poſt diuortium
reſtituenda.§.1.nu.20.Feli.In c. cùm qui-
dam.nu.11.de iureiur. Vtrùm verò vxor
debeat ſequi maritũ Bannitũ, vide tex.in
l.ſi cùm dotẽ.§ ſi maritus. Bal.ibid. nu.1.
in fi.ff.ſolut.matr.& tex.not.in l. ſed ſi a-
lia,ff.de bon. dãnato. Nellũ d. quęſt. 44.
19 in fi.Tertiò excuſantur à † pœna recepti-
onis parentes recipientes filios Bãnitos:
& contrà, filij parentes Bannitos excipiẽ-
tes, etiam in crimine læſæ maieſtatis, ſal-
tem ab ordinaria pœna, idque ob natu-
ralem affectionẽ, & ſanguinis iura, quæ
nullo aduerſo caſu immutari poſſunt,
tex.in l.iura ſanguinis.ff.de regul.iur.ita
tenet Bal.in c.1.§.conuenticulas. num.3.
de pace iuram.firm. Gigas de crim. læſæ
maieſt.libr.3. rubri. de pluribus & varijs
quæſtionib.quæſt.10.nu.4. Tiraq.in trac.
de pœnis, cauſa 20.nume. 4. vbi refert ex
Pau.Caſtr.conſi.371.nu.5.vol.1.incip.Prę-
20 mittendũ eſt ad euidentiã, † Notariũ q
vt honorem patris tueretur, falſum com
miſit, mitiùs eſſe puniendum, vt qui ma-
gis affectione ſanguinis, ac pietate pater-
na, quàm dolo ductus eſt, per multa alle-
gata, quòd falſum non cõmittatur ſine
dolo, tex.in l.1.& in l. qui teſtamentum,
ff. ad l. Cornel. de falſ. & quòd filius ob
pietatem parenti debitam, à dolo excu-
21 ſetur. Et iſta procedunt etiam in † filio
naturali tantùm, text.in l. ſi minor an-
nis,ff.de manumiſſ.vindic. neque enim
natura differentiam facit inter vtroſque
§.ſi verò non habens, Authent. quibus
mod.natur.effic.legiti.& affectio atq; vo-
luntas conſideratur ex iure naturæ, non
ciuili, l.hoc accuſare.§.in omnibus.ff. de
accuſat.& filius illegitimus communis
eſt natura & amore, vt dicit Bal.in c.que
in eccleſiarũ, nu.43.de conſti. per d.§. in
omnib.refert ꝓlixiùs Tiraq.d. cauſa 20.
nu.12.Idem cauſa 21. per totũ, hoc etiam
22 extendit ad parentes & † filios ſpiritua-
les, per multa allegata: & quemadmodũ
filius naturalis non poteſt patrem ſine
venia in ius vocare, tex. In l. 2.§. prætor
ait,ff.de in ius vocan. ita nec filius ſpiri-
tualis patrem ſuum ſpiritualem in ius li-
citè vocat abſque venia, vt tenent Ange.
Caſt.Roma,Alex.& Iaſ.in l. generaliter.
ff.de in ius voc.eamq; opinionem com-
munem & veriorem atteſtatur Tiraq.d.
23 cauſa 21.nu. 4. An autem † filius tenea-
tur patrem bannitũ alere, & vtrùm eum
impunè occidere poſſit, vide Bart. in l.ſi
adulterium,§.liberto,num.1.ff.de adult.
Bald.in c.1.§.1.nu.7.de pace tenenda, &
eius violato. Aluaro.ibid. verſic. ſi verò
violator pacis, vbi tenent, per illum tex.
quòd filius parenti bannito alimenta
præſtare non teneatur? maximè ſi cõtra
patriam quid admiſiſſet, quo caſu eti-
am occidi poſſet, cùm potior debeat eſ-
ſe cauſa patriæ, quàm parentum, per tex.
in l.minimè, ff.de relig. & ſump.fune.l.
poſtliminium,§.filius,ff.de capti.& poſt-
lim.reuer.Bart.in d.l. liberto, vide Iaſ.in
l.omnes populi, in ſecunda lectura,ff.de
iuſt. & iur.& Tiraqu.d.cauſa 20.num. 7.
& nume.10.vbi in mitiorem partem, ob
pietatem, quę propriè parentum, & filio-
rum eſt, deſcendit: quia naturalem con-
ſanguinitatis affectionem propterea nõ
amittimus, quòd leges ciuiles conſan-
guinitatis effectus tollunt ob delictum,
ita Tiraquel.loco citato. & Iulius Clar.
ſenten.libr.5.§.homicidium, num.59.di-
cit communem illam opinionẽ, quod † 24
pater Bãnitus, à filio impunè occidi poſ-
ſit, eſſe plenam crudelitatis & impietã-
tis, & ſe iudice, filium parricidam capite
plectendum: Attamen exiſtimat tolera-
ri poſſe communem opinionem in pa-
tre perduellionis condemnato, & oppu-
gnatore patriæ, quod etſi defendi poſſit,
tamen ignominioſum eſt, filium carni-
ficem patris eſſe, qui ob delictum nõ de-
ſinit eſſe pater, cùm iura ſanguinis ſint
immutabilia, d.l.iura ſanguinis,ff.de re-
gu.iur.cum ſimilib.

Quartò excuſantur † à pœna ordina- 25
ria receptionis, conſanguinei, & propin-
qui, putà agnati, cognati, & affines, quos
ſanguinis neceſſitudo, cui nonnihil tri-
buendum eſt, excuſat, & ideò clementi-
ùs atque mitiùs puniendi ſunt, ſi quid le-
ge prohibente admiſerint, text. ſing. in
l.2.& ibid.gloſſ.ff.de receptato.text. in l.
Proculus,ff.de probat. & in l.1.§.largiùs.
ff.de ſucceſſ.edict. ibi, honorem ſangui-
nis, tex.in l. Aurelius, §. Titius teſtamen-
to,ff.de liberat.leg. ibi, propter naturalẽ
affectum, tex. in l. vel ſi ſanguine, ff. de
manu.vindic.ibi, habetur enim ratio co
gnationis, Bald.in l.1. C. de ijs qui latro.
Alex.conſi.144.nu.10.volu.2.incip. poſt
redditum.Felin.in d.c.cùm quidam, nu.

11.de iureiur.d.quæſt.10.num 5. Tiraq.de pœnis d.cauſa 20.per totam.Imò parentum appellatione veniunt etiam agnati, cognati, & qui nobis ſanguine ex quacunque parte coniuncti ſunt, vt latè oſtẽdit idem Tiraq.de retract.§.1.gloſſ.8. nu. 3.cum ſequ. & probatur authoritate Iulij Capitolini, qui de Marco Antonio refert, quòd adoptatus in aulicam domũ, omnibus parentibus ſuis tantam reuerentiam, quantam priuatus exhibuerit:
26 Hinc eſt quòd quamuis regulariter † ſcientes, & facientes pari pœna plectendi ſint, præſertim in atrocioribus delictis, text.elegans in c facientis, diſtinct. 86 & in c,1,de offic.iudic.deleg. text in l. vtrũ, ff ad l. Pompe. de parricid. & in l. quiſquis.§.penult.ff.ad l. Iuli. maieſt. text. in l.vnic.C.de rap.virgin.& in l.vulgaris,§. ſi duo,ff.de furt.tex.in l.eos,C.eodem titul.& in l.item Mela, §. ſi plures, ff. ad l. Aquiliam, tamen hoc non procedit in conſanguineis, qui non pari, ſed mitiori pœna puniendi ſunt, ob conſanguinitatis affectionem, per text. in l. 2. ff. ad l. Põpe.de parricid.& in d. l. vel ſi ſanguine, Salic.in l. propter, nume.3. C. qui accuſ. non poſſ.idem in d.l.quiſquis, nu. 16.& nu.19. vbi omninò vide diſtinctionem, quomodo facientes & conſentientes eadem pœna plectendi ſint. Et de materia auxilij præſtiti luculenter ſcribit Hippol.in pract.crim.§.cõſtante,nu. 42.cum ſeq Iul.Clar.in pract. crim. § fi. quæſt.90. per totam. Cæpolla conſil.34. incip.Si vnquam, per totum, & conſi. 16. incip.in caſu iſto. Anch.conſi.216 incip. Nos Bartholomæus. De quadruplici conſenſu in materia delicti, putà negligentiæ, conſilij, cooperationis, & authoritatis, vide pulchrè Bal.in c.1.num.5. de offi.deleg.& ſuprà lib.1.cap.1.in fine.tex. in c.ſicut dignum, de homicid. Excipiũt nonnulli caſum rebellionis, vt ſi quis Bannitus ſit ob rebellionem cõtra Principem, quòd talis à propinquis & cõſanguineis recipi non poſſit, eò quòd hoſtis publicus & rebellis ius agnationis & cognationis amittat, d.l. poſtliminium, §.filius, vide ad hoc Tiraqu. d. cauſa 20. num.5.

Quintò, ſimili ratione quoque rece-
27 ptum eſt, vt † amicitiæ vinculum pœnã quoque receprorum minuat, ſingularis enim & arcta amicitia, conſanguinitati æquiparatur, text. notab in l.cum allegas.C.de caſtr.pecul.milit.lib.12.cum alijs iuribus infrà allegatis, imò philoſophorum iudicio, amicitia etiam propinquitati anteponenda eſt, vt præclarè teſtatur Cic. libr.1. Officio. Sanguinis, inquit, coniunctio & beneuolentia, deuincit charitate homines, magnũ eſt enim eadem habere monumenta maiorum, eiſdẽ vti ſacris, ſepulchra habere communia, ſed omnium ſocietatum nulla præſtãtior, nulla firmior, quàm cum viri boni moribus ſimiles, familiaritate ſunt coniuncti. Idem in Lælio: Ex propinquitate, ait, beneuolẽtia tolli poteſt, ex amicitia non poteſt: Sublata enim beneuolentia, amicitiæ nomen tollitur, propinquitatis remanet: ergo illud in quo neceſſariò beneuolentia permanet, anteponendum eſt ei, à quo beneuolentia remoueri poteſt: vndè in prouerbiũ abijt, Amicus † magis neceſſarius, quàm 28
ignis & aqua: quemadmodum enim citra ignem & aquam non conſtat homini vita, ita neque ſine amicorum officijs vita beata eſſe poteſt. Vnde Ariſtot. in Moralibus dicit, amicos eſſe vnã animam in pluribus corporibus: & in eandem ſententiam Plutarchus, Seneca, Cicero, & alij multa ſcripſerunt, vt copioſè refert Tiraq.de pœnis, cauſ.22. per totam.& ad hoc optimè faciunt text.in l. is qui amicitia.ff.de negot geſt & in l.amiciſſimos, ff.de excuſat.tut. text. in l.2. ff qui pet.tuto.& in l. ſciendum. ff. de v. ſig. text. in l.cùm rem alienam.C.de legatis.& in l.Seio.ff de ann.legat.text. in d.l.cum allegas, & in l.nemo, §. qui frater non eſt, ff. de hæred. inſtitu. vbi ſub appellatione fratris, is, qui fraterna beneuolentia diligitur, rectè inſtituitur. text.in l.verum eſt, ff.pro ſocio, vbi ſocietas, & per conſequens bona amicitia, ius fraternitatis obtinet. Et legatum amico in teſtamento minus ſolenni relictum, iure amicitiæ valet, & ſolui debet, text.ſing.in l.in teſtamento, ff. de fideicõmiſſ.libert.glo.ab omnibus approbata in l.eam quã, in verbo traditur. C. de fideicõmiſſ. Matheſ.ſingul.41. incip. nota mirabilẽ. Hippol.ſing.351.num.1.incip.amicitia Itẽ ſicut coniuncta perſona cũ cautione rati, pro coniuncta perſona agere

agere poteſt,tex.in l.exigendi, C.de ꝓcu-
rat.vbi omniũ latiſſimè Iaſ.cum ſuis am
pliationibus & limitationibus, tex.in l.
ſed & hæ,ff.eod titu,ita etiã ſingularis a-
micus,ſine mãdato cũ cautione rati pro
ſingulari amico admittitur,Dd.vbi ſup.
Bart.in l.nõ ſolũ,§.qui alieno,nu.1. ff.de
ꝓcurat.Alex.plenè ibid. Imò nõnulli tã-
tùm tribuunt ſummæ amicitiæ,vt etiam
iura ſuitatis ſingularibus amicis conce-
dãt,&beneficiũ,l.cũ auus,ff.de conditio.
& demõſt.& l. cũ acutiſſimi, C. de fidei.
cõmiſſ.in ijs,ex præſumpta teſtatoris vo
lũtate,locũ habere exiſtimẽt. Sed vtrun-
que in foro & praxi nõ obſeruatur,& ve-
rius eſt,amicũ pro amico ſine mandato
in iudicio nõ admitti, vt tenet ampliſſi-
me Rom.in l.ſi verò,§.de viro, in 31. fal.
lẽt.ff.ſolu.matri.& ſing.656.incip.Cyn.ꝑ
rationes vtrobiq; allegatas, Ang. in d.l.
ſed & hæ.Feli.in c.corã nu.2.de offi.iudi.
deleg.vbi cõmunẽ dicit,&ita in Camera
obſeruatur.Multo minus in iure verum
eſt iura ſuitatis in ſingularibꝰ amicis ob-
tinere,vt voluit Andr.Barbat.in repet.d.
l.cũ acutiſſimi,& alij qui eũ ſequũtur, ꝗa
hoc nulla lege ꝓbatur, vti cõcludit Bal.
in l.1.nu.33.C.de his qui accuſa. non poſſ.
Iaſ.in l.Titia.nu.14.cũ ſeq.ff.de verb. ob-
lig.Sed,vt ad propoſitũ redeã, magna a-
29 micitiæ iura eſſe nemo negat, adeo vt †
amicũ in neceſſitate poſitum deſerere,
turpè & inofficioſum ſit, teſte Ouid. lib.
2.de Ponto:

Turpe erit in miſeris veteri tibi rebus amico
Auxilium nulla parte tuliſſe tuum.

Et quæ ſequuntur.Idem lib.1.de triſtib.

Qua potes excuſa,nec amici deſere cauſam.

Et Plautus in Epidico.

Is amicus eſt qui in re dubia te iuuat,
Vbi re eſt opus.
Nihil homini amico eſt opportuno amicius.

Bald.in l.vt vim.nu.6. ff. de iuſtit. & iur.
dicit ex paritate rationis,quòd quemad-
modum conſanguineus conſanguineũ,
ita amicus, amicum in periculo iuuare
poſſit.Sed memoria tenendum, quantũ-
30 cunque ſit amicitiæ vinculum, tamẽ † a-
mici cauſa nõ eſſe peccandum , maximè
contra Rempub. vel Romanum Impe-
riũ : turpis enim excuſatio eſt,vt inquit
Cicero de amicitia,& minimè accipien-
da , cùm in cæteris peccatis , tum ſi quis
contra Rempub.ſe amici cauſa feciſſe fa
teatur,idq; pręclarè ibidem proſequitur.
Pericles Athenienſis ab amico rogatus,
vt in cauſa quadã ſui gratia falſum peie-
raret,reſpondit, ſe † ad arã vſq; amicum 31
eſſe.Olim iurantes aram manu contin-
gebant,refert Plutar.in vita illius , & E-
raſmus in Chyliadib.Valerius Max. lib.
6.cap.4.refert, publicum Rutilium ami-
co cuidam per indignationẽ quærenti,
quid mihi opus eſt amicitia tua,ſi quę ro
go nõ facis,reſpondiſſe, imò quid mihi
tua , ſi propter te aliquid inhoneſtè fa-
cturus ſum.Vndè Cicero loco citato cõ-
cludit,improborum conſenſionem nõ
modò excuſatione amicitiæ tegendam
non eſſe,ſed potius omni ſupplicio vin-
dicandam,facit tex.in c.in malis, de reg.
iur.in 6.& in l.ſi remunerandi,§. rei tur-
pis,ff.mand.Et ideò in cauſis fractę pacis
amicitiæ vinculũ nõ eſt vtilitati publicæ
anteponendũ:quinimò huiuſmodi ſce-
lerati & ſceleſti,maximè ſi contra patri-
am,vel principẽ quid admittant, & pro-
ſcribantur,nõ amicitia, ſed omni odio,
omnibus rerũ & verborũ cõtumelijs di-
gni ſunt. Amicos autẽ † appellare debe- 32
mus,nõ cui notitia coniunctos,ſed qui-
bus fuerũt iura cum patreſa. honeſtis fa-
miliaritatis quęſita rationibus,ita I.C.in
l.latæ culpæ.§.amicos, ff.de verb. ſignifi.

Sextò,culpa planè † vacant,qui vi me- 33
tùue coacti Bannitos recipiunt : nam
in ijs dolus malus abeſt , & conſenſus:
culpa enim caret, qui ſcit, & prohibere
non poteſt,text.in l.culpa,ff.de regu.iur.
item peccatum ex voluntate eſt : defici-
ente voluntate,deficit peccatum , & vbi
non eſt peccatum,ibi non debet eſſe pœ-
na,text.in c.1.15.q.1.& mala non ſunt, ni-
ſi quæ crimine mentem implicant,&cõ-
ſcientiam ligant, d.c.1. & c. illa cautela,
ead.cau.& quæſt.facit ad hoc text.in c.ſa-
cris,de his quæ vi met.cauſ. Canoniſ.ibi.
& in c.presbyteros.50.diſt.tex.in c.in pri-
mis.2.q.1.& in l.in delictis.ff.de nox.act.
Bald.ſingulariter ibid.in l.1.lectùra. Gi-
gas d.q.10.nu.7.Tiraq. de pœn.cauſa 36.
per totam.Et † coacti magis pati , quàm 34
agere videntur,tex.not.in d.c.ſacris, tex.
in l.1.§.is autem.ff.ſi fam.furt. feciſſe dic.
& in d.l.culpa. Scientiam enim ſpectare
debemus,quæ habet & voluntatem , vt
dicit I.C.in d.§.is autem.

Septimò excuſandos † puto eos, qui 35

ſcienter Bannitos hoſpitio repētino excipiunt, tanquàm viatores, ſtatim dimiſſuros: hi enim etſi contra legem Imperij pacis publicæ peccent, tamen ob modicam moram, quæ regulariter noxia eſſe non ſolet, tex. in l. etſi poſt tres, ff. ſi quis cautio. ordinaria pœna receptatorũ puniri nõ debent, per tex. adhoc ſing. in l. pennl. §. in factũ. ff. naut. caupo. ſtab. Quò pertinet, quòd verbũ receptare, actus frequentiã ſignificet, putà frequẽter recipere per cohabitationẽ & cõtuberniũ, text. not. in l. 1. C. de deſertorib. & occultatorib. lib. 12. & tex. in d. §. ſi clericus, de pace tenen. & eius viol. vbi Clericus punitur, ſi pacis violatorẽ in ſuo contubernio habuerit, & tex. in l. 1. §. habirare. ff. de his q deiece. vel effud. Bart. in l. qui vas. §. qui furem, nu. 1. ff. de furt. Bal. in d. c. ſi clericus, num. 1. Afflict. ibid. eod. nu. præclarè Lucas de Penna in d. l. 1. in verb. diu. C. de deſertorib. lib. 12. ſic latitare, eſt cum tractu aliquo latere, quemadmodum factitare, eſt frequenter facere, ita Vlpia. in l. Fulcinius, §. latitare, ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. Ergo qui ſemel tantùm recipit, idque ex inopinato, meritò veniam meretur, & ſi qua pœna dignus, hoc iudicis arbitrio committendum foret, facit tex. in l. capitalium, §. ſolent, & §. graſſatores, ff. de pœnis, vbi dicitur delictum ſemel commiſſum mitiùs puniri. In excõmunicatis, qui Bannitis comparari ſolent, vnica receptio noxia eſt, text. in c. ſi quis, 11. quæſt. 3. & in d. c. ſacris. Porrò
36 qui † Bannito pecuniam, commeatum, annonam, vel arma ſuppeditat, aut pro eo fidem ſuam interponit, proculdubiò auxilium & fauorem præſtare dicitur, & pœna receptorũ ordinaria tenetur, per text. not. in l. cuiuſque, ff. ad l. Iul. maieſt. Bar. ibid. num. 1. & 2. tex. elegans in d. l. in furti. §. rectè. ff. de furt. Hippol. in pract. crim. in d. §. conſtante, num. 68. cum ſeq. Bar. in l. poſt legatum. §. ſunt qui, nu. 1. ff. de his quib. vt indig. vbi dicit, aduocatũ, ſine iudicis iuſſu, Bannito patrocinium præſtare nõ debere, aliâs incidere in pœ-
37 nam ſtatuti. Forma † autem ſententiæ Cameræ Imperialis contra receptatores, putà vniuerſitatẽ, vel ciuitatem aliquam talis eſt.

Jn ſachen M. Cleger eins/wider Burgermaiſter vnnd Rath der Stadt N. beclagten anderstheils / iſt allem furpringen nach zu recht erkhendt/das gedachte beclagten vnnd deß willen / das ſie die in Actis angegebene Landtsfridtbrüchige thätter / gehauſet/ geherberget/ dieſelben nach beſchehener erſuchung/ nicht wie ſich gepüre/in hafft vnnd verwarung eingezogen / noch gegen jnen rechtens verholffen/ ſonder ſich in ſolchem nachleſſig vnnd ſeumig erzaigt/ auch anderer niegt in Actis angezogener handlungen halben / ſo durch genante beclagten/ vber vnnd wider verſehung deß gemainen rechten/Kayſerlicher Maieſtat / vnnd des hailigen Reichs auffgerichter Ordnungẽ/ vnnd Landtfriedens/ geubt vnd begangen/ in die peen vñ ſtraff angezogener Rechten/ ordnungen/ vnnd Landtfriedens/ vnd ſonderlich der Röm. Kay. Maieſt. vnd. deß H. Reichs Acht/erkhendt/erklert/vnd geſprochen werden ſollen/als wir die auch hiemit dieſer vrtheil in ſolche peen vnd Acht gefallen ſein/ ſprechen / erkleren / vnnd daruber notturfftig proceß erkhennen. Latinè.

In cauſa M. Actoris ex vna, contra Conſules & Senatũ ciuitatis N. reos, ex altera partibus, viſis actis & actitatis, pronunciamus, declaramꝰ, & decernimus, dictos reos, propterea, quòd in actis nominatos Bãnitos vrbe & hoſpitio receperint, neq; facta legitima requiſitione, eos cuſtodiæ, prout æquum erat, tradiderint, neq; iuſtitiam adminiſtrârint, ſed in eo negligentes, & tardi extiterint, deniq; ex alijs in actis deductis cauſis, cõtra ius cõmune, & cõſtitutiones pacis publicę egerint, in eaſdẽ pœnas iuris, & conſtitutionum Imperij, præcipuè verò Cæſareæ maieſtatis, & ſacri Imperij Bannum incidiſſe, pronunciari & declarari debere, prout eos hac noſtra ſententia in Bannum declaramus, pronunciamus, & neceſſarios proceſſus deſuper decernimus, per tex. in d. c. fœlicis, §. penul. & §. fin. de pœnis, lib. 6. tex. in §. iudices, de pac. tenẽ. & iura. fir. ibi, & pacem violatam vindicare legitimè ſuperſederint. Facta hac ſententiæ Banni publicatione, & declaratiõe, ſtatim fit denũciatio publicè ſub dio, ex iã allegatis cauſis, ſeruata formula denũciandi, de qua ſuprà eod. lib. cap. 6. Et eodẽ modo pronũciatur cõtra ſingulares perſonas cuiuſcunque ſtatus aut dignitatis receptores Bannitorum, mutatis mutandis. Obſeruandũ ex formula

huius

huius ſententię,quòd ſup.in 7.limitatione dixi,modicam moram recipienti nocumento non eſſe, ſed obſtinatam contumaciam, & continuatam receptationem crimen eſſe,per iura allegata. Et qđ modica in iure noſtro nõ curentur,vide lib.1.Obſer.Obſeruat.151.& libr.2.Obſeruat.102.

CAPVT XI.

Bannitus ſemel an ex alio delicto iterum banniri poßit.

SVMMARIA.

1 *Bannum Imperij repeti poteſt.*
2 *Excommunicatus ſemel, iterum excõmunicari poteſt.*
3 *Pœna cumulata caſtigationem adfert.*
4 *Pœna ex delicti iteratione augeri debet.*
5 *Accuſatus de vno crimine poteſt etiam de alio crimine accuſari.*
6 *Delinquens præmium delicti habere non debet.*
7 *Citatus ad locum non tutum comparere non tenetur.*
8 *Bannito, ex alio delicto citato, an ſaluus conductus dandus ſit.*
9 *Bannitus an durante ſecuritate occidi poßit.*
10 *In Camera Bannitis non datur ſaluus conductus.*
11 *Bannitus agere non poteſt.*
12 *Bannitus pro mortuo reputatur.*
13 *Priuatio præſupponit habitum.*
14 *Effectus ſecundi Banni in abſolutione conſiſtit.*
15 *Separatorum ſeparata ratio.*
16 *Actiones tot ſunt, quot ſunt facta.*
17 *Pluribus ſententijs condemnatus à qualibet abſolui debet.*
18 *Excommunicatus bis, ab vtraq; excommunicatione abſolui debet.*
19 *Pluralitas habituum requirit pluralitatem priuationum.*
20 *Banna plura ſi ex vno facto procedant, vna abſolutio ſufficit.*
Iniuria vnica dicitur, licet multiplicata ſit. ibid.
Homicidium vnicum eſt, licèt quis ex pluribus vulneribus moriatur, ibid.
21 *Morte crimina extinguuntur.*
22 *Bannitus iteratò, ſit magis omnibus deteſtabilis.*
23 *Infamis poteſt effici infamior, & fur ſimplex, famoſus.*
24 *Plures pœnæ an pro eodem delicto imponi poßint.*
25 *In delictis communis ſiue mixti fori plures pœnæ irrogari poßint.*
26 *Abſolutus in foro pœnitentiali, an de eodem delicto accuſari poßit in foro contentioſo.*
27 *Pœnitentia ſacerdotalis publica an ſurrogetur loco pœnitentiæ ciuilis.*

Quæritur † an bannum repeti, hoc 1
eſt, vtrùm ſemel ob turbatam pa-
cem publicam, vel contumaciam, in
bannum Imperiale declaratus, iteratò
ex alio delicto banniri poſſit? Hæc quæ-
ſtio nullam habet dubitationem, nam
hoc fieri poſſe communiter placuit, per
tex.in l.qui de crimine.C.de accuſa.text.
in l.2.ff.de fur.glo. ſing.in c.ita quorun-
dam.in verb.excommunicatio.de Iudæ-
is.Spec.tit.de accuſat.§. ſequitur videre,
num.23.Iohan.And.ibid.Bart.præclarè.
in l.de pupillo.§.ſi in pluribus,nu.3.ff.de
no.ope.nunt.Iaſ.ibid.nume.2.per illum
text.Bald.pulchrè.in l.1.num.4. & 12. C.
de hæred.inſtit.Alber. ad rubr.ff. de his
qui not.infam.num.8. Afflict.in c.1.§. ſi
quis hominem,in 11.notab.nu.9.de pace
tenend.Zaſ.in l.qui bis,nu.24. ff.de verb.
oblig.Foller.in pract.crim.in verbo, bã-
niatur,num.36.Boſſ.tit.de Banni nullita-
te,nu.9.Iul.Clarus in pract.crimin.§.fin.
quæſt.16.verſic.ſed nunquid.& quæſt. 32.
verſ.tu ſcis.Nell.in tracta.de Bannitis,in
1.parte primi tempor.in 3.q.nu.15.vbique
concludunt,ſemel Bannitum iterum ex
alio delicto Banniri poſſe: quemadmo-
dum † ſemel excõmunicatus,cui banni- 2
tus comparatur, vt ſæpè dictum eſt,iterũ
excommunicari poteſt,per tex.in d.c.ita
quorundã.tex.in c.cùm cauſa,& in c.offi
cij,de ſenten.excõmunicationis,& in c,
quantumlibet,in fi.diſtinct.47.& in c.ve
ritatis,de dol.& contu. Panor. ibid. nu.
4 gloſſ.in l.2.in verb.exilij.C.vt int.cert.
temp.crim.quæſt. term. Bald.ibid. nu. 6.
vbi diſtinguit,quam diſtinctionẽ omni-
nò vide.Bart.& Iaſ.in d.§. ſi in pluribus.
Zaſ.& alij vbi ſup. Ratio,vt in terrorem
criminis † cumulata pœna caſtigationẽ
adferat:ea enim quæ frequenti præuari- 3
catione iterantur,frequẽti ſententia cõ-
demnentur,ita tex.in c.1.extr. de pœnis,
adeoq; ex iteratione delicti pœna auge- 4
ri debet,tex.not.in l.capitalium,§.ſolent
quidam,ff.de pœnis,& in l.1.ff.de iur.pa
tro.text.in l.3.in fin. C. de epiſc. audien.
gloſſ.in l.quicunq; in verb.vel tertio. C.
de ſeru.fugit.Bald.ibid. nu. 19. Iul. Clar.
§.fi.quæſt. 84.verſ.ſed hîc incidenter,
& varia delicta varijs pœnis punienda
ſunt,tex.in c.nõ afferamus,24.q.1.& in l.
agraria.ff.de termi.moto. text.in l.nun-
quam plura,ff.de priuat.delic.vbi Barto.

5 & Dd. Quatropter de vno † crimine ac-
cuſatus poteſt poſtea de alio crimine ite-
rum accuſati, non ſolùm ab alio, ſed eti-
am ab eodem qui primam accuſationẽ
inſtituit, text. in d. l. nunquam plura, quia
crimina non debent manere impuni-
ta, text. in l. ita vulneratus, §. quod ſi quis
6 ff. ad l. Aquil. & † delinquentes loco pœ-
næ præmio affici non debent, tex. in l. ita
demum, ff. de recept. arbit. & in l. ſi quis
duo, ff. ſi quis cautio. tex. in l. relegatorũ,
§. fin. ff. de interdict. & releg. & in l. ſiue
hæreditaria. ff. de neg. geſt. Iul. Clar. d. §.
fi. q. 16. in princip. Nellus loco ſup. citato.
Et ſi Ang. in l. qui de crimine, C. de accu-
ſat. num. 5. exiſtimet, eundem de alio cri-
mine accuſare non poſſe, niſi eo caſu,
quando in ſecunda accuſatione propri-
am, vel ſuorum iniuriam proſequitur.
Sed quomodo ſemel Bannitus citari po-
teſt ab eodem iudice, qui Bannũ' irroga-
7 nit, ob aliud delictum? Locus † enim iu-
dicij non eſt tutus, & ideo citatus com-
parere non tenetur, neq; abſens vt con-
tumax puniri poteſt. Ita ſe habet cõmu-
nis opinio, tã in criminalibus, quàm ci-
uilibus cauſis, p text. in Clem. Paſtoralis,
§. nototiũ. de re iudi. Dd. ibid. poſt gloſſ.
in verb. notorio. tex. in c. venerabilib9. §.
& hoc ipſum, de ſent. excõ. libr. 6. & in c.
cũ perſonæ. de priuil. eod. lib. & in c. acce
pimus. de fid. inſtru. gloſſ. ibid. in verb. ſe-
curo. tex. not. in l ſi cum dies §. ſi arbiter.
verſi. ſed ſi. ff. de arbitr. Iariſſ. Felin. in c.
accedens, cl. 2. nu. 3. in fi. vt lit. nõ cõteſt.
Hippo. in l. de vnoquoq;, nu. 179. ff. de re
iudic. vbiq; dicitur, & notatur, locum iu-
dicij omnium tutiſſimum eſſe oportere,
vt liber ſit acceſſus, & receſſus. Dicunt
Dd. hoc caſu opus eſſe teſſera publicæ ſe-
curitatis, ſiue ſaluo cõductu, & abſq; eo,
8 † Bannitum ob aliud delictum citatũ cõ-
parere non debere, ne ſe præſenti pericu-
lo exponat: debet ergo ſecurus eſſe de
cõmeatu, & recommeatu. Bart. in l. is qui
reus, nu. 12. ff. de publ. iudic. vbi omninò
vid. & in l. 1. ff. ad l. Iul. maieſt. vbi de mul
tiplici ſecuritate ſingulariter ſcribit. Af-
flict. in d. c. 1. §. ſi quis hominẽ, in vndeci.
nota. nu. 9. Bald. in d. l. 1. C. de hæred. inſt.
Boſſius tit. de citat. nu. 36. Iul. Clar. d. §. fi.
q. 32. facit l. conuentionum. ff. de pact. &
9 vtrùm † durante tali ſecuritate publica,
Bãnitus impunè occidi poſſit, vide Nel-
lum in tract. de bannitis in 1. par. ſecundi
tempo. q. 11. per totam. Felin. in materia
ſalui conductus, plenè in d. c. accedens,
cl. 2. Sed in † Camera nulla opus eſt 10
ſecuritate publica, quia Bannitus itera-
to citatus ex alio delicto per procura-
torem comparere poteſt, nec eſt neceſ-
ſaria perſonalis comparitio, vt dixi ſup.
lib. 1. cap. 9. nam in Camera omnes cau-
ſæ ex præſcripto Ordinationis per pro-
curatorem agitari debent. Et Bart. in d.
l. is qui reus, num. 12. diſtinguit inter deli
cta, an talia ſint quæ non admittant pro-
curatorem, an verò procurator interue-
nire poſſit: vt primò caſu ſecuritas dan-
da, altero deneganda ſit: licèt ipſe ibid.
concludat, iudicem pro arbitrio vtroq;
caſu ſaluum cõductum dare poſſe, argu-
mento illius legis, cum gloſſ. ibid. Et hæc
in Bannito Reo procedunt, cum defen-
ſio ſit naturalis, quæ nemini auferenda
eſt, tex. in Clem. paſtoralis, de ſent. & re
iudic. Bannitus verò † ſi agere velit, non 11
debet habere ſaluum conductũ, cùm nõ
habeat perſonã ſtandi in iudicio, d. l. is q
reus, ſicut plenè notatur infrà cap. ſequ.
per allegata ibid. Sit igitur firma conclu
ſio, quòd ſemel Bannitus, iterum ex alio
delicto Banniri poſſit. Sed quis erit effe-
ctus huius ſecũdi Banni Imperialis? con-
ſtat enim † Bannitum pro mortuo ha- 12
beri, inſtàr deportati, tex. in l. 1. §. quidam
ff. de bono. poſſ. contr. tab. & in l. actio-
ne, §. publicatione, ff. pro ſocio. Afflic. in
d. c. 1. §. ſi quis hominẽ. Bald. in Auth. ha-
bita. num. 7. C. ne fil. pro patre. At ſemel
mortuus nõ poteſt amplius mori: ſemel
eiectus extra Imperij fidẽ & protectionẽ,
non poteſt amplius eijci: aut ſi fiat, fru-
ſtra fieri videtur, quia vbi nõ eſt habitus,
ibi non poteſt eſſe priuatio: nam † priua- 13
tio præſupponit habitum, qui potuit pri
uari, tex. in l. nam etſi ff. de iniuſ. rupt. ir-
ri. fac. teſtam. & in l. 3. §. 1. ff. de cap. dimi.
tex. in l. decem. ff. de verb. oblig. cũ simili-
bus: ſic infamis infamia iuris, non poteſt
amplius infamari eodem genere infa-
miæ: nam fama, quam nõ habet, vlteri-
ùs priuari nequit, vt præclarè notat Bal.
in d. l. 2. nu. 6. C. vt intra cert. temp. crim.
quæſt. term. p illũ tex. facit tex. in l. q bis,
ff. de verb. oblig. Certè maximus erit hu-
ius † ſecũdi Bãni effectus quóad imperrã- 14
dam abſolutionem, quia nihil proderit
Banni-

Bannito abſolutio Banni ratione primi
delicti,niſi etiam à ſecundo Banno pari-
ter abſolutus ſit, & ſic effectus huius ſe-
cundi Banni tunc demum apparet,quan
dò à primo Banno facta eſt abſolutio:
quot enim ſunt Banna,totidem debent
eſſe abſolutiones, nec vna abſolutio ad
15 aliam porrigitur, quia † ſeparatorum ſe-
parata ratio eſt,text.in l.fin.ff. de calum-
niato.tex.in l.Papinianus ff.de minorib.
16 Et quot ſunt † facta, tot ſunt actiones,
tex.in l.ſcire debemus.ff.de verb.oblig.&
in d.l.2.ff.de priuat.delict. quæ incipit,
nunquàm plura. Alex.in l.edita.nu.1.ff.
de eden. igitur totidem ſententiæ requi-
runtur,tex.ſing.in l.etiamſi patre, iuncta
gloſſ.in verb.audiendus, ff.de minorib.
gloſſ.notab.in l.In hoc iudicio. ff.famil.
hercíſ.in verbo, non valere. Panor. in c.
Raynaldus,nu.6.cum ſeq.de teſta.& in c.
1.nu 9 de mut. petit. Felin. latè in c. cùm
inter.num.6.cum ſeq.de ſent.& re iudic.
& in c.cùm Iohannes,nu. 13. & nu. 30.de
fid.inſtru.Ferrar. in for.ſenten. in cauſa
appell.in verbo,In cauſis nu.4.Bald.in l.
17 2.nu.6.C.de re iudic.Pluribus† igitur ſen
tentijs condemnatus, à qualibet abſolui
debet, text. notab. in l. 1 §. ſi plura.ff.ad
S.C.Turpilia. Si plura,Inquit,I.C.crimi-
na idem eidem intulerit,ſingulorum ab-
olitionem petere debet, alioquin prout
quid admiſerit, eius nomine S. C pœnā
18 patiatur. Idem in ſecundo † excommu-
nicato receptum eſt:debet enim ab vtra-
que excõmunicatione relaxari ad hoc,
vt Eccleſiæ iterùm reſtituatur, tex.in d.c.
cùm pro cauſa, vbi elegans gloſſ. in ver-
bo,tanquàm. & in d.c.officij. gloſſ. in c.
ex parte,in verb.redire,de offic.iudic.or-
din.facit tex.in c.final.3.q.4.gloſſ.ibid.in
verb.anathemate.Bartol.& Iaſ.præclarè
in d.l.de pupillo.§.ſi in pluribus, num.3.
ff.de noui oper.nunc. vbi omninò vide,
an & quandò vna abſolutio ad vtrumq;
Bannum, vel vtranq; excommunicatio-
nem extendatur : pulchrè Maynerius in
l.ſi in duabus.nu.5.ff.de reg. iur. Regula-
19 riter,vbi eſt † pluralitas habituum,ibi re-
quiritur pluralitas priuationũ, & ſic vbi
plura ſunt vincula, ibi abſolutiones plu-
res exiguntur, quia nihil eſt tam natura-
le,quàm vnũquodq; ſolui eo modo,quo
ligatum eſt,l.nihil tam naturale.ff.de re-
gul.iur.tex.in d.l.1.§.ſi plura.Iaſ.in d.§. ſi
in pluribus, nu. 2.& nu.4.vbi dicit,quòd
ſententia abſolutoria,ſit excommunica-
to medicinalis,& vbi plures ſunt ægritu-
dines, ibi requiruntur plures medicinæ.
Fallit, ſi † plura Banna,vel plures excom 20
municationes procederẽt ex vno facto;
quia tunc vna abſolutio ſufficeret, nam
omnia pro vno reputantur: ſecus ſi pro
diuerſis factis, d.l.1, §. ſi plura ff. ad S.C.
Turpil.& in d.l.2.incip.nunquàm plura,
ff.de priuat delict. vbi communiter Dd.
Iaſ.in d.l.de pupillo.§. ſi in pluribus, nu.
6.cum ſeq.vbi plures limitationes refert:
quemadmodum in ſimili,iniuria in rixa
aliquoties multiplicata pro vnica iniu-
ria habetur , licèt repetitio iniuriam a-
trociorem reddat,tex.in l.prætor ait,§. ſi
mihi,& in l.item apud Labeonem.§.præ-
tor ait.ff.de iniurijs.Bart.ibid.num.2.vbi
hoc declarat,& in d.l.2.nu.11.ff.de priua.
delict. Bald. pulchrè in l. quicunq;. nu.5.
C.de ſeruis fugiti. vbi dicit delictum ge-
minatum ex continuatione vnicum re-
putari, ſi neque contumelia, neque ſpe-
cie differat, vt ſi eodem loco & continu-
ato propoſito ſæpius quis alterius vxorẽ
cognoſcat, aut ſi quis ex pluribus vulne-
ribus vno impetu inflictis, moriatur, v-
num homicidium eſt propter continua-
tionem,tex.in l.illud.§.fi. ff. ad l.Aquil.
gloſſ.ibid.in verbo,de occiſo.glo.vnica,
in l.penul.ff.de actio.& oblig. Bald. in d.
l.quicunque. Non obſtat,quòd ſemel † 21
mortuus amplius mori non poſſit: quia
hoc de morte naturali accipiendum,
quæ omnia crimina extinguit, text.in l.
crimen. ff. de pœnis. & in l. defuncto. ff.
de publ.iudi.tex.in l.1.& in l.fi. C.ſi Reus
vel accuſ.mor.fue.dixi plenè ſupr libr. 1.
cap.20. Sed ciuiliter mortuus,vt Banni-
tus,in terrorem aliorum.& vt cumulata
pœna caſtigationem adferat, iterum at-
que iterum ciuiliter mori poteſt: cuius
mortis effectus in abſolutione conſpi-
cuus eſt : nam qui in ſordibus eſt,ſorde-
ſcat adhuc,tex.in d.c.quantũlibet. in fin.
diſt.47.& delictum ob aliud delictũ,pœ-
nam non minuit.inquit Vlpi. in d.l.2.ff.
de priua.delict.multiſq; ſententijs obno-
xius,ab omnibus abſolui, & relaxari de-
bet,plura allegata:& Bar.in d.§.ſi in plu-
ribus,nu.5.Et licèt † ſemel Bannitus,deſi- 22
erit eſſe ciuis Roman.nec ſit ampliùs ſub
fide & clientela Imperij: tamen propter

prædictum abſolutionis effectum, ſi ite-
rum delinquat, Bannum repeti poteſt, vt
qui anteà declaratus eſt hoſtis Imperij,
magis ſacer atque deteſtabilis fiat, tex. in
d.c. quantumlibet. & Bald. in d.l.2. nu.7.
C. vt int. cer. temp. appel. dicit, ſemel Ban
nitum ad mortem, poſſe iteratò Banniri
ad mortem eiuſdem, vel diuerſi generis.
25 Quamuis etiam ſemel notatus† infamia
iuris, non poſſit ex legum ſubtilitate vl-
teriùs infamari: tamen ob Bannum repe-
titum grauior efficitur infamia, Mayne-
rius in d.l. ſi in duab. nu.4. cum ſeq. nam
Bannum repetitum, infamiam Iam an-
teà irrogatam auget: non tollit famam,
quam antea ex primo Bãno perdiderat,
ſed infamiã illã, quæ ex illo primo Ban-
no deſcendit, atrociorem reddit, atque
ipſum Bannitum multò magis ignomi-
nioſum, facinoroſum, & ſceleſtum facit.
Et Bald. In c. de appellationibus, extra de
appellat. tenet, quòd infamis poſſit effici
infamior, text. in l. palam, §. quæ in adul-
terio. ff. de ritu nupt. & in c. fœlicis. §. nul-
li præterea, de pœnis in 6. ibi, vt magis fa-
moſa ſit eorum infamia. Cyn. Bald. Al-
ber. & Salic. in d.l.2. C. vt intra certum
temp. quæſt. crimin. termi. ſicut fur ſim-
plex, poteſt effici famoſus: cum iteratis
delictis, jteretur pœna, tex. notab. in d.l.
capitalium. §. ſolent. & §. famoſos. ff. de
pœnis. tex. in d.l. quicunque. & in l. Agra-
ria. ff. de termi. moto. Iaſon in d. §. ſi in
pluribus, num.5. in fin. & ſeruus, poteſt fi-
eri plus ſeruus, text. in l. aut damnum. §.
ſeruos. ff. de pœnis. gloſſ. notab. ibid. in
verbo, dubitatio. Porrò pro eodem deli-
24 cto † plures pœnæ regulariter imponi
non poſſunt, & ſemel abſolutus, vel con-
demnatus, non debet amplius accuſari,
vel puniri: text. in l. ſi cui. §. ijſdem, ff. de
accuſat. tex. not. in c. de his, ext. eod. titul.
Panor. Felin. & communiter Canoniſt.
ibid. tex. in l. ſenatus cenſuit. ff. de accuſa.
& in l. licèt. §. penult. ff. naut. caupo. ſtab.
vtrobique dicitur, neminem pro eodem
delicto bis puniri debere. Ang. in tracta.
maleſ. in verb. & ad querelam. verſ. ſub-
ſequenter, nu.90. Franc. in c. fœlicis. §. per
hoc, nu.4. Boſſius de Banni nullitate, nu.
10. cum ſequ. Iul. Clarus in tract. crimin.
§. fin. quæſt 57. per totum, vbi omninò vi-
25 de. Fallit in † delictis communis ſiue mi-
xti fori, putà, in quibus tam Eccleſiaſti-
cus quàm Laicus cognoſcere poteſt, vt
crimen adulterij, vſurarum, & alia cri-
mina, de quibus vide Iul. Clarum. d. §. fi.
quæſt.37. per totam. Couar. libr.3. reſolut.
cap.3. Nam in illis, punitus à iudice Ec-
cleſiaſtico, poterit pro eodem delicto à
iudice laico etiam grauiùs puniri, per
text. in d.c. fœlicis, §. final. Bald. in l. pla-
cet, num.5. in fin. C. de ſacroſanct. eccleſ.
& pulchrè in l. cũctos populos, nu.7. C. de
ſum. Trin. & fid. Cath. vbi omninò vide.
Panor. in d.c. de his, nu.4. Felin. Ibid. nu.
13. Iul. Cla. d. quęſt.57. verſ. ſed hic. & verſ.
ſed quæro. Ratio, quia duplicatæ pœnæ
tendunt ad diuerſos effectus: ſpiritua-
lis, vt animæ: ſecularis, vt Reipublicæ,
quam delinquens lęſit, conſulatur: inter-
eſt enim Reipubli. vt crimina impunita
non relinquantur: text. notab. in l. bona-
fides. ff. depoſ. cum vulgaribus: ideò vna
pœna aliam impedire non debet, Panor.
in d.c. de his. & pulchrè in c. tuæ, nume.5.
de procur. vbi diſtinguit vt ibi per eum,
Ange. loco citato. Hinc eſt, quòd com-
muniter traditur, † abſolutum in foro 26
pœnitentiali ſiue conſcientiæ, poſſe de
eodem delicto accuſari in foro conten-
tioſo: nam per pœnitentiam quis non
deſinit eſſe nocens, text. not. In l. quis ſit.
ff. de ædil. edict. & huiuſmodi pœnę ſunt
diuerſę vt dictum eſt, altera Deo, altera
magiſtratui debetur propter exemplum,
tex. in c. admonere.33. q.2. gloſſ. not. ibid.
in verbo, pœnitentia. gloſſ. in d.c. de his,
in verb. replicari, Dd. communiter ibid.
Hippol. ſing.639. num.1. incip. abſolutus.
quod tamen ſecundùm magis commu-
nem opinionem non procedit, ſi † pœ- 27
nitentia ſacerdotalis ſit publica, quia tũc
ſurrogatur loco pœnitentiæ litigioſæ, vt
tenet Hoſtien. in d.c. tuæ. Hippol. d. ſing.
639. nu.3. additio ad Ang. loco citato, li-
cèt Panor. in d.c. de his. & in d.c. tuæ, ali-
ter ſentiat, vt ibi per eum.

CAPVT XII.

Bannitus an actionem ante Bannum cœptam proſequi poßit.

SVMMARIA.

1 *Bannitus agere non poteſt.*
2 *Actiones ſunt de iure ciuili.*
3 *Bannitus amittit ea quæ ſunt iuris ciuilis.*
4 *Contumaci audientia deneganda.*

5 Banniti

5 Banniti ciuitatem Romanam amittunt.
6 Stipulatio non poteſt fieri per eum, qui non eſt capax obligationis.
7 Actus contra prohibitionem legis vel ſtatuti geſtus, nullus eſt.
8 Iudicium cum Bannito agitatum nullū, & nu. ſeq.
10 Vniuerſitas Bannita pro mortua eſt, omniaq́; iura amittit.
11 Bannitus an actionem cœptam proſequi poſſit.
12 Quòd non.
13 Nemo ſine actione experiri poteſt.
14 Iuſtitia in quacunque parte iudicij adminiſtrari debitur.
15 Reus excipiendo fit actor.
16 Iudicium redditur in inuitum.
17 Citatio perſonam citati legitimam reddit.
18 Bannitus in ius vocatus rectè comparet, & ſe defendit.
19 Agere prohibitus, ſi conueniatur, habet, perſonā ſtandi in iudicio.
20 Statutum non poteſt tollere defenſionem Bannito.
21 Statuta tollentia exceptiones, non extenduntur ad exceptiones defenſionis.
22 Excommunicatus licèt agere non poſſit, attamen in ius vocatus ſe defendere poteſt.
Periurus ſe defendere poteſt, ibid.
23 Reus excipiendo quomodò actor dicatur.
24 Bannitus citatus ſuper l. diffamari, an habeat perſonam ſtandi in iudicio.
25 Reus neceſſarius, vel voluntarius quis dicatur.
26 Citatio ex l. diffamari, eſt voluntaria.
27 Diffamare eſt ad iudicium prouocare.
28 Defenſio voluntaria ſtatuto tolli poteſt.
29 Bannitus nouum opus denunciare non poteſt.
30 Bannitus an actorem reconuenire poteſt.
31 Pater an pro iniuria filio Bannito facta agere poſſit.

1 INdubitati iuris eſt, † Bannitum Imperij, actionem inſtituere nō poſſe, & iudicio experiri volentem non audiendum, ſed à limine iudicij repellendum eſſe, quia ciuis Romanus amplius non eſt, adeoq́; pro hoſte Imperij habetur, tex. in l. amiſſione. §. qui deficiunt, in fine, ff. de cap. diminut. & ideò agendo perſonam ſtandi in iudicio non habet, per text. in l. is qui Reus ff. de public. iudic. Ad hæc communiter placuit,
2 actiones † eſſe iuris ciuilis, per text. in l. 2. §. deinde ex his. ff. de origin. iur. gloſſ. ordinaria in l. placet. C. de epiſcop. & cler. tex. in l. in commodato. §. ſicut. ff. commod. ibi, actiones ciuiles, text. in l. 1. §. 1. ff. de ſuperficiebus, ibi, ciuili actione. glo. in l. ex hoc iure, in verbo, obligationes, ff. de iuſtit. & iur. vbi plenè Dd. Alexand. in l. 1. §. ſublata. nume. 2. ff. ad S.C. Trebel. Iaſ. prçclarè ibid. in vtranque partem, in §. ſupereſt, nume. 39. & num. 41. Inſtitut. de action. vbi communem dicit. Bannitus † autem amittit ea quæ ſunt iuris ciuilis, quia communis omnium hoſtis 3
eſt, & ex numero ciuium Romanorum deletus: maximè, quandò de eius commodo agitur, vt dixi ſuprà eod. libr. cap. 1. & cap. 6. Bartol. in l. cùm mulier. nume. 5. ff. ſolut. matrimon. Bald. in l. 1. numer. 4. C. de hæred. inſtit. text. in d. l. amiſſione §. qui deficiunt. ff. de capit. diminut. Authen. item nulla. C. de epiſcop. & cleric. Iaſon in d. §. ſupereſt. numer. 36. idem in l. de pupillo. § ſi in pluribus numer. 9. ff. de nou. oper. nunc. Bald. ad rubr. C. qui accuſ. non poſſ. Zaſ. in apolog. contra Eckium. Nellus in tracta. de Bannitis, in prima parte ſecundi temporis, In quarta & quinta quçſtione, vbi omninò vide, cum multis quæſtionibus ſequent. quid Banniti amittant: nam mei inſtituti nō eſt, ſingula illa proſequi, ſed tantùm demonſtrare, quid in Camera vſu forenſi receptum ſit, vide ſuprà. libr. 1. cap. 6. Prædicta procedunt in vtroque Banno Imperij, tam delicti, quàm contumaciç, quia in Camera, quóad ſententiam declaratoriam inter vtrunque Bannum, parum, aut nihil eſt diſcriminis, vt ſupr. eod. cap. 6. dictum eſt. Et explorati iuris eſt, etiam † contumaci denegandam audientiam, 4
per text. in l. ſancimus. C. de iudic. Barto. ibid. numer. 5. Dd. in l. 1. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. Bald. in l. vt vim. nume. 3. ff. de iuſtitia & iure. Dd. in l. contumacia. ff. de re iudic. Marant part. 6. titul. de contumac. num. 9. cum ſequen. Nellus quæſtion. 2. loco citato. Hæc ex Conſtitutione pacis publicæ & Ordinatione Cameræ part. 2. titul. 9. §. 2. nullam habent dubitationem, quia diſertis verbis conſtitutum eſt, omnes obligationes, iuramenta, pacta, & actiones ex parte Bannitorum caſſa, irrita, & nulla penitus eſſe, Das alle Verſchreibungen / Pflicht/ vnnd Bundnuß ihnt zuſtehendt vnnd daraus ſie ſpruch/ vnnd fodderung haben mochten / gegen den jenen / die ihnen verhafft weren/ ab vnnd todt ſein ſollen/ quod iuri communi quoque conſentaneum eſt. tex. ſing. & notab. in c. fœlicis, de pœnis, in 6. ibi, nullus ei debita reddere, nullus in iudicio reſpondere teneatur.

Nam

5 Nam † Banniti, ciuitatem Romanam
(quæ eſt communis patria totius Orbis,
text.in l. Roma. ff.ad municip.) perden-
do, ea quæ communis iuris ciuilis ſunt,
perdunt.Bart.in d.l.amiſſione.Bald.in d.
l.1.C.de hæredib.inſtitu.Zaſius In d. apo-
logia contra Eckium, vbi communem
dicit. Itaque obligatio, quæ ad iuris ciui-
lis vincula pertinet, in eos non cadit,
adeò vt iuſtitia eis adminiſtrari non de-
beat, & ſententia pro ipſis nulla ſit, text.
in d. c. fœlicis, Bald. in d. l. 1. vnde eti-
am ſequitur, neminem aſtringi ſeruare
pacta ei, in quem iuris ciuilis obligatio
non cadit, cui Ius denegatur, nec vlla ſen
6 tentia admittitur. Stipulationem † nul-
lam eſſe conſtat, quandò is ſtipulatur,
qui non eſt capax obligationis ciuilis,
tex in l.multum intereſt.ff.de verb. obli.
Sed Bannitus non eſt capax ciuilis obli-
gationis, ergò ſtipulatio nulla eſt. Iaſon
in d.§.ſupereſt.nu.36. Inſtitut. de action.
7 Zaſius vbi ſuprà. Prætereà, quoties † lex
tollit iuriſdictionem, & perſonam inha-
bilem reddit, videlicet, quòd non audia-
tur, nec ius ei reddatur, ſicut diſponit Cō-
ſtitutio Imperij ſuper fracta pace, tunc
ipſo iure non valet iudicium, etiamſi à
parte nihil opponatur, quia actus con-
tra prohibitionem legis, vel ſtatuti cele-
bratus, ipſo iure nullus eſt, text.in l.non
8 dubium, C.de legib. Ad hæc † notum eſt,
iudiciū conſtare ex tribus perſonis, iudi-
ce, actore, & Reo, tex.in c. forus, de verb.
ſignif. quóad Bannitum iudicium ex de-
fectu duarum perſonarum claudicat, ex
parte iudicis, ob defectum iuriſdictio-
nis, quia lex Imperij reſiſtit, & iuriſdicti-
onem tollit: & ex parte Banniti, qui ex
eadem Conſtitutione ad agendum fa-
ctus ſit inhabilis. & ad hoc facit text. in
l.1.§.quòd autem.ff. de aleatorib. & in l.
ſcire oportet. §. conſequens. ff. de excuſ.
tuto. & in l. quos prohibet. ff. de poſtul.
Decius pulchrè conſil.276.num.3. incip.
in cauſa quæ Lucæ. Alexand.conſ.37. nu.
1.volum. 2. incip. viſo, & oportunè di-
9 ſcuſſo, vbi dicit, proceſſum † in fauorem
eius cui ex ſtatuto audientia denegatur
factum, nullum eſſe, per multa allegata,
Imol. & Alexand. in d. l.1. §. ſublata. ff.
10 ad S.C.Trebellia. Prædicta † quoque ob-
tinent in vniuerſitate Bannita, quia a-
mittit omnia ſua iura, & pro quaſi mor-
tua habetur, gloſſ. notab. in c. final. in
verbo, expreſſi, de procuratoribus. Nul-
lam igitur habet dubitationem neque
de iure communi, neque ex Conſtituti-
one Imperij, quòd Bannitus iudicium
inchoare nequeat. Maior autem dubita-
tio, & quæ ex facto ſæpè propoſita eſt, in
eo verſatur, vtrùm † Bannitus litem an- 11
te Bannum cœptam, in Camera proſe-
qui, & continuare poſſit? Dd. in mate-
ria Bannitorum circa hanc quæſtionem
variè loquuntur, Bartol. in l. Vranius.
numer.12.ff.de fideiuſſor. exiſtimat poſ-
ſe, per text.in d.l.is qui Reus.§. final. vbi
dicitur, damnatos, ante damnationem
inchoatas dilationes, etiam poſt dam-
nationem implere poſſe. Nellus in pri-
ma parte ſecundi temporis, quæſtion. 59.
nume.150.& in tertia parte ſecundi tem-
poris, quæſtion.1. vbi hanc quæſtionem
in terminis tractat, & variè diſtinguit.
Breuiter omiſſis Dd.opinionibus, in Ca-
mera Imperiali multis præiudicijs rece-
ptum eſt, Bannitum † inſtitutam, ante 12
ſententiam Banni declaratoriam, actio-
nem, ad finem perducere non poſſe, vt
in cauſa Goslar / contra Brunſweich.
Ratio, quia lex Imperij expreſſè reſiſtit,
& omnes actiones & obligationes tollit,
ſicut dictum eſt, & iudex Cameræ, etiam
ex ſuo officio, Bannitum agere volen-
tem a limine Iudicij excludere debet,
cùm nulla ei competat actio, & † nemo 13
ſine actione experiri poſſit, tex. in l.ſi pu-
pilli.§.videamus.ff.de negot.geſt.& in l.
2.ff.de dot.præleg.Bartol.ibidem num.5.
gloſſ.ſingul.in l.vbi pactum. C. de tranſ-
act.in verbo, pœna. Iaſon pulchrè ibid.
numer.10.cum ſequent. & communiter
Dd.Alexand.in d.l.1.§.ſublata.numer. 2.
idem conſi.136.numer.9.volum.2.incip.
in cauſa & lite Inter.& conſil.166. nume.
4.volum.6. incip. in cauſa & lite verren-
te. Felin. in c. ad aures. nume. 3. de præ-
ſcript. Nellus d.quæſt.59. nume.154.facit
tex.in d.l.1.§.quod autē.ff.de aleato.Con
ſtitutiones Imperij Bannitos à iudicio
excludunt, & nolunt eis iuſtitiam via a-
ctionis adminiſtrari: iuſtitia † autem in 14
quacunque parte iudicij adminiſtratur,
tex.in l.1. §.1. ff.ſi quis ius dic.non obtēp.
ergò non refert an ante inchoatam acti-
onem, an verò lite pendente actor Bāni-
tus agere, aut intentatam actionem per-
ſequi

ſequi velit, Nellus d.queſtion.59.num.153.
Et hactenus de Bannito actore. Quid au-
tem ſi Bannitus ab alio in ius vocatus ſit,
an tanquàm Reus comparere, & ſe deſen-
15 dere poſſit? Non videtur, quia † Reus ex-
cipiendo fit actor, tex.in l.in exceptioni-
bus.ff.de probat.& in l.1.ff.de excep.& in
l.ſi quidem.C.eod.titul. Sed iam conclu-
ſum eſt, Bannitum agere non poſſe, ergò
nec excipere: ne vna via cõcedatur, quod
alia denegatur, contra tex.in c.cùm quid
vna, de regul. iur. in 6. & in l.ſcire opor-
tet.§.1.ff.de tutorib.& curator.dat.ab his.
Veritas aliter ſe habet, nam Bannitus ci-
tatus comparere, & ſe deſendere poteſt.
16 Ratio, primò quia † iudicium redditur
in inuitũ, text.in l.inter ſtipulantem.§.ſi
Stichum.ff.de verbor.obligat. gloſſ.in c.
1.in verbo, interrogatus, de iudicijs. De-
indè, quòd deſenſio ſit iuris naturalis,
quæ nemini, ne diabolo quidem, dene-
ganda eſt, tex.in Clem.paſtoralis. de ſen-
tent. & re iudic. vbi communiter Cano-
niſt.& in l.Diuus.ff.de adopt. cum ſimi-
libus, atqui citatus dicitur ad neceſſariã
deſenſionem venire, vndè à limine iudi-
cij excludi non poteſt, tex.in l.vnius.§.co
gnitorum.ff.de quæſtionib. Et regulari-
17 ter verum eſt, omnem † citatum, vel vo-
catum in ius, tam in criminalibus, quàm
ciuilibus cauſis, tanquàm legitimum cõ-
tradictorem, audiendum eſſe. Perſona e-
nim Rei in ius vocati, per citationem
actoris adeò habilis efficitur, vt nulla
poſteà in iudicio contra eius perſonam
exceptio admittatur, quia non ſpontè
vt actor, ſed neceſſariò, vt deſenſor ve-
18 nit. Quapropter in † Bannito, in ius ab
alio vocato, non Banniti ſauor, ſed æ-
quitas iudicantis attenditur, cùm non
debeat claudicare iudiciũ, text.in c.cùm
inter, de exception. & in c.nouit.§.cæte-
rùm de iudicijs: ſatiſque abſurdum vide-
atur, actore impugnante, Reó deſenſio-
nis ſacultatem denegare, quia ſic eõdem
naretur, multoties abſoluendus, textus
notab.in d.c.cùm inter. vbi ſingulariter
Innoc.numer.3.Felin. ibidem numer.11.
Bartol.in l.ſi fideiuſſor. la. 2.§. ſi neceſſa-
ria. ff. qui ſatiſd. cog. & in d.l.cùm mu-
lier.num.5.cum ſequen.ff.ſolut.matrim.
vbi omninò vide. Idem in l. de pupillo.
§.ſeruo.numer. 2. Iaſon ibidem numer.
4.ff.de nou.oper.nuncia. Nellus in tra-
cta.de Bannitis in 1.part 2. tempor. quæ-
ſtion.62.per totam. Et ita in Camera ob-
ſeruatur. Regulariter enim † agere pro- 19
hibitus, ſi conueniatur, deſenſio ei per-
mittitur, & per modum deſenſiónis ha-
bet legitimam perſonam ſtandi in iudi-
cio, per text.in l.ſi ſeruum.ff. de accuſat.
& in l.libertus.la.1.ff.de in ius vocan. vbi
libertus à patrono in ius vocatus, ſe ſine
petita venia defendendo, non incidit in
edictum, tex.in l.inter omnes.C.de præd.
& alijs reb.minor.ſine decret.non alien.
Nellus d.quæſtion.62.Dd.vbi ſuprà. Imò
non valet † *Statutum*, quòd Bannitus 20
tam agendo quàm defendendo audiri
non debeat, quia deſenſio ſtatuto exclu-
di non poteſt, cùm ſit iuris naturalis, d.
Clemen paſtoralis.d.l. vt vim.ff.de iuſti.
& iur. Bald.ibid.pulchrè nume.3.vbi om-
ninò vide, quòd ſtatutum non valet, quò
excluditur Bannitus à deſenſione. & ita
quoque Barto.concludit in d.l.cùm mu-
lier.nume.6.quia, inquit, leges debent eſ-
ſe iuſtæ, tex.in l.2.ff.de legib. eſſet autem
ſumma iniuſtitia, excludere accuſatum
à legitima deſenſione, cui renunciare nõ
poteſt, neque permittere, vt iudex ſe in-
iuſtè condemnet: latè Hippol.in l.penul.
nume.4.cum ſequ. ff. de quæſtio. & in l.
lege Cornelia.§.conſtitutum.nume.7.ff.
ad l.Cornel.de ſicar. cùm non ſit domi-
nus membrorum ſuorum: text.in l.liber
homo.la.1.ff.ad l.Aquil.adeoque † ſtatu- 21
ta generaliter omnes exceptiones reijci-
entia, non habent locum in exceptioni-
bus innocentiæ, quia deſenſionem ex-
preſſè tollere nequeunt, ergò multò mi-
nùs tacitè, Bald. in d.l. vt vim. numer.3.
vbi communiter Dd. Bartol. in d.l.cùm
mulier. Innocen in d.c.cùm inter. vide
ſupr.lib.1.cap.18. & ſupr.eod.cap.8.Bald.
in l.1.numer. 27. C. de conſeſſ. vbi dicit,
ſtatutum omnes exceptiones, præter ex-
ceptiones innocentiæ tollere poſſe. Hip-
pol.in pract.crim.§.poſtquàm.nu. 47. &
§.ordine.nu.1.cum ſeq. Natta conſ.444.
nu.10. vol.2.incip.admitti debet. Prædi-
cta quoq; obtinent in ‡ excommunica- 22
to, cui Bannitus comparari ſolet. Bald.
in d.l.1.C.de hære. inſti. Panor.in c.2. de
purgat.Cano. vbi excommunicationem
vocat Bannũ Eccleſiæ, vide quæ dixi ſup.
eod.cap.1. Nam licèt excommunicatus
agere nequeat, tamẽ in ius vocatus rectè
ſe de-

ſe defendit,per tex.in c.dilecti,& in c. di-
lecte,de exceptio.tex.in c.pia.eod.tit.in 6.
text.in c.intelleximus.de iudic. vbi com-
muniter Canoniſt. & in d. c. cùm inter.
Dd.vbi ſup.idque per rationes paulò an-
tè commemoratas. An autem acta per
excommunicatū facta valeant, vide ple-
niſſimè Panor.in c.vetitatis. nu.32. cum
ſequ.de dol. & contum. Innoc. & gloſſ.
ibid.Item iudicium agitatū cum excom-
municato quantumcunque notorio,va-
let,antequàm repellatur ab agendo,text.
in d. c. pia. Panor. in d.c.veritatis.nu.36.
quem omninò vide. ſic periurus licèt a-
gere non poſſit, tex.in l.ſi quis maior.C.
de tranſact. tamen à defenſione non re-
pellitur, tex.in d.c.dilecti.Alex.d. conſil.
37.nu.8.vol.2.Non obſtat ratio dubitan-
23 di,quòd † Reus excipiendo fiat actor.d.l.
1. ff. de except. quia hoc procedit quóad
onus probandi : nam quemadmodum
actor propoſitam actionem:ita Reus op-
poſitam exceptionē probare debet : pro-
priè tamen actor non eſt, quia non petit
ſibi aliquid adiudicari,ſed intendit acto-
rem à petitione ſua repellere, text.in l.2.
ff.de excep.Pano.in d.c.cùm inter. nu.11.
glo.in d.l.in exceptionibus,in verbo, ve-
lut intentionem,Mayneri.in l. nemo ex
24 his. nu.2.de reg.Iur. Sed quid ſi † Banni-
tus citetur ſuper l. diffamari. C. de in-
ge.manu an comparere,& iura ſua in iu-
dicio proponere poſſit? Reſolutio con-
ſiſtit in eo,an tali caſu citatus ſit neceſſa-
rius, an verò voluntarius Reus : nam, vt
paulò ante dixi,neceſſaria defenſio, quæ
iuris naturalis eſt, nemini debet adimi.
25 Neceſſarius † Reus dicitur ille, contra
quem principaliter actio dirigitur, vel
qui nominatim verbis conceptis in iu-
dicium vocatur: Voluntarius verò,qui
ſpecialiter non vocatus,ſed petitio ad iu
dicem dirigitur, nullo nominato Reo,
veluti ſi per edicta publica citentur cre-
ditores in genere, qui ſua intereſſe puta-
uerint,vt præclarè notant Innoc. Panor.
& Felin.in d.c.cùm inter.de except. Bart.
& Iaſ.in d.l.de pupillo.§.ſeruo.Bartol.&
& Dd.in l.Titia.ff.de accuſat. Felin.in c.
quoniam frequenter.num.14.vt lit. non
conteſta.Specul.tit.de citatione.§. ſequi-
tur.nu.19.Roma.conſ.53.nu.1.incip. viſis
themate. Canoniſt.in Clemen.1.de iudi-
cijs.Feli.in c.2.nu.8. de conſtit. Modò ad
propoſitum: etſi † citatus ex d.l.diffama- 26
ri,nominatim citetur, tamē cùm huiuſ-
modi defenſio ſit voluntaria, & non ne-
ceſſaria, vt communiter concludūt Dd.
exiſtimo Bannitum ſuper diffamatione
citatum audiendum non eſſe, neque eti-
am propriè Reus eſt, quinimò per com-
paritionem actor efficitur, cùm † diffa- 27
mare nihil aliud ſit, quàm ad iudicium
prouocare,per tex.in d.l.diffamari.Bald.
ibid.nu.6.& nu.10.tex.in d.l.Titia.& in l.
ſi ea.C.de his qui accuſ. non poſſ. & in l.
ſi eo tempore.C.de remiſſ.pign. Schuiff.
conſi.15.nu.9.cent.3.incip.quòd in pręſen
ti. Dd. in l.vnica. C. vt nemo inuit. age.
vel accuſ.cog. Et Bartol. in d.l.cùm mu-
lier.nume.6.ff.ſolut. matrim.concludit,
defenſionem † voluntariam ſtatuto tol- 28
li poſſe,ſed non neceſſariam. Quoniam
igitur citatus ſuper d.l. diffamari, actoris
vices ſuſtinet,ſequitur Bannitum nō ha-
bere perſonam ſtādi in iudicio diffama-
torio, quia omnes obligationes & actio-
nes iure communi , & Conſtitutionibus
Imperij amiſit, per ea quę ſuprà initio di-
cta ſunt. Sed nec † nouum opus nuncia- 29
re poteſt Bānitus, cùm huiuſmodi nun-
ciatio voluntariæ defenſionis inſtar ſit,
tex.in d.l.de pupillo.§.ſeruo.Iaſ. ibidem
nu.5.ff.de nou.oper.nuncia. An autem † 30
Bannitus cōuentus actorem reconueni-
re poſſit? Minimè: Ratio, ne quod in de-
fenſionis remedium ſuſtinetur, ad impu
gnationis materiam extendatur , per
tex.in d.c.cū inter. Nellus d.quæſt.62. Et
aliàs in cauſis fractæ pacis Camera Im-
perialis reconuentiones non admittit,
vt dixi ſuprà,lib.1.capite 12.vbi vide. An
autem † pater poſſit agere pro iniuria 31
filio Bannito facta : diſtingue, aut agit
ſuo nomine , aut filij : primo caſu po-
teſt,altero agere prohibetur, quòd latiùs
explicat Nellus in tractatu de Bannitis
in prima part.2.temp.quæſt.60. vbi om-
ninò vide.

CAPVT XIII.

Bannum agnati vel patris, an noceat alijs agnatis vel filijs in bonis feudalibus.

SVMMARIA.

1 *Bannum vaſalli an noceat agnatis.*

2 Feudum

2 *Feudum nouum mortuo vaſallo ad dominum reuertitur.*
3 *Fallit in ſimultanea inueſtitura.*
4 *Inueſtitura in decidendis cauſis principem locum tenet.*
5 *Inueſtitura tenor derogat iuri feudali.*
6 *Delictum vaſalli an noceat agnatis in feudo antiquo.*
7 *Vaſalli perſona in ſucceßione feudi non conſideratur, ſed primus acquirens.*
8 *Vltimus vaſallus primi acquirentis ſucceſſor dicitur.*
9 *Delictum debet ſuos authores tenere.*
10 *Delictum vaſalli erga perſonam domini nocet agnatis.*
11 *Inueſtitura primi acquirentis habet tacitam conditionem.*
12 *Opinio quorundam quòd delictum vaſalli nō noceat agnatis.*
Filij cenſentur eadem perſona cum patre, ibid.
13 *Lex quando non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*
14 *Delictum vaſalli an noceat agnatis in cauſis fracta pacis.*
15 *Vaſallus ſumens arma contra dominum, praiudicat in feudis, etiam agnatis.*
16 *Crimen laſa maieſtatis nocet agnatis in confiſcatione bonorum feudalium.*
17 *Delictum vaſalli an noceat agnatis, quando feudum conceſſum eſt generi.*
18 *Delictum vaſalli non nocet agnatis, ſi hoc in inueſtitura prouiſum ſit.*
Dolus nemini debet patrocinari. ibid.
19 *Crimen laſa maieſtatis non committit qui non eſt ſubditus.*
20 *Feudum non dat Imperium domino in vaſallum.*
21 *Delictum patris an noceat filijs in feudis.*
22 *Filij imitatores parentum eſſe cenſentur.*
23 *Principia qualia, talia cenſentur principiata.*
Natio quandoque infamat. ibid.
24 *Filij patri rarò ſimiles, ſæpè deteriores eſſe ſolent.*
Filius de iure diuino non portat iniquitatem patris. ibid.
25 *Patris delictum nocet filio in feudo acquiſito, non acquirendo.*
26 *Filius ſuccedit suo iure proprio, non repraſentationis.*
27 *Delictum patris an noceat filio naſcituro.*
28 *Succeſſor vitiorum tenetur de culpa defuncti.*
29 *Hæreditas indigno ablata an proximioribus debeatur.*
30 *Delictum hæredis nocere non poteſt ſubſtitutis.*
31 *Alienari prohibita non veniunt in publicationem bonorum.*
32 *Prohibitus alienare quando delinquendo alienet, remißiuè.*
33 *Filij delictum an noceat patri vaſallo.*
34 *Pater an teneatur exhibere filium delinquentem domino feudi, remißiuè.*
35 *Filius an legitimam amittat patre viuente ob delictum ſuum, & vtrùm in bonis patris facienda ſit executio.*
36 *Legitima filij ob delictum eius non applicatur fiſco.*
37 *Neque peculium profectitium neque aduentitium, aut Caſtrenſe.*

VAſallo † Bannito, feuda indi- 1
ſtinctè, vtrùm noua, an antiqua
ſint, ſe viuo, ad Dominum re-
uertuntur, vt dicam prolixiùs infrà, ca-
pite proximo. Sed quid ſi vaſallus mo-
riatur in Banno, an eius delictum nocu-
mento & damno erit alijs agnatis, aut
filijs Banniti, ita quòd feudo omninò
priuari debeant? Quod ad agnatos atti-
net, ex communi Dd opinione diſtin-
guendum eſt, vtrùm † feudum ſit no- 2
uum, an verò antiquum, & gentilitium,
ex pacto & prouidentia, Ein alt vatter-
lich lehen. Primo caſu àd dominum ſi-
ne dubio reuertitur, quia etiam extra ca-
ſum delicti, vel Banni iura feudalia ita
diſponunt, per text. in c.1.§. filia, in fine.
de ſucceſſ. feud. text. in c.1. circa finem. de
feud. March. vel Ducat. gloſſ. commu-
niter approbata in terminis in d. c.1.§.
hoc quoque, in verbo, partem ſuam. Ia-
cob. de S. Georg. in verbo, dictique vaſal-
li, num. 36. cum ſequen. & in verbo, cum
pacto, num. 30. niſi † initio beneficio in- 3
ueſtituræ, ſpeciali conuentione, etiam
agnatis ius quæſitum eſſet, putà quòd pa-
riter & ſimul in inueſtitura nominati
atque comprehenſi eſſent, Das ſie mit
belehnete weren / vnd die geſammete handt
hetten. Ideò tali caſu inueſtituræ † tenor 4
diligenter inſpiciendus. Et notum eſt in
omnibus controuerſijs feudalibus pa-
ctum inueſtituræ principem locum ob-
tinere, & ad illud, tanquàm ad ſcopum,
in decidendis controuerſijs feudalibus
collimandum eſſe: feuda enim & con-
tractus ex conuentione legem accipi-
unt, per text. in c.1. in fin. de duobus fra-
tribus à Capita. inueſtit. & in c.1. §. nul-
la, per quos fiat inueſtitu. Zaſius part. 8.
nume. 49. & part. 12. num. 41. in tracta.
feud. & in feudis admittuntur pacta eti-
am extranea, & † tenor inueſtituræ de- 5
rogat naturæ cuiuslibet feudi, vt dicit
Curt. iunior in tracta. feud. part. 1. in 6.
principali quæſtione. numer. 8. cum ſe-
quen. per text. in d. c.1. de duobus fratrib.

quem Bald. ibidem nu. 3. dicit perpetuò
eſſe notandum. & text. in c.1.§. final. de
ſucceſſ.feud. text.in c.1. de feud. non ha-
ben.propr. feudi nat. Bald. in c.1.§ deni-
que.nume.1.quæ fuit prima cauſa bene-
fic.amitt. vbi dicit à tenore inueſtituræ
non eſſe recedendum. Marti. Laud.in c.
1.colum.1.qui feud. dare poſſ. Roman.
conſil.33. num.1. in fin. incip. viſo inue-
ſtituræ tenore. Natta conſil.467. num.6.
volum.2.incip. viſa inueſtitura. Altero
caſu, quandò feudum eſt antiquum, ex
pacto & prouidentia iterum diſtinguen-
6 dum, vtrùm † delictum vaſalli contra
tertium, an verò in perſonam domini
commiſſum ſit: ſi contra tertium, deli-
ctum vaſalli Banniti non nocet agnatis,
quibus ex pacto & prouidentia primi ac-
7 quirentis, non † ex perſona vaſalli poſſi-
dentis feudum ius ſuccedendi quæſitum
eſt, qui iure ſanguinis, iure proprio, & ex
perſona propria, ad feudi ſucceſſionem
vocantur, text. in c. 1. de vaſall. decrep.
ætat. & in d.c.1.§. hoc quoque. de ſucceſſ.
feudi, & in c.1. de inueſti. de re alien. fact.
Afflict. præclarè in c.1.§. prætereà ſi vaſal-
lus, in gloſſ.3. num.2. cum ſequen. & in §.
fina. num.1. quæ fuit prima cauſ. benef.
amitt. Feudiſtæ communiter ibid. & in
c.1. ſi vaſall. feud. priuet. cui defer. Curt.
iunior prolixè in tracta feud. part.5. nu.2.
cum ſequen. Deci conſi.78. num.4. incip.
licèt in caſu propoſito. Pariſ. conſil.23.
num.183. volum.1. incip. prima in huiuſ-
cemodi. Idem eleganter conſil.65. nu.26.
cum ſequent. volum.3. incip. paternum
feudum. Bald. conſ.127. num.1. volum.2.
incip. dominus Iordanus, vbi dicit, in
ſucceſſione feudi non attendi proximi-
tatem reſpectu eius perſonæ à qua vacat
feudum, ſed reſpectu proximitatis, ſeu
pacti, vel conuentionis eius, à quo inci-
pit feudum. Idem in c. 1. num. 7. de eo
qui ſibi & hæredibus ſuis. Aluaro. in c.1.
num.7. de alienat. feud. pater. facit l.1. C.
de priuileg. eo. qui in ſacro Palat. milit.
libr.12. Hinc eſt, quòd pro regula tradi-
8 tur, vltimum † vaſallum ſemper eſſe pri-
mi acquirentis ſucceſſorem, etiamſi feu-
dum in infinitum abierit, aut per mille
manus (vt Dd. aiunt) ambulauerit. text.
in c.1. ad fin. de ſucceſſ. feud. & ibid. Dd.
Pariſ. d. conſil.23. nume.177. Iſern. in d.
c.1.§. hoc quoque. num.6. Zaſi. in tracta.
feud. part. 8. num.5. Quò pertinet, quòd
† delictũ debet ſuos authores tenere, tex. 9
l. ſancimus. C. de pœnis, & in §.1. Inſtit. de
noxa. actio. tex. in l. licet. C. an ſeru ex ſuo
fact. poſt manu. ienea. nemoque alterius
odio prægrauari debeat, tex. in c. non de-
bet, de regul. iur. in 6. & in l. non debet,
& in l. factum cuique. ff. eod. titu. text. in
l.1. ff. de alien. iud. mutan cauſ. fac. & in l.
de pupillo. §. plurium. ff. de noui oper.
nunt. & in l. ſi quis in ſuo. §. legis. C. de in-
off. teſta. item quòd factum cuique ſuum
nõ alteri nocumento ſit. Et iſte caſus nul-
lam habet dubitationem. Alterum verò
diſtinctionis membrum plus habet ſcru-
pull, videlicet, ſi † vaſallus dominum of- 10
fendat, So die miſzhandlung wider den le-
hen herrn begangen/ quo caſu frequentio-
ri Dd. calculo receptum eſt, delictum va-
ſalli Banniti, alijs quoque agnatis, quò-
ad ſucceſſionem feudi officere, feudum-
que, quantumuis paternum aut antiquũ,
ex pacto & prouidentia, excluſis omni-
bus agnatis, ad dominum reuerti: idque
ea ratione conſtitutum eſt, vt iniuria do-
mino facta hoc pacto vindicetur, per
tex. in c.1. an ille qui interfe. fratrem do-
mini ſui. & text. in d. c. 1.§ final. quæ ſit
prima cauſ. benefic. amitt. vbi dicitur,
quòd commiſſa felonia in perſonam
domini, feudum ad eum redire debeat,
vt iniuriæ ſuæ vltionem habeat. Neque
pactum & prouidentia primi acquiren-
tis hoc caſu agnatis commodo & vtili-
tati eſſe poteſt, quia † primæ conceſſioni, 11
ſiue inueſtituræ tacita quædam conditio
ineſſe videtur, vt eatenùs omnes agnati
primo acquirenti in feudo ſuccedant, ſi
accepti beneficij memoriam non depo-
nant, ſeque non ingratos erga primum
concedentem, eiuſque ſucceſſores oſten-
dant, hæc tacita conditio pro expreſſa
habetur, & tacitum idem operatur quod
expreſſum. tex. in l. cùm quid. ff. ſi certum
petat. gloſſ. notabi. ibi. in verbo, pro cau-
ro, Barto. ſimiliter num.2. & num 9. vbi
hoc declarat, text. in l. quòd ſi nolit. §. qui
mãcipia. ff. de ædil. edic. tex. not. in l. cùm
quis. ff. de ſolut. & in l. ſtipulationem. ff.
de iure dotium, text. in l. triticum. ff. de
verb. oblig. Bald. in d.c.1.§. denique. nu.1.
in fin. quæ ſit prima cauſ. benefic. amitt.
Et initio dictum, tenorem Inueſtituræ
derogare naturæ cuiuſlibet feudi. Hanc
opinio-

opinionem tenent,glo.in d.c.1.§.fina.in
verbo,ad ꝓximos.glo.in c.1.§.ſi vaſallus,
in verbo, reuocabuntur, ſi de ſeud. de.
funct.controu.ſue.glo.in c.1.§.fi.de pac.
iuramen. firman. próut eam allegāt Dd.
ſed reperitur ſub titulo de allodijs,in ver.
bo,facultatem. Iacob.de S.Georg.in tra.
cta.feud. in verbo,dictique vaſalli. num.
58.vbi hoc quinque modis limitat. Bald.
in c.1.§.aut ſi libellario. nume.2. quibus
modis feud. amitt. idem præclarè in c.1.
num.3.ſi vaſall.feud.priuet.vbi omninò
vide. Aluaro.in d.c.1.§.final.num.4.& 8.
quæ ſit prim.cauſ.beneſ.amitt.Alexand.
conſil 30.num.4.volum.6.incip.viſis du.
bitationibus. Pariſ.conſil.21.num.52.vo.
lum.1.incip.diſpoſuêre.Curt.ſenior con.
ſil.49.num.25. incip. memoriæ recolen.
dæ.Socin.iunior conſi.68.num.126.volu.
3.incip.maximi ponderis. Gozadi.conſi.
84.nu.3.incip.prima facie, Zaſius in tra.
ctatu ſeudo. part.10. nume.101. Curt.iu.
nior d.parte5.num.2.cum ſequen.vbi ſex
limitationes adducit, & omnes vbique
vno ore communem dicunt. Sunt ta.
12 men plurimi † Dd. qui contrarium te.
nent,nimirum reatum vaſalli, etiam eo
caſu quo dominus principaliter offen.
ditur,non nocere agnatis,ſed tantùm fi.
lijs & deſcendentibus delinquentis : in
quo omnes conueniunt, & ſic conclu.
dunt filiorum cōditionem deteriorem
eſſe,quàm ſit agnatorū, eò quòd filij cen.
ſeantur eadem perſona cum patre, & eo
adhuc viuente pro dominis habeantur,
tex.not.in l.fina.C.de impub.& alijs ſub.
ſtitu.& in §.ſui autem.ff.de hæred.qualit.
& diffe.text.in l.1.§. item aut.ff.de iniur.
l.in ſuis ff.de libe.& poſthu. & ideò viuo
patre priuari poſſunt : ſecùs quóad agna.
tos, qui viuo delinquente nondum erāt
domini, & propterea iure,quod non ha.
bebant, priuari non potuerunt, cùm
non entis nullæ ſint qualitates. facit ad
hoc optimè text. in l.3.§. ſi capitis. ff.
de bon. liber. text. in l. communi liber.
to. & in l.Iulianus ait.ff. eod.titu.l. final.
ff.de oper.liberto.tex.ſing.in l.2.ff.ſi quis
aliq teſt.prohib.Bal.in d.c.1,nu.3.ſi vaſal.
feud.priuet.Ad tex.in d §.fi. Dd.reſpon.
dent, verba illa, de proximioribus agna.
tis,referenda eſſe ad filios & deſcēdentes
vaſalli Banniti: cùm illi rectè proximio.
res agnati dicantur, quibus delictum pa.
tris meritò nocere debet:ijs verò è medio
ſublatis, iura ſucceſſionis, ipſis agnatis
collateralibus, beneficio primi acquiren
tis,ſarta tectaq; exiſtere. In hanc opinio.
nem inclinat gloſſ. in d.c.1.§.fin.quæ ſit
prima cauſ.benefic.amitt. & eam tenet
Andr.de Iſer. ſummus Feudiſta, in d.c.1.
§.præterea,nu 9.eo.tit.Afflic.ſimiliter in
d.§.fi.nu.2. & alij quos allegant, pro qua 11
opinione videtur eſſe text. in d.c.1.ſi va.
ſal.feud.priue.& in c vaſallus,ſi de feud.
defun.fue.contr. facit text. in l. quoties.
C.de fideicommiſſ. & alia iura per Af.
flict.allegata. Et licèt iſta opinio ſit be.
nignior,ne ex alterius delicto,alij iniquè
puniantur,d.l ſancimus, & in d.l. nō de.
bet, cum concordantibus,néue in pote.
ſtate vaſalli poſitum ſit, delinquēdo pri.
uare agnatos innocētes feudo antiquo,
ipſis non ex perſona delinquentis vaſal.
li, ſed ex pacto & prouidentia primi ac.
quirentis,iure ſanguinis, non ſucceſſio.
nis,debito, per notata Bart.in l. ſi quis in
tantam.C.vnde vi, & per iura infrà circa
finem allegata: tamen prima opinio ma
gis communis eſt, & ab ea iudicando nō
eſt recedendum, vt inquiunt Iacob.de S.
Georg & Curt. locis citatis. quia text.in
d.c.1.§.fi.quæ ſit prima cauſ.benefi.amit.
indiſtinctè de proximioribus agnatis di.
ſponit: & vbi † lex non diſtinguit, nec 13
nos diſtinguere debemus, vulgata l. de
precio.ff.de publician. text. in l. item ve.
niunt.§.petitam ff.de petit.hæred gloſſ.
ibid.in verbo.à quo.text.in l.3.ff. de offic.
præſid. & in l. Imperator.§. Diuus.ff. de
poſtul.Curt.d.conſi.49.nu.25. vbi omnia
obiecta ingenioſè diluit.& Dd. vbi ſupr.
& hoc ideò receptum, qa primæ conceſ.
ſioni tacita conditio ineſſe cēſetur, qua.
tenus videlicet ſucceſſores feudorū nul.
lam ergo perſonā domini ingratitudinē
committant ; quæ tacita conditio pro
expreſſa habetur,text.in d.l.ſtipulationē,
& in d.l. cùm quis. Et quoniam initio
dominus feudi rei ſuæ conditionem ap.
ponere potuit. eaque conditio ſucceſſo.
res obliget,nihil conqueri poſſunt agna.
ti,ad quos feudum cum illa conditione
& qualitate tranſit, ſi vnus agnatorum
conditioni contraueniat; cum traditio.
ni rei ſuæ, vt dictum eſt quilibet certam
legem apponere poſſit, tex.in l.duorum.
C.communia prædio.tam vrb.quàm ru.

 ſtico.

ſtico.& in l.ſi quis duas.ff.eod.tit.text.in
l.& qui duas.ff de ſeruit.vrbano.præd. &
in l.legem.C.de pact.& interdum maio-
rum exempla ſucceſſoribus pręiudicant,
per text.in l. ſi cohortalis.C.de cohorta
lib.lib.12.Bal.in d.c.1.nu.1.ſi vaſal.feu.pri-
ue.cui deſe & in c.1.§ inſup.nu 5. de pro-
hib.feud.alienat.per Fred. Et hanc partẽ
14 † Conſtitutio Imp.Caroli V. fœliciſſ.re
cord.de pace publica,ſub tit. Die peen der
Landfridbrecher / id eſt, de pœna turba-
torum pacis publicæ; non obſcurè com
probare videtur. Verba Conſtitutionis
ſic habent, Wo aber der fridbruch wider
den lehenherzen bſchehen were / ſo ſoll der-
halbẽ / was hirein das lehenrecht vermagh/
vnd gebreuchlich iſt/gehalten werden / hoc
eſt,ſi fractæ pacis delictum committatur
cõtra perſonam domini, quòd tunc iura
feudalia, & conſuetudines ſuper eo ob-
ſeruari debeant. Ego exiſtimo hanc opi-
nionem non de qualibet iniuria domi-
no facta, ſed de grauioribus & enormi-
15 bus delictis accipiendam, vt ſi † vaſallus
nefariè, & perfidè contra dominum ar-
ma ſumat, eiuſque vitæ, publicè, coactis
hominibus, aut non obſcura quadã ma-
chinatione inſidietur. Et omnium ma-
16 ximè eam opinionem in † crimine rebel
lionis, & læſæ maieſtatis, ex primo capi-
te legis Iuliæ, procedere concludo, velu-
ti ſi quis aduerſus Cæſarem, vel Imperi-
um arma moueat,iuxta tex. in extrauag.
ad reprimendum,tit.quomo.in læſæ ma-
ieſt.crim.proce. Et ita aliquandò obſer-
uatum memini. Tanta enim huius cri-
minis indignitas eſt,vt non ſolùm bona
delinquenti auferantur : ſed etiam ima-
ginum iura, & nobilitatis inſignia amit-
tantur, text. ſingul.in l.eorum.ff. de pœ-
nis,vide ſuprà,eod.cap.9.& ſic toti fami-
liæ perpetua quædam ignominiæ nota
inuratur:quapropter meritò à ſucceſſio-
ne feudi,ob damnatam, vel damnãdam
memoriam delinquentis, ipſi agnati ex-
cluduntur, per rationes iam adductas,
facit text.in l. quiſquis. & in l. penultim.
& in l. fina.C. ad l. Iul. maieſta. Pariſ. d.
conſil. 21. num. 45. volum.1. vbi pulchrè
concludit, feudum etiam ex leuiori cau-
ſa amitti, ſi inueſtitura inſertam habeat
clauſulam, ſaluis ſemper noſtris, & Im-
perij iuribus : quæ cõmuniter feudis Im-
perij adijci conſueuit. Hanc commu-
nem † opinionem limitat Bald. in d.c.1. 17
§.fin. quæ ſit prima cauſa benefic. amitt.
vt non procedat, ſi feudum generi con-
ceſſum ſit, vt eo caſu delictum vnius nõ
noceat alteri : maximè ſi ſint regalia in
feudum conceſſa,quia cùm ſint nobilia,
& pretioſa feuda,non veniunt neque de-
bentur iure ſucceſſionis, ſed iure ſangui-
nis,gentilitatis,& familiæ, quia eo reſpe-
xiſſe videtur primus concedens: attamen
Bald.ibid.hoc non firmat, ſed dicit alios
contrarium tenere. Secundò limitatur,
ſi ex † inueſtitura non obſcurè conſtet 18
feudum ita conceſſum eſſe, vt delictum
vnius nõ noceat alteri : hoc autem ex eo
apparet, ſi verba primę Inueſtiturę in per-
ſonam vniuſcuiuſque collata ſint,veluti
ſi dicatur : Concedo feudum de vno in
alium,vel,concedo omnibus principali-
ter,vt latiùs explicant Baldus in d.c.1 nu.
3.in fin.ſi vaſal.feud.priue.cui deſe Curt.
& Iaco.de S. Georgio in locis allegatis.
Tertiò limitatur, ſi vaſallus domino
conſentiẽte delinquat in perſonam do-
mini : quo caſu colluſio & dolus vtriuſ-
que non debet præiudicare cæteris agna-
tis,vt tenet Bald.in d.c.1.§. aut ſi libella-
rio, nume. 2. quibus mod. feud. amitt.
Curt.d. part. 5. numer.6. vbi plures limi-
tationes adducit, ſimiliter Iacobus de
S. Georg. loco citato. Dolus enim ne-
mini patrocinari, & lucro eſſe debet,
text.in c.ad noſtram.§.1. de empt.& ven-
dit.& in c.ſedes.§.fina.de reſcript.text.in
c.ex literis §.fin. de dol.& contuma. tex.
not.in l. à ſententia.ff. de appellat. ibi, ſi
quis in cohæredum præiudicium ſe con-
demnari patiatur, tex.in l.ita demum.ff.
de recep.arbitr & in l.ſi duo.ff.ſi quis cau
tio.tex.not.in l.fin.§.1.ff. de eo per quem
factum erit. & in l. tranſactione.. C. de
tranſact. Illud obiter hic † quoque ob- 19
ſeruandum,quòd vaſallus non commit-
tat crimen læſæ maieſtatis offendendo
dominum, ſi non ſit ei ratione originis,
vel domicilij ſubiectus, quia ex commu-
ni Dd.opinione, non ſubditus non po-
teſt committere crimen læſæ maieſta-
tis , per text. in Clement. paſtoralis. §.
rurſus,in verbo,non ſubſuit, de re iudic.
Iulius Clar.lib.5.ſenten.§.lęſæ maieſtatis.
nu.6.Sed † vaſallus ratione feudi non eſt 20
propriè ſubditus, quia feudum non dat
imperium & iuriſdictionẽ, licèt forum
ſortia.

ſortiatur ratione ſeudi, coram domino,
per ea quæ notaui in tractatu pignora-
tionis, cap.15. & ideò delinquendo non
dicitur committere crimen læſæ maie-
21 ſtatis, Iul. Clar. vbi ſup. Porrò † quod ad
delictum parentis attinet, etſi Dyn. in d.
c. non debet, de regu. iur. in 6. & Cyn. in d.
l. 2. C. de libert. & eo. libe. Salic. ibid. variè
diſtinguant: tamen in effectu ſupradicta
diſtinctio hîc quoque ſeruanda eſt, vide-
licet, vtrùm tertius ſit à patre offenſus, an
verò ipſa perſona domini. Primo caſu,
ob delictum patris filij ſeudum nõ amit-
tunt: altero verò amittunt, in quo om-
nes Dd conueniunt, ita vt filiorum con-
ditio multò ſit grauior, quàm agnatorũ,
per tex. in d. c. 1. §. fin. quæ fuit prima cau-
ſa benefic. amitt. Afflict. ibid. num. 3. Al-
uaro. nu. 8 in fin. Afflict. in eod. c. §. præte-
reà gloſ. 3. num. 2. & num. 5. & num. 11. vbi
omninò videas. gloſſ. notab. in d. c. 1. §.
ſi vaſallus, in verbo, reuocabuntur. titul.
ſi de ſeud. defunct. conten. ſit inter dom.
& agnat. vaſ. Iacob. de S. Georg. in ver-
bo, dictique vaſalli promiſerunt. num. 6.
Zaſ. part. 10. num. 96. cum ſequent. Barto.
in l. eum qui. num. 2. ff. de interdict. & re-
leg. Bald. in l. final. num. 1. C. de liber. cau.
gloſſ. ſingul. in c. ex parte, in verbo, ſeu-
dum, de ſeudo. Panorm. & alij ibid. pul-
chrè Salice. in d. l. a. nume. 5. C. de libert.
& eor. lib. & Dyn. plenè in d. c. non de-
22 bet. Ratio, quia † filij cenſentur eſſe pars
corporis patris, & eadem perſona cum
eo, vt paulò antè dixi, per tex. in d. l. final.
C. de impub. & alijs ſubſtit. adeoque præ-
ſumptio eſt contra eos, quòd futuri ſint
ſimiles patri, text. in d. l. quiſquis. §. filij. &
in l. cùm vnus. ff. de alim. & ciba. legat.
Caſtr. conſi. 311. num. 3. volum. 1. incip. cir-
ca id quod primo. Vnde in prouerbium
abijt, Nunquàm ex malo patre, bonus fi-
lius, item, Mali corui, malum ouum: &
23 qualia ſunt † principia, talia præſumun-
tur principiata, facit tex. nota. in d. l. quòd
ſi nolit. §. qui mancipia. ff. de ædilit. edict.
vbi dicit tex. quoſdam malos videri, quia
ea natione ſunt, quæ magis infamis eſt.
gloſſ. ibid. in verbo, non infamatæ. quò
pertinet etiam vulgaris verſiculus:

Sepè ſolet ſimilis filius eſſe patri.

24 Imò pauci † filij patre meliores, plures
peiores ſunt, de qua re vide Aeliũ Spar-
tianum in vita Seueri Imperatoris: Eraſ-
mum in Chiliadib. Heroum filij noxæ.
& Valerium Maximum lib. 3. cap. 5. titul.
de ijs qui à parentibus claris degeneraue-
runt. Et Horat. ibr. 4. Carminum, Oda 4.
eleganter ſcribit:

Fortes creantur fortibus, & bonis
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus nec imbellem feroces:
Progenerant aquilæ columbam.
Doctrina ſed vim promouet inſitam,
Rectiq; cultus pectora roborant:
Vtcumque defecère mores
Dedecorant bene nata culpæ.

Idem lib. 3 Carminum Oda 6.

Aetas parentum peior auis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

Idque ita ſe habere teſtantur omnes om-
nium temporum hiſtoriæ, tam ſacræ,
quàm prophanæ. Sed de iure Diuino fi-
lius non portat iniquitatem patris, ne-
que pater iniquitatem filij, ſed vnuſquiſ-
que pro ſuo peccato pœnam luet, vt ha-
betur Deuteronom. cap. 18. Regum 4.
cap. 14. Ezechielis cap. 18. Anima enim
quę peccauit, ipſa morietur, vt dicitur in
locis citatis, ſed hoc iure Ciuili, maximè
in crimine læſæ maieſtatis non obtinet,
propter exemplũ, per tex. in d. l. quiſquis.
C. ad l. Iuliam maieſt. & in l. capitalium.
§. famoſi. ff. de pœnis, & in l. 1. C. ad l. Iul.
repetun. Prædicta tamen non obtinent,
ſi feudum † patre delinquente adhuc a- 25
pud auum ſuperſtitem erat, quo caſu ex
cõmuni Dd. opinione, patre ante auum
mortuo, filius idemq; nepos auo in ſeu-
do ſuccedit, delicto patris non obſtante,
quia non † ſuccedit auo ex perſona patris 26
iure quodam repræſentationis, ſed ex
propria perſona, tanquàm hæres aui ſui,
per tex. in l. ſi auus. C. de liber. præter. Bar.
ibid. num. 2. idem in d. l. eum qui. num. 2.
Alex. conſil. 20. nu. 3. volum. 1. incip. viſo
proceſſu cauſæ. & conſil. 4. nu. 13. volum.
4. incip. ponderatis verbis teſtamenti. Et
ſic iſta opinio accipienda eſt de ſeudo
patri acquiſito, in quo delictum patris
erga dominum nocet filio: ſecùs ſi ſit
acquirendum, vt in caſu iam comme-
morato. Ita tenent Bart. in d. l. eum qui.
num. 2. Afflict. d. c. 1. §. prætereà, gloſſ. 3.
num. 8. cum ſequen. Curt. d. part. 5. num.
13. Zaſius & alij vbi ſuprà. Dd. in l. Gal-
lus. §. & quid ſi tantùm. ff. de libe. & poſt-
hu. Bal. in d. c. 1. num. 3. ſi vaſal. ſeud. priue.

cui deſer. vbi omninò vide, quia plenè
27 hanc materiam tractat. Et vtrùm † deli-
ctum patris ante natiuitatem filij com-
miſſum, noceat filio poſteà nato, vide
Afflict.d.gloſſ.3.num.8.cum ſequen. Co-
uarru.variar.reſolut libr.2. cap.8.num.5.
vbi in vtramque partem diſputat.& Bal.
loco iam citato. idem in c.1.§. hoc quo-
que.num.5.de ſucceſſ.feudi, vbi regulam
28 tradit, quòd quoties quis eſt † ſucceſſor
vitiorum, tũc illius culpa ei nocet, quod
ibid. pleniùs explicat. Et pro confirma-
tione prędictorum, quòd culpa vaſalli,
vel patris noceat agnatis, vel filijs, facit
ſimile, quod Bart.in d.l.cum qui.nu.2.ff.
de interdict.& releg.adducit, videlicet, ſi
29 alicui ob delictum auferatur † hæredi-
tas tanquàm ab indigno, quòd tale deli-
ctum noceat ſequentibus in gradu. per
30 allegata ibidem. An † autem delictum
hæredis nocebit ſubſtitutis? Communis
concluſio eſt, quòd non, quia res ſubie-
ctæ fideicommiſſo non poſſunt delin-
quendo alienari : aliâs eſſet in poteſta-
te grauati, delicto ſuo euertere volun-
tatem teſtatoris in fraudem ſubſtituto-
rum, quibus ius ſuum ſine eorum facto
auferri non debet, vulgata l.id quod no-
ſtrum.ff.de regul.iur. Et ita tenet Bartol.
in d.l.ſi quis in tantam.C.vnde vi. Alex.
conſil.23.num.3.volum.1. incip. oportu-
nè conſideraris, per text. in l.Imperator.
ff. de fideicommiſſ. libert. vbi Bartol.&
Angel.text.in l.cùm verò.ff.eod titul.&
in l. iura libertorum.ff. de iure patron.
& alia iura infrà, cap. ſequen. In fine al-
legata.Natta conſil. 528. num 19.cum ſe-
quen. volum.3.incip.vltimo ſuo, vbique
31 dicunt, prohibita † alienari non venire
in publicationem bonorum, & ideò bo-
na ſubiecta reſtitutioni, non ad fiſcum,
excepta legitima (in qua filius grauari
non potuit) vel Trebellianica (quæ vt
æs alienum debetur,) ſed ad ſubſtitutos
deuoluuntur, Natta d.conſi.528.num.26.
& nu.34. Aretin.conſil.19.incip.ex facto
32 proponitur, vide Barto. in † d.l.ſi quis in
tantâm, quandò prohibitus alienare, de-
linquendo alienet, & Nattam vbi ſupr.
33 Poſtremò, vtrùm † delictum filij, noceat
patri in feudo, putà ſi filius ob rebellio-
nem, vel proditionem aduerſus domi-
num in Bannum declaratus, & ſuppli-
cio affectus ſit? Minimè, quia in delictis
factum filij, non dicitur factum patris,
nam delicta ſuos authores tenent, tex.in
l. ſancimus.C.de pœnis, cum ſimilibus
ſuprà allegatis. Afflict. in d. c.1.§ inſu-
per, de prohib. feud. alien. per Frederic.
vbi etiam vide, an † pater obligetur ſub 34
pœna amiſſionis feudi, ad requiſitionẽ
domini filium delinquentem exhibere,
& vide omninò Specul. titul. de execut.
ſenten.§ ſequitur.num.11. vbi in vtram-
que partem diſputat, an condemnato † 35
filio executio fieri debeat in bonis pater-
nis, ſaltem quóad legitimam & alimen-
ta iure naturæ filio debita, & Nellum in
tract.de Bannitis in prima parte ſecundi
tempor. quæſtion. 25. & quæſtion.31. per
totam, cum ſequen. Hieron. Gigantem
in tracta de crim.læſæ maieſt.lib.2.rubr.
de pœnis committentium crimen læſæ
maieſtatis, quæſt.9.cum multis ſequenti-
bus, vbi de varijs quæſtionibus, an filio
Bannito.pater teneatur fiſco dare legiti-
mam, aut peculium profectitium, ad-
uentitium, vel Caſtrenſe : vbique tenent
legitimam fiſco non deberi . nam ſiue † 36
filius ex contractu, ſiue delicto condem-
netur, non tenetur pater, niſi quatenùs
locupletior factus eſt, tex.in l tam ex con
tractibus.ff.de iudic. & in l etſi condem-
natus.ff.de noxa. act. neq; filius patre vi-
uente vllam actionem habet petendi le-
gitimã, quia non debetur, niſi patre mor-
tuo, text.in c. Raynutius.extr. de teſta.&
in Auth ſi qua mulier.C.de ſacroſ eccle.
tex.in l.1.§.ſi impuberi.ff.de collat.bono.
vbi dicitur præmaturã eſſe ſpeciem col-
lationis, cùm adhuc viuat is, cuius de
bonis quarta debetur, Barto.ibid.num.1.
& in l.fin.nu.2.ff.de agnoſ.liber.idem in
l.1.§.ſi impuberi.nu.1.ff. de collat. bono.
Iaſ.in l.is poteſt.nu 17.cum ſeq ff.de acq.
hæred.idem in l.In ſuis nu.18.ff.de lib.&
poſthum.Bald.Ang.Imol. & Dd. in l.lex
Corne.ff.de vulga .& pupill. Iul. Clar.in
pract.crimi.§ fin.quæſt.86.nu.3.Imò poſ-
ſet pater omnia ſua bona in mare pro-
ijcere, & ſic filium ſua legitima priuare.
Specu.d.§. ſequitur. argumento l.vnicæ.
C.de inofficio.dotib. Sed materia iſta la-
tè patet, ideò vide Bart.Alex.& commu-
niter Dd.in d.l.ſi finita.§.ſi de vectigalib.
ff.de dam.infec. Et concluſiuè per cõmu-
nes opiniones obſeruandum, neque pe-
culium † profectitium , neque aduen- 37
titium,

654

titium, neque caſtrenſe ob delictum filij tranſire in fiſcum, Alexan. poſt Bar. omnium pleniſſimè in d. l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus, nu. 44. Ang. in §. actiones, nu. 13. Inſt. de actio. Iaſ. ibid. nu. 62. Boſſi. titu. de bono. publicat. num. 71. Couarr. varia. reſolut. libr. 2. cap. 8. num. 7. Pariſ. conſi. 157. per totum. volum. 4. incip. Nobilis, quē omninò vide. De peculio profectitio nulla eſt dubitatio, quia illud filius habet ex ſubſtantia patris, vel eius contemplatione, non mirum igitur, ſi non veniat in publicationē bonorum, cùm filius illud ſine patris conſenſu alienare nequeat, at delinquendo videtur alienare, & hoc in præiudicium patris fieri non poteſt, Dd. vbi ſuprà, gloſſ. communiter approbata, in l. 3. §. ſi filius, in verbo, intendo. ff. quod quiſ. iur. De aduentitio peculio maior eſt difficultas, cùm illud ſit proprium filij: ſed etiam in illo communiter contra fiſcum concluditur, patremque fiſco præferri debere, in caſibus quibus patri vſusfructus peculij aduentitij, & per conſequens legitima adminiſtratio debetur, text. in l. penult. & in l. fina. C. de bon. matern. aliàs ſecùs, purà in caſibus in quibus patri in aduentitijs bonis vſusfructus non quæritur, qui caſus enumerantur, in Authen. excipitur, cum duabus ſequentib. C. de bon. quæ liber. gloſſ. in Auth. vt lice. mat. & auię, in verbo, parentibus. quia talibus caſibus non pater, ſed filius habet liberam adminiſtrationem bonorum, & illa ſine conſenſu patris per actum inter viuos alienare poteſt, tex. in Authen. vt lice. matri & auiæ. §. 1. & in l. fin. §. filijs autem, de bon. quæ lib. & glo. vnica in d. Authen. excipitur, proinde delinquendo confiſcati poſſunt, eo quòd pater in illis bonis nihil iuris, nullamque adminiſtrationem habeat, vt plenè declarat Pariſ. d. conſil. 157. & Dd. vbi ſuprà. Caſtrenſe quoque, filio delinquente non tranſit in fiſcum, ſed iure ſpeciali in ſolatium patriæ poteſtatis ad patrem deuoluitur, text. in l. ſi filius. C. de bon. damno. glo. 1. in l. 1. ff. eod. tit. licèt multi contrarium teneant, præſertim in grauioribus delictis, quos refert & ſequitur Gigas loco citato, quæſt. 12. num. 2. & Nellus d. q. 25. per rationem quod filius in tali peculio plenum ius habeat, & ſit loco patrisfamilias, text. in l. 2. ff. ad S.C. Macedo.

CAPVT XIIII.

Bannito vaſallo an feudum veniat in publicationem bonorum.

SVMMARIA.

1 *Feudum non venit in confiſcationem bonorum.*
2 *Delictum vaſalli domino nocere non debet.*
3 *Quæ in hæredem extraneum non tranſeunt, bonis publicatis fiſco non addicuntur.*
4 *Fiſcus loco extranei hæredis & ſucceſſoris eſt.*
5 *Feudum antiquum ab hæreditate ſeparatum eſt, nec venit in fideicommiſſum.*
Neque prælegari poteſt. ibid.
6 *Bannitus Imperij an amittat feuda.*
7 *Delictum patris non nocet filijs.*
8 *Vaſallo Bannito mortuo, agnati feudum à domino repetere poſſunt.*
9 *Vaſalli ius morte extinguitur.*
10 *Feudum eſt inſtar vſusfructus.*
11 *Refutatio vaſalli valet quamdiu viuit refutans.*
12 *Soluto iure dantis ſoluitur ius accipientis.*
13 *Dominus vaſallum mutare non poteſt, nec ſubditus dominum.*
14 *Agnatus proximus eſt coniunctus coniunctione legali.*
15 *Ius accreſcendi an habeat locum in feudis.*
16 *Emphyteuſis an veniat in publicationem bonorum.*
17 *Emphyteuſis fructus an ad fiſcum pertineant.*
18 *Res prohibita alienari, an veniat, in publicationem bonorum.*

EX declaratoria ſententia Banni, ſuprà eodem libr. cap. 6. conſtat, Bannitum ob violatam pacem publicam, amittere omnia ſua bona: Modò quæritur, an in tali publicatione bonorum veniant etiam bona feudalia? De iure communi hæc quæſtio variè tractatur per Dd. de qua copioſè ſcripſerunt, Specul. titul. de feudo. §. quoniam. Bart. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. nu. 3. ff. de damn. infect. Alexand. ampliſſimè ibidem. & communiter Dd. Cyn. in l ſi quis in tantam. C. vnde vi. Nellus in tractatu de Bannitis, in prima parte ſecundi tempor. quæſt. 23. per totam. Curt. in tract. feud. part. 5. nu. 14. Gigas in tract. crim. læſæ maieſt. lib. 2. rub. de pœn. commit. crimen læſ. maieſt. quæſt 6. per totā. Alex. conſil. 89. num. 3. vol. 4. incip. vtrùm emphyteuſis. Boſſius tit. de bonor. publicatio. nu. 53. Communis opinio eſt, † feu- 1
dum in confiſcationem, ſiue publicationem bonorum non venire, non appli-

cari fiſcò, ſed ad dominum vel agnatos
pro natura feudi reuerri, per text. in c. 1. ſi
vaſal. feud. priu. cui deſe. text. in c. Impe-
rialem. §. illud quoque de prohib. feud.
alien. per Freder. Afflict. ibid. nu. 4. vbi di-
cit per illum text. ſi vaſallus alicuius Ba-
ronis contra Regem delinquat, ex quo
delicto eius bona fiſco addicta ſint, quòd
tali caſu feudum non applicabitur fiſco
Regis, ſed ad Baronem dominum dire-
ctum reuertatur. Idem tenet Afflict. in c.
1. §. ſi quis hominem, in 10. notabili, nu.
4. de pace tenen. pulchrè Oldra. conſi. 17.
per totum. incip. Thema eſt tale. Idq́; ob-
tinet, ſiue dominus feudi ſit Eccleſiaſti-
cus ſiue ſęcularis, vtroque caſu ex delicto
vaſallo condemnato, boniſq́ue publica-
tis, feudum, excluſo fiſco, ad dominum
2 reuertitur. Ratio, quia † delictum vaſal-
li domino directo nocere nõ debet, text.
in c. in quibuſdam. §. ſacris. de pœnis. rex.
notab. in c. fœlicis, in princip. eod. titul.
3 in 6. Prætereà ea quæ non † tranſeunt
in hæredem extraneum, nunquàm ve-
niunt in publicationem bonorum, gloſ.
communiter approbata, in l. 1. C. de bo-
nis libert. in verbo, hoſtis. Bartol. ibid.
num. 1. vbi dicit perpetuò illud menti te-
nendum, idem in l. iura libertorum. nn. 1.
ff. de iur. patron. & in d. l. ſi finita. §. ſi de
vectigalibus. Alexand. d. conſi. 89. nu. 1. &
conſ. 23. num. 3. volum. 1. incip, Oportunè
conſideratis. Nellus loco citato. ſed feu-
da antiqua familiæ, ſine ex pacto & pro-
uidentia non trãſeunt ad extraneos, ſed
deficientibus deſcendentibus, vel agna-
tis ad dominum reuertũtur, ergo in pub-
4 licationem non veniunt: quia † fiſcus lo-
co extranei ſucceſſoris & hæredis habe-
tur, per text. in d. l. iura libertorum, text.
in l. Imperator. ff. de fideicom. libertati-
bus, text. in l. eorum. ff. ad l. Iul. maieſt.
Natta conſil. 528. num. 23. volum. 3. incip.
vltimo ſuo. text. in l. Statius. §. Cornelio.
ff. de iur. fiſci. Franciſ. Turza. commu.
opinion. concluſ. 147. nnm. 2. adde Soci.
in c. veritatis. nume. 2. de hæretic. Bald.
conſi, 284. num. 1. Incip. præmiſſis verbis.
5 Prætereà feuda † antiqua ex pacto & pro-
uidentia omninò ab ipſa hæreditate ſe-
parata ſunt: nam hæreditas non tribuit
ſucceſſionem feudi: ſed ſeparatam, & di-
uerſam naturã habet ab ipſo feudo, ideò
non tranſit ad hęredes extraneos, nec ve-
nit in fideicommiſſum vniuerſale, text.
in c. 1. de ſucceſſ. feud. Dec. conſil. 395. nu. 5.
incip. in cauſa magnifici, & conſi. 78. nu.
5. incip. licèt in caſu. Alexand. conſil. 29.
num. 18. cum ſequent. volum. 5. incip. in
cauſa & lite. Dd. in l. ſi patroni. ff. ad S. C.
Trebell. neque prælegari poteſt, adeò vt
ne æſtimatio feudi antiqui legatario de-
beatur, cùm non ſit res quæ deduci poſ-
ſit in legatum propter expreſſam prohi-
bitionem legis, per text. in c. 1. §. donare,
quali. olim feud. poter. aliena. Bald. ibid.
num. 3. text. in c. 1. de prohib. feud. alien.
per Frederi. & in l. idem Iulianus. §. con-
ſtat. ff. de leg. 1. Alex. ibid. nu. 12. & ita ſe ha-
bet communis opinio, quia teſtator non
poteſt teſtari de feudo etiam per viam
legati, text. in c. 1. de ſucceſſ. feud. & in d.
c. 1. §. donare. Pariſ. conſil. 7. num. 16 cum
ſequ. volum. 1. incip. etſi in præſenti, vbi
communem dicit, & hoc latè proſequi-
tur, quem omninò vide, Rolan. conſ. 41.
nu. 31. cum ſequ. volu. 2. Dd. communiter
in d. l. idem Iulianus. §. conſtat. & in §. nõ
ſolùm, Inſtit. de legat. *Sed vt ad propoſi-*
tam quæſtionem redeam, illa ex conſti-
tutione pacis publicæ Diui † Imperato- 6
ris Caroli V. ſub rubrica, **Die peen der
fridtbrecher**. §. 2. & Ordinat. Cameræ titu.
9. §. 2. part. 2. nuncupatim deciſa eſt, ni-
mirùm, condemnato Bannito bona ſeu-
dalia fiſco non addici, ſed recto tramite
ad dominum directum, ſiue noua, aut
antiqua ſint, reuerti: fructibus tamen feu-
dalibus actori damnum paſſo, Iudicis
moderamine ſaluo conceſſis. Quæ qui-
dem priuatio feudi non eſt perpetua, ſed
tantiſper durat, donec Bannitus, aut eo
in Banno mortuo, filij ſucceſſores feu-
di cum offenſo tranſegerint, **Als leibs
lehens vehige erben** / vti habet Conſti-
tutio Carolina loco citato: quo facto,
dominus directus officioſè requiſitus,
poſſeſſionem feudi reo reconciliato, &
à Banno legitimè abſoluto, reſtituere,
aut filijs, mortuo patre Bannito, poſt fa-
ctam tranſactionem nouam inueſtitu-
ram non grauatè concedere debet: quia
† delictum patris non debet regulariter 7
nocere filijs, tex. ſingu. in l. fina. C. de bon.
damnat. niſi delictum ſit commiſſum
in perſonam domini, per ea quæ ſuprà,
capite proximo dixi. vel feudum ad fi-
lios deuoluatur ex ſucceſſione paterna:

vtputà ſi pater ſtipulatus ſit pro ſe, & hæ-
redibus, quo caſu filij tenebuntur, quia
ſuccedunt ex perſona patris: ſecùs ſi pa-
ret ſtipulatus ſit ſibi, & ſuis filijs, nam tūc
filijs ius quæſitum eſt vt filijs, & iure pro-
prio ſuccedunt, proinde delictum patris
meritò ipſis non nocet, Bartol. in l. eum
qui, num. 2. ff. de interdict. & relega. Cy-
nus in l. a. in fin. C. de libert. & eor. libe.
Salice. pulchrè ibidem num. 5. Zaſius in
tractatu ſeud. part. 10. num. 96. cum ſe-
quen. Curt. part. 5. num. 13. Iacob. de S. Ge-
org. in verbo, dictique vaſalli promiſe-
runt. nu. 60. Dyn. in c. non debet, de reg.
iur. in 6. Panorm. in c. ex parte, de feudis.
poſt gloſſ. ibid. Bald. in c. 1. §. inſuper. nu.
5. de prohi. ſeud. alien. per Fred. vbi dicit
feudum eſſe munus generis, nō donum
patris. facit text. elegans in l. 3. ff. de inter-
dict. & releg. vbi dicitur, quæ à genere, à
ciuitate, à rerum natura tribuuntur, ea
filijs manere incolumia, non enim hæc
patrem, ſed maiores eorum eis dediſſe.
8 Quod ad agnatos † ſucceſſores feudales
attinet, illi ſtatim poſt mortem vaſalli
Banniti, ſeudum antiquum familiæ, ſine
ex pacto & prouidentia, à domino repe-
tere, nouamque inueſtitutam poſtulare
poſſunt: quia delictum vaſalli ipſis in-
commodo & damno eſſe nō debet, cùm
proprio & ſanguinis iure, ex pacto &
prouidentia primi acquirentis, & ſic iu-
re contractus ſuccedant, per ea quæ ſu-
prà cap. proxim. dicta ſunt: idque vſque
adeo verum eſt, vt etiam nō opus ſit hoc
caſu aliqua tranſactione cum offenſo.
Ratio, quia non ſunt hæredes vaſalli
Banniti, ſed primi acquirentis, iure ſan-
guinis, non iure ſucceſſionis, text. in c. 1.
an agnat. vel fil. defunc. poſſ. retine. feud.
repud. hæred. Dd. ibid. Pariſ. conſi. 65. nu.
3. volum. 3 incip. paternum ſeudum. De-
ci. conſil. 78. nume. 4. incip. licèt in caſu
propoſito. & conſil. 208. num. 9. Ita ex-
preſſè quoque diſponit Conſtitutio Ca-
rolina loco allegato. Ex quo perſpicuum
eſt, filios deteriore loco poſitos eſſe, quā
agnatos, cuius rationem cap. præcedent.
dixi. Prouidè autem & iuſtè conſtitutum
eſt, vt feudum Banniti maneat penes
dominum tantiſper, donec viuit ipſe
9 Bannitus: quia notum eſt † vaſallum ha-
bere tantùm dominium vtile quóad vi-
xerit, das nutzlich aigenthumb / eo verò
mortuo; ius omne quod viuens habuit
in re ſeudali, extingui, & acquiri proxi-
mioribus agnatis à primo acquirente
deſcendentibus. Eſt enim † ſeudum in- 10
ſtar vſusfructus, qui morte vſufructua-
rij perit. Iſern. in c. 1. §. hoc quoque num.
6. Afflict. ibid. num. 37. & num. 102. de ſuc-
ceſſ. ſeud. Iacob. de S. Georg. in verbo, &
& cum pacto. num. 37. Bald. conſil. 250.
num. 1. volum. 2. incip. ad euidentiam. &
conſil. 38. num. 2. cum ſequen. volum. 1.
incip. Dominus Thomas, vbi dicit, feu-
dum eſſe quendam vſumfructum, qui
perſonæ cohæret, & non tranſmitti, niſi
quatenùs conſuetudo ſeudi diſponit, fa-
cit text. in l. ſi vſusfructus. ff. de nouatio.
Hinc eſt, quòd valeat † refutatio ſeudi e- 11
tiam agnatis nō conſentientibus, quam-
diu viuit ipſe refutans: at eo mortuo,
agnatis ius ſucceſſionis ſaluum exiſtit,
per rationem prædictam, text. in c. 1. in
fin. de vaſall qui contra conſtit. Lothar.
& in c. 1. de alien. ſeud. pat. Bald. ibid. nū.
7. Afflict. in d. c. 1. §. hoc quoque. nu. 37.
cum ſequen. Similiter Iſern. num. 5. per
illum text. Iacob. de S. Georg. in verbō,
& cum pacto. Zaſius part. 9. num. 14. Ale-
xan. conſi. 26. num. 2. volum. 5. incip. pon-
deratis his. facit l. filius. § Diui. ff. de leg. 1.
Ratio, quia pro regula traditur, ſoluto † 12
iure datoris, ſolui quoq; ius accipientis,
text. in l. lex vectigali fundo. ff. de pigno.
& hypoth. & in c. 1. §. fi. ſi de inueſti. con-
tro. fuer. gloſſ. fin. ibid. text. in c nuper, de
donat. int. vir. & vxo. & in l. peto. §. præ-
dium. ff. de leg. 2. Dd vbi ſuprà. & ſic non
potuit fieri præiudicium proximiori ag-
nato, nec in re, nec in ſpe, cùm ſpes ſit de-
bita iure cōtractus, l. 1. ff. ſi quid in fraud.
patron. item † dominus nō debet alium 13
habere vaſallum, quàm eum cui ex natu-
ra feudi ſucceſſio debetur, nec ſubditi a-
lium dominum acceptare tenentur, tex.
in l. inuitus. ff. de fideicommiſſ. lib. gloſſ.
ibid. in verbo, non eſt. Deci. conſil. 445.
num. 22. incip. in caſu ad me tranſmiſſo.
Item † proximus agnatus eſt coniunctus 14
coniunctione legali, ex qua ſola, & non
ex verbali ius accreſcendi in feudis pro-
cedit, text. in c. cùm verò Conrardus, de
his qui feudum dar. poſſ. quia cōiunctio
legalis in feudis appellatur natura feu-
di: ergò nō poteſt aliquis feudatarius præ-
iudicare alteri in hoc iure accreſcendi,
ita

ita Baldus d.conſi.38.num.3. vbi hoc pro-
15 lixiùs explicat. Et in materia † iuris ac-
creſcendi, an habeat locum in feudis, vi-
de Dd.in c.1.de duobus fratribus de no-
uo beneficio inueſtitis. & in d. c. 1. §. &
quia vidimus, de his qui feud.dar. poſſ.
Regulariter ius accreſcendi ſecundum
communem opinionem, non habet lo-
cum in feudis: fallit in antiquis feudis,
ex pacto & prouidentia, alijsque caſibus,
quos enumerat Curtius in tractatu feud.
in 2.parte, in 3. princip. dubitatione. nu.
70.cum ſequent.titul.de feud. laicorum.
Dd.in d.c.1.§. & quia vidimus. & in c.1.
de benefic.fratr. & in c.1. de duobus fra-
16 tribus à Capita.inueſtit. Quid de † em-
phyteuſi Eccleſiæ, an confiſcatis bonis
veniat in publicationem? Communis eſt
quòd non. Alex.d.conſil.89.num.1.com-
munem dicit, & d.conſi.23. num.3.idem
conſi.91.num.10.& 12.volu.1.incip. pon-
deratis his.& pulchrè conſi.9.nu.8.volu.
2.incip.viſis dicto themate, vbi commu-
nem dicit, Felin. in c. in præſentia, num.
27.de proba.& ibid. communiter Cano-
niſtæ. Ratio, quia huiuſmodi bona non
tranſeunt ad hæredem extraneum: ergo
in publicationem non veniunt, text. in
§.alienationis, Authen.de non alien.aut
permut.reb.eccleſ.glo.in d.l.1.C.de bon.
libert. Bart.in d.l.ſi finita.§. ſi de vectiga-
libus. & in d. l. iura libertorum, num.1.
& in l.etiam, num.2.ff.ſolu.matrimo. &
latè ibid. Alex.num.3.cum ſequen. Gigas
vbi ſuprà, quæſtio.6.vbi omninò vide. &
Nellum loco citato.quæſt.24.per totam.
17 qui putat † vtilitatem, & fructus emphy-
teuſis pertinere ad fiſcum, viuente Ban-
nito emphyteuta, & ſoluente Canonem,
per allegata ibid. ſequitur Gigas loco al-
legato, vbi tripliciter hanc opinionem
limitat: mortuo verò emphyteuta con-
demnato, rem emphyteuticam redire ad
dominum directum, vel ad legitimos
ſucceſſores, text.in d.l. lex vectigali.ff. de
pignoribus & hypoth. Et idem in feu-
dis obſeruari quóad fructus, vide infrà,
eod.libr.cap.17. Prædicta obtinent, non
ſolùm in emphyteuſi eccleſiaſtica, ſed
etiam in emphyteuſi conceſſa à priuato,
dummodò ea conditione & lege conceſ-
ſio facta ſit, ne ad extraneos perueniret,
aliâs ſecùs, Bartol. in d.l. ſi finita.§. ſi de
vectigalibus, Alexand.d.conſi.23.num.5.
& d.conſi.89.num.2. vtrobique commu-
nem dicit. Gigas vbi ſuprà. Quid † de bo- 18
nis per teſtatorem alienari prohibitis,
aut fideicommiſſo ſubiectis, an in con-
fiſcationem venient? Minimè, idque ex
communi Dd. opinione. text. in Auth.
bona damnatorum.C. de bon. proſcrip.
Bart.in d.l.Imperator, num.1.ff. de fidei-
commiſſ. libertat. & in d. l. iura liberto-
rum, num.1. per illum text. Alexand.d.
conſil.21. num.3.volu.1. cuius diſtinctio-
nem vide, & ſupra cap.proximo, circa fi-
nem. Decl.conſil.442.num.27. incip. In
cauſa in qua moleſtatur. Gigas d.titul.de
pœnis committen. crimen læſæ maieſt.
vbi multa allegat. Ratio, quia cùm bo-
na in extraneum hæredem non tranſe-
ant, nec etiam in fiſcum trãſire poſſunt,
qui loco extranei hæredis habetur, vt ſu-
prà dixi, per iura ibidem allegata. Deci.
d.conſi.442.Bart.in d.l.Imperator.gloſ.
in d l.1.C. de bon. liber. Breuiter in vni-
uerſum quid non veniat in publicatio-
nem bonorum Banniti, vide per Barto.
Alex.Roma.& alios in d.l.ſi finita.§.ſi de
vectigalibus.ff.de dam.infec. Boſſi.d.tit.
de bonor.publicat.Nellum & Gigantem
vbi ſuprà, quia longum eſſet iſta omnia
commemorare.

CAPVT XV.

Bannito domino, an vaſalli à ſeruitijs liberentur, feudumq́ alienare poſſint.

SVMMARIA.

1 *Delictum domini non nocet vaſallo.*
2 *Vaſallus domino Bannito, an à ſeruitijs liberetur.*
3 *Quòd ſic, ad tempus, ſed non perpetuò.*
4 *Reſtitutio tantum reddit, quantum abſtulit læſio.*
5 *Differentia inter rem extinctam vel ſuſpenſam.*
6 *Captus ab hoſtibus rectè hæres inſtituitur.*
7 *Bannito domino an vaſallus feudum alienare poſſit.*
8 *Bannitus non habet velle neque nolle,*
9 *Patre deportato filius ſui iuris efficitur, & alienare poteſt.*
10 *Vaſallus à domino hoſtiliter offenſus, ad priuationem dominij agere poteſt.*
11 *Dominus ex ijſdem cauſis dominiũ amittit, ex quibus vaſallus feudum.*
12 *Vaſallus non tenetur ſeruare iuramentum fidelitatis domino, ſi ab eo iniquè lædatur.*
13 *Dominus non poteſt alienare vaſallos ipſis inuitis, aut fœdera inire.*

14 *Qua-*

14 *Quadam per ſe non tranſeunt, qua cum vniuerſitate tranſeunt.*
15 *Dominus ſi committat crimen laſa maieſtatis, an vaſallus perpetuò à ſeruitijs liberatus ſit.*

QVemadmodum delictũ vaſalli
nõ nocet domino, vt ſuprà ca-
pite proxi. dictum eſt, ita quoq;
1 † delictum domini ipſi vaſallo
fraudi eſſe non debet, tex. in l. non debet,
ff. de regu. iur. & in c. non debet. eod. titu.
libr. 6. & noxa caput ſequitur. text. in l. li-
cet. C. an ſeruus ex ſuo facto &c. §. omnis.
Inſtit. de nox act. & factum cuique ſuum
non alteri nocumento eſſe ſolet, text. in
l. ſancimus C. de pœnis. & in l. filiusfam.
§. Diui. ff. de leg. 1. text. in l. factum cuique,
ff. de regu. iur. & in l. 1. ff. de alienat. iudic.
mut. cau. fac. text. in l. de pupillo. §. pluri-
um. ff. de noui oper. nuntia. Quapro-
2 pter Bannito † domino, vaſallus feudum
probè retinet, quia feuda non veniunt
in publicationem bonorum, vt dixi ſu-
prà, capite proximo. Modò quæritur, an
vaſallus domino in Bannum Imperij
declarato, à ſeruitijs, & fidelitatis vincu-
lo liberetur. Ex Conſtitutione pacis pub-
licæ, quæſtio illa nullam habet dubita-
tionem, quia vetat Conſtitutio ſub pœ-
na Banni cum Bannitis conuerſari, tan-
tum abeſt vt permittat ſeruitio, auxilio,
& ſubſidio ipſis eſſe. Vnde luculenter
apparet & perſpicuum eſt vaſallum non
poſſe, etiamſi velit domino Bannito ſer-
uitium exhibere, aliâs pœna receptato-
rum, quæ Banni eſt, tenebitur, idque iu-
ri communi quoque conſentaneum eſt,
per text. in c. 1. hic finit. lex. deinde con-
ſuetudi. reg. incip. gloſſ. notab. ibid. in
verbo, domino. Similiter Bald. num.
6. & 7. Afflict. in 5. notab. num. 1. & com-
muniter Feudiſtæ. Nellus in tract. de Ban
nitis, in prima parte ſecundi tempor.
3 quæſt. 22 nu. 69. An autem huiuſmodi †
relaxatio iuramenti & ſeruitiorum pro-
pter Bannum domini ſit perpetua, an
vero temporaria, ſimiliter dubitari poſ-
ſet. Breuiter quod ad Bãnitos Imperij at-
tinet, dicendum, obligationem ſeruitio-
rum non extinctam perpetuò, ſed ſo-
lummodò ad tempus ſuſpenſam eſſe,
idque in vtroque Banno, tam contuma-
ciæ quàm delicti obtinet: nam ſuprà
eod. libr. cap. 5. dictum eſt, ſententiam
Banni ob contumaciam interlocutori-
am eſſe, Bald. in l. 1. num. 9. & nu. 12. C. de
hæred. inſtitu. Alexan. conſ. 90. nu. 6. vol.
1. incip. ferè omnis, ideoque contrario
imperio reuocari, & purgata contuma-
cia, ſolutione expẽſarum & damnorum,
etiam inuito aduerſario, Bannitum ab-
ſolui poſſe. Et licèt ſententia Banni ob
delictum diffinitiua ſit, tamen abſolu-
tio à Banno obtineri poteſt, vt dixi dicto
capite quinto, quæ abſolutio reſtituit
Bannitum in priſtinum ſtatum. Tantum
enim ad † reſtitutionẽ indulgentia Prin-
cipis valet, quantum ad correctionem 4
ſententia valuit: vtque deportationis ip-
ſum per ſe nomen rerum omnium ſpo-
liatio eſt, ita indulgentiæ reſtitutio, bo-
norum ac dignitatis vno nomine amiſ-
ſorum omnium eſt recuperatio, ita text.
in l. final. §. final. C. de ſenten. paſſ. & in l.
quòd ſi minor. §. reſtitutio. ff. de mino-
rib. tex. in l. cura. §. deficientium. ff. de mu-
ne. & honorib. l. ſi defunctus. C. arbitr. tu-
te. Et ita tenet Bald. in d. c. 1. hic fini. lex.
Nellus hoc loco allegato, vtrobique di-
cunt, fidelitatem Bannito domino non
extinctam, ſed ſuſpenſam eſſe. Multum
autem intereſt, an † aliquid penitùs ab- 5
rumpatur, an verò in ſuſpenſo retinea-
tur, per text. not. in l. illa inſtitutio. §. 1. ff.
de hæredib. inſtitu. vbi dicitur, quòd † ca- 6
ptus ab hoſtibus rectè hæres inſtituatur,
quia iure poſtliminij omnia iura ciuita-
tis in perſonam eius in ſuſpenſo reti- 7
nentur, non abrumpuntur: itaque ſi re-
uerſus fuerit ab hoſtibus, hæreditatem
adire poterit. Sed ſi res penitùs extincta
eſt, non poteſt redire ad priſtinum ſtatũ,
veluti res ſacra, vel religioſa ſemel facta,
nõ deſinit ſacra vel religioſa eſſe, etiamſi
poſteà ad prophanos vſus conuertatur,
text. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff.
de verbo. oblig. & in l. continuus. §. cùm
quis. ff. eod. titu. Bald. in d. c. 1. hic fini. lex
&c. Huc pertinent, quæ ſuprà, eod. libr.
cap. 4. de ſentẽtia Banni ſuſpenſiua dicta
ſunt. Quapropter, firmiter concluden-
dum, vaſallum Bannito domino, tantiſ-
per liberari à ſeruitijs, & debita obedi-
entia, donec dominus in Banno manet:
eo verò legitimè, Cæſaris & partis con-
ſenſu, à Banno abſoluto, iure quodam
poſtliminij, omnia iura amiſſa recupe-
rare: tãtum enim reddit reſtitutio, quan-
tum

tum abſtulit condemnatio, text. in l. 1. C.
de ſent. paſſ. & in d. l. fin. §. fin. C. eod. tim.
Si verò in Banno dominus moriatur,
vaſallus, filijs Domini, vel ipſius agna-
tis ſeruitia & obſequia neceſſaria præſta-
re debet, quia crimina morte extinguun-
tur, text. in l. crimen. ff. de pœnis, cum ſi-
milib. vide ſupr. lib. 1. cap. 20. & delictum
patris vel agnati non debet filijs vel alijs
agnatis præiudicare, vt dixi ſuprà eod.
7 cap. 13. Sed quid ſi † vaſallus durante Ban-
no domini feudum ſine eius conſenſu
alienauerit, an valebit alienatio? Quid
8 obſtat? Bannitus † enim non habet velle
neque nolle, cùm ſit denunciatus hoſtis
Imperij: adeoq́ue pro mortuo reputetur.
text. in l. actione. §. publicatione. ff. pro
ſocio, & in l. 1. §. quidam. ff. de bono. poſſ.
contr. tab. Conſtitutio fractæ pacis tol-
lit & extinguit omnes obligationes, con
uentiones, pacta, iuramenta, beneficia, &
priuilegia ipſis Bannitis competentia,
necnon perſonam Banniti, eiusq́ue bo-
na omnium offenſioni & direptioni ex-
ponit, ſicut ſuprà eod. libr. cap. 12. ex ſen-
tentia declaratoria Bãni videre eſt. Quid
vetat igitur quo minus vaſallus vtile do-
minium feudi, ſine cõſenſu Banniti do-
mini, in aliũ transferre poſſit: non enim
dicitur hoc caſu dominum contemne-
re, cùm non habeat dominum, cuius ca-
put ex Banno Imperij, ſacrum & dete-
ſtabile factum eſt, vt dixi ſuprà eod. cap. 1.
9 Quò pertinet, quòd † patre deportato,
filius ſui iuris efficiatur, habeatq́ue ple-
nam poteſtatem alienandi, & quòd hu-
iuſmodi alienationes valeant iure per-
petuo, tex. in d. l. fin. C. de ſent. paſſ. Bald.
in d. c. 1. num. 8. hic fini. lex. glo. ibid. in
verbo, domino. Sed verius eſt, aliena-
tionem durante Banno domini, fieri le-
gitimè non poſſe, quia Bannum eſt per-
ſonale, & cum perſona extinguitur, text.
in d. l. crimen. ff. de pœnis. & in l. defun-
cto. ff. de public. iud. text. in l. 1. & in l. fin.
C. ſi reus vel accuſ. mort. fuerit. Et licèt
Bannitus non habeat velle, neque nol-
le, omniaq́ue iuris ciuilis beneficia amit-
tat: tamen hoc non eſt perpetuum, ſed
temporaneum, quia tantiſper volentis
& nolentis arbitrium ſuſpenſum eſt, do-
necà Banno relaxetur, vel morte Banni-
ti crimen extinguatur, cùm ſententia
Banni ob contumaciam interlocutoria
ſit, & reuocari poſſit, per allegata ſuprà,
eod cap. 5. ſententia verò Banni ob deli-
ctum, licèt diffinitiua ſit, tamen permit-
tente Conſtitutione Imperij, abſolutio
poſteà facta tranſactione concedi po-
teſt, quæ omnia iura amiſſa abſoluto re-
ſtituit, text. in d. l. fi §. fi. C. de ſenten. paſſ.
& in d. l. cura. §. deficientium. Nellus vbi
ſuprà. Et prædicta intelligo procedere,
quando dominus ob violatam pacem
publicam contra tertium Bannitus eſt,
quòd tunc videlicet perpetuò à ſeruitijs
nõ liberetur, ſed tantũ ad tempus, vt iam
dictum eſt. Si verò ipſum † vaſallum con 10
tra Imperij de pace publica Conſtitutio-
nem, vi armata, & hoſtiliter offendat:
hoc caſu exiſtimo vaſallum non ſolùm
ad pœnam Banni, ſed etiam ad priuatio-
nem directi dominij in Camera imme-
diatè agere, & procedere poſſe. Nam
cõſtitutio cumulationem pœnarum iu-
ris communis cum pœnis Conſtitutio-
nis pacis publicæ admittit, Rubrica,
Das am Cammergericht nicht allein auff
die peen / &c. Et Ordinat. part. 2. titul.
9. §. Wir wollen auch. facit text. in l. nun-
quam plura. ff. de priua. delic. Bart. & alij
ibid. vide ſup. lib. 1. cap. 6. At noti iuris eſt,
ex quibus cauſis † vaſallus feudum amit- 11
tit, ex ijſdem ferè dominum proprietatẽ
ſiue dominationẽ feudi amittere, eam-
q́ue vaſallo accedere: vnde dicitur inter
dominum & vaſallum fidem eſſe reci-
procam, & pati iure cenſeri vtrumque,
text. expreſſus in c. 1. qual. dom. proprie.
feu. pri. tex. in c. 1. §. domino cõmittente,
ſi de feud. defunct. conten. ſit. Bald. ibid.
num. 1. text. in c. 1. de form. fidel. gloſſ. ſin-
gula. in d. c. 1. § fin. in verbo, fratrem, hic
fini. lex. Zaſ. in tract. feud. part. 7. num. 56.
vbique traditur dominum priuari pro-
prietate ex omni culpa, ſiue felonia, ex
qua vaſallus feudo priuatur: vide tamen
exceptiones, quas annotauit Afflict. de-
ciſ. 265. nu. 2. cum ſeq. vbi 15. limitationes
adducit. Et † ſi dominus non ſeruat fi- 12
dem vaſallo, vaſallus ſimiliter non te-
netur ei ſeruare iuramentum fidelitatis.
text. in d. c. 1. §. fin. de form. fidel. Bal. poſt
gloſſ. ibid. nu. 4. Iaſ. in l. cùm proponas,
la. 2. nu. 6. C. de pact. per illum text. quòd
non ſeruanti fidem non ſit ſeruanda fi-
des. Hinc quoque eſt quòd Princeps ſiue
† dominus in præiudicium vaſallorum, 13

fœdera & pacta cum alijs inire nequeat,
aut eos alienare ſine eorum conſenſu,
per text. in c. 1. §. præterea Ducatus, de
proh. feud. alie. per Fred. Bald. ibid. nu. 9.
Iaſ. in l. debitum, num. 6. C. de pact. gloſſ.
communiter approbata, in l. inuitus, in
verbo, nō eſt. ff. de fideicommiſſ. liberta.
Bart. & Dd. in l. 2. ff. ſolut. matri. Vaſqui.
controuer. illuſtr. lib. 1. cap. 5. num. 5. cum
ſeq. vbi multa allegat: niſi totam curiam
vendat, ita tamen vt vaſalli grauiorem
ſeruitutem non patiantur, text. in c. 1. de
Cap. qui cur. vend. gloſſ. in d. §. præterea
Ducatus, in verb. ad alium. Bald. ibi. nu. 9.
Idem in cap. 1. §. ſi quis, nu. 5. quo tempor.
14 mil. quia quædam † per ſe non tranſeūt,
quæ cum vniuerſitate tranſeunt, tex. in l.
quædam ff. de acquir. rerum dom. glo. in
d. §. præterea. Et notat Bald. in c. 1. §. in ge-
nerali, nu. 2. ſi de feud. content. ſit inter
dom. & aguat. quòd Rex Franciæ non
poſſit alienare vnam de ciuitatibꝰ regni
ſui, inuitis ciuibus, allegat Hoſt. in c. di-
lecti filij, de maio. & obed. refert Iaſon
in d. l. debitum, nu. 7. Bald. in d. §. ſi quis,
vbi dicit, intereſſe ſubditorum ne plu-
res dominos habeant. Vaſqui. d. cap. 5.
vbi omninò vide. Prædicta quoque non
15 obtinent in † crimine læſæ maieſtatis,
ex primo capite legis Iuliæ: quia tunc do-
mino ob tale delictum Bannito, omnia
ipſius bona, etiam feudalia, fiſco addi-
cuntur, excluſis in perpetuum filijs &
agnatis, per ea quæ ſupr. eod. libr. cap. 13.
dicta ſunt: vaſallique hoc caſu à ſerui-
tijs Banniti domini, & ſucceſſorum ſuo-
rum liberantur: ſed tamen neque hoc
caſu feuda alienari poſſunt à vaſallis, ſed
à Cæſare & Imperio, quibus illa appli-
cantur, recognoſcere, & inueſtituram
petere, atque ex integro ſuæ Maieſtati,
& ſacro Imperio fidem iurato date, &
debita ſeruitia præſtare debent: atque ita
in Imperio rectè obſeruatur, & Cuia-
cius de feudis lib. 2. cap 7. atteſtatur, mo-
ribus Gallicis & Conſtitutionibus Nea-
politanis amiſſam proprietatem Impe-
ratori aut Regi addici.

CAPVT XVI.

Bannito marito, an vxor dotem repetere, eamq́; ſaluam habere poſſit.

SVMMARIA.

1. *Dos conſtante matrimonio repeti non poteſt.*
2. *Bannito marito, vxor dotem repetit.*
3. *Viro Bannito vel ad triremes condemnato, vxor vidua reputatur.*
4. *Vxor à fiſco marito Bannito dotem occupatam recuperat.*
5. *Bona damnati mariti ad fiſcum cum onere tranſeunt.*
6. *Fiſcus & vxor quòad tacitam hypothecam paribus paſſibus ambulant.*
7. *Creditores in bonis Banniti fiſco præferuntur,*
8. *Damnatus cum publicatione bonorum fiſcum hæredem habet.*
9. *Excuſſio fit cōtra fiſcum in bonis debitoris antequàm fideiuſſor conueniatur.*
10. *Fiſcus in pœnis habet cauſam lucratiuam.*
11. *Fiſcus dotem reſtituere, debitum exoluere, ſine ordinario proceſſu debet.*
12. *Vxor marito Bannito non ſolùm dotem, ſed etiam donationem propter nuptias, & paraphernalia repetit.*
13. *Et ſemiſſem bonorum acquiſitorum conſtante matrimonio, ſi ita conuentum ſit.*
14. *Donationes reciprocæ inter coniuges validæ.*
15. *Marito Bannito, vxor ſeparationem bonorum petere poteſt.*
16. *Vxor ex bonis mariti Banniti ſi dotem non habeat, alimentari debet.*
17. *Fiſcus ſuccedit marito Bannito cum onere.*
18. *Mariti bona an tacitè ſint obligata pro alimentis vxoris.*
19. *Fiſcus ex bonis patris condemnati filiam dotare debet.*
20. *Mulier ſcienter nubens Bannito, an dotem amittat.*
21. *Hæretico ſi nubat mulier dotem perdit.*
22. *Mulier nubens inepi, eius mores approbat.*
23. *Finis magis quàm principium conſiderandus.*
24. *Delictum vxoris non nocet viro, nec contra.*
25. *Vxore damnata non perditur, niſi quinque caſib.*

ETſi regulariter conſtante † ma- 1
trimonio dos ab vxore repeti
non poſſit, text in l. cùm notiſſi-
mi. §. illud. C. de præſcript. 30. vel 40. an-
no. & in l. in rebus. §. omnis. C. de iur. dot.
tex. in l. 2. & in l. ſi conſtante. ff. ſolut. ma-
tri. tex. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. vtro-
bique communiter Dd. tex. in l. vnica. C.
ſi dos conſt. matri. red. fuer. Ratio, quia
dos oneribus matrimonij deſeruire de-
bet, tex. in l. ſi pater, in fine. ff. de iur. doti.
at illa ſuſtinet potiſſimū maritus, text. in
l. ſi cùm dotem. §. ſi autē in ſæuiſſimo. ff.
ſol. matr. ergo ceſſat repetitio, Dd. in d. l.
ſi conſtante: hoc tamen non procedit, ſi
† maritus conſtante matrimonio ad in- 2
opiam vergat, quo caſu vxor dotem re-
ctè repetere poteſt: nō vt eam alienet: ſed

vt ex ea ſe, maritum, & liberos alat, text.
in d.l.ſi conſtante, vbi ampliſſimè Iaſ.&
cōmuniter Dd. & in d.l. vbi adhuc. vide
in Obſer.lib.2.Obſerua.83.cum ſeq. Quid
ergo ſi maritus conſtante matrimonio
ob delictum in Bannum Imperij decla-
ratus ſit, an repetitioni dotis locus erit?
Maximè, quia per ſententiam declarato-
riam Banni, maritus cēſetur ad inopiam
vergere, labiq́ue facultatibus: quia bona
eius omnium direptioni exponuntur,
adeoq́ue pro ciuiliter mortuo habetur,
tex.in l.1.§.fin.ff.de bon.poſſ.contra tab.
& in l.actione §. publicatione.ff. pro ſo-
cio, & in l.ſed ſi alia.ff.de bon. damnato.
gloſſ.in l.in inſulam, in verb.pertinet.ff.
ſol.matr. Afflict.in c.1.§.ſi quis hominē,
de pace tenen. Bal.in Auth.habita, nu 7.
C.ne fil.pro patr. Felin. in c. ſignificanti-
bus, nu.8.de offic.iud.deleg.vbi dicit, ma-
3 rito bannito † vxorem viduam reputari.
Idem ſi ſit ad triremes condemnatus,
quia pro mortuo habetur, per text. in c.
2.§. ſed nequè iſtud, de tranſlat. epiſcop.
gl.ibid.in verbo, inutilem. Et ideò diſpo-
ſitio d.l.ſi conſtāte, & d.l. vbi adhuc, me-
ritò locū habet, vt tenet Bar.in d.l.ſi con-
ſtante, nu.28.Iaſ.ibid.nu.166.per tex.in d.
l.in inſulam, text.in l.1.C.de repud.Bald.
Ibid. nu.1.Caſtr.in l. ſi marito, nu.5.ff.ſo-
lut.matri.vbi dicit, quòd ſtatim cùm bo-
na confiſcantur, actio de dote naſcatur,
quaſi tunc incipiat maritus ad pauperta-
tem redigi. Nellus de Bannitis in 1. part.
ſecundi temp. q.43. per totam. Et ſi qui-
4 dem † fiſcus omnia mariti bona prępro-
perè occupauit, vxor ab eo dotem iuſtè
repetit, quā fiſcus omninò reſtituere te-
netur, quia ex communi Dd. opinione,
confiſcatis ex delicto bonis mariti, vxor
ſuam dotē ſaluam præcipuamq́; habere
debet, text. not. in l.ſi quis poſthac C.de
bon.proſcrip.tex.in l.res vxoris.C.de do-
nat.int.vir.& vxo.& in l.ob maritorum.
C. ne vxor pro mar. text.in l.ſancimus.
C. de pœnis.& in l.1.C.ad l.Iul.de vi pub.
text.in c. ex literis.ext.de pignorib.gloſſ.
ibid. in verbo, maleficium. & in l. quiſ-
quis.§.vxores.C.ad l.Iul. maieſt. Paris de
Puteo, in tràcta.de ſyndic. in verb.publi-
catio bonorum. Afflict.in conſtit. regni
Neapol.titu.de vxorib.fori iudicatis, lib.
2.rub.8.num.1.& 3. Bart.in d.l.ſi conſtan-
te, num.18.Foller.in pract.crimin.in ver-
bo, annotentur, nu.22.nemo enim ex de-
licto alterius plecti debet, tex.in c.1.de in-
iurijs lib.6.& in d.l.res vxoris, & in d.l.ob
maritorum.& in d.l.ſancimus. Prætereà
notum eſt, vxorem ratione dotis ſuæ ius
tacitæ hypothecæ in bonis mariti habe-
re, text.in l.aſſiduis.C. qui pot. in pig. ha-
bean. vbi communiter Dd. proinde oc-
cupatis † bonis mariti, tranſeunt illa bo- 5
na ad fiſcum cum onere tacitæ hypothe-
cæ, tex.in l.ſi debitori.ff. de fideiuſſo.tex.
in d.c.ex literis.Bart.in l.poſt cōtractum,
nu.17.ff.de donat. & ſic meritò ad reſti-
tutionem dotis tenetur. Quibus non ad-
uerſatur, † fiſcum & vxorem quóad ius 6
tacitæ, vel expreſſæ hypothecæ, paribus
ambulare pedibus, ita vt prior tempore
potior ſit iure, text. in l.2.C. de priuileg.
fiſci, & in d.l. aſſiduis. Dd.in d.l. vbi ad-
huc.gloſſ.nota.in l.dotis.C.de iur.dot.in
verb.magis eſſe, text.in l.1.C. de iure fiſc.
lib.11.& in l.ſi is qui.ff.eod.tit. Dd.in l.1.ff.
ſolu.matrim. Iaſ. ibid.num.3.Neguzant.
in tract.de pignorib. in quarto membro
ſecundæ partis, num.108.cum ſequ. quia
hic conſtat, vxorem priorem eſſe tem-
pore.& ſic meritò fiſcum excludi, per iu-
ra allegata: nā agitur de repetitione do-
tis, quæ ſit ob delictum mariti conſtante
matrimonio commiſſum. Et aliâs ex
communi Dd.opinione, vxor in dubio,
quando ſcilicet nō conſtat ex inſtrumen
tis de prærogatiua, vel temporis prioti-
tate, fiſco præfertur, tanquàm magis pri-
uilegiata, vt tenent Dd. in d. l. 1.ff. ſolut.
matrim.Iaſ.ibid.nu.3. Neguzan. loco ci-
tato. Ad confirmationem prædictorum
facit, quòd nō ſolùm vxor, ſed etiā † cre- 7
ditores bāniti fiſco præferendi ſint, text.
in l.ſi marito.ff.ſolut. matri. fiſcus enim
in bonis damnari loco hæredis habetur,
damnatus † cum publicatione bonorū, 8
non habet alium hæredem, quàm fiſ-
cum, text.in l.deportati.C. de bonis pro-
ſcripto.text.in l.2.C.ad l.Iuli.de vi.publ.
& in d.l.ſi marito. Natta conſil.525.nu 9.
vol.3.incip. vltimo ſuo teſtamento. pro-
inde meritò creditoribus ex bonis publi-
catis ſatisfacere debet. Nō enim poſſunt
vlla bona ad fiſcum pertinere, niſi quæ
creditorib⁹ ſuperfutura ſunt: id enim bo-
norum cuiuſque eſſe intelligitur, quod
æri alieno ſupereſt, ita text.in l.non poſ-
ſunt.ff.de iur.fiſ.& tex.not.in l.inter eos.
§.fi.

§. fi.ff. de fideiuſſ. text. not. in l.2.C. ad l.
Iul. de vi publ.& in l.2.C de vſur.fiſcalib.
libr.10. Plat.ibid.nu.1.tex.in l.vnic.C.pœ-
nis fiſcalib. creditor. præferri, eod libr.
Plat.ibid.num.2.gloſſ.in l. non intelligi-
tur.§.cùm ex cauſa, in verb. pertinent.ff.
de iur.fiſ.Bart.in l.quoties,nu.2.ff.de no-
uatio.Iul. Clar.in pract.crimi.§.fin. q.78.
verſ.ſed an teneatur, vbi communem di-
cit, & diſtinguit inter bona publicata, &
bona vacãtia,vt ibi per eum. & ideò etiã
ſecundum magis veram & communem
9 opinionẽ,contra † fiſcũ excuſſio facien-
da in bonis debitoris delinquẽtis,& con-
demnati antequàm fideiuſſores eius con
ueniri poſſint, per gloſſ. ſingularem in
l.ſententia, in verbo, interceſſores.C. de
fideiuſſo. Alex.in l.fi.nu.8.ff. ſi cert.peta.
Caſtr. ibid.num 6. Iaſ.num.11. vbi dicit,
ita omnes Modernos tenere contra Bar.
Rom.ſingu. 641. incip. ſcis quod hodie.
Franciſ. Crem.ſing 44. incip. an fideiuſ-
ſor, Philipp.Port. libr.1.commu.opinio.
concluſ.41. in prima & ſecunda amplia-
tione. Hinc quoque eſt,quòd bona fidei-
commiſſo ſubiecta fiſcus ſubſtitutis date
teneatur,per notata ſuprà,cap.13.circa fi-
nem. Quomodo verò, & quandò fiſcus
loco hæredis habeatur, vide gloſſ. in d.l.
inter eos.§. bonis damnati, in verb. Ita
fiſci. Barto.ibid.num. 2. idem Bart. in d.
l. quoties, num. 2. cum longa apoſtill.
ibid. Caſtr. in d.l.ſi marito, num.5. Nec
poteſt contra creditores fiſcus aliquo
priuilegio vti, quoniam ipſe de lucro ca-
ptando, illi verò de damno vitando cer-
tant: ideoq; meritò fiſco præferẽdi ſunt,
text.in l.fina.§.licentia.C. de iur.delib.&
in l.fi §. ſi quis verò,ibi non enim par.C.
10 de codicil. habet enim † fiſcus in pœnis
cauſam lucratiuã,Plat.in d.l.vnica,nu.3.
11 Et debet iſta † reſtitutio dotis, & ſolutio
debitorum fieri abſque ordinario pro-
ceſſu,ſummariè,de plano,ſine libello, &
tela iudiciaria iuxta Clem.ſæpè,de verb.
ſignific. Nam Executor ſummariè, viſis
inſtrumentis dotalibus,& debitorum de
debito,& dote data cognoſcere,atque ſi-
ne longo ſufflamine litis ſolutionem fi-
ſco iniungere debet, per tex.in d.l.ſi quis
poſthac.C. de bon. proſcript. ibi, ſtatim,
quod verbum ſummariam cognitionẽ
denotat,text.in l.momentaneæ.C. vnde
vi.ita ſingulariter docent. Barto. in l.res
quæ.§. res autem, num. 10.ff. de iur. fiſc
Caſtr. In d. l. ſi marito, num. 2.ff. ſolut.
matrimo. dicentes, hoc perpetuò menti
tenendum: ſequitur Salicet. in d.l.ſi quis
poſthac, num.1. in fine, vbi reprehendit
modernos iudices, quòd ſtudio auaritiæ
potius, quàm rationis & æquitatis nor-
ma, contrarium ſeruent,magno anima-
rum ſuarum detrimento. Non creditur
ergo mulieri aſſerenti dotem numera-
tam, niſi fiſco negante realem numera-
tionem probet:quę quidem aſſertio mu-
lieris, ne quidem ex confeſſione mariti
roboris aliquid accipit,quia cõfeſſio ma-
riti nõ probat numerationẽ in præiudi-
cium tertij,ſibi quidẽ pręiudicat,ſed non
alijs,per tex.in l.2.& in l.in contractibus,
§. ſed quoniam.C. de non numer. pecu.
gloſſ.ibid in verbo,penitus, text. in d.l.ſi
quis poſthac.C. de bon. proſcript. gloſſ.
ibid.in verbo,dotalium, & Salic.ibd.nu.
2. quem omninò ad hoc vide. Dd. in l.1.
ff.ſolut.matr.vbi ampliſſimè Soci.nu.69.
cum ſeq. an dos confeſſata habeat priui-
legia dotis,& Dd.in l.1.C.de dot.caut.nõ
nume.Bart.in l.2.§.fin.nu.6 ff.ſi cert.per.
Et hoc eſt ſpeciale in dote confeſſata, &
mutuo, vt confeſſio non probet nume-
rationem, ſi opponatur exceptio nõ nu-
meratæ dotis,vel pecuniæ: ſecùs eſt,ſi nõ
ſit oppoſita exceptio, quo caſu creditur
numerata, & ſententia condemnatoria
proferri poteſt. text. in l. ſi ex cautione,
ibi,exceptione oppoſita.C.de nõ numer.
pecu.& in l.aduerſus.C eod.titu. Salic.in
d.l.ſi quis poſt hac,nu.2. Et hæc omnium
maximè procedunt, ſi conſtãte matri-
monio maritus fateatur ſibi dotem da-
tã: quo caſu præſumitur mera donatio,
quę inter coniuges cõſtante matrimonio
prohibita eſt, tex.in l.1. cum duab.ſeq.ff.
de donat.int.vir & vxo. & ſic confeſſio
ſimulata, & in fraudem creditorũ facta,
eſſe cenſetur,per tex.in Authen. Sed iam
neceſſe.C.de don. ante nupt. Barto. ibid.
nu.1.& communiter Dd.Bellonus conſi.
47.nu.4.incip. In cauſa eorum:ſed ma-
teria illa ampla & latè patens eſt,ideò vi-
deantur Dd.in locis allegatis. & Obſeru.
libr. 2. Obſeruat 81. Prætereà ſupradicta
extendenda ſunt, vt non † ſolùm habe- 12
ant locum in dote, ſed etiam parapher-
nalibus,alijsque bonis vxoris, quæ teſta-
mento,vel ab inteſtato,aut alio quolibet

iuſto titulo ad eam peruenerunt, vel à
marito vxori donata ſunt, per tex. in d.l.
ſi quis poſthac, tex. in d.l. res vxoris. glo.
ibid. in verbo, diſſoluitur. C. de donat. in-
ter vir. & vxo. text. ſing. in d.l. vbi adhuc.
C. de iur. dot. Bar. Caſt. & alij in d.l. ſi con
ſtante. vbi Iaſ. num. 3. dicit, vxorem con-
ſtante matrimonio, ob viri inopiam, nõ
ſolùm ad dotem, ſed etiam ad donatio-
nem propter nuptias agere poſſe, quàm
ex pacto, vel ſtatuto ſperabat lucrari, nec
non ad alia bona, quæ præter dotem, pu-
tà paraphernalia, ab vxore marito dan-
tur, iuribus iam allegatis. Panorm. in c.
per veſtras, nume. 12. de don. int. vir. &
vxor. Dd. in §. fuerat. Inſtit. de actio. & in
d.l. 1. ff. ſolu. matr. Bello. d. conſi. 47. num.
1. Quid ergò ſi ſtatuto cautum, vel con-
ſuetudine receptum, aut pactis dotalibus
13 ita conuentum ſit, vt † bona conſtante
matrimonio vndecunque acquiſita, ſint
inter coniuges communia, an generali-
ter omnib⁹ mariti bonis publicatis, vxor
vigore ſtatuti, conſuetudinis, vel pacti,
poſſit præter dotem, donationem pro-
pter nuptias, & paraphernalia, etiam ſe-
miſſem bonorum conſtante matrimo-
nio acquiſitorum vendicare? Non video
cur hoc fieri non debeat, cùm huiuſmo-
di ſtatuta & pacta inter coniuges valeãt,
text. in l. 1. C. de pact. conuen. & tot. tit. ff.
de pact. dotalib. text. in d.l. res vxoris. fa-
cit l. 1. ff. rer. amot. l. aduerſus. C. de crimi.
14 expil. hæred. Et † notum ſit reciprocas
donationes incontinenti inter coniu-
ges conſtante matrimonio factas, ſubſi-
ſtere, vt notat Baldus in l. ſi pater puellæ,
num. 2. C. de inoffi. teſta. Salic. ibid. nu. 1.
Iaſ. num. 2. per illum tex. & tex. in l. quod
autem. §. ſi vir & vxor. ff. de dona. int. vir.
& vxo. & in l. 1. quæ iam nuptæ. ff. eod. tit.
Cæph. conſi. 61. nu. 12. volu. 1. incip. Nobi-
lis. Socin. in regula donatio inter virum
& vxorem in prima fallentia. vbiq; hoc
declarant. Hippol. ſingul. 333. num. 2. in-
cip. Pactum de futura. Roma. ſingul. 820.
incip. Prohibiti. Et in Camera in ardua
quadam cauſa, anno 68. iudicatum fuit,
nimirum quòd vxor, marito condem-
nato, habere debeat ſemiſſem bonorum
ex pactis dotalibus, conſtante matrimo-
nio acquiſitorum. facit ad hoc text. no-
tab. in c. ſignificauit. de donat. int. vir. &
vxor. gloſſ. ibid. in verb. diuiſionem. Po-
teſt etiam † vxor, marito Bannito ob de- 15
lictum, ſeparationem bonorum in Ca-
mera petere, per implorationem officij
nobilis Iudicis: idque in grauioribus de-
lictis, vbi vix vlla futuræ abolitionis &
abſolutionis ſpes ſupereſt, non eſt in-
conſultum, ne bona vxoris cum bonis
mariti pariter periculo & direptioni ex-
ponantur: quæ ſeparatio denegari non
debet, propter ius tacitæ hypothecæ, &
priuilegium dotis, per iura ſuprà allega-
ta, & tot. titu. ff. de ſeparat. bono. Nam
hoc in creditoribus receptum eſt, qui of-
ficio iudicis poſſunt petere ſeparationẽ
bonorum debitoris defuncti, à bonis hæ-
redis inſtituti, ſi metuant hæredem non
eſſe ſoluendo, ad eum effectum, vt facta
ſeparatione bonorum, præferantur in
bonis defuncti creditoribus hæredis in-
ſtituti, per text. notab. in l. 2. C. de bon.
autho. iudic. poſſid. gloſſ. ibid. in verb.
hæreditarijs, & in verbo, cognita, quæ
neceſſaria ad faciendam ſeparationem
bonorum requiſita docet & Specul. titu.
de eo qui mitti. in poſſeſſ. §. 1. nu. 14. for-
mam libelli ponit, quomodo creditor
officio iudicis hanc ſeparationem pete-
re debeat. ad idem eſt tex. ſingula. in l. 3. §.
ſed vtrùm, verſ. magis enim. ff. de mino-
rib. 25. annis. vbi peculium filij ſeparatur,
quando patris bona à fiſco propter de-
bita occupata ſunt, Bald. in l. penult. nu.
4. in fin. C. qui bon. ced. poſſ. vbi dicit il-
lud eſſe mirabile. Quid ſi † vxor ſine do-
te marito nupſerit locupleti, an Bannito 16
marito, vel bonis eius ex delicto fiſco ad-
dictis, poſſit vxor paupercula ex bonis
mariti alimẽta petere. Equidẽ hoc æqui-
tati & rationi conſentaneũ eſſe arbitror,
propter ſeruitia & obſequia, quę conſtan
te matrimonio, vel ante delictũ marito
præſtitit, & honorẽ matrimonij, idq; be-
neficio Authent. præterea. C. vnd. vir &
vxor, vbi communiter Dd. text. in § quia
verò legem, el. 2. Authen. vt lice. mat. &
auiæ. Adhæc maritus vxorem indotatã
alere tenetur, maximè ſi præſciuerit il-
lam inopem, eamq; deſtinata voluntate
ſine dote duxerit. l. quòd ſi nulla. ff. de re-
lig. & ſumpt. fune. Bart. ibid. in princ. Dd.
in l. quod in vxorem. C. de neg. geſt. Barr.
ibid. num. 1. Alex. in l. diuortio, num. 15.
ff. ſolut. matri. Iaſ. ibi. num. 26. l. fin. C. de
diuor. Innoc. in c. per veſtras, de donat.
inter

inter vir. & vxo. nu.3. vbi rationem tra-
dit, cur maritus vxorem indotatam ale-
re teneatur: quia inquit, tali caſu perſo-
nam ſuam pro dote dat mulier, per text.
in Auth. quib.mod.nat.effi.legit.§. quo-
niam autem interpellationibus. gloſſ.
ibid.in verb.quartam, & in §.pen. Auth.
de exhib.& introd.reis. Panor.in c.acce-
dens, nu.6.in fin. de procur. & in c.cùm
cauſa, nu.5. de raptorib. & in c.1.nu.6. de
adult. Alex.cõſi.7.nu.1.cum ſeq.vol.2.in-
17 cip.Viſis & diligenter.Cùm igitur † fiſcus
ſuccedat in locum mariti Banniti vel
proſcripti, occupatis omnibus ipſius bo-
nis, meritò vxori neceſſaria alimẽta prę-
ſtare debet, cui delictũ mariti, quóad ali-
menta & alia iuris beneficia nocere non
poteſt, iuribus ſupr.allegatis, quia nõ de-
bet melioris conditionis eſſe fiſcus, quã
maritus, auctor ipſius, à quo ius in eum
tranſijt, tex.in l.in omnibus.§.nõ debeo.
ff.de reg.iur.& in l.cùm quidam.§.fiſcus.
ff.de vſur.gloſſ.ibid.in verbo, dare:& hę-
res debet vti iure defuncti, licèt ipſe per
ſe ſit priuilegiatus, text.not.in l.in facto.
§.fiſcus.ff. de condit. & demonſt. vbi di-
citur, quòd in fiſcum trãſit legatum cum
onere fideicõmiſſi, & obligationis con-
ditio non mutatur ex perſona hæredis,
text.in l.2.§. ex his igitur.ff. de verbo.ob-
lig.& in l.prętoriæ.§ incertum.ff. de prę-
tor.ſtip.text.in l.cui fundus.ff.de condit.
& demonſtra. gloſſ.ibid. in verbo, ex ac-
cidenti, gloſſ. in l. Polla, in verbo, illi.C.
de his quib.vt indig. idq́ue omnium ma-
18 ximè procedit, ſi † mariti bona pro ali-
mentis tacitè quoque vxori affecta ſint,
quod voluit Bartol in l.ſi cùm dotem.§.
ſin autem, num.7.ff.ſol.matrim. Alexan.
ibid.num.11. Afflict.expreſſè deciſ.10.per
totum, vbi hoc extendit, vt procedat,
etiam eo caſu quo mulier aliunde habet
vnde ſe ſuſtẽtare queat. Idem tenet Gui-
do conſi.127. Bald.in l.vnica.§. & vt ple-
niùs. num. 1.C. de rei vxo. act. Socin. ſe-
nior conſ.41.num.13.vol.4.incip.in præ-
ſenti conſultatione. Angel. in §. fuerat.
Inſtit.de actio.Raph.Cuma in d l.ſi cùm
dotem.§.ſin autem. argumẽto l. Lucius.
ff. qui pot. in pig.hab. Sed communior
opinio eſt in contrarium: quia bona nõ
obligantur tacitè, niſi in caſibus à iure ex-
preſſis, tot.titu.ff.& C.in quib.cauſ. pign.
vel hypo.taci.contrah. ſed hic caſus ali-
mentorum nõ eſt expreſſus: ergo diſpo-
ſitioni iuris communis relinquitur, text.
in l.commodiſſimè.ff. de liber. & poſth.
& in l. quicquid aſtringendæ.ff. de verb.
oblig d.l.ſi cùm dotem.in princip.ita te-
net Specu.tit. de dote poſt diuor.reſtit. §.
formatis.verſ.ſed nunquid, num.15. Bar.
ſibi contrarius in l. Lucius, num.4.ff. de
alimen.& cibar.leg. Imol. in d. l. ſi cùm
dotem.§.item pater. Panor.conſi.43.nu.
3.in fin.part.2.incip.Ex omnibus per par-
tem. Roma.conſil.454.nu.28.Incip.In re
præſenti, vbi communem dicit, licèt Ca-
mera quandoque Barto.& aliorum opi-
nionem tanquàm ęquiorem & fauora-
biliorem ſecuta ſit. Poſtremò pro con-
firmatione prędictorum facit quod ſcri-
bit Bald. in l. ſi pater dotem, num 9.C.de
dot. promiſſ. vbi dicit, quòd bonis † pa- 19
tris cõfiſcatis, fiſcus filiam ex bonis pub-
licatis dotare teneatur, idem notat Af-
flict in c.1.in glo.3.num.80.quæ ſit prima
cauſa benefic.amit quia dos ſuccedit lo-
co legitimæ, & alimentorum, quæ liberis
ex delicto patris auferri nõ debent, Alex.
d.conſ.7.nu.5 tex.in l.quiſquis.§.ad filias.
C.ad l.Iul.maieſt, Ferra. in forma inqui-
ſitionis, in verb.tranſeat, num.2.vide Za-
barel.in Clem.Paſtoralis, num.15.de ſent.
& re iudi.Spec.tit.de execut.ſent.§.ſequi-
tur videre, num.11. vbi omninò vide, an
filio damnato, patre viuente, executio
fieri poſſit in legitima.& Bart.in l.ſi fini-
ta.§.ſi de vectigalibus, nu.13.ff. de damn.
infect. Sed quid ſi † mulier ſciẽs prudenſ- 20
q́ue contrahat matrimonium cum viro
Bannito, doteq́; ei adferat qualemcun-
que, an poſteà cõſtante matrimonio pœ-
nitentia ducta, dotem ab eo tanquã pro-
ſcripto, & ſic ad paupertatem vergente,
adeoq́; ciuiliter mortuo repetere poſſit?
Non puto: imò potius dotem amittere,
eaq́; fiſco addici deberet, quòd de indu-
ſtria communem Imperij & omnium
hoſtem, atq; proinde iam antea faculta-
tibus lapſum maritum indignè & teme-
rariè elegerit, conſtitutionesq́ue Imperij
ſciens prudensq́; contemptui habuerit:
infirmitati enim fœminarum, non cal-
liditati & malitiæ iura ſubueniunt, text.
l.2.in fin.ff.ad S.C. Vellela. text.not.in l.
in eo quod plus.§.fin.ff.de regul.iur.facit
tex.in l.2.& in l.3.C.ſi mi.ſe maio.dixe.l.ſi
decipiendi.ff. ad S.C. Velleia. text.in l. ſi

fine,in fin.C.co.tit.Certum eſt,bannum,
ſiueaquæ igniſq́; interdictionem, matri.
monium ritè contractum non diſſolue.
re,tex.in d.l.res vxoris §.ſin autem.C. de
donat.int.vir.& vxo.& in l.1.C.de repud.
imò ſceleratè & improbè ſaceret vxor, ſi
ob calamitatem mariti, diuerteret à ma.
rito,vt dixi ſupr. eod. cap. 10. Sed neque
impedit Bannum matrimoninm con.
trahi,cùm ſit inris diuini,& ſolo conſen
ſu contrahentium perficiatur,c.ſufficiat.
27.q.2.c.1.de ſponſalib.l.nuptias.ff.de re.
gul. iur. cum ſimilibus. attamen contra
honeſtatem publicam & conſtitutiones
Imperij contractum, legitimis pœnis ci.
uilibus meritò ſubijcitur,hoc eſt,vt repe.
titionē dotis amitrat,eodemq́; loco,quo
maritus Bannitus habeatur,idq́; propter
ſcientiam Banni,quæ legis contemptum
arguit.Ad quod facit,quòd iure Canoni.
21 co † mulier ſcienter hęretico nubens do.
tem amittat,eaq́; fiſco applicetur,p text.
in c.decreuit,de hæretic.lib.6. Alex.in d.
l.ſi conſtante.Iaſ.ibid.num.187. Præterea
magis communis opinio eſt, mulierem
ex propoſito cum inope marito matri.
monium contrahentem, non poſſe re.
petere dotem : quia nemo videtur frau.
dare eos, qui ſciunt & conſentiunt, text.
in l. nemo videtur.ff.de regu. iur. & in c.
22 ſcienti,eod.tit.lib.6. & † mulier de indu.
ſtria inopi marito nubēs, eius mores ap.
probare cenſetur:vnde ſi læditur,non ab
alio, ſed à ſeipſa læſa intelligitur, text.in
l.inter cauſas §.abeſſe.ff.mand. text. in l.
ſi legibus.C.de epiſc. aud. & in l. promit.
tendo.§ ſi à debitore.ff. de iur.dot. Bald.
in Auth.quod locum, nu.10.C. de colla.
Iaſ.in d.l.ſi conſtante, nu.171.cum ſeq.ff.
ſolu.matrim. vbi magis communem di.
cit , & pluribus rationibus hoc confir.
mat.Ioan.Andr. ad Specul.tit.de donat.
int.vir.& vxor. aliâs titu. de dot. poſt di.
uor.reſtit. §.fi.nu.18.in verb.vergēte. Dd.
communiter in d. l. ſi conſtante. Prædi.
cta omnia de dote, alijsq́; bonis,ob Ban.
num mariti repetendis, intelligēda ſunt
de Banno delicti, quādo maritus ob vio.
latam pacem publicam in Bannum de.
claratus eſt : ſecùs ſi ob ſolam contuma.
ciā bannitus ſit, qnia talis ſententia Ban.
ni eſt interlocuroria, & purgata contu.
macia ſtatim abſolutio ſequi poteſt, vt
dixi ſup.eod.cap.6. niſi tam obſtinata ſit
contumacia Banniti, vt etiam poſt factā
immiſſionem ex primo decreto, ſecun.
dum decretum patiatur, den einſatz auß
anderer erkhentnuß/dominiumq́; ſuarum
rerum amittat, vt norant plene Dd. in l.
ſi finita.§.Iulianus.ff.de damn.inſect.vbi
latè Bart.Spec.d.tit.de primo & ſecundo
decreto.& tit.de execut.ſent. glo. & Dd.
in c.prout.de dol.& contu.& in Authen.
qui ſemel.C.quom.& quan.iud.tot.tit.ff.
& C. de bon. autho. iud. poſſid. Ordin.
part.3.titu.43.§.3. & tit.48.§. Vnd ſo alſo.
Maran.par.6.nu.12. cum ſeq.titu.de con.
tum. Nam finis ſpectandus eſt,vtrùm ex
tali Banno, vel eius executione maritus
ad paupertatem vergat,nam quomodo.
cunque hoc fiat, & ex quacunque cauſa
repetitioni dotis conſtāte matrimonio
locus erit, d.l. ſi conſtante, & d.l. vbi ad.
huc.C.de iur. dotium. & d.c. per veſtras.
ext.de dona inter vir.& vxo.vbique Dd.
finis † enim deſignat, qualis res cenſen. 23
da ſit,magiſq́; conſiderandus finis,quàm
principium, text. in Authent.de nupt.§.
quia verò hactenus, gloſſ. ibid. in verbo,
euentus,texr.in c.frarernitatis §.fin.in fi.
de frigid.& malefi.text.in l.ſed & ſi quis.
§.fin ff. de vſufr. & in l.1.§.fina.ff.de dot.
præleg.Afflict.in c.1.§. ſi quis hominem,
num.25.de pac.tenen. Pariſ.conſi.78. nu.
13.volum.1.incip. Magnificus dominus.
Porrò, quemadmodum † delictum ma. 24
riti non nocet vxori,text.in d.l.ob mari.
torum.C. ne vxor pro mari. ita è contra
delictum vxoris marito quóad lucrum
dotis, fraudi & nocumento eſſe non de.
bet, quia peccata ſuos tenent authores,
text.in d.l. ſancimus.C. de pœnis. & per
iura ſuprà inirio allegara, & ideò † vxo. 25
re damnata,non publicatur dos, Bart.in
d.l.ſi finita.§. ſi de vectigalibus, num. 12.
Alex.& alij ibid.& in l.ſi maritus.ff.ſolu.
matr. Fallit in quinque caſibus, vtputà
crimine læſæ maieſt. vi publica, parrici.
dio,veneficio, & de ſicarijs, per text. in l.
quinqne legibus.ff. de bon. damnato. &
ibid. Bart.qui hoc declarat quomodo il.
lud accipiendum ſit.Nell.in trac.de Ban.
nitis,In prima parte ſecundi tempo.quæ.
ſtio.28.per totam.Boſſi.tit.de bono.pub.
lic.nnm.37.vbi dicit ita communiter ob.
ſeruari facta condemnatione conſtante
matrimonio.

CAPVT

CAPVT XVII.

De executione Banni.

SVMMARIA.

1 *Sententia debet habere executionem paratam.*
2 *Bannum contumaciæ differt à Banno delicti in modo exequendi.*
3 *Immiſsio in bona Banniti quomodo facienda.*
4 *Executores Banni Imperialis ſunt illi ſub quibus bona Banniti ſita ſunt.*
5 *Iuriſdictiones confundi non debent.*
6 *Bona banniti in quibus facienda executio, ſpecificè denominari debent.*
Executio debet eſſe certa, ibid.
7 *Libellus generalis, & ſententia generalis valent in actionibus vniuerſalibus & generalibus.*
8 *Forma ſententiæ pro immiſsione facienda in bona Banniti.*
9 *Fructus dicuntur deducta impenſa.*
10 *Executio non poteſt fieri in bona Banniti à tertio poſſeſſa.*
11 *Executio non poteſt fieri contra non citatum.*
12 *Sententia eſt ſtricti iuris, & non extenditur ad tertium.*
13 *Mandata cum clauſula in Camera contra tertium poſſeſſorem bonorum Banniti decerni poſſunt.*
14 *Reſcriptum principis contra tertium poſſeſſorem nō valet.*
15 *Reſcripta principis ita intelligenda vt nemini iniuriam faciant.*
16 *Feudum in cauſam iudicati capi poteſt.*
17 *Fructus feudi alienari & obligari poſſunt.*
18 *Feudi commoditas in dotem dari poteſt.*
19 *Fructus feudi à ſolo ſeparati non ſunt feudales.*
20 *Vſufructuarius ſui vſusfructus dominus eſt.*
21 *Executio rerum feudalium quomodo fiat ex conſtitutione fractæ pacis.*
22 *Forma ſententiæ immiſsionis in bona allodialia Bānniti.*
23 *Neceſſarij proceſſus qui dicantur in Camera.*
24 *Mandata executorialia ſub pœna Banni, quandò contra deputatos executores decerni queant, & de forma pronunciandi.*
25 *Executores pœnalib. mandatis compelli poſſe.*
26 *Executores Banni ſe excuſare poſſunt à neceſsitate exequendi.*
27 *Executor ob quatuor cauſas ſe excuſare poteſt.*
Difficultas excuſat à pœna. ibid.
28 *Circulorum præfecti quandò ad executionem Bāni vocandi ſint.*
29 *Bellum licitè mouetur pro executione ſententiæ, & iuſtitiæ.*
30 *Conſtitutiones Imperij executionum paratam habere debent.*
31 *Executio in bonis Banniti extra Imperiū ſitis quomodo facienda.*
32 *Iuriſdictio vna per aliam adiuuari debet.*
33 *Brachium ſeculare quomodo inuocandum.*
34 *Brachium Cæſaris quomodo in Camera imploretur.*
35 *Litera mutui compaſſus quando neceſſaria.*
36 *In executione Banni non obſeruatur ordo iuris communis.*

SEntentia † quæ in rem iudicatā 1
tranſiuit requirit executionem,
aliâs eluſoria redditur: Vnde ru
brica inſcribitur extra, de ſentētia, & re
iudicata, itē ff. de re iudi. & effectu ſenten
tiarū, & C. eod. tit. nā res iudicata nō de
bet carere ſuo effectu, & legis atq; conſti
tutionis virtus & finis in executione cō
ſiſtit, tex. in c. cū aliquibus, de ſenten. & re
iudic. & in l. 2. C. de execut. rei iudi. tex. in
l. 4. §. ſi ex cōuentione, ff. de re iud. & in l.
ſi cauſa cognita, C. de trāſac. tex. in l. epi
ſcopale, C. de epiſcop. audiēt. vbiq; dici
tur rē iudicatā habere executionē paratā.
Spec. ad rubr. de execut. ſenten. nu. 1. Or
dina. par. 3. tit. 48. §. 1. & parū eſt iura cōde
re, niſi ſit qui eadē tueatur, & executioni
demādet, tex. in c. vbi periculū, §. præter
ea, de elect. in 6. & in c. vnico, §. & quoniā
de ſtatu regulariū, eod. lib. text. in l. 2. §.
poſt originē, ff. de orig. iuris. Videndum
igitur de executione ſentētiæ Bāni, Et in
primis meminiſſe oportet, inter † Ban 2
nū cōtumaciæ & Bannum delicti quóad
executionem hoc diſcriminis eſſe, ꝙ pri
mo caſu neceſſaria ſit immiſſio in bona
Bāniti: altero caſu nō requiratur immiſ
ſio, ſed regia via ꝑ executores ſit execu
tio ſentētiæ in bona Bāniti, quæ offenſo
tradūtur, vel ab executoribus deputatis
occupātur, vt ex ijs ſatisfiat offenſo. Hæc
differentia notatur in Ordinatione Ca
meræ. par. 3. tit. 43. §. 3. & tit. 48. §. Vnd ſo
alſo / vtrobiq; de executione Bāni ob cō
tumaciā. itē tit. 49. §. 1. vbi de executione
Banni ob delictū diſponitur. Sed tamen
in modo petendi executores nihil inter
vtrunq; Bannum diſcriminis eſt. Ad ꝓ
ceſſum verò † immiſſionis & executio 3
nis Bāni ſpectat, vt actor iudicialiter ſcri
pto, bona Banniti in ſpecie deſignet, in
quibus hanc immiſſionem, & executio
nem fieri velit, & ſub cuius iuriſdictione
bona ſita ſint, an ſint allodialia vel feu
dalia, immobilia, vel mobilia, vt ordo
executionis obſeruetur, iuxta notata in
l. à Diuo Pio, §. in vēditione, & in §. ſi ſu
per rebus. ff. de re iudi. & ibid. cōmuniter
Dd. & in l. debitoribus, ff. eod. tit. vbi pul
chre. Iaſ. etſi ordo iuris cōmunis in Ban
nitis Imperij non obſeruetur, cùm om

nia eorum bona periculo, & paratæ exe-
cutioni exponantur, ſicut ex formula de-
nunciationis conſtat ſupr. eod.libr. cap.
6.facit text.in c.fœlicis, de pœnis in 6. &
in d. c. vbi periculum. §. ipſos inſuper.
Ad hęc ideò ſpecialis deſignatio bono-
rum requiritur, vt certi executores dari
4 queant: nam in Imperio in † huiuſmo-
di cauſis fractæ pacis, non dantur alij ex-
ecutores, quàm illi magiſtratus, ſub quo-
rum iuriſdictione bona ſita ſunt, ne iu-
5 riſdictiones † confundantur, quod fieri
non debet, per text.in c.peruenit. 11. q 1.
& in l. nemo. C. de iuriſdict. omn. iud.
gloſſ. ibid. in verbo, auxilium, text.in l.
nulla. Authent. de defenſoribus ciuita.
Guido deciſ.436.numer.3.& ne ex litibus
lites exoriantur contra tex.in l.termina-
6 to.C.de fruct.& lit.expenſ. Itaque ſi † ſpe-
cialis deſignatio exhibita non ſit, ſed
tantùm generalis, pronunciari ſolet hoc
pacto:

In der Execution ſachen A. Clegers wider
B. erklerten Echter/iſt erkhendt/ſo fern be-
melter cleger / gedachts Echters gutter
fromlich / vnnd vnderſchidlich benennen
wurde/das als dann auff ſein ferner anruf-
fen/begerter einſatzung/ vñ Execution hal-
ben/ergehen ſoll was recht iſt.

Latinè:

In cauſa executionis A. actoris, contra
B. Bannitum, decernimus, quatenùs di-
ctus actor Banniti bona ritè & ſigilla-
tim nominauerit, quòd tunc ad vlterio-
rem ſuam inſtantiam, ratione petitæ im-
miſſionis fieri debeat quod iuris eſt. Exe-
cutio enim debet eſſe certa, & ideò certa-
rum rerum deſignatio requiritur, iuxta
notata Barto.in l.4 §.ſi ex conuentione,
num.1.ff.de re iudic.& in l.2.num.3.C.de
ſenten.quæ ſine certa quantit. proferun.
Afflict.deciſ.35.num.4. Bald.in l.1. nu. 7.
ff.de eden. vbi omninò vide. Et licèt in
actionibus vniuerſalibus & generalibus
7 † libellus generalis valeat, & ſententia
generalis proferri poſſit.tex. in l. nō poſ-
ſumus. ff. ſi pars hæred.pet.gloſſ. notab.
ibid.in verbo, pro indiuiſo: tamen in ex-
ecutione res ſpecificari debent, aliàs nō
poteſt fieri executio, text.in l.licèt. C. de
iudic.gloſſ.ſing.in l.1.in verbo, vt perin-
dè.ff.de edend. Alexand.ibid. nume.20.
cum ſequen. & communiter Dd. gloſſ.
in d.l.2.in verbo, iuſſit.gloſſ.notab. in c.
penult.in verbo, ſignificantibus, de libel.
oblat.vbi pleniſſ.Soc.num.16. cum ſequ.
gloſſ.in c.conquerente.in verbo, ſpecifi-
catas, de offic.iud.ordi.text.in l.4. & in l.
ſi quo tempore.ff.de petit.hæred. Afflict.
d.deciſ.35.Petr.Iacob.in ſua pract. ſub tit.
de petit.hęred.nu.6. Datur igitur ſuppli-
catio pro mādato immiſſorio, vnà cum
deſignatione bonorum Banniti, vt an-
teà dictum eſt. Facta autem ſpecifica bo-
norum deſignatione, Executores per ſen
tentiam deputantur, & immiſſio atque
executio in hac † forma decernitur. 8

In der Execution ſachen C. vñ ſeiner mit-
kriegsuerwandten/ auch des Kayſerlichen
Fiſcals fur ſeine Intereſſe Clegern eins/
wider D. erklerten Echter/anders thails/
ſeyndt gedachte Cleger/ in ermelts Echter
haab vnd gütter/in der ſpecification ſchrifft
N.tagh einkhommen/ benendt/ſouil derſel-
ben gutter des erklerten Echters aigen / ſo-
uil aber lehen gutter ſeien/ in die abnutzung
derſelben/des Echters lebenlang/ ſo vil de-
ren vber notturfftigt verſehung/ vnd beſtel-
lung vberig ſein mogen/ mit gerichtlichem
decret/ vnnd vrthel hiemit immittiert/ vnd
eingeſetzt/vnnd ihnen darauff zu executorn
herrn E. Biſthouen zu F. Herrn G. Marg-
graffen zu H. vnd herrn J. Landtgraffen zu
K. doch zu ihr ieder / auff die angezogene
gutter/ſouil dern vnderen jhr jedes Obrig-
keit gelegen/gegeben vnd verordnet.

Latinè:

In cauſa Executionis C. & conſor-
tum, nec non procuratoris fiſci, pro
ſuo intereſſe, actorum ex vna, contra
D. declaratum Bannitum ex altera par-
tibus, dictos Actores in præfati Banni-
ti bona propria iuxta deſignationis ſche
dulam N. die exhibitam: quo verò ad
feudalia in perceptionem fructuum eo-
rundem, deductis tamen neceſſarijs im-
penſis, quóad vixerit Bannitus, hac no-
ſtra ſententia immittimus, & pro Exe-
cutoribus dominum E. Epiſcopum, do-
minum H. Marchionem, & dominum
I. Landtgrauium ſingulos quóad bona
ſub qualibet eorum iuriſdictione ſita,
damus, & ordinamus. Impenſarum, quó-
ad bona feudalia, ideò deductio fit, quia
fructus † propriè non dicuntur, niſi illi, 9
qui deducta impenſa ſuperſunt, text.in l.
fructus.ff.ſolut.matrim. intellige de im-
penſis, quæ fiunt fructuum gratia, text. in
l.diuor-

l.diuortio.§ impendia.ff.ſolut.matrim.
& in l.ſi à patre.§.pen.ff. de petit. hæred.
gloſſ.in d.l.fructus. in verbo, impenſa.
glo.in c.grauis,in verb. fructus. de reſtit.
ſpoli.nullus enim caſus interuenire po-
teſt, qui hoc genus deductionis impedi-
at,text.not.in l.fundus qui,ff.famil. her-
ciſ.vide Obſer.lib.2.Obſeruat.121.in fine
de impenſis vtilibus & neceſſarijs. Sed
10 quid ſi † tertius tẽpore executionis poſ-
ſideat bona Banniti iure obligationis,
vel quolibet titulo iuſto, vel iniuſto, an
hoc caſu immiſſioni & executioni in
iſtis bonis locus erit? Minimè gentium,
quia tertius pro ſuo intereſſe poteſt im-
pedire rei iudicatę executionem ratione
ſuæ hypothecæ, ſi de ea legitimè doceat,
d.l.à Diuo Pio.§.ſi ſuper rebus, verſi. ꝙ
ſi res fuerit pignorata. Iaſ.ibid.num.1.&
11 num.7. Prætereà † executio contra terti-
um nõ citatum, neque in iudicio nomi-
natum fieri nõ poteſt, tex.in l.cùm quæ-
ritur, cum l. ſequ. ff. de except.rei iudic.
quia res inter alios acta tertio præiudica-
re nõ debet, tex.in l.1.ff.d.tit.& tot. tit.C.
res inter alios acta.&c.tex.in l.ſæpè,ff.de
re iudic.cuius regulæ ratio eſt, tum quia
non debet alteri per alterum iniqua con
ditio adferri, tex.in l.nõ debet.ff.de regu.
12 iur.cum ſimilib. tum etiam, quia † ſen-
tentia eſt ſtricti iuris, & nõ poteſt extẽdi
ad alios, qui non fuerũt in iudicium vo-
cari, neque in eo vnquàm nominati, tex.
in l.rei iudicatæ,ff.de except.rei iudic. &
in d.l.à Diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.ff de re
iudic.Zaſ.in d.l.ſæpè,nu.11. vbi commu-
niter Dd. Maran.par.6.titul.de executio.
ſenten.num.32.Caſt.conſi.87.nu.3. par.1.
incip.In cauſa quæ vertitur, Bald. conſil.
149.par.3. per totum. incip. Proponitur
quòd quędam, vbi decidit, miſſionem in
poſſeſſionem feudi à tertio poſſeſſi non
valere, per tex.in l.2.C.ſi propt.publ.pen
ſitatio.glo.ibid.in verbo, præſente.Bald.
ſimiliter, num. 1. text. in c. licèt epiſco-
pus, de præbend. in 6.glo.ibid. in verb.te
non vocato. Innoc.in c.inter quatuor,
13 num.2. de maior. & obed. Et ideo in †
Camera tali caſu contra tertium poſſeſ-
ſorem mãdata de reſtituẽda re poſſeſſa,
cum clauſula tamẽ iuſtificatoria decer-
nuntur: idq; etiam eò caſu, quo poſſeſſor
Cameræ iuriſdictioni immediatè ſubie-
ctus non eſſet, quod admittitur propter
continentiã cauſæ, ne illa diuidatur, &
actor alibi nouum proceſſum inſtituere
cogatur, text. in l. nulli.C.de iudic.Dd.
ibid.& in l.1.ff.de quib.reb.ad eund.iudi.
eatur. Clauſula ideò mandato adijcitur.
quia ſine cauſæ cognitione ſua poſſeſſio-
ne tertius priuari nõ debet, & ſi fiat, tan
quã ſpoliatus ante omnia reſtituẽdus eſt,
tex.in c.volumus.16.q.4.glo.ibid. in ver-
bo, poſſeſſum.tex.in c.placuit,16.gloſſ.in
d.l.2.C.ſi propt.publ.pẽſita.Rota deciſi.
25.de ſent.& re iudic.in nouis. Imò † re- 14
ſcriptum vel mandatum principis con-
tra tertium poſſeſſorem, ipſo iure nullũ
eſſet, per text.in l.fin. C. ſi per vim vel a-
lio mod.& in l.meminerint.C. vnde vi,
tex.in l.ſi quis in tantam.C.eod.tit.Alex.
conſi.5.nu.1.volu.2.incip.In cauſa & lite.
& conſ.108.nu.5.volu.6. incip. viſo pro-
ceſſu, tex.in d.c.licèt epiſcopus. Sunt e-
nim † reſcripta principis cum iuſtitia, & 15
ita intelligenda, vt nemini iniuriam fa-
ciant, tex.in l.ex facto. ff. de vulg. & pu-
pil.& in l.nec auus.C.de emancip. liber.
& tex.in c.ſuper eo, de offic.deleg.Panor.
ibid.num.2. Intentio enim Principis ta-
lis eſſe prǽſumitur, qualis eſt legis ſcri-
ptę, & rationis naturalis, vt dicit Deci.
conſil.11.num.3.cum ſeq. incip. Quoniã
iudicantium, & conſi.209. num.5. incip.
In caſu propoſito. vbi multa allegat. Er-
go audiri debet poſſeſſor antequam ſua
poſſeſſione priuetur, quo iure poſſideat,
an ſuo, vel Banniti nomine, an in fraudẽ
legis & cõſtitutionis alienatio facta, vel
poſſeſſio in alium translata ſit, iuribus
ſupr.alleg.& de modo procedendi con-
tra tertium, vide omninò Bartol.in d.l.à
Diuo Pio.§.ſi ſuper rebus, num.7.& in l.
creditores.C.de pignorib.Ang.& Dd. in
§.item ſi quis in fraudem.Inſt. de act.vbi
dicitur, quod prius debeat agi actione in
factũ reuocatoria, antequã fiat executio
contra poſſeſſorem.Bart.in d. §. ſi ſuper
rebus. quod verum ſecundũ Iaſ. & Zaſ.
ibid.num.7.ſi alienatio facta ſit ante li-
tem motam: ſecùs ſi poſt litem inſtitu-
tam, quo caſu recta via executio con-
tra tertium fieri poſſet, abſque vlla
actione reuocatoria contractus, Iaſ.in
d. §. ſi ſuper rebus, numer. 10. vbi com-
munem dicit. Hinc eſt quòd in ſenten-
tia executionis Banni, tertio ius ſuum
expreſsè reſeruetur, vt infrà in formula
ſenten.

ſententiæ videre eſt. Ex recitata quoque
ſententia executionis Banni, perſpicu-
um eſt, in feudo pignus iudiciale contra-
hi poſſe, & ita ſe habet communis opi-
nio, etiam ſine conſenſu domini, putà
in defectum aliorum bonorum propri-
16 orum. Nam victor in† poſſeſſionem bo-
norum feudalium ex cauſa iudicati mit-
ti poteſt, quæ quidem immiſſio non trãſ-
fert ius feudi, neque vtile dominium in
creditorem, ſed tãtùm commoditatem
rei feudalis, quia percipiet reditus & fru-
ctus ex re feudali, quę vtilitas & commo-
ditas morte vaſalli debitoris exſpirat, &
feudum ad dominum, vel agnatos,
pro qualitate feudi, redit, ſoluto enim
iure datoris, ſoluitur ius acceptatoris,
tex. in l. lex vectigali fundo. ff. de pign. &
hypoth. & in c. 1. §. rurſus. de controu. in-
ueſtit. Ita tenent Iſern. in c. 1. §. quid ergò,
de inueſti. de re alien. fac. nu. 4. cum ſeq.
Aluar. ibid. nu. 3. Præpoſ. nu. 2. Iacobi. de
S. Georg. in verb. & dicti vaſalli, num. 39.
Bart. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. nu.
5. ff. de dam. infect. Alexan. ibid. nume. 18.
Aluaro. in c. 1. nu. 16. de proh. feud. alien.
per Fred. Cur. in tract. feud. par. 4. nu. 102.
Et aliàs licèt feudum alienari, vel pigno-
ri obligati nequeat, text. in c. Imperialẽ,
de prohib. feudi alien. per Freder. cum ſi-
17 milibus, tamen † fructus feudi, acceſſio-
nes, & emolumenta rectè alienari & ob-
ligari poſſunt: Bart. in l. ſi is qui. nu. 2. ff.
de pignor. Iaſ. in §. item Seruiana. nume.
104. Inſtit. de act. cum allegatis ibid. quia
nullum fit præiudicium agnatis: nam
morte concedentis omnia extinguun-
tur, tex. in d. l. lex vectigali, & feudum àd
agnatos recto tramite tranſit. Hinc quo-
que eſt, quòd ex communi Dd. opinione
18 † commoditas rei feudalis ſine conſen-
ſu domini in dotem dari poſſit, hoc eſt,
vt maritus fructus ex re feudali tantiſper
recipiat, donéc & quouſq; vixerit ſocer,
cuius morte ius percipiendi fructus ex-
ſpirat: quia nemo plus iuris in aliũ tranſ-
ferre poteſt, quàm ipſe habet, tex. in l. ne-
mo plus iuris. ff. de reg. iur. & in c. nemo
poteſt plus, eod. titul. in 6. Ita tenent Præ-
poſit. in c. 1. §. donare, num. 1. qualit. olim
feud. alie. pote. Zaſ. in tracta. feud. part. 9.
nu. 7. Cutt. loco citato, nu. 39. vbi opinio-
nes refert. Alex. preclarè, conſi. 18. per to-
tũ, vol. 5. inclp. Attentis narratis. Schurff.
pulchrè conſil. 23. num. 5. centur. 1. incip.
Quòd illuſtres. Quò pertinet, quòd † fru- 19
ctus feudi, poſtquàm à ſolo ſeparati ſunt,
non dicantur feudales, ſed proprij patri-
monij & allodiales, tex. in c. 1. an agn. vel
fil. Cur. in 2. parte tertiæ par. principa. nu.
47. Præterea vaſallus inſtar vſufructua-
rij eſt: tex. in c 1. §. in primis, in quib. cauſ.
feud. amitta Iaſ. in proœmio feudo. nu. 18.
Bal. in l. cùm oportet. nu. 18. C. de bo. quæ
liber. ar † vſufructuarius ſui vſusfructus
dominus habetur, proindè commodita-
tem, omnemque vſusfructus vtilitatem
vendere, vel pro ſuo arbitratu locare po-
teſt, tex. in l. qui vſumfructum. ff. ſi vſuſ-
fructus pet Barr. ad rubr. C de vſufru. nu.
2. & appellatione domini fructuarius
quoque continetur, tex. in l in venditio-
ne. ff. de bon. auth. iudic. poſſid. Obſer-
uanda tamen differentia inter ius com-
mune, & Conſtitutionem Imperij pacis
publicæ, quoad † executionem rerum
feudalium, quòd poſſeſſio rei feudalis
iure cõſtitutionis in offenſum nõ tranſ-
feratur, ſed domino tradatur, vti ex re-
citata formula ſententiæ immiſſionis,
& executionis videre eſt: ſed iure com-
muni victor feudi poſſeſſiionem adipi-
ſcitur, fructuſque ipſe percipit, ſicut an-
tea dictum eſt. Quòd ſi victor vel actor
in deſignationis ſchedula nulla bona
feudalia expreſſerit, quia † Bannitus nul- 22
la habet, tunc hoc modo pronunciatur:
In der Acht vnnd Execution ſachen/ N.
Cleger wider P. erklerten Echter / iſt er-
khendt/ das gedachter Cleger in die gütter/
in der Specification O. tagh einkhommen
benent/ zu immittieren/ vnnd einzuſetzen
ſey/ Als wir jhnen auch hiemit immittiert/
einſetzen/ vnd daran jr herrn N. Marggraf-
fen vnd M. Graffen/ zu Executorn/ wie ge-
petten/ verordnen/ vnd derſelben notturff-
tige proceß erkhennen.

Latinè:

In cauſa Executionis Banni N. Actoris,
contra P. declaratum Bannitũ, decerni-
mus, dictum Actorem in bona, in deſi-
gnationis ſchedula O. die producta, no-
minata immittendum eſſe, prout eum
hac noſtra ſententia immittimus. Et N.
Marchionem, & M. Comitem pro Exe-
cutoribus deputamus, deſuper neceſſa-
rios proceſſus decernendo. Neceſſarios
† proceſſus intellige mandata pœnalia, 23
execu-

executorialia, quibus deputatis Executoribus ſub pœna pecuniaria, cum clauſula tamen iuſtificatoria, mandatur, vt immiſſionem & executionem demandatam in bona Bāniti faciant: idque intra tempus iudicati, quod in Camera cōſueuit eſſe ſex ſeptimanarum, & triū dierum, licèt de iure communi ſit quadrimeſtre, tex. in l. 2. & in l. 3. C. de vſur. rei iudic. gloſſ. & Dd. ibid. Iaſ. in d. l. debitoribus, nu. 3. ff. de re iudic. vbi omninò vide practicam faciendi executionem, & de temporibus executionū, quam immiſſi-
24 onem, & † demādatam executionem, ſi facere obſtinatè recuſent, aut in mora ſint, nullasq́; legitimi impedimenti cauſas, quod facere poſſunt, vt infrà dicetur, ſtatuto & præfixo termino allegent, poſſunt etiam, petente actore, arctiora mandata ſub pœna Banni contra ipſos decerni, ſub euentuali comminatione, vt vocant, hoc pacto:

In der Execution ſachen N. Cleger wider C. erklerten Echter/auch N. vnnd M. hertzogen als Executorn beclagte/ iſt der beſchaidt/ das gedachte Hertzogen/ in die peen der außgangenen/verkhundten/ vnnd widderumb gerichtlich einkhommen Kayſerlichen Executorialn einuerleibt/ noch zur zeit nicht zu erkleren/ ſonder derſelbigen bey darin beſtimpter peen/ vnnd in zeit zweier Monaten den negſten/ ſo jhnen darzu von Ampts wegen angeſetzt/ mit wircklicher immiſſion/ vnnd ein antwortung deren darin benanten güttern/ (doch menniglich ſein recht/ vnnd gerechtigkeit an denſelbigen hiemit außtrucklich vorbehalten) alles jhres jnhalts nochmals zugehorſamen vnnd zugeleben ſchuldig ſeyen/ mit dem anhang/ wo ſey dem alſo nit nathkhommen würden/ daß ſey jtzt als dann/ vnnd dann als jtzt/ in bemelten Executorialen einuerleibte peen/ declariert/ ferner proceß/auch erkhendt/ daß ſie gedachtem Cleger die coſten derhalben auffgelauffen/ nach rechtlicher meſſigung zu entrichten vnnd zu bezalen ſchuldig ſein ſollen.

Latinè.

In cauſa Executionis N. actoris contra C. declaratum Bannitum, nec non N. & M. duces Executores reos, pronunciamus, dictos duces in pœnas emanatarum, executarum, & reproductarum Imperialium Executorialium nondùm declarandos eſſe, ſed quòd ijſdem adhuc ſub comminata pœna, intra duos menſes proximos, quos ipſis ex officio præfigimus, reali immiſſione & traditione bonorum nominatorum (ſaluo tamen cuiuslibet iure) parere debeant, ea comminatione, niſi ita egerint, quòd nunc, prout ex tunc, & tunc, prout ex nunc, in dictas pœnas Executorialium declarati, & vlteriores proceſſus decreti eſſe: prætereà expenſas deſuper factas, præfato actori, ſaluo noſtro iudiciali moderamine, refundere debeant. Vlteriores proceſſus, intellige de pœna Banni, putà de mandato arctiore ſub pœna Banni.
Et ſic obſerua, Executores † mādatis pœ- 25
nalibus ad faciendam executionem demandatam compelli poſſe, eò quòd munus executionis publicum & neceſſariū ſit, ad quod quis compelli poteſt, tot. tit. ff. de muneri. & honorib. text. in l. munerū. §. iudicandi. ff. eo. tit. & in l. pen. §. q. aūt. ff. de vacat. & excuſat. Feli. in c. ſi pro debilitate, nume. 9. de off. deleg. Et ita lege Imperij expreſsè prouiſum, & ſancitū
eſt in locis infrà citatis. Sed nunquid † 26
Executores iuſtis ex cauſis ſe ab hoc munere, & onere executionis excuſare poſſunt? Vtique poſſunt, per tex. notab. in l. ſi longius, ff. de re iudic. text. in l. iudex. ff. eod. titul. text. in l. penultim. ff. de vacat. & excuſat. mune. text. in d. c. ſi prò debilitate. Felin. ibid. nume. 4. in fine. & in l. ſancimus. la. 1. C. de aduocat. diuerſo. iudicio. gloſſ. ibid. in verbo, arbitrium. text. in l. non ſolùm. §. final. ff. de excuſat. tuto. & ideò huiuſmodi mandatis executorialibus inſeri ſolet citatio ad docendum intra certum terminum de paritione, vel allegandum cauſas quare parere non teneantur. text. in c. veniens, §. fin. de accuſat. ibi, citationem & purgationem, gloſſ. ſingu. in c. vnico, de ſagittarijs, in verbo, ſub anathemate, Barto. in l. vnica, num. 13. ff. ſi quis ius dicen. non obtempera. In Ordinatione
† Cameræ part. 3. titul. 49. §. Ferner/ & §. 27
Nemlich. quatuor potiſſimum cauſæ excuſationum proponuntur, quarum prima, ſi executio facienda ſit contra inſignem, & potentem aliquam Rempublicam, Imperio mediatè, vel immediatè ſubiectam. Altera, ſi Bannitus caſtrum muni-

muniriſſimum poſſideat, vndè facilè ex.
pugnari nequeat. Tertia, ſi contra Prin.
cipem Electorem, aut alium Principem,
vel Statum Imperij, eccleſiaſticum, vel
ſecularem, executio demandata ſit. Vlti.
mò, ſi Bannitus Imperio quidem ſubie.
ctus ſit, ſed extra Imperium domicilium
ſuum habeat. Nam iſtis quatuor caſibus
dati Executores, ob potentiam Bannito.
rum, ſumptuum, & expenſarum milita.
rium magnitudinem, atque executionis
difficultatem, non immeritò excuſan.
tur, ne plus æquo ſumptibus, & oneribus
militaribus grauentur: & ad impoſſibi.
lia adſtringantur, quorum nulla eſt ob.
ligatio, tex. in c. impoſſibilium, de regul.
iur. in 6. & in §. ſi impoſſibilis. Inſt. de in.
utilib. ſtipul. prætereà rei difficultatem à
pœna legali excuſare certum eſt, tex. in c.
breui de iureiur. gloſſ. ibid. in verbo, dif.
cultas, text. in l. 2. §. 1. & 2. ff. ſi quis cau.
tio. text. in l. ſi vehenda. §. penult. ff. ad l.
Rhod. de iactu.' Bartol. ibid. in princip.
Deci. conſi. 314. nu. 2. cum ſeq. incip. pro.
miſit. Et ideò in huiuſmodi grauioribus
28 † caſibus, ne delicta impunita, malo exē.
plo maneant, text. in l. bona fides. ff. de.
poſ. & in l. ſi operis. C. de pœnis, cum ſi.
milibus, ad vicinos prouinciarum, ſiue
circulorum, vt vocant, præfectos, ſiue
præſides, zu den nechſten geſeſſenen Kreiß
Obriſten/ pro executione Banni confu.
giendum eſt, vt ipſi publico Imperij ſum
ptu, coniunctis viribus & copijs, com.
municatoque conſilio, Bannitos pro
merito coërceant: tex. in l. preſes prouin.
29 ciæ. ff. de offi. preſid. Bellum † enim licitè
mouetur pro executione ſententiæ, &
non eſt propriè bellum, ſed potiùs execu
tio iuriſdictionis, vel iuſtitiæ: tex. in l. qui
reſtituere. ff. de rei vendic. & ibid. Dd. In.
nocen. pulchrè in c. olim cauſam. nume.
8. in fine. de reſtitut. ſpolia. Zaſ. in l. miles.
§. qui iudicati. nume. 9 ff. de re iudic. pró.
ut latiùs videre eſt in Ordinat. Cameræ,
d. titul. 48. cum ſequen. & exactiſſimè in
Conſtitutione executionis pacis publi.
cæ, in Comitijs Auguſtanis anno 55. pro.
mulgata, vbi de repetendis ſumptibus,
alijsque iuris oportunis remedijs am.
pliſſimè diſponitur, quę omnia longum
foret commemorare, & ego Iſta paulò
altiùs proſecutus ſum, vt publicè conſta.
re poſſit, quanta ſolicitudine, & paterna
affectione Diui Imperatores auguſtiſſi.
mę & fœliciſſimæ recordationis, pacem
publicam in Imperio conſeruare, quan.
taque ſeueritate turbatores punire, & ir.
rogatas pœnas Banni Imperialis exequi
voluerint. † Conſtitutiones enim Impe. 30
rij executionem paratam habere debēt,
ſicut quęlibet cuinſcunque iudicis legiti.
ma prolata ſententia. tex. in d. l. 4. §. ſi ex
conuentione. ff. de re iudic & per ea iu.
ra initio allegata Quid ſi † Bannitus non 31
habeat bona in Imperio, ſaltem ad exe.
cutionem faciendam ſufficientia, ſed
præcipua ſua bona ſita ſint extra Imperi.
um, ſub iuriſdictione externi principis,
Imperium non recognoſcentis, quomo.
dò fiet executio Banni ratione iſtorum
bonorum? Ego puto hoc caſu ius com.
mune ſeruandum, vt ſcilicet ſcribat Im.
perator, vel Camera domino eius pro.
uincię, ſub quo talia bona ſita ſunt, vt ex.
ecutionem in illis faciat, quia † vna iu. 32
riſdictio per aliam adiuuari debet, tex. in
l. à Diuo Pio §. ſententiā Romæ. ff. de re
iudic. Bart. Zaſ. & alij ibid. text. pulcher.
rimus qui omnium maximè ad ordina.
tionem executionis pacis publicæ perti.
net, in l. 2. C. de his qui latron. vel alijs
criminib. Reos occultaue. & in l. epiſco.
pale. C. de epiſcop. audien. text. in c. Ro.
mana §. contrahentes, de fōro comper.
libr. 6. vbi communiter Canoniſt. & in c.
quoniam. de offi. ind. ordin. tex. in c. cùm
ad verùm. 96. diſt. & in c. principes. 23. q 5.
glo. in c. ſtatuimus, in verbo, poteſtatem,
de maledicis. Hinc eſt, quòd iudex † Ec. 33
cleſiaſticus, in iuris ſubſidium, pro execu
tione ſententiæ ſuæ, Brachium ſeculare
inuocare poſſit, text. in c. 1 de offi. iud. or.
din. gloſſ. ibid. in verbo, publicam. Pano.
ſimiliter. nu. 5. & 11. & communiter Ca.
noniſt. text. in d. c. quoniam. & in c. cùm
non ab homine, de iud. pulchrè Oldra.
conſ. 89. proium. incip. Epiſcopus inuo.
cat. Afflict. in Conſtitu. Regni Sicilię, in
proēmio. nu. 54. cum ſeq. Marant. diſput.
1. nu. 26. Et in † Camera iudice Eccleſiaſti. 34
co implorante Brachium Cæſaris, man.
data executorialia contra partem victā
& contumacem, ſub pecuniaria, ratò
Banni pœna, vtroque tamen caſu cum
clauſula iuſtificatoria decernuntur, pro.
inde legitimæ exceptiones contra inuo.
cationem brachij ſecularis, & obtenta
mandata

mandata Executorialia in termino re-
productionis admittuntur, putà excepti-
ones nullitatis, vt prolixiùs notant Ol-
dra. Panor. Afflict. & Marant. locis citat.
vbiq; vide, quid requiratur antequàm ad
inuocationem Brachij ſecularis perue-
niri queat: nam debet fieri poſt fulmina-
tum, vt vocant, proceſſum, quandò nul-
lum aliud remedium eccleſiaſticum ſu-
pereſt, hoc enim omnium vltimum eſſe
debet. tex. in d. c. cùm non ab homine, &
in d. c. quoniam. Dd. vbi ſup. Fit ergò ex-
ecutio in bona Banniti extra Imperium
ſita, ad requiſitionem Cæſaris, vel Came-
35 ræ Imperialis † per literas quas mutui
compaſſus ſiue ſubſidiales vocant, ſine
quibus executio fieri nequit, tex. in l. pro-
perandum. §. ſin autem Reus. C. de iud.
& in l. 1. ff. de offi. conſul. d. c. Romana. §.
contrahentes. tex. in d. c. Romana. §. con
trahentes, & ibid. Dd. & in c. fin. de for;
compet. Bart. in d. l. à Diuo Pio. §. ſenten-
tiam. nume. 1. in fin. Zaſ. ibid. nume. 4. Et
hoc verum, quandò petitur executio per
implorationem officij iudicis: ſecùs ſi p
actionem iudicati, quia tunc ſine lite-
tis remiſſorijs, vel mutui compaſſus, a-
ctio iudicati coram quocunq; iudice in-
tentari poteſt, tex. not. in l. fin. C. de præ.
ſcript. long. temp. Fertar. in Forma execu
tion. ſententiæ diffinitiuæ. §. 1. nu. 13. Bar.
in d. l. à Diuo Pio. §. ſententiam. nume. 2.
Zaſ. ibid. nu. 8. vbi omninò vide, idem in
l. intra. nu. 6. ff. de re iudic. vtrobique hoc
dilucidè declarat. Poſtremò, vt compen-
36 dio dicam, executio † contra Bannitum
fieri poteſt in omnibus ipſius bonis, tam
immobilibus quàm mobilibus, in pecu-
nia numerata, depoſita, item in nomini-
bus, dummodò debitor Banniti fateatur
coram Executore ſe debitorem eſſe: ſe-
cùs ſi negauerit, etiam malitioſè. text. in
d. l. à Diuo Pio. §. ſic quoque gloſſ. ibid. in
verbo, capi, ſimiliter Bartol. nume. 3. tex.
in l. 3. C. quandò fiſc. vel priuat. gloſſ. no-
tab. ibid. in verb. conuenti, quam omni-
nò vide. Sed ordo executionis, qui in d.
l. à Diuo Pio, præſcribitur, in executione
contra Bannitum non obſeruatur, ſed
iuxta deſignationis ſchedulam, tam in
allodialibus quam feudalibus, & in vni-
uerſum in omnibus bonis fit executio,
quia omnia bona per ſententiam decla-
ratoriam Banni, victori, & cuiuſlibet di-
reptioni exponuntur, qui autem omne
dicit, nihil excludit, tex. in l. à procurato-
re. C. manda. & in l. Iulianus. ff. de leg 3.
gloſſ. in Clem. 1. in verbo, omnimodam,
de foro comp. & vbi lex non diſtinguit,
nec nos diſtinguere debemus. vulg. l. de
precio. ff. de Publicia. in rem act. vti ex
ipſa declaratoria ſententia ſupr. eo. cap.
6. videre eſt. Et hæc potiſſimùm obtine-
re puto in Bannito ob delictum: nam ta-
li caſu ſententia declaratoria, eſt diffini-
tiua, & naſcitur ex ea actio in factum, vt
dixi prædicto cap. 6. & initio notaui, in-
ter vtrumq; Bannum in modo exequen-
di diſcrimen eſſe. Itaque prouidus Exe-
cutor curare debet, ne modus executio-
nis excedatur. tex. in c. quòad cõſultatiõ-
nem, in fine de ſent. & re iudic. & in l. ab
executione. C. quor. appel. non recip. glo.
notab. ibid. in verbo, excedat: néue gra-
uior ſit immiſſio, quàm victoris petitio,
damnum, aut intereſſe eius iuribus alle-
gatis.

CAPVT XVIII.

De abſolutione Banni, & ſententia abſolutoria.

SVMMARIA.

1 *Tranſactio ſuper fracta pace valet.*
2 *Bannitus cum parte offenſa tranſigere poteſt.*
3 *Articulos damnorum & expenſarum in cauſa abſo-lutionis Banni, offenſus dare debet.*
4 *Iuratoriam cautionem de ſoluendis damnis & ex-penſis an Bannitus offerre poſſit.*
5 *Offenſus an ad concordiam cum Bannito ineundam compelli poſſit.*
6 *Cæſar delegat cauſas ad concordiam & iuſtitiam.*
7 *Concordia dicitur cordis coniunctio, & quid à pace differat.*
8 *Iudex in criminalibus, an partes ad concordiam cõ-pellere poſſit.*
9 *In ciuilibus partes ad concordiam hortandi, nõ com-pellendi ſunt. Fallit in longa lite.*
10 *Partes compelli poſſunt ad concordiam, ſi res ſpe-ctat ad arma, & turbationem Reipublicæ.*
11 *Adminiſtratio iuriſdictionis alternis vicibus quandò concedenda.*
12 *Pluribus ad præiudicium tertij diſſentientibus, par-tes ad concordiam compelli poſſunt.*
13 *Bannitus ob contumaciam, ſolutis damno & expen-ſis, à Banno inuita altera parte abſolui poteſt.*
14 *Ad abſolutionem magis promptus quàm condemna-tionem iudex eſſe debet.*
15 *Offenſus ſi damna & expenſas liquidare nolit, an Bannitus ob contumaciam abſolui poſſit.*

Contumaciæ pœna reſtringitur ad limites contumaciæ, ibid.

Diſpoſitio pœnalis indefinita, an perpetua cenſeatur, ibid.

16 *Bannitus ob delictum, an parte offenſa inuita à Banno abſolui poſſit.*

17 *Bannitus in grauioribus delictis ſine conſenſu Cæſaris à Banno abſolui nequit.*

18 *Rebellem imperij, et in Banno Imperij eſſe differũt.*

19 *Differentia eſt quóad abſolutionem inter Bannum contumaciæ, & Bannum delicti.*

20 *Delictum in committendo maius eſt, quàm omittendo, & pœna delicto commenſuranda.*

21 *Abſolutio Banni non corrigit ſententiam Banni.*

22 *Reſtitutionem petens, ſententiam approbare dicitur.*

23 *Forma ſententiæ abſolutoriæ Banni ob contumaciam.*

24 *Abſolutionis Banni formæ.*

25 *Bannitus ob petendam abſolutionem Banni perſonaliter comparere debet.*

26 *Fallit ſi ſenio confectus, aut valetudinarius ſit, quo caſu admittitur procurator.*

27 *Impedimentũ comparitionis perſonalis probandum, & quomodo.*

28 *Abſolutoria ſententia Banni ex delicto qualis ſit.*

1 SVper crimine † fractæ pacis, ante, & poſt ſuſceptum iudicium tranſigi poſſe, dixi ſup. lib. 1. cap. 11. quia vnicuique licitum eſt ſanguinem ſuum quomodocunq; redimere, tex. in l. 1. ff. de bon. eor. qui ante ſen. ſibi mor. cõſciue. & in l. tranſigere. C. de tranſac. vbi communiter Dd. ſed & poſtquàm quis
2 per ſententiam declaratoriam † Bannitus eſt ob contumaciam, vel delictum, locus erit tranſactioni, ſi Bannitus offenſo damna illata & expenſas refundat, necnon cum procuratore fiſci, ob publicam vindictam, in gratiam redeat. Nemo enim à Banno abſolui debet, niſi prius offenſo damna & intereſſe reſarciat, ac Cæſari, vel ſuæ Maieſtatis procuratori fiſci ſatisfaciat, idque non ſolùm Ordinationi Cameræ, par. 2. tit. 18. §. 1. & par. 3. tit. 46. ſed etiam iuri communi conſentaneum eſt, per tex. in c. ex parte in Chriſto. de verbot. ſig. gloſſ. not. ibid. in verb. pro contumacia, tex. in c. ex literis. de offic. iudic. deleg. glo. ibid. in verbo, fuerit. text. in c. peſſimam. de iure patro. & in c. excellentiſſimus, in fin. 11. q. 3. text. in c. de preſbyterorum. 17. q. 4. gloſ. ibid. in verb. præmiſſa. & in c. ſi quis membrorum. 23. q. 8. facit text. in l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff. de pact. Vnde in Camera offen-
ſus, petente † Bannito abſolutionem, dat 3
articulos liquidationis, in quibus damna, intereſſe, & expenſas deducit, ad quos articulos Bannitus reſpondet, & facta vtrimq; concluſione, iudex pro qualitate perſonarũ, & delicti magnitudine, pronunciat, quãtum offenſo refundendum ſit. Quid ſi Bannitus ob paupertatem ſol-
uendo nõ ſit, an hoc † caſu admitti poſ- 4
ſit iuratoria cautio de ſoluẽdo, quatenùs ad pinguiorem fortunam peruenerit. vide gloſſ. ſing. in d. c. ex parte. Quid autem
ſi petente † Bannito concordiam, pars 5
offenſa tranſigere nolit, an iudicis officio ad tranſigẽdum compelli poſſit? Videtur hoc fieri poſſe, quia paci & concordiæ iudex operam dare, & inter partes lites componere debet, text. in c. fi. de trãſact. vbi gloſ. in verb. ad componendum, tex. in c. pen. de mutu. petit. text. not. in c. placuit. 90. diſt. tex. in c. fi. 3. q. 3. gloſſ. ibid. in verbo, pacificare, & in l. æquiſſimum. ff. de vſufru. vbi gloſſ. in verb. iuriſdictione. Iaſ. in l. ſi quis maior nu. 15. C. de tranſact. latè Felin. ad rub. de treuga & pace, p totum. Dd. in l. quidam exiſtimauerunt.
ff. ſi cert. pet. Hinc eſt, quòd † delegatio- 6
nes Principum fiant ad concordiam, & iuſtitiam, vt prius iudices delegati concordiam tentent, qua ſoluta, demùm via iuris procedant, text. in c. 1. in fin. de mutu. petit. ibi, concordia vel iudicio, & in c. cauſam quæ. 2. de teſtib. ibi, concordia, vel iuſtitia mediante, tex. in c. fi. de tranſact. & in c. final. de probat. & in c. querelam. de ſimon. text. notab. in Auth. ſi verò. C. de iud. Et ſub hac forma concordiæ & iuſtitiæ, delegationes Cæſareæ plerunque expediuntur. Pro reſolutione prædictæ quæſtionis quædam in iure vti-
liter præmittam. Primo, quòd † concor- 7
dia dicatur quaſi coniunctio cordis, differtque à pace, quia concordia dicitur quædam remiſſio, pax verò eſt plena ſedatio diſcordiarum: item concordia eſt terminus vltionis, ſed pax eſt amicitia: item concordia eſt de lite, ſed pax eſt de inimicitia, ita Bald. ad d. c. 1. de treuga & pace, nu. 2. & ad tit. ſi quis aliqu. teſta. prohib. nu. 26. Iaſ. in l. de fideicommiſſo. nu. 3. C. de pactis, vbi ex hoc infert, quòd is qui pacem habeat, concordiam quoque habeat: ſed nõ è diuerſo, quia pax eſt perpetua, concordia temporalis, per gloſ. in

l. con-

l.conentionum, in verb. paciſcuntur.ff.
de pact.facit text.in l.reprehendenda. C.
de inſtit.& ſubſtit.Bal.in l.1.nume.3.ff.de
pact. Secundò præmitto,quòd partes per
8 † iudicem in cauſa criminali ad concor-
diam compelli poſſint, vt notat Bartol.
in l.congruit.nu.4.ff de offic.præſid. per
tex.in d.l.æquiſſimum.Bald.ibid.num.1.
quod eſt intelligendum antequàm com-
mittatur delictum,tex.in l.denunciam⁹.
C.de his qui ad eccleſ.confug. & in l.illi-
citas.§. ne potentiores. ff. de offi.præſid.
Bald.ad d.rub.de treuga & pace.nu.4.Fe-
lin.præclarè ibid.nu.3.vbiq; dicunt,quòd
ante factum iudex debet partes ad con-
cordiam reducere, ſed poſt delictum cō-
miſſum debet ad vindictam iudicare, &
delictum punire: quia intereſt Reip. ne
delicta impunita maneāt, vulg.l. ita vul-
neratus.§.quod ſi quis.ff.ad l.Aquil. & in
l. bona fides. ff. depoſ.& in l.ſi operis. C.
de pœnis.cum ſimilibus, poſtquàm verò
puniuit,poteſt ſtudere concordiæ, Salic.
in d.l.tranſigere.nu.12.vbi dicit, quòd iu-
dex non debet dare operam concordiæ
ante condemnationem, ſecùs poſt con-
demnationem. Tertiò, præmitto quòd
9 in † ciuilibus regulariter litigatores ad
concordiam vel ad compromittendum
compelli nequeant, gloſſ. in d.l.furti. §.
qui iuſſu, in verbo, qui iuſſu. ff. de ijs qui
not.infa. Bart.ibid.nu.2.idem Bar. in d.l.
congruit.Felin.vbi ſup.num.1. & præcla-
rè in c.ſuper quæſtionum.num. 11. de of-
fic.& poteſta.iudic.deleg. poteſt quidem
iudex partes ad concordiam hortari,ſed
non compellere. Bald. & Angel. in d. l.
æquiſſimum. Bald. in l.1.§.quies. nu. 2.ff.
de offi.præfec.vrb.dicens,offenſum hor-
tandum,non cogendū, vt remittat iniu-
riam,quia æquitatis rationem non pati,
vt quis cogatur inuitus remittere iniuri-
am, niſi in foro pœnitentiali, idem in l.
ex ſtipulatione.num.1.C.de ſenten.& in-
terloc.om.iudi.& in c.1.§.fi.nu.2. de pac.
tenen.Alex.conſi.144.nu.1.vol. 7. incip.
viſo ſtatuto.Felin.loco citato,nu.2. glo.
in d.§.qui iuſſu. Fallit ſi lis magno tem-
pore durâſſet, & adeò intricata eſſet,
quod de facili expediri nequeat, per text.
In d.c.placuit.90.diſtinct.Anto. de Butr.
& Imol. in d.c.1. de mut. petit. Panorm.
ad d.rub.de treuga & pace.Felin.ibid.nu.
5.Deci.conſil.445.nume.2.incip. in caſu
ad me tranſmiſſo, vel ſi † diſſenſio ſit 10
inter perſonas inſignes, ex qua Reſpubli-
ca turbari & ſcandalum publicum oriri
poſſit,per text.in l.ſi quis Ingenuam.§. in
ciuilibus.ff.de capti.& poſtlim.reuer.Bal.
in d.l.1.§.quies.num.1.ff.de offic. præfec.
vrb.vbi dicit,quòd plerumq; ſtatus pub-
licus ex priuato turbetur, Bar. pulchrè in
l.ambitioſa.nume.18.C. de decret. ab or-
din.facien.& in d.l.furti.§. qui iuſſu. Pa-
norm.ad d.rubric.de treuga. Felin. ſimi-
liter.num.6. vbi plures allegat. & nume.
8.ſingulariter refert Panor.in c.fin. de te
iudic. quòd vbi duo † domini non poſ- 11
ſunt conuenire in regimine terrarum
ſuarum communium, & nō diuiſarum,
ſuperior inducit eos ad concordiam, vt
regant alternis vicibus, vide ad hoc Fel.
vbi ſupr.per plura exempla. Deci. conſil.
249.nu.3. incip. in caſu de quo quæritur.
Fallit tertiò ſi ſubſit timor armorū, text.
in d.l.æquiſſimum.nam licèt partes non
cogantur ad cōcordiam, quandò diſcor-
dia ſolùm tendit ad eorum incommo-
dum, tamen ſi ex ea ad arma veniri poſ-
ſet, ſuperior poterit partes ad concordi-
am compellere, ne ſtatus Reip.turbetur
& ex priuata rixa multorum ſtrages ſe-
quatur,text.in c.fi.de tranſactio. & in d.l.
æquiſſimum.Caſtr. Alexan.& alij in d. l.
quidam exiſtimauerunt.ff.ſi cer.pet.Fel.
ad d.rubr.de treuga & pace.num.5. Bart.
in l.2.§.ex his.nu.5.ff.de verb.obligat.vbi
dicit,ſi † plures diſſentiant ad præiudici- 12
cium tertij, poſſunt cogi ad cōcordiam,
per tex.in l.huiuſmodi.§. final.ff. de leg.
1.Bart. & Dd.ibid. Iaſ. in l.2.§.ex his, nu.
10.de verbor.obligat.vbi de intellectu d.
l.huiuſmodi.§.final.vide. Iſtis præmiſſis,
quę in foro magnam habent vtilitatem,
videndum de propoſita quæſtione, v-
trùm offenſus,ad preces Banniti,ad con-
cordiam compelli poſſit. Quod ad Ban-
num contumaciæ attinet, res caret om-
ni ſcrupulo, nam Iudex Cameræ Impe-
rialis † Bannitum ob contumaciam non 13
comparentis,vel iudicatum facientis re-
fuſis damnis & expenſis, altera etiā par-
te inuita abſoluere, & à Banno relaxare
poteſt: quia ſolutione damnorum & ex-
penſarum contumacia purgatur, text.
ſingul.in c.ex literis.de conſtitutio. & in
c.ex parte, el. 1. de verbor. ſignific. gloſſ.
not.ibid.in verb.pro contumacia,tex. in

l.ſancimus. C. de ind. Auth. qui ſemel.§.
fin C.quomod.& quand.iud. Bart. ibid.
numer.3. Dd.in l.contumacia ff.de re iu-
dic. Purgata verò contumacia, partis ad-
uerſæ vlterius non intereſt, & ſic ceſſan-
te cauſa efficiente, hoc eſt, contumacia,
meritò ceſſabit cauſa finalis, ſcilicèt Ban-
num, tex.in c.cùm ceſſante, de appell. &
in l generaliter. C. de ſacroſanct. eccleſ.
text.in l.adigere.§.quamuis ff. de iur. pa-
tro. Bald.præclarè in l.1.num.3.C. de po-
ſtulan. Prætereà, cùm ſententia Banni ob
contumaciam ſit interlocutoria, vt dixi
ſupr. eod. libr. cap.6. poteſt ex legitima
cauſa, contrario imperio reuocari, text.
in l.quod iuſſit. ff.de re iud. vbi Bartol. &
14 & communiter Dd. adeoq; † iudicis of-
ficium magis in abſoluendo, quàm con-
demnando exuberare debet, text. in l.fa-
uorabiliores.ff.de regul iur. Et de iſta ab-
ſolutione Banni ob cõtumaciam diſpo-
nit Ordinat. Cameræ, part. 3.titul. 46.§.
15 Wo auch. Sed quid ſi † actor nolit dare
deſignationem damnorum, & expenſa-
rum contumaciæ, an mora auctoris impe-
diet abſolutionem? Minimè: ſed illo ca-
ſu Iudex Cameræ Bannito per ſententi-
am vel decretum iniungere poteſt, qua-
tenus cum procuratore fiſci (intellige eo
caſu, quo ili in pœnam aliquam cõdem-
natus ſit) tranſigat, & offenſo ſuper dam
nis & expenſis idoneè cauere velit, quòd
tunc petita abſolutio ei impartiri debe-
21 at, tex.in l.1.§.ſi frater, verſic.ſed &, ff. de
collat. bono. & iura ſupra allegata. ne-
que enim malitiæ actoris eſt indulgèn-
dum, text.in l.in fundo. §. conſtituimus,
ff.de rei vendic. cùm ipſius ampliùs non
intereſt, nam purgata contumacia, ceſſat
delictum: delicto ceſſante, debet quoque
ceſſare pœna: quia pœna contumaciæ re-
ſtringitur ad limites contumaciæ, quos
excedere non debet, per text.in d.c. ex li-
teris. Felin. ibid. num. 16. vbi dicit com-
munem illam concluſionem, videlicet
11 diſpoſitionem pœnalem indefinitã, per-
petuam cenſeri, tex.in l.ſeruus.C. de pœ-
nis. Bal. ibid. nu.1. gloſ.in d.c.ex literis, in
verb.in perpetuum, nõ habere locum in
condemnatione ob contumaciam, ſed
tunc pœnam ad limites contumaciæ re-
ſtringi; vti p plura exempla pulchrè oſtẽ-
dit, & conſequens ſublata contumacia
pœnam euacuari & remoueri, p iura al-
legata; & text. optimũ in d.l.1.§. ſi frater,
verſi.ſed &, & in d.c.ex literis. Bar. in l.ſi
quis adulterium, § 1.ff.ad l.Iul.de adulte.
nu.1.in fin. Bal.in d.l.1.nu.3.C de poſtul.
vbi omninò vide, Bar. in l.1.§.fin.nu.1.ff.
de requi.reis Quod autem ad † Bannum 16
delicti attinet, an poſſit fieri abſolutio
parte offenſa inuita? Dicendũ quòd hoc
caſu Iudex Cameræ aditus cognoſcet
ſummariè, vtrùm, & quomodò Bannitus
abſolui debeat: nam hanc cognitionem
Ordina.pat.2.tit.18.§ So auch. Iudici &
Aſſeſſoribus Cameræ permittit. Et ſiqui-
dem ſit delictum atrociſſimum, & Reip.
vel Imperio pernitioſum, aut ſcandali
plenum, ita vt exemplo opus ſit, tunc ab-
ſolutio, parte offenſa nolente & inuita,
imò etiam ea conſentiente, concedi nõ
debet, quia cùm talis ſententia ſit diffini-
tiua, d.cap.6. & parti ius ex ea quæſitum,
tex.in l.1.& in l. Iudex.ff.de re iudi.tex. in
l.etſi poſt tres.ff. ſi quis cautio. & ppetuũ
ius inter partes faciat, text.in d.l.1. C. de
poſtulan.Bal.ibid.nu.1. non tam facilè † 17
abſolutio indulgenda eſt: maximè cùm
interſit Imperij talia delicta puniri, & ex-
emplum ſtatui, ne ad ſimilia maleficia
temerè quiſquam proſiliat. text. in d.l.ſi
operis.C.de pœnis. & in d.l. ſi ita vulne-
ratus.ff.ad l.Aq tex.in l.licitatio.§. quod
illicitè.ff.de publica.& vectig. Et in Ordi-
nat.Cameræ.d.tit.18.§. So auch. in fi.ex-
preſſe habetur, quòd Iudex & Aſſeſſores
Cameræ in huiuſmodi grauioribus deli-
ctis, Bannitos ſine conſenſu Cæſareæ, vel
Regiæ Maieſtatis, abſoluere non debe-
ant. Faciunt ad hoc iura ſuprà in ſecun-
do præmiſſo allegata. Hanc differentiam
inter vtrumq; Bannum, delicti & contu-
maciæ, colligo ex d.titul.46.§. Wo auch.
vbi de Banno contumaciæ. & d.tit.18. §.
So auch. vbi de Bãno delicti agitur, pon-
derando verba illa, Ob vnd wie derſelbig
der Acht zu erledigen/hoc eſt, vtrũ, & quo-
modò Bannitus abſolui debeat. Huc per-
tinent quæ ſingulariter notat gloſſ. in §.
in verbo, rebellis. tit. qui ſint rebelles, in
extrauag. quod † aliud ſit eſſe rebellem 18
Imperij, & aliud eſſe in Banno Imperij:
illud eſſe capitale, neque remitti, niſi ex
mera gratia, hoc verò reparabile, ſiue, vt
vocant, medicinale, & ideò purgata con-
tumacia remitti, per text. in Auth. item
nulla.C.de epiſc.& cleric.tex.in Authen.

item

item quæcunque. C. cod. titul. ad idem
eſt gloſſ.in l. 1. ff. de requir. Reis, in ver.
bo,requirendus, quæ annotationem bo.
norum ob contumaciam, Bannum ap.
pellat, quod tollitur purgata contuma.
cia intrà annum,text.not.in l.final. ff. de
requir.Reis.nec abſentib. damnan. & in
d.Anth. item quæcunq;. Et ſic obſeruan.
19 dum, quòd † licèt quóad declarationem
pœnæ inter vtrunque Bannum nulla ſit
differentia,d.cap.6. tamen quóad abſolu
tionem multum eſt diſcriminis, vti ex
prædictis.& d.cap.6. patet. vbi plures dif.
ferentias notaui, nam Bannitus ob con.
tumaciam faciliùs abſoluitur,quàm Ban
nitus ob delictum, tex in d.c.ex parte, el.
20 1.de verb ſignifi.idque meritò,quia † ma.
ius eſt delictum in committendo, quàm
omittendo,gloſſ.communiter approba.
ta in l. ſi mora.in verb.ne facto.ff.ſolut.
matrimo. & pœna commenſuranda eſt
delicto.tex.in Anthen.omnes peregrini.
C.communia de ſucceſſ.& in l.1.§.ſed &
qui.ff.de abige. Hippol. ad l fin.nu.48.ff.
ad l.Cornel. de ſicar. item maior culpa,
maiorem requirit pœnam. text. notab.
in c.fœlicis.§.cæterùm,de pœnis, in 6. &
in c.2.de teſtib.cog.Hippol. in l. is qui cũ
telo.nume.2.C.d.titul. per allegata ibid.
21 Sed cùm † ſententia Banni ob delictum
ſit diffinita, vt ſæpè dixi,quomodò Iudex
abſolutionem poſteà à Banno concede.
re poteſt,nũquid per hoc retractatur ſen.
tentia diffinitiua? Nullo pacto,nam iſta
abſolutio fit lege Imperij permittente,&
fit per modum gratiæ,& non reuocatio
nis,facit optimè tex.in l. Diui fratres. ff.
de pœnis.& in l.relegati,in fin.ff.eod.tit.
Panorm.in c.de his.numer.2.de accuſat.
Imò abſolutio, tanquàm priuatio, præ.
ſupponit habitum,hoc eſt,ſententiæ va.
22 liditatem, quemadmodum † reſtitutio
in integrum, non iniquitatis ſententiæ
querelam,ſed erroris proprij veniæ peti.
tionem continet: quapropter petens re.
ſtitutionem dicitur ſententiam ratã ha.
bere,& quod valeat præſupponere, quia
ſi nulla eſſet,reſtitutio neceſſaria non fo.
ret,text.in l.præfecti.ff.de minor.tex.in l.
cùm minor.ff.rem rat.hab.gloſſ.ibid. in
verbo,neq; ſtipulationem.& tot.tit.C.in
quib.cauſ.in integr.reſtit.neceſſ. non eſt.
Eodem modo abſolutionem à Banno
petens, dicitur ſententiam latam ratam
habere,per iam allegata. De forma ſen.
tentiarum vtriuſq; Banni dixi ſup. dicto
cap.6.Hic ſubijciam † formulas ſententi. 23
arum Banni abſolutorias, & primò de
abſolutione à Banno contumaciæ,cuius
formula talis eſt:

Nach dẽ N. verruckter zeit/bey dieſem Kay⸗
ſerlichen Camergericht/auff anruffen vnd
rechtlich erfolgen Q. auch des Kayſerlichẽ
Fiſcals/vmb ſeiner begangen vngehorſam
willen/auß dennen vrſachen/ (quæ nomi.
natim ſententiæ inſeruntur) in Römi⸗
ſcher Kay. Maieſt/vñ des H. Reichs Acht/
mit vrtheil vnd recht erkhendt/ erklert/ vnd
offentlich denunciert worden/ auch biß an⸗
hero dar jn verharret/ vnnd aber nhummer
mit gemelten Fiſcal/vnd Q. vertragẽ/ ſich
auch widderumb zu Kay. Maieſt. vnnd des
Reichs gehorſam erbottẽ/ So iſt dem nach
auff ſolchẽ vertragh/erbietẽ/vñ d' parthien
allenthalben beſchehen bewilligen zu recht
erkhendt/das gedachter N. võ berurter Acht
widerumb abſoluiert/ vnd erlediget werden
ſoll/als wir jnnen hie mit auch abſoluieren/
erledigen/ auß dem vnfrieden / widder jn
frieden/zu Kay. Maieſt. vnd des H. Reichs
gnadt/ſchutz/vnd ſchirm/ vnd jn den ſtandt
dar jn er vor berurter Acht geweſen iſt/reſti⸗
tuieren/ vnnd notturfftig Proceß daruber
erkhennen.

Latinè.

Poſtquàm N. iam anteà in Camera Im.
periali ad inſtantiam & accuſationem
Q nec non Procuratoris fiſci, ob ſuam
contumaciam ex talibus cauſis (quæ no.
minatim ſententiæ inſeruntur) in Cæſa.
reæ Maieſtatis,ac Sacri Imperij Bannum
declaratus,& denũciatus ſit,& in eo huc.
uſque permanſerit:nunc verò cum dicto
procuratore fiſci, & Q trãſegerit,ſeq; ite.
rum ad ſuæ Maieſtatis, & Imperij obedi.
entiam obtulerit, ideò hac concordia,
oblatione,& partium conſenſu attentis,
pronunciamus, & decernimus, dictum
Q. à Banno iterùm abſolui & relaxari
debere, próut eum hac noſtra ſententia
abſoluimus,relaxamus, & ex inimicitia,
paci, in Cæſareæ Maieſtatis & Sacri Im.
perij gratiam,protectionem, clientelam
& in eum ſtatum, in quo ante Bannum
erat, reſtituimus , neceſſarios proceſſus
deſuper decernentes. Hac † ſentẽtia pub. 24
licata, Bannitus, in publico Conſiſtorio
Camerę ad genua ante pedes Iudicis pro

tribunali procumbit, quo ſic procũbente Iudex recitat abſolutionem Banni hoc pacto: Abſolutio Banni.

Demnach an ſtadt/vnnd in nhamen der Röm. Kay. Maieſt. vnſers allergnedigſten Herrn/ abſoluieren vnd erledigen wir dich Q. von berurter Acht/vnnd ſetzen dich widerumb auß dem vnfrieden in frieden/ in Kayſer. Maieſt. vnnd des H. Reichs gnad/ ſchutz/vnd ſchirm/ vnd in den ſtandt/darin du vor ſulcher Acht geweſen.

Latinè:

Vice ac nomine Cæſareę Maieſtatis, domini noſtri clementiſſimi, abſoluimus & relaxamus te Q à Banno, teq́ue ex inimicitia iterùm paci, & in Cęſa. Maieſtat. ſacriq́ue Imperij gratiam, protectionem & defenſionem, & in eum ſtatum in quo ante Bannum eras, reſtituimus. Debet
25 autem † Bannitus perſonaliter comparere, & abſolutionem Banni publicè accipere, vt qui publicè pacem publicam violauit, publicè abſolutionem conſequatur: nam manifeſta peccata non ſunt occulta correctione purganda, text. in c. 1. de pœnit. & remiſſ. facit text. in c. quod de his. & in c. de cætero, & in c. ea noſcitur. & in c. tua nos, de ſent. excommun.
26 Fallit † ſi ob aduerſam valetudinem, vel ingraueſcentē ſenectam, quæ per ſe morbus eſt, vel ob aliud legitimum impedimentum venire nequeat, per tex. ſing. in l. ſi longius. ff. de iudic. & in l. 2. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis cautio. tex. in l. pen. ff. de vacat & excuſ. munc. tex. in l. non ſolùm. §. fi. ff. de excuſ. tut. tex. in c. ſi pro debilitate, de off. iudic. deleg. Fel. ibid. nu. 4.
27 in fi. & de huiuſmodi † impedimēto Iudici fidem faciat inſtrumento publico, vel atteſtatione Magiſtratus loci, vbi impedimentum accidit, & manifeſtum eſt, nam ſimplici adſertioni allegantis impedimentum non creditur, per text. notab. in l. qui comeatus. ff. de re milita. tex. in d. l. 2. §. quod diximus. Fel. in d. c. ſi pro debilitate. nu. 5. & in c. ex tranſmiſſa. nu. 1. & 2. de pręſcript. vide Obſeruat. lib. 1. Obſeruat. 143. Probato verò impedimento, admittitur procurator cum mandato ſpeciali ad petendam abſolutionem, & fit abſolutio procuratore ante pedes iudicis publicè, modo prædicto, procumbente, mutatis mutandis. Quòd autem abſolutio à Banno, humiliter flexis genibus ſit petenda, tradit Bald. in d. c. 1. de treuga & pace. nume. 4. Eodem † modo 28
concipitur, & publicatur forma ſententiæ abſolutoriæ à Banno delicti, mutatis initio mutandis, quia pro cauſa Banni delictum, ob quod Bannitus eſt, exprimitur, poſteà ſubijcitur partis offenſæ & procuratoris fiſci cum Bannito facta cõcordia, & recõciliatio: deindè ipſius Banniti oblata fides & obedientia: quo facto abſolutio per omnia ſequitur, vt in ſuperiori abſolutione habetur.

CAPVT XIX.

De abſolutionis Banni effectu.

SVMMARIA.

1 *Abſolutus à Banno recuperat honores & bona.*
2 *Reſtitutio in integrum reponit omnia in priſtinum ſtatum.*
3 *Reſtitutus honoribus non reſtituitur ad honores alijs collatos, ſed tantùm vacantes.*
4 *Reſtitutio non trahitur ad ius alteri quæſitum.*
5 *Doctor reſtitutus, an priſtinum locum in collegio recuperet.*
6 *Clericus reſtitutus non recuperat beneficium alteri collatum.*
7 *Minor reſtitutus non cenſetur reſtitutus ad beneficium alteri conceſſum.*
8 *Princeps ſi pœnam tantùm remittat, non fit extenſio ad bona.*
9 *Reſtitutio non extenditur ad bona per fiſcum alienata.*
10 *Contrahentes cum fiſco debent eſſe ſecuri.*
11 *Vaſallus reſtitutus an caſtrum à Rege alteri conceſſum vendicare poſſit.*
12 *Legitimatio filij naturalis poſt mortem patris facta non valet.*
13 *Poſtliminium non tollit ius alteri quæſitum.*
14 *Adeundi ius non eſt in bonis noſtris.*
15 *Hæreditas non adita non tranſmittitur, & quare.*
16 *Adita hæreditate deſinit eſſe patrimonium defuncti.*
17 *Reſtitutio extenditur ad bona quæ ex condemnatione ad tertium peruenerunt.*
18 *Deportatus pro mortuo habetur.*
19 *Patria poteſtas, & ius patronatus per reſtitutionem reintegratur.*
20 *Reſtitutio reſcindit alienationem ex ſententia deſcendentis.*
21 *Fiſcus an teneatur refundere precium bonorum alienatorum.*
22 *Reſtitutus recuperat omnia bona apud Principem vel fiſcum exiſtentia.*
23 *Reſtitutus per modum iuſtitiæ recuperat etiam bona alienata.*
24 *Reſtitutio facta per Principem expreſſè ad bona alienata valet.*

25 Pa-

25 Pacis gratia damna ſubditis illata remitti poſſunt.
Reipub. fauore, à regulis iuris receditur. ibid.
26 Abſolutus à Banno contumacia recuperat omnia ſua bona.
27 Item munera vacantia, ſed non alijs collata.
28 Fructus perceptos an reſtitutus & abſolutus à Banno recuperet.
29 Reſtitutionis verbum pleniſſimum eſt.
30 Bannitus reſtitutus an recuperet fructus extantes.
31 Bannitus ob delictum reſtitutus an bona alienata recuperet.
32 Executionis ſumptus, bannito mortuo, an heredes preſtare teneantur.
33 Bona allodialia pro ſumptibus executionis retineri poſſunt, ſed non feudalia.
34 Bannito mortuo feudum ab executoribus repeti poteſt.
35 Feudum antiquum eſt munus generis, non donum patris vel agnati.

1 Regulariter † abſolutus à Banno,
non ſolùm bonis, verumetiam
famæ, & honoribus reſtituitur:
tantum enim ad reſtitutionē indulgen-
tia valet, quantum ad correctionē ſentē-
tia valuit: vtq; deportationis ipſum per
ſe nomē rerū omnium ſpoliatio eſt, ita
indulgentiæ reſtitutio, bonorum ac di-
gnitatis vno nomine amiſſorū omniū
ſit recuperatio, ita tex. in l. fin. §. fin. C. de
ſent. paſſ. & reſtit. text. in l. 1. C. eod. titul.
vtrobiq; communiter Dd. tex. notab. in
l. 2. C. de bon. vacātib. lib. 10. & in l. quòd
ſi minor. § reſtitutio. ff. de minorib. text.
in l. videamus. 2. §. in Fauiana. ff. de vſur.
2 vbiq; dicitur, † reſtitutionem rem in pri-
ſtinum ſtatum reponere. Bart. in l. & qui.
§. ſi in metallum. nu. 1. ff. de mune. & ho-
norib. Bal. in l. ſed ſi hac. §. ſed ſi per pœ-
nam. nu. 1. ff. de in ius vocan. per illū tex.
Soci. in c. abſolutos. nu. 3. cum ſeq. de hæ-
retic. Nellus in tract. de Bannitis in pri-
ma par. tertij tēporis, quęſt. 17. nu. 9. De-
cius conſil. 436. num. 3. incip. Viſa inſtru-
ctione. Schurff conſil. 30. num. 7. centur.
3. incip. Caſus pręſens talis eſt, idē conſil.
94. numer. 8. ead. cent. incip. Quòd reſ-
ponſiones. Quoniam verò iſta materia
reſtitutionis, & abſolutionis vtilis, & in
foro frequens eſt, ideò eam paulò accu-
ratiùs proſequar. Regula ſit, vt initio di-
xi, abſolutum à Banno honoribus & bo-
nis reſtitui: quia tantum reddit abſolu-
tio quantum abſtulit condemnatio, per
iura allegata. Hæc regula ſingulariter li-
mitatur: Primò, vt procedat quóad † bo- 3
na nondum alienata, item quóad ho-
nores & dignitates adhuc vacantes: ſe-
cùs eſt, ſi ante abſolutionem, vel reſtitu-
tionem bona alienata, honores, vel dig-
nitates alijs collatæ ſint, quia † reſtitutio 4
non trahitur ad ius alteri quæſitū, quod
Princeps reſcripto ſuo adimere velle nō
præſumitur, tex. in l. 2. §. merito. & in §. ſi
quis à Principe, ff. ne quid in loco publi.
tex. in l. nec auus. C. de emancip. liber. cū
ſimilibus. & ideò reſtitutus non recupe-
rat bona alienata, nec locum ab alio oc-
cupatum, per tex. in c. quamuis, de reſcri.
in 6. glo. ibid. in verb. cùm talis, text. in l.
2. ff. de decurionibus, & in l. ordine. ff. ad
municip. tex. in l. 2. C. de ijs qui in exiliū
dati. lib. 10. & in l. quod ſi minor, §. Sce-
uola, ff. de minorib. gloſſ. ſingu. in l. quid
ergo, §. pœna grauior, in verbo, oneraſ-
ſet, ff. de ijs qui not. infam. quam omni-
nò vide, text. in l. falſi. §. ordine. ff. ad l.
Cornel. de falſ. gloſſ. ibid. in verbo, recu-
perare. Bart. in d. l. & qui. §. ſi in metallū.
num. 1. & in d. l. 2. numer. 1. ff. de decurio-
nib. vbi dicit, † Doctorem ciuitate pul- 5
ſum, & poſteà reſtitutum, non recupera-
re locum priſtinum in collegio Docto-
rum, ſed pro nouitio habendum, per iu-
ra allegata. Idem tenet Bart. in l. Gallus.
§. & quid ſi tantum. nu. 12. Iaſ. ibid. nu. 59.
& nu. 71. ff. de liber. & poſthu. vbi com-
muniter Dd. Menoch. de recup. poſſeſſ.
in decimo remedio, num. 101. cum ſequ.
Nellus loco citato, quæſt. 17. per totam.
Panor. in c. ex ruæ. nu. 15. de cleric. nō re-
ſiden. vbi dicit, † clericum depoſitum, & 6
poſteà reſtitutum, non recuperare bene-
ficium alteri collatū, per notata in d. c.
quamuis, glo. in c. ex parte, in verbo, quā-
uis minor. in fi. de reſt. ſpolia. quæ vult,
quòd ſi minor † renuntiat beneficio Ec- 7
cleſiaſtico, & illud alteri collatum ſit, nō
ſubuenitur ei per reſtitutionem in inte-
grū, ad idem glo. in c. cùm pridē, in ver-
bo, reſtitui. ext. de pact. gloſſ. in l. ait Præ-
tor. in verbo, quid aliud. ff. de minorib.
Iaſ. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. nu.
72. vide tamen diſtinctionem glo. in d. l.
quid ergo. §. pœna grauior. & gloſſ. in d.
l. falſi § ordine. Secundò limitatur præ-
dicta regula vt non procedat, † ſi Prin- 8
ceps tantùm pœnā delicti remittat, quo

caſu reſtitutio ad bona non extenditur,
text.in l.2.& in l.3.C.de ſen.paſſ.tex. in l.
2.ff.eo.tit.Iaſ. in d. l. Gallus.§. & quid ſi
tantùm. nu. 62. Tertiò non procedit, ſi
9 pœna ſit remiſſa,& † reſtitutio ad bona
ſimpliciter & in genere facta ſit,quia tūc
reſtitutio non extēditur ad bona per fiſ-
cum Banni tempore alienata, ſed tantū
ad præſentia, & nondùm alienata. Ra-
10 tio,quia † Princeps, vt dixi, non præſu-
mitur ius alteri ex contractu venditio-
nis,vel donationis quęſitū auferre velle:
quinimò contrahens cum fiſco bona fi-
de,à nemine moleſtari, ſed omnium tu-
tiſſimus eſſe debet,per tex.in l.bene à Ze-
none.C.de quadr.præſcript.&in l.1.C.ne
fiſ.rem quam vendi.euincat.lib.10.Bart.
in d.l.final.nume.7.C.de ſent.paſſ. idem
in d.l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.nume.
12.Iaſ.ibid.num.70.& communiter Dd.
præſertim Bald.num.3.idem in c.1.num.
9.& num.12.hic finitur lex, in vſib. feud.
idem in l. ſed ſi hac. §. ſed ſi per pœnam.
ff.de in ius vocan.nu.1.in fi. Panorm.in
c.inter quatuor,num.5.de maio.& obed.
Felin.ibid.numer.4. Nellus loco citato,
quæſt.5.num.13.vbi communem dicit, ꝙ
reſtitutio non porrigatur ad bona alie-
nata.Alex.conſil.101.num.6.vol.2.incip.
viſo proceſſu cauſæ,& cōſi. 190. nu.4. in-
cip,maturè digeſtis,eod.vol. Alber. Ful-
goſ.&alij in Authen.idē eſt de Neſtoria-
nis.C.de hæretic. & Manich. Plot. in re-
repet.l.ſi quandò,C.vndè vi §.1.nu.5.Iaſ.
in l.beneficiū.nu.16.ff.de conſtit.prin.Ia
cob.de Beluiſo pleniſſimè in d.c.1. hic fi-
nitur lex.vbi diſputat in vtranq; partem
11 ampliſſimè hanc quæſtionem. Rex † de-
dit caſtrum Comiti in feudū, Comes cō-
miſit proditionem propter quā eſt à Re-
ge Bannitus, vel damnatus : Rex poſteà
conceſſit idem caſtrum militi in feudū,
deindè ex interuallo iterum reſtituit Co
mitem in integrū ad honores & bona:
quæritur nunquid Comes poſſit à milite
caſtrum auocare vtili actione in rē? Pro
parte affirmatiua adfert 15. rationes, ſed
tamen pro milite concludit, reſtitutio-
nem in integrum non extendi ad caſtrū
alienatum,& militi cōceſſum:quia quo-
ties rei mutatione ius quæſitum perdi-
tur, non reſtituitur rei reſtitutione, per
allegata, & plures rationes per eum ad-
12 ductas. Hinc eſt, quòd non valeat † legi-
timatio filij naturalis poſt mortem pa-
tris, & aditionem hæreditatis factam,
quia cederet in præiudicium legitimo-
rum hæredum ab inteſtato venientium,
quibus ex aditione hæreditatis & appre-
henſione rerum hæreditariarū ius quæ-
ſitum eſt,tex.in l.cū hæredes,ff. de acqui.
poſſ.quòd Princeps ipſis non citatis, ne-
que vocatis, tollere velle non præſumi-
tur,per tex.in l.penult.ff. de natal. reſtit.
facit,tex. in l. etſi poſt tres. ff. ſi quis cau-
tionib. Vndè legitimatus bona patris
hæredibus legitimis auferre nequit,quia
legitimatio non extēdit ſe ad illa bona,
iam ex ſucceſſione legitima in hæredes
ab inteſtato venientes,alienata, nam li-
cèt retrò trahatur legitimatio, tamē nō
poteſt † tollere ius alteri quæſitum, Nat- 13
ta conſi.470.nu.24.vol.2.incip.conſide-
rato themate,Caſtr.in l.3.nu. 4. ff. de te-
ſtam.Alex.in l.cū hæredes, nume.7.ff.de
acq. poſſeſſ. ſicut fictio poſtliminij, quæ
quidē retrò trahitur, attamen non tollit
ius alteri quæſitum,per vſucapionē, vel
pręſcriptionem,l.1. ff. ex quib. cauſ. ma-
ior.Bart.in d.§.& quid ſi tantùm. nu. 14.
Iaſ.ibid.num.119.Similiter Bal. Ange.&
alij,tex.in d.c.quamuis,de reſcrip.in 6.ſe-
cùs ſi fieret legitimatio in vita patris,vel
poſt mortem patris,ante aditam hęredi-
tatem,& rerum hæreditariarum appre-
henſionē,quo caſu præiudicaret venien-
tibus ab inteſtato,quia eis competit tan-
tùm ius adeundi,quod eſt ius quærendi,
non ius quæſitum, cùm hæres ex teſta-
mento,vel ab inteſtato, ante aditionem
nihil effectualiter acquiſiuerit: vndè re-
ctè † dicimus,ius adeundi non eſſe in bo 14
nis noſtris,tex.in l.pretia rerum. ff. ad l.
Falcid.Alex.ibid.nu.3.Bar. in l. is poteſt.
nu.14.ff.de acq.hær.Maran.ibid.nu. 271.
Bal.in l.2.in fin.C.de iur.& fact.igno. &
in l.Deo nobis.C.de epiſcop.& cler.Bar.
in l. poſt emancipationē. §. 1. ff. de liber.
leg. Iaſ.in d.§.& quid ſi tantū. nu. 122. cū
ſequent.vbi hanc quæſtionem legitima-
tionis filij naturalis exactiſſimè tractat.
Hinc etiam dicimus, ꝙ regulariter † hæ- 15
reditas non adita, non trāſmittatur, tex.
in l.1.§.& in nouiſſimo, C. de cadu. toll.
& in l.vnic.C.de his q̨ ant.apert.tab.text.
in l.quoniā ſororē,C.de iur.deliber. Ra-
tio,quia hæreditas competens hæredi ex
teſtamēto, vel ab inteſtato, ante aditio-
nem,

nem,non eſt in bonis noſtris,vt dixi: &
illud quod non eſt noſtrum, impoſſibi-
le eſt ad alium tranſmittere, per vulga-
ria,& nemo dat quod non habet,text.in
c.quod autem,de iur.patro. & in l.tradi-
tio.ff.de acq.rer.domi. gloſſ. 1. ibid.quæ
fallentias annotat.latè Anthon.Gomeſ.
variar.reſolut.lib.1.cap.9. nu.1. cum ſeq.
16 Adita † verò hæreditate, & apprehenſis
rebus hereditarijs,ſi Princeps vellet legi-
timare filiũ naturalẽ in præiudiciũ hære
dis,nõ diceretur hæredem priuare hære-
ditate, ſed potiùs ſpoliare proprijs bo-
nis,quod eſſet indignum Principe, quia
hæreditas ſemel adita & apprehenſa,de-
ſinit eſſe patrimoniũ defuncti,& fit pro-
prium patrimonium ipſius hæredis,tex.
in l.ſed ſi plures.§.filio. ff.de vulg. & pu-
pil,& in l.1.§.veteres.ff.de acq. poſſ. glo.
ibid.in verbo,per vnum,tex.in l.cũ hære
des,ff.eod.tit.& in §.1.in fin. Inſtit. quib.
ex cauſ.manumit.non licet.Natta d. cõ-
ſil.470.num.24.& conſil.619. nu.11. vol.
3.incip.adhæreo ſuperius,vide Obſer.lib.
2.obſer,142.circa finẽ.& Dec. conſil.269.
nu.8.cum ſeq.incip.conſultus ab illuſtri.
Sed vt ad propoſitum redeam,hęc tertia
limitatio intelligẽda eſt de ea alienatio-
ne,quæ facta eſt per fiſcum, & ſic facto
hominis, tunc enim reſtitutio vt dixi,
non trahitur ad bona facto hominis a-
lienata,gl.& Dd.in d.l.Gallus.§. & quid
ſi tantũ: ſecùs ſi bona ſine facto homi-
nis ex ſola condemnatione ad aliũ per-
ueniſſent, putà per deportationem, vel
Bannum: ita quòd ius acquiſitum tertio
traxerit immediatè cauſam ab ipſa con-
17 demnatione, quo caſu † reſtitutus ſim-
pliciter, recuperat etiam bona ad ter-
tium translata. Exempli gratia; Ius pa-
tronatus amittitur deportatione ſine
facto hominis,ex ipſa condemnatione:
item patria poteſtas,nam patre deporta-
to,filius ipſo iure ſui iuris efficitur, quia
18 deportatus † pro mortuo habetur, text.
in l.1.§.fin.ff.de bon.poſſ. contra tab. &
in l.actione, §. publicatione, ff. pro ſo-
cio,& in §.publicatione Inſt. eod. titul.
tex.in l.ſed ſi alia,ff.de bon. dãnato. Bal.
in l.ſi qua pœna.nu. 2. ff de his qui ſunt
ſui vel alieni iuris Hippol.in practic. cri-
min.§.aggredior.num. 88. cum ſequent.
19 hoc tamen ius ipſo † iure amiſſum ex
condemnatione, per reſtitutionem re-
cuperat patronus, & pater, per rationem
prædictam, text. in l. ſiue libertus, ff. de
iur.patro.tex.in l.1.§.filius ff.ad S.C.Ter-
tullia.& in l.fin.C.de ſenten.paſſ. text.in
l.ſed ſi hac lege.§.liberos.ff.de in ius voc.
& in d.l.1.§.fin.ff.de bonor.poſſ. contra
tab.Natta conſil.471.nu.2.cum ſeq. vol.
2.incip.quoniam in his,vbi omninò vi-
de.Bald in d.c.1.nume.8.hic fini.lex,&c.
Beluiſo.ibid.verſ.tertio quia.Iaſ. in d.§.
& quid ſi tantùm, num.75. Caſtr.in l.in-
tercidit.num.1.ff.de condit.& demonſt.
Anchar.in d.c.quamuis.de reſcript.in 6.
Et generaliter † omnis alienatio,imme- 20
diatè ex ſententia deſcendens, per reſti-
tutionem reſcinditur, quia reducitur
cauſa ad non cauſam,per text. notab. in
l.ſi quis filio,§.penul.ff.de iniuſt.rupt. &
irrit. facto teſtament. ſecùs ſi alienatio
facta ſit per viam contractus,& non vi-
gore ſententiæ,quo caſu contractus re-
ſtitutione in integrum non reſcinditur,
Ang in l.ſi pater filium, ff.de adoption.
d.c.quamuis,de reſcript.in 6. d.l. Gallus.
§.& quid ſi tantùm,Alexand. & alij ibid.
Natta d.conſil.471.num. 3. Felin.in d.c.
inter quatuor,nume.5.vbi hoc exemplo
declarat, quòd amiſſa ſimplici reſtitu-
tione,ad priſtinum ſtatum reuertantur,
d.l.final.C.de ſent.paſſ.& alijs iuribus ſu-
prà citatis. Sed ſtante hac communi cõ-
cluſione, quòd † reſtitutio in integrum 21
non extendatur ad bona per fiſcum a-
lienata,ita quòd poſſeſſor talium bono-
rum vtili rei vendicatione à reſtituto
moleſtari nequeat, an ne fiſcus tenebi-
tur reſtituto ad refuſionem precij? Bart.
in d.l.final.num.7.C.de ſent. paſſ. quem
communiter Dd. ſequuntur, exiſtimat
eum catenùs teneri, quatenùs locuple-
tior factus eſt,argumento l. ſed etſi lege.
§.item ſi res.ff.de petit.hæred. Nellus lo-
co citato,quæſtion 6.vbi hoc reſtringit,
& in Italia non ſeruari dicit, quòd neq;
in Germania ſeruatur, niſi hoc in reſti-
tutione expreſsè dictum eſſet, Anthon.
Gomeſ.variar. reſolut.libro 3. capit. 15.
num.39. vbi dicit, bona † confiſcata ve- 22
nire in reſtitutionem, ſi adhuc penes
Principem vel fiſcum extent: ſecùs ſi ti-
tulo oneroſo, vel etiam lucratiuo alie-
nata ſint, quo caſu non venire in reſti-
tutionem, neque precium loco rei de-
beri cõcludit,eò quòd alteri ante reſtitu-

tionem

tutionem ius quæſitum ſit, quod illi ſi-
ne facto ſuo auferri non debet, per text.
in l.quoties.C.de precib.Imp. offer.& in
d.l.2.§.ſi quis à Principe, text.in d. l. 2. ff.
de decurionib.& in l.ſi quando.C.de in-
offic.teſtam.gloſſ.ſing.in d.l.Gallus.§.&
quid ſi tantùm, in verbo, emancipatus,
in fine. Quartò prædicta regula intelligi
23 debet de † reſtitutione facta per mo-
dum gratiæ, ſecùs eſt ſi per modum iu-
ſtitiæ fieret, vtputà ſi Bannitus poſt la-
tam ſententiam offerat probationem
innocentiæ, eamq́ue poſteà probet, ita
quòd iterùm abſoluatur à Banno per vi-
am iuſtitiæ, iuxta text. in l.1. §. final. ff.
de quæſtionibus: quia tunc huiuſmodi
reſtitutio & abſolutio Banni extendi-
tur etiam ad alienata, & iura alteri quæ-
ſita, Raph.Cuma.In d. §. & quid ſi tantũ.
Iaſ.ibid.num.73.Afflict.in c.1.num.12.de
vaſal.decrep.ęta.Plot.in d.repet.l.ſi quã-
do.C.vnde vi.§.1.num. 5. nam reſtitutio
conceſſa per viam iuſtitiæ pinguius ſuc-
currit, quàm gratioſa reſtitutio, vt dicit
Iaſ.vbi ſup.vide omninò Plotũ loco al-
legato, Menoch.de recup.poſſeſſ.in deci-
mo remedio, nu.111.& nu.113. Quintò ꝑdi-
24 cta regula non procedit, ſi fiat † reſtitu-
tio per Principem diſertis verbis, etiam
quoad bona alienata, maximè ex cauſa
publicæ pacis: quo caſu communiter re-
ceptũ eſt, Principem ius alteri quæſitum
tollere poſſe, per text. in l. Lucius. ff. de
euictio.l.item ſi verberatũ.ff. de rei ven-
dic.Bart.& Alex. in d.l.fi.C.de ſent. paſſ.
Bartol.ſingulariter in l.quæcunque. nu.
4.C. de fid. inſtru. & iurè haſtæ fiſcalis,
lib.10.dicens, publicata & alienata bona
reſtitui debere, ſi hoc in pacificationis
formula, ſiue pacis cõditionibus expreſ-
sè dictum ſit, Iaſ.in d §. & quid ſi tãtùm.
num.79.idem in l.venia.numer.16.C.de
in ius voc.Afflict.pulchrè deciſ.361.nu.7.
& deciſ.116.vbi omninò vide, Felin.in d.
c.inter quatuor.nu.4.& nu. 6. Nellus in
prima part. tertij tempor. quæſtione 11.
Bald.ſing.in titul.de pace Conſtan.verſ.
hoc quod nos.num.3.vbi dicit illud me-
moria tenendum, per illum text. Dd.in
l.fin.C.ſi contra ius vel vtil.publ. Cano-
niſt.in c.quæ in eccleſiarum, de conſtitu.
Hinc eſt quòd damna ſubditis tempore
25 belli illata, Princeps † pacis publicæ gra-
tia remittere poſſit, maximè ſi pax aliter
haberi nequeat: adeò vt ſubditi ꝑpetuò
ab omni actione excludantur. Ratio,
quia ob pacem publicam Princeps re-
mittendo damna, ſubditorum negotiũ
vtiliter geſſiſſe cenſetur, adeoq; pax pub-
lica priuatæ vtilitati præferri debet, text.
elegans in c. Imperialem, de prohib.
feud.aliena.per Lothar. & in l. vtilitas.
C.de primipilo lib. 12.tex.in l.ſi quis gra-
ue, §. vtrum, ff.de S.C.Syllania.& in l.cõ-
uentionum, ff.de pact.& ibid.Dd.text.in
l.Barbarius, ff.de offic.præto. Iaſ. præcla-
rè ibid.num.24.Deci.conſi. 287. num.4.
incip.In caſu cõmunitatis.Rom.conſil.
310.num.2.incip.In caſu propoſitæ. Dd.
in d.l.fin.Afflic.d.deciſ. 361.nume.4.& 5.
idem in c.1.§.ſimiliter poteſt, nu.11. cum
ſequen.de Capita.qui curi.vend.Iaſ.in d.
§.& quid ſi tantùm.numer.80. & d. l. ve-
nia.nu.14.vbi dicit, talem remiſſionem
damnorum valere etiam in foro conſci-
entiæ. Fauore enim Reip. à regulis iuris
communis receditur, & multa permit-
tuntur, quæ aliâs interdicta ſunt, text.in
c.Abbate, §.fin.verſ. præſertim, de ſen-
ten.& re iud.in 6.& in l. ita vulneratus,
verſ. multa, ff.ad l.Aquil.& in d.l. Barba-
rius, gloſſ.ibid.in verbo, multo magis in
fine, Hippol.in pract.crimi.§.aggredior,
nu 61.cum ſeq. vbi ampliſſime per mul-
ta exempla. Prædicta accipienda eſſe exi-
ſtimo, ſi iuſtis de cauſis bellum ſuſceptũ
fuit, non priuato odio, vel vlciſcendi
quadã cupiditate, tex.in c.quid culpatur.
23.q.1.& in c.iuſtũ.& in c.dominus. 23. q.
2.Bart.in l.hoſtes.ff.de capti.& poſtl. re-
uerſ.vel quòd è ſtultitia quadã, aut mali-
tia natũ ſit, quemadmodũ bellum illud
Troianum, quod nihil aliud, quàm ſicut
eleganter ſcripſit Horat.lib.1.epiſt.

Stultorum regum, & populorum continet æſtus.

Vndè mox ſubijcit:

Quicquid delirant reges plectuntur Achiui:
Seditione, dolis, ſcelere, atque libidine, & ira,
Iliacos intrà muros peccatur & extra.

Sed de hac querimonia ampliſſimè ſcri-
pſit Eraſm. in Chiliadib. in prouerbio,
Dulce bellũ inexpertis, & in prouerbio,
Aut regem, aut ſtultum naſci oportere.
Hæc præter opinionem longiùs proſe-
cutus ſum, modò ad Conſtitutionẽ Im-
perij de pace publica deſcẽdamus, verùm
abſolutus † à Banno Imperij omnia ſua 26
bona, famam, dignitatemq́ue priſtinam
recupe-

recuperet. Breuiter, quod ad Bannitos
propter contumaciam attinet, certum
& indubitatum eſt, abſolutum à Banno,
omnia ſua bona recuperare: quia hoc
caſu nulla fit alienatio bonorum, ſed
tantùm immiſſio in bona Banniti, tan-
tiſper, donec contumaciam purget, quæ
ſolutione expenſarum & damnorum,
inuita parte læſa, purgatur, & abſolutio
Banni conceditur, vt dixi ſuprà, eod. lib.
cap. 6. & cap. 18. ideoque meritò bona oc
cupata recuperat. Quod ad honores atti-
27 net, priori dignitati reſtituitur, & † ad
munera adhuc vacantia admittitur: ho-
nores verò alijs collatos non recuperat,
quia reſtitutio ad ius alteri quæſitum nõ
extenditur, vt ſuprà dictum eſt, Barto. in
d. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. num. 12. &
per iura ſup. in prima limitatione allega
ta, facit optimè tex. in d. l. quod ſi minor.
28 §. Scæuola. ff. de minorib. Fructus † quoq;
medio tempore perceptos reſtitutus nõ
recuperat, ſed immiſſus ſuos facit, quia
immiſſio fit authoritate Cæſaris, & q au
thore Cæſare poſſidet, iuſtè poſſidet, ar-
gument. l. iuſtè poſſidet, ff. de acq. poſſ. a-
deoq; cõmuni opinione cõfirmatur, ab-
ſolutum à Banno, non recuperare fru-
ctus, durãte Banno ab offenſo pceptos,
per text. ſing. in d. Auth. Idem eſt de Ne-
ſtorianis. C. de hæret. & Manich. Ange.
ibid. Bald. in d. c. 1. num. 13. hic finitur lex,
&c. Bald. Aretin. Ang. Imol. in d. l. Gal-
lus. §. & quid ſi tantùm. Iaſ. ibid. num. 64.
& num. 69. vbi communem fatetur, ta-
metſi ipſe contra communem intrepi-
29 dè concludat, eò quòd verbum † reſtitu-
tionis pleniſſimam ſignificationem ha-
beat, fructusque comprehendat, tex. in l.
videamus. 2. §. in Fauiana. ff. de vſur. & in
l. in condemnatione. §. 1. ff. de regul. iur.
tex. in l. Iulianus. §. idem Iulianus. & in
l. præterea. ff. de rei vendic. text. in l. in
conditione. §. 1. & in l. cùm Prætor. & in
l. fin. §. ſi. ff. de verb. ſigniſ. text. in c. acce-
dens. in fine. vt lit. non conteſt. hanc opi
nionem ante Iaſ. ſequitur Nellus in pri.
part. ter. tempo. quæſtion. 7. Sed à com-
muni opinione non eſt recedendum,
quam expreſsè approbat Camera Impe-
rialis in Ordination. part. 3. titul. 46. §.
Wo auch. circa finem, quæ cõmunis opi-
30 nio, quóad † Bãnitos, omnium maximè
procedit in fructibus perceptis & cõſum-
ptis. Sed quid ſi adhuc extẽt fructus, poſt
moræ purgationem, & abſolutionem
Banni, an illi rei vendicatione, vel ſaltẽ
officio iudicis repeti poſſint? Regulam
notiſſimam eſſe conſtat bonæ fidei poſ-
ſeſſorem fructus ſuos facere, text. in §. ſi
quis à non domino. Inſtitut. de rerum
diuiſion. & in §. ſi verò. Inſtit. de offic. iu-
dic. tex. in l. bonæ fidei. ff. de acq. rer. dom.
& in l. 1. C. de petit. hæred. Dd. in l. certũ.
C. de rei vẽdic. glo. notab. in l. & ex diuer
ſo. ff. eod. in verb. nõ habendam, Bartol.
præclarè ibid. & Panor. in c. grauis. de re-
ſtitut. ſpol. ſed miſſus in poſſeſſionẽ bo-
norum Banniti, bona fide poſſidet: quia
vt dixi, authore Cæſare poſſidet, d. l. iuſtè
poſſidet, ergo fructus perceptos ſuos fa-
cit: & per conſequens rei vendicatio, ſi-
ne extent fructus, ſiue conſumpti ſint, lo
cum non habet, & ordinario loco alle-
gato, indiſtinctè loquitur, & ſic lege nõ
diſtinguente, nec nos diſtinguere debe-
mus, vulgata l. de precio. ff. de publicia.
in rem actio. tex. in l. ſi vero negorium,
§. de viro, ff. ſolu. matri. & in l. 3. ff. de of-
fic. præſid. Puto tamen extantes fructus,
præſertim quóad Bannitũ ob contuma-
ciã iudicis officio repeti poſſe, per d. l. cer
tũ. C. de rei vendicat. Bart. in d. l. & ex di-
uerſo. nu. 6. Vendicari verò nõ poſſe, qa
perceptione facti ſunt accipientis, per iu
ra allegata, ideò iudicis officiũ imploran
dũ, vt fructus extantes purgata mora re-
ſtituãtur, cùm actoris amplius nõ inter-
ſit, nemoque cum alterius iactura locu-
pletari debeat, per vulgaria: adeoq; ver-
bum reſtitutionis in pleniſſima & am-
pliſſima ſignificatione accipiendum ſit,
ex Nelli & Iaſ. ſententia, per iura ſuprà
allegata, quæ opinio ſummam habet æ-
quitatem. Porrò † quod ſpectat ad Ban- 31
nitos ob delictum fractæ pacis, an reſtitu
tus, vel abſolutus à Banno, recuperet ho
nores & bona? Dicendũ breuiter, quóad
honores obſeruandã diſtinctionem quã
ſuprà poſui, vt tantùm extendatur ad va
cantes, per iura in prima limitatione al-
legata. Quantùm verò ad bona attinet,
diſtinguo, vtrùm quis ſit ob rebellionẽ,
vel crimen læſæ maieſtatis ab ipſo Cæſa-
re Bannitus, an verò à Camera Imperia-
li ex alio delicto fractæ pacis. Si à Cæſa-
re, & durante banno, bona commiſſa &
publicata, in alium titulo emptionis,
vel

vel donationis alienata ſint, tunc reſti-
tutio, vel abſolutio non extenditur ad
illa bona alienata, quia tunc ius quæſitũ
tertio, non trahit cauſam & originem à
condemnatione, ſed à nouo pacto, &
contractu inito inter fiſcum & tertiũ, Fe
lin. in d. c. inter quatuor, num. 5. & per iu
ra ſupr. in tertia limitatione allegata, ni-
ſi hoc expreſsè in abſolutione & reſtitu-
tione Principis dictum ſit, idque ex cau-
ſa publicę vtilitatis, vt dixi ſuprà, in quin
ta limitatione, per iura ibidem allegata.
Si verò banni declaratio in Camera fa-
cta ſit, tunc reſtitutio extenditur ad om-
nia bona, d. l. ſiue libertus. ff. de iur. patro.
cum concordantib. maximè ſi ex ſola
ſententia banni bona ſint occupata à ter-
tio, cui ius quæſitum foret immediatè ꝑ
ipſam damnationem, nullo nouo facto
interueniente, per ea quæ ſuprà dicta ſunt.
Præterea in Camera ex ſententia Banni
non fit alienatio bonorum, niſi pro re-
bus indicatis, & ſumptibus executionis,
quæ bona non alienationis iure, ſed exe-
cutionis nomine, vel retinentur, vel alię
nantur, text. in l. 2. C. de execut. rei iudic,
& in l. 4. §. ſi ex conuentione, ff. de re iu-
dic. text. in l. à Diuo Pio, §. in venditio-
ne, & in §. ſi pignora, cum §. ſequ. ff. eod.
titu. prout habetur in Ordinatione Ca-
meræ Imperialis, part. 3. titul. 43. 46. 48. &
49. vbi etiã diſponitur, quomodò ſum-
ptus militares Executoribus refundẽdi,
ſi bona banniti non ſufficiant. Itaq; poſt
abſolutionem banni in Camera factã,
in reſtitutionem veniunt reliqua bona,
quæ deductis rebus iudicatis, & ſumpti-
bus executionis adhuc ſuperſunt, d. titu.
46. §. Wo auch/circa finem, & d. titu. 49.
32 §. 1. circa finem. Sed quid † ſi Bannitus
ſumptus executionis reſtituere nequeat,
moriaturque in banno, an hęredes tene-
buntur refundere ſumptus? Nõ videtur,
quia bannum morte bãniti exſpirat, tex.
in l. defuncto. ff. de public. iudic. cum ſi-
milibus allegatis ſuprà, lib. 1. cap. 20. & al-
terius delictũ alteri nocumenro eſſe nõ
debet, text. in l. ſancimus. C. de pœn. & in
c. non debet. de regul. iur. in 6. & per alia
allegata ſup. eod. lib. cap. 13. & cap. 16. Ve-
33 rius eſt, Executores tantiſper † bona bã-
niti propria retinere poſſe, donec ex fru-
ctibus ſumptus litis, & executionis plenè
refundantur: quia licèt morte bãniti cri-
men extinguatur quòad executionẽ cor-
poris, vt aiunt, afflictiuam, tex. in l. crimẽ
ff. de pœnis, & in d. l. defuncto, tex. in l. 1.
& in l. fi. C. ſi reus, vel accuſat, mort. fuer.
tamen inſtãtia ad hæredes tranſit, quòad
Executionem damnorum, expenſarũ, &
rei iudicatæ, per allegata d. cap. 20. Sed
bona feudalia, mortuo Bannito, filijs, a-
lijsque agnatis reſtitui debent, quia deli-
ctũ patris, vel agnati, nõ poteſt in feudo
antiquo ex pacto & prouidentia præiudi-
care filijs, & agnatis, text. in c. 1. de vaſall.
decrep ætat. & in c. 1. §. hoc quoq; de ſuc-
ceſſ. feudi Afflic. in c. 1. §. præterea ſi vaſal
lus, in glo. 3. nu. 2. & in §. fi. quę fuit prima
cauſ. benefi. amitt. Curt. part. 5. nu. 2. cum
ſeq. niſi tale ſit delictũ, quod etiã filijs &
agnatis præiudicare poſſet, putà cõmiſ-
ſum in perſonã domini, vt plenè notaui
ſup. d. cap. 13. quò me breuitatis gratia re-
mitto. Quamdiu igitur viuit bannitus,
fructus feudales in cauſam iudicati, &
executiõis rectè percipiũtur, vt dixi ſupr.
eod. lib. cap. 14. defuncto † vero Bannito 34
feudum antiquum & gentiliciũ ad hęre-
des ſanguinis, quibus ex pacto, & proui-
dẽtia primi acquirẽtis ius quæſitũ eſt, re-
uertitur, quibus regulariter delictum pa-
tris, vel agnati impedimento eſſe nõ po-
teſt: cùm feudum ſit inſtar vſusfructus,
tex. in c. 1. §. fi in qnib. cauſ. feud. amitt. ꝗ
morte vaſalli extinguitur, per regulã, ꝙ
ſoluto iure datoris, ſoluatur quoque ius
accipiẽtis, per allegata d. cap. 14. vbi vide.
Et ideò probè repetũt poſſeſſionem feu-
dalium bonorum ab Executoribus, quia
nõ ſunt hæredes defuncti vaſalli, ſed pri-
mi acquirentis, non hæredes hæredita-
tis, ſed ſauguinis: † nam feudum antiquũ 35
ex pacto & prouidentia, eſt munus gene-
tis, non donum patris, vel agnati, vt ſin-
gulariter dixit Bal. in c. 1. §. inſuper. num.
5. de prohib. feud. alie. per Frederi. per tex.
ſingularem in l. 3. ff. de interdic. & releg.
vbi dicitur, quæ à genere, à ciuitate, à re-
rum natura tribuuntur, ea filijs manere
incolumia: non enim hæc patrem, ſed
maiores eorum eis dediſſe. Et ita quan-
doque in ſimilibus controuerſijs obſer-
uatum memini.

Finis libri ſecundi de pace publica.

DE PIGNORATIONIBVS PRACTICARVM OBSERVATIONVM LIBER SINGVLARIS,

auctus & recognitus.

Authore Andrea Gaill I.C. præclariſſimo.

EDITIO TERTIA.

OBSERVATIO PRIMA.

Pignoratio Imperialis quid ſit, & quomodo ab arreſto, ſpolio, & repræſalijs differat.

SVMMARIA.

1 *Ex quibus cauſis pax publica turbari ſolet.*
2 *Pignorationis conſtitutio cur introducta.*
Qualitas requiſita probari debet. ibid.
3 *Pignoratio quando dicatur fieri.*
4 *Quid differat à repræſalijs.*
5 *Repræſaliæ ob denegatā iuſtitiā antiquitùs cōceſſæ.*
6 *Arreſtū vel manuū iniectio differt à pignorationib.*
Diplomata Cæſaris contra fugitiuos debitores. ibid.
Habitat nuſquam, qui vbique habitat. ibid.
7 *Spolium quomodo à pignorationibus differat.*
8 *Interdicta nulla competunt pro rebus mobilibus.*
9 *Pignus propriè in mobilibus conſiſtit.*
10 *Pignorationis proceſſus bipartitus eſt.*
11 *Res mobiles in conſequentiā veniunt in interdictis.*

QVandoquidem in-
1 ter † Principes &
Status Imperij, &
primarios nobiles
immediatè Impe-
rio ſubiectos, ob
turbaram iuriſdi-
ctionem, vel poſ-
ſeſſionem alicuius
iuris, putà piſcandi, paſcendi, venandi,
aucupandi, exigendi tributa, imponen-
di indictiones ſiue collectas, & ſimilium
iuriū, nec non ratione priuilegiorū, rega
liū, finium regundorū, & teſſeræ publicæ
ſecuritatis, ſiue ſalui (vt vocāt) cōductus,
grauiſſimæ cōtrouerſiæ & contentiones
vtrinq; exoriantur, ita vt horū iuriū &
priuilegiorū tuendorū gratia, ſæpè ad ar-
ma veniant, pacemq; publicam, coactis
hominibus, non ſine maximo innocen-
tiū ſubditorū, & vicinorum malo atque
diſpendio, peſſimo exemplo perturbēt:
ideò ſingulares quædā Imperij Conſtitu-
tiones communi Statuum Imperij con-
ſenſu, in Comitijs Imperialibus promul
gatæ, & Cōſtitutioni Pacis publicæ ad-
iunctæ ſunt, vt ſunt Conſtitutio ſuper li-
tigioſa poſſeſſione, ſuper l. diffamari, de
mandatis ſine clauſula, de relaxatione
iuramenti ad effectum agendi, & de Cau
ſis fiſcalibus, de quibus Cōſtitutionibus,
quid in Camera Imperiali Spiræ hacte-
nùs ex facto obſeruatum ſit, lib. 1. Obſer.
Practicarū dixi. Hoc aūt ſingulari libro,
de Cōſtitutione pignorationis prolixiùs
dicā. Eſt enim vſus † huius Cōſtitutionis 2
in Camera omniū frequentiſſimus, & ad
pacē publicā conſeruandā præcipuè ſpe-
ctat: quod vel ex eo manifeſtum euadit,
quia nō habet iſta Cōſtitutio inter quaſ-
libet perſonas locū: ſed tantū inter Prin-
cipes, Ordines, ſiue Status, & nobiles Im-
perio immediatè & principaliter ſubie-
ctos, qui ob huiuſmodi pignorationem
offenſi, pacē publicā armata manu, col-
lectis hominibus, turbare atque violare
poſſent, qui nocēdi habēt facultatē, & ob
potentiā nocere poſſunt. Ita enim diſer-
tis verbis ipſa pignorationis Cōſtitutio
diſponit, prout habetur in Ordinat. Ca-
meræ Imperialis part. 2. tit. 22. Nā niſi v-
traq; pars (ſcilicet, tā pignorator quā pi-
gnoratus) immediatè ſubiecta ſit Impe-
rio, ꝓceſſus ſuper illa Cōſtitutione, putà
mandatū ſine clauſula iuſtificatoria, de
relaxando captiuo, vel reſtituenda re
ablata, & citatio ſuper iure pignoratio-
nis in Camera obtineri nequit, ad veri-
tatem enim copulatiuæ, vtrunque re-

quititur eſſe factum, tex. in l. ſi quis ita ſti-
pulatus fuerit, decem, ff. de verb. oblig. Et
quoties lex certam qualitatem requirit,
neceſſe eſt ante omnia talem qualita-
tem probare, text. in l. prætor ait, la. 2. §.
docere, ff. vi bono. rapto. cum ſimilibus.
Deficiente enim qualitate Conſtitutio-
nis, deficit iuriſdictio Cameræ: nam ver-
bis legis ceſſantibus, ipſa quoque diſpoſi-
tio legis ceſſat, text. in l. 4. §. toties, ff. de
dam. infect. & in l. 1. §. quod autem ait,
ff. ne quid in flum public. latè Hippol.
in l. ſi quis, nume. 130. ff. de quæſtionib.
Iaſ. in l. non ſolum, § ſciendum, nume.
3. ff. de noui oper. nuntiat. & per multa
allegata in tract. fractæ pacis libr 1. cap.
3 13. Pignoratio † verò ex Conſtitutione
Imperij fieri dicitur, quandò Status, vel
Nobilis Imperij, alterius Status, vel No-
bilis ſubditos, aut eorum bona mobilia,
ob contentioſam iuriſdictionẽ, vel poſ-
ſeſſionem alicuius iuris, quod eo loci, v-
bi fit pignoratio, prætenditur, capit, &
pignori accipit, quando vnus pro alio, &
res vnius pro re alterius apprehenditur,
ſic alius pro alio grauatur, text. in c. 1. de
iniurijs, li. 6. Iacob. à Canibus in tract. re-
præſalia. in prima par. num. 1. Differt au-
4 tem † pignoratio à repræſalijs, item ab
arreſto, & ſpolio: nam repræſaliæ, licèt
pignorationes in iure appellentur, per
tex. in d. c. 1. Bart. in Auth. vt non fiant pi-
gnorationes pro alijs perſonis, &c. nu. 1.
tamen multum à pignorationibus Im-
5 perij differunt, quia † repræſaliæ ob de-
negatam iuſtitiã antiquitùs publica au-
thoritate, & Principis ſuperioris conſen-
ſu concedebantur, per tex. in c. dominus
noſter. 23. q. 2. Bar. & Iacob. à Canibus la-
tè in ſuis tractatibus de repræſalijs: ſed
pignorationes ob turbatam iuriſdictio-
nem vel poſſeſſionem fiunt, idq; priua-
6 to arbitrio. Arreſtum † verò, ſiue ma-
nuum iniectio, aut prehenſio nihil quo-
que commune habet cum pignoratio-
ne, quia ex ſingulari cauſa inter quasli-
bet perſonas, etiam priuatas obtinet, quę
nobis ex contractu, ex delicto, vel quaſi,
obligatæ ſunt: & fit authoritate magi-
ſtratus, quandò alicui interdicitur, ne lo-
co excedat, niſi bona voluntate aduerſa-
rij ſui; qui de eo apud magiſtratum con-
queſtus eſt, vel cùm res alicuius ex cauſa
pro ſecuritate noſtra, publica authorita-
te detinetur, ita vt auferri nequeat inuí-
to eo, qui manuum iniectionem, prehen-
ſionem, ſiue arreſtum impetrauit, & hu-
iuſmodi arreſta quæ fiunt authoritate
Magiſtratus, paſſim in Germania pmit-
tuntur, per notata Obſer. lib. 2. Obſer. 44.
Et Imperator etiam conſueuit ad inſtan-
tiam creditorum, diplomata literas pa-
tentes vocant, offene patenten, oder Kay-
ſerliche befelch/contra latitantes & fugi-
tiuos debitores concedere, vt vbiq; loco-
rum in Imperio per Magiſtratum pre-
hendi, & iuri ſiſti poſſint, Das ſie auff
recht allenthalben im Heyl. Röm. Reich/
angehalten werden mögen. quia qui vbiq;
habitat, nuſquam habitat, text. in l. eius
qui, §. ſi quis domicilio, ff. ad municipa.
& ideò vbiq; forum ſortitur, & paſſim in
Imperio ſiſti, & conueniri poteſt, text. in l.
dies cautioni, §. prætor ait, ff. de dam. in-
fec. Bart. Alex. & alij ibid Cano. in c. fin.
de for. compet. Vide Pyrrhũ ad conſuet.
Aurelianenſes rub. de execut. inſtr. ca. 12.
& tit. de executione ex locato, cap. 7. Sed
pignoratio fit propria & priuata autho-
ritate, & contra innocentem, qui alteri-
us odio prægrauari nõ debet, tex. in l nõ
debet. ff. de reg iur. cũ concordantib. ne-
que pcedit inter quaslibet perſonas, ſed
tantũ inter eas obtinet, quę principaliter
Imperio ſubditæ ſunt, vt dictum eſt. Spo-
liũ † quoq; à pignoratione differt, quia il- 7
lud ad interdictum Recuper. poſſeſſ. hæc
verò ad interdictũ Retinendæ pertinet.
Eſt enim nihil aliud pignoratio, quàm
turbatio poſſeſſionis, quando quis captis
pignoribus iure ſuo vti prohibetur, iux-
ta tex. in l. penult. ff. de ſeruitu. & in l. ſicu-
ti, §. dicit igitur, ff. ſi ſerui. vendic. & in l.
1. §. hoc interdictum ſufficit, ff. vti poſſid.
vt ſuo loco prolixiùs dicetur: item ſpo-
lium non habet locum, quandò res mo-
bilis aufertur, cùm nullum † interdictũ 8
poſſeſſorium pro re mobili compara-
tum ſit, text. in l. 1. §. illud. ff. de vi & vi
arm. gloſſ. Bart. & Alex. in l. rem quæ no-
bis, ff. de acq. poſſ. circa mobilia non ca-
dit ſpoliatio, ſed competit actio furti, vi
bonorum raptorũ, aut actio ad exhiben-
dum, tex. in d. l. 1. §. illud. vel alia remedia
poſſeſſoria dãtur, quæ receſentur p Bart.
& Alex. in d. l. rem quæ nobis. Marã. par.
4. diſt 7. num. 22. cum ſeq. Anchar. conſi.
248. num. 3. incip. Ad prædicta dubia. Pi-
gnora-

9 gnoratio verò fit in † rebus mobilibus,
quia pignus à pugoo dicitur, & propriè
in mobilibus cõſiſtit, tex. in l. 1. ff. de pig.
act. & in l. plebs. §. pignus. ff. de verbo. ſig.
& hoc intelligendum eſt, quòad punctũ
10 mandati: oã † proceſſus pignorationis
bipartitus eſt, vt infr. Obſeru. 13. dicetur,
nimirũ mãdati, & citationis: Primò oiã.
dat Imperator, vt pſona capta ante om.
nia relaxetur, vel res pignoratitia veſti.
gio reſtituatur: déiodè citatur pignora.
tor vt cauſam pignotationis lo termino
præfixo deducat ſub pœna perpetui ſilẽ.
tij iuxta text. in l. Titia, ff. de accuſatio.
Proceſſus igitur mandati ad perſônas &
res mobiles pertinet: citationis verò, ad
Interdictum Retinend. poſſeſſ. quod de
rebus mobilibus comparatum oon eſt,
cùm oullum interdictum ad res mobi.
les ſpectet, text. in d. l. 1. §. Illud, ff. de vi, &
vi atma. Bartol. Alexan. Maran. & An.
11 char. vbi ſup. quod † tamen intelligendũ
eſt principaliter, quia in conſequentiam
etiam ꝓ rebus mobilibus ioterdictũ poſ.
ſeſſorium datur, d. l. 1. §. illud. Alex. in d.
1 l. rem quæ oobis. nnm. 8. per tex. in c. gra.
uis. de reſt. ſpol. Nam ex interdicto Recu
peraodæ non ſolùm venit reſtitutio rei
inuaſæ, ſed etiam plenaria integraq; re.
ſtitutio rerũ mobiliũ inde ablatarũ, item
reſtauratio damnorum, fructuũ perce.
ptorum, & qui percipi potuiſſent, per tex.
in d. c. grauis, Panor. ibid. num. 2. & com.
muniter Canooiſt.

OBSERVATIO II.

De repræſalijs & earum origine.

SVMMARIA.

1 *Repræſaliæ dicuntur pignorationes.*
2 *Repræſaliæ an ſint iure diuino, naturali, & ciuili permiſſæ, ob denegatam iuſtitiam.*
3 *Imperator in Imperio nõ concedit repræſalias, quia pacem publicam perturbant.*
4 *Imperator dat priuilegia contra repræſalias.*
5 *Vſus repræſaliarum antiquiſsimus eſt.*
6 *Numa Pompilius primus feciales conſtituit, & de officio eorum.*
7 *Androlepſiæ pignorationes hominum dicuntur.*
8 *Clarigatio latinè, pro repræſalijs.*

1 REpræſaliæ † barbaro vocabulo
dicuntur pignorationes rerum,
& perſonarũ, quandò vnus pro
alio, & res vnius pro re alterius apprehẽ.
ditur, tex. in c. 1. de iniur. lib. 6. & antiqui.
tùs concedebantur à Principe, vel ma.
giſtratu, merum & mixtũ Imperium ha.
bente, ob iuſtitiam denegatam. Ao au.
tem † huiuſmodi repræſaliæ iure diuino 2
naturali, gentium, & ciuili valeant, in
vtramque partem variè diſputatur, ſed
communi Dd. voto concluditur, eas re.
gulariter valere, eſſeque ſpeciem iuſti bel
li, ne pereat iuſtitia: oam iure diuino di.
citur, ꝙ cõtra illã gentem, quæ nobis ne.
gligit facere iuſtitiã, bella geri poſſint, vt
dicit Auguſt. in lib. quæſt. & tranſſumpti.
uè in decreto, c. dominus noſter, 23. q. 2.
& per conſequens ſubditi illius domioi,
qui iuſtitiam facere neglexit, capi, & eo.
rum bona auferri poterunt, vt tradunt
Bart. Marti. Laudenſis, & Iacob. à Cani.
bus omoium ampliſſimè in ſuis tracta.
tib. de repræſalijs, ad quos me breuitatis
gratia remitto. Inno. & alij in c. olim, de
reſtit. ſpolia. vbiq; ex iure diuino, Cano.
nico, & Ciuili hoc cõprobant, ſed illam
communẽ regulã 34. modis limitat Ia.
cob. à Canibus, quem io materia repræ.
ſaliarũ omninò vide. Sed quicquid ſit de
iure cõmuni, † Imperatores tamen Ro. 3
manorum non conſueuerunt coocede.
re repræſalias ob denegatã iuſtitiam, vel
aliam ob cauſam, etſi hoc ſæpè petitum
meminerim, idque eo fine: nam in con.
cedendis ræpræſalijs pugna quodammo
dò offertur, vndè bellum ſequitur, & li.
cèt illud iuſtum eſſe dici poſſet, tex. in d.
c. dominus noſter, tamen quãtumuis iu.
ſtum ſit, infinita ſecum trahit incõmo.
da, & latrocinijs atque publicis ſcãodalis
viam aperit, quibns ſummus Prioceps
anſam præbere non debet. text. io l. nam
ſalutem, ff. de offic. præfec. vigil. & io §. 1.
de pac. tenen. & iuram. firman. & in c. 1.
de prohib. feu. alienat. per Frederic. Imò
† Imperator non grauatè concedit Sta. 4
tibus Imperij, & ciuitatibns liberis, priui
legia contra huinſmodi repręſalias, etiã
ſine canſæ cognitione, qnia talis conceſ.
ſio pacẽ publicã concernit, neq; alicuius
præſentiã, & per conſequens, nullã cita.
tionẽ requirit, tex. in l. 1. & in l. 4. §. videa.
mus, ff. de fideicõmiſ. libert. & in l. qui po
teſt inuitis. ff. de reg. iur. Iaſ. io l. reſcriptũ,
nu. 4. ff. de pact. Vſum aũt † repręſaliarũ, 5
vt hoc obiter dicã, ooo nouitia conſue.

tudine, vt Bar.in ſuo tract.repræſal.circa
initiũ voluit, ſed à vetuſtiſſimis Roma-
norum legibus radicem ſumpſiſſe exiſti-
mat Zaſ. ad l.2.§. & ita leges, ff.de orig.
6 iur.in verbo,latas,circa finẽ,putà † ab ip-
ſis Fecialibus,à Numa Pompilio ſecun-
do Romanorũ rege primò conſtitutis,
quorum officiũ erat cuſtodire, ne alicui
confœderatæ vrbi bellum à Romanis
iniuſtũ inferretur: quòd ſi fortè ab alijs
fœdera violarentur,repetere res:& ſi nõ
redderentur,bellũ decernere. Ibat enim
ad fœdifragã ciuitatẽ Fecialis, & admo-
nitis vt iuſta facerẽt,niſi paruiſſent (dijs
fœderũ inſpectoribus inuocatis)bellum
cõminabatur.De modo, forma, atq; ſo-
lennitatibus Fecialiũ vide Dioniſ. Hali-
car.Liuiũ,Feneſtellã,& Plutarchũ. Hinc
emerſiſſe vſum repræſaliarũ Zaſius exi-
7 ſtimat. Ius quoq; † pignorandorũ homi-
num antiquiſſimum fuiſſe ſcribit Budæ-
us ad l.aut facta, §. euentus. ff.de pœnis.
Moris,inquit, antiquiſſimi fuit, vt q cæ-
dem perpetrâſſent,ſi quum in externam
vrbem ꝓfugiſſent, ad pœnã expoſiti nõ
dederẽtur ijs, ad quos facinus admiſſum
pertinebat:ipſis vt permitteretur iniuti-
am paſſis pignorandi poteſtas,quam an-
drolepſiam ſiue androlepſium Græci vo
cant. Legis verba ex Demoſthene citat
in hanc ſententiam: *Si quis violenta
morte obierit, pro hoc gentilibus & co-
gnatis androlepſiæ ſunto,quóad iudiciũ
cædis, pœnasq; ſubierint, vel necis au-
thores dediderint. Androlepſia verò ad
tres vſque,nec eo ampliùs,eſto.* quod ꝓ-
lixiùs ibidem Budæus declarat. Hinc di-
cimus androlepſiam exercere, pro pig-
norare homines, & pignorationes lati-
nè pro repręſalijs appellare licet.Hermo
8 laus Barbarus † clarigationem appellari
poſſe cenſuit:eſt enim clarigatio, Liuio,
& Quintiliano teſtibus,ipſa belli denun
tiatio,& clarigare,bellum indicere,&pi-
gnorare, ſiue captiuos abducere delin-
quentes:&initio dixi repręſalias eſſe ſpe-
ciem iuſti belli: item quòd conceſſis re-
præſalijs pugna quodammodo oblata
videatur,ita vt non ineptè clarigationes
pro repræſalijs accipiantur. De materia
repræſaliarum vide quoq; Alex. ad rubr.
ff.ſolu.matri.num.9.& præclarè Bald.in
Auth.ſed omninò,per totũ,C.ne vxor ꝓ
mari:vbi omninò vide.

OBSERVATIO III.

De requiſitis pignorationis.

SVMMARIA.

1 *Pignoratio ex conſtitutione Imperij nihil aliud eſt, quàm poſſeſsionis turbatio.*
2 *Ad interdictum Retinendæ poſſeſsionis pertinet.*
3 *Non eſt momentaneum, ſed ordinarium poſſeſſorium.*
4 *Pignoratio eſt poſſeſsionis turbatio, ſed non è diuerſo.*
5 *Conſtitutionis pignorationis quinq; requiſita: Primò, quòd vterque debeat eſſe immediatè ſub Imperio.*
6 *Secundò,requiritur poſſeſsio ex parte pignorati.*
7 *Tertiò, noui iuris vſurpatio.*
8 *Quartò, quod res alia capiatur propter rem aliam.*
9 *Nemo alterius odio pragrauari debet.*
10 *Res pignorata qualis eſſe debeat.*
11 *Quintò requiritur, vt ſit cauſa ciuilis, non autem criminalis.*
Delictum dat iuriſdictionem, ibid.
12 *Legi fraus fieri non debet.*
13 *Iuriſdictiones confundi non debent.*

PIgnorationem † ex Cõſtitutio- 1
ne Imperij,nihil aliud eſſe, quã
poſſeſſionis turbationẽ, dixi ſu-
prà,Obſerua.1. quò fit vt ſolùm in inter-
dicto Retinendæ poſſeſſionis obtineat,
cùm vnus poſſidet,alter turbat,vel quan
do alteruter ſe magis poſſidere conten-
dit:vtroque enim caſu hoc interdictum
locũ habet,tex.in l.ſi duo.§.cùm inquili-
nus.ff.vti poſſid.& in l.vnic. C. eod.titu.
glo.in c.licèt cauſam.in verb.vti poſſide
tis.extr.de ꝓba.Faber in §.retinẽdæ, nu.
11.Inſtit.de act.Ang. in §. quadrupli. nu.
49.Inſtit.de actio.In alijs verò † interdi- 2
ctis,Adipiſcẽdæ,vel Recuperãdæ poſſeſ-
ſionis nõ ꝓcedit,quia neceſſe eſt pigno-
ratũ aſſerere,ſe eſſe in poſſeſſione, & ab
aduerſario ſuo captis pignoribus,iniquè
turbari:adeoq; hoc † poſſeſſoriũ Retinẽ- 3
dæ,fundatũ ſuper cõſtitutione pignora-
tionis,non eſt fiduciarium,ſiue momen
taneum, vel extraordinariũ, vt vocant,
ſed ordinarium & pleniſſimum,in quo
plenæ probationes recipiuntur, & ſen-
tentia lata diffinitiua eſt,plenum præiu-
dicium in poſſeſſorio victo adferens:
poſſeſſio enim victori plenè adiudica-
tur,ſaluo petitorio,iuxta not. Dd. in d.
l.vnic. C. vti poſſid. & in d. l. naturali-
ter.§.

ter,§.nihil commune. Et ita in Camera
vſu receptum eſt.Quoniam verò nõ om
4 nis † turbatio eſt pignoratio, licèt è di-
uerſo omnis pignoratio ſit turbatio
poſſeſſionis. Ideò in decernendis pro-
ceſſibus ſuper hac conſtitutione diligẽ-
ter obſeruare oportet, an in libello ſup-
plici vera pignoratio, an vèrò ſimplex
turbatio deducta ſit. Id vt eò accuratiùs
cognoſcatur,ſcire oportet huius conſti-
5 tutionis † quinque potiſſimum eſſe re-
quiſita:Primò requiritur,quòd vterque,
pignorator, & pignoratus, Immediatè
ſubſint Imperio, próut ipſa conſtitutio
expreſsè diſponit,per rationem quã dixi
ſup.Obſer.1.&quod verba,conſtitutioni
conuenire debeant,tex.in l.4.§. toties,ff.
6 de dam.infect.Secundò,† quòd pignora-
tus ſit in poſſeſſione eius loci & iuris, in
quo,& vbi facta eſt pignoratio: nam, vt
dixi,hæc conſtitutio tantùm in interdi-
cto Retinẽdæ poſſeſſionis obtinet, quod
in cauſa citationis pleniſſimè diſputa-
tur,& deciditur,idque procedit ſiue quis
in ſolidũ ſe poſſidere dicat, ſiue ꝓ certa
parte, ſiue pro indiuiſo,text.in l.1.§.hoc
interdictum locum habet, ff. vti poſſid.
Obſeruandum tamen,quòd ſufficiat ali-
quem eſſe in poſſeſſione alicuius iuris,
putà venandi,aut paſcendi, etiamſi ali-
us,dominus ſcilicet,ſit in poſſeſſione lo-
ci,& dominiũ rei habeat, quia hæc ſepa-
rata ſunt,tex.in l.naturaliter, §.nihil cõ-
mune,ff.de acqui.vel amitt.poſſ. Fieri e-
nim poteſt,vt alter poſſeſſor ſit: domin9
nõ ſit: alter dominus quidem ſit, poſſeſ-
ſor vero nõ ſit,ita Vlpia.in d.l.1.§. huius
autem interdicti, ff.vti poſſid. text. In §.
retinendæ Inſtit.de interdic.& in l.inter
litigantes,ff.de iudicijs. Item poteſt quis
habere ius venandi in aliena ſylua, aut
ius paſcẽdi in alieno prato iure ſeruitu-
tis,text.in l.1. & in l.item ſic,& toto titu.
ff.de ſeruit. ruſtico. prædio. & vſus talis
iuris pro poſſeſſione habetur,tex.in l.pe-
nult.ff.de ſeruitutib.& in l.ſeruitutes, ff.
de ſeruitu.vrbano.præd. Qui igitur in ta-
li iure turbatur,aut iure ſuo vti prohibe-
tur captis pignoribus, vtili interdicto
vti poſsidetis ex Conſtitutione Imperij
de pignorationibus rectè agit, text. in
d.l.penul.ff.de ſeruitutib.& in l.ſicuti, §.
dicit igitur,ff.ſi ſerui.vendic.tex.in l.1.§.
hoc interdictum ſufficit, ff. vti poſſid.
gloſſ.notab.in l.apud Trebatium,in ver-
bo impediri,ff.de aqua pluuia arcẽ. Ter-
tiò † requiritur, quòd pignorator ibi lo- 7
ci, vbi fit pignoratio,aliquid iuriſdictio-
nis,aut noui iuris ſibi per huiuſmodi pi-
gnorationẽ,vſurpare,& acquirere velit,
talis enim pignoratio ad interdictum
vti poſſidetis pertinet, ne vis fiat ei, qui
poſſidet, text. in d. l. 1. §. ſed ſi inter,
cum §.ſeq. ff.vti poſſid.cum iuribus ſu-
prà allegatis.Quartò, quòd res † alia ca- 8
piatur propter rem aliam, res tertia &
quidem innocens, quòd alius pro alio
grauetur:nam illa turbatio, pignoratio
dicitur,tex.in c.1.de iniurijs,lib.6.dixi ſu-
prà, Obſer.1.vt ſi ſubditus meus, vel eius
bona,ob turbatam iuriſdictionem, vel
poſſeſſionem meam capiantur, Eines
andern vndterthonen oder deſſelbigen gü-
ter/ hoc enim omni iure prohibitũ eſt,
tex.in d.c.1.& in Auth. vt non fiant pig-
noratio. pro alijs perſonis, in Auth. vt
nulli iudicũ.§.quoniã verò contingit. &
tot.tit.C.vt nul.ex vicarijs pro alie. vica-
rio debi.teneat.text.in l.nullã. C. de exe-
cutorib.& exactorib.lib.12. text.in l. hac
definitione.C.de omni agro deſerto.lib.
11.Nemo † enim alterius odio prægraua- 9
ri debet,tot.tit.C.ne vxor pro mari. text.
in l.non debet.ff.de reg. iur. & in c. non
debet,eod.tit.in 6.text.in l.ſi quis in ſuo,
§.legis,C.de inoff.teſtam.&in l.fin.§.fin.
C.de his qui latro. vel alijs criminib.re-
os occulta.& in l.prægnantis, ff. de pœ-
nis. Quid ad ſubditum innocentem, ſi
dominus cum vicino ſuo de iuriſdictio-
ne,vel alio iure obſtinatè contendat?nõ
enim habet rationem,alium quidem eſ-
ſe debitorẽ, alium verò exigi: ſed nec al-
teri moleſtum eſſe pro altero, tanquàm
inuaſionem, aut iniuriam cõmittẽtem,
& alium quaſi vicarium exiſtentẽ cedi,
aut iniuriam ſuſtinere, & aliquid pati,
quod omninò non cõpetit pro alio: &
abſq; legitima occaſione,quamlibet per-
ferre calumniam & ſupplicia ſuſtinere
in corpore: ita Iuſtinia. Imp.in d.Auth.
vt non fiant pignoration. §.1. vbi dicit,
pignorationes eſſe inhoneſtas, & odio
dignas.Hinc eſt,quòd etiã mandata ſine
clauſula iuſtificatoria pro relaxandis ca-
ptiuis decernantur,eò quòd pignoratio-
nes omni iure prohibitæ ſint,per iura al-
legata, & quod tali caſu iudex à præce-

pto incipere poſſit, vt infr. Obſer. 13. no-
10 tatur: Secùs eſt ſi † res tertia quæ pignori
accipitur, non ſit innocens, ſed litigio-
ſa, vt ſi vinum proſcriptum, ſiue vendi-
bile litigioſum ſit, illudque auferatur,
quaſi tali non competat ius ꝓſcribendi
vinum, iſq; contra prohibitionem vinũ
proſcripſerit, quia tunc ſimplex turba-
tio, non pignoratio eſſet: quæ differẽtia
tamen non tam accuratè obſeruatur, ha
betq; difficilem dijudicationem. Quintò
11 † requiritur, quòd pignoratio facta ſit ex
cauſa ciuili, non ob delictũ, & cõmiſſum
maleficium, quia conſtitutio maleficia
nuncupatim excipit, ne crimina maneãt
impunita, ibi, Allain maleſitz ſachen auſs-
genõmen/ hoc eſt, criminalibus cauſis tã-
tum exceptis. Intereſt enim Reip. ne cri-
mina impunita maneãt, tex. in l. ita vul-
neratus, §. quod ſi, ff. ad l. Aquil. & in l. ſi
operis, C. de pœnis cum ſimilibus. Et de-
linquentem in loco delicti forũ ſortiri ſi
ibidem apprehendatur, notũ eſt, text. in
c. fi. de for. cõpet. & ibid. pleniſſime Soci.
Feli. & cõmuniter Dd. tex. in l. 1. C. vbi de
crimi. agi oport. & in l. ſi cui, §. idẽ Impe-
rator, ff. de accuſa. & in l. fi. ff. eod. tit. De-
lictũ enim dat iuriſdictionẽ ei, qui aliàs
eã nõ habet, tex. not. in l. 3. ff. de offic. præ-
ſid. & in l. 1. C. vbi ſenatores vel clariſſ.
glo. notab. in d. c. fi. in verbo, ratione, de
for. cõpet. Hæc requiſita in decernendis
proceſſibus probè obſeruãda ſunt, ne cõ-
ſtitutioni fraus fiat, & beneficio primarũ
inſtantiarũ, quod Statibus & Nobilibus
Imperij, ex Ordinationis præſcripto de-
betur, iniquè derogetur: prætextu enim
huius cõſtitutionis, oẽs turbationes poſ-
ſeſſionũ ſuper interdicto Retinendæ in
prima inſtãtia, in fraudem der Außträg/
ad Camerã, callidè & aſtutè trahũtur po-
tiùs quã deuoluũtur, ꝓindè huic callidi-
tati & malitiæ nõ eſt indulgendũ, tex. in
l. in fundo, §. conſtituimus, ff. de rei vẽdi.
quia legi fraudẽ facere nõ oportet, tex. in
l. ſi filiusfa. §. is aũt, ff. ad S.C. Maced. & in
l. qui teſtamentum, §. fin. ff. de probat.
text. in l. cum quis decedens, §. Titia,
ff. de leg. 3. & iuriſdictiones confun-
di non debent, text. not. in c. perue-
nit, 11. quæſt. 1. & in l. nemo, C. de iuriſdic.
omn. iudic. gloſſ. ibid. in verbo, auxili-
um. text. in §. nulla, Auth. de defenſo. ci-
uita.

OBSERVATIO IIII.

Quòd pignorationis conſtitutio locum habeat etiam in rebus ablatis.

SVMMARIA.

1 *Pignorationis conſtitutio locum habet etiam in rebus pignori ablatis.*

2 *Rubrica perfectam orationem habens pro lege allegari poteſt.*

3 *Textus dubius ab ipſa rubrica interpretationem habet.*

4 *Rerum appellatione quid veniat.*

5 *Res quædam ſunt in bonis noſtris, quædã ex bonis noſtris.*

6 *In actione hypothecaria ſufficit probare rem in bonis debitoris fuiſſe.*

EX ſuperioribus perſpicuum eſt,
pignorationis † cõſtitutionem 1
non ſolùm procedere in perſo-
nis captis, ſed etiam in rebus pignori ab-
latis, vti ex rubrica conſtitutionis vide-
re eſt, quæ de pignoribus & captiuis in-
ſcribitur, von Pfandung vnd Gefangen/
& in contextu atq; diſpoſitione idẽ ob-
ſeruari poteſt, ibi, Das einer den andern
pfendet/ jhn/ oder die ſeinen fahet/ quod iu-
ri quoque communi conſentaneum eſt,
tex. in c. 1. de iniur. lib. 6. & in Auth. vt nõ
fiãt pignoratio. cũ ſimilib. ſuprà Obſer.
proxima allegatis, & rubricã † pro lege 2
allegari poſſe, ſi perfectam orationẽ con
tineat, & aliquid fieri, vel nõ fieri præci-
piat, cõmuniter placuit, quales perfectæ
rubricæ in iure noſtro multæ ſunt, vt p̃-
clarè docet Felin. ad rubri. vt lite nõ con
teſt. per totam, Panor. & alij ibid. Felin.
in c. ex parte, el. 1. nu. 43. in fine, cũ ſeq. de
reſcrip. glo. notab. in l. vnica. C. ne lice. in
vna ead. cauſa ter. prouo. in verbo, retra-
ctare. Bal. ibid. nu. 6. in fi. dicẽs, authorita-
te illius glo. textũ dubium, † ab ipſa ru- 3
brica recipere interpretationem, quod
eſt diligenter notandum in materia Sta-
tutorum, gloſſ. in proem. decretaliũ, lib.
6. §. nos ad apicẽ, in fin. in verb. titulis, &
plenè Imol. ad rubr. ff. de verb. oblig. Bal.
ad rubri. nu. 1. C. an ſeruus pro ſuo facto
poſt manumiſſ. teneatur, vbi dicit, om-
nes rubricas textui conſentaneas, pro le-
ge allegari poſſe, per glo. ſingularẽ in ru-
bri. ff. ſi qs teſtam. liber eſſe iuſſus fuerit.
Hæc occaſione allegatæ rubricæ conſti-
tutionis pignorationis obiter hîc anno-
tare

tare volui. Obſeruandnm igitur dictam
conſtirurionem vtroque caſu locum ha.
bere, tam in rebus pignori ablatis, quàm
capris perſonis, ſicut quotidiè in Came.
ra obſeruatur. Itaq; ablatis equis, bobus,
armento, grege, alijsq; rebus mobilibus
rectè mandatum de reſtituendis anima.
libus, armento, grege, & alijs rebus, ſine
clauſula iuſtificaroria, decernitur. Re.
4 rum † autem appellarione non rantùm
veniunt res propriæ, ſed etiam commo.
datę, locatę, depoſitę, & in quibus vſum.
fructū, vel quod aliud ius quis habet, ita
vt interſit eius non pignorari eas : nō re.
quiritur, quòd res ſint in bonis alicuius,
ſufficit eas ex bonis eſſe, hoc eſt, eo ſub.
ſtantia eius, cui res ablatę eſſe proponun.
tur, per tex. ſing. in l. 2. §. in hac actione. ff.
vi bon. rapt. text. in l. 1. §. quod autem ait
Prætor. ff. de vi & vi arma. Notanda hic
5 differentia † inter res quæ ſunt in bonis
noſtris, & eas quæ ſunt ex bonis noſtris,
in ribus iam allegatis, adde text. notab. in
l. bonorum. la. 1. §. in bonis. ff. de verbor.
ſignifica. Zaſ. in §. item Seruiana. nume.
31. & num. 37. Inſt. de actio. text. in l. final.
ff. de vſufruc. leg. quod eſt ſummè & vni.
6 cè obſeruandum in † actione hypothe.
caria, vbi ſufficit ex communi Dd. opini.
one, creditorem probare rem obligatā,
tempore obligationis in bonis debito.
ris fuiſſe, hoc eſt, debitorem poſſediſſe
vt ſuam, licèt reuera ſua non fuerit, text.
in d. l. bonorum. la. 1. §. in bonis glo. com
muniter approbata in l. rem alienam. in
verb. pignoratitia. ff. de pignorib. Bartol.
ibid. nu. 5. Alex. conſi. 78. num. 4. vol. 7. in.
cip. In cauſa & lite.

OBSERVATIO V.

Pignoratio præfecti an domino noceat.

SVMMARIA.

1 *Pignoratio per interpoſitam perſonam fieri poteſt.*
2 *Iniuria per interpoſitam perſonam facta, ab ipſo cō-mittente facta cenſetur.*
Familia appellatione qui contineantur, ibid.
3 *Iuſſus & mandatum domini requiritur ad hoc, vt dominus pignoraſſe dicatur.*
Pignorationem alterius nomine factam, an dominus ratam habere poſſit. ibid.
4 *Dominus ex delicto familia regulariter non tenetur, niſi delinquant in officio.*
5 *Familia nō præſumitur domini volūtate delinquere.*
6 *Legatum principis offendens incidit in crimen læſæ maieſtatis.*
7 *Fallit, ſi fiat offenſio ex priuata inimicitia.*
8 *Ratihabitio domini retrotrahitur.*
9 *Cantela ad obtinendos proceſſus.*
10 *Vicarius domini habetur, qui ſciente domino ſe pro vicario gerit.*
11 *Dominus in puncto mandati contra poſitionem excipere poteſt ob defectum ratihabitionis.*
12 *Nemo ſine actione experiri poteſt.*
13 *Pignoratoi iniungitur probatio ſcientia dominī.*
14 *Aliàs proceſſus caſſantur.*
15 *Exceptionem quandò reus non teneatur probare.*

COnſtitutio † pignorationis, non 1
ſolùm locū habet, quando quis
per ſe alterius ſubditum capit,
aut res eius pignoris loco abducit, verū
etiam ſi per ſuos hoc fieri curauit, ibi
durch ſich ſelbſt/oder die ſeine/ hoc eſt, per
ſe, vel per ſuos : nam regulariter quod
quis per alium facit, per ſe facere vide.
tur, tex. in l. quod iuſſu. ff. de reg. iur. & in
c. qui facit. cod. tit. in 6. & † iniuria per in. 2
terpoſitam perſonam facta, ab ipſo com
mittente facta cenſetur, text. in l. ſed etſi
vnius, §. ſi iuſſu. ff. de iniurijs. & in l. non
ſolùm. ff. eod. titul. cum allegatis, in glo.
1. ibid. & deieciſſe videtur, qui mandauit,
vel iuſſit, vt aliquis deijceretur : parui e.
nim referre viſum eſt, ſuis manibus quis
deijciat, an verò per alium: quare ſi fami.
lia mea ex mea voluntate deiecit, ego vi.
deor deieciſſe, textus in l. 1 §. deieciſſe. ff.
de vi & vi arma. & in l. hoc iure, §. 1. ff. de
reg. iur. tex in l. 2. §. reſtituas. ff. ne quid in
loco publ. fiat. Bar. præclarè in d. l. ſed &
ſi vnius. §. ſi ſeruus meus. nu. 4. ff. de iniu.
& in l. non ſolùm. nu. 1. ff. eod. tit. Affl. in
c. 1. §. ſi quis aliquē. nu. 3. de pace tenend &
eius violator. Familiæ autem appellatio.
ne ſerui continentur, & hi qui ſunt loco
ſeruorum, hoc eſt, qui ſunt in miniſterio
noſtro, etiam ſi liberi ſint, text. in d. l. 1. §.
familiæ. ff. de vi & vi arm. & in l. 2. §. hæc
actio etiam. ff. vi bonor. raptor. Poteſt
igitur fieri pignoratio per præfectos no.
ſtros, aut familiam noſtram : ſed tali ca.
ſu, ad obtinendos † proceſſus ſuper con. 3
ſtitutione pignorationis, putà mandatū,
& citationem, neceſſarium eſt, diſertis
verbis in libello ſupplici narrare, talem
præfectum, vel officialem, aut familiam,
iuſſu, & mandato ſui principis, aut do.
mini, & in rem & contemplatione ipſius

pignorâſſe: quia ſi præfectus motu pro-
prio,non in rem & contemplatione do-
mini,ſed priuata quadam cupiditate, &
vindicta pignorâſſet, ipſe ob talem vio-
lentiam coram ſuo iudice competenti
conueniendus eſt,text.in d. l.1.§. quoties
verus procurator,& in §. quod igitur ad-
ditur.ff.de vi & vi armat. non dominus:
quia hoc caſu iuriſdictio Cameræ nõ eſ-
ſet fundata,ob defectum primi requiſiti:
nam requiritur, quòd vtraq; pars, pigno-
rator & pignoratus immediatè ſubſit Im
perio , deficiente hac qualitate perſona-
rum,deficit iuriſdictio Cameræ, tex. in l.
4.§.toties.ff.de dam. infect. item ad veri-
tatem copulatiuæ vtrunque factum eſſe
requiritur, text. in l. ſi quis ita ſtipulatus
fuerit decem.ff.de verbor.obliga. & in l.
ſi à Reo.ff.de fideiuſſo.Quod vſqueadeò
verum eſt, vt dominus pignorationem
alterius nomine, & non contemplatio-
ne ſui factam, ratam habere non poſſit,
per regulam,quod quis ratum habere nõ
poſſit, quod ſuo nomine geſtum nõ eſt,
per tex.in c.ratum quis.de regul.iur. in 6.
& in c.cùm quis.de ſenten. excommun.
eod.libr. tex.in l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.ff.
de neg.geſt.gloſ.not.ibid.in verbo,nihil
agitur. Similiter Bart.nu.3.& communi-
ter Dd.tex.in l.ſi ſeruus.ff.de precario.gl.
ibid.in verbo,non videris.Maynerius in
4 d.l.hoc iure.§.deiecit.num. 3. Et regula-
riter notum non eſt, † dominum ex de-
licto familiæ ſuæ non teneri, niſi delin-
quat in officio,ſiue miniſterio, cui fami-
liam, vel officialem præfecit, & in quo
eius opera familiariter vtitur: ita ſe ha-
bet communis opinio, text.in l. quoties.
in prin.& in §.1.ff.de noxalib.act.tex.in l.
1.§.familię nomen.ff.de publ.& vectigal.
Bart.ibid.nu.1.gloſſ. not.in c.cùm ad ſe-
dem,in verb.interdictum.de reſtit.ſpoli.
5 quæ dicit, delicta † familiæ non pręſumi
domini voluntate facta, niſi alia ſimul
concurrant indicia.Afflict.in c.1.§. inſu-
per.numer.10.de prohib. feud.alien. per
Fred.vbi omninò vide,& Salic.præclarè
in l.quæ fortuitis.nume.7.C. de pign.act.
tex.no.in l.ſi ſeruus ſeruum.§. ſi fornica-
rius.ff.ad l.Aquil.Turzanus in lib. com-
mun. opinionum, concluſ.185. numer.5.
Anan.conſil.71.num.3.incip. Viſis,& di-
ligenter.Hippol.ſing.560.nu.6. incip. ha-
6 bemus. Facit ad prædicta, quòd etſi † of-
fendens principis alicuius legatum, cri-
men læſæ maieſtatis committat, vt not.
Bart.in extrauag. titul. qui ſint rebelles,
in verbo,rebellando.num.4.Bald.in c.1.
num.7.de offi.deleg.Felin.&alij ibid.Gi-
gas in tract.de crim.lęſ.maieſt.lib.1. rub.
qualiter,& à quibus crimen læſæ maieſt.
cõmittatur,q.16.per totam:tamen † hoc 7
non procedit in offendente legatũ prin-
cipis, non odio principis, ſed ex priuata
quadam inimicitia,Bar.pręclarè in l.ho-
ſtes.nu.15.ff.de capt & poſtl.reuer.Bal. in
d.c.1.nu.7.Gigas loco citato.nu.11. Idem
eod.libr.& eadem rubrica.q. 14. vbi om-
ninò vide. Factum igitur † præfecti,vel 8
officialis vt ad propoſitum redeam,non
nocet domino,ſi factum illud poſteà ra-
tum non habuerit, quia regulariter per
actum nomine alterius factum, non in-
fertur præiudicium alteri, niſi ille poſteà
actum ratum habet, text notab. in d.l.ſi
pupilli.§.ſed ſi ego.gloſſ.Bar.& alij, ibid.
nam tali caſu ratihabitionem etiam in
maleficio ex communi Dd.opinione re-
tro trahi,&mandato comparari notum
eſt,tex.in c.ratihabitionem,de regul.iur.
in 6.& in d.l.hoc iure.§. in maleficio. ff.
eod.tit. text. in d.l.1.§. ſed & ſi cùm quis.
ff.de vi & vi arma.& in l.3.§. cùm procu-
rator.ff.eod.tit. Sufficit tamen in libello
ſupplici, ad † obtinendos proceſſus,nar- 9
rare,dominum per ſuos officiales vel fa-
miliares pignorâſſe,etiamſi non adijcia-
tur iuſſu domini hoc factum eſſe, ponde
rando verba conſtitutionis, ibi, durch die
ſeine/id eſt,per ſuos,quæ verba iuſſum &
mandatum domini, non obſcurè inclu-
dunt & præſupponunt,per text.not.in l.
ſi per alium.ff. ne quis eum qui in ius vo-
cat.& in l.1.in prin.ff.de eo per quem fac.
erit. Et vicarius † domini cenſetur, qui 10
ſciente & patiente domino ſe pro vica-
rio gerit.& in l.1.§.magiſtrum.ff.de exer-
cito.act.Bart.in d.l.1.§.familiæ.nu.6.Bal.
in l.1.§.à præfectis.nu.1.ff. de leg.3. & in l.
executorem. nu.13.C.de execut.rei iudic.
Alex.conſ.1.num.13.in fi.vol.2. per alleg.
ibid.Brunus conſ.93.nu.5.incip. In cauſa,
in vol.conſiliorum feudalium. pulchrè
Caſt.conſ.423.per tot.vol.1.incip. Quia
ſcio. quem ad hoc omninò vide, & Affl.
deciſ.308.num.6.cum ſequ.vbi de locum
tenente tractat.vide Dd.in l.1.C.de offic.
vicarij. Sufficit igitur ad extrahendos
proceſſus

proceſſus in Camera, narrare pignora
per officiales domini capta, quia talibus
narratis ſtatur, donec contrarium pro.
betur, per tex. in l. cùm quędam puella. §.
quoties. ff. de iudic. Alexand. & Dd. ibid.
11 ſed reproductis proceſſibus † dominus
citatus comparere, & falſitatem narra.
torum allegare poteſt, videlicet pignora.
tionem ſuo mandato factam non eſſe,
petendo caſſari proceſſus, ob defectum
iuriſdictionis. tex. in c. ſuper literis, de re.
ſcrip. & in c. final. eod. tit. text. notab. in l.
præſcriptione. C. ſi contr. ius, vel vtilit.
public. Hæc enim exceptio releuans eſt,
cùm ſit intentionis & facti, videlicet
tibi non competit actio contra me, quia
non pignoraui, neque pignorationem
tali loco fieri mandaui: nec enim ego vi.
deor deieciſſe, ſi familia mea deiecit, in.
quit Vlpian. in d l. 1. §. ait Prætor. ff. de vi
12 & vi arm. notique iuris eſt, † neminem ſi.
ne actione experiri poſſe, tex. in l. ſi pupil.
li. §. videamus. ff. de negot. geſt. gloſſ. in l.
2. in verbo, intentionem. ff. de except.
Hæc inquam, domini excuſatio in pun.
cto mandati rectè obijci poterit, & obie.
ctam iudex attendere debet: aliàs, ſi do.
mino ignoranti, nec factum ratum ha.
benti, ſed excipienti, paritionem iniunge
ret, nullitatem committeret ob defectũ
iuriſdictionis & voluntatis, text. in l. 1. &
in l. final. C. ſi à non compet. iud. iudicat.
eſſe dicat. tex. in l. final. ff. de iuriſd. omn.
iudic. & in l. 2. ff. de iudicijs. proindè pi.
gnorato incumbit probatio, & interlo.
cutione iudicis ei iniungitur, vt doceat
13 † pignorationem præfecti vel familia.
ris, domini voluntate factam, hoc pacto:
In ſachen N. Elger wider M. Beclagten
iſt erkhendt/wöllt vnd mögt gedachter Cle.
ger in zeit ſechs wochen/ ſo jme darzuange.
ſetzt/bewiſen/vnnd darthun/ das angezo.
gene pfandung/ auß beuelch vnnd geheiß
ermelts Beclagten furgenommen/ vnd ge.
ſchehen ſey/das ſolches gehört werden/vnnd
darauff ergehen ſoll was recht iſt. Latinè:
In cauſa N. actoris contra M. Reum, de.
cernimus, quatenus dictus actor intrà 6.
ſeptimanas, quas ei ad hoc præfigimus,
probauerit, prætenſam pignorationem
mandato & iuſſu dicti Rei factam eſſe,
quòd hoc audiri, & deſuper fieri debeat,
quod iuris eſt. Non probante actore iuſ.
14 ſum, † mandatum, vel ratihabitionẽ do.
mini, proceſſus caſſari, & ipſe in expen.
ſis condemnari debet, tex. in d. c final. de
reſcript. & in l. qui accuſare. C. de edend.
cum ſimilibus. Et obſeruandum hîc obi.
ter, quòd † Reus exceptionem ſuam non 15
probat, quia excipiendo nil ponit, ſed po
ſitum negat, text. in l. 2. ff. de exceptio. &
in l. ſi pactum. ff. de probatio. Vnde non
tenetur probare ſuam exceptionem, ſed
probatio in actorem reijcitur, per text. in
l. actor. C. de probat. & in d. l. ſi pactum.
& in l. ſi chirographum. & in l. cùm de
indebito. ff. eod. gloſſ. ſingul. in l. ſi cau.
tione, in verbo, ptobate, in fin. C. de non
numerat. pecun. licèt regulariter Reus
excipiendo fiat actor, & exceptionem ſu.
am probare teneatur, tex. in l. in excepti.
onibus. ff. de probat. & in d. l. ſi pactum,
cum ſimilibus.

OBSERVATIO VI.

Vaſallus & vſufructuarius an ſuper Conſtitutione pignorationis agere poſſit.

SVMMARIA.

1 *Vaſallus pignoratus an agere poſſit ſuper Conſtitutione pignorationis.*
2 *Dominus pro vaſallo interuenire poteſt.*
3 *Dominus remote vaſallo agere poteſt.*
4 *Factum cuique ſuum non alteri nocere debet.*
5 *Vſufructuarius naturaliter poſſidet.*
Naturalis poſſeſſio ad interdictum de vi et vi armata pertinet. ibid.
6 *In rem agere poteſt, quia ſui vſusfructus dominus eſt.*
7 *Opinio eruditorum, quòd vſufructuarius rem ſolùm detineat.*
8 *Poſſidere aliud eſt quàm in poſſeſſione eſſe.*
9 *Creditor in poſſeſſione pignoris non eſt.*
10 *Miſſi in poſſeſſionem ex primo decreto, ventris nomine &c. cuſtodes, non poſſeſſores ſunt.*
11 *Ciuitas Imperialis an ratione ſui intereſſe pro ciue ſuo agere poſſit cõtra immediatè ſubiectũ Imperio, ſuper Conſtitutione pignorationis, & nu. 13.*
12 *Factum ſubditorum concernens dominum, eundem afficit.*
14 *Ciuis mediatè ſubiectus Imperio pro pignoribus inique ablatis agit coram Ordinario.*

QVæritur verùm † vaſallus mediatè 1
Imperio ſubiectus, ſi in re feudali
fiat pignoratio, poſſit vti beneficio Con.
ſtitutionis pignorationis, & pignorato.
rem in prima inſtantia in Camera con.
uenire? Poteſt vtique, ſed non ex ſua per.
ſona, & ſuo tantùm nomine verùm vnà
cum

cùm domino directo, Imperio immediatè ſubiecto, & ſic obtinet hic regula, aliquem ex alterius perſona cõſequi, quod ex ſua obtinere nõ poſſit, tex. in c. authoritate, §. fi. de conceſſ. præben. lib. 6. tex. in l. ſi communem. ff. quemadm. ſeru. amit. text. in l. is qui duos. ff. de liber. pulchrè Iaſ. in l. ſi emancipati, nu. 50. cum ſeq. C. de collatio. Hippol. ſing. 180. incip. plura. Ratio huius obſeruationis eſt, quia hoc caſu non tantùm agitur de præiudicio vaſalli, ſed omnium maximè de præiudicio domini, ratione directi dominij, ne illud ex facta turbatione, & pignoratione aduerſarij deterius reddatur, & ſic in effectu ipſe dominus feudi pignorari videtur, per tex. in l. 1. §. quod ſeruus. ff. de
2 vi & vi arm. vndè meritò † interuenire, & vnà cum vaſallo, ne continentia cauſarum diuidatur, vel etiã eo remoto, principaliter agere, poſſeſſionemq; vaſalli, & ius ſuum defendere, atque tueri poteſt, ꝑ notata Dd. in c. cùm ſuper. de re iud. & in l. ſæpè. ff. de re iud. vbi prolixè Alexan. & communiter Dd text. in l. à ſententia. ff. de appel. & in l. ſi ſuſpecta. ff. de inoffi. teſtam. Afflict. pulchrè in c. Imperialem. §. præterea ſi inter duos, nu. 23. cum ſequ. de prohib. feud. alien. per Fred. Imò deſiſten
3 te, vel tranſigente vaſallo, † dominus directus pro ſuo iure & intereſſe, pignorationis cauſam proſequi poſſet, cùm ipſe interueniat tanquàm principalis, non vt procurator, vel negotiorum geſtor, text. in l. ſi ꝓcuratorio, §. ſed ſi alius. ff. quandò appel. ſit. Bal. in Auth. hodiè, nu 6. in fin. C. de appel. & tranſactio vaſalli domino directo nocere nequit, tex. in d. l. à ſententia. §. idemq́ue reſcripſit. ff. de appel. Bart. ibid. nu. 2. Bal. in d. Authen. hodie, nu. 6. Panor. in d. c. cùm ſuper, nu. 27. Fel. ibid.
4 nu. 11. quia factum cuiq; ſuum, † non alteri nocere debet, text. in l. factum cuiq;. ff. de reg. iur. & in l. 1. ff. de alienat. iudic. mutan. cauſ. fact. neq; alteri per alterum iniqua conditio adferri, tex. in c. non debet, de regul. iur. in 6. & in l. iniquiſſimum. ff. de iur. & fact. igno. Eodem modo vſuſ
5 fructuarius † mediatè Imperio ſubiectus vnà cum domino proprietatis immediatè Imperio ſubiecto, rectè ſuper Conſtitutione pignorationis agit, iuribus ad hoc ſuprà allegatis, & ne continentia cauſarum diuidatur, text. in l. nulli. C. de iudic. Imò ipſe vſusfructuarius principaliter Imperio ſubditus, ſi iniquè pignoretur, ex ſua perſona ſuper hac Conſtitutione rectè agit, tex. in l 2. §. in hac actione. ff. vi bono. rapt. ibi, ſiue vſumfructum in ea habeam: nam vſufructuarius ex communi Dd. opinione naturaliter poſſidet, text. in l. naturaliter. ff. de acquiren. poſſeſ. vbi Iaſ. num. 4. communem dicit, quò fit, vt ei interdictum, Vti poſſidetis, detur, quod non datur niſi poſſidenti, per text. in l. final. ff. vti poſſid gloſſ. ibid. in verbo, & his, text. in d l. naturaliter, gloſſ. notab. in l. ſi plures. §. deiectum. ff. de vi & vi arm. gloſſ. in l. licet. in verbo, nõ poſſit. C. de acquirend. poſſeſſ. Bartol. in l. ſi fur. num. 1. ff. de vſufru. Bald. in l. vnica. num. 4. C. vti poſſid. Imol. in c. fina. nume. 2. de pignoribus. Item ſi deijciatur de poſſeſſione, agit vtili interdicto, Vnde vi, ad reſtitutionem, tex. in l. cuiuſcunque. ff. de vſufruct. gloſſ. ibid. in verbo, agit. Deijcitur enim qui poſſidet, ſiue ciuiliter, ſiue naturaliter poſſideat: nam & naturalis poſſeſſio ad interdictum de vi & vi armata pertinet, text. in d. l. 1. §. deijcitur, & §. quod autem ait Prætor. ff. de vi
& vi arma. Item competit ei † actio in rẽ 6
tanquàm domino, quia ſui vſusfructus dominus eſt, & appellatione dominij, vſusfructuarius quoque continetur, text. in l. in venditione. ff. de bon. author. iudic. poſſid. l. qui vſumfructum. ff. ſi vſuſ. fruct. peta. vel ad alium pertine. negat. text. in l. vſusfructus, la. 1. ff. de vſufruct. vbi dicitur, quòd vſusfructus in multis caſibus pars dominij ſit, gloſſ. notab. ibid. in verbo, pars dominij, quæ hoc declarat, & differentias inter dominium, & vſumfructum colligit. Bartol. & Bald. ad rubric. C. de vſufruct. Socin. ſenior conſil. 1. numero 14. volum. 4. Capra. con-
ſil. 46. numer. 6. Sunt tamen † nonnulli, 7
qui eruditè exiſtimant, vſufructuarium nullo modo fundum fructilem poſſidere, accipiendo poſſeſſionem pro vera poſſeſſione, ſed ſolummodò detinere rem ſolo corpore, ad colligendum fructus: proprietarium verò naturaliter & ciuiliter poſſidere: nam licèt inſpecta veritate poſſideat rem fructilem, tamen quòad iuris interpretationem, non in-
telligitur poſſidere, quia † aliud eſt eſſe 8
in poſſeſſione, & aliud poſſidere, text. in
l. cum

l.cum meo.ff.de acquir.poſſeſſ. Colonus
eſt in poſſeſſione, attamen non ſibi, ſed
domino poſſidet, text.in l. ſi quis domũ.
§.habitatores.ff.locati. & in l.ſi quis an-
9 te.ff.de acquir.poſſ. ſic creditor † pigno-
ris poſſeſſor non eſt, tametſi poſſeſſionẽ
habeat, aut ſibi traditã, aut precario debi-
tori conceſſam, ita text.in l.ſciendum. §.
poſſeſſor.ff.qui ſatiſd.cogan. Natta con-
ſil.373.num.18. volum.2.incip.quoniam
10 contra. Sic quoque † creditor miſſus in
poſſeſſionem rei ſeruandæ cauſa ex pri-
mo decreto, vel miſſus in poſſeſſionem
ventris nomine, aut quia damni infecti
non caueatur, non poſſeſſionem, ſed cu-
ſtodiam rerum, & obſeruationem acci-
piunt, per tex.in l.3.§.fin.ff. de acq.poſſeſ.
tex.notab.in l.ſi quis ante §. idem Pom-
ponius.ff.eod.tit.& in d.l.cum meo. tex.
in l.ſi finita.§.ſi quis autem ff. de damn.
infect.& tex.notab.in l.ſi duo §. credito-
res.ff.vti poſſidet.vbique probatur, quòd
longè aliud ſit in poſſeſſione eſſe, & ali-
ud poſſidere, & quòd talibus non com-
petat interdictum, Vti poſſidetis. Et ita
quóad vſuſructuarium tenet Raph. Cu-
ma.in d.l.naturaliter, nume.1. Ang. in §.
quadrupli, nu 49.Inſt.de actio.& nouiſſi-
mè præclarè Zaſ.in d.l.3.§ ex. contrario.
nu.28.ff.de acquirend. poſſ. per multa a-
lia iura ibidem locupletiſſimè allegata,
quem ad hoc omninò vide.& hæc quidẽ
impertinenter, attamen vtiliter adiecta
11 eſſe puto. An † autem ciuitas Imperialis,
pro ſuo intereſſe, pro ciue ſuo ſupplica-
re, & agere poſſit, contra perſonam im-
mediatè Imperio ſubiectam ſuper con-
ſtitutione pignorationis, dubitari poſ-
ſet. Ego diſtinguo, aut agit Ciuitas, vel
Reſpublica Imperialis pro ſuo intereſſe
principaliter, & dubium non eſt, quin re-
ctè cõtra pignoratorem immediatè Im-
perio ſubiectum, ſuper conſtitutione pi-
gnorationis agere poſſit, quia principali-
ter offenditur Reſpublica, non ciuis, qui
poſſidet nomine Reipublicæ, tex.in c.cũ
ſuper, de re iudic.& in l.ſæpè.ff.eod.vtro-
biq; Dd.tex.in d.l.à ſententia. Nam quo-
12 ties † factum ſubditorum concernit do-
minium, ipſe dominus turbari, & iniu-
ria affici videtur, tex.in §.ſeruis.Inſtit de
iniur. & in l.item apud Labeonem. §.itẽ
ſi liberum.ff.eod.tit.Barto.in l.1.§. final.
num.1.ff.d.tit.Panorm.in c.dilectis filijs,
nu.6. de appellatio. gloſſ.in c. authorita-
tem. §. Inhibemus, de priuileg. libr. 6 in
verb.pertinent, vide Obſeru.lib.1. Obſer.
40.& Obſer.125.cum ſequ. Aut † agit Ci- 13
uitas vel Reſpub.pro ciue, ratione priua-
ti intereſſe, quia intereſt Ciuitatis, ne ci-
uis in ſua poſſeſſione turbetur, & tunc,
quia deficiunt requiſita conſtitutionis
ſuper pignoratione, ineptè pro ciue agit,
quia verba conſtitutionis non conueni-
unt perſonis, & ſic diſpoſitio eius ceſſat,
tex.in l.4.§.toties.ff.de damn.infec.& in
l.prætor ait, la.2. §. docere. ff. vi bonor.
rapt. & ideò in Camera tali caſu proceſ-
ſus non decernuntur: quia abſurdum ſe-
queretur, quòd in omnibus turbationi-
bus quæ fierent ciuibus, hominibus pri-
uatis, & mediatè Imperio ſubiectis, ciui-
tates Imperiales, in quibus degunt, in Ca-
mera proceſſus ſuper conſtitutione pi-
gnorationis extrahere, & obtinere poſ-
ſent. Quapropter ciuis † in ſua poſſeſſio- 14
ne turbatus, pro pignoribus iniquè abla-
tis coram ordinario iudice agere debet.
vulg.l.fi.C.vbi in rem actio, cum ſimilib.
Et memini proceſſus ſuper cõſtitutione
pignorationis ad inſtantiã Reipublicæ
pro ciue obtentos, poſteà caſſatos fuiſſe,
hoc pacto: In ſachen Burgermaiſter vnd
Rath d' Stadt N. vnd B. burgern daſelbſt/
Clegern eins/ wider A. Beclagten anderß
theils/Mãdati der pfandung/ iſt erkhendt/
das ſolch Mandat zu caſsieren/ vnnd auff-
zuheben ſeye/ als wir auch daſſelbig hiemit
caſſieren/auffheben/vnd ermelte Cleger in
die gerichts köſten derhalbẽ auffgelauffen/
nach rechtlicher meſſigung/jhme dem Be-
clagten/zu entrichten vnd zu bezalen fellig/
erth eilen/ doch baidẽ thailen jre gerechtig-
keit/der haupt ſachen halben/ in poſſeſſo-
rio& petitorio, ſo fern ſie ein and' ſpruch
vnd fodderung nit erlaſſen wöllen/ an ge-
pürenden orthen anzupringen/ vnd außzu-
furen vnbenommen/ſonder furbehalten.

Latinè:

In cauſa Conſulum & Senatus Ciuitatis
N.& B ciuis ibidem, actorum ex vna, cõ-
tra A. Reum, ex altera partibus, manda-
ti pignorationis, decernimus tale man-
datum caſſandum, & relaxandum eſſe,
próut illud caſſamꝰ & relaxamus, dictoſ-
que actores in expenſis, ſaluo noſtro iu-
diciali moderamine, condẽnamus, reſer-
uato tamẽ vtriq; parti in cauſa principali
tam

tam in poſſeſſorio,quàm petitorio (quatenus ab actione deſiſtere nolint) coram ordinario iudice agendi iure, iuxta text. in c.examinata,de iudicijs.&in l.Bebius. in fine.ff.de pact.dotalib.

OBSERVATIO VII.

Capitulum ſiue Collegium Cathedralis Eccleſiæ an ſuper Conſtitutione pignorationis conueniri. poßit.

SVMMARIA.

1 *Capitulum Cathedralis Eccleſiæ an ſuper pignorationibus conueniri poßit.*

2 *Capitulum non eſt Status Imperij.*

Appellatione ciuium, veniunt Capitulum & Clerici, ibid.

Actione reali coram laico iudice, clerici conueniri poſſunt, ibid.

3 *Capitulum habens regalia ab Imperatore, an conueniri poßit ſuper pignorationibus.*

4 *Prælati ratione temporalium forum Cæſaris ſortiuntur.*

Clerici in poſſeſſorio ſortiuntur forum laici, ibid.

5 *Sede vacante adminiſtratio ad Capitulum deuoluitur.*

Ratihabitio etiam in maleficijs retrotrahitur, ibid.

6 *Collegia libera Canonicorum an in Camera forum ſortiantur.*

7 *In emphyteuſi Eccleſiaſtica quis ſit iudex competens.*

8 *Epiſcopus an pro bonis communibus pro Capitulo ſuper Conſtitutione pignorationis agere poßit.*

1 Notum eſt, Collegia † ſiue Capitula maiorum vel Cathedraliũ Eccleſiarum,in Germania multa vbiq; poſſidere bona temporalia, dominia,caſtra, cum ſuis pertinẽtijs & omnimoda iuriſdictione temporali , Mit aller weltlicher obrigkheit/ oder weltlichcit. Quid ergò ſi vicinum aliquem Principem,aut nobilem Imperij,talium bonorum ratione, ob contentioſam iuriſdictionem, aut alterius iuris gratia pignorent, capiẽdo videlicet eorum ſubditos, vel pignora auferendo , an ſuper huiuſmodi facta pignoratione in Camera immediatè conueniri poſſint?Non puto re-
2 gulariter, quia † Capitulum non eſt Status Imperij,nec foro Imperij principaliter,ſed ſuo Archiepiſcopo,vel Epiſcopo immediatè ſubiectum , vt pleniùs dixi Obſer.lib.1.Obſeru.30.& Obſeru.37.& in tract.de Pace publica.cap.8.lib.1. Imò appellatione ciuium, veniunt Capitulum, Canonici,& Clerici in ciuitate habitantes,per notata Bart.in l.1.nu.10.ff.ad municip.Felin.in c.eam te.nu.16.de reſcript. &in c.Rodolphus nu.18.eod.tit.qui hoc latius declarant. Et licèt in interdicto poſſeſſionis Retinendæ, vel actione reali,clerici coram iudice laico, vbi res ſita eſt,conueniri poſſunt, quia non trahitur perſona, ſed res in iudicium in actione reali,tex.in §.omnium.Inſtitu.de act.per tex.in l.ſed & loci.§.ſi aliter fundus.ff ſi. regun.ibi,quoniam magis fundo, quàm perſonis adiudicari fines vel partes intelliguntur, tex.in l.qui aliena.§.final.ff. de negot.geſt.ibi,ſententia prędio datur. Gnid.deciſ.1.nu.1.cum ſeq.& deci.85.Couar.pract.quæſt.cap.35.cum ſeq.Soci.in c. 1.nu.35.de for.compet.latiſſi.Boẽr.deciſi. 69.num.22.facit text.in l.fi.C.vbi in rem act.& in c.fin.de for.compet.in Authen. clericus,ibi,quòd ſi natura cauſæ,vel alia ratio faciat : tamen quia Capitulum immediatè,vt dixi,nõ ſubeſt Imperio : ideò in Camera ſuper Conſtitutione pignorationis directò,hoc eſt,in prima inſtantia conueniri nequit, propter defectum qualitatis perſonarum,text.in l.4.§.toties.ff.de dam.infect. Quod tamen tripliciter procedere non puto:Primò,ſi † Ca- 3
pitulum dominium aliquod , vel feudũ, immediatè ab Imperio & Imperatore recognoſcat , Lehen gutter vom Reich. quo caſu,ſi alium iniquè pignoret,vel alterius ſubditos capiat, idque noui iuris acquirẽdi gratia eò loci vbi facta eſt prehenſio rectè in Camera ex hac Conſtitutione conuenitur. Pari ratione, ſi Capitulum ab alio immediatè Imperio ſubiecto in talibus bonis temporalibus iniuſtè pignoretur, agere poteſt ſuper iſta Conſtitutione contra pignoratorẽ pro relaxatione captiuorum,vel reſtitutione pignorum, ita quòd vtroque caſu actiuè & paſſiuè fundata ſit iuriſdictio Cameræ. Ratio,quia cùm dominium, vel territorium non habeat alium ſuperiorẽ,quàm Imperium & Imperatorem , meritò Imperator ſuper facta pignoratione cognoſcit, per text. in d.l. ſed & loci. §.ſi aliter fundus.& d.l.qui aliena.§.fi.Dd. vbi ſup. Nam ratione talis dominij, vel feudi,immediatè ſubijcitur Collegiũ iuriſdictioni Imperatoris:tex.in c.nimis. de iureiu.

& per

& per conſeqnens conſtitutio Imperij
collegium obligat actiuè & paſſiuè, per
notata Canoniſt.in c. Romana.§. debet.
de appellar.in 6. Philip.Franc.ibid. nu.2.
Caſtr.in l.ſi quandò. nu.2.C. de appellat.
4 vbi dicunt, † Prælatos ratione dominio-
rum temporalium forum Cæſaris ſorti-
ri.Hinc eſt quod in feudalibus etiam cle-
rici coram paribus Curiæ conueniendi
ſint,tex.in c.ex tranſmiſſa.& in c.verum.
de for.compet.tex.in c.cæterùm.de iudi.
Soci.in c.1.nu.27.& in c.ſanè.nu.14.eod.
tit.item quòd in poſſeſſorio clericus ſor-
tiatur forum laici, quia poſſeſſorium nō
eſt quid ſpirituale, ſed temporale,vt pul-
chrè concludit Guid. deciſ.1. per totā &
deciſ.85.Couarr.latè practic.quęſt. cap.35.
cum ſeq.At pignorationis conſtitutionē
locum habere in interdicto Retinendæ
poſſeſſionis,dixi ſupr.Obſeruat.3. ideò ſi
fiat pignoratio ratiōe rei immediatè Im-
perio ſubiectæ,meritò in poſſeſſorio Ca-
mera adiri poteſt, tex.in d.l.qui aliena.§.
fi.& in d.l.ſed etſi loci.§. ſi aliter fundus:
Secundò limita hanc regulam, vt non
5 procedat, ſi † ſede vacante Capitulum
vel collegium Canonicorum pignoraſ-
ſet, quia cùm eo caſu omnis iuriſdictio,
& ius adminiſtrandi deuoluatur ad Ca-
pitulum, text.in c.1.& in c. cùm olim,de
maio.& obed.in 6. & in c. ad abolēdam,
in prin.de hęretic.tex.in c.1.2.& in c.fi.ne
ſede vacan. Panor. vbiq;, meritò Iure re-
præſentationis ſuper conſtitutione pi-
gnorationis conueniri, & iudicium cœ-
ptum cum nouo electo prælato,ſi ille fa-
ctum Capituli poſteà ratum habeat, nec
pignora reſtituat, aut captiuos relaxet,
continuari poterit, quia ratihabitio etiā
in maleficijs retrotrahitur, & mandato
comparatur,tex.in l.1.§. ſed & ſi cùm qs,
glo.ibid in verbo, mandato.ff.de vi & vi
armat.& in l.3.§.cùm procurator.ff.eod.
tit.text.in l.hoc iure.§. in maleficio.ff.de
reg inr. ſicut qnandoque factum memi-
ni.vide omninò Felin.in c.edoceri.nu.7.
de reſcript.& ibid.communiter Dd.Ter-
6 tiò limita prædictam regulam in † Col-
legijs Canonicorū liberis, quæ ex ſingu-
lari priuilegio immediatè Cæſari & Im-
perio in temporalib⁹ ſubiecta ſunt. Das
freye Kayſerliche Stifften ſeindt / vt Col-
legium Canonicorū Bruxellæ prope Spi-
ram:item Burſchedt prope Aquiſgranū,
& Collegium Arnuell prope Sarbrucke.
Ita pignorationis proceſſus decreti ſunt
ad inſtantiam dicti Collegij Burſchedt/
contra Aquiſgranenſes, & in cauſa De-
cani & Capituli dicti collegij Arnuell
contra N. Comitem à Naſſaw anno 68.
vt d.Obſeru.30.quoq; annotaui. Ad con-
firmationem prædictorū facit, quòd in
emphyteuſi Eccleſiaſtica † iudex ordina- 7
rius competens ſit is, in cuius territorio
bona ſita ſunt. Iaſ.in l.1.nu 73.C. de iur.
emphyt. vbi dicit hoc eſſe veriſſimum.
allegat Ludo.Roman.cōſi.212. vide Dd.
in Clemen. 2. de reb. Eccleſ. non alien.
Quartò limita,vt non procedat, quandò
† Epiſcopus vnà cum Capitulo ſuper pi- 8
gnoratione agunt, quia tunc ex perſona
Epiſcopi, tanquàm Principis Imperij,
fundatur iuriſdictio Cameræ, per alle-
gata,ſuprà,Obſeruat.proxima,quod ſine
dubio procedit in bonis communibus,
etiam quóad nudam tātùm adminiſtra-
tionem, cùm Epiſcopi interſit in huiuſ-
modi bonis, neq; ſe,neq; Capitulū ſuum
turbari, & membra caput ſequātur : imò
in huiuſmodi bonis communibus ſolus
Epiſcopus, remoto Capitulo,ſuper con-
ſtitutione pignorationis agere poſſet,
quia ex officio adminiſtrationis ad hoc
tenetur, per text. in d. c. edoceri, Bald.
ibid. num.5. nu.12. & num. 16. Panormi.
nu.25. & Felin.nu.2. & communiter Dd.
Cæterùm ſi bona Epiſcopi omninò diſ-
creta, ſiue ſeparata ſint, tali caſu Epiſco-
pus pro bonis Capituli diſcretis vnà cum
Capitulo ſuper pignoratione in Came-
ra agere non poſſet, text. in d.c. edoce-
ri.& ibid. Dd.ne conſtitutioni fraus fiat,
quod fieri non debet, text. in l. ſi filiuſ-
fam.§.is autem.ff.ad S.C.Macedo.& in l.
qui teſtamentum.§.fin.ff de probatio.&
in l. cùm quis decedens.§. Titia ff. de le-
gat.3.Nam in proprijs & ſeparatis bonis,
Capitulum habet plenam adminiſtra-
tionem,& legitimam perſonā ſtandi in
iudicio ordinario actiuè & paſſiuè, & in
ijs Epiſcopus, vel Prælatus Imperij, non
tenetur procurare negotia Capituli.Dd.
in d. c.edoceri, cum ſeparatorum, ſæpa-
rata ſit ratio.per vulgaria. Et ideò ſi fiat
pignoratio in proprijs bonis Capituli,
Iudex competens adiri debet, quia cùm
Capitulum non ſit ſtatus Imperij, iu-
riſdictio Cameræ in prima inſtantia ob

q factam

.factam pignorationem non eſſet funda.
ta,niſi bona ſeparata immediatè depen.
derent ab Imperio, vt dixi in prima li.
mitatione.

OBSERVATIO VIII.

*Seruis aſſcriptitijs, vel hominibus pro-
prijs,vt vocant, captis,an conſtitu-
tio pignorationis locum habeat.*

SVMMARIA.

1 *Proprij homines Germanorum.*
2 *Germania veros ſeruos nunquàm habuit.*
3 *Proprij homines Germanorum ſunt ſerui anonymi.*
4 *Seruo proprio capto, an locum habeat conſtitutio pi-
gnorationis.*
5 *Subditos domicilium facit.*
6 *Dominus Territorij habet fundatam intentionem
ſubiectionis.*
7 *Res in territorio ſita eius eſſe præſumuntur, cuius
eſt territorium.*

1 APud Germanos † genus ſeruorum
eſt, quos proprios homines , vel
mācipia, vulgariter leib aigen vocamus,
aſſcriptitij,vel originarij, qui ex aſſcripti.
tijs naſcuntur: hi in paucis cum veteri.
2 bus ſeruis participant, † ſiquidem Ger.
mania, ex Cornelij Taciti ſententia, in
libello de moribus Germaniæ,veros ſer.
uos nunquàm habuit. De hac participa.
tione hominum propriorum cum ſer.
uis,eruditè & ſingulariter ſcripſit Zaſius
ſing.reſponſ.libr.1.cap.3.nu.75.cum ſequ.
vbi omninò vide de eorum operis,& of.
ficijs,& ſing.reſponſ.lib.2 cap.7.nu.8.vbi
3 dicit,quòd † homines proprij Germano.
rum principum, aut nobilium,ſint ſerui
anonymi,nec aſſcriptitij,nec coloni,nec
capite cenſi, nec ſtatuliberi , nec liberti,
de omnium tamen natura participātes,
vti explicat,d.cap.3.lib.1. & conſil.19. nu.
3.cum ſeq.volu.2.incip. In cauſa concer.
nente. Huiuſmodi autem ſerui proprij,
paſſim in Germania ſub aliorū domino.
rum iuriſdictione domicilium habent,
& fundos poſſident, quorum nomine o.
peras ſeruiles præſtāt, poſſunt bona pro.
pria poſſidere,officia gerere,& commer.
cia exercere, per notata Zaſij d.conſil.19.
4 nu.1.& nu.4. Modò quæritur,an † captis
huiuſmodi hominibus proprijs domi.
nus eorum iure conſtitutionis pignora.
tionis, pro relaxatione agere poſſit? Et
magis eſt, eum hoc facere nō poſſe, quia
licèt operas ſeruiles domino præſtare te.
neantur:tamen propriè eius ſubditi non
ſunt,ſed eius, ſub cuius iuriſdictione do.
micilium habent.Nō enim ſeruitus per. 5
ſonalis, vel anonyma, ſed † domicilium
& habitatio ſubditos facit, text. in l.do.
micilium.ff.ad municipal & in l.ſi in pa.
tria & in l.ciues.C.de incolis lib 10.Nam
aliud eſt, ſeruum aut mancipium, colo.
num, aut cenſitum gult vnd zinßman/&
aliud ſubditum eſſe, poteſt enim quis eſ. 6
ſe ſeruus † vel colonus meus ratione gle.
bæ & operarum, vt tamē alterius ſit ſub.
ditus ratiōe Territorij & domicilij,quia,
vt dixi,domicilium propriè ſubditos fa.
cit , & per conſequens iuriſdictionem
domino Territorij in incolas tribuit, li.
cèt alterius ſerui ſint : nam res,& perſo.
næ † in Territorio Domini ſitæ, vel ha. 7
bitantes, eius eſſe præſumuntur , quóad
iuriſdictionem & ſubiectionem , cuius
eſt Territorium , niſi exemptio probe.
tur, text. in c.cùm perſonæ, de priuileg.
in 6 & in c.fina.§.1. de officio Archidia.
coni, text. in c. cùm epiſcopus, de offic.
ord.in 6.gl.ibid. in verbo, habere, & in c.
cùm olim de præſcript. Natta cōſ 501.nu.
31.vol.3.incip.in cauſa & lite. & conſ.506.
nu.31.incip.cupiebā,eo.vol. Rolan.conſ.
46.nu.35.& nu.50.volum.3.incip. in præ.
ſenti. Deci.conſil.528.nu 2.& nu.9.incip.
pro reſolutione. Item domicilium ha.
bens in aliquo loco, dicitur eſſe de tali
loco, gloſſ. in c.ſtatutum, in verbo. eiuſ.
dem ciuitatis, de reſcript. in 6. per illum
tex. Alex.conſil.120. num.10.vol.7.incip.
viſo proceſſu inquiſitionis. Et ideò alio
ordinario remedio iuris, dominus ho.
minis ſui proprij contra dominum ter.
ritorij, ratione factæ turbationis, aut præ.
henſionis experiri debet. Vide infrà, Ob.
ſeruat. 15.

OBSERVATIO IX.

*Rebus incluſis an locum habeat conſti-
tutio pignorationis.*

SVMMARIA.

1 *Rebus incluſis an conſtitutio pignorationis obtineat.
Res quando dicitur perempta. ibid.*
2 *Aequipollentium eadem eſt natura.*
3 *Carceratus intelligitur qui in publico ſine vinculis
ſeruatur.*

4 Car-

4 *Ciuitate pro carcere aſſignata vinculum ciuitatis dici poſſe.*
5 *Relaxatus ſub fide repræſentationis in vinculo eſſe dicitur.*

1 SAEpè fit, quòd † pignorator nõ
abducat armẽtum, vel gregem,
ſed includat in ſtabulũ aliquod,
vel locum aliquem vt eò exire nequeat.
Vnde quæritur, an tali caſu locum ha-
beat conſtitutio pignorationis, ita vt is,
cuius armentum, vel grex incluſus eſt,
mandatum de relaxando ſine clauſula
iuſtificatoria obtinere queat? Quid ob-
ſtat? paria enim ſunt rem auferre, vel ita
includere, & arctè cuſtodire, vt vſus eius
intercidat, text. in l. eſt differentia ff. in
quib. cauſ. pign. taci. contrah. vbi I C. vti-
tur præcluſionis verbo, & Pomponius
I.C. in l. quamuis. ff. ad l. Aquil. include-
re alienum pecus dixit, & text. in l. pe-
nult. C. de leg. Aquil. vbi de pecoribus per
iniuriam incluſis, & fame necatis, ad idẽ
text. in §. cæterum, Inſtit. eod. titu. Et res
dicitur perempta & deperdita, quando
vſus eius haberi non poteſt, text in l. ſi is
qui rem. § cũ qui. ff. de furt. & in l. ſi con-
ſtante. §. ſi vxor. ff. ſolu. matr. & æquipol-
2 lentium † eandem eſſe naturam & diſci-
plinam notum eſt, per text. in Clem. exi-
ui. §. vt autem. de verb. ſignifi. tex. in c. tu-
am. de conſang. & affin gloſ. ibid. in ver-
bo, æquipollentibus, text. in l. ſi mater. C.
de inſtit. & ſubſtit. vbi gloſſ. in verb. ſua
cauſa. gloſſ. in l. fin. §. ſi. in verbo, tueri. ff.
3 mand, Et † carceri mancipatus dicitur,
non ſolùm qui in carceribus eſt, ſed etiã
qui extra carcerem ita anguſtè, certo lo-
co circũſcriptus eſt, vt ab eo recedere ei
ſub pœna non liceat, ſo einer in eine
Stadt/oder ſein aigẽ hauß verſtrickt wirdt/
per tex. in l. ſolutum. ff. de verb. ſig. vbi di-
citur, ſolutum non intelligi eum, qui in
publico ſine vinculis ſeruatur, & text. in
l. ſuccurritur. §. fin. cum l. ſequ ff. ex quib.
cauſ maior. vbi I.C. ait, incluſos vincto-
rum numero haberi, nihilq́; intereſſe pa-
rietibus, an cõpedibus quis teneatur, Bal.
in l. vnic num. 13. C. de confeſſ. Panor in
c. accedens, num. 1. cum ſequ. de procura-
tor. Lanſranc. in c. quoniam contra. de
4 probat. verſ. confeſſ. nu. fi. Et † huiuſmo-
di carceres publicos, putà quando tota
ciuitas alicui pro carcere datur, vinculũ
ciuitatis appellare poſſumus, per text. in
l. exilium. ff. de interdict. & relegat. vbi
I.C. relegationem in inſulam, vocat in-
ſulæ vinculum, regulariter, Nobilibus,
& in dignitate conſtitutis perſonis to-
tum Palatium, vel tota Ciuitas pro car-
cerẽ aſſignari ſolet, Angel. in l. penult. ff.
quod. met. cauſ. Iaſ. in repet. l. admonen-
di, num. 174. ff. de iureiur. Tiraqu. de No-
bil. cap. 20. nu. 29. cum ſeq. vbi hoc latius
proſequitur. Sic quoque certa pars pro-
uinciæ pro carcere dari poteſt, ne illam
iniuſſus egrediatur, Dd. affinare vocant,
per text in l. relegatorum §. ſicut. ff dicto
titu. vbi fit relegatio in certam partem
prouinciæ ne illam egrediatur, Iaſ. in re-
petit. l. admonendi. num. 173. cum ſequ.
ff de iureiur. Deci. conſil. 219. num 9 in-
cip. viſo puncto, Angel. in l. qui in carce-
rem. ff. quod met. cauſ. Dd. in l cui pactó.
ff. de ſeruis exportan. Frãciſ. Marc. queſt.
360. cum ſequen. & quæſt. 364. num. 39.
In vinculis † quoque dicuntur eſſe, qui
interpoſita ſtipulatione ita relaxati ſunt, 5
vt moniti iterum ſe repræſentent & cer-
to loco ſiſtant. So einer die handt von
jme gibt / auff erfoddern ſich widderumb
einzuſtellen/ per text. in l. in eadem cauſa.
ff. ex quib. cauſ. maio. gloſſ. ibid in verbo,
non poſſunt, & tex. in l. nec non. §. 1. ff. eo.
tit. Bart. in l. 1. nu. 1. ff de cuſtod. & exhi-
bit. reo. Et hoc in Germania frequenter
fieri ſolet.

OBSERVATIO X.

*Rebus extra locum controuerſum ab-
latis, vel perſonis captis, an iure
conſtitutionis reſtituendæ &
relaxandæ ſint.*

SVMMARIA.

1 *Pignoratio fieri poteſt extra locum controuerſum.*
2 *Voluntas pignorantis ſpectanda, non locus.*
Finis deſignat qualis res cenſenda. ibid.
3 *Ratio finalis eſt anima diſpoſitionis.*
4 *In criminalibus & contractibus, voluntas delinquentium & contrahentium ſpectanda.*
5 *Locorum diuerſitas quando inducat diuerſitatem iuris.*
6 *Interdictum de vi & vi armata ad omnem partem poſſeſsionis pertinet.*

OBſeruandum quoque conſtitutio-
nem † pignorationis non ſolùm 1
locũ habere, quando in loco cõtrouerſo

pignora capiantur, aut ſubditi in loco domicilij captiui abducuntur, ſed etiam ſi hoc fiat in alieno vel proprio territorio pignoratoris, incontinenti, vel ex interuallo, dummodo noui iuris acquirendi gratia in loco cõtrouerſo, res, vel perſonæ capiantur, quòd in libello ſupplici clarè narrandum eſt, non enim de facto, ſed de cauſa faciendi quæritur, text. in l. verum eſt, ff. de furt. Sufficit ergo pignora capta noui iuris acquirẽdi gratia, quocunque locorum hoc fiat: nam † voluntas pignoratoris magis, quàm locus, aut tempus ſpectanda, qua intentione, & quo fine pignora capta ſint: quia finis deſignat qualis res cenſenda ſit, text. In c. fraternitatis, in fi. extr de frig. & malef. text. in l. ſed etſi quis. §. fin. ff. de vſufruct. Specul. tit. de fructib & intereſſe §. 1. num. 7. Afflict. in c. 2. num. 49. de feudi cognit. Hinc dicimus finem cuiuſque rei magis conſiderandum, quàm principium, text. in Authen. de nupt §. quia verò hactenus. gloſſ. ibid. in verbo, euentus. Afflict. in c. 1. §. ſi quis hominem. num. 25. de pace tenen. Pariſ. conſil. 78 num. 13. volu. 1. incip. magnificus dominus. vbi dicit, cauſam † & rationem finalẽ eſſe animam ipſius diſpoſitionis, per alleg. ibid. Cauſa autem finalis conſtitutionis pignorationis, eſt pax publica, ne illa captis indignè perſonis, & pignoribus, violetur: vti ex præfatione, vel exordio conſtitutionis diſertè videre eſt. non ergo ſpectandum, quo loco fiat pignoratio contra conſtitutionem, ſed qua mente & intentione, quóue fine fiat. In † criminalibus animus & voluntas diſtinguunt maleficia, text. in l. qui iniuriæ. ff. de furt. & in l. Diuus. ff. ad l. Cornel. de ſicar. text. in d. l. verum eſt. In actione iniuriarum animus iniuriandi conſideratur: iniuria enim ex affectu facientis conſiſtit, text. in l. illud. §. 1. ff. de iniur. In contractibus magis voluntas, quàm verba attenduntur, text. in l. in conuentionibus. ff. de verb. ſignifi & in c. intelligentia. & in c. propterea. eod. tit. text. in l. Labeo. §. fi. ff. de ſuppel. legat. nõ enim ſermoni res, ſed rei ſermo ſubiectus eſt, text. in d. c. intelligentia. Vnde vulgatus iſte verſiculus:

2 (margin, at "cunque locorum")

Quicquid agunt homines intentio iudicat omnes.

Ad idem eſt tex. in l. non omnis ff. ſi cert. peta. ſic in vltimis voluntatibus totum facit voluntas teſtatoris, inquit Iulianus I. C. in l ex facto §. rerum autem. ff. de hæredib. inſtit. ad idem tex. in l. cùm virum. C. de fideicom. & in l. penult. ff. de leg. 1. Hanc igitur intentionem iudex conſiderare debet, non locum, aut tempus, vt iam dictum eſt. quò pertinet quod ſcribit Bart. in l. petendæ, nu. 7. C. de tempor. in integ. reſtit. quòd quando ex † diuerſitate locorum inducitur diuerſitas rationis, tunc inducitur quoque diuerſitas iuris, tex. in l. 1. C. de dilar. & in l. precia. ff. ad l. Falcid. text. in l. ideò. ff. de eo quod certo loco. Si verò non inducitur diuerſitas rationis, non debet induci diuerſitas iuris, d. l. petendæ. Ad idem facit text. in l. 1 §. rectiſſimè, verſic. Ibi autem. ff. de vi & vi arma. vbi dicitur, quòd † interdictum de vi & vi armata, non ſit ad angulum, vel ad locum tantùm, vnde quis vi deiectus eſt, referendum, ſed ad omnem partem poſſeſſionis, qua quis caruit cùm deijcitur.

OBSERVATIO XL.

Rebus pignoratis precio redemptis, an ad reſtitutionem precij agi poſſit.

SVMMARIA.

1 *Precium pro redemptione pignorum datum reſtitui debet.*
2 *Precium in feudis non ſuccedit loco rei.*
3 *Neque in particularibus.*
4 *In vniuerſalibus precium ſuccedit loco rei.*
5 *Alienatis rebus reſtitutioni ſubiectis, ſuccedunt quæ eo nomine viciſſim comparata ſunt.*
6 *Quid in actione reali, & perſonali.*
7 *Pignorator cenſetur eſſe in dolo, quia facit rem illicitam.*
8 *Res ei abeſt cui precium abeſt.*

QVid ſi ſubditi res † pignori captas, putà boues, equos, vel oues, armento, equitio, vel grege, pro vitando interitu, à pignorante, precio certo redimant, an ne dominus eorum, immediatè In Camera Imperiali, beneficio conſtitutionis ad reſtitutionem precij agere, & mandatum ſine clauſula, de reddendo precio, obtineri poſſit? Deciſio conſiſtit in eo, vtrùm precium ſuccedat loco rei. In feudis † memoria tenẽdum, precium comparatum ex re feudali, loco rei non ſuccedere, adeoq́; conuentionem & pactum

ctum nõ valere, quod pecunia ſit, vel ha-
beatur loco rei, tex.in c.1.§.ſciendum, de
feud.cognit. Afflict.ibid.num.8.vbi om-
ninò vide limitationes, Bald.in c.1.nu.6.
de feud.non hab.prop.nat. feud. Iaſ. in l.
ſi eum ſeruum, nu.6.ff.ſi cert.pet.pulchrè
Schurff.conſil.11. cent.1. incip.in propo-
ſito.per totum. Et pro regula traditur, in
3 particularibus † precium loco rei non
ſuccedere, text.in l. venditor.ff.de hæred.
vel act.vendit.& in l.ſi quis vxori.§.ſi Ti-
tius.ff.de furt.text.in l.qui vas.§.fin.ff.co.
tit.Socin.in fallen. regula 302.incip. pre-
cium, vbi duodecim fallentias ponit.
Barto. verò præclarè diſtinguit in l.qui à
debitore.ff.quæ in fraud.credit.Inter iu-
dicia vniuerſalia, particularia, & perſo-
4 nalia. In vniuerſalibus, † prout eſt hære-
ditas, & fideicommiſſum vniuerſale, &
ſic in petitione hæreditatis, & Trebellia-
nica reſtitutione ſine dubio preciũ ſuc-
cedit loco rei, tex.in l.ſi & rem & preciũ.
ff.de pet.hæred. gloſſ.ibid. in verbo, quia
poteſt, tex.notab.in l.Imperator.§.fin.cũ
duab. ll.ſeq.ff. de leg.2. vbi communiter
Dd. & ideò ſecundum veram concluſio-
5 nem, grauatus † fideicommiſſo, ſi bona
reſtitutioni ſubiecta alienat, & eorũ loco
alia comparat, bona empta loco aliena-
torum ſuccedũt, ita quòd fideicommiſ-
ſarius, caſu eueniente, huiuſmodi bona
empta, tanquàm in locum alienatorum
ſurrogata, petere poſſit, per tex.in d.l.Im
perator.§.fin.vbi Barto. & communiter
Dd.text.in l. cùm multi.ff. ſi pars hæred.
peta. Franciſ.Curt. iunior conſil.192.nu.
98.volum.3.incip. diligenter ac maturè,
& conſil.271. num.12.eod.volu.incip. vt
ſatisfaciam. In particularibus verò, quan
6 do † actio eſt realis, precium non ſucce-
dit loco rei, niſi in ſubſidium, re præſcri-
pta, vel vſucapta.text.in l.mater.C.de rei
vendic. & in d.l.ſi eum ſeruum.ff.ſi cert.
pet. In perſonalibus autem precium ſuc-
cedit loco rei, quando aliquis conueni-
tur ratione doli, per text. in d. l. qui à de-
bitore: ſecùs ſi ex ſimplici contractu con
ueniatur, d.l.venditor. ita Bartol. in d.l.
qui à debitore, & eſt gloſſ.notab. in l. La-
beo & Sabinus, in verbo, precium.ff. de
verbo.ſign. In propoſito ergo, etſi in par-
ticularibus regulariter, vt dixi, precium
non ſuccedat loco rei: tamẽ hoc in mul-
tis caſibus non procedit, præſertim in
actione quod metus cauſa. tex.in l.ſi ipſa
res.ff. quod met. cauſa. glo.in d.l.Labeo,
Socin.d.regula 302.ſal.9. & ratione doli,
quando aliquis ratione doli conuenitur,
text.in d.l.qui à debitore. Bar.ibid.num.
1. At † pignorantem in dolo eſſe quóad 7
pignora ablata, ſaltem præſumpto, per-
ſpicuum eſt, quoniam facit rem illicitã,
& iure communi, & conſtitutionis Im-
perij prohibitam. Vnde eo ipſo cenſe-
tur eſſe etiam in manifeſto dolo, text. in
l.2.§. doli mali mentio.ff.vi bon. rapto.
text.in l.ſi ex plagis.§. tabernarius.ff. ad l.
Aquil. Afflict. in c.1.§. ſi quis hominem,
de pace tenen.& eius violato.in 2.notab.
nu.3. gloſſ.in c.1. in verbo, ludens, de præ-
ſump.Feli.in c.in præſentia.nu.13.de pro-
bat.Iaſ.in l.in actionib.nu.23.ff.de in lit.
iur. Ange.in l.ſi quis ex domo. nu.2.ff.de
furt. proinde meritò in ſubſidium preci-
um ſuccedit loco rei, & per conſequens,
precium via mandati, ex conſtitutione
Imperij pignorationis, repeti poteſt, ne
pignorans cum iactura alterius iniquè et
doloſè locupletetur, habetq́; locum re-
gula, † quòd res ei abeſſe videatur, cui 8
precium abeſt, per tex. valdè ſing.in d.l.
Labeo & Sabinus. & in d.l. qui à debito-
re, item quòd precium pignoranti datũ,
ſit quaſi pignoris permutatio, per text.in
l.quia qui precio.ff. de vſuſr. & quemad.
quis vta. vbi dicitur, qui precio fruitur,
nõ minùs habere intelligitur, quàm qui
principali re vtitur, fruitur. ad idem eſt
tex.notab.in l.ſi vſusfructus legatus.§.fi.
ff.eod.titu.text.in l. item quamuis.§.1.ff.
communi diuid. & in l. ſed ſi quis ſeruũ,
cum l.ſequen.ff.de peculio. Et ita vſu fo-
renſi receptum & lege Imperij in Co-
mitijs Auguſtanis anno 66.in §. als auch
im 22.articul/ſancitum eſt.

OBSERVATIO XII.

De mutuis pignorationibus.

SVMMARIA.

1 *Mutuæ pignorationes prohibitæ, quomodo pacẽ publicam poſſint turbare, & nu.3.*
2 *Bellum pro defenſione rerum an ſit licitum.*
3 *Crimina non relatione, ſed innocentia purgantur.*

SAEPE fiunt † mutuæ & reciprocæ 1
pignorationes, vulgariter Gegen-
pfandung/magno ſubditorum innocen-
tium malo & incommodo, quæritur

igitur an licitæ ſint mutuæ pignoratio-
nes, præſertim prius offenſo & pignora-
to? Quod videtur, cùm vim vi repellere
omni iure licitum ſit, text. in l. vt vim. ff.
de iuſtit. & iur. & in c. ſi verò. el. 1. de ſent.
2 excom, cum ſimilib. adeoq; † bellum iu-
ſtum reputetur, quod pro defenſione re-
rum ſuarum ſuſcipitur, vt notant Dd. in
l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. Bartol. in l.
hoſtes, num. 9. ff. de capt. & poſtlim. re-
uer. Innoc. in c. olim, 1. de reſtitu. ſpolia.
Iacob. de S. Georg. in verbo, & promiſe-
runt. num. 10. Marti. Garritus in tracta.
de bello. in princ. Sed magis eſt, vt mu-
tuæ pignorationes non admittantur,
quia illæ non ad neceſſariam defenſio-
nem, quę in continenti cum moderami-
ne inculpatę tutelæ pmittitur, d. l. vt vim.
& ibid communiter Dd. ſed ad interdi-
ctum Retinēdę poſſeſſionis, & ſic ad rem
familiarem pertinent, l. 2. §. hæc autem
interdicta. ff. de interdic. Vnde ſi fiat re-
pignoratio, ſiue mutua pignoratio, vtri-
que parti in cauſa Mandati paritio iniun
gitur, vt ſcilicet pignora ablata reſtituāt,
quibuſcunq; exceptionibus non obſtan-
tibus. Pignoratus enim via iuris, non fa-
cti, id eſt, repignorationis, ius ſuum &
poſſeſſionem defendere, tuerique debet,
tex. in l. extat. ff. quod met. cau. & in l. me-
minerint. C. vnde vi. tex. in §. ſi quis verò,
de pace tenen. & iuram. firm. & in Auth.
ſed omninò. C. ne vxor pro mari. quem-
admodum in ſimili, crimina † non tela-
3 tione, ſed innocentia purgari neceſſe eſt,
text. in l. is qui reus. ff. de publ. iudic. Imò
huiuſmodi repignorationes ad deterio-
rem exitum & arma ſpectant, quoniam
animi vtrinque exacerbantur, & dum al-
ter alter alteri cedere non vult, ad arma
venitur, paxque publica læditur, quod iu-
dex mandatis pœnalibus præcauere de-
bet, vigore huius conſtitutionis, argum.
l. ęquiſſimum. ff. de vſufruc. Idcirco enim
iudiciorum vigor iuriſque publici tute-
la in medio conſtituta eſt, ne quiſquam
ſibi ipſi permittere valeat vltionem, ità
text. in l. nullus C. de Iudæis & cœlico-
lis, ad idem eſt text. in l. 1. in princip. ff.
quor. legat. & in l. 1. C. ne quis in ſua cauſ.
iudic. text. in l. 1. §. & parui. ff. quod vi aut
1 clam, & in l. ſi ex ſtipulatione. ff. de acqu.
vel amitten. poſſeſ. Imò pacis publicæ
gratia, ſi mandatis non pareatur, & res
ad deteriorem exitum, putà bellum, vel
publica ſcandala vergat, Iudex poſſeſſio-
nem, ex conſtitutione Imperij de litigio-
ſa poſſeſſione, etiam ex officio ſequeſtra-
re poteſt, vt Obſeruat. libr. 1. Obſer. 3. ple-
niùs dixi. per allegata ibid.

OBSERVATIO XIII.

De proceſſu pignorationis in cauſa Mandati.

SVMMARIA.

1 *Pignorationis proceſſus duplex eſt, Mandati & citationis.*
2 *In cauſa Mandati fit præceptum de reſtituendis pignoribus, vel relaxatione perſonarum.*
3 *Mandatum ſuper pignoratione ſine clauſula decernitur.*
4 *Pignorationes omni iure ſunt prohibitæ, ideò valet præceptum Cameræ.*
5 *Proceſſus in cauſa mandati qualis ſit.*
6 *Clauſula, nunc, prout, extunc, quid operetur.*
Pecunia omnes res æſtimantur, ibid.
7 *Vbi maius periculum, ibi cautius agendum.*
8 *Stylus iudicij pro lege obſeruandus.*

PRoceſſus † ex conſtitutione pi- 1
gnorationis bipartitus eſt, putà
mandati, & citationis: Primò e-
nim mādat Imperator, vel Camera vice
Imperatoris, vt captiuus ſtatim à die in-
ſinuati mandati relaxetur, aut pignora
ablata reſtituantur: deinde citatur pig-
norator ad deducendum & allegandum
cauſas pignorationis, quę citatio ad poſ-
ſeſſorium Retinendæ pertinet, vt dixi
ſupr. Obſer. 1. in fin. In cauſa † Mandati 2
ita proceditur: Pignoratori ſub pœnà
certa pecuniaria, quę pręcepto inſeritur,
mandatur, idq; ſine clauſula iuſtificato-
ria, vt captiuum ilicò & ſine ſuo ſumptu,
ohne entgelt relaxet, aut pignora capta è
veſtigio, integrè, plenèque reſtituat, ad-
iecta citatione, non ad contradicēdum,
vel allegandum cauſas, quare non tenea-
tur parere mandato, ſed docendum de
vera paritione: quia, vt dictum eſt. huiuſ-
modi mandata † ſine clauſula decernun- 3
tur, quod ideò conſtitutum eſt, quia † pi- 4
gnorationes omni iure tam communi,
quā Imperij prohibitæ ſunt, tex. in Auth.
vt non fiant pignorat. pro alijs perſonis,
tex. in c. vnico, de iniurijs. lib. 6. & per alia
iura ſup. Obſer. 3. allegata. quo caſu iudicē
à præcepto incipere poſſe, communiter
recep.

receptum eſt, quia præſentia citati actum
impedire nequit, & ſic ceſſat ratio l. nam
ita Diuus. ff. de adopt. cũ ſimilib. per text.
in l. 1. & in l. 4. §. videamus. ff. de fidei.
com. libertar. & in l. q. poteſt inuitis. ff. de
reg. iur. text. in l. ſi eum ſeruum §. fin. ff.
eo. tit. & in l. recuſare. ff. ad S. C. Trebell.
Iaſ. in l. reſcriptum. num. 4. ff. de pact. Dd.
in l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de ope.
no. nunt. Pariſ. conſ. 1. num. 33. volu. 1. vbi
dicit valere actum abſq; citatione, quo-
ties certum eſt alicui non competere de-
fenſionem, per iura allegata, Felin. in c.
cùm olim, num. 11. de ſenten. & re iudic.
Hippol. ſing. 30. nu. 2. Maran. par. 6. tit. de
5 citatio. num. 5. Poſtquàm verò † manda-
tum legitimè inſinuatum, & in iudicio
reproductum eſt, ſiquidem pignorator
in termino præfixo comparear, & de ple-
na paritione doceat, benè eſt: ſin minùs,
pignorato contumaciam aduerſarij ac-
cuſante, ad pœnæ declarationem proce-
ditur: in qua quidem declaratione, per-
ſonarum & rerum diſcrimen vſu foren-
ſi obſeruatur: nam perſona capta, non
docenti de paritione in primo termino,
ſtatim alius ſub euentuali, vt vocant, de-
claratione præfigitur, hoc pacto: Wa er
Beclagter in ſolcher angeſetzter zeit / nit ge-
horſamen wurde / das er jtzo als dann / vnd
dann als jtzo / in die peen der außgangenen
verkhündten / vnd reproducirten Mandat
einuerleibt / hiemit declarirt / ferner Proceß /
auch erkhendt / ꝛc. Latinè: Niſi Reus intra
præfixum terminum de paritione do-
ceat, quòd nunc, prout ex tunc, & tunc,
prout ex nunc, in pœnas mandato ema-
nato, & reproducto inſertas, declaratus
eſſe, & vlteriores proceſſus (intellige ſub
pœna Banni Imperialis) decreti eſſe de-
6 beant. Hac enim † clauſula, videlicet,
nunc, prout ex tunc, in iudicijs vtimur,
de cuius effectu vide Barto. in l. lecta. nu.
1. ff. ſi cert. pet. Bald. in Authen. contra ro-
gatus, num. 1. & 2. C. ad S. C. Trebellia. Pa-
norm. in c. paſtoralis. nu. 3. de excep. Feli.
in c. licèt cauſam. nu. 6. de probat. vbique
dicunt illam clauſulam extremitatem
temporis ſignificare. Captis verò pigno-
rib. finalis, vt vocant, comminatio, ſe-
cundo termino paritionis adijcitur ſen-
tentiæ, hoc modo: Wa der Beclagter in
angeſetzter zeit nicht gehorſamen wurde /
daß als dann der gepettener Declaration
peen halben / auff des gegentheils ferner an-
rüffen / endelich ergehen ſoll was recht iſt.
Latinè. Niſi Reus intra præfixum termi-
num de paritione doceat, quòd tunc ra-
tione declarationis pœnæ ad partis ad-
uerſæ vlteriorem inſtãtiam finaliter fie-
ri debeat, quod iuris eſt. Et licèt vſus &
ſtylus iudicij loco rationis ſit. text. in c.
ex literis, de conſtitutio. & in c. 2. de præ-
bend. libr. 6. text. in l. 2. C. quemadmo. te-
ſtam. aperiant. & in l. ſi quando, la. 2. C. de
bonis vacant. libr. 10. tamen obſeruatio
illa in æquitate naturali verſatur, eò quòd
maior ſit dignitas & excellẽtia perſona-
rum, quàm rerum: maius periculum in
homine innocenter & iniquè capto, quã
in pignoribus ablatis, per text. notab. in
l. ſancimus, la. 1. in fine. C. de ſacroſanct.
eccleſ. & in l. filiusfam. §. ſecundum vul-
garẽ. ff. de leg. 1. & in l. 2. ff. de ſtatu homi.
Omnes enim res pecunia æſtimãtur, tex.
in l. penult. §. & neminẽ. C. de conſtit pe-
cu. ſola libertas hominis, eſt res inæſti-
mabilis, text. in l. libertas ff. de regul. iur.
& in l. non eſt. §. infinita. ff eo. tit. & ideo
neque vendi, neque in ſtipulationem de-
duci poteſt, text. in l. inter ſtipulantem. §.
ſacram, & in l. liber homo. ff. de verb. ob-
ligat. text. in l. liberi. ff. de contrah. empt.
& vendit. Vbi igitur † maius pericu- 7
lum, ibi pleniùs & maturiùs quoque con
ſulendum eſt, tex. in c. vbi maius, de elect.
libr. 6. & in l. 1. §. ſed ſi quis. ff. de Carbo-
nia. edic. gloſſ. notab. in l. fi. in verbo, in-
dicijs. C. de probat. dicens, perſpicaciùs
agendum, quoties de hominis vita & ſa-
lute agitur, per text. notab. in l. addictos.
C. de appell. ſed memoratum diſcrimen
non tam exactè, neque pro lege obſerua-
tur, ſed iudicis arbitrio, pro conditione
& qualitate perſonarum, relinquitur, ta-
metſi Stylus † iudicij aliàs pro lege ob- 8
ſeruandus ſit, adeò vt factum contra ſty-
lum & conſuetudinem iudicij non vale-
at, latè Felin. in c. 2. nu. 16. cum ſequ. de re-
ſcript. Zaſi. conſi. 11. nu. 3. vol. 1. Afflict. in
c. 1. num. 107. de mil. vaſal qui contumax
eſt, & deciſ. 79. nume. 4. vbi dicit longæ-
uum vſum cauſarum poſſe allegari pro
iure tam ad litis ordinationem, quàm
eius deciſionem, vide Dd. in c. fin. de con-
ſuetud. & in d. c. ex literis, de conſtitutio-
nib. & in d. c. [illegible]. de præbend. lib. 6.

OBSERVATIO XIIII.

In cauſa mandati an exceptiones cõtra paritionem admittantur.

SVMMARIA.

1 *Conſtitutio pignorationis fundat immediatè iuriſdictionem Cameræ.*
2 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis. Regulam pro ſe habens ius certum habere dicit. ibid.*
3 *Exceptio maleficij admittitur ante paritionem.*
4 *Forum quis ſortitur ratione delicti, in loco delicti.*
5 *Captus in loco domicilij ab alio ob commiſſum maleficium non eſt relaxandus, & qua actione dominus territorij agat.*
6 *Exceptio maleficij celeriter probanda.*
7 *Exceptio nullitatis ex defectu iuriſdictionis impedit paritionem.*
8 *Qualitas à lege requiſita omitti non poteſt, ad hoc vt actus valeat.*
9 *Exceptio nullitatis ex defectu mandati impedit quoque paritionem.*
10 *Legis diſpoſitio non habet locum, ſi verba legis facto non conueniunt.*
11 *Lex vel ſtatutum tollens nullitates, non excludit nullitates iuriſdictionis.*

MEminiſſe oportet in cauſis pig-
norationum, priuilegia fori, &
exemptionis locum nõ habere,
& ideò exceptiones fori declinatorias
opponi non poſſe, quia lex Imperij, hoc
1 eſt ipſa † conſtitutio pignorationis iuriſ-
dictionem Cameræ Imperiali immedia-
tè tribuit, & priuilegio primæ inſtantiæ,
putà, der ordenlichen außträg / derogat, id-
q́ue factum communi Statuum Imperij
cõſenſu. facit tex. in l. & quia. ff. de iuriſd.
om. iud. gloſ. ibid. in verbo, nec ipſa, & in
l. 1. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdic.
Dixi autem proxima Obſer. mandata pi-
gnorationis de relaxando, vel reſtituen-
do pignore, eſſe præciſa, & præceptiua, vt
vocant, ſine vlla clauſula iuſtificatoria.
Modò quæritur, an pignoratot in termi-
no reproductionis, in cauſa mandati, ex-
ceptiones contra paritionem obijcere
poſſit, hoc eſt, allegare cauſas, cur man-
2 dato parere non teneatur. Notum eſt †
exceptionem firmare regulam in caſib⁹
nõ exceptis, tex. in l. nam quod liquidè. §.
ſi cui. ff. de penu. leg. & in l. fi. §. cui dulcia.
ff. de tritico, vino, vel oleo legato. Dd. in
l. 1. ff. de regul. iur. Maynerius ibi. nu. 30.
vbi dicit, exceptionẽ debere eſſe de præ-
dicato regulæ, per iura allegata. Regula-
riter igitur nullam exceptionem mãda-
tum admittit, niſi regulæ expreſſè & in
ſpecie derogatum ſit. Habẽs enim regu-
lam pro ſe, ius certum habere dicitur, do-
nec contrarium probetur, text. in l. ab ea
parte. ff. de probat. Bart. ibid. num. 1. facit
tex. in l. ſuus. §. puto, in fi. ff. de hęred. inſt.
text. In c. fi. de reſtit. ſpolia. in 6. Iaſ. in l. 2.
nu. 33. ff. ſi quis in ius vocat. Curt. iunior
conſi. 229. num. 27. vol. 3. incip. viſis & di-
ligenter, Natta conſil. 636. num. 183. vol. 3.
incip. multa ſunt. Roland. conſ. 93. num.
10. volu. 2. incip. perlectis verbis, Cæpha.
conſi. 195. num. 4. vol. 2. incipien. Vincen-
tius, & conſi. 206. num. 27. vol. 3. incip. vi-
ſis & diligenter. atqui In conſtitutione
pignorationis vnicus † tãtùm caſus à re- 3
gula nuncupatim excipitur, putà malefi-
cij, ibi, allein maleſitz ſachen außgenommẽ /
id eſt, exceptis tantùm cauſis criminali-
bus: proinde ſi pignorator in termino ci-
tationis, vel paritionis, opponat contra
iniunctam paritionem, cauſam eſſe cri-
minalem, captluum detineri ob cõmiſ-
ſum maleficium, certè ante paritionem
audiendus eſt, quia hunc caſum conſti-
tutio pignorationis diſertis verbis exci-
pit, idq́ue optima ratione, ne crimina
maneant impunita, vulgata l. ita vulne-
ratus. §. quòd ſi. ff. ad l. Aquil. cum con-
cordantibus. Nam malefici comprehen-
di, & carceribus mancipari poſſunt &
debent, text. in l. 1. ff. de cuſtod. & exhib.
reo. & ibid. pulchrè Bart. nu. 1. cũ ſeq. ma-
ximè ſi in territorio eius, qui cœpit, deli-
ctum cõmiſſum ſit, Auth. qua In prouin-
cia. C. vbi de crim. agi oport. forũ † enim 4
quis ſortitur, non ſolùm ratione origi-
nis & contractus, tex. in c. 1. §. contrahen-
tes, de for. cõpet. & in l. origine. C. de in-
colis lib. 10. & in l. hæres abſens. §. fi. ff. de
iudic. ſed etiam ratione maleficij, ſi ibi
loci reperiatur, & in vincula conijcia-
tur, tex. in c. fi. de for. comp. & in l. ſi cui. §.
idem Imperator. ff. de accuſatio. text. in
l. fin. ff. eod. tit. & in l. fi. C. vbi de crim. agi
opor. Cano. in c. licèt ratiõe. de for. com-
pet. Panor. præclatè ibi. nn. 29. cum ſequ.
Soci. latiſ. in c. poſtulaſti. eo. tit. Dd. in d. l.
hæres abſens. ff. de iudi. Sed qnid ſi quis † 5
ob delictũ In loco domicilij, à domino
alterius territorij captus, & aliò tradu-
ctus ſit, an locus erit huic conſtitutioni
pignorationis? Non puto: nam etſi hoc
iniquè

iniquè fiat. text. In l.fin. de offic.præfect.
vrbis. & in l.3.ff. de offic. præſid. tamen
quia ob delictum factum, non acquiren-
di alicuius noui iuris gratia, quod requi-
ritur, vt dixi ſuprà, Obſeru.3. pignoratio
facta eſſe non intelligitur, & conſtitutio
generaliter cauſas criminales excipit, abſ-
que vllo diſcrimine: lege itaque non di-
ſtinguēte, nec nos diſtinguere debemus,
vulgata l.de precio ff. de publicia.text.in
l.ſi verò negotium.§.de viro.ff.ſolu.ma-
tri. Quapropter turbatus in ſua iuriſdi-
ctione, ob captum ſuum ſubditum in lo-
co domicilij ordinaria iuris via coram
competente iudice vermög der Außträg/
contra turbantem experiri debet, vel a-
ctione iniuriarũ, aut ratione violati ter-
ritorij, actione l.Iuliæ, de vi publica. text.
in d.l.ſi ff. de offic.præfec.vrbis.glo.ibid.
in verbo, iubere, & in d.l.3.ff.de offic.præ-
ſid. & per notata in tractat.fractæ pacis,
6 libr.1. cap.16. Oppoſita hac † exceptione
maleficij contra mādatam paritionem,
iudex excipienti breuem & peremptoriũ
terminum probandi ſuam exceptionem
aſſignare, & accuratè perpendere debet,
ne malitioſè differendæ paritionis ergo
huiuſmodi exceptio opponatur.argum.
text. in l. quoniam.C.de appellat. & in l.
cum reis.C.de pœnis. & in l.ſi quis fortè.
ff.eod.titu.Sed nunquid plures exceptio-
nes paritioni mandatæ obijci poſſunt?
7 Vtique, putà † exceptiones nullitatis ex
defectu iuriſdictionis. Iuriſdictio Came-
ræ in cauſis pignorationum ex qualitate
perſonarum fundatur: vult enim conſti-
tutio vtranq; partem principaliter ſub-
eſſe Imperio, tam pignoratorem, quàm
pignoratum, d.Obſer 3. Si igitur alteru-
ter non ſit principaliter ſub Imperio, de-
ficit iuriſdictio Cameræ, & turbatio fa-
cta ad iudicem ordinarium ſpectat, vn-
de huiuſmodi exceptio obiecta releuans
eſt, & probata tollit iuriſdictionem Ca-
meræ: nam quoties lex ad actũ aliquem,
8 certam † qualitatem requirit, illam in-
teruenire oportere neceſſe eſt, ad hoc vt
actus valeat, text in l.1.§.quod autem ait.
ff.ne quid in flu.pub. Bart.ibid. nu.1, Hip-
pol.ſingula 187.nu 3. cum ſeq.incip. qua-
litas.& ad rubr.C.de probat.num.456. At
conſtitutio pignorationis hanc qualita-
tem expreſſè requirit: ergo ea deficiente,
deficit quoque iuriſdictio Cameræ, eo-
dem modo admittenda exceptio nulli-
tatis ex defectu mandati, vt ſi Præfectus 9
vel Officialis domini, ſine eius mandato
pignoraſſet, quo caſu in cauſa mandati
pignorato incumbit probatio cōſenſus,
vel ratihabitionis domini, vt pleniùs di-
xi ſupr.Obſer.5. aliâs iuriſdictio Cameræ
non eſſet fundata: licèt igitur conſtitu-
tio pignorationis vnicum caſum male-
ficij exprimat, tamen exceptiones nulli-
tatis ex defectu iuriſdictionis non exclu-
dit, imò eo ipſo cenſetur expreſſè admiſ-
ſa exceptio nullitatis iuriſdictionis, quòd
conſtitutio diſertè velit vtranq; partem
ſubeſſe Imperio: ſi igitur † verba legis fa- 10
cto non conueniunt, nec eius diſpoſitio
locum habet, text. in l. 4. §.toties.ff. de
damn.inſect.Hippol.ad d.rubr.C.de pro-
ba.nu.454.& nu.457. Prætereà nullitatis
exceptionem ex defectu iuriſdictionis,
nunquàm † lex, vel ſtatutum cenſetur ex- 11
cludere, licèt generaliter omnes nullita-
tes tollat, quia iudicatum non poteſt di-
ci ab eo, qui ius dicendi non habuit, text.
in l.1.§.fina.ff. ad Tertull. & in l.1. §. hæc
autem verba.ff.quod quiſ.iur. text. in l.2.
§.fin.ff.de pœn.& in l.4 §. condemnatũ.
ff. de re iudic. Pariſ.conſil. 23. num. 102.
cum ſequ.volu.2.pulchrè Alex.conſi.77.
nu.8.vol.2.incip. In cauſa & lite. Gozad.
conſil.72.nu.6.incip.in cauſa ex ciuitate.
Philip.Portius, lib.4. commu.opin.con-
cluſ.24. Vant.in tracta. de null. ex defec.
iuriſdictionis, & ideò huiuſmodi exce-
ptiones nullitatis ex defectu iuriſdictio-
nis, in cauſa mandati de relaxando, non
reijci, ſed ad probādum admitti debent,
aliâs ſententia paritionis eſſet ipſo iure
nulla, & iudex in reuiſione, vel ſyndica-
tu ſuccumberet, text.in d.l.4.§. condem-
natum.ff. de re iud. & in d.l.1.§. hæc au-
tem verba.ff.quod quiſque iur.text.in l.1.
& in l.fina.C. ſi à non compet.iudic. eſſe
dicatur, & in l.fin.ff.de iuriſd.omn.iudic.
Dd.vbi ſuprà.

OBSERVATIO XV.

Subiectionis exceptio an impediat paritionem.

SVMMARIA.

1 *Exceptio ſubiectionis an impediat paritionē mādati.*
Iudex in dubio cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio. ibid.
2 *Subditus varijs modis accipitur.*
3 *Vaſallus non eſt ſubditus domini, licèt forum domi-*
ni ſor-

ni ſortiatur.
4 *Vaſallus ſine venia dominum in ius vocat.*
5 *Clerici in feudis forum laicorum ſortiuntur, non tamen ſunt ſubditi.*
6 *Forum ſortiri, & legibus loci allegari paria ſunt, ſed forum ſortiri. & ſubditum eſſe diſparia.*
7 *Subditus propriè quis dicitur ratione domicilij,*
8 *Appellatione domicilij, in dubio habitationis, non originis venit.*
9 *Relaxatio nullum adfert cauſæ principali praiudicium.*
10 *Qualitas ſubiectionis ſi dubia ſit, non debet impedire paritionem.*
Confeſſio omnium probationum firmiſſima. ibid.
11 *An princeps ſubditos ſuos alterius principis emphyteutas collectare poſſit.*
12 *Prædia optimo iure quæ dicantur.*
13 *Agri in cenſum referuntur eo loci, vbi poſſidentur.*
Præſcriptione immemoriali immunitas à collecta acquiritur. ibid.
14 *Qualitas requiſita non poteſt à facto principali ſeparari.*

OLim in Camera Imperiali, in cau-
ſa ſiue puncto mandati, ante pari-
1 tionem admittebatur etiam † exceptio
ſubiectionis, videlicet captiuum non eſ-
ſe ſubditum Actoris, ſed Rei citati, &
ideò conſtitutionem de pignorationi-
bus nō habere locum, ob defectum qua-
litatis requiſitæ: nam conſtitutio requirit
ſubditos alterius eſſe captos, & ideò hu-
iuſmodi exceptio ſubiectionis, tanquàm
qualitas tribuens Cameræ iuriſdictionē,
ad probandum admittebatur, & ſum-
mariè cognoſcebatur de illa qualitate,
idque per regulam, quòd quoties de iu-
riſdictione iudicis dubitatur, iudex in-
primis cognoſcere debeat, an ſit ſua iu-
riſdictio, text. in l. 2. §. ſed ſi dubitetur, &
in l. ſi quis ex aliena. ff. de iudic. Dd. in l. 2.
ff. ſi quis in ius vocat. Socin. Felin. & alij
in c. ſi clericus, de for. compet. Sed hodie
aliter in Camera obſeruatur, & huiuſ-
modi exceptio ſubiectionis non admit-
titur, quia altiorem indaginem requirit,
meritaq; cauſæ principalis concernit, &
longam diſcuſſionem exigit, quæ inno-
centi captiuo omnium foret moleſtiſ-
ſima, quòd tantiſper in ſqualore carce-
ris detineri deberet, donec inter litigan-
tes ſubiectionis quæſtio iudicis ſenten-
tia decideretur, cùm res inter alios acta,
tertio præiudicare non debeat, toto titu.
C. res inter alios acta, & text. in l. ſæpè.
2 ff. de re iudic. Variis enim † modis ſub-
ditus accipitur, putà ratione originis, do-
micilij, glebæ, contractus, vel delicti, tex.
in c. ex parte B. de for. comp gloſſ. & Dd.
ibid. tex in c. licèt ratione, eod. titu. gloſſ.
ibid. in verbo, ratione delicti. Soci. & alij
ibid. Dd. in l. heres abſens ff. de iudic. Pla-
tea in l. 1. C. de municipib. & origina. nu.
1. lib. 10. Bart. in l. aſſumptio. §. 1. nu. 1. cum
ſeq. ff ad municip. glo. in Clem. vnica. §.
eiſdem etiam, in verbo, ſubditos, de for.
compet ex qua gloſſ. ſingulariter notant
Dd. quòd licèt ratione delicti, vel cōtra-
ctus forū quis ſortiatur illius Principis,
vel domini ſub quo deliquit, vel contra-
xit, non propterea ex hoc eius ſubditus
efficitur. Dec. in c. ad noſtram. nu. 3. de ap-
pella. & conſ 661. num. 6. incip. in caſu de
quo. & conſil. 550. nu. 8. incip. iuridicam.
Gig. in tract. de crim. læſæ maieſt. lib. 1. ru-
bric. qualiter & à quib. crim. læſæ maieſt.
committatur, quæſt. 68. nu 3. Boſſ. titu. de
foro compet. num. 46. Nam aliud eſt fo-
rum † ſortiri, & aliud ſubditum eſſe: 3
Exempli gratia, vaſallus ſortitur forum
ratione feudi coram domino feudi, text.
in c. ceterum, de iudicijs, tex. in c. ex tranſ-
miſſa, & in c. verum, de for. compet. Feli.
in d. c. licet ratione. nu. 23. attamen non
eſt ſubditus eius, ſi ſub domino domici-
lium non habeat: nam feudum non dat
imperium domino feudi in vaſallum, ſi
ſub eo non habeat domicilium: conceſ-
ſio feudi, eſt contractus reciprocus inter
dominū & vaſallum tex. in c. 1. de forma
fidelit. ex quo contractu nullum reſul-
tat imperium in vaſallum, text. in Cle-
men. paſtoralis, de re iudic. Dd. ibid. & in
d. c. tranſmiſſa, & in c. verum. Gigas d. q.
68. Natta conſil. 445 nu. 9. volum. 2. incip.
arbitror quòd. Innocen. quem omnes ſe-
quuntur, in d. c. cæterùm. in fine, de iudic.
glo. in c. 1. § porrò. in verb. iuſtitiam, quæ
fuit prima cauſa benefic. amitt. Boſſ. titu.
de crimin. læſæ maieſt. num. 106. cum ſe-
quen. Capic. deciſ. 162. num. 12. cum ſequ.
Roland. à Vall. conſil. 1 num. 26. cum ſe-
quen. volu. 3. Oldra. conſil 43 nu 8. incip.
quæritur vtrùm citatio, vnde inferunt,
in caſu feloniæ vel culpæ commiſſæ, do-
minum plus vaſallo auferre, quàm ab
eo habet, & ſic aliam, quàm priuationis
feudi pœnam, irrogare non poſſe, quod
eſt diligenter notandum. Fallit ſi in lo-
co delicti repertus, carceribus ſit manci-
patus, quia tunc delictum dat iuriſdictio-
nem,

nem,& ſic ratione delicti forum ibidem
ſortitur, ita vt ſecundum loci conſuetu-
dinem puniri poſſit, text.in d.c. licèt ra-
tione.gloſſ.ibid. & in d.c.1.§. contrahen-
tes de ſor.comp.in 6.Dd.in d.l.hæres ab-
ſens.ff. de iudic. text.in l.3.ff.de offic præ-
ſidis,& in l.1. & Auth. qua in prouincia.
C.vbi de crim.agi oport. gloſſ. notab.in
c.1.de raptorib. in verbo,excommunica-
4 tio.Oldra.d.conſi.43.nu.10.Hinc † quo-
que eſt,quòd ex communi,& in Camera
approbata opinione,vaſallus dominum
ſine venia in ius vocare poſſit, cùm non
ſit ſubditus domini,gloſſ.in c.1. de milit.
vaſal. qui cõtumax eſt,in verbo, ſalua re-
uerẽtia,quam Dd. ibid. communiter ſe-
quuntur, Iacob.de S.Georg. in verbo,di-
ctiq; vaſalli promiſerunt,nu.48.Natta d.
conſi.445.nu.8.Bald.in d.c.1.de milit.va-
ſal.nu.24.idq́ue etiam alia ratione com-
probatur,quia vaſallus non eſt de perſo-
nis enumeratis in edicto prætoris, quæ
ſine venia agere nequeunt, de quibus in
l.2.cum ſequentibus.ff.de in ius vocand.
Iaſ.in l. ſi non ſortem. §. libertus.ff. de
condict. indeb. communem dicit, licèt
ipſe aliter ſentiat, ſicut etiam Specul.tit.
de feud.§. quoniam. num.33. Guido de-
ciſ.551. num.5. Afflict. deciſ.265. nume.36.
Zaſ. in tractat. de feud. part.7. num.49.
Sed aliter vt dixi, in Camera obſerua-
tur, & gloſſ. in d.c 1. de milit. vaſall. qui
contumax eſt, verba illa, ſalua reueren-
tia, rectè interpretatur quóad actionem
ſamoſam, quam vaſallus verbis hone-
ſtis moderari debet. Zaſi. vbi ſuprà. Sic
5 † quoque clericus ſorum laici ſortitur
ratione feudi,tex.in d.c.ex tranſmiſſa.&
in d.c.verùm. non tamẽ eſt ſubditus do-
mini, à quo ſeudum habet, ſi in eius di-
tione domicilium aut originem nõ ha-
beat, Gigas d. quæſtione 68.nu.5. Forum
ſortiri & legibus loci allegari, paria qui-
dem ſunt,ſed forum ſortiri & ſubditum
6 eſſe, † ſunt diſparia,d.c.licèt ratione. So-
ci.ibid.nu.45.idem conſ.129. nu.3.cũ ſeq.
volu.1.Alex.conſ.157.nu.15. volu.2.incip.
viſo teſtamento donationis.& conſ.150.
num.3. eod. volum. incip. viſo thema-
te. Decius conſi.284.num.9.incip.& dili-
genter.vbi communẽ dicit.Gozad.conſ.
49. num. 11.incip. Circa primum. Pro-
7 priè † verò quis ſubditus dicitur,ratione
domicilij habitationis, text.in l.domici-
lium.ff.ad municip. & in l.ſi in patria.C.
de incol.lib.10. gloſſ. ordinaria in d.Cle-
men.vnica.§. eiſdem in verbo,ſubditos.
Decius d.c.ad noſtram.num.3. & d.con-
ſil.661. Socinus in d.c.licèt ratione. nu.8.
Felin.ibid.num.23. Alexand. in l.penult.
num.12.ff. de iuriſdict. omn. iudi. Hinc
eſt, quòd † facta mentione domicilij,in 8
dubio habitationis, non originis intel-
ligatur,gloſſ.notab.in c.ſtatutum.§.cùm
verò. de reſcript. libr.6. in verbo, vnam
dietam.Alexand.in l.cùm quædam puel-
la, num.11.ff. de iuriſdict. omn.iud. Ad
euitandas igitur has tergiuerſationes &
ambages, quis verè & propriè ſubditus
dicatur, & an captus talis ſit, ſalubriter
receptum eſt,huiuſmodi diſputationem
paritionem impedire non debere, cùm
altiorem indaginem, & quæſtionem re-
quirat, argumen. text.in c.1. de lit.conte-
ſtat. idq́ue ex ipſa conſtitutione ſatis
perſpicuum eſt, quæ iubet pignora in-
continenti, ohne verzog/ vnnd einige ein-
red/ id eſt, ſine mora, & vlla exceptione
reſtitui. Præterea licèt exceptio ſubie-
ctionis in vim dilatoriæ opponatur,ta-
men magis peremptoriæ naturã habet,
& ſic ad merita cauſæ principalis perti-
net, quæ altiorem quæſtionem, & inda-
ginem requirit, & paritionem impedire
non debet,d.c.1.de litis conteſt. Philipp.
Franc.& alij ibid.maximè cùm relaxatio
† captiui in nullius partis præiudicium 9.
vergat: quia ſi pignorator in cauſa cita-
tionis,vbi de poſſeſſorio Retinendæ tra-
ctatur,vincit, ſubditus iam anteà in cau-
ſa mandati relaxatus iterum ſe ſiſtere te-
netur, facit text. in l. nec nón.§.1.ff. ex
quib.cauſ.maio. aut vincitur, & facta re-
laxatio hoc ipſo comprobatur, quod vi-
delicet initio iniquè captus, & iuſtè re-
laxatus ſit, ſicut ex ipſa conſtitutione
ſub finem prolixiùs videre eſt. Qua-
litas † igitur ſubiectionis in libello ſup- 10
plici allegata, in dubio tribuit iuriſdi-
ctionem Cameræ, & ideò exceptione
illa non obſtante, parendum manda-
to, per ea quæ plenè norant Dd. in d.l.
cùm quædam puella. quòd ſufficiat al-
legare qualitatem tribuentem Iuriſdi-
ctionem, vide Obſeruat. libr.1. Obſerua-
tione trigeſima prima: ſecùs eſſet, ſi
in confeſſo foret, captum ſubditum eſſe
pignoratoris, quia tunc clarum eſſet iu-
riſdi-

riſdictionem Cameræ non eſſe fundatã,
cùm confeſſio in iudicio facta omnium
probationnm ſit firmiſſima, tex. in l. vni-
ca. C. de confeſſ. & in l. 1. & in l. certum. ff.
eo. tex. in l. proinde, la. 2. §. fi. ff. ad l. A qui.
& in l. qui de inofficioſo. ff. de inoff. teſta.
vel ſi pignoratus allegaret mancipium
ſuum, vel hominem proprium carcera-
tum eſſe: quo caſu non habet locum con
ſtirutio pignorationis, qnia aliud eſt ſer-
num, & aliud ſubditum eſſe, nam hæc ſe-
parata ſunt, ex quibus nihil infertur, vt
dixi ſuprà, Obſeruatione octana, vel ſi
notoriè iudici conſtet narratam quali-
tatem ſubiectionis eſſe falſam, text. in c.
ſuper eo, de teſtib. cogend. Hippol. ad ru-
bric. C. de probat. num. 233. Felin. in c. ſi
duobus, num. 6. de appellat. Alex. in d. l.
cùm quædam puella. §. quoties. num. 2.
Panorm. Feli. & alij in d. c. ſi clericus. vi-
11 de d. Obſeruationem 31. Sed quid ſi † Prin
ceps aliquis ſubditos ſuos, alterius verò
Principis, aut Status Imperij emphyteu-
tas, agricolas, colonos, aut cenſitos, ra-
tione prędiorum cenſualium in ſuo ter-
ritorio exiſtentium penſitare, & agros
in cenſum, iuxta formam cenſualem
referre velit: ſubditi verò, vel prædio-
rum cenſualinm domini contradicant,
& pro ratione immunitatem allegent,
huiuſmodi nimirum prædia, ex ſpeciali
priuilegio, vel longiſſimi temporis præ-
ſcriptione, non eſſe penſitantia, ſed im-
12 munia, & optimo † iure prædia, hoc eſt,
libera, non ſerua, ſed omnl onere ſolu-
ta, aut ipſis dominis prædiorum tantùm
tributaria: dominns autem territorij nõ
attenta tali contradictione, penſitatio-
nem vrgeat, & reſractarios atque con-
tumaces ſubditos, carceribus, & captis
pignoribus ad ſolutionem indictionis
compellat: an hoc caſu dominus præ-
diorũ vęl emphyteuſeos, pro ſuo inter-
eſſe ſuper conſtitutione pignorationis
in Camera contra dominum territorij
agere poſſit? Non puto, primò, quia con-
ſtat & in confeſſo eſt, pignoratos eſſe
ſubditos pignoratoris: Secundò, quia in
caſu licito, de iure principi permiſſum
13 ſit penſitare ſuos ſubditos, & † agros eo-
rum in cenſum referre, text. in l. forma.
§. ſi verò. ff. de cenſibus, vbi text. dicit, a-
gri tributum in eam ciuitatem inferen-
dum, in cuius territorlo poſſidetur, fa-
cit l. 2. & l. obſiſtere. C. de anno. & tribnt.
libro 10. l. 1. C. de indiction. eodem libr.
Dd. in l. placet. C. de ſacroſanct. eccleſ. &
Iaſ. in l. 1. num. 73. C. de iur. emphyteu.
ſcribit res emphyteuticas Eccleſiæ forũ
ſortiri coram ordinario iudice loci, in
cuius territorio bona ſita ſunt: Tertiò,
conſtitutio pignorationis inter cætera
requitit, vt res tertia & quidem innocens
capiatur: at hoc caſu ipſe ſubditus, vel
eius res ob contumaciam & inobedien-
tiam, & ſic propter delictum capiuntur.
text. In l. 1. & in l. 2. C. de capiend. & di-
ſtrah. pigno rtributo. cauſa lib. 10. tex. in l.
2. C. de exactorib. tributo. eod. libr. & in l.
fructus. C. de actio. empt. Quartò, ex con-
ſtitutione pignorationis requiritur, vt
noui iuris acquirendi gratia pignoratio
fiat, ſed hîc iure ſubiectionis, omnes om
nium ſubditorum agri ex ęquo ſecũdum
formulam cenſualem, in cenſum refe-
runtur, à quo onere ſola contradictione
immunes eſſe nequeũt, tex. in l. cùm poſ-
ſeſſor §. pro pecunia. ff. de cenſib. Quin-
tò, poſito huiuſmodi prædia ex priuile-
gio, vel longiſſimi temporis pręſcriptio-
ne, non eſſe penſitantia, ſed immunia, ita
quòd iniquè dominus territorij collectas
exigeret: cùm certum, & communis opi-
nio ſit, præſcriptione immemoriali im-
munitatem acquiri, text. in c. ſuper qui-
buſdam. §. prætereà. de verbor. ſignifi. &
in c. 1. de præſcript lib. 6. text. in l. hoc iu-
re. §. dnctus aquę. ff. de aqua quotid. & ęſti.
Dd. in l. imperium. ff de iuriſd. om. iudic.
latè Felin. ad rubric. de præſcript. num. 3.
cum ſeq Natta conſi. 636. nu. 5. vol. 3. inci.
multa ſunt. Tanti enim temporis præ-
ſcriptio vim priuilegij & conceſſionis
habet, tex. In d. c. ſuper quibnſdam. §. præ-
terea, & in d. l. hoc iure. §. ductus aquæ.
Deci. conſil. 468. nu. 3. incip. ſuperiori an-
no. Alex. conſ. 24. nu. 14. vol. 5. incip pon-
deratis his tamẽ dominus fundi, ſiue prę-
dij non poſſet immediatè in Camera ſu-
per conſtitutione pignorationis agere,
ſed benè coram iudicib. competentibus
vigore Ordinationis (Vermög der außtrág) ſuper turbata poſſeſſione, quòd vi-
delicet nõ iure turbetur in poſſeſſione li-
bertatis, & ꝙ domino territorij iniunga-
tur, vt à tali turbatione deſiſtat, cantio-
nemq́; præſtet de non turbãdo in poſte-
rũ, ſicut in interdicto Retinẽdæ receptũ
eſt,

eſt,per notata infr.Obſer.23. Ratio, quia
non omnis turbatio eſt pignoratio,licèt
è contrario omnis pignoratio ſit poſſeſ.
ſiōis turbatio,vt dixi ſup.Obſer.3.Pigno.
ratio enim ſua habet ſingularia requiſi.
ta ex conſtitutione Imperij,quibus defi.
cientibus,deficit iuriſdictio Cameræ: nã
14 † qualitas requiſita nō poteſt à facto prin
cipali ſeparari,& deficiẽte qualitate, ali.
ud cẽſetur eſſe factū,quā in libello dedu.
ctū eſt,tex.in l. Prætor ait. la. 2.§.docere,
ff. vi bono. rapt. & in l.Fulcinius. §.cùm
autem.ff.ex quib.cauſ.in poſſ.eat.Bart.in
l.1.§.quod autem ait.nuui.1.ff.ne quid in
flu.publ. vide prolixiùs in tract. frac.pa.
cis,libr.1. cap. 13. Et hæc in decernendis
proceſſibus & mandatis ſuper conſtitu.
tione pignorationis benè conſideran.
da ſunt.

OBSERVATIO XVI.

Reſtitutio in cauſa mandati quo-modo facienda.

SVMMARIA.

1 *Captiuus ſine ſuo ſumptu relaxandus eſt.*
2 *Res pignorata in eadem bonitate reſtituenda ſunt.*
3 *Reſtitutio non cenſetur facta, ſi res deterior reddatur.*
4 *Amiſſa quæ dicantur.*
5 *Solutio particularis creditori obtrudi non poteſt.*
6 *Solutio rei deteriorata debitorem non liberat.*
Equus deterior factus culpa conductoris, ibid.
7 *Re extincta, aliud pro alio ſolui poteſt.*
8 *Probatio valoris rei extinctæ fit iuramento pignorati.*
9 *Actor oſtendere debet in quibus mandato non ſit paritum.*
10 *Actor prius ſuam intentionem probare debet.*

IN cauſa mandati, in termino p̄.
fixo doceri debet de paritione p
inſtrumentum publicū,ꝙ nimi.
rum per omnia integrè, pleniſſimeque
mandato Cæſareo ſatisfactū ſit. Et ſiqui.
1 dem † pſona capta, illa ſtatim abſq; ſuo
ſumptu,& diſpendio,ohn entgeltnuß/re.
laxanda eſt,prout lege Imperij ſancitum
eſt in Comitijs Auguſtanis de Anno 66.
in §.als auch jhm 22.articul.facit tex.not.
in l.2.§.reſtituas, ff.ne quid in loco pub.
fiat.Itaq; quicquid poſt captiuitatẽ,vel a.
limentorū carceris, aut pœnæ nomine
impenſum, vel erogatum eſt , id omne
integrè reſtitui debet, aliâs plenè paritū
non erit, & ideò ad pœnam mãdati agi
poterit,donec omnia integrè reſarcian.
tur,quia verbū reſtitutionis ampliſſimã
habet ſignificationẽ,tex. in l. videamus,
la.2.§.itẽ ſi indebitum,ff.de vſur. & in d.
l.2.§.reſtituas,& per iura allegata in ſeq.
Obſeru.Armento verò,equitio, grege,a.
lijsq; rebus pignori captis & ablatis,reſti.
turio † pignorū fieri debet in eo ſtatu, & 2
bonitate,qua facta eſt ablatio , purà, ar.
mento,grege, rebusq; non deterioribus
redditis,neq; depreciatis,tex. in l. proin.
de,la.1.ff.ad l.Aquil.Non ſolùm enim rẽ
reſtitui,verùm etiam ſi deterior res facta
ſit,rationem iudex habere debebit. Fin.
ge enim debilitatum hominem, vel ver.
beratum,vel vulneratum reſtitui,vtique
ratio per iudicem habebitur, quanto de.
terior ſit factus,quanquàm & legis Aqui
liæ actione cōueniri poſſeſſor poſſit,ver.
ba ſunt Vlpia.in l.non ſolùm , ff. de rei
vendic.res † enim propriè reſtituta non 3
dicitur,quę deterior facta reſtituitur,tex.
in l.3.§.ſi reddita.ff.commod.text. in l.1.
§.ſi res depoſita.ff.depoſ.Iaſ.in l. Gallus.
§.& quid ſi rãtùm.nu.67. cū ſeq. ff de lib.
& poſthu.Archid.in c.quia ſæpè. nu.5.de
elec.in 6.tex.in l.Prætor ait.la.2.§.loqui.
tur.ff.vi bon.rapt.,vbi dicitur, quod † a. 4
miſſa dicantur ea,quę corrupta alicui re.
linquuntur,ſciſſa fortè, vel fracta, ad idẽ
text.in l.mulieris.§.res abeſſe, cum l.ſe.
quent.ff.de verbor. ſignificat. quòd res
abeſſe videantur , ſi corruptæ reddan.
tur. Sic † ſolutio particularis creditori 5
obtrudi non poteſt,tex.in l.quidam exi.
ſtimauerunt,ff.ſi cert.petat.& in l.qui pi
gnori, ff.de pignorib. & hypothe. & in
l.Iulianus, §. offerri, ff. de actio. empt.
item ſolutio , vel oblatio rei deteriora.
tæ facto debitoris,eum non liberat,text.
in l. qui ſibi. §. qui Stichum , ff. de ſo.
lutio. Bartol. ibid. numer. 1. & loca.
tor equi non tenetur equum,culpa con.
ductoris deteriorem redditum, recipe.
re,niſi ſimul æſtimatio damni dati offe.
ratur,text.in d.l.qui ſibi.§. qui Stichum,
Bartol.ibid.nu.2.Offerenti † tamen rem 6
deteriorem , vnà cum eo quod intereſt,
vel quod rei abeſt,arctior paritio iniun.
gi non debet , ſed oblationi locus dan.
dus erit,vt notat Iaſ.in l. 2.§. mutui. nu.
8.in fi.ff.ſi cer.pet.Ang.in l. eleganter.§.
non ſolùm.ff.de dolo.Nam licèt regula.

7 riter † aliud pro alio inuito creditore
ſolui non poſſet,d. §. mutui, tamēn illa
regula ſingulariter limitatur, vt non ꝑ-
cedat,ſi res amplius non extet, aut vitio-
ſa facta ſit,quo caſu preciū ſuccedit loco
rei,tex.in l.quia qui precio,ff.de vſufruc.
& ſiquidē inter partes de vera, & iuſta æ-
ſtimatione rei deterioratæ, vel conſum-
8 ptæ contentio exoriatur,† iuramento pi
gnorati,odio pignorationis ſtatur,quan
ti ille in litem iurare voluerit, iuxta l. ſi
quando.C.vnde vi.ſicut prolixiùs dice-
9 tur infrà,Obſeru.18.Porrò ſi de † paritio-
ne vtrinq; diſputatur, verùm plenè ſuffi-
cienterq́; paritum ſit, nec ne, actore ne-
gante plenam paritionem,reo verò ſuf-
ficientē eſſe allegante, tunc iudex per in-
terlocutoriā iniungit pignorato, vt nun
cupatim oſtēdat & doceat, in quibus
non ſit paritū,hoc pacto: Iſt der beſcheidt
das der Cläger in ſpecie anzeigen ſoll/was
vnd dem Kayſerlichen Mandat kein gehor-
ſam geleiſt/id eſt,decernimus,vt actor in
ſpecie deducat,in quibus mandato Cæ-
ſareo non ſit paritū, Ordo enim proba-
10 tionis poſtulat,vt † actor prius ſuam in-
tentionē fundet & probet,vt dicit Bal.in
l.ſiquidem.nu.2.C. de exceptio. per text.
in l.qui accuſare,& in l.fi.C.de eden.Dd.
in l.1.§.editiones.ff.eod.tit.

OBSERVATIO XVII.

Res pignorata an cum ſua vtilitate reſtituenda ſit.

SVMMARIA.

1 *Reſtitutionis verbum pleniſſimam habet ſignificationem.*
2 *Res debet reſtitui cum omni ſua vtilitate.*
3 *Damnum emergens & intereſſe extrinſecum, pignorator reſarcire debet.*
In interdicto de vi armata omnis vtilitas conſideratur,ibid.
4 *Legis Aquiliæ actione operarum iactura petitur.*
5 *Emptam rem ſi venditor non tradat, vtilitas omnis emptoris in æſtimatione eſt.*
6 *Lucri ceſſantis ratio in mercatore conſideratur.*
Argumentum à conſuetu & veriſimili in iure validum eſt.ibid.
Veriſimilia quæ non ſunt, falſitatis imaginem continent.ibid.
7 *Lucrum ceſſans quomodo probetur.*
8 *Lucrum rei quando attendatur.*
9 *Accidentalia contractus tripliciter conſiderantur.*

REſtitutionis † verbum pleniſſi- 1
mam habet ſignificationem, vt
etiam fructuum ratio habenda
ſit, per iura ſingularia, in c. accedens in
fine, vt lit.non conteſt.tex.not.in l.vide-
amus.la.2. §. item ſi indebitum. ff. de v-
ſur.& in l.in conditione. §.1.l. cùm Præ-
tor.l.fin.§.fin.ff.de verb.ſig.tex. in l.Iuli-
anus.§.idem Iulianus, & in l.præterea.ff.
de rei vendic.tex in l.cū fundus.ff.ſi cert.
peta. Modò quæritur, rebus pignoratis,
an etiam in reſtitutionem † venire de- 2
beat omnis vtilitas,quæ à re ipſa produ-
citur & deſcendit, non ſolùm naturali-
ter, ſed etiam quaſi naturaliter, putà ex
vſu, ad quem res deſtinata eſt, veluti o-
peræ hominis pignorati, quibus caruit
ob factam pignorationem : item operæ
equorum : veluti ſi colono, vel aurigæ
equi, vel boues pignori capti ſint, ita vt
aliquo temporis ſpacio arare, aut vehi-
culo vti non potuerit, an † damnum il- 3
lud emergens, & intereſſe extrinſecum,
conſiderandum,& in puncto paritionis
æſtimandum ſit.Et magis eſt vt hoc fieri
debeat, quia non ſufficit corpus ipſum
reſtitui,ſed neceſſe eſt vt etiam cauſa rei
reſtituatur, id eſt, vt omne habeat peti-
tor,quod habiturus fuiſſet,ſi eo tempore,
quo iudicium accipiebatur,reſtiturus il-
le homo fuiſſet,ita tex.in d.l.prætereà.&
d.l.Iulianus. §. idem Iulianus. ff. de rei
vendic.tex.in l.ancillarum. §. illud.ff.de
petit.hæred.& in l.fructuario,in princip.
ff.ſi vſufruct.pet.tex. in l.pecuniam. ff.de
compenſat. & in l.nauis. ff. de rei vend.
text.notab.in l. reſtituere 1. & in l. reſti-
tuere 2.& in l.fi.§. fin.ff.de verb.ſignific.
text.in l.proinde ſi ſeruum,ff.ad l.Aquil.
ibi, non ſolum perempti corporis æſti-
matio facienda eſt, ſed & eius ratio ha-
beri debet, quo cætera corpora depreci-
ata ſunt. Sicut etiam in interdicto de
vi & vi armata,non ſolum fructuum ra
tio habetur,verùm etiam cęterarum vti-
litatum, quas habiturus, vel aſſecuturus
erat ille,qui deiectus eſt, ſi vi deiectus nō
eſſet,tex.in l.1.§,non ſolùm.ff.de vi & vi
arm.Pignorationes ipſo iure prohibitæ
ſunt ne alius, pro alio iniquè grauetur,
tex.in Auth. vt non fiant pignorat. pro
alijs perſo.& in c.1.de iniurijs lib. 6.& in
c.non debet,de reg.iur.eod.lib.cū ſimili-
bus,qui igitur pignora cōtra conſtitutio-
nem

nem Imperij capit, actum prohibitum et
illicitum exercet, & ſic in dolo eſſe cen-
ſetur, meritoq; talium acceſſionũ & vti-
litatum ratio habenda eſt, text. in l. quod
te. ff. de reb. cred. ſi cert. per. & in l. ſi ex le-
gati cauſa. ff. de verbo. oblig. text. in l. 2. §.
doli mali mentio. ff. vi bono. rapt. & in l.
ſi ex plagis. § tabernarius. ff. ad l. Aqul. Fe-
lin. in c. P. & G. nu. 1. de offic. iudic. deleg.
4 Sic in vtilem † legis Aquiliæ actionẽ ve-
niunt operæ, quibus quis caruit, aut cari-
turus eſt, ob id, quòd inutilis factus eſt,
text. notab. in l. ex hac lege. ff. ſi quadru.
paupe. fecis. dica. & in l. liber homo. ff. de
acquir. rerum domin. tex. nor. in l. fi. ff. de
5 his qui deiec. vel effud. Sic in † actione
empti & venditi, ſi per venditorem ſte-
terit, quò minùs rem tradar, omnis vtili-
tas emptoris in æſtimationem venit, quę
modo circa rem conſiſtit, Ita text. notab.
in l. ſi ſterilis. §. cùm per vẽditorem. ff. de
actio. empt. licèt lucri ceſſantis, quod eſt
extra rem, ratio non habeatur, tex. in d. §.
cùm per venditorem, glo. ibid. in verbo,
æſtimandum, quę multas concordantias
6 allegat. Quod tamen nõ procedit † in eo,
qui ex re ſua ſolitus erat lucrari, vt ſunt
Mercatores, per tex. in l. non vtique. §. fi.
ff. de eo quod cert. loco, glo. notab. ibid.
in verbo, ſolebat, quæ clarè docet, quo-
modo poſſit probari intereſſe conſiſtens
in lucro perdito, videlicet, quòd intereſ-
ſe lucri ceſſantis probetur per locũ à ſoli-
tis, quando tale lucrum eſt conſuetum,
& veriſimile. Nam argumentum à con-
ſuetis, in iure firmum eſt, tex in l. quod ſi
nolit. § qui mãcipia. ff. de ędil. edict. & in
l. ſi quis donatutus. ff. de vſufr. & quem-
ad. quis vta. frua. tex. in l. ſi prius. §. 1. ff. de
aqua pluuię arcen. quemadmodum etiã
argumentum à veriſimili, tex. not. in l. fi.
ff. de eo quod met. cau. Et veriſimilitudi-
nem in probationibus quàm maximè at-
tendẽdam eſſe communiter placuit, tex.
in l. confeſſionibus. ff. de interrog actio.
Bald. in l. ſcripturæ. nu. 3. C. de fid. inſtru.
& ad rubric. C. de probatio. nu. 1. Curt. iu-
nior conſ. 202 nu. 13. cum ſeq. incip. ſicut
Beatus, & conſ. 241. nu. 16. vol. 3. incip. cir-
ca proceſſum. Cęph. conſ. 287. nu. 24. vol.
2. Incip. cùm dominus. quę enim nõ ſunt
veriſimilia, falſitatis imaginẽ continẽt,
vt inquit Bal. in l. 1. num. 9. C. de ſeruis fu-
giti. per text. in c. quia veriſimile non eſt,
de præſumptio. Felin. ibid num. 2. Pa-
nor. ibid num. 2. vbi dixit, teſtes deponen-
tes contra veriſimile falſitatis ſuſpicio-
ne laborare: quia in probationibus ve-
riſimilitudo plurimum habet momen-
ti, ad quam iudex omnium maximè at-
tendere debet. text. in l. cùm de ætate. ff.
de probat. & in l. confeſſionibus. ff. de in-
terrog. actio. Dd. vbi ſupr. Et licet tale lu-
crum ceſſans nõ ſit ſpecificè probatum,
tamen iudicis arbitrio & officio æſtima-
ri poterit, per text. ſing. in l. 1. C. de colon.
Illirica. lib. 11. Bartol. ibid. Aretin. in l. di-
uortio. § item ſi meſſes ff. ſolut. matrim.
Iaſ. in d. l. non vtique. §. fin. nu 6. vbi di-
cit, quòd † lucrum ceſſans poſſit proba- 7
ri per coniecturas. quia lucrum ceſſans
eſt non ens, & non entium propriè non
ſunt cauſæ, & ideò propriè probari ne-
queunt, tex. in l. actor. C. de probatio. glo.
ibid. in verbo, cùm per rerum. Vide Dd.
ſuper hac materia in l. vnica. C. de ſent.
quæ pro eo quod intereſt. Roma. in l. ſi
conſtante. §. quoties. ff. ſolut. matrimo.
Dd. in d. l. non vtiq;. §. fin. Nattam conſi.
450. num. 2. cum ſeq. volum. 2. incip. præ-
tendit. Et iſta quæ de mercatore dicta
ſunt, procedũt in lucro extrinſeco, quod
prouenit extra rem ex negociatione, de
quo in d. l. ſi ſterilis §. cùm per vendito-
rem. Idem eſt in † lucro intrinſeco, con- 8
ſiſtente intra rem: nam talis lucri quoq;
habenda ratio eſt, text. not. in l. venditor
hominis. ff. de euict. & in l. 3. ff. de cõdict.
furt. item lucrum ipſius rei attenditur,
putà ſi poſt moram rei æſtimatio decre-
ſcat, talis lucri ceſſantis habetur ratio cõ-
tra moroſum, text. in l. vinum. ff. ſi cert.
pet. Dd. communiter ibid. & in l. in hac,
ad fin. ff. de condictio. tritica. text. in d. l. ſi
ſterilis §. cùm per venditorem. Caſtr. &
Iaſ. in d. l. non vtique §. fin. Ergo ſi rei pi-
gnoratę vſus ob dolum, culpam, vel mo-
ram intercidat, meritò lucrum ipſius rei
attendi debet, per iura allegata. Et obſer-
ua in contractibus † quædam venire na- 9
turaliter ex natura cõtractus: & quædam
accidẽtaliter. quæ per accidens veniunt,
triplici ratione conſiderantur, primò
ratione culpæ, vel doli, text. in l. ſi vt cer-
to. § fin. ff. commod. Bart. ibid. nu. 1. Se-
cundò ratione moræ, text. not. in l. datio.
§. fi. ff. de act. emp. & in l. vinum. ff. ſi cert.
peta. Tertiò ratione conuentionis ſeu

pacti, vt pulchrè declarat Bald. in l. 1. nu. 1.
cum ſeq C. commod

OBSERVATIO XVIII.

De æſtimatione rerum pignoratarum.

SVMMARIA.

1 *Rebus pignoratis peremptis ſtatur iuramento pignorati.*
In obligationibus rem reſtitui, obligatio ſuccedit ad intereſſe. ibid.
2 *De forma deferendi iuramentum, & taxandi.*
3 *Iniuriarum & expenſarum æſtimatio quomodo facienda.*
4 *Pignorator non poteſt excipere, quòd res eodem modo apud pignorantem perituræ fuiſſet.*
5 *Periculum interitus ſpeciei pertinet ad debitorem moroſum.*
Bonæfidei poſſeſſor non tenetur de caſu. ibid.
6 *Aeſtimatores rerum in cauſis pignorationum quando deputandi.*
7 *In caſibus quibus magis iudicio, quàm teſtimonio opus eſt, æſtimatores dandi ſunt.*
8 *Res deteriorata quomodo teſtibus probari poſſit.*
9 *Aeſtimatio rerum quomodo facienda.*
10 *Teſtibus ſuper æſtimatione rei variantibus medium attendi debet.*
11 *Teſtium variatio in probatione valoris, remiſſiuè.*

1 REbus † pignoratis ex mora ſerem-
ptis, vel non extantibus earum æſti-
matio debetur, nam hoc in omnibus ob-
ligationibus rem reſtitui, receptum eſt,
vt poſt interitum rei, eius æſtimatio de-
beatur, & ſic obligatio ad intereſſe ſucce-
dat, text. in l. in re furtiua. ff. de condict.
furti. & in l. qui reſtituere. ff. de rei ven-
dic. Bart. in l. in interdicto, num. 1. in fine
ff. de vi & vi arma. & pleniſſi. in l. ſtipula-
tiones non diuiduntur, nu. 31. cum ſeq. ff.
de verb. oblig & ibid. communiter. Dd.
Valoris autem probatio, iuramento pi-
gnorati admittitur, idque odio pignora
tionum, iuxta tex. in l. ſi quandò. C. vnde
vi. Dd. ibid. & tex. in d. l. qui reſtituere. Sed
ne altero tanto, vel in infinitum iuretur,
& quiſque ſuæ affectioni plus æquo in-
dulgeat, iudex cauſa ſummariè cognita,
ſententia quadam præambula, ſummam
æſtimationis ad quam pignoratus iurare
debet, diſertè exprimit, hoc modo: In
ſachen A. Cleger / wider B. beclagten / die
abgephendte ſtuck Rindt viechs belangen /
in puncto paritionis, iſt von ampts we-
gen erkhendt / wölle vnnd möge gedachter
Cleger fur ſich ſelbſt / oder ſeinen volmech-
tigen Anwaldt / ein Aidt zu Gott / vnd auff
das hailig Euangelium ſchweren / das er
lieber N. gulden / dann die abgepfendte ſtuck
Rindt viechs entraten wolte / das ſolches
gehort werden / vnd ferner darauff ergehen
ſoll was recht iſt.

Latinè.

In cauſa A. actoris contra B. reum; pig-
norationis armenti, in puncto paritio-
nis, ex officio decernimus, quatenus di-
ctus actor per ſe, vel legitimum ſuum
procuratorem iurare voluerit, malle ſe
N. florenis, quàm pignorato armento
carere, quòd hoc audiri, & porrò fieri
debeat quod iuris eſt. Publicata hac in-
terlocutoria, & præſtito iuramẽto, con-
demnatoria ſententia, proxima audien-
tia, vt vocãt, ſequitur, in † hunc modum. 2
In ſachen ꝛc. iſt auff erſtatten Aidt er-
khendt / das gedachter Beclagter die taxirte
N. gulden Rheiniſch vor die abgepfendte
ſtuck Rindt viechs / jhme dem Cleger zu-
entrichten vnd zu bezalen ſchuldig ſey / als
wir jhnen auch hiemit fellig darzu vrthai-
len.

Latinè:

In cauſa, &c. ſuper præſtito iuramento
decernimus, dictum Reum N. florenos
Rhenenſes pro pignorato armento ſol-
uere debere, prout eum ad hoc condem-
namus. Idem in † cauſis iniuriarum & 3
expenſarum æſtimatione obſeruatur:
nam iuramentum præcedere debet, eo
quo dixi modo, text. notab. in Auth. de
iudicib. §. oportet, & in l. conſtitutionib.
ff. de iniur. & in §. pœna. Inſtit eod. titu.
vbi pulchrè Ang. nu. 1. tex. in l. ſancimus,
cum Authen. poſt iuſiurandum. C. de iu-
dic. text. in c. fin. de his quæ vi met. cauſ.
& in c. 1. de reſtit. ſpol. lib. 6. Panorm. in c.
cùm re à B. num. 23. de ſent. & re iudic.
Innoc. in c. auditis, num. 2. de procurat.
Rot. deciſ. 4. de iniu. in nouis. In hac æſti-
matione facienda iudex non debet ad-
mittere exceptionem † pignoratoris, 4
quòd res caſu fortuito, & ſine ſua cul-
pa perierint, & quòd eodem modo erant
perituræ penes dominum, ſecundum ea
quæ traduntur in l. item ſi verberatum.
§ final. ff. de rei vendic. gloſſ. not. ibid. in
verbo, moram. text. notab. in l. ſi plures.
§. ſiue autem. ff. depoſit. vbi dicitur æquũ
eſſe naturalem interitum ad actorem
pertinere. Ratio, quia pignorator eſt
in

in dolo, & ſemper in mora, quia actum
prohibitum fecit, & pignora ſtatim non
reſtituit, text. in l. 2. §. doli mali mentio.
ff. vi bono. rapt. & in l. ſi ex legati cauſa.
ff. de verbor. oblig. text. in l. quod te. ff. de
reb. cred. ſi cert. peta. & ibid. Dd. quo caſu
5 † periculum interitus ſpeciei ſemper ad
debitorem ſpectat, abſq; vlla diſtinctio-
ne, vt præclarè docet Bartol. in d. l. quod
te. num. 10. per illum text. & text. in l. ſi
ſeruum. ff. de verb. oblig. & in d. l. ſi ex le-
gati cauſa, in fi. text. in l. 1. C. de his quæ vi
met. cauſ. vbi dicitur, perſecutionem eo-
rum, quæ vi ablata ſunt, etiamſi poſteà
interciderint, integram eſſe perſecutio-
nem, text. in l. meritò. ff. de vi & vi arma.
tex. in l. nemo rem ſuam. §. 1. ff. de verbo.
obliga. Iaſ. ibid. nu. 4. communem dicit.
vide prolixiùs Bart. in d. l. quod te. Bonæ
fidei verò poſſeſſor non tenetur de caſu,
tex. in l. illud. ff. de petit. hæred. glo. in d. l.
item ſi verberatum. §. fi. quã ad hoc om-
ninò vide, in verbo, moram, & in l. vti-
que, in verbo, non enim. ff. eod. titu. Por-
6 rò † rebus pignoratis adhuc extantibus,
ſed deterioratis, & depreciatis, ſi de iuſto
valore, & quanto res deterior facta ſit,
contentio oriatur, & vtrimq; variè con-
certetur, tunc iudex poteſt deputare æſti-
matores, quibus ſingulari commiſſione
iniungitur, vt res vitiatas oculis ſubij-
ciant, & iuſto valore æſtiment, text. in l.
precia rerum. & in §. fina. ff. ad l. Falcid.
text in l. hac edictali. §. his illud. C. de ſe-
cund. nupt. vbi de æſtimatoribus habe-
tur, gloſſ. ordinaria, & notab. in l. 2. C.
de reſcind. vendit. in verbo, iudicis. Bart.
ibid. num. 17. cum ſequent. quem ad hoc
omninò vide, docentem practicam fa-
ciendi æſtimationem rerum, & pro re-
7 gula tradentem, quòd in † omnibus caſi-
bus, in quibus magis iudicio, quàm teſti-
monio opus eſt, iudex debeat conſtitue-
re æſtimatores, ad faciendam illam ęſti-
mationem, & ad proferendum illud iu-
dicium, text. in l. 1. ff. de vent. inſpic. item
quando rerum æſtimatio magis in intel-
lectu, quàm viſu conſiſtit, quòd tunc pe-
riti in arte deputari debeant, vt iuſto va-
lore rem ęſtiment, per text in §. quod au-
tem dictum eſt. in Auth. de non alienan.
aut permu. reb. eccleſ. tex. in l. ſemel. C. de
re milit. lib. 12. & in d. l. 1. §. 1. ff. de vẽt. inſp.
Bar. ibid. num. 4. & in proœmio Digeſto-
rum, num. 8. Bald. ibid. num. 6. Varianti-
bus ęſtimatoribus, iudex tertium adiun-
gere poteſt, einen Obman/ vel ex officio
certum conſtituere pretium, vt latius
proſequitur Salicet. in d. l. hac edictali,
num. 10. & ad hoc optimè facit text. in l.
ſi fundum, cum l. ſeq ff. manda. Poteſt e-
tiam † valor rei teſtibus probari, ſed hoc 8
habet maiorem difficultatem, vt docet
Bart. in d. l. 2. nu. 17. & nu. 23. C. de reſcind.
vendit. Feli. in c. cùm cauſa. num. 1. de te-
ſtib. gloſ. notabilis ibid. in verbo, ad aliũ.
& nonnunquàm in cauſis pignoratio-
num hoc fieri ſolet: non tamen requiri-
tur exactiſſima probatio, ſed ſufficit ge-
neraliter probare, quanti, ibi loci, vbi pi-
gnoratio facta eſt, res pignorata cõmuni
precio, ſi extaret, vel deterior facta non
eſſet, valeret. tex not. in l. fin. §. fi. C. de ad-
miniſtr. tuto. vbi dicitur illud eſſe iuſtum
precium, quod in his locis in quibus ven
ditio celebratur tunc temporis noſci-
tur obtinere. Dd. in d. l. precia rerum.
gloſſ. Barto. & Dd in d. l. 2. Sufficit teſtes
deponere, quanti res in illo loco com-
muniter vendantur, qui ſint rei fructus
& quæ qualitates, text. in l. ſi quos. C. de
reſcinden. vendit. & alia iura quæ allegat
gloſſ. in d. l. 2. C. eod titul, Iaſon in l. non
vtique. § final. ff. de eo, quod certo loc.
num. 4. vbi dicit per illum text. quando
ex † varietate ac diuerſitate locorum, 9
precia rerum vænalium ac cæterarum
rerum mobilium variãtur, modum pro-
bandi eſſe, quòd quis in articulis ſe refe-
rat ad certam Ciuitatem, vel Regionem,
ſeu locum, ſecundum cuius loci æſtima-
tionem, precium frumenti, vini, vel alte-
rius ſimilis rei petere vult, quia fieri de-
bet ęſtimatio, próut communiter res eò
loci, vbi facta eſt pignoratio, vel in lo-
cis vicinis diſtrahi, & vendi potuiſſent,
per text. in d. l. fin. §. fina. C de admi. tuto.
Dd. in d. l. precia rerum, & in d. l. 2. C. de
reſcin. vendit. gloſſ. & Felin. in d. c. cùm
cauſa, vbique docent varijs modis rei
valorem probari. Quod ad † teſtes atti- 10
net, illud obiter in praxi obſeruandum,
quòd variantibus teſtibus in æſtimatio-
ne precij, illud quod medium eſt inter
vtrunque, attendi oporteat, vt ſi vnus
de decem florenis, alius de altero tan-
to, hoc eſt, de viginti, tertius de quinde-
cim deponeret, hic ſtandum erit mediæ

ſummæ, quia in ea duo concurrunt, præclarè Salic. in d.l.2. num.30. C. de reſcind. vendit. Alexand. conſil.64. num 9. & per totum, volu.2. incip. viſa conſultatione,
11 vtrobique † omninò vide de varietate teſtium circa probationem valoris, & quando probent. & Salic. in d.l. hac edictali, nu.9. cum ſeq. C. de ſecund. nupt.

OBSERVATIO XIX.

De repetita pignoratione.

SVMMARIA.

1. *Separata facta, ſeparata remedia requirunt.*
2. *Quot ſunt facta, tot ſunt actiones.*
3. *Pignorationes repetita an pluribus actionibus proponi debeant.*
4. *Cumulatio actionum quando admittatur.*
5. *Plura Banna, & plures excommunicationes quandoque vna abſolutione tolluntur.*

SI plures ab vno eodemq́; , in eodem loco, eiuſdem iuris gratia, diuerſis tamen vicibus & temporibus pignorationes fiant, an pluribus opus erit mandatis & citationibus, & ꝑ conſequens pluribus actionibus. Quod
1 videtur, quia † ſeparata facta, & diuerſæ turbationes, diuerſa & ſeparata quoque remedia requirunt, tex. in l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interrog act. & in l.1. ff. de vẽt. inſpicien. text. in c. nulli. de elect. in 6. & in c. cæterum, de iuram calum. quot e-
2 nim ſunt facta, † tot ſunt actiones, ergo totidem ſententia requiruntur, text. in l. ſcire debemus. ff. de verbor. oblig. & in l. 2. ff. de priua. delict. text. ſing. in l. etiamſi patre. ff. de mino. gloſſ. ibid. in verbo, audiendus. & gloſſ. notab. in l. in hoc iudicio. ff. fam. herciſc. in verbo, non valere. Alexan. in l. edita. num.1. ff. de eden. Panorm. in c.1. num.9. de mut. petit. Bal. in l.2. num.6. C. de re iudic. Sed in Camera hoc caſu aliter obſeruatur. Plura
3 quidem † mandata ob repetitam pignorationem, de relaxando captiuo, vel reddendis pignoribus decernuntur, & in cauſa mandati, ad paritionem ſeparatim ſuper ſingulis pignorationibus proceditur, hoc eſt, in ſecunda, tertia, quarta, & vlteriore pignoratione, incontinenti paritio iniungitur, & poſt moram commiſſam ad pœnam, & arctiora mandata proceditur: quia neceſſe eſt in qualibet pignoratione docere de paritione. Sed ne multiplicentur proceſſus ob repetitam pignorationem, néue pars inutilibus ſumptibus, & iudex multo labore defatigetur, cauſa principalis, hoc eſt, ius pignorandi ad cauſam primæ citationis refertur. Agitur enim in ſecunda, tertia, & quarta pignoratione, inter eaſdem perſonas de eodem iure, de eadem turbatione, quæ ad interdictum Retinendæ poſſeſſionis ſpectat, quod pleniſſimè in prima pignoratione deduci & probari poterit, vt dixi ſuprà, Obſeruat.3. & vincens in vna cauſa, vincit in omnibus, text. in l.3. ff. de except. rei iudic. quia eiuſdem iuris gratia turbationes & pignorationes factæ ſunt, ergo non eſt neceſſe multiplicare proceſſus, partem & iudicem inutilibus ſumptibus & laboribus defatigare, & † alias actiones ad vnũ 4
finem tendentes cumulari poſſunt, Dd. in l. edita. C. de edend. Dyn. in c. nullus pluribus. de reg. iur. Et ſi plura † Banna, 5
vel plures excommunicationes procederent ex vno facto, tunc vna abſolutio ſufficeret, quia omnia facta pro vno reputantur, text. in l.1. §. ſi plura. ff. ad S. C. Turpil. Iaſ. in l. de pupillo. §. ſi in pluribus. num.6. ff. de no. oper. nunt. Secùs ſi ex diuerſis factis diuerſæ condemnationes & excommunicationes factæ eſſent, quo caſu pluribus quoque opus eſſet actionibus, pluribus ſententijs, & abſolutionibus, ſicut prolixiùs notaui in tracta. Pacis publicæ, lib. 2. cap.11. per text. in c. cùm cauſa. & in c. officij, de ſent. excommu text. in c.1. ext. de pœnis. & in c veritatis, de dol. & contuma. Panormi. ibid. num.4. text. in c. ita quorundam, de Iudæis, & in l.3. in fin. C. de epiſcop. audien. Barto. Iaſ. & alij in d.l. de pupillo. §. ſi in pluribus.

OBSERVATIO XX.

De pignoratione in loco communi facta.

SVMMARIA.

1. *Interdictum Vti poſſidetis, competit etiam ei, qui pro indiuiſo poſſidet.*
2. *Commune quod eſt an meum eſſe cenſeatur.*
3. *Communi in re potior conditio eſt prohibentis.*
4. *Sociorum præiudicium quoties vertitur, ius quantumuis indiuiduam non debet ab vno ſine alijs exerceri.*

5 Aediſ-

5 Aedificari in domo communi inuitis ſocijs non poteſt.
Intereſt Reip. ne ædificia deformentur, ibid.
6 Socij caſtri vel territorij, ſimul vel alternis annis iuriſdictionem exercere debent.
7 Socijs iuriſdictionum diſcordãtibus, ſuperior ad concordiam eos compellere poteſt.
8 Appellatione rei venit pars.
9 Socius poteſt vti re communi, etiam inuito ſocio, ſi vtitur re ad vſum deſtinatum.
10 Domum communem ſocius inhabitare poteſt abſque vlla penſione.
11 In indiuiduis priuilegium vnius prodeſt conſorti.
12 Laicus in indiuiduis gaudet beneficio clerici.
13 Conditio diuidua coniuncta indiuiduæ, fit tota indiuidua.

SI plures communem iuriſdictionem
in vno eodemque loco, aut pago ha.
beant, ſicut in Germania vbique inter
magnates frequentiſſimum eſt, daß ein
herrſchafft zwey oder drey herich iſt / &
vnius domini ſubditus eo loci, noui iu.
ris acquirendi gratia ab alio iniquè pi.
gnoretur, vel capiatur, mandatum de re.
laxando ex conſtitutione pignorationis
in Camera obtineri poteſt. Ratio, quia
1 † pignorationis conſtitutio ad interdi.
ctum Vti poſſidetis pertinet, cùm pigno.
ratio nihil áliud ſit, quàm poſſeſſionis
turbatio, vt dixi ſuprà, Obſeruat.1. & Ob.
ſerua.3. at interdictum Vti poſſidetis, eti.
am ei competit, qui pro indiuiſo poſſi.
det, text.in l.1.§.penul.ff. Vti poſſid. pro.
inde turbatus in loco communi rectè be.
neficio huius conſtitutionis vtitur: præ.
2 tereà regulariter quod † commune eſt,
meum quoq; eſſe intelligitur, quóad di.
ſpoſitionem partis meæ, text.in l. pupil.
lus.§ fin ff. de verb.ſignifica. & in l.ſerui
alienatione.§. Labeo.ff. de leg. 1. Bartol.
ibid.num.1. laſ.latiſſimè num.4.& num.
10. cum ſequent. idque omnium maxi.
mè in ijs rebus procedit, quæ ſunt com.
munes pluribus, vt ſingulis, quo caſu
omniũ conſenſus requiritur: quia quod
ad ſingulos pertinet, ab omnibus debet
3 approbari, & potior † eſt conditio pro.
hibentis. text in l.Sabinus ff commu.di.
uid.gloſſ.ibid in verbo, conſtat, quæ hoc
quinque modis limitat, text. in c. in re
communi, de regul.iur.in 6. & in c.quod
omnes, eod.titul.text.in l.per fundum.ff.
de ſeruitut. ruſtic. prædior. gloſſ. ibid. in
verbo, ratione, glo.magiſtralis, in c.cùm
omnes, in verbo, conſtitutum, de conſti.
tution. Felin. ibid: num.15. cum ſuis limi.
tationibus. Alexand conſi.86.num.7.vo.
lum.6. incip. ponderatis narratis. Deci.
conſil. 249. num.2. & 3. incip. in caſu de
quo quæritur. Natta conſil. 294. num.7.
vol.2.incip.duę dubitationes. Hinc † eſt, 4
quòd quandò agitur inter ſocios de com
modo iuriſdictionis, putà mulctarum &
pœnarum, vnus ſine alio iuriſdictionem
exercere nõ poſſit: ratio, quia quoties agi.
tur de præiudicio ſociorum, ius, quãuum.
uis indiuiduũ, non debet ab vno ſine alijs
exerceri, per tex.in l.ſi fundum.§ his ver.
bis.ff.de leg.1. text. notabilis in l. itinere.
ff. de ſeruitut. ruſticor. præd. text. in l. v.
nus.§.ex ſocijs.ff.eod.titu.text.in l.2.ff.de
ſeruitutib. titul. generali, text.in d. l. per
fundum, & in l hæredes mei.§.final.ff.ad
S.C.Trebellia. Natta d.conſil.294. Felin.
in d.c.cùm omnes, vbi dicit, quòd † in do. 5
mo communi nihil ædificari poſſit in.
nitis ſocijs quod tamen cũ moder..mine
accipiendum, vt ibi per eum: quid enim
ſi ſocij domum ruinoſam reſtaurare, &
ſartam tectamq; conſeruare nolint, hoc
alijs vtique fraudi, & nocumento eſſe nõ
debet, cùm etiam interſit Reipub. ædifi.
cia non deformari, ſed integra exiſtere,
text.in l.prætor ait.§.hoc interdictum.ff.
de noui oper. nunciat. & in l.2.§. ſi quis
nemine prohibente, & in l fin.ff.ne quid
in loc. publ. text. in l. ad curatoris ff. de
dam.infect. vbi gloſſ.in verbo, à domino
& communiter Dd. text.in l. præſes pro.
uinciæ, la 5 ff. de offic.præſid text. in l.ſin.
gularum.C.de ædific.priuat. pulchrè Cæ.
polla in tract. de ſeruitu.vrbano.prædio.
cap.59.per totum, quem omninò vide de
refectione domus propriæ, cõmunis, vel
alienæ, & tex.in l.ita vt omnes.ff.mãdati.
Hinc † quoque eſt, quòd ſocij alicuius 6
prouincię aut territorij, vel caſtri, quę pa.
riter pro indiuiſo poſſident, ſuper exer.
citio iuriſdictionis inter ſe cõuenire de.
beant, vt vel ſimul, vel alternis annis iu.
riſdictionem exerceant, per tex.in l.cùm
conſter, cum § fina ff. de aqua quotid.&
æſtiua, Barto.in l.inter tutores, num.6.ff.
de adminiſt.tutor.per illum tex. Alexan.
conſil.18.num.6. volum.2. incip. viſis ca.
pitulis. & conſil.25. num.2. incip. atten.
taris narratis, volum.5. Decius d. conſil.
249. nume.1. & conſil 449. num.3.incip.
in caſu de quo quæritur. Felin. in d. c.

cùm omnes, de conſtitutionibus, vbi di-
7 cit, quòd diſcordantibus † ſoe'js ſuper
exercitio iuriſdictionis, ſuperiot illos
ad concordiam compellere poſſit. idem
ad rubric. de treuga & pace, nume.6. Et
hactenùs de rebus communibus pluri-
bus, vt ſingulis: quia tunc quod commu-
ne eſt, meum quoque eſt, per iura alle-
gata: ſecùs ſi ſint res communes pluri-
bus, vt vniuerſis, quo caſu regulariter va-
let, quod à maiore parte comprobatur,
text. in l. quod maior. ff. ad municipal.
gloſſ. & Felinus cum 14. limitationibus,
in d. c. cùm omnes. item illo caſu, quod
commune eſt, meum non eſt, per text.
in l. in tantum. §. vniuerſitatis. ff. de re-
rum diuiſion. & qual. & in §. vniuerſita-
tis. Inſtit. eod. titu. tex. in l. ſed ſi hac. §. qui
manumittitur. ff. de in ius voc. ideoque
nec ſeruus communis ciuitatis, ſingulo-
rum pro parte intelligitur, ſed vniuerſi-
tatis: & ideò tam contra ciuem, quàm
pro eo poſſe ſeruum ciuitatis torqueri
Diui fratres reſcripſerunt, ita text. in d.
§. vniuerſitatis. Barto. ibid. num. 1. Iaſon
in d. §. Labeo. num. 11. gloſſ. in l. ſi muni-
cipes. vbi Bald. & Ange. ff. quod cuiuſque
8 vniuerſit. nom. Porrò ad † prædictam
regulam communionis pertinet, quòd
appellatione rei veniat etiam pars, per
text. in l. appellatione rei. ff. de verbor.
ſignificat. text. in l. ait Prætor. la. 2. ff. de
iureiurand. laſ. ibid. num. 1. & commu-
niter Dd. Ang. in l. 1. C. quando, & quibus
quarta pars deb. libr. 10. quem omninò
vide, text. in l. 1. §. ſi quis tabulas. ff. de S. C.
Syllania. Et aliquando totum ponitur
pro parte, per text. in l. Lucius Titius. ff.
de leg. 1. gloſſ. ibidem in verbo, hæredita-
tis. Bald. ibid. nu. 1. dicens, per illum text.
ſi teſtator inſtituit plures filios hæredes,
& eorum fidei commiſiſſet, vt decedens
ſine liberis hæreditatem fratribus reſti-
tueret, quòd tunc appellatione hæredi-
tatis veniat tantùm pars illius, qui ſine
liberis decedit, facit tex. in l. Titius ff. ad l.
Falcid. Alexand. ibid. Iaſon in d. l. ait Præ-
tor. vbi dicit regulam illam, quòd ap-
pellatione rei veniat pars, procedere,
quando terminus, aut res profertur à
lege, vel ſtatuto. Quid autem in iudicijs,
vide remiſſiuè ibidem, cum ſuis limita-
tionibus. Et quod iuris obtinet in toto,
idem obtinet in parte, intellige quando

vtrobique eadem eſt ratio, text. in l. quæ
de tota. ff. de rei vendicat. & in l. an pars.
ff. pro derelicto. tex. in l. qui ſcit. ff. de vſu-
ris. gloſſ. ibidem in verbo, quemadmo-
dum. text. in l. in ratione. §. prorſus. ff. ad
l. Falcid. laſ. vbi ſuprà. Ex prædicta regula
communionis ſingulariter pro limita-
tione prædictorũ notandum, quòd † ſo- 9
cius poſſit vti re communi etiam inuito
ſocio, quando vtitur re cõmuni ad eum
vſum, ad quẽ deſtinata eſt: exempli gra-
tia, ſi duo ſocij ſyluam cæduam pro in-
diuiſo poſſideant, alter eorum ligna pro
ſua parte cædere poteſt, etiam inuito ſo-
cio, per rationem prædictam, & text. in l.
vtique autem. §. culpa ff. de rei vendicat.
Culpa non intelligitur, inquit text ſi na-
uem petitam tempore nauigationis trãs
mare miſit, licèt ea perierit: niſi ſi mi-
nus idoneis hominibus eam commiſe-
rit, vide Vegetium libro 4. capite 39 Ae-
thiologia eſt, quia nauis ad hoc paratur,
vt nauiget, per tex. in l. arboribus. §. nauis.
ff. de vſufruct. gloſſ. ibidem in terminis,
in verbo, nauiget. text. in §. religioſum,
verſic. in commune. Inſtitu. de rerum di-
uiſion. & in l. in tantum. §. religioſum. ff.
eod. titul. Iaſon in d. §. Labeo. nume. 18.
Aliud exemplum, in duobus fratribus,
vel † ſocijs domum communem haben- 10
tibus, eamque pro indiuiſo poſſidenti-
bus, ſi alter eorum domum inhabitet,
nullam fratri, vel ſocio penſionem præ-
ſtabit. Ratio, quia vtitur re communi
ad vſum deſtinatum, d. l. vtique autem.
§. culpa. d. l. arboribus. §. nauis gloſſ. in
terminis. in l. Sabinus, in verbo, con-
ſtat, in fine. ff. communi diuid. Bald. in
l. duo fratres, nume. 1. in fin. ff. de acqui-
rend. hæredit. vbi dat hanc quoque ra-
tionem: quia, inquit, vſus diuidi non po-
teſt, niſi diuidatur domus, Iaſon in d. l.
ſerui electione. § Labeo. num. 17. dicens,
hanc deciſionem benè notandam: quia
quotidiana eſt, & ibid. plures deciſiones
& declarationes ex dicta regula, quod
commune eſt, meũ eſſe intelligitur, ad-
ducit, quem ad hoc omnino vide, & a-
liâs in † indiuiduis, priuilegium vnius
prodeſt etiam conſorti non priuilegia-
to, per text. in l. ſi communem. ff. quem-
admo. ſeruit. amitt. & in l. ſi is qui duos.
ff. de libera. leg. tex. in l. Ariſto. in ſi. ff. quæ
res pigno. obliga. non poſſint, & in c. per
tuas,

12 tuas, de arbitris. Et laicus † in indiuiduis gaudet beneficio clerici. text. in d. c. per tuas, & in c. ad audientiam, §. fin. de præſcrip. Felin. in c. placuit, nu. 6. eod. tit. Iaſ. in l. ſi emācipati, nu. 10. C. de collat. Boërius deci. 300. nu. 2. Schurff. conſi. 94. nu. 4. cum ſequ. ceut. 3. incip. quod reſpōſiones. Hippol. ſing. 180. incip. Plura. nu. 1. &
13 ſing. 501. nu. 1. incip. Dixi tibi. Itē † conditio diuidua, coniuncta indiuiduæ, totam conditionem indiuiduā facit, tex. in l. ſi ita fuerit. ff. de manumiſ. teſtam. Socin. conſil. 107. num. 12. vol. 4. incip. viſa ſententia. vide plura exempla in tractat. Fractæ pacis, cap. 6. lib. 1.

OBSERVATIO XXI.

De proceſſu pignorationis in cauſa citationis.

SVMMARIA.

1 *Exceptiones declinatoriæ non habent locum in cauſis pignorationum.*
2 *Pignorationis iudicium eſt ſummarium.*
3 *Citato non comparente proceditur ad impoſitionē perpetui ſilentij.*
Articuli ad cauſam impertinentes admitti non debent. ibid.
4 *Pignorator an actoris partes ſuſtinere teneatur.*
5 *Pignoratio eſt ſpecies diffamationis.*
6 *In duplicibus iudicijs actor eſt qui prior ad iudiciū prouocat.*
7 *In proceſſu pignorationis lis non conteſtatur.*
